BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXV
G
37
NAPOLI

XXXV. G. 37

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICON
MILITARE.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICI
MILITARIS

AUTHORE

CAROLO DE AQUINO

SOCIETATIS JESU

PARS I.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
NAPOLI

ROMÆ, MDCCXXIV.

Typis ANTONII DE RUBEIS è Foro Rotundæ
in Via ad Seminarium Romanum.

SUPERIORUM PERMISSU.

Bibliothecę Domus professę neapol. Soc. Jesu

Digitized by Google

PRÆFATIO AD LECTOREM.

TUÆ, LECTOR, æquitati debere me ſentio, quominus allocutione hac præcurſoria & velitari quædam diluere neceſſe habeam, quæ ſecus prolixiorem facilè ſermonem depoſcerent. Non ignorabam futuros, qui me ex umbraculis, & diuturno Muſarum otio, in pulverem Martium Solemque progreſſum perinde acciperent, atque olim Annibal Phormionem illum, qui cum nec hoſtem vidiſſet unquam, nec ullam bellici muneris partem attigiſſet, de re militari mira fidenter & loquaciſſime præcipiebat. Si me cum talia exprobrantibus ne verbum quidem putes commutaturum, næ tu bonus Tireſias præclarè divinaſti. Adeant illi Polemicos Scriptores alios, qui multis eam cauſam validiſque argumentis profligatam reliquerunt: mihi eadem longinquo hìc exordio repetere non eſt otium; tibi verò eà recocta crambe faſtidium non creaverim. Sed nec admodum ſolicita oratione mihi opus eſſe video adverſum eos, qui rei militaris tractationem à magnis Scriptoribus occupatam; eam verò laudem iiſdem deſponſam præreptum ire, illiberale atque flagitioſum eſſe conſtituunt. Ælianus amplum elenchum Scriptorum veterum militarium, poſteriorum vero Naudæus adhuc prolixiorem Indicem pertexit. Non ignota mihi ſunt iſthæc. Imo iis Scriptoribus, Lipſio præſertim, Patritio, & Naudæo, Viris eruditiſſimis, atque adeo in recenſione vocum Barbaricarum Carolo du Freſne, Domino du Cange, Viro ſummæ eruditionis copia & varietate inprimis commemorando, me plurimum debere candide fateor. Sed non idcirco nihil ſpicilegii ſupereſt ex tam ampla meſſe, nihil racemationis ex tam uberi vindemia; ut quis ingerendum putet ferox illud & immite Domitiani decretum, qui, ut ſunt in ejus Vita Svetonii verba, *edixit nequis in Italia novellaret*. Præter enim quam quod artes maximæ, ut optimi quique fundi, ceſſationem non patiuntur, haud certe peregrinum eſt, in veteri ipſo argumento laudari ſæpe novitiam cælaturam. Utque certus bellatorum numerus non ſuſtinebit interdum vim hoſtium quadrato proce-

 dens

dens agmine; quodſi in orbem, in cuneum, vel rhombum ſit inſtructus, in fugam illos facilè aget, cæderque: non aliter eadem dicta, factaque, & omnis memoria Antiquitatis, ſegnius acriuſve pro Scriptorum diverſitate pervadunt animos, & poſteritatis ſtudia excitant: nam Fortuna etiam in literis, pudet, ſed dominatur. Verùm ne te pluribus circumagam, mei in hoc opere rationem omnem conſilii ſic habeto.

I. Lexicon Militare ſcribere inſtitui: Lexicon, inquam, ideſt Vocabularium, Gloſſarium, Dictionarium, Nomenclatorem: ut intelligas, vocabula militaria dilucidè explicare, & illuſtrium Scriptorum teſtimoniis communire, eas demum eſſe partes & procurationem meam. At, inquies, ſatis commodè iſthæc primùm effecta dederunt alii: tum ex tam ampla paginarum mole abſolutam rei tractationem, expletas cumulataſque commentationes, crebras ſimul pugnaceſque diſſertationes præceperam animo. Quidni verò tibi iſta inſuper, nec pugillo modice diſperſa, ſed diffuſa affatim obveniant? Vereor quippe ne in eam partem potius peccem, ut ſatietatem, quàm ut deſiderium tibi ſim pariturus. Intereſt tamen plurimum impertiaſne quidpiam, an ſolvas; offeraſne ultroneus, an judicio coactus adnumeres vel appendas. Sunt quædam, quæ Lectori Author; ſunt porrò alia, quæ Lector debet Authori, illa ut ſtipendium, hæc ut apophoreta vel xenia ſic domum auferas, ut intelligas ea tibi non ſponſione vel debito, ſed officii gratiâ proveniſſe. Æquo igitur accipias animo quæ juſto ponderi adjiciuntur auctaria, ſi impendiò plura miſſa fecerim, non proindè accuſatoriè & criminosè mecum acturus.

II. Quemadmodum terrarum poſitus indicare Geographi nequeunt, quin ſimul maria expendant, quæ illas interluunt, vel amplectuntur, non abſimilem in modum diſciplinæ omnes ingenuæ, quæque animos aut coinquinant vitia, aut exornant dotes eximiæ, tum Architectura, Res nautica, Veſtiaria, Sarcinaria, ad hæc ſupplicia, præmia, & hujus generis non ſane pauca, rei militaris explanationem ita comitantur atque circumſtant, ut qui ad militaria tradenda adjungit animum, eum infinita complecti oporteat, & multiplici doctrina, quaſi Campanicum periſtroma diſcolori filo contexere. Mihi eo temperamento utendum putavi, ut aliena diverſorio non domicilio; hoſpitio, non ſtabili contubernio admitterem, ut Ovidianam illam Io, non quæſitam, ſed repertam. Rationem porrò mihi ducendam eſſe cenſui, ut Lectoris perpetuæ tractationis tædium diſcuterem. Eam ob cauſam non rejicienda exiſtimavi parerga & liberos excurſus ad ea, quæ aliò feſtinanti ſe è propinquo obviam, veluti conchæ verſicolores & teſtulæ, ad legendum offerunt; ea verò ſemper quantum conniti potui, adhibita cautione, ne tam remis illuc obnixè contendere, quàm ab incidente in pedem aura viderer eſſe delatus. Senecam haud dubiè ſectæ profeſſione Stoicum, quam qui maximè Zenonem coluit, in Epicureorum caſtris frequenter invenies; ad quæ tamen ille non mi-

grabat

grabat ut transfuga, ſed accedebat ut explorator. Ad hanc planè formam ampliſſimæ facultates, niſi cognito reliquarum confinio tradi non poſſunt. Eò fit ut major illis gratia, nec leve pretium accreſcat, aliis vel non neglectis, vel conſpirantibus.

III. Quoniam verò latiſſimè pertinens tractatio militaris a Veterum inſtitutionibus repetenda, & ex uſu multijugi variarum nationum eſt deſcribenda, idcirco nihil mihi fuit audendum temere, nihil inconſultis omnium fere ætatum teſtimoniis pronunciandum. Concilianda Scriptorum teſtimonia ſæpe rixantia, anceps & incerta fides Interpretum ſuſtentanda, quæ paſſim occurrunt obſcura, luxata, hiantia, & nullis non uſitatæ ſcripturæ mendis deformata, ex Virorum doctrina præſtantium caſtigationibus, gloſſematis, conjectaneis emaculanda, ſarcienda, ferruminanda fuere. Et quoniam qui bonis literis bene volumus in libera degimus Civitate, nos etiam, aliorum ſtudia juvandi fovendique gratiâ, ex noſtræ criſeos arculis & copiolis, noſcimus enim quàm ſint exiguæ, non ita pauca depromſimus, quæ aliorum ſcriptis aut ſqualorem detergerent, aut robur adjungerent. Sicubi verò nobis quædam in Scriptoribus notare, diffingere, vel rejicere recta ratio ſuaſit & ſtudium veritatis, ſic pro viribus adniſi ſumus, ut nihil caliginis eorum nomini offunderemus, quorum dictis nonnihil lucis aſpergimus. Nam quid importunius, & ab omni humanitate remotius, quàm ob nævos aliquot & leves maculas ſolicitare cineres, nec ſinere ut conquieſcant eorum Manes, ex quorum laboribus nos impense proficimus; quique doctiſſimis vigiliis literarum gloriam & dignitatem aſſertum iverunt? Equidem cum ingenuo liberoque calamo minus probare aliqua non ſim veritus, non propterea illaudatos Scriptores dimiſi, præfatus plerunque cæteræ doctrinæ decus, & præclarum quem tuerentur apud literatos locum: quod egregiæ virtuti teſtimonium, qui reddere detrectant, eos ego iratis Muſis Gratiiſque genitos ſemper putavi.

IV. In recenſione vocabulorum, quibus arma, machinæ, & univerſa facultas bellica continetur, non ea ſolùm, quæ veteris purgatique eſſent Latii, verùm ea inſuper, quæ a mediæ infimæque Latinitatis Scriptoribus ſunt tradita, complexus ſum. Cave damnes conſilium. Ad operis primùm dignitatem & amplitudinem quandam pertinuit omnia comprehendere. Curandum porro ne penitus exoleſcerent, quæ a rudi ſæculo & impolitis calamis accepta, pernoſcere tamen Studioſorum atque Poſteritatis intereſt. Prætereo voluptatem & gratiam, quam novitas parit, & longè ſapidiſſimum condimentum, quod varietas, etiam deteriorum miſturâ, progignit. In Mercuriali quippe cœna, ut in Apicianis illis & Lucullæis, ſunt qui poſt Numidicas & Jonias aves panem ſecundarium, & ſuccidaneum laridum non faſtidiunt. Poſtremò cum loquendi genus illud rude & ſemipaganum ex idiotiſmis Italicæ, Gallicæ, Germanicæ, aliarumque Europæ linguarum ad Latii modulum conſtet eſſe deflexum, arripui avide oblatam opportunitatem tum abrumpendi perpetuum curſum tractationis Martiæ, earum

vocum

vocum examine & originatione diſcuſſa , tum laboris mei partem aliquam gratificandi Etymologiſtis atque Grammaticis , quorum in tenui quidem labor, ſed nec gloria tenuis , nec levia in cultores literarum promerita.

V. Viros bellica laude conſpicuos cum rerum geſtarum commemoratione & elogiis referre ſupervacaneum laborem duxi. Pauxillum feciſſem operæ pretium, adjectione duplo majoris operis. Tum metui exprobrationem Phormionis Terentiani : *Ohe ne actum agas , aiunt*. Deos contra Deaſque & Heroes bello claros ex Mythologorum erogatorio adnumeravi. Nam priſci Fabulatores ſalubrioris doctrinæ ſuccos jucundarum narrationum velamine obtendunt : ſimiles quippe illæ Silenis Alcibiadis , atque adeo loculamentis Pharmaceutarum , in quibus aliud ſæpe legitur in Titulo , aliud latet in pyxide. De ſacris ordinibus militiæ equeſtris quoniam non defuere qui copiosè diſtributèque ſcriberent, in univerſum diſſerere ſatis habui. Quodſi antiquiores aliquot hìc relatos offenderis, ſcias ea mihi ſchediola, ut ſe dederunt ad manus ex noſtris Adverſariis, de calamo excidiſſe : quod ea cauſa me præfari oportet, ne, qui longe majore numero ſunt præteriti, me injuriarum aut negligentiæ poſtulent.

VI. Quod attinet elocutionis genus formamque, cum quædam explanari ſolummodo expetant , nonnulla verò ad contentioſam diſceptationem , tum aliqua ad ſuaſorium ſermonem accedant , ipſo ſcribendi genere ſerviendum loco, & rerum varietati mihi fuit obtemperandum. In univerſum non moroſam & anxiam ſcriptionem ſolicitavi, quæſitiſque peregre ornamentis infucatam & venditariam; ſed neque incurioſa & oſcitante utendum cenſui, quæque aut glandem eructaret, aut ſuboleret allium. Non Perſicam , ſed nec Cynicam menſam inſtruo; ne forte objectes mihi quod maximus olim Princeps: *Non putabam uſque adeo me tibi eſſe familiarem*. Cum tot tantarumque rerum ſpatia mihi conficienda eſſent , cogitavi valido potius equo mihi opus eſſe, quàm eleganter phalerato, cum ſuggeſtu plumarum, & aureis crepitaculis. Hæc te, Lector, non ignorare, ad rem attinere duxi. Poſtremo cum ex ætate fabuloſa , variiſque Ethnicorum ritibus & moribus non pauca mihi ſint decerpenda neceſſitate materiæ, licet idoneis clauſulis eorum falſitatem indicare ſæpius non omiſerim, ex Ethnicorum tamen ſenſu iis in locis me ſcribere, univerſe hic , & in anteceſſum profiteor.

MI-

MICHAEL ANGELUS TAMBURINUS

Præpoſitus Generalis Societatis Jesu.

CUm Librum cui titulus: *Lexicon Militare* à P. Carolo de Aquino, Societatis noſtræ Sacerdote, conſcriptum, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint; facultatem facimus, ut typis mandetur; ſi iis, ad quos pertinet, ita videbitur: cujus rei gratia, has Literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romæ 12. Februarii 1723.

Michael Angelus Tamburinus.

Impri-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo P. Mag. Sac. Palat. Apoſt.

N. Baccarius Epiſc. Bojan. Viceſg.

L*Exicon Militare*, opus multiplici eruditione refertum, ſummo ſtudio ac labore a P. Carolo de Aquino Soc. Jeſu concinnatum, mandante Rmo P. Gregorio Selleri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, attente perlegi, & publica luce maxime dignum exiſtimavi, ut iterum cenſeo; quod rectæ fidei, & ſanis moribus nihil abſonum in eo detexerim, & ſtudioſis in legendis cùm veteribus tùm ſequioris ævi Scriptoribus, hiſtoricis maxime, vel bellica pertractantibus, plurimo adiumento eſſe poſſit. Romæ ex Ædibus Cœleſtinorum Sanctæ Mariæ in Poſterula Idibus Auguſti MDCCXXIV.

D. Cœleſtinus Galianus Abbas, & Procurator Generalis Cœleſtinorum, in Romano Archigymnaſio Eccleſiaſtica hiſtoriæ, ac ſacrorum dogmatum publicus Profeſſor.

EX mandato Reverendiſſimi P. Gregorii Selleri Magiſtri S. P. Ap. legi & perlegi opus, cui titulus, *Lexicon Militare*, conſcriptum ab admodum Reverendo Patre Carolo de Aquino Societatis Jeſu Theologo, nihilque prorſus adinveni, quod Hortodoxis Dogmatibus vel bonis moribus adverſetur. Quin animadverti Auctorem data opera & loco plura interſerere & admiſcere, quæ valde ſpectent ad promovendam Religionem, ac pietatem. Quapropter opus planè operoſiſſimum, perpetua Latinæ linguæ, & nativa elegantia perductum, omnigena eruditione locupletiſſimum, pluſquàm dignum cenſeo, quod publicæ luci donetur; nempè maximè profuturum communi ornamento Literarum perinde atque armorum. Hac die 23. Auguſti 1724. in Monaſterio S. Stephani ſupra Cacum Congregationis Silveſtrinorum.

Ego D. Ignatius Abbas Celleſius Sacræ Theologiæ Lector.

IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

LEXI-



Digitized by Google

Google

LEXICON MILITARE.

A

A. Initialis eſt litera non Latini dumtaxat Alphabeti, quemadmodum Hebraici Aleph, & Alpha Græcanici, ſed omnium ferè linguarum. Imperium obtinet antiquiſſimum in cætera elementa, eorumque familiam ducit, non ſolum propter ſpectabilem formæ venuſtatem, ſed multo maximè quoniam illam cum Græci Alphabeti litera altera terminali ad Divinitatem ſuam notandam, & exprimendam ſupremus rerum Arbiter extulit, & conſecravit. Quid enim literulæ notulæque tenuiſſimæ glorioſius, & auguſtius contingere potuit, quàm ut immetatam Numinis magnitudinem adumbraret? Sic autem Apocal. 1. *Ego ſum Alpha, & Omega; principium, & finis.* Dantes Paradiſ. Cant. 22.

Lo ben che fa contenta queſta Corte,
Alfa ed Omego è di quanta ſcrittura
Mi legge amore, ò lievemente, ò forte.

Illud præterea cauſæ fuiſſe putaverim, quamobrem principatu illa gaudeat literarum, quoniam impensè facilis prolatu eſt. Hinc ubi primum ad lucem delibandam exoriuntur Mortales, nullo conatu niſuque ore adaperto, *A* ſolius naturæ magiſterio ductuque pronunciant. Diductis nimirum ſolummodo labiis, nullo negotio, nullamque linguæ operam flagitans vel expectans, ſonus ille admodum ſimplex emittitur. Animadvertit id Plutarchus Quæſt. Sympoſiac. lib. 9. Quæſt. 3. Idem inſinuat Jeremias cap. 1. *Et dixi a a a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum,* ubi licet *A* literam ſemel atque iterum efferret, adhuc tamen linguæ uſu carere ſe prorsùs profitebatur.

2. Plin. lib. 7. cap. 56. author eſt *A* literam à Cadmo in Græciam à Phœnicia fuiſſe allatam. A Cicerone in Orat. pro Mil. dicitur litera ſalutaris. Quemadmodum enim *C* litera erat condemnatoria, ſic *A* erat abſolutoria in Judiciis. Literæ verò *N*, *L* non liquere, remque eſſe dubiam declarabant. Aſcon. Pædian. in Divinat. *In cauſis majoribus univerſi Judices in ciſtam tabulas conjiciebant ſuas, eaſque inſculptas literas habentes A, abſolutionis, C, condemnationis; cum de alicujus capite agebatur, N, L, ampliationis.*

3. In matriculis etiam, ſive breviculis, ubi militum nomina aſcribebantur, ut de eorum interitu, vel ætate reſciretur, adnotabantur litera *A*, qui adhuc in pueritia verſabantur; quaſi ut prior cæteris litera ætatem etiam primulam deſignaret. Iſidorus lib. 1. *In breviculis quoque, quibus militum nomina continebantur, propria nota erat apud Veteres, qua inſpiceretur, quanti ex militibus ſuperefſent, quantique in bello cecidiſſent. T nota in capite verſiculi poſita, ſuperſtitem deſignabat. Θ verò ad uniuſcujuſque defuncti nomen apponebatur. Cum autem pueritiam ſignificare vellent, A litera uſi ſunt.*

4. Ut verò ad noſtrum, ideſt, bellicum forum propiùs accedam, *A* literam eſſe militarem, & in acie diſponenda multis commodis redundantem ſcitè obſervavit Vegetius lib. 3. de re Milit. cap. 20., ubi etiam reliquis acierum ordinationibus præferendam exiſtimat, & maxime idoneam eſſe præſcribit, quæ ad hujus figuræ normam & lineamenta diſponitur: *Secunda depugnatio eſt obliqua, quæ plurimis melior; in qua ſi paucos ſtrenuos loco idoneo ordinaveris, etiamſi multitudine hoſtium & virtute turberis, tamen poteris reportare victoriam. Hujus talis eſt modus: cum inſtructæ acies ad congreſſum veniunt, tunc tu ſiniſtram alam tuam à dextra adverſarii longiùs ſeparabis, ne, vel miſſilia ad eam, vel ſagittæ perveniant. Dextram autem alam tuam ſiniſtræ alæ illius junge, & ibi primùm incoha prælium: ita ut cum equitibus optimis, & probatiſſimis peditibus ſiniſtram partem illius, ad quam te junxeris, aggrediaris atque circumeas, & detrudendo atque ſupercurrendo ad hoſtium terga pervenias. Quod ſi ſemel adverſarios exinde pellere cœperis, accedentibus tuis indubitatam victoriam conſequeris, & pars exercitus tui, quam ab hoſte ſubmoveris, ſecura durabit. Ad ſimilitudinem autem A literæ, vel libellæ fabrilis, acies in hoc dimicandi genere conſtituitur.*

5. Huc etiam referendum eſt ſchema vexilli, quo uſum fuiſſe novimus Antiochum, cognomento Soterem, cum dimicaturus eſſet adversùs Galatas. Legimus autem eum Syriæ Regem admonitum fuiſſe per ſomnium ab Alexandro, ut ſi victoriæ potiundæ cupiditate aliqua teneretur, militibus teſſeram daret Pentalpha, ideſt ſignum ex quinque alpha compoſitum. Formatur autem ea figura ad formam pentagoni æquilateri & æquianguli; ubi lineæ ultra proprios angulos ſic producuntur, ut linea unius anguli cum linea alterius anguli coeat, & in hunc modum quinque angulos & quinque alpha delineent. Traditá itaque ab Antiocho eâ militibus teſſerâ, adversùs Galatas juſto prœlio congrediens Rex clariſſimam de illis victoriam eſt conſecutus. Idem vexilla militaria commemorato ſymbolo quinque *A* complicatarum poſtea depinxit. Extat porrò ejuſdem Antiochi nummus argenteus, in quo Pentalpha ſic imprimitur, ut ad ſingulos angulos pentagoni adſcribatur literula Græcæ vocis, ΥΓΕΙΑ, quæ vox Latinis ſalus eſt, ſive ſalvatio. Deformationem hujus ſigni cum præfata Hiſtoria de Antiocho Sotere habes apud Joannem Pierium Valerianum Hieroglyph. lib. 47. Indicatum adversùs Galatas prœlium refertur in Sacro Codice Machab. lib. 2. cap. 8., verum ejuſdem felicitas penes Antiochum refertur ibi ad virtutem Judæorum & cœleſte auxilium: *Admonuit autem eos & de auxiliis Dei, quæ facta ſunt erga parentes: & quod ſub Sennecharib centum octoginta quinque millia perierunt:*

& de prælio, quod eis adverſùs Galatas fuit in Babylonia, ut omnes ubi ad rem ventum eſt, Macedonibus ſociis hæſitantibus, ipſi ſex millia ſoli peremerunt centum viginti millia propter auxilium illis datum de cœlo, & beneficia pro his plurima conſecuti ſunt. Idem Pierius tradit Byzantinos Imperatores in ſuis caſtris obſervaſſe, ut ordo ille, qui ſub Magiſtro peditum merebat, & Propugnatores dicebantur, cœrulei coloris parmam præferrent, margine tamen purpureo, cujus umbilicus viridis intra Pentalpha contineretur. Addit poſtremò idem Scriptor qua ratione glorioſius Pentalpha ad eundem modum confici poſſit ex quinque vulneribus Chriſti Domini, in pares angulos ductis lineis ab iiſdem vulneribus Divini Servatoris, ſtantis erecto gradu, & cruribus paulùm divaricatis. Vide ibi hoc etiam ſchema.

A' Consiliis Bellicis. *Ab intimis, vel ſecretioribus, vel intimæ admiſſionis Conſiliis bellicis*. Vide *Conſilium*. Interim obſervo cum Donato Dilucid. in Svet. cap. 67. præpoſitiones *a*, vel *ab*, uſurpatas fuiſſe à Latinis in officiis ſignificandis. Exemplo ſit Svetonii illud in Claudio: *Super hos Polybium à ſtudiis, Narciſſum ab epiſtolis, Pallantem à rationibus, quod decreto quoque Senatus &c.*, ubi eos intellige, qui ſtudiis, epiſtolis, & rationibus præerant. Ad eandem formam illa conſtruuntur, à commentariis, à manu, à pedibus, à ſecretis, à ſtudiis, à veſte Regia, à cubiculo, à bibliotheca, à ſupellectile, à libellis, ab ærario, & alia non pauca his ſimilia; ubi ſupplendæ ſunt voces *Servus* aut *Miniſter*, ut ſit dictio integra; Servus à pedibus, ſervus à cubiculo, Miniſter ab ærario, miniſter à ſupellectile &c. Utimur etiam præpoſitione *ad*: Spartianus in Peſcennio: *Unus ad memoriam, alter ad libellos*: ubi etiam ſupplendæ voces *Servus*, vel *puer*. Sermone integro dixit Horatius lib. 1. 24.

Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum ſtatuetur unctis?

Et Juvenalis Satyr. 13.

Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis uxor
Ad cyathos.

Nec tamen aſſentior Donato, qui puerum ad cyathum prægustatorem intelligit, cum prægustator dicatur potiùs de edulia miniſtrante, quam potum. Nihil autem planiùs quàm in præfatis locis puerum ad cyathum exponere pincernam vel pocillatorem juxta illud Statii:

mediis videor diſcumbere in aſtris
Cum Jove, & Iliaca porrectum ſumere dextra
Immortale merum.

Notandum tamen eos loquendi modos ferè de ſervis aut libertis eſſe in uſu: Certe de nobilibus & ingenuis rariùs uſurpatos invenies.

A' Copiis militaribus. Locutionis color eum ſignificat, qui Copiis militaribus preeſt, juxtà obſervationem à nobis factam in titulo *A conſiliis bellicis*. Sed quoniam ea Formula in vetuſto lapide legitur Romę in vinea M. Joannis de Macerata prope Portam Appiam ſequenti inſcriptione: *POLYCRYSO AVGVSTI LIB. A' COPIIS MILITARIBVS*, ut refertur à Donato Dilucid. in Svet. cap. 67., ubi vides de Liberto ſermonem eſſe, ideo rei annonariæ curatorem potius, vel aliud caſtrenſe munus putaverim deſignari. Quamquam non ſum ignarus, evectos interdum fuiſſe Libertos ad magnorum exercituum præfecturam.

A' Fronte atque a' tergo. Proverbium, quo ſummam diligentiam & vigilantiam indicamus. Sumptum à bellatoribus, qui omnia à lateribus, à tergo & fronte ſolent advertere, ne aliunde incogitantibus vis hoſtica ſuperveniat. Ad hunc modum Achilles Agamemnonem incuſat apud Homerum:

Nec novit ſimul à tergo atque à fronte videre.

Cicero hoc adagium adhibet Philipp. 3. *Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur*. Egregio autem documento Antiquitas Janum biſrontem finxit ad providentiam Ducis vel Regis connotandam; ſimul ne cæcum occipitium irridendi anſam porrigeret. Perſ. Satyr. 1.

O Jane, à tergo quem nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas;
Nec linguæ, quantum ſitiat canis Appula, tãtum.

A Lasso rixa quæritur. Proverbium, cujus Seneca author eſt lib. 3. de Ira. Uſus proverbii erit in eos, qui ea maxime quærunt, ad quæ minimè idonei ſunt.

A pugione. Nomen fuit officii apud Romanos. Sic autem appellabatur, cui pugio Imperatoris erat commiſſus, ut docet Lampridius in Commodo: *Tuncque primùm tres Præfecti Prætorio fuere, inter quos libertinus, qui à pugione appellatus eſt*. Apud veteres etiam, quemadmodum ſummi Magiſtratus geſtamen erat gladius, ſic pugio minoris fuit. Imo Imperatoriæ poteſtatis inſigne etiam fuiſſe pugionem, oſtendit Galba, qui ante pectus ſuum demiſſum pugionem geſtaſſe legitur. Vide Salmaſium ad Lampridium in Commodo. Hodie longe honeſtiſſimum eſt id munus in aula Cęſarea, & exercetur à Duce Saxoniæ Septẽviro Auguſtali, qui Enſifer ab ea curatione & dignitate appellatur.

A Scrinio Militari. *Vide Archivium*.

A Supellectile. Miniſterii genus apud Romanos tum Urbani, tum militaris. Auguſti libertus quidam in Veteri Inſcriptione memoratur à Supellectile Caſtrenſi. Vide Salmaſ. ad Lamprid. in Alexandro.

A' Tabulario Castrensi. Cuſtos caſtrenſis Tabularii. Vet. Inſcript. apud Gruter. *HERMETI AVG. TABVLARIO CASTRENSI VERVS FILIVS*.

Ab actis. Vide *Actarii*.

Ab archivo militari. Vide *Archivum*.

Abacinati. Ii dicebantur, qui ænea candente pelvi oculis objectâ excæcabantur; aut certe ſic privabantur luce, ut quaſi per tenebras & obſcuram caliginem cernerent. Antiquiſſimum fuiſſe ſupplicii genus abacinationem liquet ex Platone in Gorgia, & ex Liberio apud Gellium lib. x: cap. 17., qui Democritum hoc pacto ſibi oculorum uſum ademiſſe docet:

Democritus Abderites, Phyſicus Philoſophus
Clypeum conſtituit contra exortum Hyperionis,
Oculos effodere ut poſſet ſplendore æreo;
In Radiis ſolis aciem effudit luminis,
Malis bene eſſe ne videret civibus.

Plutarchus tamen igniti ſpeculi repercuſſu refert id à Democrito factum. Sed longè freqentior hujus pœnæ uſus occurrit per recentiora tempora apud populos Orientis. Ejus mentio quàm creberrimè incidit apud Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ; & latè valeſcere apud eas gentes teſtantur paſſim Scriptores Itinerariorum. Sumebatur ejuſmodi ſupplicium in Oriente adverſùs illos potiſſimùm, qui bello victi captique eſſent. Nam cum capitali pœna nefas quandoque ducerent animadvertere in Principes, & exercituum Ductores ſupera-

peratos captoſque, ſatis ducebant eorum operam omnem irritam reddere, adempto illis uſu oculorum. Satis fuerit indicare ex Sanuto hac pœna affectum fuiſſe Henricum Dandulum, Ducem Venetorum, in Hiſtoria Byzantina celeberrimum atque clariſſimum. De eodem ſupplicio inſignis eſt locus apud Nangium in Chronico: *Henricus Rex Anglorum Robertum Ducem Normanniæ fratrem ſuum, à Hieroſolymis reverſum, Regnum ſuum inquietantem bello victum cœpit, & ei lumen pelui candente, & valde igneſcente appoſitâ, extinxit*. Verbum porrò *Abacinare* legitur apud memoratum Sanutum lib. 3. part. 2., ubi ita ſcribit de ſuperiùs relato Dandulo Venetorum Duce: *Qui à Græcis fortè abocinatus, quaſi viſum amiſit*. Etymon hujus verbi à voce Italica *Bacino*, quæ peluim ſignificet. Sed quoniam ſic ignem uſumque ejus ſupplicii ſolebant attemperare, qui eodem quempiam afficiebant, ut interdum quidem penitus excæcarent, ſæpiùs verò hebetarent ſolùm obſcurumque redderent viſum, ideò Menagius non à voce *Bacino* hujus verbi originem accerſit, ſed ab alia voce Italica *Bacio*, quæ inter alia locum opacum ſignificat. Lorenz. Med. Canz.

Non verrà che queſti fiori
Sempre mai ſtieno a bacio.

2. Cum autem notiſſima ſit Græcorum Principum rabies, & barbara immanitas in excæcandis hoſtibus, miror Hovedenum an. 1281. Exoculationem tamquam novitiæ diritatis genus à Francicis Regibus adinventam commemorare: *Rex Franciæ novum genus graſſandi in populo reperiens, fecit complures de hominibus Regis Franciæ, quos captivos tenebat, excæcari, & ſic provocabat Regem Angliæ, licet invitum, od conſimile impietatis opus*. Aliqua tamen Hovedenus excuſatione non vacat, qui ejus pœnæ inventorem dixerit Philippum Francum, non quaſi repererit illam primùm Philippus, ſed quoniam longo temporis ambitu intermiſſam revocaverit; vel primus uſurpaverit in Regno Galliæ. Et quidem atrociſſimum illud ſupplicium ſatis conſtat veterum Francorum & Anglorum Regum tempore in uſu fuiſſe. Witekindus lib. 3. Rerum Saxonicarum: *Ejus conſiliarius oculis erutis, lingua eſt privatus, in medioque cadaverum inutilis relictus*. Author. Annal. Francicorum: *Quidam in ligno ſuſpenſi, alii manuum & pedum ſummitatibus amputatis etiam lumine oculorum privantur*. Henricus Huntindonus de Henrico Rege: *Crudelitatem, qua Conſulem de Morebal cognatum ſuum, in captione poſitum exoculavit*. Vide alia exempla non pauca apud Gaſparem Barthium in Comment. ad lib. 5. Villelmi Britonis.

Abacus, ci. Latiſſimam ſignificationem habet pro qualibet menſa, ſive lignea ſit, ſive marmorea vel cœmentitia, aut qualibet alia conſtans materia. Abacum dicimus menſam aleatoriam in ludo latrunculorum, qui maxime eſt militaris. Item in Architectura tam Urbana quam Bellica certæ machinarum vel munitionum partes abaci nominantur. In tricliniis præterea abacos dicimus menſas ubi vaſa ad uſum eſcarium cum elegantia & commenſu ſolent exponi. Juven. Satyr. 3.

Lectus erat Codro, Procula minor, urceoli ſex,
Ornamentum abaci.

Et quoniam apud ejuſmodi menſas ſolent Prægustatores periculo ſuo fidem facere innoxii edulii vel potionis; quod miniſterii genus Itali dicimus *Far credenza*, idcirco illud etiam invaluit, ut ipſæ menſæ dicerentur *Credenze* & Prægustatores *Credenzieri*; ut credibile ſit Prægustatoris & Curatoris Abaci ejuſdem miniſtri antiquitus curationem fuiſſe. Aliud hodie Curator Abaci, aliud Prægustator, qui Sciſſor eſt, Italis *Scalco*. Cæterum vocem *Abacus* à Græcorum dictione ἄβαξ habent Latini.

Abaculus. Parvus Abacus. Plin. lib. 36. cap. 26. *Veluti cum calculi fiunt, quos quidam Abaculos appellant*.

Abarca, æ. Genus calceamenti Hiſpanici, rude durumque; confectum ex boaria vel caprina pelle, propriumque paſtorum & ruſticanorum hominum, quo utuntur præcipuè prærupta & aſpera montium incolentes. Sancius Navarræ Rex ad ſuos tranſtulit milites id calceamenti genus; imò eodem ipſum Sancium fuiſſe uſum docemur à Luca Tudenſi: *Fecit ſibi & ſuis militibus de coriis crudis, & ligneis viminibus, ruſticorum more, calceamenta, quæ vulgariter avarcas & baraliones vocant*. Ex quo autem eos calceos à ruſticis & paſtoribus ad milites tranſtulit Sancius, Abarcæ cognomentum eidem apud Hiſpanos adhæſit, ut legitur in Hiſtoria Pinnatenſi. Origo vocis Abarca eſt ab Hiſpanorum *abarcar*, quod eſt arctè complecti: quoniam id genus calcei pedem adſtrictum contineat.

Abas, antis. Rex bellicoſiſſimus Argivorum, filius Lincei ex Hypermneſtra, qui tribus & viginti annis regnavit, teſte Euſebio, à quo Argivorum Reges dicti ſunt poſtea Abantiadæ.

Abaton. Latinè inacceſſum, à [illegible], quod eſt aſcendo, & *a* litera inficiali. Sacrificium inacceſſum in vocabulariis exponitur, ſed ſine ulla Scriptorum mentione. Origo vocabuli, teſte Vitruvio, militaris eſt. Etenim Rhodii, urbe capta ab Artemiſia Ægypti Regina, defixiſque ab eadem, veluti in victoriæ ſignum, geminis ibidem ſtatuis, ante eundem locum ædificium poſtea conſtruxerunt, nequis turpem genti Rhodiæ memoriam poſſet aſpicere, eumque locum Abaton vocari juſſerunt. Factum id quidem tunc ad dedecus minuendum; Sed idem in religionis ſpeciem poſteà tranſiit, ut ſacratior locus in ſacris Ædibus, cuique aditus non pateret niſi ſummis viris, aut ſacerdotibus, Abaton vocaretur. Hujuſmodi erat religioſiſſima pars templi Hieroſolymitani, *Sancta Sanctorum* appellata. Sic autem Vitruvius de Abato: *Tunc Artemiſia, Rhodo capta, principibus occiſis, trophæum in urbe Rhodo ſuæ victoriæ conſtituit, æneaſque duas Statuas fecit, unam Rhodiorum civitatis, alteram ſuæ imaginis, & ita figuravit Rhodiorum civitati ſtigmata imponentem. Poſtea autem Rhodii religione impediti, quod nefas eſt trophæa dedicata removeri, circa eum locum ædificium extruxerunt, & id erecta Graja ſtatione texerunt, ne quis poſſet aſpicere, & id Abaton vocitari juſſerunt*.

Abequito, as. Equo abire vel aufugere. Liv. lib. 4. Bell. Pun. *Ut Prætores pavidi inter tumultum abequitarent Syracuſas*.

Abigejus Nomen equi funalis ſiniſterioris, victoriſque in ludis Circenſibus Romæ editis. Vetus Inſcriptio apud Salmaſium in Solinum cap. 45.

IN ABIGEJO VICTOR EMINUIT.

Ablecti Milites. Oportebat eſſe lectiſſimos, utpote qui ſumebantur è numero Extraordinariorum, ſecretique ſemper juxtà Conſulem in via,

in Caſtris, in pugna, veluti ſtipatores atque cuſtodes aderant. Occurrunt apud Polybium, ubi de equitatu auxiliorum: *Extraordinariorum equitum Ablecti, & quidam ex iis, qui ultrò ac ſponte militant*. Dicuntur autem Ablecti ab ablegendo, quaſi ex plurimis lecti, quæ porrò vis eſt idiotiſmi Græci ex verbo ἐκλέγειν. Hinc Ablegmina, partes extorum, quæ Diis immolabantur, quod eſſent ſeparatæ à reliqua viſceratione. Hinc etiam petendum etymon ad explicandum *Ædes ablectas* apud Plautum in Moſtell. Scio Turnebum legere *abjectas*; ſed nihil eſſe movendum in ea lectione meritò exiſtimat Scaliger. Grammatici aliquot ablectas in Plauto ex *ab* & *lacio* trahunt; tamquam *ablectæ Ædes* ſint, quæ venuſtate ſua emptorem alliciunt. Nugæ. Dicuntur omninò ab ablegendo, ut ablectæ ſint quaſi ſelectæ.

Abneco, as. Neco. Plaut. Trucul. *Ut abortioni operam daret, puerumque ritè abnecaret*.

Abolla, æ. Veſtimenti genus, de quo, utrùm militare fuerit, Senatorium, an Philoſophicum, adhuc Critici certant. Et primò quidem de ejus vocis etymo diverſimodè iidem ſentiunt. Opinantur nonnulli Abollas dici, quaſi à bullis, quod undique eſſent bullatæ. In eam ſententiam diſceſſit Bayfius. Sed contraria omnia habet Voſſius in Etymol., affirmatque Græcanicam eſſe vocis originem à dictione ἀμβολὴ, quæ ab ἀναβολὴ, qua Græcis amictus ſignificatur. Cum autem pallii genus fuiſſe Abollam plerique ſtatuant, militare alii pallium, quidam verò Philoſophicum agnoſcunt. Ad milites pertinuiſſe tradunt Nonius, Beroaldus, Torrentius, Voſſius, Salmaſius, aliique; Ferrarius verò verba Nonii ſic emendat: *Toga detracta eſt. & Abolla data eſt ad tubam mihi, fera militiæ munera belli ut præſtarem*. Ait nempe detractam ſibi togam veſtimentum pacis, & impoſitam Abollam militarem, ut fungeretur militiæ munere. Alii verò Senatoriam fuiſſe veſtem judicant; atque illuc trahunt Juvenalem Satyr. 4.

rapta properabat Abolla
Pegaſus.

Pegaſus autem ille urbi præfectus fuit à Veſpaſiano, idemque laudatiſſimus Juriſconſultus. Vide Alexandrum ab Alex., & in eundem Tiraquell. Sunt verò qui ad pallium referant philoſophicum, de quo Martialis lib. 4.

Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati.

Et Juvenalis Satyr. 3. de quodam Stoico:

nudi facinus majoris abollæ.

Quem locum Britannicus ſic exponit, tanquam duo Juvenalis fecerit Abollarum genera, Militare alterum, idque minus cultum, & ornatum, alterum Philoſophicum, majoriſque dignitatis, quàm eſſet militare. Equidem Abollas non modo milites, aut Philoſophos, verùm ipſos interdum Principes uſurpaſſe teſtis eſt Svetonius in Caligula, ubi de Ptolemæi Abolla purpurea ſic loquitur: *Ptolemæum & accerſitum è Regno, & exceptum honorificè, non alia de cauſa percuſſit, quàm quod edente ſe munus, ingreſſum ſpectacula, convertiſſe hominum oculos fulgore purpureæ Abollæ animadvertit*. Rixantium interpretum opiniones conciliat Raderus ad Martial. lib. 4. plura fuiſſe docens genera Abollarum, Senatoriam, Philoſophicam, & Militarem. Conſentiunt tamen omnes, ut duplex fuerit veſtimentum Abolla, quod primùm docuit Servius ad illud Virgilii lib. 5. de Entello:

Hæc fatus, duplicem ex humeris rejecit amictū.

Ubi Servius duplicem amictum exponit Abollam. Eadem eſt Horatii ſententia, ubi de Abolla Philoſophica Diogenis lib. 1. Epiſt. 17.

..... *Quem duplici panno patientia velat*.

Quas veſtes alia appellatione dicebant Diploides. Vide Ferrar. de re veſt.

Abruptum, i. vel

Abruptus, us. Vocabulum à nullo, quod ſciam, Latii veteris ſcriptore uſurpatum, nec à Latinis recenſitum vocabulariis aut gloſſariis. Civitate donatur adhibeturque pro aditione periculi vel militari congreſſu, *Cimento*, à Vegetio lib. 3. cap. 9. *Ideo omnia ante cogitanda ſunt, ante tentanda, ante facienda, quàm ad ultimum veniatur abruptum*. Peregrinitas vocis movit mihi ſuſpicionem, num foret intruſa ab imperito aliquo Exſcriptore; verùm dubitationem diremit Steuvechius, qui Vegetiana omnia cæteroquin ad caſtigatiſſimam revocans trutinam, nihil in ea immutat lectione.

Acanzi. Genus militiæ Turcicæ, quod ita deſcribit Jovius Tom. 1. lib. 14. *In lævo Sinambaſſam Eunuchum cum Aſiatico Equitatu conſtituit, antecedentibus Acanzis, qui ſunt voluntariæ militiæ Equites, ex vario gentium genere ſpe prædæ ad bellum acciti*. Et iterum ibidem: *Hos Acanzes, hoc eſt Antecurſores vocant; & plerumque centum millium equitum numerum implent; quòd eis ad ſpem prædæ Tartari è Taurica, & Getæ ex Valachia gregatim miſceantur*.

Acatium. Actuarii navigii genus, quod in conflictu navali quandoque ſaltem inſeruiſſe tradit Plutarchus in Cæſare: *Tertio autem prælio ad Pharum inito, ab aggere in Acatium deſiliit, & decertantibus auxilium tulit*. Navim potiùs prædatoriam agnovit Strabo lib. 11.; ubi aliquatenus etiam ejus formam deſcribit: *A' Latrociniis, quæ in mari factitant, vitam tolerant, Acatia habentes levia, anguſta, & velocia, quæ vix vectores viginti quinque recipiant: rarum autem eſt in totum ea poſſe triginta capere*. Supplenda deſcriptio Strabonis ex Plinio lib. 9. cap. 30., ubi de concha quadam verba faciens, ita ſcribit: *Aliam in Propontide viſam ſibi prodidit Mutianus, concham eſſe Acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata*.

Accedones. Locus eſt apud Tertull. de Pall. cap. 6. *Verum & Cerdones, & omnis gladiatorum ignominia togata producitur*. Ubi notat Salmaſius pro voce mendoſè intruſa *cerdones* purgatius exemplar habere *accedones*, item aliud *Accendones*. Notantur autem laniſtæ, ſive magiſtri gladiatorum, qui cum illis ſimul producti eoſdem ad feriandum incitabant. Si Accendones dicas, etymon erit ab accendendo; ſi Accedones, cui lectioni magis faveo, ab accedendo, quod gladiatoribus accederent in certamine. Simile quidpiam præſtant arbitri & Judices in privati & ſerii Martis monomachia. Ajo ſimiles hos priſcis Accedonibus: nam cæteroqui illud intercedit diſcriminis, quod arbitri certaminum ſingularium adſtant ſolum, ut leges conflictus ſerventur, pugnæque initium & finem præſcribunt: Cæterum taciti obſervant dimicantes, nec verbo eos extimulant ad cavendum vel feriendum. Hos Itali vocamus *Patrini*.

Accenseo, es. Accenſere militem: ſubrogare, conſcribere. Senec. Epiſt. 91. *Eadem ætas Lycurgum illi numero accenſuiſſet*.

Accensi. Liv. Dec. 1. lib. 3. *Collegit novem ſinguli Accen-*

Digitized by Google

Accenſi apparebant. Militum genus, de quibus frequens apud Scriptores, & antiquos lapides mentio. Verùm quinam potiſſimum illi fuerint, & ex quo ſic appellati, alii aliò trahunt. Varro Accenſos miniſtratores eſſe ſcribit, dictoſque à cenſendo, quia ad arbitrium eorum agerent, quorum erant miniſtri. Idem Varro alibi deducit ab *Aecieo*, quòd accirentur ſupplendis legionibus. Aſconius verò in III. Verr. ait nomen eſſe ordinis & promotionis in militia. Iterum Varro ſic nuncupatos docet, quia alios ad Prætorem accirent. Feſtus autem ita ſcribit: *Adſcriptitii veluti quidam ſcripti dicebantur, quia ſupplendis legionibus adſcribebantur. Hos & Adcenſos dicebant, quòd ad legionum cenſum eſſent adſcripti. Reclutæ*. Sed & aliam eorum originem addit idem Feſtus per hæc verba: *Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accenſus, qui à Tribuno militum Centurioni dabatur adjutor*. Vide quæ dicemus in dictione *Optio*. Eos poſtea idem Feſtus inermes & ſola veſte velatos deſcribit, ut qui fundis ſolum & jaculia depugnarent. Livius etiam in infimo militiæ gradu ejus generis Leves collocat, vocatque *Minimæ fiduciæ manum*. Ejuſmodi militis iconem antiquam exhibet Lipſius Analect. ad Milit., ubi cernitur Funditor reducto ſagulo ſive chlamyde, lapides ſinu præferens: additque alium paulò magis armatum, galeâ ſcilicet, ocreâ, ſcutoque lunato ſimiliter lapides contorquentem. Alia inſuper Accenſorum notio eſt: eorum, ſcilicet, qui Ducum mandata acciperent proferrentque, & quaſi ad eorundem conſpectum alios evocarent, ut dicti videantur ab acciendo. Sic illos exponit Marcellus Donatus Dilucid. in Liv. lib. 10. Idem indicavit Lævinus Torrentius in Comment. ad Domit. Sveton.: *Cornicularius ordo & gradus in militia erat, neque aliud quàm Accenſi Tribunorum, Centurionum, ac Decurionum fuiſſe videtur*. Atque ii facile ſunt, quos inſinuat Aſconius in Cicer. Verr., dum eos ait miniſtros fuiſſe Decurionum, quique ſuo tempore Commentarienſes, & Cornicularii dicerentur. Vide *Supernumerarii*.

Accessio, onis. Propriè eſt adiectio. Uſus vocabuli admodum frequens apud Architectos Urbanos juxta atque polemicos. Dicimus proinde acceſſiones ædium, acceſſiones arcium vel munitionum, opera, quæ reliquis adſtruuntur ad majorem firmitatem, vel etiam elegantiam in ædificiis urbanis. Cic. 1. Offic. *Hanc Scaurus demolitus, acceſſionem adjunxit ædibus*. Acceſſiones belli dicimus motus hoſtiles alios, qui bellum gerentibus ſupervenire ex alia parte interdum ſolent. Ejuſmodi Acceſſionibus opponitur *Caput belli*, qua formula explicamus belli cauſam potiſſimam atque præcipuam. Liv. lib. 45. *Gentius acceſſio belli Macedonici, Perſeus caput belli erat*. Sed longe uberiorem obtinet partem in re militari Acceſſio pro tortuoſis flexibus ex ſuggeſta humo ad Urbes obſeſſas appropinquantibus; quos tamen magis vulgato vocabulo dicimus

Accessus obsidionales. Acceſſiones, ſive Acceſſus obſidionales, viæ ſunt proſciſſa in obliquum Campi planitie ſtructæ, effoſſa humo, erectaque pro vallo, ac directæ ſerpentibus anfractibus ad tegendum militem adverſus Urbem obſeſſam. Iis fit ut tutò ad muros milites & foſſores perveniant. *Approcci*, ab appropinquando. Similes molitiones, quæ ad intercipiendos meatus & perturbanda opera hoſtium ab obſeſſis fiunt, dicimus *Contrapprocci*. Inter præcipua opera Architecturæ militaris meritò adnumerari prædictos acceſſus obſidionales, munitas nempe foſſas & obvallatas, quibus à caſtris per mediam campi planitiem ad arcem appropinquamus, illud etiam oſtendit, quod in iis explicandis, certâque regulâ conſtruendis multa congerunt bellici Scriptores ævi præſentis; inter quos præcipuè conſulendus eſt Matthias Dogenius, primi ſubſellii militaris architectus, qui fusè operosèque de iilis diſputat in libro ſingulari *Areotectonicæ modernæ*. Et quoniam præfatorum acceſſuum ſcopus eſt, ut inobſervati ab obſeſſis, indemneſque ab eorum miſſilibus ad labrum foſſæ perveniant obſeſſores, ideo primum omnium machinarii prævisum habere debent ſolum ipſum, naturamque expanſi agri, qui obſidendam urbem circumambit. Neque enim eademratin excavandi ſoli habenda eſt ubi herbidum illud, leve; & mollius offenditur, ac ubi ſabuloſum ſaxoſumque, vel paluſtre, riviſque & colliculia impeditum diuturniorem depoſcit laborem, bellicis operibus obſtante natura. Pudendum quippe fuerit immani ſumptu & labore militem atterere, tempuſque & operam ludere, otio interim & facultate conceſſa præſidiariis & oppidanis validiùs ſeſe communiendi. Licet autem extra telorum jactum aperiendum ſit ſolum ſtruendis acceſſibus, neceſſitas tamen quandoque ſoli, vel rerum opportunitates, quæ ſe Ducibus ex inſperato interdum offerre ſolent, monent, ut intra tormentorum jaculationes etiam effodiantur. Tunc autem noctu & valido ſub præſidio neceſſe eſt laborem illum ſuſcipi peragique à foſſoribus. Juvantur admodum viæ obſidionales gerris, ſive corbibus loricalibus deſuper conſtipatis. Nam & militum capita protegunt, & bellatores ipſi tutiùs jacula emittunt per interſtitia corbularum. Suadent etiam periti Areotecti, ut ſtruibus virgultorum, pellibus & ciliciis depreſſæ illæ tectæque viæ magis prævelentur. Tunc ſiquidem hoſtium obtutibus eripiuntur foſſores, eorumque oculis oppugnatorum opera ſubtrahuntur. Receptacula etiam & turriculæ cum valido milite per certa intervalla diſponendæ adverſus excurſiones impreſſioneſque oppidanorum. Id verò non modo ſummæ eſt utilitatis in recenti militia; verum etiam à priſcis Imperatoribus, & præſertim à Cæſare, legimus factitatum lib. 7. Comment.: *Eſt autem animadverſum à Legionariis, qui dexteram partem operis adminiſtrabant ex crebris hoſtium irruptionibus, magno ſibi eſſe præſidio poſſe, ſi pro caſtello ac receptaculo turrim ex latere ſub muro feciſſent, quam primò ad repentinos incurſus humilem parvamque fecerant. Huc ſe referebant; hinc, ſiqua major oppreſſerat vis, propugnabant; hinc ad repellendum & proſequendum hoſtem procurrebant*. Ejuſmodi integumentorum & præmunitionum neceſſitatem importare præ cæteris ſolet obſeſſorum ſolertia & vigilantia. Neque enim ad perturbanda ſolum & corrumpenda opera oppugnantium crebris eruptionibus, perpetuoque miſſilium jactu adnituntur; verum etiam acceſſus repugnatorios ſive contrarios parant atque conficiunt, ut hoſticos intercipiant profligentque. Inſtant ſiquidem & pro virili nihil relinquunt intentatum, ut flexus ambageſque illas adreptantes, ſuoque magno appropinquantes malo propellant & arceant, aut quomodolibet demum

cor-

corrumpant. Illud denique obſervare non prætermittam, Acceſſus obſidionales veteribus etiam fuiſſe cognitos. Clariſſimum id efficit Hirtius de Bello Africano, ubi aptiſſimo vocabulo præfatos acceſſus vocat brachia, eorumque uſum omnemque rationem exponit: ut nihil plane intereſſe exiſtimes inter Hirtii brachia oppugnatoria, & obſidionales, ut dicimus, Acceſſus recentis militiæ: *Deinde à ſuis maximis caſtris per medium campum è regione oppidi Uzitæ, quod inter ſua Caſtra & Scipionis in planitie poſitum erat, tenebaturq; à Scipione, duo brachia Cæſar inſtituit duci, & ita erigere, ut ad angulum dextrum, ſiniſtrumque ejus oppidi convenirent. Is hac ratione opus inſtruebat, ut cum propiùs oppidum copias admoviſſet oppugnareque cœpiſſet, tecta latera ſuis munitionibus haberet, ne equitatus multitudine circumventus ab oppugnatione deterreretur*. Idem ibidem: *Cæſar brachiis perfectis promotiſque eo uſque quò telum ex oppido adjici non poſſet, caſtra munit. Balliſtis Scorpionibuſque crebris ante frontem caſtrorum contraque oppidum collocatis, defenſores muri deterrere non intermittit; eoque quinque legiones ex ſuperioribus caſtris deducit*. De ſuggeſtu tormentario, cujus ductu & aſſociatione proteguntur latera viarum obſidiooalium, vide proprio in loco. Poſtremus omnium acceſſus ſive ultima linea acceſſuum obſidionalium ad faciem propugnaculi dirigi debet: ea quippe pars cæteris debilior & infirmior, utpote quæ ſimplici unicaque gaudet defenſione. Non ſolet dirigi ad angulum propugnaculi, quoniam tum ab aliis propugnaculis, tum a parmulis tutamentum habet. Minus opportuna eſt cortina, cum à duobus propugnaculis hinc inde fulminantibus optime tegatur. Vide *Brachia*.

Accessus, us. A Vitruvio dicitur machina ſcanſoria, qua ad muros obſeſſæ urbis acceditur. Græcis Epibatra vocatur. Lipſius Vitruvianum corrigit locum, & pro acceſſu ſubſtituit aſcenſum: ſed validè Baldus vetuſtorum Codicum fidem tuetur. Locus Vitruvii eſt lib. 10. cap. 19., ubi tamen lectiones variant, quod perpetuum eſt vitium in Codicibus Vitruvianis.

Accido, is. Media producta, formatur ex *ad* & *cædo*. Dicimus res acciſas pro *afflictas, exhauſtas, proſtratas*. Liv. lib.2. *Ita prælio uno accidit Veſtinorum res, ut ne vallo quidem freti in oppida dilaberentur*.

Accingo, is. Se ad aliquid naviter comparare. Virgil. 1. Æneid.

Illi ſe prædæ accingunt.

Uſus autem verbi frequentiſſimus eſt in re militari; & accingi dicimus pro inſtrui vel armari, ut notat Servius ad illud Virgilii lib.2. Æneid.

Atque omnis facibus pubes accingitur atris.

Statius lib.1. Thebaid.

Forſan & accinctos lateri, ſic ira ferebat,
Nudaſſent enſes.

Tacitus etiam lib. 20. *Quidam etiam expedire arma, teliſque tamquam in aciem accingi*. Quemadmodum autem Accinctos dicimus probè ſtudioſèque ad aliquid comparatos & induſtrios, ſic inertes ignavoſque appellamus Diſcinctos. Neſcio enim qua ratiooe fiat ut aliquid aggreſſuri non balthêum dumtaxat aut enſis ciogulum, ſed veſtimenta ipſa arctius membris ac pectori præſertim & lateri adſtringamus: Stat. lib. 4. Silvar. 4. ad animum tranſtulit:

magnos accinctus in uſus
Fert animus quaſcumque vices:

Phœd. lib.2. Fab.36. Alticinctos appellat:

Ex alticinctis unus Atrienſibus.

Cootra verò pigerrimi quique, tardique deſidiâ, laxioribus ſolutiſque veſtibus ſolent agere. Hinc optime Ovidius lib.1. Amor. 9. otia vocat diſcincta:

Ipſe ego ſegnis eram, diſcinctaque in otia natus;
Mollierant animos lectus & umbra meos,

Vide *Diſcincti*.

Accinctior. Accommodatiſſime Auſonius in Paneg. ad Gratianum: *Cujus familiaris habitus condecentior, aut militaris accinctior?*

Accipiter. Avis violenta, prædatrix, ſanguinis & cædium avidiſſima. Habita antiquitus pro victoriæ ſymbolo, quoniam altiſſimo volatu alatam victoriam referret. Pierius Valerianus Hieroglyph. 25. teſtatur, vidiſſe ſe Romæ apud Maffæos in quodam Canone Imperialium militiarum, militarem extitiſſe ordinem, qui luteum accipitrem in lutea parma geſtaret. Idem Legiones alias recenſet, quarum Accipiter erat inſigne. Ægyptiorum porro militare fuiſſe ſignum exiſtimo, ut ootavi in Tit. *Columba* pro Vexillo.

Acclamatio. Cic. 2. de Orat. *Vitanda eſt acclamatio adverſa populi*. Plauſus eſt à populo repetitus voce, & manuum elatione atque percuſſu. Acclamabatur præcipuè victoribus in Urbe triumphum agentibus. Originem habuit acclamatio in Theatris, ſcena, & ſpectaculis. Tranſiit poſtea ad forum. In Senatum etiam admiſſæ acclamationes, modicæ primum & verecundæ, mox liberiores & nihil diſtantes à licentia Theatrali. Sed admodum invaluerunt tempore inferiorum Cæſarum, ut paſſim referunt Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ. Neque verò temerè & pro cujuſque arbitrio acclamabatur, ſed quemadmodum in Choris præibat aliquis, conceptâque acclamabat Formulâ, tum reliqua turba eaſdem repetebat voces, ſic non incondito clamore, ſed cum modulatione aliqua atque concentu alibi acclamabatur. Legimus apud præfatos authores quinquies & vicies acclamatum; ſed Trebellius in Claudio ſexagies, & quandoque octuagies fuiſſe acclamatum obſervat. Formulæ acclamandi licet admodum eſſent variæ, ferè tamen a votis incipiebant. Pro exemplo ſit Acclamatio, quæ legitur in Cod. Theod. lib.7. tit. 20. *Auguſte Conſtantine, Dii te nobis ſervent: Veſtra ſalus, noſtra ſalus: vere dicimus, jurati dicimus*. Fautores præterea, laudatores & plauſum edentes Aurarii dicebantur. Non ab aura, ideſt, favore populari illis nomen, ut exponit Servius in illud Virgilii lib. 6.

. . . . . *gaudens popularibus auris*,

Sed ab aura, ſive ora, ideſt extrema veſtium parte, quas jactabant, ot favorem teſtarentur. Ovid. Amor. l.3.

Et dare jactatis undique ſigna togis.

Hinc iidem Orarii dicti, & Sudarii, à ſudariis, quæ jactabant ad favorem ſignificandum. Vide Vopiſcum, & apud illum, Salmaſium.

2. Migravit poſtea idem acclamandi ritus ad ſacras parænefes & Concilia. Ejus in Patrum ſcriptis frequens eſt mentio. S. Auguſtinus lib. 4. de Doctrin. Chriſt., & alius in locis non invitus eum morem videtur admiſiſſe. Affero acclamationes ſacras, quæ leguntur in ejuſdem epiſtolis, cum Eraclium, ſive Eradium ſucceſſorem ſibi publicè

Google

blicè deſignaret. *A populo acclamatum eſt trigies ſexies, Deo gratias, Chriſte laudes, Exaudi Chriſte, Auguſtino vita, dictum eſt tresdecies. Te Patrem, Te Epiſcopum dictum eſt octies. Dignus & juſtus eſt, dictum eſt vigies. Benemeritus, Bene dignus dictum eſt quinquies*. Contra verò S. Joannes Chriſoſtomus integris Homiliis id unum contendit, ut plauſus omnes, & acclamationes de concionibus ſacris tollantur. Hodie in templis, & re ſacra vix habent locum acclamationes: retinentur tamen in Theatris, verum non certis conceptis formulis, ſi illud *Euge* frequenter iteratum excipias.

3. Ante Trajani tempora Acclamationes militares non fuiſſe relatas inter acta publica conjicit Salmaſius in Avidio Vulcatii ex verbis illis Plinii in Panegyr. *Ante orationes Principum tantùm ejuſmodi genere monumentorum mandari æternitati ſolebant: Acclamationes quidem noſtræ parietibus Curiæ claudebantur. Erant enim, quibus nec Senatus gloriari, nec Principes poſſent, has verò, & in vulgus exire, & poſteris prodi cum ex utilitate tum ex dignitate publica fuit*. Eaſdem alter Plinius Cantica appellat, quoniam formulæ acclamandi certis quibuſdam numeris erant conceptæ, & per modulationem numeroſo verborum circuitu ad aures accidebant. Eadem verò verba, quibus militum vel populi amor, aut exiſtimatio Principis vel Imperatoris continebatur, ſolebant repetere præſertim in clauſulis acclamationum; ad eum modum, quo eadem verba iterare ſolent Ruſticanorum & infimæ plebis cantilenæ.

4. Præcipua autem formula acclamationis erat: *Dii te ſervent*; eratque tam militibus quàm Senatui populoque communis, ut obſervat Briſſonius de Formulis lib. 2. Exempla habes apud Lampridium in Diadumeno, ubi cum Macrinus eam concionem ad exercitum habuiſſet; *Videtis, Commilitones, & me ætatis provectæ, & Diadumenum puerum, quem diu Principem, ſi Dii faveant, habebitis*: acclamatum fuit: *Macrine Imperator Dii te ſervent. Antonine Diadumene, Dii te ſervent. Antoninum Divum omnes rogamus. Juppiter Optime Maxime Macrino & Antonino vitam. Tu ſcis Juppiter, Macrinus vinci non poteſt. Antoninum habemus: Omnia habemus. Antoninum nobis Dii dederunt patrem. Antoninus dignus imperio*. Obſervanda etiam ſunt, quæ habet Vopiſcus in Probo: *Cum ad exercitus nuntius veniſſet, tum primum animus militibus fuit prævenire Italicos exercitus, ne iterum Senatus Principem daret: ſed cum inter milites ſermo eſſet, quis fieri deberet, & manipulatim in Campo Tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum eſſe Principem aliquem fortem, ſanctum, verecundum, clementem, probum, idque per multos circulos, ut fieri aſſolet, diceretur, quaſi Divino nutu undique ab omnibus acclamatum eſt, Probe Auguſte, Dii te ſervent*. Adjunge illa ex Capitolino de Balbino & Maximo: *Deinde ad roſtra populum convocarunt: ubi cum orationem de Senatus ſententia & de ſua electione habuiſſent, Populus Romanus cum militibus, qui forte convenerant, acclamavit: Gordianum Cæſarem omnes rogamus*. Antiquiore item ævo gratulatoriarum acclamationum mentio facta legitur apud Vell. Patercul. lib. 2. *At vero militum, conſpectu ejus, elicitæ gaudio lacrimæ, alacritaſque & Salutationis nova quædam exultatio, & contingendi manum cupiditas non continentium protinus quin adjicerent: Videmus te, Imperator, ſalvum recepimus. Ego tecum, Imperator, in Armenia, ego in Rhætia fui: ego à te in Vindelicis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus ſum*. Acclamationes ſimiles habentur in nummis poſteriorum temporum: SEMPER FLOREAS. FELIX VIVAS. CHRISTE, DEIPARA, ADJUVA IMPERATOREM. Vide in hanc rem alia apud Briſſonium de Form. lib. 4. Vide etiam dictionem *Imperator*.

5. Inter Formulas acclamatorias, quæ triumphum agentium præconia continebant, miſceri ſolebant militari licentia liberiores joci, ſcommata, atque dicteria, quibus triumphatorum vitia exprobrabantur victoribus, & ad populum latè in ſpectaculum fuſum promulgabantur. Pertinebat id etiam ad commemorationem mortalis conditionis, ne, qui pulcherrimum inter humana præmia virtutis laboriſque teſtimonium eſſent conſecuti, ſeſe ſupra humanam ſortem extollerent, & erigerent criſtas, hauſto per ſuperbiam aliorum contemptu atque deſpicientia. Pars itaque Triumphi erat commemoratio malefactorum, ut inter adulantis vulgi vendibiles plauſus, in triumphatorum animis imbecillitatis ſuæ recordatio non obſoleſceret. Et primùm quidem, ut ſcribit Tertull. in Apologet., aderat à tergo triumphantium, qui formulas illas ſaluberrimæ admonitionis ſuggereret: *Reſpice poſt te: Hominem memento te*. Idem tradit Arrian. lib. tertio, cap. 24. Livius autem lib. 4. de C. Valerio Coſ. ita ſcribit: *Cum ex Senatus Conſulto Urbem ovans introiret, alternis inconditi verſus militari licentia jactati, quibus Conſul increpitus. Menenii nomen celebre laudibus fuit*. Vellejus Paterc. lib. 2. *Eoque inter jocos militares, qui currum Lepidi, Plancique ſecuti erant inter execrationem Civium uſurpabant hunc verſum.*

De Germanis, non de Gallis, duo triumphant Conſules.

Sueton. in Jul. cap. 40. *Ne provincialibus quidem matrimoniis abſtinuiſſe, vel hoc diſticho apparet, jactato æque à militibus per Gallicum triumphum:*

Urbani ſervate uxores; Mœchum calvum adducimus:
Auro in Gallia ſtuprum emiſti, hic ſumpſiſti mutuum.

Adhuc verò fœdius, quod idem ſcribit Hiſtoricus in ejuſdem Vita cap. 49. *Gallico denique triumpho milites ejus inter cetera carmina, qualia currum proſequentes joculariter canunt, etiam vulgatiſſimum illud pronunciaverunt:*

Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem.
Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias;
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Cæſarē.

6. Animadverte hic ſuo Chriſtum Dominum exemplo memoratum formulæ acclamatoriæ ritum apud Hieroſolymas conſecraſſe. Etenim cum ad eam Urbem appropinquaret, occurrens illi turba ſublatis olivarum palmarumque ramis, ut legitur Matthæi 21. *Clamabant dicentes Hoſanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in altiſſimis*. In veteri etiam ſacra Hiſtoria ejuſmodi formularum exempla quædam leguntur, & præſertim lib. 1. Reg. Cap. 18., ubi Judeæ mulieres David puero reduci poſt obtruncatum Philiſtæum Gigantem cum inſtrumentis muſicis choriſque acclamaſſe leguntur in eam for-

Digitized by Google

formulam : ***Percuſſit Saul mille , & David decem millia .*** Vide *Clamor militaris* .

ACERATUM . Feſtus exponit , *luto , & paleis miſtum* . Eſt enim *acus , aceris* neutro genere palea , ſeu tritici purgamentum . Acerare autem eſt paleis inficere , & corrumpere : proinde panem acerroſum dicimus , qui confectus eſt ex frumento minimùm purgato vel excreto . Munitiones acerato farctas commodè appellamus , quæ opere tumultuario attolluntur ad munienda caſtra . Excitari quippe ſolent ex terra agreſti , quam multa palearum vis ſolet opplere ex meſſibus , & tritura . *Terrapleni* . Neque enim res ſubita patitur , ut ex calce , & arena foſſitia excitentur aggeres , & munimenta . Conglutinantur proinde ſæpe atque ferruminantur hujuſmodi ſtructuræ luto ſubacto , & paleis miſto , juxtà illud Petronii .

Et paries circa paleā ſatiatus inani
Fortuitoque luto clauſos munibat agreſtes .

Supplementum inſuper ſtructuræ firmioris ſunt parietes craticei . Conſertis illi , & craticulatis aſſeribus quomodolibet roborati ſtructuram quidem facilem ad tumultuariam munitionem præſtant , ſed parum firmam adversùs ignem . Sic enim Vitruvius lib.2. *Cratitii verò parietes velim quidem ne inventi eſſent ; quantum enim celeritate , & loci laxamento proſunt , tanto majori , & communi ſunt calamitati , quod ad incendia , uti faſces , ſunt parati* . Idem lib.7. cap.3. hanc præcipit rationem conficiendi parietis cratitii : *Cum paries totus luto inquinatus fuerit , tunc in eo opere cannæ clavis muſcariis perpetuæ figantur , deinde iterum luto inducto , ſi priores tranſverſariis ordinibus fixæ ſunt , ſecundæ erectis figantur* . Et Babylonios quidem muros multiplici cannarum textù ſtipatos , & agglutinatos bitumine Herodotus & Plinius memorant . Fiunt etiam aggeres tumulique , & quidquid bellici eſt operis tectorii , vel etiam oppugnatorii , è ſtructura ceſpititia . Eſt autem ceſpes terra cum ipſa herba , & radicibus cæſa & avulſa . De hoc opere Lucanus lib. 1.

Et ſubitus rapti munimine ceſpitis agger
Præbet ſecuros intrà tentoria ſomnos .

ACESSA . æ . Occurrit apud Suidam , & refertur inter machinas munitorias per hæc verba : *Aceſſa Romana machina , è lignis ſectis ad firmitatem extructa* . Et alibi : *Romani eam , quæ Aceſſa ipſorum lingua dicitur , fabricarunt . Sectis enim lignis alternatim ea locantes , & adæquantes , clauſerant obſepſeruntque ea parte aditum Urbis* . Meritò ſuſpicari cum Lipſio licet , Aceſſam pro *Acceſſa* irrepſiſſe : quod nimirum genus ſit machinæ ad muniendum aditum , vel acceſſum . Non eſt dubium machinationem fuiſſe ligneam , affinem ſudeto aliiſque tumultuariis munimentis ex trabibus , palis , valliſque .

ACETUM , i . Vinum acre . Et quidem ab acrimonia dicitur , & quoniam acet . Acere autem vel aceſcere Latinorum fit à Græco vocabulo ἀκὶ , quod notat aciem , vel acumen . Eam ob cauſam acetum interdum pro mordacitate ſumitur . Horat. 1. Serm.

. . . *poſtquam eſt Italo perfuſus aceto* .

Pro animi acerbitate poſuit Plautus in Pſeud. *Et quid habet is homo aceti in pectore ?* Quomodo aqua miſtum uſitata fuerit potio militum Romanorum , referam in voce *Poſca* . Aceti uſus fuit frequentiſſimus apud veteres ad madefaciendos imbuendoſque centones , cilicia , coria , pelles , aliaque velamina ejus generis , quæ objici ſolebant ad frangendum impetum arietum , aliarumque militarium machinarum , ut explicabo in voce *Cilicia* . De ejuſmodi velis aceto , & aqua humectatis ita ſcribit Diodorus lib.17. *Conſuentes præterea coria ac pelles madefactas , in his excipiebant ictus balliſtarum* . Sed clariùs Hero de Machin. Bell. cap.14. , ubi de remediis adversùs Turres mobiles : *Utiliſſima involucra oppanſa , paleis aceto madefactis plena* . Siſenna Hiſtoricus : *Aceto madefactis centonibus integit* . Emolumentum aliud , & opportunitatem , quæ in rem militarem ex aceto redundat , oſtendit Annibal , Dux præter modum animoſus , vere , ut Horatius loquitur , audax omnia perpeti , & cui nihil arduum fuit intentatum . Is in tranſitu Alpium , quas nemo ante ipſum præter Herculem , quemadmodum refert Cornelius Nepos , cum exercitu tranſiit , rupes aſperas , & objectas cautes igne & aceto domuit . Iuven. Sat. 10.

Diducit ſcopulos , & montem rumpit aceto .

Res portenti ſimilis moverat mihi ſuſpicionem fabuloſæ narrationis , cum cæteroqui conſtet auſos interdum Hiſtoricos quædam comminiſci ad conciliandam aut operi ſuo gratiam , aut præclaris ducibus famam . Augebant dubitandi cauſam idem Cornelius , qui in ejuſdem Annibalis vita nihil habet de alpibus aceto putrefactis ; item Silius , qui lib. 3. illum alpium trajectum deſcribens , & igne ſubacta juga commemorans , aceti non meminit ; poſtremò Plinius qui lib.23. cap. 1. ubi de aceti efficacia multa diſſerit , & lib. 36. cap.1. ubi de eo Annibalis tranſitu loquitur , mentionem nullam injicit de alpibus aceto madefactis . Exemerunt tamen ex animo ſcrupulum omnem Hiſtorici Magni Livius , & Plutarcus , quorum de emollitis aceto alpibus teſtimonia ſubiicio . Livius lib.21. *Unde ad rupem minuendam , per quam una via eſſe poterat , milites ducti , cum cædendum eſſet ſaxum , arboribus circà immanibus dejectis , detruncatiſque , ſtruem ingentem lignorum faciunt , eamque , cum & vis venti apta faciendo igni coorta eſſet , ſuccendunt , ardentiaque ſaxa infuſo aceto putrefaciunt* . Plutarc. in vita Annibal. *Non ſolum cum montanis incolis multoties ſibi pugnandum , ſed etiam adverſus anguſtias , aſperitateſque viarum ſic ei laborandum fuit , ut quibuſdam locis per ingentia ſaxa igni acetoque putrefacta ſibi aperuerit iter* . Obſerva primum in iis verbis , aditum copiis patefactum in aliquibus dumtaxat alpium locis . Iterum adverte , quod hic obiter , & alibi fuſius docui , acetum aqua maceratum vulgarem fuiſſe militum potionem ; ut intelligas non operosè advectam , ſed paratam & in promptu fuiſſe vim magnam aceti . Poſtremò expende aceti efficacitatem ſummam , de qua Plin. memorato lib. 23. cap. 1. *Saxa rumpit infuſum , quæ non ruperit ignis antecedens* . Gemmas certè aceto conteri & liqueſieri oſtenderunt Cleopatra , quæ alterum ex duobus immenſi pretii unionibus aceto reſolutum exſorbuit , & Clodius Æſopi Tragedi filius , de quo Horatius Satyr. lib. 2. 3.

Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ ,
Scilicet ut decies ſolidum abſorberet , aceto
Diluit ingentem gemmam .

Metalla item & ſaxa aceto diſſolvi teſtatur Vitruvius lib. 8. cap. 3. *Eiſdem rationibus æs , quod ſolidiore eſt natura , ſimiliter curatum ſi fuerit , diſſipa-*

ſipabitur & fiet ærugo. Item Margarita, nec minus ſaxa ſilicea, quæ neque ferrum neque ignis poteſt per ſe diſſolvere, cum ab igne ſunt percalefacta, aceto ſparſo diſſiliunt & diſſolvuntur. Ad ultimum non demirabitur loca quædam alpium ab Annibale aceto emollita & domita fuiſſe, qui ſciverit cryptam Puteolanam dolabris ad milliarii fere ſpatium ſuffoſſam à Romanis, mare & Navigia immiſſa in Montem Athon à Xerſe Rege Perſarum, exciſoa in Ægypto è Montium viſceribus prodigioſæ magnitudinis obelos & Pyramides, &, quod omnem fidem exſuperat, ex coacervatis evulſarum prope rupium mollbus à Pharaonibus Ægypti Regibus Erythræo Mari aggerem perpetuum & immenſi laboris erectum.

ACHASTUS. Filius Peliæ Theſſalorum Regis, qui Corinthiis bellum indixit, quòd faverent Medeæ, quam ipſe inſequebatur, patris ſui necem ulturus. Fuit etiam venator ſagittis clarua, ut indicat Ovid. l. 8. Metam.

jaculoque inſignis Achaſtus.

ACHELOUS. Ætoliæ Rex, qui adversùa Herculem dimicavit. Verùm illud certamen ab Hiſtoria exortum longo fabularum ſyrmate à Poetis exornatur. Hercules, nt quadam indolis generoſitate in omnes mortales erat beneficus, Acheloum Acarnaniæ fluvium, qui ingenti cum impetu raptus univerſam regionem obnoxiam habebat, prææaltis aggeribus domuit ac refrenavit, ejuſque copioſas aquas in plurea rivulos diductas ſic extenuavit, ut non exitioſus, ut antea, Acarnaniæ, ſed utilis, ſatiſque irrigandis idoneus fieret. Fluvius ſic paulatim exſiccatus locum fabulæ dedit, quæ in Herculia honorem conficta eſt. Ajunt autem Acheloum pro Deianira Œnei Calydoniæ Regia filia cum Hercule decertaſſe: ac primo quidem in ſerpentem, deinde in Taurum converſum, cui Hercules cornu amputavit, quod poſtea traditum eſt Amaltheæ, in copiæ fortunæque ſymbolum. Solent verò poetæ fluvios ſimiles tauris effingere, quoniam cum impetu & fragore irrumpentes taurinos mugitus imitantur. Poſtremò victus ab Hercule Achelous ſe in ſui nominis fluvium occultavit. Ovid. lib. 9. Metam.

vultus Achelous agreſtes,
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.

ACHILLES. Pelei filius ex Thetide Maris Nympha. Stygiia infantem undis mater immerſit, edocta futurum ut ferri ictu necaretur. Putabantur autem Stygiæ undæ impervium telorum ictibus reddere, qui illis perfunderetur; ſed irrita fuit omnis Thetidia cura & diligentia. Achilles nimirum cum Polixenam Priami filiam deperiret, nuptiaſque cum illa adornaret in Apollinis templo, jaculo interfectus fuit à Paride. Nam ejus pedis plantam manu tenens mater undâ ſtygiâ perfundere non meminerat. Militarem diſciplinam, quemadmodum etiam Muſicam, & liberales alias facultates puer edidicit à Chirone Centauro, cui illum mater tradidit educandum. Quoniam verò monita ab Oraculo fuerat Mater in expeditione Trojana filium periturum, eundem in Inſulam Scyron ad Lycomedem amandavit, ubi inter Regis filias muliebri indutus habitu latuit. Inde ab Ulyſſe per aſtum ad bellum Trojanum abreptus tanta ſtrenuitate rem geſſit, ut de Achille potiſſimum canendum ſibi propoſuerit Homerus in Iliade, ac pręcipue de ejuſdem ira in Agamemnonem: ex quo Iliadis initium illud: *Iram cane Dea Pelidæ Achillis pernicioſam.* Fortiſſimè dimicans eodem bello Memnona, Troilum, alioſque potentiſſimos Duces interemit. Poſtremò acerbiſſime ferens Patroclum amiciſſimum ab Hectore enecatum fuiſſe, triſtiſſimas chariſſimo Sodali inferiaa exſolvit ipſo Interempto Hectore, & circa Urbis muros raptato. Ejus verò geſta latè recenſent inter alios Homerus in Iliade, & Statius in Achilleide: quo reſpexit Petrarcha

e quel cantato in verſi
Achille, che di fama hebbe gran pregi.

ACHIVORUM ULTIO IN AGAMEMNONEM. Proverbium bellicæ originis, quo annotamus viris de Republica præclarè meritis ſæpè accidere ut peſſimam à populo gratiam referant, quemadmodum ingratiſſimi fuere Achivi, qui Agamemnonis beneficla propter illuſtratam tot exhauſtis laboribus patriam in bello Trojano multis ingratiſque maleficiis poſtea remenſi ſunt. Hinc carmen illud ex Græco:

Pro meritis malè tractarunt Agamemnona Graii.

ACHIVOS A TURRE JUDICAS. Adagium de iia, qui in tuto conſtituti de illis judicium ferunt, qui longe abſunt & in periculo verſantur. Ortum à Priamo, qui, ut ſcribit Homerus, accerſitam Helenam in ſublimi munitaqne turri Trojana percunctabatur de Ducibus Græcis, quos procul in exercitu conſpiciebat.

ACIERIS, la. Securis: ab acie ſic vocitata, quod utrinque aciem habeat; ex quo bipennis etiam dicitur. Feſtus: *Acieris. Securis ærea, qua in Sacrificiis utebantur Sacerdotes.* Latinobarbaris *Acciatus*. Occurrit in Breviloquio: *Acciatus. Cultellus magnus & acutus, & dicitur quaſi reſcindens.* Italis *Accetta*.

ACIES, ei. Voſſio dicitur ab acu quartæ declinationis, & hæc à Græcorum voce ἀκὶ, ſive ἀκὶς, quæ eſt acumen. Dicitur proprie de extrema parte rei cujuſcumque, quæ apta eſt ad ſecandum vel pungendum ſui acuminis cauſa. Præcipuè verò locum habet in armis, ut acies ferri. Virgil. a. Æneid.

Stat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci.

Ubi tamen figurate dixit aciem ſtrictam pro ſtricto ferro, partem pro toto accipiens. Et ſimiliter lib. 6.

ſtrictamque aciem venientibus offert.

Fallitur Servius, qui *ſtrictam*, exponit nudam. Vulgatum eſt Grammaticorum vitium, ut omnia conentur pertrahere ad proprias & primitivas ſignificationes vocabulorum, immemores plurima per tropos & figuras efferre non Poetas dumtaxat, verum etiam Hiſtoricos. Itaque ſtricta acies apud Virgilium & alios, ubi de armis loquuntur, eſt adſtrictus manu enſis nudati capulus; poeticè verò, & Rhetorum more id dicitur acies ſtricta. Hinc paſſim legas aciem falcia, gladiorum, ſecurium. Id ſcilicet Itali dicunt *Filo*. *Mettere a fil di Spada*: *Spada di filo*, cui opponitur enſis hebeti acie & obtuſa, quem vocant *Spada di Marra*, & vulgò *Smarra*. Eandem illam partem appellant *Taglio*. Dantes Infern. Cant. 28.

Un Diavol è quà dietro, che n'accisma
Sì crudelmente al taglio della ſpada,
Rimettendo ciaſcun di queſta riſma.

Ab hac acceptione habemus vetus verbum: *In acie novaculæ*; quod paroemiæ loco proferimus cum res in ſummo verſatur diſcrimine. Ab armis ad alia eleganter transferimus aciem. Acies

unguium dixit Plinius. Oculorum etiam, animi, ingenii aciem probatiſſimi dixerc Scriptores. Cic. in Catil. 2. dixit hebeſcere aciem authoritatis Senatus. Plautus autem in Epid. jocosè facetèque, ut ſolet, illud habet: *Orationis aciem contra conferam*; quaſi acutam acremque reſponſionem vel ſermonem. Vide *Filum*.

2. Alia notione Acies eſt certus militum numerus, ſive certi legionariorum ordines, quibus exercitus conflatur. Habent illi à ſuo vel munere, vel copia ſingularea appellationes alias, de quibus ſuo loco. Miror tamen viros doctiſſimos in expoſitione hujus vocis non advertiſſe, non ſolum pro exercitu ad pugnandum inſtructo, ut mox dicam, aut pro ea gladiorum vel ſimilium armorum parte, qua cædunt ſecantque, verum etiam pro certa, ut dixi, copia bellatorum à Scriptoribus optimia aciem accipi. Rem minime dubiam facit Cæſar lib. 3. Bell. Civil. *Timens Cæſar ne à multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter externa acie ſingulas cohortes detraxit, atque ex his quartam inſtituit.* Et infra clariùs: *Quod ubi Cæſar animadvertit, quartæ aciei, quam inſtituerat ex Cohortium numero, ſignum dedit.* Idem ibidem: *Eodem tempore tertiam aciem Cæſar, quæ quieta fuerat, & ſe ad id tempus loco tenuerat, procurrere juſſit.* Eadem acceptione Livius Dec. 3. lib. 10. dixit *Refugere in ſecundam aciem*; & Dec. 1. lib. 2. *Hunc quidem in ſecundam aciem Latini recepere.* Præterea poetas, apud quoa numero multitudinis ſæpius dicuntur Acies æratæ, belligeræ, confertæ, converſæ, defixæ, ſociæ, trepidæ, turbatæ.

3. Alia etiam acceptione ſumi Aciem pro ipſa arena, vel loco, in quo pugnatur nullus ambigo. Suadent id potiùs quàm oſtendunt teſtimonia illa Statii lib. 12.

Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni
Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.

Tacit. lib. 17. *Legiones, &, quod rarò aliàs, Prætorianus Urbanuſque miles in aciem deducti.* Et iterum lib. 18. *Prima Adjutrix* (legionis erat nomen) *non ante in aciem deducta.* Adde Livium Dec. 4. lib. 1. *Poſtero die in aciem progreſſi.* Et Dec. 1. lib. 2. *Romanus integer ſatiatuſque ſomno productus in aciem feſſum vigiliis Volſcum primo impetu perculit.* Cic. etiam in Orator. dixit: *In aciem dimicationemque veniamus.* Verum id mihi facit apertiſſimum adhibita ſæpiua Formula illa, *deſcendere in aciem.* Liv. Dec. 4. lib. 3. *Extemplò in aciem deſcenſum eſt.* Et lib. 1. *Poſtero die omnibus copiis Conſul in aciem deſcendit.* Eſt enim ea locutio plane perſimilis illis, deſcendere in arenam, in campum. Optime ſcio Vallam lib. 5. commemorataa Formulas, quibus dicimus, deſcendere in aciem, in campum, in æquum, in arenam, ſic exponere, ut adductæ voces non tam pro loco pugnandi, quàm pro ipſa pugna ſint acciniendæ. Nec ſum ignarus dici etiam à Latinis, deſcendere in pugnam, deſcendere in certamen. Verùm nihil obſtat, imò ratio ipſa ſuadet & frequens Scriptorum uſua, ut non tranalatè vocea illæ, ſed in nativa ſignificatione ſumantur.

4. Sumitur præterea Acies pro ipſo conflictu. Clarum eſt teſtimonium Statii lib. 11.

iterare aciem, procurrere ſæpe
Impetus.

Ubi ſupplendum, *eſt*, vel *erat*. Nihil autem apertiùs quàm ibi aciem pro conflictu accipi. Tacitus etiam in vita Agricolæ ait: *Proinde ituri in aciem, & majores veſtros, & poſteros cogitate.* Et lib. 14. *Vincendum illa acie, vel cadendum eſſe.* Idem lib. 20. *Prima acie fuſum victumque Romanum.* Et paulò poſt: *Mittit legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulſæ in vetera caſtra conceſſerant.* Verùm hæ & ſimiles Formulæ explicari etiam poſſunt de Acie ſumpta pro loco pugnandi.

5. Præcipua tamen & vulgatiſſima uſurpatio Aciei eſt de Exercitu inſtructo, accincto, & probè comparato ad militarem progreſſum & prœlium ſubeundum. Quemadmodum etenim ferrum cæteroqui rude, informe, & impolitum, acies ſive acumen, idoneum reddit ad feriendum; ita ut non ferrum ampliùs, verum gladiua appelletur; ſic multitudo ex omni ætate collecta, quæ cæteroqui turba diceretur, ſi commodam nanciſcitur diſpoſitionem & ordinem, ab ipſa inſtructione dicitur Acies, nimirum cœtus egregiè diſpoſitua ad rem Martiam capeſſendam. Commemorata verò inſtructio & diſpoſitio copiarum in eo vertitur, ut milites locum, ordinem, & debita intervalla tueantur; ut explicentur in formam figuramque à Tribuno vel Centurione præſcriptam; ut, quo juſſi ſunt gradu incedant, recedantve, aſſiliant, vel reſiſtant, procurrant, conſtipentur, diſſolvantur, & cætera peragant miniſteria, quæ à tyronibus addiſci ſolent: potiſſimum verò ut ſummi Ducia imperio audientes ſint atque morigeri: ex quibua motibua, obedientia, & obſequio univerſus pendet eventua pugnæ felicis, ut optimè advertit Vegetius lib. 3. cap. 14. *Hæc ſi ſapienter diſponitur, plurimùm juvat, ſi imperitè, quamvis optimi bellatores ſint, mala ordinatione franguntur.* A' multiplici hoc & multiformi inſtructionis munere uberrimum enaſcitur militarium locutionum promptuarium: Aciem circumvenire, claudere, componere, deducere, dirigere, educere, firmare, inclinare, inſtruere, integrare, laxare, movere, nudare, ordinare, perrumpere, porrigere, profligare, reſtituere, ſubſtentare, & alia hujus generia, quæ prolixè habes apud noſtræ Linguæ Scriptores.

6. Obſervandum inprimia occurrit ſuper admodum diverſa inſtructione aciei apud Veteres & poſteriores Romanos. In priſca ſiquidem ordinatione, quæ maximopere viguit tempore Scipionum, & exactè traditur à Polybio, habita inprimis ſuit annorum cautio. Id porrò non ſolum invaluit in legione diſtribuenda per ſuas partes, verum etiam in committendo prœlio manuſque cum hoſtibus conferendo: ducebantque in delectu faciendo & conſcribendia Legionibus primùm omnium rationem ætatia: Idcircò primum in acie locum habuerunt Haſtati, quæ militia erat juvenum pubeſcentium, ut loquitur Livius lib. 8. Haſtatis Principes ſuccedebant, qui ætate erant virili; quos ſequebantur Triarii ævo provectiores, paſſimque nominati Robora Legionis. Nec minus cenſua ratio habita in delectu; ut Haſtatorum manipuloa juventus inops impleret: Principes pinguiore cenſu lecti: Inter Triarioa verò adnumerati, quibus ampliorea inſuper fortunæ eſſent; ut plane non in ordinatione dumtaxat, verum etiam in caſtris metandis pugnaque ineunda à duplici commendatione ętatis cenſuſque bellatorum manipuli notarentur. Iterum, quod à

no-

Digitized by Google

nobis alibi eſt fuſiùs obſervatum, vetus legio per certa quædam ſpatia & intervalla diſcriminabat ordines. Hinc interlucere Legiones Romanæ, & ipſa acies non ſemel dicta apud Hiſtoricos. Inſtituta autem prædicta intervalla geminam potiſſimùm ob cauſam. Et primò quidem ut ea ordinum ſpatia complerentur velitibus: quam ordinationem obſervavit Scipio in acie, qua conflixit adversùs Annibalem. Recepti proinde Velites in ea intervalla, primi omnium ad dimicandum provolabant: quod ſi impares pellendo hoſti invenirentur, aut ſe poſt ordinum terga ſubducebant, aut ad lævum dextrumque latus ſeſe recipiebant. Sic autem Livius de hac velitum ordinatione: *Vias patentes inter manipulos Anteſignanorum velitibus, ea tunc levis armatura erat, complevit, dato præcepto ut ad impetum Elephantorum aut poſt rectos refugerent ordines, aut in dextram, lævamque diſcurſu, applicantes ſe Anteſignanis, viam, qua irruerent in ancipitia tela, belluis darent.* Alia inſuper utilitas ex commemoratis intervallis fuit, ut ſi Haſtati conflictu inito ab hoſtibus premerentur, tutum in Principum intervalla nanciſcerentur perfugium: quemadmodum ipſi Principes ab hoſte preſſi receptum habebant commodum apud intervalla Triariorum. Neceſſe autem erat intervalla Principum rariora eſſe intervallis Haſtatorum, qui à Principibus excipiebantur; intervalla verò Triariorum rariora intervallis Principum, ut apta eſſent ad Principes ſimul & Haſtatos recipiendos. Hæc verò omnia minus ac ferè nihil obſervata ſunt poſtmodum in collocatione & ordine Romanarum legionum ævo poſteriori, quod à Julio Cæſare facilè ſumpſit initium. Tunc ſiquidem nullo ætatia aut cenſus habito diſcrimine, validior ſæpe copiarum pars primam aciem obtinuit. Ex quo non admodum difficile ſuerit non ita pauca exponere poſteriorum Hiſtoricorum teſtimonia, ac præſertim Vegetii, ubi Principes, vel Triarios ipſos ante Haſtatos collocatos fuiſſe docet. Locuti ſunt ſcilicet ejuſmodi Hiſtorici de inſtructione militiæ Romanæ & Legionum per poſteriora tempora. Quod ſicubi Livius ipſe atque Frontinus ad eundem modum locuti ſunt, reputandum omninò eſt eos Scriptores ætatis ſuæ morem reſpexiſſe. Vide plura de præfato diſcrimine priſcæ & poſterioris ordinationis Romanæ aciei apud Salmaſium de Re Milit. Rom. cap. 3. & ſeqq. Quod autem attinet intervalla inter manipulos anxiè cuſtodita in acie Romanorum veteri, ac prorſus neglecta in poſterum, vide quæ obſervabimus in titulo *Legio*.

7. Sed adhuc curatiorem ſermonem efflagitat Romanæ aciei diſpoſitio. Itaque obſervo, duplex fuiſſe inter manipulos & ordines pugnatorum ſpatium intercedens vacuum, quod diverſis nominibus apud Scriptores deſignatur. Polybius vocat intervàlla: *Eos retrocedentes in intervalla Ordinum Principes recipiebant*. Idem author, Livius, & alii vias appellant; harum quædam latiores erant, quibus genera militum diſcernebantur. Exempli cauſa, genus Haſtatorum, ſive omnes copiæ vel ordines haſtati, latiore via ſive intervallo diſcriminabantur à Principibus; item Principes ampliore ſimili intervallo dirimebantur à Triariis. Aliæ viæ anguſtiores erant: nimirum quibus dividebantur Centuriæ, Manipuli, & Cohortes ejuſdem generis, v. g. Haſtatorum. Non abſimili diviſura, ſeu minoribus intervallis diſtinguebantur Manipuli & Cohortes Principum, & Triariorum. Hujus diſpoſitionis ſchema habes apud Lipſium lib. 4. de Milit. Rom. Dialog. 1. Ad eam viarum dimenſionem in acie Romana procul dubio reſpexit Virgilius in Georg. lib. 2. ubi eo ordine plantandas arbores præcipit, qui in Romana ſervatur acie:

Vt ſæpe ingenti bello cum longa cohortes
Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto,
Omnia ſunt paribus numeris dimenſa viarum.

Reliquæ nationes haud dubiè aliquas partitiones ſervarunt in acie; plures aliæ & majores, aliæ minores & pauciores, quemadmodum perſuaſerunt loci ratio, inſtructio hoſtilis exercitus, & arbitrium Imperatóris. Livius Romanam aciem ejuſmodi inciſuris, vel diviſuris Macedonicæ præſtare ſcribit lib. 9. *Romana acies diſtinctior, ex pluribus partibus conſtans, facilis partienti quacumque opus eſſet, facilis jungenti.* Idem accuratè dilaudat in eadem Romana acie Polybius: *Cum enim eſſet dividua, & ſejungi facilis Romana acies, eveniebat ſingulos & universè, & per partes pugnare in omnes aſpectus & latera, idque unius inſtructionis beneficio ſemper in propinquo duobus ſignis ſe obvertentibus quà res vocaret.* Cæterum de variis agminum conglobandorum formis, & acierum inſtruendarum figuris videndi ſunt Ælianus, Frontinus, Vegetius, & inter recentiores Franciſcus Patritius, & Juſtus Lipſius, apud quem iconiſmum aciei vulgatæ habes. Nos porrò eadem ſuis omnia locis trademus ſingillatim, ut par eſt alphabeticum ordinem ſequentibus in tradenda re Militari non perpetuum uſurpantibus ſermonem in ejuſdem diſciplinæ tractatione.

8. Sed & aliter apud Romanos, qui verè diſciplinæ militaris obſervantiſſimi fuere, in ejuſmodi diſpoſitione ſæpenumero variatum eſt. Duplex quandoque apud illos acies fuit, quam duplex exhibebat cornu, dextrum ac lævum. Id autem ſervabatur non modo ubi duæ legiones erant in Exercitu Conſulari, verum etiam ubi plures cum adiectis auxiliis Sociorum. Interdum acies triplex erat, media exurgente parte inter gemina à lateribus cornua. Quod præcipuè uſurpabant legionibus in medio poſitis, auxiliis verò ab utroque cornu collocatis. Præter innumera Livii & aliorum Hiſtoricorum exempla, quæ id addocent, habemus luculentum teſtimonium Tibulli in Carmine ad Meſſallam.

Seu ſit opus quadratum acies conſiſtat in agmen,
Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo:
Seu libeat duplicem, ſeu junctis cernere Martem,
Dextráque ut lævum teneat, dextrumque ſiniſtrâ
Miles, ſitque duplex gemini victoria caſus.

Ubi quadratam primum aciem explicat, quæ ſimplex eſt & fronte recta. Iterum verò duplicem ex gemino, ut dixi, cornu. Poſtremò junctam, ideſt triplicem, cum ad binas utriuſque cornu tertia pars in medio jungitur. Fuit etiam in uſu gemina alia diſpoſitio; recta; cum utrumque cornu æquata fronte ſimul concurreret; & obliqua, cum cornu ante cornu promovebatur. De ea ſic Veget. lib. 12. cap. 20. *Secunda depugnatio eſt obliqua, plurimùm melior. Hujus talis eſt modus: cum inſtructæ acies ad congreſſum veniunt, tunc tu ſiniſtram alam tuam à dextra adverſarii longè ſeparabis, ne vel miſſilia ad eam vel ſagittæ perveniant; dextram autem alam tuam ſiniſtræ il-*

Digitized by Google

lius alæ junge, & ibi primùm inchoa prælium. Atqui non omittam Livii locum lib. 8., ex quo plurimùm lucis aſpergitur hactenus expoſitis ſuper acie Romana: *Ordo ſexagenos milites, duos Centuriones, vexillarium unum habebat. Prima acies Haſtati erant, Manipuli quindecim diſtantes inter ſe modicum ſpatium. Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. Leves autem, qui haſtam tantùm, geſaque gererent vocabantur. Hæc prima frons in acie florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde ætas, quibus Principibus eſt nomen: hos ſequebantur ſcutati omnes inſignibus maxime armis: hoc xxx. manipulorum agmen Antepilanos appellabant, quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur; ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat, earum unamquamque primum pilum vocabant: tribus ex vexillis conſtabat. Vexillum CXXVI. homines erant: primum vexillum Triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis: Secundum Rorarios, minus roboris ætate factiſque: Tertium Accenſos minimæ fiduciæ: eo & in poſtremam aciem rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus inſtructas eſſet, Haſtati omnium primi pugnam inibant. Si Haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant: tum Principum pugna erat, Haſtati ſequebantur, Triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra defixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies tenentes. Si apud Principes quoque ſatis proſperè non eſſet pugnatum, à prima acie ad Triarios ſenſim referebantur. Unde rem ad Triarios rediiſſe, cum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervalla ordinum ſuorum Principes, & Haſtatos recepiſſent, extemplo compreſſis ordinibus velut claudebant vias: unoque continenti agmine, jam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incedebant: id erat formidoloſiſſimum hoſti, cum velut victos inſecuti, novam repente aciem exſurgentem, auctam numero cernebant.* Verùm ea copiarum diſpoſitio non modo apud alias nationes, quemadmodum ſuperiùs notavi, ſed apud ipſos Romanos ſæpius variata eſt multiplicem ob cauſam, maxime verò propter loci aliorumque eventuum neceſſitatem, cujus maxime habenda eſt ratio, utpote quæ ipſis Imperatoribus duriſſimè imperat & dominatur. Hinc non ſemper unâ formâ diſpoſita acies: Sed rotunda, quadrata, triangularis, ſemilunaris, oblonga legitur, ut nimirum loci ratio, aliæque res, quæ innumeræ ſolent occurrere & incidere, exigunt atque depoſcunt. Variæ propterea diſpoſitionum figuræ: Cuneus, Globus, Forfices, Serra, Alæ, Turres, Rhombus, aliæque non paucæ. Neque porrò cæteroqui commoda diſpoſitio vitio ſuo interdum caruerit. Idcirco Phalanges Macedonum, quæ cum uno conſtent militum genere, ſummam vim obtinent, immobileſque atque imperviæ perhibentur, licet antiquitùs firmiſſimæ jure ſint habitæ, multis poſtea experimentis, ac præcipuè Romanarum legionum diſpoſitione, cognitum eſt perrumpi facilè ſuperarique poſſe. Id maxime commonſtravit Paulus Æmilius pugnâ adversùs Perſeum Regem editâ. Nihil magis firmum ac ſtabile habitum eſt ab antiquis, quàm ut maxime exercitati milites multiſque documentis expertæ virtutis in fronte collocarentur; debiliores verò infirmioreſque in media collocarentur acie, quos exciperent à tergo fortiſſimi quique: opportuno, ut videbatur, conſilio, nimirum ut qui magis erant invalidi, & priorum animarentur exemplo, & poſteriorum virtute acriùs incenderentur: quod etiam à Xenophonte præceptum eſt: *In bello illos primos & ultimos ordinare oportet, qui fortitudine excellunt: in medio verò pejores, ut à primis ducantur, ab ultimis verò impellantur.* Quod porrò præceptum obſervatum legitur apud Homerum in Iliad.

Atque equites poſuit cum curribus ordine primo,
A' tergo pedites præſtanti robore, belli
Munimen ſeptumque; ſed in medio agmine viles.

Verùm hoc, quod illis dirigendæ diſponendæque aciei certiſſimum veluti axioma ſemper extitit, à Romanis, qui rei militaris peritiâ nationes cæteras longè ſuperarunt, neutiquam eſt obſervatum. Ut enim hìc & alibi non ſemel expoſui, in Romana acie primum locum obtinebant Haſtati, qui omnium infirmiſſimi habebantur, mediam aciem Principes, pars longe validior, tuebantur; aciem verò claudebant Triarii, in quibus robur exercitus potiſſimum conſtituebant. Jam verò Græci, & Perſæ acie quadrata uſi ſunt, Scythæ ad formam cunei, Theſſali ad rhombi ſimilitudinem copias diſponebant. Ex ſupra memoratis de facili intelliges quanto conſilio veraque cum ratione diſciplinæ militaris ſcientiſſimi quique Imperatores decertaturi in eo vel maxime mentis nervos omnes intenderint, ut aciei formam, inſtructionem, & ordinationem quàm accuratiſſimè procurarent, non modo nullum, verùm etiam oneroſum habentes exercitum, qui non eſſet opportunè rectèque diſpoſitus. In qua diſciplina Annibal & Scipio omnium ætatum Duces facilè antecelluerunt. Providere ſolebant in primis atque prænoſcere militum animos; nec ſane tyronum, qui cum minimam habeant bellicæ artis experientiam, ſunt ferè jactanter animoſi, ſed veterani roboris militiæque probatæ. Neutiquam quippe conducibile rebantur, prœlium indicere aut inire, ſi in legionariorum vultibus, verbis, motibuſque formidinis plurimum, minimum fiduciæ conſpicerent. Neque enim fruſtra timere ſolent exercitati bellatores; & quid iidem ſint acturi in conflictu, promiſcuis antea ſermonibus, ipſoque oris ac frontis habitu ſpondent enunciantque. Cavendum etiam præcipuè ut explicatus exercitus pugnaturus ventum, pulverem, Solem propitium habeat, non adverſum. Id ſedulo præmonet Vegetius lib. 3. cap. 14. *Ordinaturus aciem tria debet ante proſpicere, Solem, pulverem, ventum. Nam Sol ante faciem eripit viſum: Ventus contrarius tua inflectit ac deprimit, hoſtium adjuvat tela. Pulvis à fronte congeſtus oculos implet & claudit. Hæc momento eo, quo acies ordinantur, etiam imperiti vitare ſolent: ſed Duci provido cavendum eſt in futurum, ne poſt paululùm accedente die, noceat Solis mutata converſio; ne Ventus adverſus, horâ ſolitâ, eo pugnante, naſcatur. Ita ergo conſtituantur ordines, ut hæc poſt occipitium noſtrum ſint, & (ſi fieri poteſt) adverſariorum impetunt faciem.* Sed & repentinæ vanæque imagines & aſpectus. item falſi rerum triſtium nuncii, vel adverſi exitus didita per ordines fama, clamores etiam ſubiti non ſemel cauſa fuere ut conſternarentur acies & fugam reſpicerent.

rent. Animadverſum quippe eſt, militem acriùs vanis & inanibus, quàm juſtis veriſque formidinis cauſis moveri & incitari. Qua in re etiam locum habet, quod Tacitus ſcripſit: *Oculi in omni prœlio primi vincuntur*. Proſpiciunt etiam periti Duces, ut ad reſtituendas copiarum vires labantes, pugnamque ad hoſtes inclinatam, paratas habeant cohortes ſubſidiarias, quæ maturè ſuis ſubvenire poſſint, prœlium reſtaurare, hoſtem in fugam avertere. Id profectò cauſæ fuit cur ab Annibale cęſus fugaretur Marcellus: nimirum quod lente ſubſidia procederent, nec ſolus ipſe potuerit Pœnorum impetum ſuſtinere. Ac licet copiæ univerſæ minimum numero polleant, coarctandi potius ipſi ſunt ordines, & bellatorum pars in ſubſidiis relinquenda, quàm ſic explicanda acies, ut nihil ſiubſidiarii roboris, ubi res poſtulet, erupturi, Martiſque vices ſubituri, ſit reliquum. Advertenda præcipue eſt ratio loci, ſituſque univerſus, quam latiſſimè patet, ubi explicandi ſunt primum ordines, poſtea dimicandum. Occupandi nimirum commodiores aditus: terga fluminis vel paludis interiectu præcingenda, ne ab hoſte circumveniri poſſit exercitus. Proinde devitanda cum primis eſt ea poſitio, quæ frontem habeat plus juſto diſtenſam; ne extrema latera, tenuiora ſcilicet, facilem hoſti præbeant aditum ad irruptionem. Capiendus porrò locus unde major atque proclivior in hoſtem impetus: cavendumque diligenter ne ex ſuperiori parte infeſtare aciem hoſtes queant. Idcircò nihil ſtudioſius eſt obnitendum, quàm ut æqua loca ante capias, & prior aciem inſtruas, cum maturis conſiliis & deſignationibus adverſarii non poſſunt occurrere vel reſiſtere. Profuerit id etiam ad augendam militibus fiduciam, atque hoſtibus animos detrahendos, non immeritò ſcilicet reputantibus animoſius eſſe provocare hoſtem, quàm expectare, impetumque infeere potiùs, quàm propulſare. Facit etiam ad partes prudentis Imperatoris disjungere milites inter ſe parum bene animatos & ſimultates exercentes; in unum verò cogere conſanguinitate, amicitiâ, uſuque domeſtico ſimul colligatos. Neque enim facile juvantur ignoti; longe porrò minus adverſarii vel rivales. Contra verò non eſt arctior ullus fortitudinis nexus, quàm conſanguinitas, amicitia, vel quæcumque cognatio. Tunc enim accjdit ſic alterum alteri opitulari, ac ſi unuſquiſque ſe ipſum defenderet, ſe ipſum protegeret, vel ab interitu vindicaret. Hinc Plato inſuperabilem fore dixit agmen militum mutuo inter ſe amore benevolentiaque junctorum. Quod etiam diximus alibi ex Plutarcho de Thebanorum turmâ, quæ ex amiciſſimis erat conglutinata, quam ob cauſam in omni prœlio ſuperior fuit.

9. Nec verò ſine certis cęremoniis & auſpiciis, ut pleraque apud Romanos, & paulò cultiores gentes, peragebatur eductio exercitûs & inſtructio aciei. Etenim quum pugna erat proxime committenda, tunica coccinea vel purpurea explicata ſupra Prætorium, conſuetum eductionis ſignum univerſis copiis propoſitum, extollebatur. Referunt ejuſmodi morem Plutarchus in Fabio, Polybius, Livius, aliique. Cum verò commigrandum erat & exercitus educendus, auguriis primum de more captatis, de terra evellebantur Militaria ſigna, quæ in caſtris primùm erant defixa. Eadem ſigna, ſi apprehenſa ad evellendum, victoris manum facilè ſequebantur, pro felici accipiebatur augurio: ſecus verò ſi obniterentur. Eam ob cauſam Craſſus cum filio Bello Parthico legitur interemptus; nimirum quod profecturus ad dimicandum militare ſignum vix potuiſſet evellere. Verum de his ritibus uberior redibit ſermo ad titulos, *Auſpicium*, *Augurium*, *Religio*.

10. De peculiari conſtructione aciei Græcanicæ, ac præſertim phalangis Macedonicæ, in qua explicanda multus eſt Patritius Paralell. Milit., ſeparatim erit dicendum. Interim obſervo ſtructuram phalangis Macedonicæ in uſu fuiſſe apud Romanos veteres. Livius lib. 8. *Quod antea phalanges ſimiles Macedanicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe*. Aciem autem manipulatim diſpoſitam ſubinde explicat de commemorata diviſione Velitum, Haſtatoruuı, Principum, atque Triariorum: ut primi eſſent Pilani ſeu Velites, qui poſtremi omnium erant ætate cenſuque; quibus ſuccederent adultiores Haſtati, quos armabant ſcutum, enſis ad dextrum femur dependens, duo veruta, galea ænea, ocreæ, & haſta: hos verò excipiebant Principes, ætate & robore præſtantiores; ac poſtremi incedebant Triarii natu maximi, virtute & experientia probatiſſimi. Haſtati dicti ſunt etiam Anteſignani, quoniam ante ſigna, & quaſi in eorum conſpectu decertarent: Principes, Subſignani; Triarii, Poſtſignani. Sed horum nominum non ſemper eandem fuiſſe acceptionem advertitur à nobis in propriis locis. Vide *Ordinatia Militaris*, & *Caſtrametatio*. Ælianus initio ſui Operis Homero attribuit primam aciei diſponendæ intelligentiam: *Primus omnium, quos noverimus. Poeta Homerus acierum inſtruendarum ſcientiam tenuiſſe, ac homines ea præditos facultate probaſſe laudaviſſeque videtur: quale illud de Meneſtheo carmen legimus:*

Nulla quidem huic ſimilem mortalē protulit ætas,
Ordine qui Martis turmas equitemque locaret.

11. In ordinanda verò acie Navali & claſſe diſponenda, perinde ac in inſtructione terreſtris exercitus quam diligentiſſimi fuere Duces Romani, exterique. Communis & frequentiùs uſurpata collocandæ ante conflictum claſſis figura & ſpecies, lunata fuit, vel arcuata. Referebat autem claſſis ſemicirculum, & cornua utrinque ſeu brachia ſic extendebat, ut in medio ſinum faceret. Validiſſimæ liburnæ vel triremes in cornibus ſtatuebantur, in medio debiliores. Lucan. lib. 3.

Cornua Romanæ claſſis, validæque triremes
Quaſque quater ſurgens extructi remigis ordo
Commovet, & plures, quæ mergunt æquore pinus
Multiplices cinxere rates. Hoc robur aperto
Oppoſitum pelago: lunata fronte recedunt
Ordine contentæ gemina creviſſe liburnæ.

Clarè Veget. lib. 4. cap. 45. *Liburnarum inſtruendæ ſunt acies non directæ, ut in campo, ſed incurvæ ad ſimilitudinem lunæ, itaut productis cornibus acies media ſinuetur. In cornibus autem præcipuum robur & liburnarum collocetur & militum*. Mirum in modum idonea ea eſt forma ad hoſtes concludendos & circumveniendos. In primis verò robur habet validum, ne ſic collocatam perrumpere hoſtes poſſint. Leo Imp. *Lunata forma ad hoſtes circumcludendos potiſſimùm valet*. Appianus lib. 5. *Oram lunata claſſe tegebant ne perrumperetur ab hoſtibus*. De Claſſe ad lunæ formam diſpoſita ita Silius lib. 14.

Ac jam diffuſat vacuo bellator in unda
Cornibus ambierat patulos ad prælia fluctus;
Navali claudens humentem indagine campum:
At ſimili curvata ſinu diverſa ruebat
Claſſis, & arctabat lunato cærula gyro.

Et Propertius lib. 4.

Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus,
Armorum & radiis pura tremebat aqua.

Interdum verò non in orbem vel ſemicirculum, ſed acie directa & æquata fronte claſſis diſpoſita. Ea figura quandoque ſimplex fuit, qua nimirum continuato in directum ordine triremes locabantur. Polyænus lib. 3. *Phormio cum navibus triginta ſolvens adversùs hoſtium naves quinquaginta in aciem adverſariorum illas rectis ordinibus deduxit*. Duplex aliquando eadem figura: cum in duas partes diviſa claſſis, æquatam utrinque retinens frontem, ſpatium congruens in medio relinqueret. Ejus exemplum habes apud Livium lib. 36. *Polyxenidas ut appropinquare hoſtes allatum eſt, occaſione pugnandi lætus, ſiniſtrum ipſe cornu in altum extendit. Dextrum cornu Præfectos navium ad terram explicare jubet, & æqua fronte ad pugnam procedebat*. Frequentior extitit ejuſdem figuræ æquatæ directæque triplex navium diviſio. Exemplum ſuppeditat Diodorus Siculus lib. 13. *Athenienſes ſex & octoginta triremibus completis, dextrum cornu Eurymedonti Prętori tradunt, cui obiectus erat Agatharchus Syracuſiorum Prætor. In altero cornu Euthydemum conſtituit, cui Sicanus Dux Syracuſanorum oppoſitus erat. Mediam verò aciem obtinet apud Athenienſes Menander, a Syracuſiorum autem parte Pythes Corinthius*. Et hæ quidem crebriùs uſurpatæ diſpoſitiones in diſponenda navali acie. Etiam hic locum habuerunt figuræ aliæ, quæ ſæpius uſurpatæ in terreſtri; cujuſmodi ſunt forceps, cuneus, figura ovalis, de quibus à nobis eſt alibi dictum. Vide Schefferum de Milit. Naval. lib. 3. cap. 5. & apud nos *Agmen*, *Legio*.

Acinaces. Horat. lib. 1. 17.

Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantum diſcrepat.

Revocari non poteſt in dubium fuiſſe gladii genus, & quidem peculiaris Medorum, ut liquet ex allato Horatii loco, atque adeo Perſarum, Scytharumque, ut ex dicendis mox conſtabit. Verùm cujus formæ aut magnitudinis fuerit conjicere magis, quàm pronunciare poſſum. Exiſtimant plerique fuiſſe modicè reflexum atque recurvum, non equidem versùs aciem, quæ eſt figura falcium, quam ob rem inſcitè a nonnullis accipitur pro enſe falcato; ſed versùs tergum, ut ſunt hodie Turcici gladii, quos dicunt *Sciable*. Joſephus tamen Antiqq. lib. 20. genus gladii putat perſimile Sicæ: *Quales Sicas Romani nominant, unde Latronibus ipſis cognomen, multorum cæde infamibus gladiolis utantur magnitudine Perſicos Acinaces referentibus, ſed incurvis*. Quibus verbis ſatis oſtenditur rectos fuiſſe gladios non inflexos, ut ſunt enſes Turcici. Geſtabatur autem aptatus femori. Pollux. *Acinaces eſt gladius Perſicus femori aptatus*. Addit Moſcopolus fuiſſe Acinacem gladium Barbaricum, qui ob brevitatem facilè manibus tractari poſſet. Suidas autem brevem haſtam interpretatur. Legitur apud Curt. lib. 3. Acinacis Perſici formam in Græcorum gladios a Dario Rege Perſarum mutatam, in omen Imperii ad Græcos tranſituri fuiſſe acceptam à Chaldæis: *Darium enim principio Imperii vaginam Acinacis Perſicum juſſiſſe mutari in eam formam, qua Græci uterentur: protinuſque Chaldæos interpretatos; imperium Perſarum ad eos tranſiturum, quorum arma eſſet imitatus*. Quod attinet thema vocis Acinaces, Etymologici fere omnes παρὰ τῆς ἀκῆς ideſt ab acie, trahunt; quoniam aciem habeat acutiſſimam, celeriterque & ad vivum vulnus ferentem. Profectò mihi non eſt dubium genus gladii fuiſſe validiſſimi acerbiſſimique, eo præſertim nomine, quod Acinaces pro Marte ipſo divinis affectus honoribus à Scythis legitur apud Herodotum lib. 4. *Sub hoc aggeſtu ferreus Acinaces ſtatuitur, idque eſt Martis ſimulacrum, cui annuas hoſtias offerunt, cùm aliorum pecorum, tum equorum*. Adoratum porrò Acinacem fuiſſe à Scytis tradit Lucianus in Toxari, & Ammianus per hæc verba: *Nec templum apud eos viſitur aut delubrum, nec tugurium quidem culmo tectum cerni uſquam poteſt; ſed gladius Barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem regionum, quas circumcunt, Præſulem verecundiùs colunt*. Addit Lucianus in Toxari Scythas per ventum & Acinacem jurare ſolitos, ideſt, per vitam & mortem; quoniam ventus vitæ cauſa eſſet Mortalibus, Acinaces verò mortis. Falluntur Menagius, aliique, qui vocem Italicam *Scimitarra* exponunt enſem falcatum, cum potius, ut ſuperius dixi, Acinaces, ſive Italorum *Scimitarra* vel *Sciabla*, oppoſitum prorſus enſi falcato ſit gladii genus. Falx ſiquidem, ex qua falcatus dicitur gladius, reflexum retortumque habet apicem à parte intima & mucronata, cum Acinaces ſive Italorum *Scimitarra*, vel *Sciabla* in adverſam partem obtuſam ſenſim retorqueatur. Sic deſcribitur à Lazaro Soranzo in Ottomano part. 1. *Gli Spohi d'Europa portano per ferir di lontano la lancia vacua con il pomo, e da vicino la mazza di ferro, che chiamano* Puſdogan, *ò la* Scimitarra, *o* Cimitarra, *che ſi chiami con voce Barbara quell'arma, che appoca appoco ſi và incurvando verſo la punta, ſimile a punto a quel coltello, che Senofonte attribuiſce a' Perſi, e che è chiamato da' Turchi* Cedarè; *dagl'Arabi* Seife; *e da' Tedeſchi* Sabel; *con voce corrotta dagli Ungheri, e Schiavoni, i quali la chiamano* Sabla. Huic porrò admodum ſimile arbitror quod dicimus *Coſtoliere*. Bern. Rim.

Stocco, Doga, Verdugo, e Coſtoliere.

Aclassis. Voſſius ſcribendum putat Anclaſſis, quod ſit à Græcorum ἀμφὶ, ideſt, circum, & amictum exponit. Feſtus veſtem laxiorem, quæque non conſuta, neque ullis adſtricta fibulis, in quatuor partes diviſa penderet laxior; Iſidorus Sagum militare quadrum, & laxius interpretantur. Mihi verò propiùs videtur, ut contrarium potiùs veſtimenti genus ſit dicendum; nimirum ſtrictius, nodo retentum, & ſingulos artus exprimens, cujuſmodi vulgò dicimus *Veſte attillata*. Neque enim ſit, ut putat Voſſius cum aliis ab ἀμφὶ, & χαλάω, quod eſt laxo Latinorum; ut Anclaſſis ſit undique laxa veſtis. Sed neque apud Feſtum, & paucos alios, qui ejus voci meminere, ſcribitur Anclaſſis, ut Voſſius gratis corrigit; ſed Aclaſſis; ſitque à particula negante, & verbo χαλάω, quod eſt laxo: juxta quam originem Aclaſſis potius eſt veſtis compreſſior & arctè membris adhæreſcens: & ſcribendum *Achlaſſis* non *Aclaſſis*.

Aclides. Occurrunt apud Virgil. lib. 7.

teretes ſunt Aclides illis,

Te-

Telis, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.

Colligitur fuiſſe exiguum & teres miſſile, quod loro alligatum ſic jaciebatur, ut ſtatim retraheretur ad jaculatorem. Sic enim Servius ad præfatum Virgilii locum: *Clavæ ſunt cubito ſemis factæ, eminentibus hinc & hinc acuminibus quibuſdam: quæ ita in hoſtem jaciuntur religatæ lino vel loro, ut peractis vulneribus poſſint redire.* Binæ ſolebant geſtari, ut Gallorum geſa. Valer. Flacc. lib. *6.*

Nec procul albentes gemina fert aclide palmas.

ACONTIUM. Genus jaculi Græcanici, quod aliquam ſimilitudinem habebat cum pilo Romano, ut indicat Patritius. Ab hujus ſimilitudine ſtellæ crinitæ Aeontiæ vocantur, quia, ut ſcribit Plinius lib. 5. cap. 25. jaculi modo vibrantur ociſſimo volatu. Ab eodem jaculi genere nomen habent ſerpentes duorum fere cubitorum magnitudine, de quibus videndus eſt Lucanus lib. *9.* Mira enim celeritate progrediuntur, jaculum imitantes.

ACROSATICUM, VAL ACROBATICÆ MACHINÆ. Latinè in ſublime ſcandentes. Memorantur à Vitruvio lib. 10. eap. 1. *Eſt autem unum genus ſcanſorium, quod Græcè Acrobaticum dicitur.* Sunt qui legunt Areobaticum. Sed meritò rejieiuntur à Turnebo. Sequitur autem Vitruvius de Scanſoriis, vel Acrobaticis per hæc verba: *Scanſoria ratio, non arte, ſed audacia gloriatur. & catenationibus, & tranſverſariis, & plexis colligationibus, & oriſmatum fulturis continetur.* Quo ſermone genus militarium machinarum deſcribi putat idem Turnebus: quæ ſcilicet machinæ, præaltis tignis in terra defixis, erectiſque ad eam altitudinem, quæ urbis oppugnatæ muros ſuperet, ſpeculatorem vel exploratorem attollunt ad indagandas res ſtatumque oppidanorum. Eadem fere ſentit Barbarus in Vitruvium, qui tamen non fixum machinamentum, verùm ad modum tollenonis reductile Acrobaticum eſſe exiſtimat. Baldus verò ad eundem Vitruvii locum indicari eâ machinâ reputat ſublime illud pegmatis genus, quod rotis agitur ad infimam partem inſertis, ut commodè trànsferatur, adhiberique ſolet ad ſummitates ædificiorum dealbandas vel depingendas. Itaque parum conſtat ex loco Vitruvii, ad Urbanamne potius architecturam an militarem id genus organi pertinuerit. Mihi verò ſuſpieari licet, antiquitùs quidem Acrobatieum fuiſſe Machinam Scanſoriam militarem, vel terræ defixam & immobilem, ut cenſet Turnebus, vel quæ deprimi attollique facile poſſit ad formam tollenonis, ut arridet Barbaro. Nihil autem faciliùs factu fuit quàm ut cognita ejus machinæ utilitate in re militari, eandem ipſa poſtmodum adoptaret civilis Architectura. Atque inde procul dubio ortum habuiſſe exiſtimaverim Scanſoria pegmata, quibus opifiees cæmentarii, quaſi mobilibus quibuſdam turribus uti ſolent ad dealbandos templorum fornices; ruſtici verò ad caſtigandam laſciviam frondium, amputandos ramos, & exæquandas arbores viridariorum tonſilium. Accedit conjecturæ fides ex Italica voce, qua Urbani iidem, vel ruſticani artifices ea pegmata nominant militariter *Caſtelli*.

ACROSTICHII. Vide *Ordinarii*.

ACROSTOLIA, orum. Quæ duæ ſunt cæteris editiores partea in navi accommodata ſibi utrinque recipiunt ornamenta. Eadem bellieis ferè ſolùm impoſita navigiis, quæ ſcilicet mole, ſtructura, cæteroque inſuper apparatu reliquis præſtabant. Sunt qui confusè permixtèque memorata proræ & puppis ornamenta vocent Acroſtolia, & aphlaſta, quæ Latinis apluſtria appellantur. Verum illa diſtinguenda eſſe cenſet Schefferus de Milit. Naval. lib. 5. cap. *6.*, ita ut Acroſtolia quidem ad proram, aphlaſta verò ad puppim pertinuerint. Meminit eorum Homerus, ex quo conſtat cognita fuiſſe tempore Trojani belli. Apud Strabonem etiam Aſclepiades in Minervæ delubro reperit Acroſtolia ibidem affixa in monumentum Ulyſſææ navigationis. Cujuſmodi verò Acroſtoliorum figura fuerit, diverſimodè tradunt lapides, nummique veteres, è quibus ejus ornamenti notio eruenda eſt. Alicubi clypeorum, vel Caſſidum effigiem præſeferunt: ſæpe in modum flexuoſæ ſpiræ, circulique & quaſi coronæ flectuntur. Vide quæ proponit ſchemata Sehefferus loco indicato. Quoniam verò eadem ornamenta Corymbi nomine apud Scriptores Latinos interdum uſurpantur, ex quo corymbatas etiam naves legimus, eam ob cauſam diſſecta etiam non rarò crediderim ad figuram Corymbi, qui racemus eſt hederarum. Meminit Corymborum pro Acroſtoliis Valerius Flacc. Argon. lib. 4.

Saxa ſed extremis tamen increpuere corymbis.

Et lib. 1.

Phryxi promittitur abſens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.

Ex quibus verbis intelligis etiam morem ea prorarum ornamenta aureis bracteolis incruſtandi, & quidem à vetuſtiſſima repetitũ origine primę Gręcorum navis ab expeditione Colchica redeuntis. Feſtus, aliique non pauci Scriptores veteres Acroſtolia eum roſtris confundunt. Exiſtimo non levi diſcrimine ea ſeparari debere. Acroſtolia ſiquidem ad ornamenta, roſtra ad armamenta pertinebant, ut ex horum figura uſuque à nobis ſuo loco explicato, minimo negotio deprehendes. Scio apud Lucanum lib. 3. pro armamento ſumi apluſtre, quod nonnullis eſt Acroſtolium. Verum is Lucani locus corroborat magis eonfirmatque quod docui de Acroſtoliis ad ornamentum dumtaxat elatis in prora. Loquitur enim ibi Poeta de pugna tumultuaria, in qua quodlibet ligni genus obvium, indignatio ſubita telum faciebat:

Invenit arma furor, remum contorſit in hoſtem
Alter, at hi totum validis apluſtre lacertis,
Avulſaſque rotant excuſſo remige ſedes.

ACTARII, orum. Sie enim melius ſcribas, quàm *Ab actis* vel *Actuarii*, ut notat Stevvechius adminiculo vetuſtæ inſcriptionia ad Veget. lib. 2. cap. 19. Svetonius tamen in Cęſare ſcribit Actuarios: *Quam non immeritò Auguſtus extenuabat magis ab Actuariis exceptam.* Verum hic, quemadmodum etiam apud Senecam Actuarii vel Actarii ſunt Notarii vel exceptores, qui calamo excipiunt, quæ voce dictantur. In re bellica id iis adhæſit nomen, qui annonam à Suſceptoribus accipiebant, tradito illis breviculo, ubi accepta ſumma continebatur, atque eam poſtea diſtribuebant militibus. Sic Vegetius loco indicato: *Totius enim legionis ratio, ſive obſequiorum ſive militarium numerorum ſive pecuniæ adſcribebatur actis.* Quod Vegetii teſtimonium illud etiam nos addocet; non minùs belli quàm domi & in Urbe acta confiei ſolita. Idem colligitur ex Codice Theodoſiano de erogatione Militaris annonæ. Memorantur etiam Actuarii ab Ammiano lib. 20., & à

& à Trebellio Pollione in Trigin. Tyrann. *Qui & ipſe quòd matrimoniis militum & militarium corrumpendis operam daret, à quodam Actuario, cujus uxorem ſtupraverat, compoſita factione Agrippinæ percuſſus &c.* Palam eſt permiſſum olim fuiſſe Actariis paciſci & negotiari cum militibus, ipſiſque ante tempus erogationis pecuniam ſpecieſque annonarias mutuo dare cum fœnore: quæ & alia hujus generis latè docent Jureconſulti in L. Jubemus, C. de Erogat. Milit. Annonæ lib. 12. Alia eſt notio Actariorum ævo Theodoſiii Junioris; eratque nomen officii non quidem eorum, qui litigantium acta in judicio ſcribebant; ſed qui diverſa contrahentium negocia chartis mandabant coram Judice, ut fidem in poſterum facerent. Adnumerabantur autem inter miniſtros Præfecti prætorio. Verùm de his vide plura apud Pancirolum in Notit. Imp. cap. 14.

Actiaci Ludi, Feſta, vel Sacra. Vide *Apollinares Ludi*, *& Apollo*.

Acton. Aliis Aketon. Genus ſagi militaris, ut exponit Cangius in Gloſs. Thomas Valſingh. in edit. 111. *Indutus autem fuit Epiſcopus quadam armatura, quam Aketon vulgariter appellamus.* Statuta Roberti I. Regis Scotiæ: *Quilibet habeat in defenſione Regni unum ſufficientem Actonem, unum baſinetum, & chirothecas de guerra.*

Actuariæ naves. Non dicuntur ab acta, quæ antiquis fuit litus, quaſi litora oraſque ſoleant radere. Nam eſt procul omni dubitatione & bellicas fuiſſe, & diuturnæ navigationi ferendæ pares. Nomen proinde illis ab agendo, quoniam non vulgari ſunt celeritate, & quolibet quam citiſſimè agi poſſunt. Actuarias remis ſolummodò quidam agi putaverunt; Iſidorus, aliique remis, veliſque. Dicuntur etiam Actuaria neutro genere. Cic. ad Attic. lib. 10. *Quid duro tempore anni Actuaria fore cenſes?* Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Atque iis expedito loco Actuaria navigia reliquit.* Livius verò aliique dixerunt Actuarias. Sic enim ille Dec. 4. lib. 8. *Neve plures quàm decem naves Actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto.* Tametſi verò Navali bello atque conflictui idoneæ fuerint, nullatenus tamen æquiparabantur navibus longis. Hirtius de Bell. Alex. *Navibus Actuariis, quarum numerus erat ſatis magnus, magnitudine quàmquam non ſatis juſta ad præliandum, roſtra impoſuit: has adjunctas navibus longis, & numera claſſis aucto &c.*

Actuariolum. Parvum Actuarium. Cic. ad Attic. lib. 16. *Hæc ego conſcendens è Pompejano tribus Actuariolis decem ſcalmis.* Eadem idem Cicero ad Attic. lib. 5. vocat Actuaria minuta: *Actuariis autem minutis Patras accedere ſine iis impedimentis, non ſatis viſum eſt decorum.*

Actuarii, orum. Vide *Actarii*.

Acumen, is. Dicimus acumen propugnaculi, item gladii, jaculi, haſtæ, & ſimilium. Idem ac cuſpis, vel mucro. Sed frequentius ſumitur per Metaphoram, & ingenii acumen dicimus inſignem ſolertiam. Cic. 1. Tuſc. *Ubi eſt acumen tuum?*

Acumina. Genus auſpicii militaris, de quo Cicero bis mentionem habet. Primum per hæc verba lib. 1. de Divinit. *Ex Acuminibus, quod totum Auſpicium militare eſt, M. Marcellus totum omiſit.* Iterum lib. 2. de Nat. Deor. *Bella, quibus Reipublicæ ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur; nulla perennia ſervantur; nulla ex Acuminibus.* Cujuſmodi verò ſit hoc auſpicii genus Roſinus Antiqq. Rom. lib. x. liquidò ſe neſcire fatetur. Turnebus lib. 3. cap. 12. & ex eo Valtrinus de Re Milit. lib. 1. cap. 6. opinantur ſumi olim ſolita fuiſſe auſpicia ex acumine ſpiculorum, pilorum, vel enſium. Expendebant autem num ſplendeſcerent arma, num retuſa eſſent, hebetia, vel ſordida; atque inde ſecundum vel adverſum prœlii exitum præſagiebant. Atque huc reſpexiſſe exiſtimatur Arnobius lib. 2. *Aut Martium diſcrimen obeuntes ſpem prœlii ſumitis, ex Acuminibus auſpicatis.* Addit Valtrinus aliam conjecturam ex Cælio Calcagnino lib. 1. Epiſt. quæſt. ult., ubi Acumina exponit ſtellas vel flammulas ſuper haſtas & pila apparentes, de quibus agit Seneca in Naturalibus quæſtionibus. Poſtremò ſunt qui Ciceronis locum depravatum exiſtiment, ibique expuncta voce *ex acuminibus*, reponunt ex agminibus: verum iterata apud Ciceronem Acumina pro auſpiciis, & eadem vox ab Arnobio & aliis uſurpata ſatis refellunt Tulliani loci caſtigatores.

Acuminatus, a, um. Quod acumen habet. Dicimus de multiplici armorum genere, item de ſudibus, paliſque, quibus aggeres & ſepta conficiuntur. Plin. lib. 11. cap. 2. *Telum* (de culice loquitur) *ut fodiendo acuminatum pariter, ſorbendoque fiſtuloſum eſſet.*

Acupedes equi. Memorantur Feſto. Ab acumine pedum appellantur: iique ſunt, qui crebris denſiſque ſaltibus terram feriunt, & crura altius incedentes attollunt.

Acus, us. Vox nota pro inſtrumento farciendi veſtes. Perottus tamen ex Feſto alia notione auget eam vocem pro priore exercitus parte, ſic vocitata, quoniam telorum acumine ſit validiſſima. Verùm vacillat fides vocabuli: nam ſuſpicor ibi legendum *acies* pro acu. Vide Scaligerum ad Feſtum. Italis *Punta*. Academici a Furfure in voce *Punta* hæc habent: *Una punta di Soldati, una punta di beſtiame, e ſimile, per moltitudine, ò branco. Latinè Acus, us.* Vides Acum à prædictis Academicis exponi *Punta*, non pro figura aciei, quæ alia appellatione dicitur cuneus, ſed pro globo armatorum. Juxta hanc ſententiam dixit Aloyſ. Pulc. Morg.

E, come Orazio, gran punta ſoſtenne.

Non me fugit, *Punta* & *Puntaglia* Ethruſcis eſſe etiam certamen; & hanc utique ſignificationem commodè etiam admitti à Pulcii verſiculo; ſed longe acriorem vim habet, & ad majorem gloriam pertinet, maximum hoſtium numerum, quàm prœlium ibi notari: prœlia ſiquidem ſuſtinuerunt Duces innumeri; pauciſſimi contra exercitum integrum dimicarunt.

Acutiatores. Fabri fuerunt in militia veteri, habiti in bellico miniſterio, curabantque arma acuta reddere & mucronata. Horum mentio fit in Gloſs. Vet. Vide *Munditia armorum*.

Ad arma. Vide *Arma Arma*.

Ad Saga. Veteri adagio eſt ad arma procurrere. Sagum quippe militaris eſt veſtis, bellique index, ut toga pacis. Cic. in Anton. *Propter cujus periculum Ad Saga iſſemus.*

Ad teli jactum pervenit. Adagium de aggrediente rem arduam, vel verſante in aperto diſcrimine: caleſcere quippe pugna incipit, cum milites ad teli jactum perveniunt.

Adaggero, as. Vox derivata ab aggere. Cato cap. 94. *Cum ver appetet, terram adaggerato.* Verbum eſt rei ruſticæ & militari juxta deſerviens,

ubi

ubi ſermo eſt de cumulanda terra in opere caſtrenſi.

Adbello, as. Bello aliquem aggredior. Marcell. lib. 16. *Ut hoc facto, latere ab omni ſecurus perduelles adbellaret.*

Adcrescentes. Memorantur in Codice Theodoſiano, & in libro ſubdito Notitiæ Imperii. Dicti ſunt militiæ candidati, qui in Hiſtoria Byzantina paſſim vocantur Scholares; & ſunt ex genere tyronum. Subrogari ſolebant in locum militum, qui morte, vel alio caſu decederent; ne manipulorum, vel centuriarum numerus imminueretur. Latinis melioribus Accenſi. Supplementa militum etiam paſſim dicuntur. Nominati Adcreſcentes, tum quoniam ipſi creſcerent à tyrocinio ad legitimum militiæ gradum; tum quoniam numeri & ordines militares eorum acceſſu accreſcerent, & repararentur.

Adequito, as. Juxta equitare. Liv. lib. 9. *Eò ferociùs adequitare Samnites vallo, neque otium pati.*

Adhortatio militaris. *Vide Allocutio Militaris.*

Adjectiones, et adjecta. Meliori ſæculo acceſſiones & additamenta. Dicuntur projecturæ, exuberantiæ, prominentiæ, & membra ab Architectis in ſtructuris addita præter regulas artis, ad ornamentum & viſum ſpectatorum jucundiùs explendum. Vitruvius lib. 9. cap. 9. *Sin autem cuneorum adjectionibus & dejectionibus correptiones dierum aut creſcentiæ non probabuntur.* In architectura Civili uberiorem latè locum habent, quàm in Militari. Itali, tracta à Latinis voce, dicunt *Aggetti.*

Adjutor, oris. Socius & adminiſter in quolibet munere. In magiſtratibus dicuntur, qui tamquam vicarii aliorum onera ſublevabant, atque iiſdem erant adjuncti ad eorum vices ſupplendas, ſicubi juſtam haberent cauſam dimiſſionis, aut ceſſationis propter valetudinis imbecillitatem aut copiam rerum agendarum. Liv. lib. 6. *Marcus Tullius Syllanus Proprætor ad res gerendas Adjutor datus.* Cæſar lib. 3. de Bell. Civil. *Huic, quòd valetudine minus commoda utebatur, Fulvium Poſthumium Adjutorem ſubmiſerat.* Erat Adjutor in Comitatu, ſive apparitura Prætoriana, unus ex adminiſtris Præfecti Prætorio. De Adjutore ita ſcribit Caſſiodorus lib. 6. Variar. *Adjutor etiam noſtris præſentatur obtutibus, ut vicaria ſorte beneficii eligamus ejus præſidium, qui nobis præſtat fidele ſolatium.* Occurrit apud Juriſconſultos frequens mentio Adjutorum; recenſenturque inter alios Adjutores, Commentarienſes, Cornicularii electorum, à ſcriniis, ab epiſtolis, à libellis, à memoria. Vide Pancirolum in Comment. Not. Imp. cap. 12. Adjutor ipſe Adjutorem habebat, qui *Subadjuva* dictus eſt, quaſi Adjutoris adjutor: & ipſe etiam unus erat è numero, ſive officio & apparitura Præfecti Prætorio. Subadjuvarum mentio fit à Sineſio Epiſt. 145. & à Juriſperitis frequenter. Adjutori reſpondent voces Italicæ. *Ajutante. Ajutante Maggiore.*

Adjutrix. Cognomen Legionis Romanæ, cujus mentio ſrequens in Cod. Vide Briſſon. in Prætermiſs. Tacit. 2. Hiſt. *E parte Othonis prima Adjutrix non ante in aciem deducta.* Idem 3. Hiſt. *Initio per Hiſpaniam à prima Adjutrice legione orto.* Eadem in Inſcriptionibus occurrit crebro.

Adjuva Deus. Vide *Deus adjuva.*

Admentum, i. Fratres Macri ad hanc vocem ita ſcribunt: *Sagittæ genus. Hæc & ſimilia Admenta Hæreticorum.* Tertull. Scorpiac. cap. 1. *A' nimia violentia ita dicitur, quia corda in arcu uſque ad mentum trahitur.* Ejus verò ſagittæ neque Cangius, neque alii Lexicarii, quos ego viderim, meminere. Quod ſi Macri aliud teſtimonium non habent, quo opinionem ſuam de Admento pro ſagitta communiant, vereor ut ſint decepti in expoſitione ejus loci apud Tertullianum: ubi mihi Admenta Hæreticorum idem potiùs ſunt ac Commenta: quemadmodum enim à Comminiſcor fit Commentum, ſic Tertullianus ab Adminiſcor, ut divinare licet, fecit Admentum. Facile Macros in errorem pertraxit *Amentum*; ex quo *Amentatæ haſtæ*, quæ ſic loro religantur ut retrahi poſſint ad jaculatorem. Atqui nec amentum ſagitta eſt, ſed lorum, ut dixi, vel flagellum: & adhuc minus commodè ita cadit in ſententiam Tertulliani.

Admiralius. Vide *Amiræ.*

Admoenio, is. Verbum Plautinum pro obſidere; quaſi ad mœnia conſidere. Sic autem in Pſeud. legitur:

hoc ergo oppidum
Admœnire, ut hoc die capiatur, volo.

Admolior, iris. Propriè dicitur de impetu & conatu facto ad emovendas res magnas, ut ſunt ſaxa prægravia, & montanæ cautes, quæ detruduntur in mare ad extruendos portus, & ad tutam navium ſtationem, ut nos magis elucidabimus in dictione *Moles* pro ſtatione tuta navium, Italis *Molo.* Curt. *Velut de induſtria rupes præaltas admolita natura eſt.*

Adnomium, aliis Adnumium, deducto vocabulo à voce Adnomen, vel Agnomen. Vide *Scribere Militem.*

Adobare. Apud Scriptores deterioris ævi fuit armis inſtruere & cingulo tradito quempiam creare militem. In veteribus Statutis Patavii præcipitur, ut qui electus fuerit Poteſtas Vincentiæ, *faciat ſe fieri militem adobatum.* Ubi adobatum militem Cangius exponit certis ceremoniis, & tradito in primis cingulo initiatum. Hinc Adobati ſine addito pro militibus ſumuntur frequenter à Poetis Gallicis. Le Roman. de Garin.

Ricard s'envet a Lion la Citè,
En ſa campagne trois cens des adobès.

Adobatos autem Cangius dicit quaſi adoptatos; quoniam qui aliquem armis inſtruit ac militem facit, eum quodammodo adoptet in filium. Simpliciùs dixerim à verbo *Adobare*, quod eſt exornare, Italis *Adobbare*: quoniam cingulo & militari veſte exornantur. Charta Joan. Archiep. Capuæ an. 1301. in Sanctuario Capuano: *Una corrigia de ſeta rubea, adobata de argento.*

Adorea, æ. Dicitur ab adore, quod eſt farris genus apud antiquos: quod porrò dictum, ut Feſto placuit, vel ab edendo, vel ab adurendo, quoniam ad uſum torreri ſoleret. Equidem ſcio pro gloria militari accipi ſæpiùs à Scriptoribus. Horat. lib. 4. 4.

& pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus almâ riſit adoreâ.

Verùm hoc translatè & per uſurpationem à Poetis præſertim dicitur. Propriè ſiquidem Adorea eſt donativum, ob rem geſtam Imperatori & Militibus à populo tradi ſolitum. Plin. lib. 18. cap. 3. *Dona ampliſſima Imperatorum ac fortium civium,*

quantumquis uno die plurimum circumaraviſſet. Item quartarii farris aut heminæ conferente populo. Dicebant autem veteres Adoream pro gloria vel laude bellica, noo quia glorioſum eum putarent, qui farris copia affiueret, ot tradit Feſtus; ſed quooiam hooorificum Imperatori & militi habebatur à populo cooſequi Adoreæ donativum, ut optime exponit Hermolaus in Commeotariis Plinianis.

ADORIO, is. Verbum antiquatum. Nevius lib. 3. Bell. Punic. *Proficiſcente Hectore tumidos adoriant*. Et

ADORIOR, iris, vel eris, Invado, Aggredior. Italis *Aſſalire*. Liv. lib. 1. *Timor deinde inceſſit, ne Civitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur*. Adoriri dicitur ex ioſidiis aſſurgere ad iovadendum: quod vox ipſa explicat, qua Invadentis corpus eminere ſubito & quaſi increſcere indicatur. Donatus: *Adortus dicitur qui ex inſidiis repente invadit: ductum ab eo, quòd corpera aggredientium exſurgunt ſubito atque increſcunt*. Proprium proinde eſt aggreſſorum latere in inſidiis: utque inſidiari eſt ſedere ad captandum nocendi tempus; ſic adoriri eſt ſubitò exſurgere ad nocendum. Quamobrem aptè idem Donatus obſervat in hoc differre Adorior & Aggredior, ut Aggredi de iis dicatur, qui de longinquo invadunt, Adoriri de iis, qui è proximo.

ADORTUS, us. Actus adoriendi. Florus lib. 4. cap. 12. *Improvidum & nihil tale metuentem improviſo Adortu undique invadunt*. Scio aliquos ibi legere adorti, ſed emendatiſſimi codices lectionem noſtram tuentur: item ortus, abortus, exortus, quæ quartæ ſunt declinationis.

ADORNO, as. Idem ac comparare. Cic. pro Leg. Manil. dixit, *Mare claſſibus firmiſſimiſque præſidiis adornare*. Liv. lib. 10. *bellum adornare*.

ADPUGNO, as. Oppugno. Tacit. lib. 4. *Alii caſtra Romana adpugnarent*.

ADRASTEA. Vide *Fortuna Dea*.

ADRASTUS. Rex Argivorum Thalaonis & Eurymones filius; qui in Fratrum Thebanorum bello pro Polynice adversùs Etheoclem pugnavit: Sed ingenti affectus clade io patriam rediit. Multa de hoc Duce habet Statius in Thebaid.

ADREGNIARE. Io ævo lapſæ latinitatis fuit equum freno vel habenis tenere. Nam Veteres habenas *Regnes* dixere, Italia *Redine* à Latinorum *retinaculo*. Leges Henrici I. cap. 83. *Ipſum corpus ſolito defunctorum more componat ſuper clypeum, & lanceam figat, & arma circummittat, & equum adregniet*.

ADRIANI MOLES. Firmiſſima eſt Romæ arx & munimeotum, in inferiori quidem parte quadrato marmore extructum, in rotundam verò formam poſtea exſurgens. Situm eſt ad ulteriorem Tiberis ripam; habebatque olim ad lævam in proſpectu Mauſolæum Auguſti. Nam & eam ipſam arcem in proprium ſepulchrum & Mauſolæum ad Auguſti æmulationem Adrianus Cæſar excitaverat. Dion in Vita Adriani: *Sepultus eſt ripa fluvii juxta pontem Ælium; illic enim ſepulchrum conditum; jam enim Auguſti monumentum repletum erat, nec quiſquam amplius in eo ſepeliebatur*. Spartianus etiam in ejuſdem vita: *Fecit Adrianus & ſui nominis pontem & ſepulchrum juxta Tiberim*. Neque enim huic obſtat narrationi idem Hiſtoricus, ubi ſcribit Adrianum ſepultum fuiſſe Puteolis in Villa Ciceroniana. Facilè quippe eſt judicare ejus cadaver Puteolis quidem fuiſſe depoſitum, poſtea verò ab Aotonino Pio Romam deferri curatum, illatumque in ſepulchrum, quod prope Tiberim exędificaverat. Conſtat in eodem deinceps Antoninos fuiſſe conditos: oam & Capitolinus in Vita Antonini author eſt perfectum oroatumque à Pio fuiſſe Sepulchrum Adriani. Arx illa ſive Sepulchrum & Mauſolæum ſtatuis æqueſtribus, & quadrigis ornatum legitur apud Procopium. Earum tameo ornamenta ſtatuarum Gothici ſecundi belli ſævitia decuſſit atque dejecit. Romani ſiqoidem Græcique arcem defenſantes, cum in ſummum evadentium Gothorum telis ſcaliſque magnopère infeſtarentur, effracta ſimulacra, quod ſcilicet in re anguſta remedium extrema monſtrabat oeceſſitas, devolvere io aſſilientes hoſtes cœpere. Triſſious, qui ex Procopio cootexuit Poema Italicum ſæpe laudandum, *L'Italia Liberata*, de projectis illis ſtatuis ita canit l. 15.

Teodetto poi fù il primo & Olimonte,
Che preſer la gran ſtatua di Severo,
E tra la folta nube di ſaette,
Che ſaetttava ogn'hor la gente Gota,
La mandor giù dall'orlo della Mole.
Queſta cadendo con furore a baſſo
Ruppe le ſcale; e quei ch'eran ſovr'eſſe
Andar per terra; e le celate, e i ſcudi
Le ſi ſtaccaron, che pavean di vetro;
Talche acquetoſſi quel furore acerbo.

Et paulò poſt.

Ma doppo queſta fur gettate ancora
La Statua d'Antonino il Caracalla,
Quelle di Claudio, Aureliano, e Probo;
Con molte teſte d'huomini eccellenti,
Che fer che i Goti ſi tiror da largo
Per non toccar quelle percoſſe amare.

Et paulò ante de Sepulcro Hadriani.

Queſto meraviglioſo e bel ſepulcro
Fece Adriano Imperador del Mondo,
Tutto maſſiccio, e di perfetti marmi,
Quadro nel baſſo, e poi ſorgea ritondo,
Et havea intorno altiſſime Colonne
Di varie pietre precioſe e rare,
Con molte Statue d'huomini a cavallo
Fatte con tanto magiſterio & arte
Che'l Mondo non havea coſa più bella.

Sæpè autem inter Gothos, Græcos, Romanoſque de ejus arcis poſſeſſione certatum. Miſſo denique Romam cum exercitu Narſete, cum Gothi, ut ſcribit Procopius lib. 3., uoiverſæ urbi cuſtodiendę ac defenſandæ pares non eſſeot, communitis circa molem Adriani locis, depoſitiſque ibi pretioſiſſimis quibuſque rebus, ſatis habuerunt illud aſſervare præſidium. Poſtridie iidem ſalute pacta, ut ſeſe Narſeti dedereot, compulſi ſunt. Poſtea verò Gregorii Magni Pontificis tempore Adriani moles, ſive Arx Ælia, cum adnexo ponte Ælio in longe feliciorem Caſtri S. Angeli nuncupationem tranſiit. Cum eoim per ea tempora exitialis peſtilentiæ vis per Urbem graſſaretur, & Sanctiſſimus Pontifex, indicta ad Divi Petri ſolemni ſupplicatione, provolutus in genua piis precationibus Apoſtolorum Principem pro civium ſalute fatigaret, ſupplicanti viſus Angelus in editiore molis parte oudatum prius enſem vagina concludere, quod deceſſuræ mox peſtilentiæ Optimo Pontifici certiſſimum fuit augurium. Ut beneficii gratia perpetuo tranſiret

Digitized by Google

ſiret ad poſteros, in ipſo ejuſdem arcis faſtigio S. Michaeli Archangelo Ædes dicata fuit; additumque marmoreum ejuſdem Angeli ſimulacrum io rei memoriam ſempiteenam. Indicatur id à Luitpr. lib. 3. cap. 12. per hæc verba: *In ingreſſu Romanæ Urbit quædam eſt miri operis miræque fortitudinis conſtituta munitio; ante cujus januam pons eſt pretioſiſſimus ſupor tiberim fabricatus, quia primus Romam ingredientibus atque egredientibus eſt. Nec eſt alia niſi per eum tranſeundi via. Munitio autem ipſa, ut cætera deſinam, tantæ altitudinis eſt, ut Eccleſia, quæ in ejus vertice videtur in honorem Summi & cæleſtis militiæ Principis Archangeli Michaelis fabricata, dicatur Eccleſia S. Angeli uſquo ad Cælos.* Vide plura de Mole Adriani apud Alexandrum Donat. Rom. Vet. lib. 4. cap. 7.

Adscriptitii Militss. Vide *Aſcriptitii*.

Adscriptivi Milites. Vide *Aſcriptivi*.

Adstites. Quinam fuerint in aciei diſpoſitione, Vide in Tit. *Paraſtatæ*.

Adtibernalss vel Adtubernales. Tabernæ vel tentorii pcoximi habitatores. A' tabulatis, tuguriis, vel ædificiis, quibus conſici moris erat manſiones caſtrenſes, ut exponit Feſtus. Et propriè ſic appellantur, qui proximi ſunt aliis militibus, vel Centuriis ad eum modum habitantibus. Et quoniam tabulis & aſſeribus conſici primùm moris fuit tuguria caſtrenſia, eam ob cauſam, licet poſtea pellibus, vel carbaſo conſtruerentur, adhuc tamen à tabulis dicuntur tabernacula.

Aovocati. Creberrimè memocantur apud Scriptores ævi deterioris. Erant autem, qui prædiis ab Eccleſia acceptis, eidem jure clientelari erant obnoxii; fideique ſacramentum dicebant ſacris Præſulibus. Ad eos pertinebat res opeſque Eccleſiarum & ipſarum jura bello tutari, earumque milites & ſubditos armare & in campum educere. Polypticum Marcianenſe: *Qui nunc advocatus immeritò nuncupatur, olim deſenſor Eccleſiæ landabiliter vocabatur; quoniam Sapieutia, ratione, armis etiam, ſi res exegiſſet, omuia qa.e erant Eccleſiæ, viriliter deſendebat.* Eorum erat ſubſequi bellicas expeditiones Epiſcoporum & Abbatum, & Eccleſiarum vexills deferre. Triumphus S. Lamberti cap. 3. *Contra verò ſuum Epiſcopus vocavit Exercitum, & Raſoni militi portandam mondavit banneriam: quia Hasbaniæ Advocatus factus de medio, enjus hoc ſerre eſt, hæredem nullum præter duas puellas parvulas dereliquerat. Proxima ergo tertia ſeria ante Aſcenſienem Domini, dictus Raſo in medio majoris Eccleſiæ, ut moris eſt, armatus eſt, & vexillum accipieus cum Civitatis populo Urbem egreditur &c.* Poſtremò hoc etiam nomine cxornabantur Proceres illuſtres, Duceſque bello præſtantes, qui ſuis armis Eccleſiarum jura propugnaſſe inveniuntur. Notatu verò dignum eſt, quod habet Raymundus de Agiles de Bello Hieroſolymitano. Cum enim de Rege creando ageretur, Epiſcopos obſtitiſſe ac reſpondiſſe teſtatur, *Non debere ibi eligi Regem, ubi Deus paſſus & coronatus eſt; ſed eſſet aliquis Advocatus, qui & civitatem cuſtodiret, & cuſtodibus civitatis tributa Regionis divideret.*

Aovocatia, æ. Protectio, præſidium, tutela Advocati. Baldricus in Chron. Cameracenſi lib. 1. *Abbatis Advocatiom imploravit.*

Æacidinæ minæ. Ad paroemiæ ſpeciem dictum eſt à Plauto de arroganter ſuperbèque minantibus. Tcahitur ab Achille Æaci Nepote, quem Homerus ubique excandeſcentem, & ſtomachantem inducit. Simile eſt: *Thraſonicæ minæ*: à Thraſone milite glorioſo spud Terentium.

Æacus. Filius Jovis, & Æginæ, Patec Pelei, Avus Achillis, qui idcircò dictus Æacides. Laudatiſſima juſtitiæ fama regnavit io Ioſula Œnopia; quam ob cauſam unus ex inferis Judicibus pronunciatus eſt. Idem adversùs Indos militavit, Bacchi comes in ea expeditione.

Æeta, vel Æetss. Colchorum Rex, Solis & Perſes filius, Medcæ pster, qui bellum cum Argonautis geſſit; ſed multis in ea expeditione infoctuniis agitatus ad Colchos reverſus ſenio confectus interiit. Valer. Flacc.

Ædss libsræ legatis datæ. Vide *Legoti*.

Ægæus. Rex Athenarum, Psndionis, aliis Neptuni filius. Adversùs illum Minos Cretæ Rex arma movit pcopter necem Androgei filii, quem Athenienſes interfecerant. Victi Athenienſes eam cooditionem à victoribus habuecunt, ut quotannis ſeptem maſculæ ſtirpis pueros, totidemque Virgines in Cretam mitterent, quæ partim Minoi ſervirent, partim vorarentur à Minotauro. Ea lege coactus Ægæus filium Theſeum illuc mittere, illud abeunti commendavit, ut albis velis victor ad eum cemigraret. Victoc Minotauri filius in patriam revectens, paterni præcepti immemor, dum nigra vela, quibus in Cretam venerat, pro albis adhibet, innocens fuit cauſa paternæ mortis. Ægæus ſiquidem è ſublimi turri navim conſpicatus, cum nigra videret vela, interemptum à Minotauro filium ceputans, illico ſe in mare pcæcipitem dedit, cui nomen Ægæo fecit.

Ægina pueros optimos primùm aluit. Adagium militare, trsnſlatum in eos, qui ab optimis initiis in deteriùs paulatim dilsbuntur. Egregii ſiquidem bello fuere Achilles, Patroclus, Aiax, Neoptolemus, Æginetæ. Sed ille paulatim populus deſloruit, & contemptiſſimè audice cœpit, veteri gloria abdicata.

Ægiochus. Unum eſt ex Jovis cognomentis. Sic autem dicitur ab Ægide ſcuto, ut dicimus in voce *Ægis*.

Ægis, idis. Munimentum eſt pectoris æceum, teſte Servio, fabricatum à Vulcano. Dicitur ἀπὸ τῆς αἰγὸς, ideſt à capra, cujus lacte paſtus Juppiter ab Amalthæa, ejuſdem poſtea pelle ſcutum ſuum obtexit, caprâ ipsâ Cœlo donatâ, celatâque inter ſigna cœleſtia. Hocat. lib. 3. od. 7.

Poſt inſana capræ ſydera, frigidas
Noctes, non ſine multis
Inſomnis lacrymis agit.

Et Stat. 3. Sylvar.

Naſcitur Oleniæ ſydus pluviale capellæ.

Jovis autem fuiſſe ſcutum, apertum facit Virgilius lib. 8.

Arcades ipſum
Credant ſe vidiſſe Jovem, cum ſæpe nigrantem
Ægida concuteret dextra.

Tradidit autem Juppiter Ægida Palladi geſtandam, cui ipſa Meduſæ caput impoſuit. Virgilius ibidem.

Ægidaque horriferam turbatæ Palladis arma,
Certatim ſquamis ſerpentum, auroque polibant:
Connexoſque angues, ipſamque in pectore Divæ
Gorgona, deſecto vertentem lumina collo.

De eadem Homerus 5. Iliad.

Circũ autem humeros poſuit Ægidem fimbricatã

Horribilem, circum quam undique inerat terror,
Inerat etiā contētio,fortitudo,horribilis inſecutio.
Erat & Gorgoneum caput diri monſtri,
Dirūque,horrēdumque Ægiochi Jovis portentū.

Optimè advertit Ludovicus de la Cerda,deceptum fuiſſe turpiter Ariſtidem Orat. 2., ubi de Pallade ita ſcribit: *Sola Ægidem fert perpetuò, & paternis armis in Homerico bello ſola ornatur*. Homerus certè Iliad. lib. 15. eandem attribuit Apollini.

Longè incedens, ibat autem ante ipſum Phœbus Apollo,
Indutus humeris nebulam,tenebatque Ægida impetuoſam,
Gravē,undique villoſam,inſignem, quā Ferrarius Vulcanus Jovi dedit geſtandā ad terrorē hominū.

Et Valer. Flacc. lib. 15. Junoni:

Cui Juno, dimitte metus, ne prælia forte
Hinc tibi grata negem: jam jam manet Ægida ſudor,
Et noſtros jam ſudor equos.

Homines etiam, ac præcipuè viri principes, & eximii bellatores obarmati leguntur Ægide. Sed obſervatum fuit, ut cum ejuſmodi ſcutum geſtaretur à Pallade, diceretur Ægis; cum verò aliorum eſſet geſtamen, nuncupabatur lorica, Martial. 7, Epigramm. 1.

Accipe belligeræ crudum thoraca Minervæ,
Ipſa Meduſeæ quem timet ira Deæ.
Dum vacat hæc, Cæſar, poterit lorica vocari,
Pectore cum ſacro ſederit, Ægis erit.

Et Agamemnonem quidem Ducem Græcorum Ægidem geſtaſſe perſpicuè tradit Homerus Iliad. 12.

Accepit autem Agamemnon undique
Corpus tegens elegans ſcutum impetuoſum:
Pulchrum, circum quod circuli decem ærei erant;
Inque eo Umbones erant viginti ex ſtanno
Candidi: in medio autem erat unus ex nigro metallo.
In eo Gorgon terribili aſpectu cincta erat,
Horribiliter aſpiciens: circum erat etiam terrorque, timorque.
Ex eo autem argenteū lorum pendebat;ſed in ipſo
Cæruleus circumvolutus erat draco; capita autem ei erant
Tria circumducta loris, una cervice enata.

Diſſentit verò ab Homero Pauſanias in Eliacis, ubi ſcribit ſcutum Agamemnonis non Ægide, vel Gorgone, ſed Leonis effigie fuiſſe inſignitum, & in hunc modum pependiſſe in templo Olympiæ cum Epigraphe:

Hic pavor eſt hominum; manibus gerit hunc Agamemnon.

Nullis prius celaturis ornatam Ægidem diſtinxit poſtea exornavitque Pallas Meduſæ capite. Cum enim Phorci filia illa inter alia præſtantis formæ decora crines haberet ad auri colorem nitoremque accedentes, eorum pulchritudine illectus captuſque Neptunus cum eadem concubuit in templo Minervæ. Iniquo id animo ferens Dea, crines illos, quibus amatori ſuo placuerat, in angues convertit, effecitque ut mutarentur confeſtim in lapides quotquot in eam imaginem vertiſſent oculos. Eos poſtea crines, imò potiùs colubros complicatos in Ægidis, ſui nimirum clypei, inſigne Dea tranſtulit. Hinc ſæpè legitur Pallas Gorgone armata: Nam Gorgon dicta eſt Meduſa, quoniam Gorgadas Inſulas Æthiopici maris colebat. Gorgona autem eidem ſcuto inſculptam equorum etiam fuiſſe ornamentum, eorumque illigatam frontibus legimus apud Euripidem in Rhæs. Creditum nonnullis eſt Meduſæ figmentum emanaſſe ab Amazonum ritu, quæ conſueſſent Serpentum coriis ſua ſcuta contegere, & præmunire, quod refert Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 1.

ÆGISONUS, a, um. Dicitur de Ægide ſcuto reſonante. Valer. Flacc. lib. 3. Argonaut.

. . . . & denſis thoracibus horrens
Stat manus: ægiſono quam nec fera pectore virgo
Diſpulerit,nec dextra Jovis, Terrorque, Pavorque
Martis equi.

ÆGISTHUS. Filius Thyeſtis, & Pelopeiæ. Nomen illi Græca notione à capra, cujus lacte infantulus enutritus eſt, poſtquam patris imperio feris eſſet expoſitus. Genitoris impulſu obtruncavit Atreum patruum, & ejuſdem filium Agamemnonem. Ipſe demum ab Oreſte Agamemnonis filio, paternæ cædis ultore, vitā ſpoliatus eſt.

ÆGYPTII ERRONES. Vulgò *Cingani*, *Zingani*, *Zingari*. Nubianos etiam dicimus impoſtores à Nubia, quæ ampla eſt Africæ regio juxtà Nilum, & Nubilam amnes. Genus hominum deſultorium incertique laris. Seminudi, veſte lacera & centonata, aſpectu deformi, immundo habitu, vultibus retorridis, oppida, & pagos circumeunt catervatim. Certos Duces ſequi, iiſque ab ſe creatis obtemperare, certis etiam, ſi Deo placet, adſtringi legibus feruntur. Fœdè miſerèque victitant, vel diſperſi vicatim per angiportus, vel ſimul coacti per anteurbana rudera, & cavernulas prædiorum. Ibi fœminæ virique conglobatim permixti, explicatis ſarcinulis, ſua depromunt arma. ſtragulum, lebetem, urceolum, & hujus generis quiſquilias. Apricantur interdiù, vel materia, quæ ſe primùm ad manus dedit, focos extruunt, caveaſque & forniculos fumo depingunt. Noctu diviſo agmine, alii ſomno dant operam, alii ad furta dilabuntur. Divinatoriæ quam profitentur, artis opinione, rudem plebeculam callidè alliciunt. Id impoſturæ genus anus præſertim mirā exercent nequitiā. Vultibus, habitu corporis, ac linearum maximè texturā in palmis inſpectā, nihil non audent promittere: iis ſcilicèt lautiorem conditionem praenunciantes, qui cariùs ſortes emunt. Quæ verò nominis *Cingani*, vel *Zingari* genuina ſit notio, & unde primùm profectis nequiſſimi inſtituti genus tantoperè arriſerit, rem obſcuram alii aliò trahunt. Valerianus in Hieroglyph. tradit, Cinclum avem, alio nomine moticellam, quod caudam ſubinde motitet, Italis *Cutrettola*, *Coditremola*, inopis egentiſque vitæ apud Veteres fuiſſe ſymbolum; propterea quod proprio carens nido alienis inſideat. Ab hac verò ave Cinclo Cinganos, vel Zinganos addit fuiſſe appellatos. Sed id levioris eſt conjecturæ, quàm ut multis refelli debeat. Curatiùs quiddam, & graviùs exhibet Cardinalis Baronius Annal. tom. 4., qui ad bellicam originem refert Zinganorum gentem, rationemque vivendi, quam profitentur, illa producens Marcellini verba ex lib. 25. *Difficile hoc adeptus, ut Niſibis, & Singara* (ſic enim legendum, non Sangara) *tranſirent in jura Perſarum: à munimentis verò alienandis reverti ad noſtra præſidia, & Romana permitterentur*. Ex his conjicit verbis, Singaranos bello victos, ſuaque compulſos patriā decedere, ex Aſia in Africam, & mox in Europam, victûs quæritandi causā tranſvectos, ſuum apud nos genus propagaſſe. Verùm,

ut

ut omittam prædurum eſſe ad obtinendam fidem; à Meſopotamia, & Tigri fluvio, ubi Niſibis, & Singara Civitates ſitæ ſunt, hos accerſere Nebulones, & Syeophantas: non leviter videtur hujus inventi authoritatem infringere ipſe Marcellinus, qui diſtractos per Romanas Provincias Singaritanos, eaſque latrociniis infeſtantes non reticuiſſet, Scriptor cæteroqui in leviſſimis quibuſque pertexendis non indiligens. Idcircò non recedendum ab iis putaverim, qui hujus Sectæ originem ad Ægyptios referunt. Sunt qui ſcribant etiamnum Zingaros vocari latrones turmatim cum armis excurrentes ad prædam in provinciis aliquot, quæ Ægypto, Arabiæque ſunt proximæ. Quod ſi verum ſemel admittitur, de hujus vocis origine non eſt ſanè amplius inveſtigandum. Equidem conſtat, Gellio authore, Foroneum Ægyptiorum Legislatorem, nec vetuiſſe latrocinium, nec ullum in latrones ſupplicium ſtatuiſſe. Ad eundem modum Lycurgum Spartanis pueris indulſiſſe legimus, ut impunè furtis exercerentur. Quæ cum ita ſint, ad hujus abſolutam cognitionem loci duo dumtaxat enodanda ſuperſunt; alterum de propagatione hujus gentis; alterum de aſcita, ementitaque divinandi peritia ad populum decipiendum. At verò Ægyptiis ac finitimis latè gentibus familiarem vetuſtiſſimumque morem eſſe divinatoriis fallaciis, ſtrophis, atque verſutiis vitam ſuſtentandi, non eſt pluribus perſuadendum iis, qui in omnibus Europæ regionibus id geuus hominum Chaldæos appellari non ignorant. Quamobrem facile factu putaverim, ex Ægypto, vel potiùs Africæ Regnis aliquos ob improbitatem & flagitia ſolum vertere juſſos in Hiſpaniam tranſiiſſe, ibique præſagitionibus & vaticiniis apud rudes rerumque novarum avidos rem geſſiſſe feliciter. Interim nequiſſimi quique infimæ ſortis homines per alias ſubinde provincias, quæſtuoſa improbitate illecti, & exemplo incitati, audere paria & facere, exoticos laceroſque illorum habitus, vultus ſole excoctos, linguæ peregrinitatem, divinatoriam in primis artem mentiri. Ad hunc modum ubique diſſeminati erratici impoſtores imitatione potiùs quadam legum morumque veterum Ægyptiorum, quàm vera gentis propagatione. Conſtat enim in omni regione eam enaſci fæcem, ſuique ſimiles in ſceleris gymnaſium aſciſcere. Cæterum nefarii veteratores conſceleratæ fraudulentæque vitæ ſacrilegas technas obvelare ſolent putidis narrationibus, quihus memorant neceſſariam ſibi antiquitùs fuiſſe è ſocis patriis migrationem, & graviſſimis quibuſdam cauſis olim injunctam: præſto enim fore certiſſimum exitium nativis ſedibus, niſi exulatum pergerent utroque ſexu permixti. Ergo otioſorum, impoſtorumque colluvies & ſentinæ, quaſi fucorum examina, ſolum vertere neceſſe habuerunt; è ſuiſque latebris ac præruptis montium tuguriis emergere in Regiones uberes, inque obviorum quorumcumque direptione, & innoxiorum injuriis fortunarum ſuarum ſpem ponere. Id verò ut plauſibiliùs in vulgus conſequerentur, ex vaniſſimis divinationibus, & chiromantia ariolorum famam colligere, paſſimque in ſeductis pomæriis tentoria erigere, atque opperiri prætereuntes incautos, ut ſuas merces, mendacia nimirum & vaniſſima deliria, magno emptorum pretio maloque diſtrahant. Adversùs impudentiam facinoroſorum hominum obviam ſæpè itum à legibus, quas commemorat Philippus Camerarius Horar. Subciſiv. Centur. 1. cap. 17., & Centur. 2. cap. 75., ubi de hac hominum fæce multa diſputat digeritque. Vide etiam de his Alexandrum Taſſonum, *Penſieri diverſi* lib. 8. & 3., & Menagium Orig. Ling. Ital. voce *Zingari*.

ÆLIA ARX. Vide *Adriani moles*.

ÆNEAS. Anchiſæ & Veneris filius, militari gloria clarus, Virgilii cantu longè clariſſimus. Certè humanæ tenuitatem famæ illud etiam cum cæteris manifeſtat, quod propagandæ in poſteros memoriæ momentum ferè omne non tam à peritia bellatorum, quàm à Vatum vel Hiſtoricorum calamis pendere dignoſcitur. Ut enim probè Saluſtius monuit: *Plurimùm refert in quæ cujuſque virtus tempora inciderit*. Dubitandum planè non eſt, non ita paucos Trojanos Duces fuiſſe, qui Æneæ facinora vel æquaverint, vel ſuperaverint. Singularis autem hujus fortuna quædam atque felicitas fuit, ut Poetarum omnium nobiliſſimus illum præ cæteris canendum ſibi atque laudandum propoſuerit. Hinc Horatius l. 4. 9.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes illacrimabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

Poſt navatam bello Trojano ſtrenuam operam, dirutâ tandem patriâ, ut Virgilius fabulatur, ſublatum humeris patrem cum filio, Creuſa conjuge, & Diis penatibus, ab incendio vindicavit; filioque Aſcanio ſecum abducto, longa atque laborioſa navigatione, Diis authoribus, & matre monſtrante viam, appulit in Italiam. Septem omninò annos ea tenuit navigatio; quam extincto ad Drepanum Anchiſa, ludiſque funebribus eidem celebratis, tum verò Didonis in Urbe Carthagine hoſpitio & amoribus, Virgilius illuſtrat; ac præcipuè per occaſionem convivii à Didone ornatu Regio exhibiti, univerſa Trojani belli ſerie ab initio commemorata. Quæ omnia à Vate Divino, Homericam Odyſſeam feliciſſimè æmulante, perturbato atque præpoſtero dicendi ordine, ea carminis gravitate atque præſtantia referuntur, ut prioribus illis libris non alios tantùm poetas, ſed ſe ipſum ſuperaverit. In Italiam verò devectus Latii littora, & Numico flumini proxima tenuit. Ibi propter Laviniam Latini Regis filiam ſibi deſponſam atrox durumque cum Turno Rutulorum Rege bellum ſuſcepit. Hinc longa armorum contentio, ſœderatis hinc inde Ducibus populiſque Italiæ bellicoſis in partes diſtractis, & ingenti niſu bellum trahentibus. Hinc Mezentii, Lauſi, Pallantis, aliorumque bellatorum illuſtria funera. Ac demum rivalis Turnus ſingulari certamine ſuperatus, & obtenta Lavinia victoriæ pretium, ſuſceptuſque ex illa Silvius poſthumus, ex quo Latinorum & Albanorum Regum ſeries ducta eſt. Quæ à Virgilio latè carminibus celebrata ad imitationem Homeri, Achillis facinora in Iliade extollentis.

ÆNEATORES. Vox ipſa docet indicari, qui æneis Muſicis inſtrumentis ſonum edebant. Exempla porrò & teſtimonia veterum Scriptorum addocent eo nomine universè confusèque habitos tubicines, cornicines, liticines, buccinatores, alioſque ære muſico concinentes, & militum animos ad ſua vocantes munia vel ad certamen excitantes. Varro lib. 5. de Ling. Latin. *Æneatores* vo-

vocatos arbitror ab ipſius inſtrumenti, quo canerent, materia, ideſt, à buccina ænea. Tubam & claſſicum Æneatoribus tribuit Svetonius in Julio cap. 32. *Interque eos, & Æneatores, raptâ ab uno tubâ, proſiluit ad flumen, & ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam.* Quotuplex verò fuerit quantuſque in militia præſertim Romana numerus Æneatorum, non ita facilè conſtituam. Ex Salluſtio habemus, Legiones, cohortes, turmaſque proprios habuiſſe tubicines. Sed expreſſiùs hanc rem tradit Dio. lib. 47., ubi triplicem diſtinguit tubæ ſonum: primum quidem ab Æneatore, qui proximus Imperatori erat, editum: ſecundum aliorum, qui editiore loco occinebant: tertium aliorum, qui per omnes manipulos, cohortes, turmaſque ſonum edebant. Sic autem habet: *Deinde tubicen unus utrinque inſonuit, & mox alii pariter reſponderunt. Priores quidem ii, qui rotundo quodam loco conſtituti tubis certum aliquid modulabantur; quo ut conſiſterent, & prælio ſe pararent milites admonebantur; tum deinde omnes reliqui, qui animos iraſque militum acuebant, & ad pugnam excitabant.* In Græcorum etiam militia legitur ſingulas centurias ſuos habuiſſe tubicines, ſive buccinatores, atque etiam cornicines & liticines: neque enim, ut indicavi, iſta apud Scriptores nomina admodum diſtinguuntur.

ÆNOBARBUS. Æneam, & quaſi rutilam barbam habens. Domitiæ gentis cognomentum fuit militaris originis, quod in hunc modum contigiſſe [illegible]tur à Plutarcho: *Cum Caſtor & P[illegible] nunciaſſent in foro Tarquinios Latin[illegible] à Romanis profligatos; ac primus D[illegible]tius, qui obviam proceſſit non crederet, ipſi leniter arridentes barbam ejus manibus attrectaſſe dicuntur, & è fuſca in flavam convertiſſe: atque inde cognomentum Ænobarbi factam.* Idem ſic refertur à Svetonio in Neron. cap. 1. *Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum, & Ænobarborum. Ænobarbi authorem originis, itemque cognominis habent L. Domitium: cui rure quondam revertenti, juvenes gemini auguſtiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nunciaret Senatui, ac Populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem majeſtatis adeò permulſiſſe malas, ut è nigro rutilum, ærique aſſimilem capillum redderent.*

ÆQUALITAS BELLUM NON PARIT. Pulcherrimum eſt Solonis apopthegma à Plutarcho in ejuſdem vita relatum. Monet autem, quod veriſſimum eſſe compertum eſt, inæqualitatem ſimultatum, diſcordiarum, atque bellorum matrem eſſe. Contra verò concordiam æqualitate contineri.

ÆQUUM, i. Pro acie, conflictu, vel loco conflictus, ponitur eleganter: vel quoniam æquato, ideſt, plano in loco committi ſolent pugnæ; vel quoniam æquatis viribus, & pari, ut dicitur, Marte, plerumque certatur. Liv. lib. 7. dec. 1. *Primò credere Duces Gallorum deſcenſuros in æquum Romanos.* Sed vide aliam acceptionem hujus vocis in tit. *Hoſtis.*

ÆRARII MILITES. Ab ære dicebantur, quod ipſis ſtipendia facientibus ex ærario perſolvebatur, quemadmodum à ſtipe, quæ ſolebat appendi, nominabatur ſtipendium. Varr. lib. 4. de LL. *Et hinc dicuntur Milites Ærarii ab ære, quòd ſtipendia facerent. Hoc ipſum ſtipendium à ſtipe dictum, quod æs quoque ſtipem dicebant.*

ÆRARII QUÆSTORES. Sic appellati ab æris, vel publicæ pecuniæ cuſtodia. Tacit. lib. 13. *Cenſuit Piſò deſignatus Conſul, nè multam à Tribunis dictam Quæſtores Ærarii in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent.*

ÆRARII TRIBUNI. Feſtus docet ſic appellatos ab ære tribuendo. Varro autem lib. 4. de LL. ita ſcribit: *Tributum dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ à Populo imperata erat, tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Ab eo, quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, Tribuni Ærarii dicti.*

ÆRARIUM, ii. Repoſitorium publicæ pecuniæ. Et militare quidem Ærarium Auguſtus inſtituit, idemque Præfectum ærario ſive Præfectum ærarium creavit. Vide Roſinum lib. 7. cap. 31. Apud illos verò Præfectos ſive Tribunos ærarios pecunia cuſtodiebatur, quæ militibus pro ſtipendio erat diſtribuenda. Quæ porrò pecunia idcircò dicebatur Æs militare. Ærarium conſtitutum Romæ erat in Æde Saturni; quoniam illo regnante nihil cujuſquam eſſet privatum, ſed in medium collatis frugibus mortales illi beatiſſimè viverent: & quoniam Saturni tempore nullum eſſet furtum commiſſum.

2. Sapienter autem conſtitutum, ut in templis pecunia publica & ad bellicos præſertim uſus impendenda aſſervaretur. Sacrum quippe & inviolabile exiſtimabant quidquid ſacris Ædibus traderetur in cuſtodiam. Fruſtra autem ab ira Cæſaris & militum licentia Ærarium in Saturni templo ſepoſitum conatus eſt aſſerere Metellus, licet de viro ſtrenuo hæc habeat Lucanus lib. 3.

pugnaxque Metellus
Ut videt ingenti Saturnia templa revelli
Mole, rapit greſſus, & Cæſaris agmina rumpens
Ante fores nondum reſeratæ conſtitit ædis.

Et paulò poſt:

prohibenſque rapina,
Victorem clara teſtatur voce Tribunus:
Nonniſi per noſtrum vobis percuſſa patebunt
Templa latus, nullaſque feres, niſi ſanguine ſacro
Sparſas, raptor, opes.

Nam furore ſemel incitatus & percitus victor Julius templi portas effregit. Sic autem proſequitur Lucanus:

Protinus abducto patuerunt templa Metello.
Tunc rupes Tarpeja ſonat, magnoque recluſas
Teſtatur ſtridore fores: tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſes, quem victi præda Philippi.

De eodem Metello ſic Dantes Purg. Cant. 9.

Non ruggiò sì, nè ſi moſtrò sì acra
Tarpea, come tolto le fu 'l buono
Metello, d'onde poi rimaſe macra.

Juſtinus etiam ſcribit Delphicum Apollinis templum propter ingentem auri vim, ſummique pretii ſupellectilem ibi depoſitam, auſu nefario violatum atque direptum fuiſſe à Brenno Duce Gallorum. Hieroſolymitani porrò templi opulentia opeſque incredibiles pellexerunt arma Romanorum, ut ejuſdem rapinis ſpoliiſque furioſam avaritiam explerent. Geminum verò de pecunia in templis aſſervata teſtimonium affert ex Æmilio Probo Naudæus Syntagm. de Stud. Milit. lib. 2. ſic autem Probus de Ariſtide: *Ejus arbitrio quadringenta & ſexaginta talenta Delum* (Apollinis Ædem intellige) *ſunt collata: id enim commune ærarium eſſe voluerunt.* Idem hæc habet de Annibale, ſolerti vafroque conſilio deludente Gortynios

nics ſuis opibus inhiantes: *Amphoras complures complet plumbo, ſummas operis auro & argento, has Gortyniis præſentibus deponit in templo Dianæ, ſimulans ſuas fortunas illorum fidei credere. His in errorem ductis, ſtatuas æneas, quas ſecum portabat, omnes ſuâ pecuniâ complet, easque in propatulo domi abjicit. Gortynii templum magna cura cuſtodiunt, non tam à cæteris, quàm ab Annibale, ne quid ille, inſcientibus illis, tolleret.*

3. Parum cautè rebus ſuis providiſſe antiquitùs Spartanos, quibus nullæ erant ad uſus bellicos in publicum congeſtæ opes, ſcripſit Ariſtoteles lib. 2. Politic. per hæc præſertim verba: *Malè ſe habent quæ ad pecuniam publicam pertinent apud Spartiatas; neque enim in communi Ærario civitatis eſt aliquid.* Medelam tamen poſtea laboranti patriæ fecit Lyſander, qui poſt Athenienſes devictos Urbemque bello captam, & publicum conſtituit Ærarium, & conflatam auri argentique vim illuc intulit, religiosè in poſterum aſſervandam. Oculatiores fuere Athenienſes, qui, ut author eſt Thucydides lib. 8., mille quotannis talenta ad ingruentes ſubiti Martis neceſſitates in Ærario ſeponebant, capitali ſupplicio iis propoſito, qui ſanctam illam verendamque pecuniam in alios uſus derivarent; cujus pœnæ formulam habemus ex Petito lib. 4. tit. 9. *Mille talenta quotannis ſeponunto non expendenda: ſiquis dixerit, aut populum rogarit ea impendi in alios uſus, quam ſi hoſtes navibus appulſi invadant Atticam, & propugnanda ſit patria, Capital eſto.* Eam porrò pecuniam, militari vocabulo id ſuadente, Stratioticam appellabant. Sic autem de Athenienſium Ærario Thucydides lib. 1. *Accepto hac ratione Athenienſes principatu, libentibus propter odium Pauſaniæ ſociis, ſtatuerunt quas pecunias, quaſque naves æquum eſſet præbere civitates ad regium bellum, per ſpeciem reddendæ calamitatis, quam paſſi erant, vexandis invicem bello Regiis provinciis. Tunc primum apud Græcos Ærarii Præfecti ſunt inſtituti ab Athenienſibus, qui tributum reciperent. Sic enim appellata eſt pecuniarum collatio: primumque tributum conſtitutum quadringentorum ſexaginta talentorum. Ærarium fuit apud Delon, quo in templo cœtus fiebant.* Etſi verò propoſitæ apud eoſdem eſſent pœnæ capitales adversùs eos, qui de ſepoſita illa pecunia educenda tangendave hiſcere auderent, eruta tamen nonnumquam auri vis ab Ærario, ſed nonniſi extrema compellente Reipublicæ neceſſitate. Idem Thucyd. lib. 8. *Athenienſes accepto de Chiorum defectione nuncio, rebantur magnum circumſtare ſe & manifeſtum periculum. Itaque mille talenta, quæ per omne belli tempus intacta eſſe cupierunt, de quibus tangendis ſiquis aut retuliſſet, aut ſuffragium tuliſſet, propoſitis pœnis ſanxerant, tunc ex præſenti pavore legibus abrogatis, movenda decreverunt.* Eundem neceſſitatis obtentum irriſit Cæſar, ubi perfregit Ærarium Romanum, teſte Appiano de Bell. Civil. lib. 2. *Poſt hæc effregit Ærarium, Tribuno plebis Metello obſtanti mortem minatus ni deſiſteret; pecuniaſque ad id temporis intactas abſtulit, quas ferunt per Gallicos tumultus depoſitas cum execratione publica in caput cujuſque contrectare auſi, niſi cauſâ belli Gallici. Ajebat enim religione ſolutam Rempublicam, perdomitis à ſe Gallis; ut nihil inde immineret periculi.*

4. Mirum autem eſt quantum Imperatori atque adeo ipſis militibus animi accreſcant, quàmque tempeſtivè ſedatèque conſilia in rem præſentem iidem capiant, cum nec rerum inopia eoſdem ſollicitat, nec aliò avertuntur à rei nummariæ difficultate. Conſtituendi autem parandique Ærarii militaris artes illæ ferè probari ſolent, quæ proveniunt ex publicis portoriis, ex amicorum vel Urbium largitionibus, ex tributis & vectigalibus Subditorum. Fuere qui ad ſupplendum exhauſtum Ærarium, ne ſtipendia deeſſent quæ militi repræſentarentur, quidquid pretioſum domi eſſet in pignus traderent fœneratitiæ pecuniæ, juſtiſque bellis alendis fortunas ſuas omnes atque adeo domeſticæ ſupellectilis ornatum impenderent. Ejus rei exemplum imitatione digniſſimum prodidit Dio Caſſius in M. Antonino Philoſopho, qui cum Ærarium militare Marcomannico bello penitùs exhauſiſſet, in foro publico Auguſtalem ornatum, item pocula aurea, criſtallina, myrrhina, atque adeo uxoriam veſtem auro gemmiſque exſaturatam auctioni ſubjecit.

5. De ipſa verò Ærarii Militaris adminiſtratione nihil certi ſtabiliri definirique poteſt. Non pareà dumtaxat, verum etiam avarè pecuniam publicam aſſe tractandam aſſeruit Galba, de quo ea ſunt apud Svetonium verba: *Pecuniæ alienæ non avidus, ſuæ parcus, publicæ avarus.* Sed neque ſeveriùs eo nomine agendum eſt cum ſupremis copiarum Ducibus, quos ſemper aſſiduæ graveſque ac ſæpenumero inopinatæ ſumptuum cauſæ circumdant. Nequaquam hic reticendum puto, quòd à ſummi nominis Imperatore peractum eſſe legimus avorum noſtrorum memoria: à quo cum accepti, expenſique tabulæ à militaris Ærarii curatoribus atque cuſtodibus repeterentur, ille, excellenti qua præſtabat ſagacitate, poſt enunciatam præmagnam auri vim alendis exercitibus impenſam, incredibilem adjecit pecuniæ ſummam ſacris Virginum ac Cœnobitarum cœtibus piè erogatam, ut felices armorum ſucceſſus à cœlitibus impetrarent. Idem incredibilem aliam pecuniæ ſummam à ſe profuſam teſtificatus eſt alliciendis ſpeculatoribus, quorum ope occulta hoſtium conſilia deprehenderet.

6. Præter publicum, & vulgare Ærarium, aliud erat Romæ magis reconditum, & in ipſo Ædis Saturniæ receſſu curatiùs aſſervatum. Huc ſcilicet vis auri immenſa ad extremos laborantis Reipublicæ caſus erat congeſta; ideoque Ærarium dicebatur ſacrum, quaſi nefas ac religioſum eſſet exinde quidquam attingere, niſi ultimo provocante caſu Reipublicæ. Hoc Conſules initio bellorum civilium Urbe excedentes clauſerunt, clavibus ſecum aſportatis. Sacrarium illud primus omnium effregit Cæſar, ubi Romam victor remeavit: quidquid verò opum ibi fuerat collectum avidè diripuit, ut teſtatur Appianus Bell. Civil. lib. 2., & Cicero ad Attic. lib. 7. epiſt. 12. Poſteriore verùm ævo quod prius Ærarium Sacrum dicebatur, largitiones ſacræ vulgò vocabantur, ambitioſa illa appellatione atque magnifica indicantibus Principibus, non niſi ad largiendum, ac benemerendum ſibi opes ſuppetere. Poſtremò Ærarii curam non niſi ad lectiſſimos Cives, & quorum fides multis experimentis eſſet perſpecta, mandari mos erat. Quantum verò illi divitiarum curarent per hæc verba indicat Statius ad Macrinum:

jam creditur uni

Digitized by Google

Sanctarum digeſtas opum, partæque per omnes
Divitiæ populos, magnique impendia Mundi:
Quidquid ab auriferis ejectat Iberia foſſis,
Dalmatico quod monte nitet, quod Meſſibus Afris
Verritur, æſtiferi quidquid terit area Nili.
Quodque legit merſus pelagi ſcrutator Eoi,
Et Lacedæmonii pecuaria culta Galeſi,
Perſpicuæque nives, Maſſylaque robora & Indi
Dentis honos, uni parent commiſſa Miniſtro.

7. Quantum pecuniæ in Ærarium Auguſtus primùm congeſſerit, non Dio, non Svetonius meminere. Eam inſtitutionem obiter, & aliud agens tangit Dio lib. 55. *Deinde M. Æmilio Lepido, L. Aruntio Coſſ. quum nullus redditus, quem omnes probarent, excogitari poſſet, omneſque eum quæri indignarentur, Auguſtus pro ſe, & Tiberio pecuniam in Ærarium, quod militare nominavit, intulit.* Agit quidem de eadem paulò prolixiùs Svetonius in Auguſto cap. 49., ſed nullum facit verbum de illata ſumma pecuniæ: *Quidquid ubique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam adſtrinxit: definitis pro gradu cujuſque, & temporibus militiæ, & commodis miſſionum, nè aut ætate, aut inopia ſollicitari ad res novas poſſent. Utque perpetuò ac ſine difficultate ſumptus ad tuendos eos proſequendoſque ſuppeteret, Ærarium militare cum vectigalibus novis inſtituit.* Nihilominus in univerſum rem æſtimanti immenſum quiddam rei pecuniariæ neceſſe fuit in Ærarium confluxiſſe. Meritò Lipſius impendio dolet periiſſe Appiani librum, ubi ille rationes ſumptuſque militares expoſuit: de quo libro hæc habet idem Hiſtoricus in diſpoſitione ſui operis: *Ultimus liber habebit copiam militarem, quam & quantam Romani habebant; tum & proventus pecuniaſque quas per ſingulas gentes capiunt: item quid in claſſes impendant, & ſi quid erit hujuſmodi.* Metiri tamen licet quam vaſtus pecuniæ cumulus ille fuerit, primò quoniam hæreditatum, & legatorum viceſima pars in Ærarium referebatur, quæ infinitam propè ſummam conficiebat. Dio lib. 55. *Poſtquam multæ pecuniariæ rationes propoſitæ, & ſpretæ fuiſſent, ad Ærarium militare placuit tandem ſeditque, ut viceſima eſſet hæreditatum, & legatorum, quæ cuique obveniſſent teſtamento.* Iterum illuc relatum quidquid exigebatur ex quinquageſima mancipiorum venalium. Sic autem idem Dio: *Cum etiam pecunia opus eſſet, & maximè ad vigilum cohortes jam inſtituta, Auguſtus vectigal quinquageſimæ in venditione mancipiorum induxit.* Immenſus autem Romæ mancipiorum erat numerus, quocirca ſupra modum augeri vectigal illud debuit. Poſtremò in Ærarium militare induxit Tiberius Centeſimam rerum venalium. Sic autem Tacitus: *Centeſimam rerum venalium deprecantu populo edixit: Ærarium militare eo ſubſidio niti.* Laborabit prorſus hominum fides, neque facilè quiſquam animum inducet ut credat, tantam auri vim bellis alendis Romanos impendiſſe. Centeſima certe rerum omnium venalium pro ea Romani imperii laxitate ſummam pecuniæ conficit vix cuiquam credibilem. Vide *Area Militaris*.

ÆRATÆ NAVES. Ab æreo roſtro ſic dicuntur: eædem ac roſtratæ. Cæſar lib. 2. de Bell. Civil. *Lucius Naſidius ab Cn. Pompejo cum claſſe navium ſedecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio, Maſſilienſibuſque ſubſidio miſſus.* Virgil. lib. 9.

Reddunt ſe totidem facies, pontoque feruntur,
Quot prius æratæ ſteterant ad littora puppes.

Vide *Roſtratæ Naves*. Interim nota Horatianis verſibus lib. 1. od. 1.

ut trabe Cypria
Mirtoum pavidus nauta ſecet mare;

duriſſimam vim feciſſe Philandrum in Vitruvium lib. 10. cap. 21. ubi trabem Cypriam exponit roſtrum æreum navis, quoniam Tamaſi in oppido Cypri plurima æria metalla progignantur, ut tradit Strabo lib. 14. Minus argutè & planiùs locus Horatii explicandus de Nave Cypria, vel Cyprii mercatoris: præſertim cum ibi non de bellico navigio loquatur Horatius, ſed de onerario & mercaturæ inſerviente.

ÆRE DIRUTI. Milites, quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur. Varro in Fragment. *Stipendium appellatur, quod æs militi ſemeſtre, aut annuum dabatur. Cui datum non ſit propter ignominiam, ære dirutus eſt.* Feſtus autem: *Reſignatum æs dicitur militi, cum ob delictum aliquod juſſu Tribuni militum, ne ſtipendium ei detur, in tabulas refertur. Reſignare enim antiqui pro reſcribere interdum dicebant.* Et alibi idem Feſtus: *Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiæ causâ non erat datum: quod æs diruebat in Fiſcum, non in militis ſacculum.* Item Nonius: *Ære diruti appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, ideſt merces menſtrua aut annua, quæ eſſet in nummis æreis, ſubtrahebatur.* Ea ſtipendii fraudatione mulctabantur præſertim milites infrequentes. Cic. 6. in Verrem: *Dii faciant ut rei militaris mentionem facere audeat: aleatoris Placentini caſtra commemorabuntur, in quibus eum frequens fuiſſet, tamen ære dirutus eſt.* De iis etiam Sidonius.

Ibant pellitæ per claſſica Romula turmæ,
Ad nomen currente Geta. Timet ære vocari
Dirutus, opprobrium, non damnum barbarus horrens.

ÆRUMNÆ, arum. Furcillæ erant antiquitùs, quibus viatores religatas ſarcinulas attollebant in humeros. Origo vocis à Græcorum αἴρω, quod eſt tollo; ut ærumna contractè ſit dicta *ab æruminа*. Eas furcillas jampridem deſitas revocavit Marius; ex quo nominatæ poſteà ſunt Muli Mariani. Sed neque ad viatores dumtaxat pertinuiſſe bicornes eas perticas, verùm etiam adhibitas in Romana militia ad geſtanda onera militum obſervat Fabrettus cap. 7. ex cælaturis Columnæ Trajani. Ex eadem columna Lipſius lib. 5. de Milit. Rom. profert ſchema duorum militum eas furcillas cum ſarcinis attollentium. Vox Ærumna tranſiit poſtea ad animum; uſuque factum eſt, ut quo vocabulo ſarcina rerum vectabilium olim notabatur, indigitaretur poſtea mentis & animi afflictio, miſeria & infelicitas. Cic. 2. de Finibus. *Labores non fugiendos Ærumnas nominarunt.* Proprietatem vocis Ærumnæ videtur agnoviſſe, & ad harum uſum antiquum reſpexiſſe Perſius Satyr. 1.

Sunt quos Pacuviuſque, & verrucoſa moratur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Non me præterit locutionem Perſii figuratam paſſim agnoſci; ut ſenſus verborum ſit, non Antiopam ab ærumnis fultam, ſed ærumnas potiùs ab Antiopa fultas, ideſt, perlatas atque ſuſtentatas: quo figuræ genere dixit Virgilius lib. 1. Æneid. de Venere.

nodoque ſinus collecta fluentes:

ubi quod proprium eſt veſtis nodo adſtrictæ collectæque, figuratè transfertur ad Venerem. Mihi tamen arridet magis atque adeò probatur ut in verſu Perſii proprietas vocum ſervetur, exurgatque ſententia in hunc modum: *Cor Antiopæ ſuſtentatum fultumque doloribus, & infortuniis.* Verè enim contingit ut miſeros ipſa ſæpè ſuſtentet calamitas; quod in re potiſſimùm amatoria inculcatur frequentiſſimè à Poetis Italicis, qui procul dubio naturæ magiſterium, & documentum ſecuti ſunt. Petrarcha:

Un ſol conforto, e dalla morte avemo.

Et alibi:

Paſco 'l cor di ſoſpir, ch'altro non chiede,
E di lacrime vivo a pianger nato:
Nè di ciò duolmi; perch'in tale ſtato
E' dolce il pianto più ch'altri non crede.

Et alibi:

Mille piacer non vagliono un tormento.

Et ſtatim poſtea:

ond'io mai non mi pento
Delle mie pene, e men non ne voglio una.

Æs. Æs captum, ſiva captivum, aliter prædaticium, quod apud Plinium, & alios ſæpè legitur, illud erat, quod captum in præda, nec dum relatum in Ærarium, Imperatores aote triumphum elargiri ſolebant.

Æs. Voce militari, ſtipendium dicimus. Liv. lib. 5. *Hoc illud eſſe dictitantes, quod æra militibus ſint conſtituta.* Idem ibidem: *Negabant danda eſſe æra militibus.* Et iterum infra: *Placere voluntariam extra ordinem profeſſis militiam æra procedere.* Cur autem æs pro ſtipendio accipiatur, notatur in Tit. *Stipendium.*

Æs militare. Vide *Ærarium.*

Æstiva, orum. Propriè nemoroſa loca ventis refrigerata adversùs radios Solis, ubi pecora in primis commodè agunt. Stat.

umbroſi patuere æſtiva Lycei.

Æſtiva caſtra appellantur, in quibus per æſtatem milites degunt, quemadmodum hyberna dicuntur, in quibus hyemem tranſigunt. Liv. lib. 3. *Educto in Æſtiva milite.* Vide *Stativa* & *Statio.*

Æstivo, as. Umbroſo in loco degere ad æſtum vitandum, quod milites faciunt in Æſtivis. Stat. Silv. lib. 4.

Latiis æſtivat in oris.

Æstivalia, um. Ocreæ, ſed leviores & tenuiore pelle compactæ, quales per æſtatem ferri ſolebant. Addit. ad Matth. Pariſ. *Æſtivalibus largis ſeu botis pro calceamentis utuntur.* Nullus dubito hinc nos habere vocem Italicam *Stivale.*

Æstuarium, ii. Æſtuaria Feſto ſunt maritima illa litorum ſpatia, per quæ mare viciſſim accedit receditque. Servius periphraſticè Æſtuaria deſcribi à Virgilio putat 2. Georg.

qua vi maria alta tumeſcunt
Objicibus ruptis, rurſuſque in ſe ipſa reſidunt.

Dicuntur ab æſtu vel motu maris quaſi ferventis, quo intumeſcens accedit. Paſſim viſuntur per oras Galliæ, Hiſpaniæ, & Belgii, ubi riparum lege contempta, Oceanus ultra progreditur, retractiſque undis per certa intervalla temporis, abſcedit. Tractus illi admodum incommodi navigationibus eſſe ſolent, ut interdum nonniſi oando trajici poſſint. Cæſ. l. 2. Bell. Gall. *Æſtuariis navigationem impediri.*

Ætas Imperatori congruens. Siquis Ducum præteritorum res feliciter geſtas reputaverit, aut eorum recognoverit ſyllabum, plurima offendet fortiter & præclarè facta tum à junioribus Ducibus, tum ab iis, qui ætate provectiore imperitarunt. Occurrit tamen pulcherrimum io re militari problema & judicium de ætate Imperatoria; ſtatuentibus aliis virides annos exercitui ductando eſſe percommodos; aliis verò ſancientibus nonniſi maturæ ætatis commendatione & auſpiciis eligendum eſſe Imperatorem. Ac primò quidem celeberrimum eſt, nec ſane à veritate valde alienum effatum Ducis ac Cæſaris Majorum noſtrorum ævo potentiſſimi juxtà ſcientiſſimique, qui cum in ſenium vergeret, paulatimque inclinari atque ſublabi res ſuas cerneret præſertim cum juvene & præfervido Rege æmulatione ſuſcepta; non id mirari ſeſe, dixit, gnarum juvenum amicam eſſe fortunam: cæcam nempe illam, & volubilem Deam eoſdem ſemper in ſublime efferendi ſatietatem quandam capere atque faſtidium; quaſi niſu perpetuo iiſdem ſemper obſecundandi defatigetur. Tardi etiam ſegneſque, ubi res audaciam poſtulat, eſſe ſolent defecta ætate viri; multorumque docemur exemplis diuturnam experientiam in effœtis viribus timiditatem ingignere; ut quanto ad conſulendum & prævidendum in illis acies mentis intenditur, alterum tantum ad agendum vires hebeſcant, nervique deficiant. Hinc ſcienter Saluſtius: *In ſene umbra nomenque hominis relictum eſt, vires corporis effœtæ, ſenſus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus.* Frigidior etiam in venis ſanguis minus facere videtur ad periculorum contemptum; ac ferè vigor omnis extinguitur, ubi deferveſcit calor ille, qui calcar facemque ſubdere virtuti ſolet. Hinc Parmenionis anxietas nimia, & religioſa cautio, Alexandro Regi imperium Perſicum fere ademerat, inſtinctu ſuaſuque importunæ fœdæque pacis cum Rege Dario conciliandæ. Contra verò ad res quomodolibet bene conſtitutas illicò evertendas nulla præſentior peſtis objicitur quàm juvenis Imperatoris ferox impetus & inconſulta temeritas. Deliciis etiam & amoribus, quod rei militaris labes & exitium ſemper eſt creditum, magis obnoxios reddit juniores Duces calor vigorque à natura inditus, cum peccandi licentia & opportunitate conjunctus. Quod autem ſeniores præſtare junioribus ſuadet efficaciſſimè, vis eſt mentis atque conſilii, qua ſenes vel maxime pollent, juvenes ferè deſtituuntur, cum careant experientia, quæ mater eſt prudentiæ atque ſolertiæ. Hinc adagium: *Vires juvenum, conſilia ſeniorum.* Quod etiam ex Homero diſcimus, apud quem Agamemnon plures Neſtores ſenio quidem effœtos, ſed gravitate conſiliorum præſtantes, præ totidem Ajacibus, junioribus illis quidem atque fortiſſimis, ſed parum callidis in decernendo providendoque, habere maluiſſet. Cum etenim incertiſſima ſit belli alea & innumeris objecta fortunæ caſibus, tota vis & omne fere momentum belli feliciter adminiſtrandi in capiendis eſt è re nata conſiliis, quod certe annis multarumque rerum experientia comparatur. Quod ſi Ætas Imperatoris ſic temperetur, ut nec nimium illa provecta, nec immaturè viridis fuerit, ſed inter utramque media, atque utriuſque laudibus ac virtutibus miſta, eam verò ætatem nullus dubito ad ſupremum copiarum caput atque ductorem eligendum, perfectiſſimam

Digitized by Google

mam fore atque digniſſimam.

2. Præſcripta Romano militi meta militaris curſus ad annum ſextum & quadrageſimum; idque omninò ſapienter, cum in eo ætatis flexu deficere ſoleant vires & elangueſcere corporum firmitas, quæ in gregario milite penè ſola ſpectatur. Verùm longe alia eſt Imperatorum habenda ratio, qui non tam nervorum firmitudine, quàm mente & conſilio rem Martiam provehunt, ut prudenter apud Taſſum cant. 7. dixit Raymundus, cum Gothefridus Imperator ſenio gravis adversùs Argantem ſingulari certamine dimicaturus arderet procedere:

E diſſe a lui rivolto; ah non ſia vero,
Che in un capo s'arriſchi il Campo tutto:
Duca ſei tu, non ſemplice guerriero:
Publico fora, e non privato il lutto.
In te la fè s'appoggia, e 'l ſanto impero:
Per te ſia il Regno di Babel diſtrutto:
Tu il ſenno ſol, lo ſcettro ſolo adopra;
Altri ponga l'ardire, e 'l ferro in opra.

Ideo non Marius dumtaxat apud Plutarchum ultra annum quintum & ſexageſimum imperaſſe legitur, verum etiam innumeri apud alios Scriptores leguntur exercituum Duces, nec vigore animi debilitati, nec labefactati fatiſcente corpore ad extremam canitiem imperium produxiſſe, ut dicere potuerint cum Numano Virgilii lib. 9.

nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem:
Caniciem galeâ premimus.

Apud eundem porrò poetam ad extremum Senium arma tractaſſe legimus Etruſcorum Ducem Mezentium, qui cognita Lauſi filii morte, ut dicitur lib. 10.

Caniciem immundo deformat pulvere.

Et ego quidem non alia magis cauſa Alexandrum Macedonem breviſſimo temporis ſpatio innumeris auctum victoriis tantum celebritatis collegiſſe crediderim, quàm quòd ipſius Duces ætate provectiores fuerint, utpote quos Philippus genitor ætate ipſe integra florens ſolerter delectos egregiis inſtitutionibus multo prius imbuerat. Præclara ſunt etiam illa Raymundi Comitis Toloſani apud Taſſum lib. 7.

Et io, bench'a gir curvo mi condanni
La grave età, non ſia, che ciò ricuſi.
Schivino gl'altri i Martiali affanni;
Me non vuò già che la vecchiezza ſcuſi.
O foſſ'io pur ſu 'l mio vigor degl'anni,
Qual ſete hor voi, che quì temendo chiuſi
Vi ſtate, e non vi muove ira, o vergogna
Contra lui che vi ſgrida e vi rampogna,
E quale allora fui quando al coſpetto
Di tutta la Germania, a la gran corte
Del ſecondo Corrado, aperſi il petto
Al feroce Leopoldo, e 'l poſi a morte.
E fu d'alto valor più chiaro effetto
Le ſpoglie riportar d'huom così forte,
Che s'alcun hor fugaſſe inerme, e ſolo
Di queſta ignobil turba un grande ſtuolo.
Se foſſe in me quella virtù, quel ſangue;
Di queſt'altier l'orgoglio avrei già ſpento.
Ma qualunque io mi ſia, non però langue
Il core in me, nè vecchio anco pavento.
E s'io pur rimarrò nel campo eſangue,
Nè il Pagan di vittoria andrà contento:
Armarmi i vuò, ſia queſto il dì, ch'illuſtri
Con novo honor tutti i miei ſcorſi luſtri.

Ejuſdem notæ ſunt illa Triſſini Ital. lib. c. 17.

Foſſe io di quell'età, com'era quando
Noi combattemmo là preſſo il Ticino
Col forte Rè dell'Eruli Odoacro,
Che forſe non s'haria tanto biſogno
Di trovar ſcontro a quel Guerriero acerbo:

Occupavit omnia Homerus Iliad. lib. 11. ubi ita Neſtor:

non enim mea vis
Eſt qualis antea fuit in agilibus membris.
Utinam ſic ætate florerem, roburque mihi eſſet
Sicut quādo Elidenſibus & nobis cōtentio accidit
Pro abactione boum, quando ego interfeci Stymoneum.

Quæ in hunc modum imitatus eſt Virgilius lib. 5. de Entello.

Si mihi, quæ quondam fuerat, quaque improbus iſte
Exultat fidens, ſi nunc foret illa juventa,
Haud equidem pretio inductus pulchraque juvenca
Veniſſem:

Vide. *Ætas militaris.*

ÆTAS MILITARIS. Ex præſcripto Servii Regis ab anno decimo ſeptimo ad quadrageſimum ſextum definebat. Sic autem habet Gellius lib. 10. cap. 28. ex Tuberone: *Servius ab anno decimo ſeptimo, quòd idoneos jam eſſe Reipublicæ arbitrabatur, milites ſcripſit.* Ejuſdem illa ibidem ſunt verba de Servio loquentis: *Juniores ad annum quadrageſimum ſextum, ſupraque eum ſeniores appellavit.* Ubi nota annos quadraginta ſex attingere milites debuiſſe: licet, ſi ipſi vellent, ulteriùs etiam progredi arma tractando poſſent: juniores autem dictos uſque ad annum quadrageſimum ſextum; à quo anno ad provectiorem ætatem progreſſos ſeniores conſueviſſe nuncupari. Licet verò ſic antiqua lege fuerit ſtabilitum, non fuit tamen inſtitutum illud perpetuò obſervatum. Sæpiùs enim contigit temporum neceſſitate, ut ante præſcriptum annum milites crearentur. Livius lib. 25. author eſt inopia juventutis prætextatos milites fuiſſe conſcriptos: ſcribit enim decretum fuiſſe, *Ut Tribuni plebis ad populum ferrent, ut qui minores annis ſeptem & decem ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent ac ſi ſeptem & decem annorum, aut majores, milites facti eſſent.* Idem etiam ambitione factitatum eſt, ut citò ad honores viri nobiles gradum facerent. Hinc Silius lib. 2.

Pubeſcit miles caſtris, galeâque teruntur
Nondum ſignatæ flava lanugine malæ.

Non admodum Romanis diſſimiles in militari ætate decernenda Græci, ac præſertim Athenienſes fuerunt. Sic autem habet Ulpianus Scholiaſtes Demoſthenis: *Lex apud Athenienſes ad annum quadrageſimum dumtaxat jubet militare, exorſos à decimo octavo. Idque his gradibus, ut ad vigeſimum circa Urbem militent & caſtella cuſtodiant, tutiori ſcilicet militia: à vigeſimo autem ad longinqua bella, & extra limites etiam eant.* Plato lib. 6. de legibus eam ætatem etiam ultra protendit: viros ſiquidem ab annis viginti ad ſexaginta; fœminas verò, nam illas etiam in militiam adſcribit, ab anno quo pepererint, ad quinquaginta militare jubet.

2. Prudentiſſimè inſtitutores Polemici laborum caſtrenſium gravitatem, incertos bellorum exitus & pericula ante oculos habentes, cura-

tiùs

tiùs nihil inculcant, quàm ut juvenilis ætatis ſumma habeatur ratio; quæ nimirum non laboribus dumtaxat ferendis aptior, verùm etiam diſciplinam arripit citiùs & tenaciùs retinet. Effœto verùm ævo & flacceſcente nec robur ſuppetit ad laborioſa Martis opera, nec ad condiſcendum ſpatium ultra relinquitur. Quare monet Vegetius lib. 1. cap. 4. *Melius eſt ut exercitatus juvenis cauſetur ætatem nondum adveniſſe pugnandi, quàm doleat præteriiſſe*. Quod reſpiciens Galenus l. de Sanit. tuend. author eſt ut à ſecundo ſeptennio ad expletum tertium juventus exerceatur apud Pædotribas. Singularis quippe exempli fuit quod legitur apud Juſtinum lib. 6., centum Lacedæmones ſenio prægraves Spartam fortiter defendiſſe adverſus Thebanos Duce Epaminonda: *Igitur principio noctis taciti Lacedæmona proficiſcuntur; non tamen aggredi incautos potuerunt, quippe ſenes & cætera imbellis ætas, cum adventum hoſtium perſenſiſſent, in ipſis portarum anguſtiis armati occurrunt, & adversùs quindecim millia militum non amplius centum jam affectæ ætatis viri pugnæ ſe offerunt. Tantum animorum viriumque patriæ & Penatum conſpectus ſubminiſtrat.*

3. Quemadmodum verò anguſtiæ temporum effecerunt ut ſæpe minores annis decem & ſeptem conſcriberentur, ſic etiam compulſi dare nomina qui ſextum, & quadrageſimum excederent. Liv. lib. 5. *Nec juniores modo conſcripti, ſed Seniores etiam coacti nomina dare, ut Urbis cuſtodiam agerent*. Et lib. 6. *Juſtitioque indicto delectum juniorum habuit, ita ut ſeniores quoque, quibus aliquid roboris ſupereſſet, in verba ſua juratos centuriaret*. Factum id præter ordinem tamen, nec niſi telo neceſſitatis inſtante. Nam ætas gravior atque emerita ſuo relinquebatur otio; juvenes verò, qui Sacramenti tempus antevertiſſent, puniebant leges. Quare Plutarchus in Ageſilao narrat Iſada Phœbidæ filium mille drachmis fuiſſe mulctatum quòd immatura bello ætate è gymnaſio exiliens profectus eſſet ad bellum contra Epaminondam: licet ejuſdem virtutem vigoremque animi coronæ præmio Civici Magiſtratus eſſent remunerati. Senioribus verò, qui viribus non deſtituti adhuc ultrà Sacramenti tempus continuationem militiæ peterent, non ſolùm id facilè indultum, verùm etiam actæ gratiæ, & habita ſedulò eorum ratio in largitionibus, ac prædę diviſione. Nam licet certum maturæ ætati leges tempus præſcriberent, ſuperfuit tamen ſæpe multis non modò vigor animi & conſilium, verùm etiam firmitas corporis ad protrahenda militiæ ſpatia. De Neſtore & Phœnice illa habemus apud Symmachum lib. 3. epiſt. 13. *Nullam certe Neſtor tertio ætatis ſuæ ſæculo militiæ vacationem expopoſcit, nec Achilli excuſavit ætatis ſuæ frigus Phœnix monitor*. Et clarè Homerus:

Ætas cana etiam non eſt incommoda bello;

nimirum ſenecta viridi alacres & elati non ſecus otium indignantur, quàm feroces equi, & militiæ aſſueti reditum ad paſcua: nec porrò monitores audiunt: deridentque illud Horatii ſerm. 1.

Solve ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

De Senibus bellicoſis illa habemus apud Silium lib. 2.

Nec requies ævi nota, exangueſque merendo
Stant prima inter ſigna ſenes, lethūque laceſſūt.

Idem de Hiſpanis lib. 3.

Cantaber ante omnes hyemiſque, æſtuſque, famiſque
Invictus, palmamque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo, cum pigra incanuit ætas,
Imbelles jamdudum animos prævertere ſaxo,
Nec vitam ſine Marte pati, quippe omnis in armis
Lucis cauſa ſita, & damnatum vivere paci.

Vide *Ætas Imperatoris*.

ÆTHON. Unus ex quatuor equis Martis, ut docet Q. Calaber ex Homero. Ejuſdem nominis fuit equus Pallantis, quem Virgil. lib. 11. in ejuſdem exequiis dicit collacrimaſſe.

Poſt bellator equus poſitis inſignibus Æthon
It lacrimans.

Tertius Æthon equus fuit Solis. Sic enim Ovidius lib. 2. Metam. de Solis quadrijugis:

Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthon
Solis equi, quartuſque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implēt, pedibuſque repagula pulsāt.

Ejuſdem porrò nominis eſt unus ex equis Plutonis. Vide *Alaſtor*.

AGÀ. Primariæ dignitatis locus & appellatio apud Turcas. Agà Dominum dicunt. Supremus eſt Ductor Janizerorum, quæ ſelectiſſima eſt militia. Quemadmodum autem Janizerorum copiæ non unis immunitatibus, & honorum inſignibus à reliquis diſcriminantur, ſic Agà eorum Ductor honorificentius aliis habetur in aula Turcica. Illud inprimis conſpicuum, quod non, ut alii Magiſtratus, decuſſatis ad ſtomachum brachiis ſupremum Imperatorem convenit & alloquitur, ſed graviori corporis habitu, & quandam præ ſe libertatem ferens; ut inde etiam appareat officii dignitas, & ſuis copiis maximum in modum fidendum eſſe in prælio; iiſque exercitus robora contineri. Vide *Ricaut de l'Empire Ottoman*.

AGAMEMNON. Atrei & Æropes filius: Rex Mycenarum. Huic ob opinionem experientiæ militaris totius exercitus imperium unanimi Græcorum conſenſu fuit demandatum, poſtquam captum fuit à Græcis conſilium Ilii obſidendi, ulciſcendęque injuriæ, quam Paris, Priami Trojani Regis filius, intulerat Menelao ejuſdem Agamemnonis fratri, per violatas hoſpitii leges Helenâ raptâ. Coactus fuit bellum, & navigationem bellicam auſpicari immolatione Iphigeniæ filiæ, quoniam Dianæ Cervam occidiſſet. Obſidione Ilii decennali innumeros exantlavit labores ancipiti ſortuna uſus, donec clariſſimorum Ducum robore, & aſtu adjutus Urbem Aſiatici Imperii caput & ſedem expugnavit, & diruit. Res in ea oppugnatione ab Agamemnone geſtas latè recenſet Homerus in Iliade. Vulcanus illi ſceptrum fabricavit & clypeum, in quo Gorgonis erat effigies; item zonam dracone circumvolutam. Fato tamen virorum apud fabulatores bello illuſtrium, fœminarum amoribus ferox animus Agamemnonis miſerum in modum debilitatus eſt, ac deformatus. Nam Aſtynomen Chryſei filiam patri eripuit: quam tamen paulò poſt coactus eſt reſtituere ob peſtilentiam ab Apolline immiſſam. Idem Briſeida, quam in expugnatione Lyrneſſi ſortitus Achilles fuerat, temerario conſilio abſtulit. Hanc etiam Achilli coactus reddere, totius in ſe exercitus vires reveritus. Interiit demum ab Ægiſtho interfectus, relicto filio Oreſte, qui patrem ultus eſt, Matre cum adultero obtruncatis. Vide Euripid. in Oreſte, & Senec. in Agamemnone.

Aptè etiam de Agamemnone & Menelao Petrarcha:

Agamennon'i, e Menelao, che 'n ſpaſe
Poco felici, al Mondo fer gran riſſe.

Agaso, onis. Ab agendo. Qui equos agit, eoſque & jumenta curat. Liv. Dec. 5. lib. 2. *Duo equi phalerati cum Agaſonibus*. Pro equiſone videtur uſurpaſſe Curtius lib. 8. *Acceptos ab Agaſonibus equos, cum Rex aſcenſurus eſſet, admovebant.*

Agema, atis. Vox Græcanica ab agendo derivata. Non ſemel occurrit apud Hiſtoricos tum Græcos, tum Latinos pro certo militum geoere, præſertim verò Macedonum. Sic enim de illis loquens ſcribit Livius Dec. 5. lib. 2. *Delecta deinde, & viribus, & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant Agemata. Hanc ipſi legionem vocant.* Polybius lib. 5. *Vacatis ad ſe ſcutatis, & quos Macedones Agema vocant.* Eorum etiam meminit Curtius lib. 4., ubi loqnitur de acie Alexandri Macedonis: *In dextro cornu locati ſunt Equites, quas Agema appellant.* Arrianus alam fuiſſe equitum ſcribit; oon ita tamen ut de peditibus etiam Agema dictum non reperiatur. Apud Græcos Agema vehementia eſt. Translata ea vox ad ordinem militarem, quoniam, ut docet idem Arriaous, plurimum eidem roboris ioerat; quam ob cauſam Ducem præcedebat in bello.

Agentes in rebus. Una fuit ex Scholis, eaque ioter præcipuas Magiſtri officiorum. Eorum erat per occaſionem colligendæ, exigendæque annonæ tum civicæ, tum militaris, excurrere per Provincias, ſtatumque rerum, & motum provincialium obſervare, & nunciare Principi. Origo Agentium in rebus non admodum prius ævo Conſtantini eſt repeteoda: nam iidem Miniſtri per anteriores ætates oomine Frumentariorum innoteſcunt. Licet autem Palatii fuerint adminiſtri, & Magiſtro officiorum obnoxii, oon tamen idcircò frumentationi, & annonæ præerant in ſola Aula Imperatoris, verùm etiam proficiſcebantur in Provincias; ac proinde diſcreti ſæpiùs leguntur à Palatinis, ut obſervat Turnebus Adverſ. lib. 13. cap. 10. ex Codice Theodoſiano in hæc verba: *Quicumque igitur inter agentes in rebus, vel inter Palatinos Militiæ Sacramenta ſortiti ſunt &c.* Et iterùm: *Sublimitatem tuam inveſtigare præcipimus an aliqui hæreticorum, vel in ſcriniis, vel inter Agentes in rebus, vel inter Palatinos cum legum noſtrarum injuria audeant militare.* Succeſſiſſe autem Agentes in rebus frumentariis diſcimus ex Divo Hieronymo in primum caput Abdiæ: *Quos nunc Agentes in rebus, vel Veredarios appellant, veteres Frumentarios nominabant.* Verùm enucleatiſſimè de illis ſcripſit Aurel. Vict. de Cæſar. io Dioclet. *Nec minore ſtudio pacis officia vincta legibus æquiſſimis, ac remota peſtilenti Frumentariorum genere, quorum nunc Agentes rerum ſimillimi ſunt; qui cum ad explorandum, annunciandumque, qui forte in Provinciis motus exiſterent, inſtituti viderentur, compoſitis nefariè criminationibus, injecta paſſim metu, præcipuè remotiſſimo cuique cuncta fœdè diripiebant.* Proſpiciebant Agentes rerum curſui publico, nequis injuſſu Principis equis, & evectionibus publicis uteretur. Horum Princeps Conſtantinopoli degebat, quam ob cauſam dicebatur Præſentalis: oam alii per Proviocias eodem munere fungebantur. Gentium etiam diverſarum poſtulata interpretabantur, reſpondebantque legatis omnium linguarum; & ideo variorum idiomatum peritiâ pollentes erant. Agunt de Agentibus rerum diligenter Cujacius, Turnebua loco ſuperiùs indicato, & Paneirolus ad Not. Imp. Orient. cap. 64., & 71.

Agger, eris. Ab aggerenda terra. Munitio ex terra aggeſta, vallis, palis, & faſcium aggeſtionibus firmata, cum fovea. Fiunt non ſolùm ad tuenda caſtra; ſed etlam circa Urbem obſeſſam, ad offenſionem, & acceſſum. Alio nomine lorieas, ſepta caſtrorum, & prætenturas vocant. *Parapetti, Trincere, Argine, Parata.* Rudi, & ſimpliciore veterum militia vimineis ſolum cratibus, & ſilveſtri materia comportata, utcumque erigebantur. Mutata ounc belli facie, multa ſunt addita; munitiunculæ per certa intervalla, tumulique, ſive ſuggeſtus, quibus collocantur, librantur, & exploduntur tormenta.

2. Quidquid itaque per aggeſtionem terræ, & palorum nexum editiore forma conſtruitur; ſive ad oppugnandum, ſive ad propugnandum deſerviat, Aggeris nomine prænotatur. Hine ejus materiæ loriculæ ad tegendum militem, aggeres dictæ. Idem nominis habent ſuggeſtus, in quibus tormenta collocantur, *Batterie*. In munitionibus etiam recentis militiæ aggerem viæ tectæ dicimus, elevationem aggeſtitiæ terræ ſupra ambolacrum valli, ſeu viam tectam, quæ paulatim in declive abit, & tandem definit in planitiem. *Spaldo*. Caſtrenſia item munimenta, & opera tumultuaria ad varios belli uſus edita ſimilem habent nomenclaturam. Veteres noo unum in modum aggerum latera, & facies tuebantur. Leguntur firmati præduris ſtoreis ex anchorariis funibus, diſſeminatis præuſtis & acutis ſudibus, extantibus, & prominentibus ad acceſſum, & aſcenſum intercludendum. Teſtimonia ex priſcis autboribus nos alibi producimus.

3. Sed præcinua roborandorum aggerum ratio erat ex tignis directis, ac tranverſis caneellatim colligatis: Lucanus lib. 3.

tunc omnia latè
Procumbunt nemora, & ſpoliantur robore ſilvæ.
Ut cum terra levis mediam virgultaque molem
Suſpendant, ſtructa laterum compago ligatam
Arctet humum, preſſus ne cedat turribus agger.

Et iterùm:

ſtellatis axibus agger.
Erigitur.

Ubi aggerem ſtellatum dicit ſtructum lignis decuſſatis ad formam ſtellæ, quomodo radii rotarum cooſpiciontur in curribus. Niſi enim intus virgultis aot lapidibus agger ideotidem adfirmetur, ruere illum oportet cum ingenti pernicie militum atque operum ſuperimpoſitorum. Liv. lib. 10. *Fortè quodam loco malè denſatus agger pondere ſuperſtantium in foſſam procubuit.* Nam inter reliqua munia turribus ſuſtentandis aggeres ſubſerviebant. Zoſimus lib. 2. in obſidiooe Byzantii: *Incumbens oppugnationi Urbis Conſtantinus, & aggerem æquali altitudine cum muris excitans, turres in eo conſtituit ligneas.* Apud Cæſarem lib. 7. Bell. Gallic. ſimilis agger pedes trecentos, & triginta latus, altus octoginta legitur. Operoſior etiam machina ex aggere & turri ſuperpoſita legitur apud Joſephum, ubi ſermo eſt de oppugnatione Maſſadæ, quod oppidum eſt iu Judæa nulla noo parte munitiſſimum; ubi ſic loquitur: *At enim cum nec is modus efficax, & ſufficiens vide-*

Digitized by Google

videretur machinis admovendis ad aſcenſum;aliud in eo ſuggeſtum, & tamquam tribunal extructum eſt è lapidibus magnis aptè junctis, latum pariter, & altum quinquaginta cubitos, & in eo turris impoſita ſexaginta cubitorum, quæ ferro undique eſſet tecta. Nota tamen memoratum aggerem non ex aggeſtitia terra, & vallis, ſed opere lapideo fuiſſe ædificatum. Id ſcilicet in uſu fuit, vel ad tutamen diuturnius firmiuſque, vel ad commodè ſuſtentanda injecta inſuper onera.

4. Novum duriſſimumque aggerum genus lateritiæ ſtructuræ à Cęſare exponitur lib.2. Bell. Civil. *Cum jam nihil eſſet reliquum, unde agger comportari poſſet, omnibus arboribus longè latèque in finibus Maſſilienſium exciſis, aggerem novi generis atque inauditum ex latericiis duobus muris ſenum pedum craſſitudine, atque eorum murorum contignationem facere inſtituerunt, æqua ferè latitudine, atque ille è materia fuerat agger. Ubi autem ſpatium inter muros, aut imbecillitas materiæ poſtulare videbatur, pilæ interponuntur, tranſverſaria tigna iniiciuntur, quæ firmamento eſſe poſſint, & quidquid eſt contignatum cratibus conſternitur, crateſque luto integuntur. Sub tecto miles dextrâ ac ſiniſtrâ muro tectus; adverſus plutei objectu, operi quæcumque uſui ſunt ſine periculo ſupportat. Portæ, quibus locis videtur, eruptionis causâ in medio relinquuntur.* Expoſitis veterum molitionibus, & illarum architectis nullam laudis, & gloriæ partem detractum ire mihi eſt animus. Sed plurimum immutata poſteriore ævo belligerandi facie, & igniariis præſertim inventis machinis, candidè fatendum eſt à noſtrorum temporum aggeribus impendio ſuperari ſepimenta illa veterum in altum educta, ſive è terra & lapidibus coacervatis, ut ſunt maceriæ vinearum, ſive ex aggeſtionibus arborum atque ramalium. Cum enim liqueat à Cæſare, Polybio, & aliis Hiſtoricis aggerum nomine comprehendi etiam caſtrorum ſepta; profectò non eſt dubitandum, longè eſſe firmiora recentis militiæ opera, quæ ejus generis munimenta non ſolùm faſcibus congeſtâque terrâ munit; ſed addit reductus, caſtella campeſtria, & alia innumeri generis opera, quæ adjectiones, & prætenturæ vocantur. Neque enim jaculis ſolum, haſtis & miſſilibus, ſed ſclopis majoribus, atque adeo bombardis eſt occurrendum, quarum vis incredibilis ad feriendum, & perfringendum. Licet autem res ſit vulgatiſſima, Aggeres ſive caſtra ex terra aggeſtitia & ceſpititia ſimul & vallis extitiſſe; nihilominus ſicubi inopia ceſpitis aderat, vel durities aſpera occurreret & ſabuloſa, aut alia quælibet ingruens neceſſitas nova ſubſidia ſuaderet, multiplici invento naturæ vitiis, & obluctanti ſolo obviam itum eſt.

5. Suppletus proinde quandoque agger per congeſtas ſtipitum ſtrues, qui validiſſimè nexi, atque conſerti aſperam tractatu terram, & inopiam ceſpitis ſarciebant. Silvoſis præſertim in locis opportuniſque ad materiandum id ſæpe factum. Tacit. lib. 2. Annal. *At Romanus agmine propero Silvam Cæſiam, limitemque à Tiberio cœptum ſcindit, caſtra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munitus.* Hoc vallo copias ſuas præſepſit Archidamus, Spartanorum Dux, obſeſſurus Plateam oppidum Peloponneſi: Thucyd. l. 2. *Urbem, nequis egrederetur, populatis arboribus, cancellato vallo circumdat.* Clitellis etiam jumentorum, omnique genere ſarcinarum, & impedimentorum conſtructi interdum aggeres opere ſubitario, ut Livius habet lib.25. Fœdum verò tetrumque memoratu eſt, quod de Exercitu Cæſariano ſcribit Valerius Maximus lib. 7. cap. 6., ſepimentum ſcilicet militare per coacervata hoſtium cadavera interpoſitis pilis quæſitum: *Cum aggeri extruendo materia deficeret, congerie hoſtilium cadaverum, quam deſideraverat altitudinem inſtruxit, eamque tragulis, & pilis, quia roboreæ ſudes deerant, magiſtra novæ molitionis neceſſitate uſus, vallavit.* Idem narrat Appianus lib. 2. de Bell. Civil. his verbis: *Poſt eam cladem, Pompejanis compulſis intra Cordubam, Cæſar veritus nè hoſtis inde elapſus redintegraret prœlium, juſſit eos circumvallari. At miles jam feſſus corpora, armaque cæſorum aggeſta humi haſtis confixit, & excubavit ad hujuſmodi valli ſpeciem.* Notat verò hic Fabrettus de Col. Trajan. Appiani lapſum, qui lib. 2. de Bell. Civil. ad Cordubam id contigiſſe narrat, cum ferale facinus ad Mundam acciderit. Accipe etiam ex Hirtio de Bell. Hiſpan. ejuſdem ſepimenti ex cadaverum ſtrue à Cęſarianis Militibus ad Mundam extructa, commemorationem: *Cum oppidum Mundam ſibi conſtituiſſent præſidium, noſtri cogebantur neceſſariò eos circumvallare. Ex hoſtium armis pro ceſpite cadavera collocabantur, ſcuta, & pila pro vallo; inſuper occiſi, & gladii, & mucrones, & capita hominum ordinata ad oppidum hoſtium converſa ſunt.* Simili munitionis genere uſum fuiſſe Antonium adversùs Brutum refert idem Appianus de Bell. Civil. lib. 2. *Antonius armatus in ſtationibus per totam noctem Bruto ſe oppoſuit, pro vallo uſus congeſtis armis, & cadaveribus.* Veſpaſianum præterea eodem munimine ſe protexiſſe in bello Syriaco per hęc verba tradit Joſephus lib. 4. de Bell. Judaic. *Rerum, quas ab adoleſcentia geſſerat, ac propriæ virtutis memoriâ, quaſi Deo repletus, corpora ſociorum atque arma condenſat, & cum his bellum ſuſtinebat, donec ejus animi obſtinationem hoſtes divinam eſſe reputantes impetum remiſerunt.* Barbarum adhuc magis, & inhumanum Caſtrenſe ſeptum Turcæ ſtruxere in oppugnatione Philadelphiæ, qui, ut refert Sponius Itiner. par.1., ex humanis oſſibus, & inducta calce illud excitarunt ad incutiendum terrorem propugnatoribus. Immanius verò prodiderunt crudelitatis documentum, cum turrim exædificarunt civium capitibus amputatis, de quo ſævitiæ & diritatis oſtento ita ſcribit Ducas Hiſt.Byzant. cap.17. *Occiſorum capita abſcindit;in ędificanda deinde turri ordines lapidibus capitibuſque diſtinxit, ita ut caput unum ad lapidis latus coagmentaretur, facieſque ordine diſpoſitæ eſſent, atque in ſecundo ordine lapidi caput, lapis capiti ſuperſtruebatur, vultuſque omnes in exteriorem ſuperficiem verſi erant; conſpiciendum illic exhibebatur novum prodigium inhumanumque commentum.*

6. Præcipua verò aggeris moliendi cura ducitur in aperienda foſſa caſtrenſi, cujus dimenſio major minorve pro natura ſoli, vel magnitudine periculi. In ea porrò ducenda ſic egerebatur olim humus, ut excinderentur etiam ceſpites firmando aggeri. Ceſpes autem à cædendo dicitur, & propriè terra eſt cum herbis, vel fruticibus reciſis avulſa, ita ut terram ipſam contineat, & lateris formam exhibeat. Ad inſtar muri aggerem con-

conſtituunt abſciſſi ceſpites; defixoſque retinent denſiſſimos vallos complicatos ramis ſurculiſque pectinatim; ut vix aditus pateat inſerendæ manui; valli verò non ſine ingenti labore poſſint convelli. De hoc cæſpititio munimento ita ſcribit Beda Hiſtor. Angl. lib. 1. cap. 5. *Vallum, quo ad repellendam vim hoſtium caſtra muniuntur, fit de cæſpitibus; quibus circumciſis è terra, velut murus extruitur altus ſuper terram: itaut in ante fiat foſſa, de qua levati ſunt cæſpites, ſupra quam ſudes de lignis fortiſſimis præfiguntur.* Scitè proinde Plinius lib. 35. cęſpitum naturam caſtrenſi aggeri accommodatam eſſe ſcribit. Penuria porrò cæſpitis incommodaſſe ſępe legitur militaribus copiis. Liv. lib. 34. *Circumſpectare atque agitare Dux cœpit, ſi quo modo poſſet vallum circumjicere: ſed erat adeo nudus tumulus, & aſperi ſoli, ut nec virgulta vallo cædendo, nec terra cæſpiti faciendo, aut ducendæ foſſæ apta inveniri poſſet.* Tacitus etiam lib. 1. *Neque is miſeriarum finis: amiſſa magna ex parte, per quæ egeritur humus, aut exciditur cæſpes.*

7. Et in extollendis quidem aggerum ſepimentis propter exuberantem laudis famæque cupidinem luxuriavit interdum veterum vel Ducum, vel machinatorum ſolertia. Hinc ad omnem poſterorum memoriam illuſtres immenſi operis aggeres, & cum natura ipſa atque æternitate certantes, recenſentur. Ut enim omittam hìc dicere de perpetuo longiſſimoque vallo Anglicum Regnum à Scotia diſterminante, atque iterum aliud incredibili ſumptu atque labore confectum, quo Sinenſe Regnum à majore Scythia diſpeſcitur, demiranda omninò in primis occurrit oppleta & continuata à Peloponneſiacis Iſthmi latitudo, ut ſe, ſuaque à Xerſis Perſarum Regis furore & avaritia defenderent. Herod. libr. 8. *Conſilio inito Iſthmum muro inædificabant, opuſque perficiebant, quippe nemine, cum tot millia virorum eſſent, ceſſante. Nam & lapides, & lateres, & ligna, & ciſtas ſabulo plenas afferebant, nullo temporis momento intermittentes neque diurno neque nocturno.* Suſpiciendus porrò agger Cæſarianus ad ſtadia omninò mille & ducenta protenſus, de quo Appianus lib. 2. de Bell. Civil. *Auſus eſt aggredi opus difficillimum & vix credibile, ut universa hoſtium caſtra una munitione ducta ad mare concluderet; etiam ſi conatui ſucceſſus non reſponderet, laudem laturus animi magnifici: protendebatur enim per mille ducenta ſtadia.* Non impari munitione ſe concluſerunt Argivi adversùs Lacedæmonios. Thucyd. lib. 5. *Excitavit longos ad mare uſque muros, ut ſi terra prohiberentur, mari commeatus ope Athenienſium inveherentur. Cujus rei faciendæ fuerunt conſciæ nonnullæ in Peloponneſo civitates; & in ea facienda occupatum quidquid Argis hominum erat, viri, mulieres, ſervi, ex Athenis eò transmiſſis ſtructoribus lapidariiſque: & æſtas abiit.* Cum verò ſepiendo militi, atque cibariis in tutum redigendis, non ullum tutius quam à caſtrenſi munitione & vallo præſidium accedat, non eſt plane mirum ſi hoc firmamento deſtituti Imperatnres, incauti intectique ſub dio cum copiis agentes, hoſtium aggreſſionibus & injuriis militem ſæpenumero objecerint; pœnaſque ignaviæ ſuæ vel imperitiæ, ſuo atque ſuorum ſanguine, hoſtibus dederint. Obſervatum id à Thucydide lib. 2., ubi memorat Chaones, cum collocare vallum negligerent, ingenti clade affectos à Stratiatis: *Chaones autem ſuis viribus freti, qui omnium illius continentis bellaciſſimi haberentur, non ſuſtinnerunt caſtris deligere locum; ſed robore ipſo feroces, additis aliis mutuo auxilio Barbaris, Urbem ſe, ipſo clamore, expugnaturos ſperabant, ſuumque id opus fore. Quos propiùs accedere Stratitii animadvertentes, arbitrati ſi ab aliis ſejunctos ſuperaſſent, fore, ut nequaquam poſtea Græci ſimiliter accederent, circa Urbem inſidias collocant, illoſque, cum propiores facti eſſent, ex Urbe pariter & ex inſidiis proſilientes circumveniunt timore perculſos.* Idem contigit Meſſeniis neglecto valli præſidio militantibus adversùs Lycurgum Lacedæmoniorum Ducem, ut teſtatur Polybius lib. 5. *Stulte ac negligenter caſtra in eo loco poſuere: nam nec foſsâ, nec vallo circumdederunt, neque locum ad id aptum elegere; ſed incolarum benevolentia freti temere ſe juxta mœnia collocarunt. Lycurgus nuntiato Meſſeniorum adventu Mercenaries ſecum, & partem Lacedæmoniorum accipiens adverſus hoſtes procedit; cumque ad eum locum diluculo perveniſſet, inſtructa acie in Meſſenios fertur: Meſſenii ſimul atque apparentes hoſtes conſpexere, relictis omnibus, præcipiti fuga ſe in caſtellum receperunt. Lycurgus equis & impedimentis potitus eſt.*

8. Atqui hæc terreſtris Martis opera. Longe majores ſumptus laboreſque ſibi vindicant valla mari conſtituta, porrectique aggeres cum turribus & caſtellis per longa aquarum ſpatia. Ejuſmodi munimentis conſtituendis deſudavit induſtria Cæſaris, Pompeiique ad oram Brundusii, ut alternis conatibus vim repellerent, & victoria potirentur. Juverit id accipere ex eodem Cæſare de Bell. Civil. lib. 1. *Veritus ne Italiam ille dimittendam non exiſtimaret, exitus adminiſtrationeſque Brunduſini portus impedire inſtituit: quorum operum hæc erat ratio. Qua fauces erant anguſtiſſimæ portus, molem atque aggerem ab utraque parte litoris jaciebot, quod his locis erat mare vadoſum. Longiùs progreſſus, cum agger altiore aqua contineri non poſſet, rates duplices quoquoversùs pedum triginta collocabat. Has quaternis anchoris ex quatuor angulis diſtinebat, ne fluctibus moverentur. His perfectis collocatiſque, alias deinceps pari magnitudine rates jungebat; has terra atque aggere contegebat, ne aditus atque incurſus ad defendendum impediretur: à fronte, atque ab utroque latere cratibus, ac pluteis protegebat. In quarta quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quò commodiùs ab impetu navium incendiiſque defenderet. Contra hæc Pompejus naves magnas onerarias, quas in Portu Brunduſino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, eaſque multis tormentis, & omni genere telorum completas, ad opera Cæſaris appellebat, ut rates perrumperet atque opera diſturbaret.* Adhuc admirabilius fuit aggeris ſepimentum, quo conatus eſt Alexander Macedo in obſidione Tyri eam urbem ex inſula continentem facere. Tentamentum prodigio ſimile his verbis enarrat Curtius lib. 4. *Sed ante jacienda moles erat, quæ urbem continenti committeret. Ingens ergo animos militum deſperatio inceſſit cernentium profundum mare, quod vix divina ope poſſet impleri: quę ſaxa tam vaſta, quas tam proceras arbores poſſe reperiri? exhauriendas eſſe regiones ut illud ſpatium aggeraretur.* Et paulò poſt:

Digitized by Google

poſt: *Ducibus deinde negotium datur ut ſuos quiſque caſtiget; ſatiſque omnibus ſtimulatis opus eſt orſus. Magna vis ſaxorum ad manus erat, Tyro vetere præbente; materies ex Libano monte ratibus & curribus faciendis vehebatur. Jamque fundo maris in altitudinem montis opus excreverat; nondum tamen aquæ faſtigium æquabat; & quò longiùs moles agebatur à littore, hoc magis quidquid ingerebatur præaltum abſorbebat mare. Cum Tyrii parvis navigiis admotis per ludibrium exprobrabant, illos armis inclytos dorſo ſicut jumenta onera geſtare: interrogabant etiam num major Neptuno eſſet Alexander Macedo. Hæc ipſa inſectatio alacritatem militum accendit. Jamque paulatim moles aqua eminebat, & ſimul aggeris latitudo creſcebat, urbique admovebatur. Tum Tyrii, magnitudine molis, cujus incrementum eos ante feſellerat, conſpectâ, levibus navigiis nondum commiſſum opus circuire cœperunt; miſſilibus eos quoque, qui pro opere ſtabant, inceſſere. Multis ergo impune vulneratis, cum & removere & appellere ſcaphas in expedito eſſet, ad curam ſemetipſos tuendi ab opere converterant.*

9. In æſtuariis verò limoque paludum ſtagnantium inter ipſa arundineta nonnunquam excitata ſunt valla. Vide, quæ in hanc rem diximus in titulo *Munio*. Quibus hic addo ex Appiano de Bell. Civil. paluſtre munimentum excogitatum confectumque ab Antonio adversùs Caſſium, quod tamen irritum fecit Caſſius conſimili vallo in palude ſublato: *Antonius ſtatuit eos ad pugnam cogere, cogitavitque num poſſet clàm per paludem viam efficere, ut hoſtibus à tergo commeatus ex Thaſo ſubvectionem intercluderet. Productis igitur in aciem aliquoties ſignis omnibus, ut videretur adeſſe totus exercitus, deducta inde parte, noctes atque dies aperiebat in palude anguſtum tranſitum, detondens arundines & aggerem excitans munitum utrinque macerie, ne dilaberetur; profundiora ſternens ſubliciis pontibus per ſummum ſilentium. Ad id commentum Caſſius obſtupuit, & ut artem arte illuderet, excluſurus ab eis caſtellis Antonium, tranſverſum ſeptum agit per totam paludem à caſtris uſque ad mare ad imitationem alterius operis, continuatis ſubliciis pontibus & aggeribus, interruptâque viâ, quam Antonius fecerat, ut nec qui tranſierant ſe poſſent recipere, nec ſubmitti poſſent eis auxilia.* Exemplum, ſtructuræque modum, quo præampla flumina ſolemus aggeribus communire, ab hirundinibus fuiſſe hominibus indicatum, documento eſt Heracleotium Ægypti oſtium, quod ſic olim continuata mole nidorum hirundines prævallarunt, ut inexpugnabile munimentum oppoſuerint fureoti æxtuantique Nilo. Refertur id à Plinio l. 10. c. 33. Vide *Vallum* & *Munio*.

AGGER VIÆ TSCTÆ. In munitionibus genus eſt loricæ vel prætenturæ ultra foſſam erectæ. Uſus eſt ut tueatur ambulacrum valli, ſeu viam tectam, quò milites præſidiarii tutò diſcurrere, & hoſtium opera obſervare poſſint. Fiunt autem hujuſmodi aggeres acclivi tractu, ſenſim in ſubjectam camporum planitiem deſinente. Lorica valli etiam aptè dicitur. Italis *Spaldo*. Vide *Spaldum*.

AGGOBRO, as, vel is. Accumulo. Terram aggerere, & ſimiles formulæ caſtrenſes obviæ ſunt frequenter apud Scriptores. Virgil. lib. 3. Æneid.

& ingens
Aggeritur tumulo tellus.

AGGESTUS, us. Tacit. lib. 19. *Et locus ipſe caſtrorum placebat, latè proſpectans tuto copiarum aggeſtu.*

AGGESTIO, onis. Aggeſtus. Pallad. lib. 12. tit. 7. *Arbor frequenti aggeſtione cumuletur.*

AGGERATIO, onis. Aggeſtus, aggeris munitio. Vitruv. lib. 10. cap. 22. *Poſtero die cum accedere voluiſſent naves ſupra aggerationem &c.*

AGGERATIM. Ad modum aggeris vel cumuli. Apulejus lib. 4. Aſin. tranſtulit ad convivium: *Eſtur, ac potatur inconditè pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis.*

AGGLOMERO, as. Licet propriè dicatur de fili glomo vel glomere, adhuc tamen frequentem ſignificationem habet in re mililari, pro aciem cogere vel conglobare. Virgil. 2. Æneid.

Et lateri agglomerant noſtro.

Et lib. 12.

denſi cuneis ſe quiſque coactis
Agglomerant.

AGGREDIOR, eris. A gradiendo derivatum: eſt accedere vel adire. Terent. Hecyr. *Aggrediar: Bacchis ſalve.* Hinc aggredi dicimus, teſte Donato, accedere ad dimicandum: aggredi facinus: aggredi hoſtem: aggredi urbem. Saluſt. *Ex lateribus ceteros aggreditur.*

AGGRESSIO, onis. Aggrediendi actus. Cic. io Orator. *Cumque animos prima aggreſſione occupaverit, infirmabit excludetqae contraria.* Italis. *Aſſalto, Aſſalimento, Aſſalita, Aſſaltamento.* Liv. M. *Manumiſe la Città, e la preſe nel primo aſſaltamento.*

AGGRESSOR, oris. Qui facinus, hoſtes, urbem, vel quidpiam aggreditur; ſæpe etiam graſſator. Ulpianus ff. de. lib. 48. tit. 9. L. 7. *Ut latronibus aggreſſoribuſque darentur qui patrem interficerent.*

AGGRESSURA, æ. Aggreſſio, ſed fere ſumitur pro graſſatione. Ulpian. de. lib. 29. tit. 5. L. 3. *Si cum omnes domini aggreſſuram paterentur, nui ſervus opem tulit.*

AGIADES. Militia Turcica ad munienda caſtra, & itinera exæquanda, noſtris *Guaſtatori*: Laonic. Chalcocon. lib. 7. *Sunt in caſtris & alii ex Aſia oriundi pedites, qui Agiades nominantur, quorum operâ Rex utitur ad itinera purganda, & ad caſtra communienda, nec non ad alia, quibus in caſtris opus eſt.*

AGITATOR, oris. Cic. Attic. lib. 13. *Ut ſuſtineat currum, equoſque, ut bonus ſæpe agitator.* Equi vel currus rector. Vox eſt tum militiæ veteris, tum ludorum curulium, maximè verò Circenſium propria. Agitatoris ſive aurigæ erat circum metam currus agere. Septies autem ab aurigantibus meta erat circum adeunda, aotequam palmam obtinerent. Propert. l. 2.

Aut prius infecto depoſcit præmia curſu,
Septima quam metam triverit ante rota.

Aurigarum ſeu agitatorum factiones duæ primùm fuere; Alba & Ruſſea. Poſtea ab aliis pannorum coloribus, quibus donabantur, quatuor præcipuè, Alba, Ruſſea, Praſina, & Veneta excelluerunt. Sunt qui eos colores elementis, ſunt qui Diis, quibus ludi dicabantur, ſunt demum qui anni tempeſtatibus attribuant, ut eruditè demonſtrat Bulenger. cap. 48. Pro Imperatorum & populi diverſis diſtractiſque ſtudiis, ita in has factiones omnis Civitas dividebatur, ut non modo clamore & ſponſionibus, ſed ſanguine interdum acriter certaretur. Idque noo Romæ tantùm, ubi

Digitized by Google

ubi initia Circenſium, ſed Conſtantinopoli, & per florentiſſimas Urbes Orientis. Atrox ſævumque eſt, quod narrat Zonaras; à Praſina & Veneta factionibus ſeditione exorta certamen exitioſum enatum brevi fuiſſe, quo quadraginta facilè hominum millia ferro conciderunt. Reliqua de Agitatoribus vide apud Salmaſium in Solinum, Caſaubon. in Capitolin., Bulenger. de Circ., alioſque, qui de ludicris diſputant certaminibus. Vide *Auriga*, *Aurigatio*, & *Circenſes*.

Aglapsis. Nomen Legionis, à ſplendore ſcutorum ſic appellatæ. Memoratur à Livio 5. Decad. lib. 4. *Intervallum, quod inter cetratos & phalanges erat, implevit legio, atque aciem hoſtium interrupit. A' tergo cetratis erat, frontem adversùs clypeatos habebat. Aglapſides appellabantur.*

Agmen, inis. Ab agendo. Non inſtructos modò ordines ſignificat, ſed exercitum, vel ejuſdem partem incedentem, in qno differt ab acie. Suas quæque Nationes figuras militariter gradiendo ſervant: eaſque pro opportunitate uſuque Martis variant: *Vocabula ſunt militaria* (inquit Gellius) *quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ſerræ, alæ, turres. Tranſlata ſunt autem ab ipſis rebus, quæ ita nominantur, earumque rerum in acie inſtruenda, ſui cujaſque vocabuli imagines oſtenduntur.* Movendorum Caſtrorum atque profectionis ſignum tuba dabatur. Eo exaudito ſonitu ſua milites tabernacula detendebant, præligabantque compoſitas ſarcinas. Expectatum tamen à minoribus Magiſtratibus, & milite legionario, ut detenſum prius viderent tabernaculum Imperatoris. Iterum poſtea reddebatur à tuba ſignum, quo monebantur ſarcinas jumentis imponere, & locum caſtris captum incendere, nè eodem hoſtes potirentur. Tertio demum ſigno edito à tuba incedere occipiebat exercitus: Polyb. lib. 6. *Cum primùm ſonuiſſet detendebant omnes tentoria, ſed non antè quam viderent Imperatoris, & Tribunorum eſſe detenſa. Cum ſignum ſecundum eſſet datum, inſtrumenta, & publici apparatus belli, nec non ſarcinæ privatorum carris, mulis, equis, aliiſque jumentis imponebantur. Cum tertium ſignum ſonuiſſet, primi procedebant, quos alii deinceps ordine ſequebantur* Quod ſi feſtinatione opus eſſet, unico ſigno edito ſic præmoniti antea milites conclamatis vaſis ſe dabant in viam. Cæſar 1. Bell. Civil. *Signum dari jubet, & vaſa militari more conclamari.* Et infrà: *Signo profectionis dato, tabernaculiſque detenſis &c.*

2. Quam religioſè eum ordinem cuſtodierint Romani è caſtris propediem egreſſuri, adſcribam ex Joſepho, qui accuratiſſimè, ut ſolet, bonaque fide id literis mandavit per hæc verba: *Cum caſtris egrediendum eſt, ſignificat quidem id tuba: nemo autem quieſcit, ſed vel ſolo nutu moniti tabernacula tollunt, atque omnia od exitum aptantur. Iterum verò tubæ ſignificant paratos eſſe, atque illi mulis, & vehiculis imponentes impedimenta, ſtant velut in carceribus exire parati, & avidi: incendunt verò tunc ſua caſtra, ut quibus facile eſt iterum ea conſtruere, ne hoſtibus quandoque ea uſui ſint. Et ſimul tertiò tubæ dant ſignum, quæ urgent, & excitant ob cauſam aliquam tardantes, nè quis ordinem deſerat. At præco dexter Imperatori adſiſtens, an ad bellum parati ſint, patrio ſermone ter percunctatur: atque illi toties contra acclamant alta & alacri voce paratos ſe eſſe. Occupant autem, & præveniunt interrogantem, & Martiali quodam ſpiritu repleti unà cum voce dextras attollunt. Tum progredientes viam faciant ſilentio & quiete decenter omnes, tamquam in bello, proprium ordinem aſſervantes.* Idem Author bis exactè deſcribit progredientis Romani Exercitus figuram: primùm ejus, qui Veſpaſiano Duce in expeditionem Paleſtinæ profectus eſt, ut habetur lib. 3. Excid. Iterum ejus, qui in eandem Provinciam diſceſſit ſub Tito, ut habetur lib. 6. per hæc verba: *Progredientem in hoſtilem terram Titum præibant Regia auxilia, & omnes ſociales copiæ: poſt quos Munitores viarum, & Metatores Caſtrorum: Deinde Ducum jumenta; ac poſt eorum armatos ipſe Titus, cum alios ſelectos, tum Lancearios habens. Poſt ipſum Equites Legionum, qui Machinas anteibant, & poſt has unà cum ſelectis Tribuni, & Cohortium Præfecti. Secundùm iſtos circa Aquilam ſigna, & ante eam Æneatores. Poſt iſtos ipſa phalanx Senum Virorum ordinibus dilatata. Servitia autem, & Calones cujuſque legionis retrò eam, & ante ipſa jumenta. Ultimi verò omnium Mercenarii, eorumque Cuſtodes Uragi, ſive Agminis Coactores.*

3. Cum moles exercitûs commigrantis, qui propriè agmen dicitur, omnibus fere ſit periculorum generibus obnoxia, idcircò, ut nihil illi, quod ad utenſilia, cibaria, & munimenta pertinet, per viam, & in manſionibus deſit, ſtudioſè eſt, & affatim providendum. Hoc eſt ſcilicet, quod ſcripſit Vegetius lib. 1. cap. 21. *Si rectè conſtituta ſunt caſtra, quaſi Civitatem muratam videntur ſecum portare.* Proſpiciendum in primis eſt, nè jumentis pabula deficiant, nè difficultas rei ſrumentariæ fatiget copias, aut diſiiciat, nè copia impedimentorum in trajectu amnium ordinibus moram iniiciat. Propter has aliaſque difficultates peritiſſimi quique Scriptores monent nè plus æquo copioſus deducatur exercitus. Sic enim Veget. lib. 3. cap. 1. *Veteres autem, qui remedia difficultatum experimentis didicerant, non tam numeroſos, quàm eruditos exercitus habere voluerunt.* Longè pluribus nimirum caſibus oppoſita eſt amplior multitudo, quæ ſibi ſemper eſſc oneri ſolet, & quandoque etiam exitio. Id exemplis Xerſis, Darii, Mithridatis, aliorumque Regum, qui innumerabiles armaverunt populos, confirmat ſancitque idem Vegetius.

4. Duo verò potiſſimum agminis genera illa ſunt, quæ à Servio recenſentur: pilatum alterum, quod jumenta, & impedimenta non admittebat, eratque admodum denſum atque confertum, ut faciliùs iniqua loca tranſmitti poſſent: alterum quadratum, quod impedimenta habebat immixta, ut ubivis poſſet conſidere. Quod autem ait Servius defuiſſe impedimenta quadrato agmini, id ſcilicet non ſemper fuiſſe obſervatum, elicitur ex verbis Livij lib. 10. *Fabius, impedimentis in locum tutum remotis, præſidioque modico impoſito, præmonitis militibus adeſſe certamen, quadrato agmine ad hoſtium latebras ſuccedit.* Quadrati verò agminis illud erat inprimis commodum, quod in omnem partem ſe convertere, & circumagere miles poterat, & quacumque hoſtis invaderet, porrecta fronte, totoque virium robore procedere. Quare agminis quadrati uſus erat crebrior ſuſpectis in locis. Marcellin. lib. 24. *Metuens nè per locorum inſolentiam inſidiis caperetur*

retur

rctur occultis , agminibus incedere quadratis exorſus eſt . Contrà verò agmen pilatum, quòd eſſet productius longiuſque , magnoperè obſtabat conjungendis viribus , & manipularibus cooferendis. Imperator etiam propter ejuſdem longitudinem minùs expeditè præſto eſſe poterat , & quid quoquo loco faciendum eſſet , inſpicere , aut providere ; quod erat factu percommodum in quadrato agmine. Cujuſmodi porro eſſet commeantis exercitus legitimum iter , diſcimus ex Vegetio lib. 1. cap. 9. *Militari gradu viginti millia paſſuum horis quinque dumtaxat æſtivis conficienda ſunt ; pleno autem gradu , qui citatior eſt , totidem horis vigintiquatuor peragenda ſunt* . Notandum tamen eſt veterum milliaria noſtris fuiſſe paulò breviora ; æſtivas verò horas duplo longiores hibernis . Longè tamen majora ſpatia itinere diurno, ubi id ratio vel oeceſſitas poſtularet , permenſæ fuot legiones , ut notat Valtrinus lib. 4. cap. 4. , & nos alibi expoſuimus . Hinc vetus illa formula de confectis à milite ſpatiis viarum ; ſecundis , tertiis , quartis , quintis , ſextis, decimis, quintiſdecimis , atque adeo ſeptuageſimis caſtris, pro æquali numero itinerum militarium, quæ ævo poſteriori ſecundas , tertias, quartas &c. manſiones appellaverunt, ut iterùm à nobis eſt alibi animadverſum . Liv. lib. 45. *Quintiſdecimis caſtris Paſſaronem pervenit*. Et lib. 28. *Scipio cum cæteris copiis, ſeptuageſimis caſtris Tarraconem rediit*.

5. Cnjuſcumque verò formæ, aut figuræ agmen militare fuerit , illud nulla prætermiſſa diligentiæ parte à Duce & Magiſtratibus eſt providendum , ut ſuos ordines verſuſque legionarii tueantur cautèque cuſtodiant , quò ſe circumflectere , aciemque obvertere in terga , & ad omnem Imperatoris nutum poſſint præſto eſſe. Cogitandum quippe à viarum anguſtiis , à confragoſis ſaltuum ambagibus , à ſallacibus fluminum vadis , ab interjectis montibus , & multò maximè ab avaritia , & licentia furentium ruſticorum , in hoſtili præſertim ſolo, graviſſima enaſci incommoda , & pericula impendere disjunctis , atque disjectis . Minimum verò prætereunda eſt curatio , ut peririſſimi viarum duces , & exploratores eligantur . Iis certè non admodum videbatur indigere Hebræorum exercitus , qui commigrationis ducem, & auſpicem nubem , ignemque divinitùs habuit ut legitur Numer. cap. 10. *Nubes quoque Domini ſuper eos erat per diem cum incederent* . Et tamen Moyſes nihil curavit diligentius , quàm ut expertos ductores ſemel motis caſtris præficeret . Cum autem Hobab detrectaret eidem ducatum exhibere, diceretque : *Non vadam tecum , ſed revertar in terram meam , in qua natus ſum* , illa confeſtim adjecit Moyſes: *Noli nos relinquere : tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus , & eris ductor noſter* . Eandem ob cauſam obſtructa nemorum ambagibus itinera prius complananda , inſtruendus etiam commeatu miles , nè quidquam detrimenti capiat , deſertionibus verò atque transfugiis poſtremæ neceſſitatis ſpeciofum nomen obtendat . Poſtremò tametſi Polybius , Vegetius , aliique rei militaris magiſtri ſaluberrima commeantibus copiis documenta prodiderint , neſcio tamen an quidquam de agminis diſciplina omiſerit D. Ambroſius ſerm. 5. in pſalm. 118. *Miles cum ingreditur viandi ordinem non ipſe diſponit ſibi , nec pro ſuo arbitrio viam carpit , nec voluntaria captat compendia nè recedat à ſignis ; ſed itinerarium ab Imperatore accipit , & cuſtodit illud , præſcripto incedit ordine , cum armis ſuis ambulat , certaque via conficit iter, ut inveniat commeatuum ſibi parata ſubſidia : ſi alio ambulaverit itinere , annonam non accipit , manſionem paratam non invenit ; quia Imperator iis jubet hæc præparari omnia , qui ſequuntur . Nec dextra , nec ſiniſtra à præſumpto itinere declinant ; meritoque non deficit , qui Imperatorem ſuum ſequitur ; moderatè enim ambulat , quia Imperator non quod ſibi utile , ſed quod omnibus poſſibile conſiderat , ideoque & ſtativa ordinat ; triduo ambulat exercitus , quarto requieſcit die : eliguntur Civitates in quibus triduum , quatriduum, & plures interponuntur dies , ſi aquis abundant , commerciis frequentantur : & ita ſine labore conficitur iter , donec ad eam Urbem perveniatur , quæ quaſi regalis eligitur , in qua feſſis exercitibus requies miniſtratur* . Nihil autem inſolentius, nihil ferocius , & audacius eſſe ſolet inceſſu , ſive agmine militaris exercitus , ſi diſciplina progredientes non contineat , & in ſola rapacitate , & ſævitia gloriam reponant commeantes . Eam ob cauſam veteres culicum multitudine , ut legitur apud Pierium Valerianum lib. 26. , agmen deſignarunt ; quoniam animalcula illa moleſtiſſima eſſent obviis quibuſque , & pari damno omnes afficerent . De vallis , buccellato , aliiſque militum oneribus ; item de carris , & commeatu , univerſaque re ſarcinaria nihil eſt neceſſe, ut quidpiam iis addam , quæ ſunt affluenter expoſita in titulis , *Buccellatum* , *Onera militum* , *Impedimenta* , *Carrago* , & ſimilibus .

6. Adſtrictis Ordinibus commeandum ; ne amicos injuria afficias , ſi in pacato degas ; ſi vero in hoſtico , ne laxior Miles transfugia cogitet. In medium recipiendi , quibus aut minimum inſit roboris , aut parum fidas . Id apud Polybium l. 3. prædocuit Annibal , cum ſuſpectæ fidei Gallorum oumeros Hiſpanis & Africanis ſuis circumſepſit. Sarcinæ & Annona in medium item cogenda , exemplo Cyri in Aſſyrios , & Cæſaris adversùs Nervios commigrantis . Impedimenta noo deſerenda ; niſi ſorte expeditiores copias efflagitet hoſtia proximus , & ad pugnam paratus : exemplo ſunt apud Livium Dec. prima l. 7. Valerius Corvinus in progreſſu adverſus Samnites , & Dec. 1. l. 3. Q. Fabius Vibulanus cum Tuſculanis iret ſuppetias . Si contingat a fronte adventare armatum hoſtem , Equitatus , & promptiſſimi quique priores Ordines tueantur ; ſi contra ſubſequens poſtremo agmini immineat , illuc militiæ robora nervoſque transferas . Sedulitatis curæque pluſculum , & longe ſeveriorem diſciplinam depoſcit nocturna progreſſio . Duces hic itinerum inſigniter fidos elige : ſubmitte ideotidem antecurſores , & prodromos : ſilentio in primis ductore fidiſſimo utare ; quo & parabis commode inſidias , & minimo negotio hoſtiles deteges. Poſtremo in trajectu amnium , in æſtuariis , in faucibus montium , confragoſis , abruptis , & ſaltuoſis in locis quemadmodnm pro re oata ſit variandum agmen , operoſa eſt & implexa tractatio . Coofuleſis tit. *Munio* .

7. Accipe inſuper mantiſſam de agmine , non modo turbam progredientem , ſed progreſſum ipſum demonſtrante . Virgil. 2. Æoeid. de ſerpentibus :

illi agmine certo

Laocoonta petunt.
Et clariùs lib. 5. de alio colubro:
ille agmine longo
Tandem inter pateras & levia pocula lapſus.
Et lib. 11.
leni fluit agmine tibris.
Et item de fluvio Lucret. lib. 5.
ſuper terras fluit agmine dulci.
Ut planè agmen dicatur, quaſi *agimen*, ideſt progrediendi actus. Cerda in Virgil. lib. 6. non parum demiratur agmen dici paſſim de Furiis à Poetis, tametſi trea illæ ſolummodo ſint. Seneca in Thyeſt.
dira Furiarum agmina.
Valer. Flacc. lib. 2.
velut agmina certant
Eumenidum.
Imo etiam de duabus tantum. Virgil. 6. de Teſiphone:
vocat agmina ſæva ſororum.
Et Senec. in Herc. Fur.
agmen horrendum anguibus
Megæra ducit.
Dictum id à Poetia per hyperbolem ad augendam Furiarum ſævitiam, quaſi tanta illa fuerit, ut tres vel duæ Furiæ viderentur monſtrorum exercitua. Ad hunc modum tres utrinque Horatios & Curiatios magnorum exercituum animoa geſtaſſe ſcripſit Livius; & impendio magnam aciem vocavit Seneca trecentos Lacones adversùs innumeras Perſarum copias dimicantes.

Agminalis, le. Agminales equi à Calepino auctiore exponuntur, qui agmen exercitus ſequuntur ad convehenda impedimenta. Memorantur in Pandectis, ad quas vide Budæum. Verùm aliam vocis originem tradit Cangius in Gloſſ., cenſetque potius ita vocatos equos illoa, qui gregatim & agminatim prope civitatea nutriebantur ad curſus publicos, ideſt, ad deferenda onera publica, ut latiùa exponam in voce *Angaria*. Favet autem Cangio multiplex locus Codicis Theodoſ. de Curſu publ., præcipuè l. 18. D. de Munerib., & onerib. *Patrimoniorum munera duplicia ſunt, nam quædam ex his muneribus, poſſeſſionibus, ſive patrimoniis indicuntur, veluti agminales equi vel mulæ & angariæ atque veredi.*

Agon, onis. Plin. Epiſt. 22. lib. 4. *Gymnicus agon celebrabatur.* Latinè certamen ſonat, ſed fere uſurpatur pro ludia gymnicia, vel ſcenicis. Sunt qui ab agendo vocem trahant; & Agonium rerum agendarum Deum quemdam inducunt, ut Feſto placuit. Deducunt alii à ritu ſacrificandi, ubi miniſter adſtrictum tenens cultrum adversùs arietem rogare ſolebat: Agon? de quo ritu Ovid.
Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter,
Hoſtia Cœlitibus quo feriente cadit.
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros,
Semper agatne? rogat, nec niſi juſſus agit.
Non defuerunt qui vocis originem revocarent ad Montem Agonem, qui collia poſtea dictua eſt Quirinalia. Ut nihil horum approbem ingenua facit derivatio Græcæ dictionia. Apud Græcos ſiquidem Agones certamina dicuntur. Ovid.
Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum
Nomina de ludis Græca tuliſſe diem.
Et prius antiquis dicebat agonia ſermo,
Veraque judicio eſt ultima cauſa meo.
Hinc ſupremus animæ ex involucro corporis emigraturæ conflictua dicitur *Agonia*, quaſi naturæ certamen adversùs vim morbi. Ex qua dictione deducit Caſtelvitrus verbum Italicum *Agognare*. Hoc recte prolatum; ſed ab eodem explicatur perperam. Exponens enim illud Petrarcæ,
Ecco quei, che le carte empion di ſogni,
Lancillotto, Triſtano, e gl'altri Erranti,
Onde convien che 'l vulgo errante agogni;
ita ſubdit. *Agognare diſcende da* ἀγωνίαν, *e ſignifica reſtar ſtupefatto e con viſo contrafatto, come altri fa, quando và in agonia.* Quem enim membrorum ſtupor ille & diſtorta faciea locum habeat in vehementi exprimenda cupiditate? Ab agone vel agonia, ideſt certamine, dicimus *Agognare*: quod nimirum eſt cum æſtuatione animi quadam, anxietate atque perplexitate eſſe ſolicitum; non ſine præſenti timore, ne, quod maximum in modum ſperamus, neutiquam fit eventurum.

Agonales. Salii Sacerdotes, inſtituti ab Hoſtilio Rege. Vide *Salii*.

Agonalia, orum. Vel

Agonia, orum. Ovid. lib. 5. Faſt.
Et prius antiquis dicebat agonia ſermo.
Feſta ſolemnibus ludia celebrata apud Romanos in honorem Jani, vel, ut habet Feſtua, Agonii Dei, qui rebua agendis præeſſe putabatur. Notio nominis traditur in Titulo *Agon*.

Agonisma, atis. Vox Græca dicta à certamine, propriè verò ſignificat palmam & præmium obtentum in conflictu. Author Vocabularii Eccleſiaſtici exponit pro ipſo conflictu. Secùa putant Fratres Macri, quibus aſſentior.

Agonista, æ. Latinè certator; ſed fere in ludicro dicitur certamine.

Agonistarcha, æ. Idem ferme atque Agonotheta. Legitur hæc vox in vetuſta inſcriptione, quam exhibet Mercurialis lib. 1. cap. 12.

Agonizo, as. Pro invadere vel adoriri. Occurrit apud Scriptores ævi deterioris Hiſtor. Obſid. Jadrenſis cap. 4. *Viriliter ipſum, montem, cœpit agonizare*: id eſt nimirum quod dicimua *Attaccare*. Pro decertare. Ordo Cluniacenſ. lib. 2. de Vita S. Geraldi: *Athleta cœleſtis militiæ dudum in palæſtra mundanæ converſationis agonizans, cuneos vitiorum viriliter debellavit.*

Agonotheta, Latinè Munerarius, ſeu ludia celebrandis Præfectus, quique ſacris præerat certaminibus. Ut ſcribit Pollux, fuere quandoque Decemviri, & præmia certantibua diſtribuebant. Hoc munus exercuiſſe Achillem in funere Patrocli legimus apud Homerum. Obivit etiam Æneas in ludis funebribus Anchiſæ genitori in Sicilia celebratia, ut late narrat Virgilius lib. 5. Occurrit ea vox apud Spartian. in Adrian., de quo ſcribit: *Pro Agonotheta reſedit.* Ætatia verò deterioris Scriptorea paſſim confundunt Agoniſtam, qui eſt certator, cum Agonotheta, qui eſt Munerarius. Vita S. Emerlandi Abb. MSS. *Omnibus mundi ſpretis pompis, cæterorum commilitonum vallatus præſidio Agonotheta virilis omnium virtutum confectans iter &c.* Item Vita S. Caſtrenſis Epiſcopi: *Hoc modo conati ſunt glorioſos Agonothetas Chriſti à cultu Divinæ legis avertere.*

Agraria. Vide *Prætentaræ*, & *Angariæ* pro excubiia.

Agraria navas. Occurrunt apud authores citimæ ætatis, & ſunt de genere navium luſoriarum, nomen illis ab agendis excubiis, quæ in iia Regionibua Agrariæ nuncupabantur. An potiùs ab

agris,

agris, quos defendebant ſic nominatæ? Vide *Luſoriæ*.

Agrariæ stationes. Occurrunt non ſemel apud Ammianum, & dicuntur excubiæ, quæ in agris & ſub dio fiunt. Vegetius breviùs dixit *Agrarias*: ſic enim legendum, non Angarias, ut notat Turnebus lib. 4. Adverſ. cap. 7. Sollicitè autem apud omnes Nationes excubiæ, ſive ſtationes ſervatæ; & contra eas deſerentes capitali fere ſupplicio animadverſum. Sic enim Polyb. lib. 1. *Pœna mortis apud Romanos illi, qui locum deſeruiſſet, aut omninò fugiſſet ex ſtatione*. Et Liv. lib. 24. *Apud Romanos præſidio decedere capitale eſſe; & nece liberorum etiam ſuorum parentes eam legem ſanxiſſe*. Verum Spartani duplex in caſtris genus excubiarum ſervabant: alterum contra hoſtes, alterum in ſociorum & fœderatorum copias. Sic enim habet Xenophon de Lycurgo: *Diurnas cuſtodias inſtituit; illas quidem, quæ in caſtra & ſuorum arma verſæ eſſent. Non enim hoſtium causâ, ſed ſociorum & amicorum ex conſtituuntur: alteras, quæ hoſtes obſervent equitum; idque in locis, è quibus longiſſimè ſit proſpectus*. Vide *Angariæ*, & *Prætenturæ*.

Agri divisi in premium laborum militarium. Vide *Miſſio*, & *Colonia*.

Aguitare. Inſidiari. Legitur apud Scriptores infimæ Latinitatis. Concil. Narbon. Can. 5. *Inſidiando aut aguitando*. Hinc habemus vocem *Aguato*. Hanc verò ſuſpicor Arabicæ eſſe originis: certe apud Hiſpanos Scriptores ſæpè legitur, *Aguet*, & *Aguayt* pro inſidiis: Uſatici Barcinonenſes M. SS. editi à Raymundo Berengarii, & Adelmoldi Comit. Barcinon. cap. 2. *Siquis ſe miſerit in Aguayt, & conſiderata mente quæſierit militem &c*. Concil. Helenenſe an. 1065. *Si quis verò infra hanc trevam ſe miſerit in Aguet, vel ipſum Aguet ſtabiliter pro morte, vel apprehenſione alicujus hominis, aut pro apprehenſione alterius caſtelli &c*.

Aguso, onis. Latinis acumen ferreum, cuſpis. A' verbo Italico *Aguzzare* pro in cuſpidem acuere. Dant. Infero. Can. 15.

E ſi ver me aguzzava le ciglia,
Come vecchio ſartor fa nella cruna.

Omnia tamen fiunt à verbo Latinorum *acuo*. Conſtitut. Neapol. lib. 2. *Campiones habebant clavas æquales, non ſpinoſas, nec cum aguſonibus*. Liquet hinc aguſones pertinuiſſe ad fuſtes & clavas. Ejus generis ſunt ſtimuli, teretes nempe longioreſque baculi ferro cuſpidati, quibus aratores boves compellunt extimulantque ad arandum. *Pungolo*, *Pungetto*, *Pungiglione*.

Ajax. Filius Oilei Regis Locrorum, qui admodum ſtrenuè rem geſſit in expeditione Trojana. Fulmine afflatus à Pallade interiit, quòd in hujus templo ſtuprum intuliſſet Caſſandræ Priami filiæ. Virgil. lib. 1. Æneid.

Pallaſne exurere claſſem
Argivum, atque ipſum potuit demergere ponto,
Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei?

Ajax. Telamonis & Heſiones filius. Ductor Græcorum omnium, quotquot in obſidione Trojana aderant, ſi Achillem excipias, facile fortiſſimus. Cum Hectore dimicavit, nocte dirimente conflictum. Poſt Achillis mortem cum Ulyſſe certavit uter illius armis eſſet dignior. Sed cauſa Ulyſſi adjudicata, ob acceptam injuriam, Ajax in inſaniam verſus trajecit ſe gladio, quem ab Hectore acceperat. Idem Deorum commiſeratione in hyacintum florem mutatus eſt. Vide Homerum in Iliad., & Ovid. Metam. lib. 13.

Ajacis risus. Proverbium origine militari, quod dicitur de iis, qui inconſultè ac temere rident, ſibique in re nullius pretii & laude futili plaudunt. Natum eſt ex Ajacis Hiſtoria, qui prælatum ſibi in ſucceſſione armorum Achillis Ulyſſem graviter ferens, de ſtatu mentis deturbatus eſt, diſtrictoque gladio in pecorum greges, tamquam in Achivos hoſtes inſiliebat. Poſtremò duos miræ magnitudinis ſues à trabe ſuſpenſos per inſaniam cædens, eoſque Agamemnonem & Ulyſſem eſſe ſtultè arbitratus, effuſo riſu vecordique ſtultitiam ſuam patefaciebat.

Ala, æ. Alæ, ut docet Gellius lib. 16. cap. 4.; Equitum ſunt ordines, ita dicti quòd legiones dextrâ ſiniſtrâque, quaſi alæ in avium corporibus, tegant. Licet autem Lipſius alas peculiares auxiliorum faciat, negetque in Romànis legionibus Equitatum alarum nomine vocitatum; contrarium tamen clarè pronunciatur à Gellio, qui Legiones Romanas alis equitum coopertas ſcribit loco præfato. Iterum quamvis alæ de Equitatu propriè dictæ paſſim reperiantur, acutè tamen Lipſius auxilia ſociorum in duas alas fuiſſe diviſas ex Livio colligit, & promiſcue appellatas tum de Equitatu, tum de peditatu. Cum etenim auxilia non haberent nomina legionum, quæ erant peculiares Romanorum, eadem in duas partes ex Polybio primùm ſeparat atque Alas appellat. Sic autem Liv. lib. 40. *Egregiè Legiones, nec ſegniùs duæ alæ pugnabant*. Ubi Lipſius ab univerſo exercitu commiſſum prœlium cenſet conjunctim pugnantibus Romanis Legionibus & alis, idest, copiis auxiliorum, in quibus omnibus omninò peditum numerus equites ſuperabat. Idem colligit ex Livio lib. 27. *Prima legio & dextra ala prælium inibant*. Ubi iterum Hiſtoricus legionibus auxilia conjungens horum partem alam vocat. Hæc verò mihi Lipſii ſententia non admodum firmo argumento videtur inniti. Ubi enim Livius alas legionibus jungit, exponi ita poteſt, ut non copias auxiliares intelligat, ſed certum illum numerum Equitum Romanorum, qui dextrâ ſiniſtrâque Romanas legiones tegebat, alæque dicebantur, ut apertè teſtatur Gellius loco citato. Ad afferendam Lipſianam, quam dixi, opinionem plus habent roboris loci aliquot ex Livio & Cæſare, in quibus alares cohortes & alarii pro copiis auxiliorum non obſcurè uſurpantur. Sic autem Liv. lib. x. *Spurius Nautius Dux alaribus cohortibus erat*. Et iterum: *D. Brutum Scævam Legatum cum Legione prima & viginti alaribus cohortibus ire adversùs hoſtem jubet*. Clariſſimè verò Cæſar lib. 1. Bell.Gall. *Omnes alarios in conſpectu hoſtium pro caſtris minoribus relinquit, quod minus multitudine Legionariorum militum pro hoſtium numero valebant*. Tametſi vero ex memoratis locis promiſcuè ſumantur alæ tam de pedeſtribus quàm de equeſtribus copiis in auxiliis ſociorum, communi tamen ſermone & plerumque apud Scriptores alæ ſolos equites indicant: ſiniſtra verò & dextera ala ſiniſtram vel dexteram denotat partem Equitatus. Ex quo etiam habes primariam Equitatus diviſionem in alas eſſe, quæ porrò in turmas, & hæ in decurias dividuntur.

Alæ, arum. Forma aciei inſtructæ apud Gell. ab alarum ſimilitudine. In propugnaculis ſunt mem-

bra, quæ introrſum reſpiciunt versùs cortinam, eique in angulum uniuntur.

Alaris, re, &

Alarius, a, um. Quod ad turmas vel alas equitum pertinet; ut equites vel cohortes alariæ. Liv. lib. x. *Cum cohortibus alaribus*. Cæſar lib. 1. Beli. Gallic. *Omnes alarios conſtituit in conſpectu hoſtium pro caſtris minoribus*. Et frequentiùs quidem alarius dicitur, quàm alaris.

Alabanda fortunatissima. Proverbium origine militari, translatum verò ad amplam copioſamque fortunam declarandam. Inter opulentiſſimas quippe Cariæ civitates recenſetur Alabanda. Eandem deliciis olim perditam fuiſſe memorat Juvenalis Satyr. 3.

Hic alta Sycione, aſt hic Amidone relicta;
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis.

Stephanus verò ait, Carem, à cujus filio Cariæ Civitas nomen habuit, in equeſtri prœlio victorem, Alabandum poſtea fuiſſe appellatum. Cares quipppe equum patrio ſermone *Ala* vocant, *Banda* verò victoriam: additque eam olim vocem Romanis in uſu fuiſſe, ut Bandam pro victoria dicerent.

Alabarda, æ. Germanico idiomate ſonat ſecurim Palatinam, ut mox docebo ex Cluverio. Quodnam illud ſit Helvetiorum, atque Germanorum haſtæ genus eleganter deſcribit Jovius Hiſtor. lib. 2. *Arma eorum erant breves gladii, atque haſtæ fraxineæ denum pedum, anguſto præfixæ ferro. Quarta fermè eorum pars ingentibus ſecuribus, quarum è ſummo quadrata cuſpis prominebat, inſtructa. Has cæſim punctimque feriendo ambabus manibus regebant. Alabardæque eorum linguâ vocabantur*. Ejuſdem bellici inſtrumenti deſcriptionem aliam libet adſcribere ex Gulielmo Dondino Hiſt. lib. 2. *Permultis Germanorum cohortibus armabant dexteras diverſi generis haſtæ præfixæ latis quadratis ſecuribus, gentile telum, patria voce Alabardam appellant, quo ambabus manibus tractari ſolito, propelli modò, modò retrahi, modò in orbem circumagi, cominùs, eminùs proturbant hoſtem, aut incurrentem immaniter mulctant, truncantes brachiis corpora, capitibus colla, fœdumque in modum viſcera haurientes*. Non defuerunt qui veterum Angonem idem fuiſſe ſecuris, vel haſtæ genus exiſtimaverint atque Alabardas Helvetiorum, & Germanorum. Verum eos refellit, ſimulque veram hujus vocis *Alabarda* originem producit Cluverius German. Antiq. lib. 1. cap. 44. *Verum multò pejus illi, qui angonem eſſe voluerunt idem telum; quod vulgò nunc appellatur hallebard. Quod vocabulum nihil aliud ſignificat, quàm ſecurim Palatinam, quâ Regum nunc Principumque ſatellites, & corporum cuſtodes armantur. Helle quippe eſt atrium Palatii, veteri Germanorum ſive Celtarum vocabulo, & Bard, ſecuris*. Profuerit etiam obſervare ab ejuſmodi bardis, ſive ſecuribus apud nonnullos appellationis ſuæ originem habuiſſe Longobardos, quoniam longis bardis, nempe ſecuribus uterentur. Ita Voſſius de Vitiis ſerm. lib. 2. cap. 17. Non pauci tamen à longis, & prolixis barbis, quas ea geſtaret natio, illam advocant nomenclaturam. Verum eos omnes magnopere hallucinari mihi eſt manifeſtum. Certum mihi eſt germanam ejus vocis originem à Germanicis vocibus aliis hauriendam, ut optimè notavit Alciatus, cujus ſententiam reddo verbis Caſtelvitri Giunt. al Bemb. *Quì non mi poſſo rattemperare, che io non dica, che io mi maraviglio non poco d'Andrea Alciato, il quale biaſima coloro, che credono, che i Longobardi abbiano avuto il nome dalla Lingua Latina, poiche eſſi chiamano* Lang, *la patria, o la terra, &* Wart, *la fortezza; eſſendo eſſi cognominati così, perche ſono fortiſſimi tra tutti i popoli della Patria, o della Terra. Io non niego, che le predette voci non ſignifichino ciò in Lingua loro; ma ben dico, che lo ſignificano, perche in latino così ſignificano, e che dal latino ſono ſtate preſe. Conciofiacoſache* lang, *e* landa, *ſia una medeſima voce, mutata ſolamente D in G, e parimente* Wart, *e* Baldo, *cioè* validus, *ſia una medeſima voce mutata L in R, e D in T: le quali mutazioni ſono uſitate: nè ſpezialmente deono parere nuove, avendo riguardo alla rozzezza de' labri loro*. Ajo rem acu tetigiſſe Alciatum, quoniam non Longobardi, ſed Langobardi nominandi ſunt Populi illi; eoſque ſic appellat Tacitus. Adſcribo verba Hiſtorici de mor. Germ. *Contra Langobardos paucitas nobilitat, quod plurimis, ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium: ſed prœliis, & periclitando tuti ſunt*. Fallitur tamen Caſtelvitrus, qui vocem Germanicam *Lang* revocat ad Latinam Sæculi Barbarici *Landa*: cum res oppoſito modo ſe habeat juxtà regulam à nobis traditam in Titulo *Carrago*. Villelmus Malmesburienſis lib. 2. de Geſt. Anglorum id armorum genus à Danis antiquitùs fuiſſe adhibitum memorat; ex quo vocatas fuiſſe ſecures Danicas, quas in humero ſiniſtro milites deferebant, ut nunc faciunt Prætoriani & apparitores Principum. A' Danis poſtea ſecures illas biſacutas acceperunt Angli & Scoti, & ex iis aliæ nationes. Inſtructæ autem ſunt manubriis longioribus. Vide quæ de illis diſputat Cangius ad Alexiadem.

Alalagma, atis. Occurrit, nec explicatur tamen apud Cangium in Gloſſ. Eſt vox Græcanica; fitque à verbo ἀλαλάζω, quod eſt fremo. Eſt formula, vel potius acclamatio, & vox lętitiæ in acie militari; quemadmodum Celeuſma eſt acclamatio nautica. Origenes Homil. 7. in Joann. utitur ea voce ad indicandam acclamationem militum ſe mutuò animantium. Vita S. Euſebiæ Abbatiſſę Hamaticenſis:

Quem non integritas vitæ docet hoc alalagma.

Vita S. Drottovæi Abbatis: *Cum una concrepet alalagma tonanti*. Franciſcus Macer ſcribendum potius exiſtimat *Elelegmus*, ut ſit acclamatio originem trahens à Baccho, qui dictus eſt Eleleus; quemadmodum Bacchæ, Eleleides. Ovid. 4. Faſt.

Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ,

Alapa militaris. Vetus Scholiaſtes Perſii ad Satyr. 5. eum fuiſſe manumittendi morem refert, ut impacta primùm alapa percuſſi manumittendi circumagerentur. Inde ad tyrones in militia mos ille translatus, creatique milites, & adſciti in militiam incuſsâ primùm illis alapâ, vel gladio eorumdem collo, vel humeris à magiſtro injecto: eaque percuſſione tamquam militiæ Martiſque ſacris tyrones initiabantur. Magnum Chron. Belgicum Ann. 1247. *Plerique milites moderni temporis patrimoniis intendentes, omiſſis ſumptuoſis ſolemnitatibus, ſaltem per infractum colaphum militarem conſequantur dignitatem*. Atque iterum: *Et ei militarem dedit alapam, & militaribus eum in*

in virum perfectum dedicavit Sacramentis. Item Joann. de Beka in Othone III. Ep. Traject. de militari inauguratione Villelmi Comitis Hollandiæ in Regem Roman. electi: *Illis itaque dictis Rex Bohemiæ grandem dedit ictum in collo tyronis, ita dicens: Ad honorem Dei Omnipotentis te militem ordino, ac in noſtro Collegio te gratanter accipio*. Hiſtoria etiam Cortuſiorum lib. 11. cap. 2. *Imperator ſedens fecit eum militem, & cum palma eum percutiens ſuper collum, ait: Eſto bonus miles, & fidelis imperii*. Profanæ militiæ ejuſmodi ritum & praxim Romana conſecravit Eccleſia, quæ milites ſuos ſacro inunctos confirmatoſque chriſmate, incuſsâ eiſdem ab Epiſcopo alapâ, pro Chriſto Domino & Fide Romana ſtrenuè pugnaturos dimittit. Ea nimirum inflicta alapa ſignificat, Chriſtianum militem paratum eſſe oportere ad injurias omnes, laboreſque pro Chriſti nomine perferendos: ſimul ut altius novi militis animo imprimatur acceptus ſacrę militię honor, & dignitas.

Alastor. Unus ex quadrijugis Equis Plutonis, de quo Claudian. de Rapt. Prof. lib. 1.

Orphæus crudele micans, Æthonque ſagitta
Ocior, & Stygii ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditiſque nota ſignotus Alaſtor.

Alauda Legio. Vide *Legio*.

Alba, æ. Supplendum eſt *Veſtis*. Legitur apud Trebellium in Claudio: *Albam ſubſericam unam cum purpura Girbitana*. Et paulo poſt: *Albam ſubſericam paragaudem triuncem unam*: Veſtis fuit, vel tunica coloris albi, ex qua milites dicebantur *Albati*, ut habet idem Trebellius in Gallieno: *Inter togatos patres, & equeſtrem ordinem, albatos milites, & omni populo præcunte &c.* Videntur autem veſtes militum albæ pro diebus feſtivis deſtinatæ, adhibitæque in ſolemni pompa ad oſtentationem lætitiæ. Vide notas Caſauboni & Salmaſii ad præſcripta loca Trebellii:

Albati Milites. Vide *Alba*.

Albati Equi. Notum eſt adjectivum *Albatus, a, um*, pro albo accipi à Scriptoribus. Nihilominus Albati equi non ſunt ſæpe albi, quemadmodum Ruſſati non ſunt rubei: ſed facilè poterit contingere equum albatum eſſe rubeum, vel rubeum eſſe albatum, vel nigri, ſpadicei, gilvi, & demum cujuſvis coloris. Neque enim dicuntur Albati Equi, vel Ruſſati ab ipſorum colore, ſed à colore panni, quo diſtinguebantur factiones in Circenſibus, quas quatuor fuiſſe, Albatam, Ruſſatam, Venetam, & Praſinam alibi monuimus. Quare largiter hallucinati ſunt Calepinus, Nizolius, aliique vocabulariorum concinnatores, qui in voce *Albatus* expoſita pro albo adducunt locum Plinii lib. 8. cap. 41. *Albati equi palmam occupavere*. Ibi enim *Albati*, ſive albus color non refertur ad colorem equorum, ſed, ut dixi, ad colorem factionis Albatæ: ut accidere potuerit equum Albatum victorem fuiſſe rubeum, nigrum, vel ſpadiceum.

Albergellum. Vide *Habergellum*.

Albergariæ. Vide *Heribergium*.

Albesia. Scuta ſunt. De quibus ſic Feſtus: *Albeſia ſcuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt; hæc eadem Decumana vocabantur, quòd eſſent ampliſſima, ut Decumani fluctus*.

Albi, et Nigri. Factio famigeratiſſima, quæ ab exiguis, ut ſolet, profecta initiis, univerſam Italiam cruentiſſimis affecit cladibus, ac penè in exitium dedit. De ea factione ſic ſcribunt Academici Florentini dicti à Furfure voce *Bianco*. *Per nome di Parte. Dal portare alcun ſegno bianco*. Sed longè diverſam ejus factionis originem Florentini alii tradunt Scriptores. Nicolaus Machiavellus Hiſtor. Florent. lib. 2. *E perche i Cancellieri erano diſceſi da Meſſer Cancelliere, che aveva avute due Mogli, delle quali l'una ſi chiamava Bianca, ſi nominò ancora l'una delle Parti, per quelli, che da lei erano diſceſi, Bianca: e l'altra per tor nome contraria a quella fu nominata Nera*. Verùm Scipio Ammiratus Paralelli cap. 24. paulò ſecùs rem tradit: *Le famoſe Parti Nere, e Bianche da' Cugini, nati da due fratelli della Famiglia de' Cancellieri in Piſtoja, ebbero principia: l'uno nato di Madre chiamata Madonna Nera: e l'altro da un'altra: il cui nome fu Bianca: Le quali Parti non che Piſtoja, ma tutta Toſcana voltarono ſottoſopra, come il Villani, ed altri Autori anno ſcritta*. Audiendus verò in primis Joannes Villani, qui de eadem factione ita ſcribit lib. 8. cap. 37. *In queſti tempi eſſendo la Città di Piſtoja in felice, e buono ſtato ſecondo il ſuo eſſere, ed intra gl'altri Cittadini v'avea uno lignaggia di nobili, e poſſenti, che ſi chiamavano Cancellieri, non però di grande antichitade, ma nati da uno Ser Cancelliere; il quale fue Mercatante, e guadagnoe moneta aſſai; e di due Mogli, che ebbe, abbe due figliuoli, i quali per la loro ricchezza tutti furono valenti, e Uomini valoroſi, e di lor nacquero molti figliuoli, e nepoti: ſicchè in queſta tempo erano più di cento Uomini d'arme ricchi, e poſſenti, di grande affare: ſicche non ſolamente di Piſtoja, ma erano de' più poſſenti lignaggi di Toſcana: Avvenne, che per ſoperchia graſſezza, e per ſuſſidio diabolico nacque tra loro ſdegno, a nimiſtadi tra laro di quelli, che erano nati dell'una Donna, a quelli, che erano nati dell'altra; e l'una parta ſi poſe i Cancellieri Neri, e l'altra i Cancellieri Bianchi. E crebbe tanto l'ira, che ſi fedirona inſieme; non però di coſa inarma. E fu ferito Petieri; una della Parte de' Cancellieri Bianchi. E per aver concordia, e pace frà loro, mandarano quelli, che aveva fatta l'offeſa, alla miſericordia di colora, che erano offeſi, che ne prendeſſono vendetta a loro volontà. I quali Concellieri Bianchi ingrati, e ſuperbi, non avendo in loro pietà, nè carità, la mano dal braccio li tagliarono ſuſo una mangiatoja da Cavalli. Per lo quale incaminciamento di crudele peccato, nan ſolamente ſi diviſe la Caſa de' Cancellieri, ma più micidii nocquero tra loro: e tutta la Città di Piſtoja ſe ne diviſe, che l'una tenea con l'una parte, e l'altra con l'altra, e chiamovaſi Parte Bianca, a Nera, dimenticata tra loro parte Guelfa, e Ghibellina, e più battaglie Cittadine con molti pericoli, e micidii nacquero, e furono in Piſtaja: che poi la Città di Firenza, e tutta l'Italia contaminarona le dette Parti &c.* De eadem factione ita loquitur Odericus Rinaldus Annal. Eccleſ. *Emerſere eodem tempore in Etruria Alborum, & Nigrorum perditiſſimæ factiones, quæ in alias Italiæ partes ſerpere cœperunt; ad quas ſedandas, & alias plurium Italiæ Provinciarum res componendas Matthæus Aquaſportanus Epiſcopus Portuenſis miſſus à Bonifacio eſt*. Item Henricus Spondan. Annal. Eccleſ. ann. 1295. *Obſervat quoque*

Pra-

Digitized by Google

Ptolemæus Lucenſis, ſe in geſtis Lucenſium inveniſſe, hoc anno cœpiſſe diſcordiam Cancellariorum de Piſtorio, ut nominarentur Albi, & Nigri, quod nomen, inquit, fermentavit Florentiæ, & Lucæ, & ex eo nomine utrobique exorta ſunt multa mala.

ALBI EQUI. Dicuntur quibus color eſt pallori propior, ut hydropis album corpus dixit Horatius. Hujuſmodi color in equis omnium eſt deterrimus. Virg. Georg. 3.

color eſt deterrimus albo.

ALBUM, i. Vide *Breve*.

ALCANTARÆ MILITES. Ordo equeſtris militiæ in Hiſpania, de qua Marian. l. 12. c. 3. *Ad Tagi ripam in veteri Luſitania, Alcantara firmiſſimum oppidum captum, quod Calatravæ militibus dono Regis ceſſit: unde tanquam ex munitiſſima arce, atque fortiſſimo propugnaculo, in hoſtium fines incurrerent ipſi, illorumque impetus propulſarent. Hoc Alcantaræ militibus initium fuit, tenue & invalidum, ut in rebus magnis. Cucullum & rubram faſciam, qua longo tempore diſtingui conſueverunt, Benedicti Decimitertii, qui ſe Pontificem dixit, venia & authoritate Cruce viridi mutarunt Salutis anno* 1411.

ALDII, ALDIONES, ALDIONARII. Leguntur crebrò apud lapſæ Latinitatis Scriptores. Charta Henrici I. *Cum ſervis & ancillis Aldionibus & Aldianis*. Lex Longobardorum lib. 3. tit. 20. *Aldiones vel Aldiæ ea lege vivant in Italia, qua Fiſcalini vel Liti vivunt in Francia*. Sunt autem famuli, qui Dominos ſuos ſequebantur, etiam in bellicis expeditionibus. Dicuntur autem Aldii non Germanica vocis origine, ut quidam exiſtimarunt, ſed plane Latina, quaſi alti vel aliti à verbo *alo*, quoniam victualia & annonam cum ſtipendio non è publico, ſed à ſuis privatim heris accipiebant. Id autem de hujus hominum generis origine tantùm & prima inſtitutione eſt intelligendum. Nam exploratum eſt memoratæ conditionis famulos ad militiæ gradum atque adeo ad bellicas præfecturas exercendas quandoque tranſiſſe. Charta Caroli M. in Chronico Farfenſi: *Ducibus, Comitibus, Gaſtaldiis, Vicariis, Centenariis, Aldionariis, vel reliquis fidelibus noſtris*. Ex quibus verbis conſtat Aldios ſive Aldionarios inter Magnates fuiſſe adnumeratos. Vide Titulos *Gaſtaldi* & *Maſnada*.

ALEXANDER. Cognomento Magnus, filius Philippi Regis Macedonum ex Olympiade. Natura, genere, cultu & majeſtate corporis, ad hæc experrectæ indolis vigore quodam ingeniique præſtantia ad egregia facinora natus, & ad ſummum obtinendum imperium probe à natura comparatus, cunctis rerum ſuarum Scriptoribus meritò viſus eſt. Summæ virtuti non imparis fortunæ atque ſolertiæ cumulus ad illum exornandum acceſſit. Et fortunæ quidem maximam partem facinorum feliciſſimorum debuit. Non eo dumtaxat titulo, quod mira quadam & inaudita velocitate Græciam, potentiſſimaſque Aſiæ atque Indiæ Provincias continenti victoriarum curſu peragraverit; verum etiam quoniam Philippo genitore rei militaris ſcientiſſimo è vivis erepto, uſus ipſe poſtea eſt opera atque conſilio Ducum præſtantiſſimorum, qui paterna diſciplina ac Macedonico præſertim bello, quod impeditiſſimum fuit, mirandum in modum eruditi, maturitate ſua atque conſiliorum gravitate tam aptè præferocem Regis juvenis animum temperarunt, ut veteranis illis expertiſſimiſque tractandi belli adjutoribus facile pronumque Alexandro fuerit validiſſimas expugnare arces, victorias innumeras reportare, florentiſſimos populos, atque adeo non exiguam Terrarum Orbis partem feliciter ſubjugare. Solertiæ verò non multo fortaſſe pauciora quàm fortunæ ſuæ debuit. Calidiſſimum profectò illud fuit conſilium cum adverſus gentes Aſiaticas rudes & incultas pugnaturus Jovis ſe filium eſſe ſplendidiſſimo mendacio latedidito ad concitandos in ſui amorem ac reverentiam populos, mentitus eſt. Commentum ſane illud non tam ſuperbiæ ipſius, quam calliditatis fuit. Plurimis certe victoriarum monumentis poſtea demonſtratum eſt, ejus divinitatis famâ plura facile terrarum ſpatia illum occupaſſe, plures ſubegiſſe Nationes, quàm præſtantium robore copiarum. Quis enim ultrò non cederet, ſeſeque Jovis filio ſponte ſubmitteret? Præcipue quoniam illam ſtirpis divinæ opinionem adjuvabat apud barbaros homines forma corporis nulla non parte majeſtatem ſpirans, & vultus lineamenta, quæ divinam proſapiam facilè iis confirmabant, qui eam prius opinionem è longinquo imbiberant animis. Aderant porrò virtutes plane Regiæ, munificentia in primis & ſplendidiſſimarum largitionum quàcumque iter faceret copioſa profuſio: tum laborum tolerantia & enixa charitas in populares exteroſque humanitate quadam condita, quæ nihil Majeſtati detraheret. Verum illæ virtutes paribus inumbratæ vitiis. Nam & Calliſthenem ſummi loci Philoſophum, quicum propter opinionem ſapientiæ familiariter inſueverat, crudeliſſimo exemplo trucidari juſſit, futilem quidem conjurationem cauſatus, ſed verè propterea quod ille aſſentationi cæteroque aulæ ingenio minimè accommodatus Divinos illi cultus exhibendos eſſe palam negaret. Quidquòd haſta trajecit Clitum, inter præcipuos ejuſdem familiares annumeratum, quoniam in Perſicos mores acerbius per occaſionem convivii eſſet invectus. Sed præ cæteris ejuſdem animi inquinamentis omnem ipſius gloriam ebriètatis vitium obſcuravit, qua factum eſt, ut nec amiciſſimis parceret, nec tanti Regis atque Imperatoris dignitati ſatis conſuleret. Sed hujus Regis Duciſque geſta vide latè commemorata ab Arriano, Plutarcho, Juſtino, Curtio, Diodoro Siculo & aliis. Quoniam Jovis Filius eſt habitus, locum hìc illi fecimus inter Heroes.

ALFARECES EQUI. Vide *Farii equi*.

ALFERUS. Signifer Vexillarius. Occurrit interdum apud Latinobarbaros, & præſertim in Charta Gregorii X. Pont. an. 1275. Vide *Aquiliferi*.

ALLAGIA, orum. Author hujus dictionis Pachimeres Hiſt. Mich. lib. 4. cap. 27. *Conflatur hic exercitus ex differentibus corporibus militum, quæ Allagia ſolent appellare, qui militarium vocabula ordinum lingua efferunt vulgari*. Optimè conjicit ad hunc locum Poſſinus, Allagia eſſe ſedes militibus attributas ad hibernandum, quas vulgo dicimus *Alloggi*, *Alloggiamenti*. Addit idem Poſſinus homo Gallus, vocabulum eſſe Gallicum, aut deformatum ex Gallico *le logemens de Gens de guerre*: illud verò facile hauſiſſe Gentes Orientis à Gallis per occaſionem commercii ex bello ſacro. Atqui Itali, qui *Alloggi* clariùs & proximiùs dicunt, etiam ipſi ingenti numero, non impari laude progreſſi ſunt ad Palæſtinam, & alia

Orien-

Orientis Regna vindicanda. Origo vocis *Allog-gio* petenda omnino eſt à Latio veteri. Fit autem a *loco*, ex quo adlocare, Italis *Allogare*, & inde *Alloggiare*: ex quo *Alloggio* & *Alloggiamento*.

Allegati, orum. A' ligando dicti ſunt fœderati; quoniam invicem ſocietate quadam quaſi vinculo ligarentur. Ab Italorum *Aleanza*. Latii inferioris eſt vocabulum. Levoldus Horthovius in Chronico Markano: *Inter Epiſcopum & cives allegatos pax eſt facta*.

Alleluja. Vox Hæbraica, qua ſignificatur *Laudate Deum*. Quem babeat locum in rebus ſacris in Ecleſia Catholica prolixè memorant Macri Fratres. Liquet fuiſſe etiam acclamationem militarem. Hujus prolatione Cantici ter iterati, ipſo die Paſchatis, Anglo-Saxones Pelagiana hæreſi contaminati, cæſi, fugatique fuerunt à Britannorum exercitu, Duce Germano Epiſcopo Altiſiodorenſi. Polydor. Virg. Hiſt. Angl. l. 3. *Itaque, peracto die feſto, in Saxones contendit, caſtraque proxime ponit. Poſtridie Germanus Dux exercitus rem divinam multo mane fecit; poſcit à Deo victoriam. Idem etiam cunctis orantibus mox ſignum pugnæ dat, ter magna voce Alleluja canens: eandem vocem toties exercitus repetit, tantumque clamoris edit, ut hoſtes, ubi vident in ſe iri, repente metu corruant, abjectiſque armis, in pedes ſe perinde dent, ac ſi longo certamine victi, deſperata jam ſalute, aliud non ſit remedium fuga opportunius. Ita divina ope parta victoria: nulla cædes, nullus captivus*.

Allia in retibus. Proverbium à Suida relatum. Non dicitur de ſordido commeatu Atticorum longiorem navigationem expeditionemque militarem adornantium, ut perperam explicant, qui Ambroſii Calepini vocabularium auxerunt. Locus adagio eſt in qualibet proxime ineunda navigatione; & ſignificat inſtructam eſſe claſſem naveſque in procinctu ad ſolvendum ex littore. Tunc enim turba nautica claſſicique omnes vim alliorum retibus ſive ſacculis, quos reticulatis funibus vel ſparto concinnabant, conjiciebant in naves. Includebantur verò allia retibus, ſive, ut dixi, ſaccis reticulatis, ut admiſſione aeris eadem minime corrumperentur. Nec vero ſolùm in navigatione, verum etiam in diuturna obſidione urbium, frequentiſſima olim fuit allia eſitandi conſuetudo. Eo quippe cibo aeris inclementiæ, & aqnarum ſtagnantium humoribus craſſiorique Cœlo milites medebantur. Nimirum allium non ſapidus modò bulbus & condituris idoneus, ſed etiam, ſi Deo placet, medicamentarius eſt. Contra incantationem præcipuam vim habere meminit Perſius Satyr. 5.

Tunc grandes Galli, & cum ſiſtro luſca Sacerdos
Incuſſere Deos inflantes corpora, ſi non
Prædictum ter mane caput guſtaveris allj.

Horatius jocoſæ exercitationis & ingenii, ut opinor, periclitandi gratià in allium Odem conſcripſit. Mihi verò cum Poetam, ſaltem clam alios, allia eſitaſſe ariolari licet, atque adeo conjicere ex ipſius poeſi, acri, per Muſas, & alliata. Allium, porrum, cepas, (nam haa etiam in uſum navigationis conſtat adhibitas) veluti ſanctiſſima Numina ab Ægyptiis habita fuiſſe prætereo; ne allii encomium vel laudationem videar inſtituiſſe. Hodie verò præter alliorum ceparumque copiam ad occurrendum noxiis vaporibus, maximo etiam ſunt in uſu frondes herbæ Braſilienſis, alio nomine Nicoſianæ, vulgo *Tabacco*. Congeruntur in naves earum frondium adſtricti faſciculi. Detritæ verò frondes illæ conjectæque in orculas fumarias admoto igni ſuccenſæ, ſipbunculis ori inſertis hauriuntur. Eo medicamento turba nautica militeſque detergunt muccoſam materiam fæceſque pectoris capitiſque; ac validè obſiſtunt craſſiori aeri humentique. Addo hieroglyficum olim fuiſſe allium ad deſignandam vitam militarem, propterea quod peculiaris eſſet militum cibus, ut notat Pierius Val. lib. 58. Nec reticendum adagium alterum apud Suidam, quo tranquillum ſibi vitæ ſtatum proponentibus ab allio & fabis eſitandis abſtinendum eſſe præſcribitur: ubi allio quidem repudiato intelligitur remiſſus nuncius negotiis bellicis: per ſabarum verò excluſionem monet adagium non eſſe attingendas lites ſorenſes & cauſas judiciarias; ſabis ſiquidem, ut notum eſt, ſuffragia ferebantur. Suggerere etiam vires allia comprobant alii ex privatis conflictibus gallorum gallinaceorum, qui admodum cruenti & præferoces eſſe ſolent poſt ejus bulbi eſum.

Allocutio Militaris. Non modo in plurimis Matheſeos partibus verſatum Ducem eſſe oportere, non ſiderum, regionum, ventorum peritia ſolùm inſtructum, ſed in Oratoria etiam pollere plurimum facultate allocutionis militaris neceſſitas facit. Ad inflammandos nimirum flectendos & erigendos militum animos, ducendoſque quòcumque ratio poſtulet, & præſens momentum publici commodi, mirum quantum ſola conducit vox & opportunum alloquium Imperatoris. Legimus in ſacris literis admodum crebras adhortationes, quibus & Deus ipſe ſui populi Duces, & Duces Milites ad audendum incendunt. Seligo locum de Gedeone ex lib. Judic. cap. 7. *Eadem Nocte dixit Dominus ad eum: Surge, & deſcende in caſtra, quia tradidi eos in manu tua*. Et paulo poſt. *Reverſus eſt ad Caſtra Iſrael, & ait. Surgite; tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian*. Cum plebs Romana libertatia, quæ omnium dulciſſima eſt, illecebrâ delinita ſupra omnem modum deſæviret, & à Patribus ſegregata ad Montem ſacrum, ad Aventinum, ad Janiculum, & alia munita loca ſecederet, aſſiduiſque ſeditionum æſtibus in patriæ exitium exardeſceret, non aliud ad ſana conſilia licentioſam turbam revocavit, quàm Menenii Agrippæ, Valerii, Popilii, aliorumque virtute præſtantium virorum graviſſima & plena dignitatis oratio. In ea certe facultate ſupra omnes quotquot ante enm fuerunt maximi Imperatores, eminuit Julius Cæſar, ut diſertè tradit Svetonius in ejus vita. Scipionem etiam Africanum in tractandis militum animis ſingulari eloquentia atque dexteritate floruiſſe accepimus. Eam ob cauſam non educebatur è caſtris exercitus apud Lacedæmones, niſi in Regio prius tabernaculo convocati milites ab Imperatoris eloquio laborum ſolatia & incitamenta virtutum haurirent. Præſtantiſſimum verò illud Poſthumii Conſularis documentum, qui rogatus à militibus, ut quid imperaret, ediceret: ille nihil aliud ſubjecit, quàm ut ſe imitarentur; & arrepto ſigno primus hoſtem invaſit, miroque robore copiis addito, breviſſima allocutione, ut pulcherrimam de hoſtibus victoriam reportarent, effecit. Tranſiturus in Africam Julius

lius Cæſar, cum milites Elephantos hoſtium extimeſcerent, eorum aliquot in Italiam primùm adduci curavit, docendoque & animando peregit, ut non modo eorum aſpectum ferre, ſed eoſdem armis impetere extinctoſque in terram proſternere paulatim condiſcerent.

2. Pro multiplici verò, quæ ſeſe offerunt, rerum neceſſitate, diverſa ſunt à Duce militibus adhibenda hortamenta. De hoſtium moribus, de armorum exercendorum imperitia, de opulentia invadendarum Regionum, de ipſorum militum laudibus, de illati belli æquitate, aliiſque pluribus, quæ res ipſa exhibet, argumentis ad milites verba facere conſuevere experientiſſimi quique Imperatores. Supra enim tubarum & tympanorum ſtimulos confirmantur animi, & accreſcit virtus bellatoribus à monitis & præſtantis ſolertiſque Ducis oratione. Hinc Vegetius lib. 3. cap. 9. etiam deſperantibus militibus audaciam docet ingigni Tribunorum Ducumque adhortatione. Profero exemplum ex Cæſare l. 2. de Bell.Gall. *Milites non longiore oratione eſt hortatus, quam ut ſuæ priſtinæ virtutis memoriam retinerent, neù perturbarentur animo, hoſtiumque impetum fortiter ſuſtinerent.*

3. Quemadmodum verò ex Livio, Tacito, & aliis docemur hiſtoriographis, eminentiorem locum, ſive ſuggeſtum, è tumultuario ceſpite quandoque ſublatum conſcendebant antiquitùs Duces: Militibus verò claſſico coactis ad concionem, aquilis reliquiſque ſignis circumadſtantibus, ſtantes ipſi ad ſtantes ordines verba faciebant. Ejuſmodi ſuggeſtus, ſive cumulos elatiores ad militarem allocutionem captatos, Tribunal Ceſpititium vocat Vopiscus in Probo. De eodem hæc habet Prudentius:

Extruitur media caſtrorum ſede tribunal
Editiore loco, tumulus, quem vertice acuto
Excitat in ſpeculam, ſubjecta unde omnia latè
Liber inoffenſo circumſpicit aere viſus.

Plinius etiam in Panegyr. *Tribunal viridi ceſpite extructum, nec faſcium tantùm: ſed pilorum ſignorumque honore circumdatum.* Neque verò ſemper ſtantes, ſed interdum obequitantes Duces congruenti alloquio copias animabant. Utroque certè modo id factitatum oſtendunt duo nummi veteres, alter Galbæ, alter Hadriani, quorum ſchematiſmos exhibet Steuvechius ad cap. 9. lib. 3. Vegetii, quos etiam habes apud Lipſium de Milit. Rom. lib. 4. cap. 9. Equidem mirum in modum ab alacri ejuſmodi & compoſita Ducum oratione milites proficere neceſſe eſt, cum ab ardenti illo eloquio recta ad pugnam progrediuntur, præſentia Imperatoris addente animos, & ejuſdem verbis adhuc circum aures perſonantibus. Eam conſuetudinem milites alloquendi ab ignavis Cæſaribus intermiſſam, & à Trajano ad formam veterem reſtitutam meritò Plinius in ejuſdem Principis laudatione multis effert commendatque.

4. Ordinum, æquis animis Ducum allocutiones excipientium, multiplex fuit ſignum. Et primo quidem ſublatus ab omnibus clamor cum elatione manuum. Lucanus lib. 1.

hi cunctæ ſimul aſſenſere cohortes,
Elataſque altè, quæcumque ad bella vocaret,
Promiſere manus.

Et Valer. Flacc.

oritur clamor dextræque ſequentum
Verba Ducis.

De eodem ritu diſertè Liv. lib. 7. *Omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem indicem omnium aſſenſus agebantur.* Idem Hiſtoricus lib. 2. *Si jam ſatis animi eſt decernique placet, agitedum, clamorem, qualem in acie ſublaturi eſtis, hic tollite, indicem voluntatis virtutiſque veſtræ.* Alterum erat indicium cum arma concuteret, haſtis ſcuta ferientes. De hoc ritu ſic Ammianus lib. 20. *Hac fiducia miles haſtis feriendo clypeos, ſonitu aſſurgens ingenti, uno propèmodum more dictis favebat, & cœptis.* Idem lib. 16. *Nec finiri perpeſſi quæ dicebantur, ſtridore dentium infrendentes, ardoremque pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes in hoſtem duci exorabant.* Sublata etiam in altum ſcuta fuere argumentum concitatæ militiæ ad Ducis orationem. Idem Ammianus lib. 23. *Concluſa oratione præliator miles exultans, ſublatis altiùs ſcutis, nihil periculoſum fore, vel arduum clamitabat.* Verè ſiquidem Tacitus, ubi de Germanorum moribus, loquitur: *Honoratiſſimum genus aſſenſus eſt, armis laudare.* Quod etiam de Gallis prædicat Cæſar: *Conclamat omnis multitudo, & ſuo more armis concrepat, quod facere in eo conſueverunt, cujus orationem approbant.* Ex ea Romanorum, exterarumque gentium vera conſuetudine procul dubio hauſerunt hiſtorici, ut perpetuam narrationis ſeriem ejuſmodi militaribus allocutionibus identidem inductis abrumperent. Neque verò Græci ſolùm, ſed Latini etiam Hiſtorici hujus generis alloquiis inſerendis indulgentes fuere: excelluntque præ aliis Cæſar, Livius, Saluſtius, Curtius. Eundem morem poetæ ſecuti ſunt; apud quos creberrimè occurrunt præſtantium militiæ Præfectorum ad ſuos milites alloquia. In quo genere Homerus ex Græcis, Virgilius apud Latinos eminuit. Neque porrò quidquam frequentius apud Etruſcos etiam Hiſtoricos atque fabulatores occurrit. Nam, & præcipuum boc ornamenti genus ducunt, & mirum in modum id facit ad lectorem auditoremque detinendum, atque adeo erudiendum.

5. E' Tribunali quidem habita ad milites cohortatio majorem procul dubio authoritatem, dignitatemque Imperatori conciliat: ad extimulandos verò militum animos plus habet efficacitatis & roboris obequitantem, aut pedibus concurſantem Ducem audire; & modo veteranorum virtutem, & exactas expeditiones commemorantem, modò blandè appellantem ſingulos, tyronumque, ac juniorum animos excitantem propoſito veteranorum exemplo, illuſtrique nomine ab iiſdem, & gloria comparata. Mirum enim quantum ad eam formam excurrentis Ducis, ordineſque tranſilientis cohortatio valeat ad novum acerrimumque ardorem in omnium pectoribus ingenerandum; præcipuè verò ſi elatiore imminens equo ſublatis armis, aut pedibus curſitans Imperator, colore veſtitûs, aut quadam alia honeſtiore notâ palam internoſcatur. Quo illud etiam obtinetur, ut licet vox à ſingulis percipi, exaudirique non poſſit, ſatis efficax omnibus ſit hortamentum, Ducis præſentia, vultuque, atque oculis intermicans alacritas cum ſumma in ſuos benevolentiæ ſignificatione conjuncta. Equidem Hircius de Cæſare loquens in bello Africano, hujus milites nuſquam majorem victoriæ fiduciam collocaſſe ſcribit, quàm in ipſo Cæ-

Cæſaris vultu, admirabili vigore inflam nato. In illum inteodentes oculos proclivia ſibi omnia, ac deſponſam Imperatoriis ſignis felicitatem præcipiebant animo, ſibique firmiter pollicebantur. Ea de re tot tantaque in Cæſaris Commeotariis occurrunt exempla, ut vel ſola eorum lectiooe intelligere omnes poſſint, ad parandam victoriam, fortuoamque ſibi perpetuo quodam vinculo aſſociandam nihil præſentiùs validiùſque eſſe cohortatione Imperatoris. Ego eertè nullum ſolertius Cæſaris oonſilium fuiſſe exiſtimaverim, quam quod vix unquam neglexiſſe legitur, ut ante quemlibet conflictum alloquio ſuo manipulares confirmaret; quaſi validiſſimam virtutis militaris cotem reputans præviam ad milites allocutionem.

6. Vetuſtiſſimam autem fuiſſe inſtitutiooem inflammandorum militum Imperatoris ſermone docet Cicero Philipp. 4. *Faciam igitur, ut Imperatores inſtructa acie ſolent: quamquam paratiſſimos milites ad prœliandum videant, ut eos tomen adhortentur; ſie ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam eohortabor.* Notanda ſuot etiam illa apud Cæſarem lib. 3. de Bell. Civil. *Exereitum eum militari more ad pugnam cohortaretur, ſuaque in eum perpetui amoris officia prædicaret; in primis commemoravit, teſtibus ſe militibus uti poſſe, quanto ſtudio pacem petiſſet.* Quibus verbis addocet Julius benevolam eſſe oportere allocutiooem Ducis, ut eo magis ordinum aoimi alliciantur. Neque enim aſperiore imperio opus eſt, ubi ad labores & pericula adeunda incitandi ſunt milites.

7. Claſſium etiam Prefecti & navales Imperatores, conſcenſis navigiis levioribus, circumobire claſſem hortarique ſolebant ſingulos. Plutarchus io Vita Aotonii: *Antonius eircum circa vectus actuaria Duces adhortabatur.* Diodorus lib. 13. *Nieias Athenienſium Imperator videns claſſem in proeinctu jam ſtantem, & periculi magnitudinem conſiderans, novem conſcendit, & triremes Athenienſium circumvebitur, unumquemque trierarchorum nominatim compellans, manibuſque protenſis obſecrans, ut quiſque omnes alios præcellere ſtuderet, eamque ſpem, quæ ſola adbuc ſuperſit, ſummis viribus tueatur.*

8. Non immeritò proiode monet Onoſander, nec exercitum ſioe Imperatore, oec Imperatorem ſine eloquenti facundia eſſe mittendum: enim verò non ita paucis Ducibus longè interdùm durius atque laborioſius fuit ſuos loquendo hortandoque vincere, quàm ſuperare hoſtes pugnando. Sed accipe Onoſandri verba: *Imperatoris concione excitati militet ardua quæque & formidoloſa deſpiciunt, & laudem victoriamque ſtrenuè pugnando conſpirant. Non ita pereepti auribus elangores tubarum animos ad pugnam acuunt, ut hortatrix ad virtutem & gloriam oratio.* Quanti ioterſit ante pugnam oratione incitari militem declarat ſaera Machabæorum Hiſtoria lib. 2. cap. 15., ubi de Juda ductore eximio ita ſcribitur: *Singulos autem illorum armavit non elypei & baſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortotionibus.* Et paulò poſt de excitato militum ardore poſt Judę verba ſic loquitur: *Exhortati itoque Judæ ſermonibus bonis valde, de quibus extolli poſſet impetus, & animi juvenum confortari, ſtatuerunt dimicare & conſligere fortiter.* Id eſt ſcilicet, quod expreſſit idem Onoſander his verbis: *Vebementi concione erecti exeitatique in proeinctu milites ardua quæque & formidoloſa deſpiciunt, & propoſitam in laudem victoriamque acriter decertando conſpirant.*

9. Cum tot tantaque ſint adhortatioois Imperatorię commoda atque compendia, aceidit mihi profecto mirum ſupervacaneam illam atque irritam à Saluſtio fuiſſe judicatam. Sic enim ſcribit in Catil. *Compertum ego babeo, milites, verba virtutem non addere: neque ex ignavo ſtrenuum, neque fortem ex timido exereitum orotione Imperatoris fieri; ſed quanta cujuſque animo audacia naturâ aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet.* Eadem videtur ſeoſiſſe Cyrus apud Xenophontem lib. 3. Pæd. Cum enim huic Chryſantus author eſſet ut oratione militari animos militum incenderet, inane id atque fruſtraneum fore dixit Cyrus: neque enim Ducis ſermone obtineri poſſe, ut juvaretur ignavorum virtus; ooo ſecus atque oulla Muſicæ artis vel elaboratiſſima caotileoa concinoe decantata ad perdiſcendam muſicam momenti quidquam afferat ejus facultatis imperitis. Verè quidem iſthæc prolata à Catilioa, & Cyro; ſed optimè eadem diluit Petrus Victorius lib. 11. cap. 7. variar. lect., ubi aptè diſtinguit aliud eſſe virtutem addere imbecillis, aliud reſides, lateoteſque in militum animis ſtrenuitatis ſavillas accommodata tempori paræoeſi exſuſcitare. Licet enim fruſtra impendatur opera in ignavis inflammandis, intererit tameo Imperatoris voce evocare atque excutere ex animo verum ardorem in pectoribus ordinum Martiorum. Id verò diſcrimen apertè cognoviſſe Saluſtium in Jugurth. illa docent verba Marii apud Hiſtoricum: *Plura dicerem, Quirites, ſi timidis virtutem verba adderent; nam ſtrenuis abundè dictum puto.* Præterquamquod idem Catilina apud Saluſtium facto deſtruit quod verbis improbat. Quorſum enim ſermonem ad milites habet, ſi fructu vacuum reputat eloquium Imperatorium? An id ipſum figuratè, & per quendam militarem neglectum ab Hiſtorico prolatum Catilinæ verbis? An potiùs ejuſdem Scriptoris ars fuerit, per diſſimulatam contemptamque utilitatem militaris alloquii acriùs incendere manipulares ad præliandum? Vide *Concio*, & *Ceſpititium Tribunal*.

Almuoaveri, orum. Genus Militiæ Hiſpanicæ. Sic deſcribuntur à Sebaſtiano Covarruvia: *Almogaveres, dizen averſe llamado antiguamente eon lenguage Arabigo, los Soldadot viejos, que no pudiendo ſegnir los campot eſtan entretenidos en algun preſidio.* Non aliam profectò militiæ ſpeciem fuiſſe ſuſpicor, quàm cujus meminit Joannes Villani lib. 7. eap. 102., ubi indicat etiam pedeſtrem fuiſſe militiam: *S'era meſſo in aguato eon cinquecento de ſuoi maggior Cavalieri, e con dumila Mugaveri a piè*: Joannes Mariana de Reb. Hiſp. lib. 12. eap. 17. de hoc genere ita ſcribit: *Mauri aliquanto numero Almogaveres eapti ſunt* (*milites ii veterani erant atque præſidiarii*). Militiam voce quidem affinem, ſed re ipſa longè diverſam fuiſſe arbitror Amagabaros in Imperio Byzantino: de his Niceph. lib. 7. *Proficiſcitur cum ſuis, quorum mille Catelanos nominabat, alteros mille Amagabaros; ſie enim Latini pedites vocont.* De iiſdem meminit Pachymeres lib. 11. e. 13.

Alpini Milites. Vide *Cattus pro Inſigni*.

Alsare. Rebellare. Italis *Sollevare*. Charta Jacobi Regis Aragon. *Poſſe Saraecnorum creſcit in Re-*

Regno Valentiæ, & alſaverunt ſe jam tria caſtra in ipſo Regno, & expectant quotidie auxilium, de quo ſumus certi quod debeat eis venire.

Alter, eris. Vide *Halter*.

Alter Hercules. Dicitur de viro inſignitæ ſtrenuitatis, cujuſmodi fuit Hercules Thebanus, & alius Lybicus. Conſtat autem Herculis nomen ad omnes viros fortitudinis laude commemoratos fuiſſe translatum. Certe Varro Hercules tres & quadraginta connumerat, addens hoc nomine fuiſſe cohoneſtatos, quicumque præcipuo aliquo facinore bellico, vel ſingulari laborum tolerantia ſibi gloriam quæſiviſſent. Plutarchus autem ſcribit, Theſeum in primis alterius Herculis nomine fuiſſe appellatum. Laertius verò attributum hoc nomen Cleanthi etiam fuiſſe ſcribit, propterea quod vir omnium laborum patientiſſimus vulgò ſit habitus. Refertur adagium ab Ariſtotele Moral. lib. 7.

Amazones. Fœminæ bellatrices, quæ primum magnam Aſiæ partem luſtrantes plurimas provincias armis occuparunt. Collectis poſtea viribus in interiora Europæ Regna progreſſæ, pervagatæque latiùs, caſtra demum poſuerunt in agro Athenienſi. Adversùs illas cum validiſſimis copiis Hercules primùm occurrit, plurimiſque earum Ducibus non uno prælio cæſis, reliquas facili negotio diſiecit, nationemque omnem, & imperium Amazonium viſus eſt deleviſſe. Theſeus poſtea earum reliquias inſecutus Antiopam earum Reginam, ſeu potius Hyppolitam ſuperavit. Vetus earum & firma ſtatio regnumque inter Aſiæ Europæque fines, ad fluvium Tanaim & Mæotim paludem, ex quo Meotides & Tanaitides nuncupatæ. Seneca in Hyppol.

Qualis relictis frigidi Ponti plagis
Egit catervas, Atticum pulſans ſolum
Tanaitis, aut Mæotis.

Originem earum appellationis trahit Euſtachius à Maza, quæ Græcis vox panem ſignificat, quoniam non pane alerentur, ſed lacertis, teſtudinibus, & hujus generis animantibus. Arridet magis aliorum etymon, ut ſic fuerint vocitatæ à negante Græcorum particula, & maza, quæ porrò Græcis mammilla eſt; quoniam exurerent, exſecarentque dexteram mammam, quò faciliùs tela jacere, & arcus poſſent contendere. Curt. l. 6. *Aduritur dextra, ut arcus faciliùs intendant, & tela vibrent*. Earum arma præcipua ſecuris & pelta, item picta pharetra & arcus. Virgil. Æn. l. 1.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilæa furens.

Seneca ibidem:

& nodo comas
Coegit emiſitque, lunata latus
Protecta pelta.

Stat. Sil. 5.

Amazonia latus intercludere pelta:

De Amazonum ſecuri Clandian. 2. de Rapt. Proſerp.

ſeu ſorte rigentem
Thermodoontiaca Tanain fregere ſecuri.

Horat. lib. 4.

quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli,

De pictis pharetris Senec. in Agamemn.

Non picta pharetras, & ſecurigera manu
Peltata Amazon.

Virgil. 11.

Quales Treiciæ, cum flumina Termodoontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis;

Infeſtæ viris fœminæ certo quotannis tempore ad ſobolem propagandam eos admittebant; ſed mares procreatos tollebant è medio; fœminas tantummodo educabant. Reginæ Amazonum plures, eæque bellicoſiſſimæ referuntur. Penthesilæa Martis filia Trojanis ſuppetias tulit, multiſque editis eximiæ virtutis facinoribus ab Achille demum interfecta eſt. Thaleſtrin in Hyrcania obviam proceſſiſſe Alexandro, legimus apud Curtium. Verum id durum novumque nonnullis viſum, qui Amazones circa Tauricam Cherſoneſum imperaſſe memorant. Ex Amazonum porrò gente traditum eſt fuiſſe Camillam Volſcorum Reginam, quæ arma cum Turno ſociavit in Italia adversùs Æneam & ſocios. Penthesilæam poſtremam fuiſſe Amazonum & in ea ejus gentis reliquias defeciſſe Author eſt Interpres Lycophronis. De initio progreſſuque & inſtitutis Regni Amazonii; ad hæc de pervaſtata ab iiſdem Græcia, donec à Theſeo pugnaciſſima gens profligaretur latè accurateque ſcribit Joannes Boccaccius Theſeid. lib. 1.

In quel tempo che Egeo Re d'Atene era,
Fur donne in Scitia crude e diſpietate,
A le quali pareva coſa fiera
L'eſſer da Maſchi lor ſignoreggiate,
Perche adunate con ſententia altera
Deliberar non eſſer ſoggiogate,
E di voler per lor la Signoria,
E via trovaro a fornir lor follia.
E com fer le Nepoti del gran Belo
Nel tempo cheto a lor novelli Spoſi,
Così di lor ciaſcuna col ſuo telo
Da Maſchi ſuoi gli ſpirti ſanguinoſi
Cacciò, laſciando lor di mortal gelo
Tutti freddi, & in modi diſpettoſi,
Et in tal guiſa libere ſi fero,
Benche poi mantener non ſi potero.
Recato eſſe co' ferri al triſto effetto
Lor mal voler, voller maeſtra e duce,
Che correggeſſe ciaſcun lor difetto,
Et al ben viver deſſe forma e luce,
Nè a tal voglia dier lungo riſpetto,
Ma di quelle, che 'l luoco lì produce
Eleſſer per Reina in la lor terra
Hippolita gentil Maſtra di guerra.
La qual quantunque femina eſſa foſſe,
Et di bellezza piena oltre a miſura,
Preſe la Signoria, onde rimoſſa
Da ſe ciaſcuna feminil paura,
Et ordinò con modo le ſue poſſe,
Che 'l Regno ſuo, e ſe fece ſicura,
Nè di vicine genti havea dottanza;
Sì ſi fidava ne la ſua poſſanza.
Regnando con tale animo coſtei
A le ſue Donne fè commandamento;
Che Greci, Traci, Egitti, e Sabei
Non homini altri in tutto il tenimento
Entrar laſciaſſen, s'eſſe havean di lei
La gratia chara, anzi ciaſcuno ſpento
Di vita foſſe chi vi s'appreſſaſſe,
Se ſubito il terren non iſgombraſſe.
Se per ventura lì foſſen venute
Femine di qual parte ſi voleſſe,

Da

Da lor benignamente recente
Foſſeno commandò, e ſe a lor piaceſſe
D'eſſer con loro inſieme ritenute
Deveſſeno eſſer sì, che ſi riempieſſe
Il luoco di color, ch'ivi moriano
Di quelle, che da altronde vi veniano.
Molt'anni ſotto ſimil legge il Regno
Stette, e li porti furon ben guardati,
Siche non vi venia nave, nè legno
O da venti, o dagli huomini menati,
Che foſſen lì, che non laſciaſſen pegno
Oltre al loro piacere, e mal menati,
Lor da quel luoco forza era fuggire
Se non voleana miſeri morire.
A queſto ſcotto i Greci aſſai ſovente
Incappavan per lor diſaventura,
Perche a Theſeo lor Signor poſſente
Duca d'Atene ſpeſſo con rancura
Eran porti richiami di tal gente,
Et de le crudeltati a diſmiſura,
Ond'egli in ſe di ciò molto cruceiato
Propoſe di purgar cotal peccato.

Per occaſionem hujus teſtimonii Theſeidos Boccacianæ non prætermittam monere te, Lector, ſicubi in poſterum ex eodem Tuſco poemate adducenda loca mihi ſupererint, id me libenter facturũ, productis etiam in longiorem ſermonem ejuſdem verſibus & deſcriptionibus. Id à me peractum exiſtimes non ſolum propterea quod poema octonis conflatum verſibus omnium eſt vetuſtiſſimum, quæ ad hanc diem prodierint, idemque excellenti fabula optimèque diſpoſita, aliiſque poeticis ornamentis apprimè inſtructum & nobilitatum; verùm etiam quoniam admodum difficile inventu eſt, utpotè quod ſemel aut bis facile antiquitùs fuerit impreſſum. Dolendum ſanè laborantibus Typographorum prælis recudi quotidie Bovum, Ancrojam, Amores Paridis & Viennæ, aliaque inſulſa poemata, & cantilenas, lectitatas ſcilicet ubique per tabernas à ſellulariis, aut ab oculorum luce caſſis, voce incondita, & ruſtico cytharæ modulatu decantatas vicatim; informi autem carioſoque ſitu ſqualere, & alto pulvere computreſcere Boccaccii Theſeida, Ciriſſum Lucæ Pulcii, Aloyſii Pulcii Morgantem, Amadiſium & Floridantem Bernardi Taſſi, Gyronem & Avarchida Aloyſii Alamanni, Georgii Triſſini Italiam liberatam, aliaque illuſtrium Poetarum veterum monumenta, ſemel dumtaxat, aut iterum formis typographicis reſtituta. Acerbiſſimum hoc quidem, verum æquè neceſſarium eſt maximorum Operum ſatum, quæ nimirum longè ſepoſita à vulgi & Sciolorum imperitia, nonniſi paucos, utpote ſummo judicio ingenioque præditos lectores nanciſcuntur. Verum his omiſſis addo, hiſtoriam univerſam, Regnumque Amazonum non ita paucis Scriptoribus habitum fuiſſe fabuloſum & commentitium. Vide Diodor. lib. 3., Herodotum lib. 4., Strabon. lib. 2., Juſtin. lib. 2., Plin. lib. 6. Nomina verò aliarum Amazonum recognoſce apud Natalem Comitem Mytholog. lib. 7. cap. 1. Vide Joann. Mag. Hiſt. Goth. lib. 1., & Petiti opuſculum ſingulare de Amazonibus. Adi inſuper rerum Americanarum Scriptores, ubi ſermonem habent de Amazonibus novi Orbis, ferociſſimis nempè Fœminis, quæ viris immixtæ ſingulari virtute, & armis patriis, obſtiterunt Hiſpanis. Regnum ampliſſimum obtinuerunt, Amazonium appellatum, nomenque indiderunt fluvio omnium, quotquot terras irrigant, facilè maximo, *Rio dell'Amazoni*, qui à montibus Peruviæ latiſſimè protenditur. Vide de iis fœminis Morerium, & Petrum Texeira.

Ambactus, i. Servus mercenarius & conductitius. Cæſar de Bell. Gallic. lib. 6. *Eorum ut quiſque eſt genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe Ambactos habet.* Feſtus tradit ſervos ab Ennio dictos fuiſſe Ambactos linguâ Gallicâ. Atqui vox eſt probè Latina, & fit ab antiquo *Ambagere*, quod eſt circumagere: quemadmodum ambire eſt circumire. Idem Feſt. *Am, præpoſitio loquelaris, ſignificat circum: unde ſervus ambactus, ideſt circumactus dicitur.* Eos ut in pace viri nobiles & præſtantes, ſic in acie, & bello illuſtres bellatores Duceſque circa ſe habebant, promptos ſemper paratoſque ad juſſa capeſſenda & deferenda, ut liquet ex memorato Cæſaris loco. Iidem dicebantur Ambaxi; quemadmodum enim à *figo* ficbat *fictus*, & *fixus*; à *vebo*, *vexus*, & *vectus*; ſic ab *ago*, *axus*, & *actus*. Ex quo ipſa opera mercede conducta, vel ſervitium præſtitum dicebatur primùm Ambaxia, & mox Ambaſcia: ad eum modum, quo *aſcellam* dicunt pro *axillam*. Et hinc ſubinde verbum *ambaxare*, vel *ambaſciare*; quod eſt ſervi, vel internuncii munus obire, ultrò citròque diſcurrendo deferendis nunciis. Ex quibus vocibus procul dubio habemus originem vocis Italicæ *Ambaſciadore*. Et quemadmodum Itali ab Ambaſcia ducimus *Ambaſciata*, & hinc *Ambaſciadore*; Sic Hiſpani à voce Ambaxia dicunt, & fortaſſe melius, *Ambaxadore*. Occurrit ea vox [illegible] ità rarò apud mediæ & infimæ ætatis Scriptores in Synod. Polit. apud Lindenbrogium: *Paulus Dei miſericordia Diaconus, & Ambaſciator Monaſterii*. Et infrà: *Thomas Dei miſericordia Præsbyter Montis Sinai, & Ambaſciator*. Hodie hoc nomen longè nobiliùs atque magnificentiùs ſonat; eo nempe inſigniuntur primi ordinis notæque legati & oratores, tum ordinarii, qui fixam per aliquot ſaltem annos ſtationem habent in Principum aulis; ſuiſque Principibus operam impendunt non modo commercium & concordiam conſervantes, verum etiam eorum conſilia, & arcana, apud quos degunt, explorando: tum extraordinarii, qui ad ſingularia negotia tractanda ad brevius tempus, ſed cum iiſdem ferè honorum inſignibus, delegantur. Ex hactenus explicatis non una erui poteſt origo harum dictionum *Ambaſciadore*, *Ambaſceria*, *Ambaſciata*. Non incommodè traxeris à voce *Ambaſcia* pro animi anxietate; Dantes:

Non ti maravigliar, ch'io n'abbia ambaſcia:

Quoniam Dominorum vel Principum negotia ſuſcipientes & obeuntes admodum ſolent eſſe ſolliciti, multiſque curarum ambagibus implicari. Rursùs quoniam Oratores & Legati verè ſunt ambacti, ideſt, circumacti, vel ducti, quia numquam ſolent diſcedere ab eorum latere & affatu, apud quos legatione funguntur; quos porrò ſubſequuntur peregrè diſcedentes, ac ferè cum iiſdem circumferuntur. Item à natura ipſius anxietatis, & ſollicitudinis, quæ ipſa etiam circumagitur, nec ſemel obſeſſos uſpiam deſerit, juxtà illud Horatii Od. 2. 13.

Scandit æratas vitioſa naves
Cura, nec turmas equitum relinquit,
Ocyor cervis, & agente nimbos

Ocyor Euro.

Et iterùm lib. 3. 1.

ſed timor & minæ
Scandunt eodem, quo Dominus, neque
Decedit ærata triremi, &
Poſt equitem ſedet atra cura.

Verum his prætermiſſis originationibus, quas tetigere Salmaſius ad Vopiſc. in Carin., & Menagius in Origin. Ling. Ital., optimum etymon atque adeò certiſſimum derivandum aliter nuto à voce *Ambaſcia*. Quemamdmodum etenim hoc vocabulum *Cura* duplicem ſignificationem apud Latinos habet, alteram pro animi moleſtia, vel ſolicitudine, alteram pro injuncto munere, vel negotio ſuſcepto, ex qua ejus vocis acceptione dicuntur Curatores & Procuratores: ſimilem in modum duo indicantur hac voce *Ambaſcia*, ſollicitudo ſcilicet, & munus injunctum; ac proinde juxtà ſecundam vocis acceptionem ab *Ambaſcia* pro ſuſcepto negotio habemus vocem *Ambaſciadore*, ſicut à *cura* vocem *Procuratores*. Supereſt dumtaxat, ut adductis teſtimoniis comprobemus vocem *Ambaſcia* notare etiam munus, vel negotium demandatum. Id verò apertum facit locus Legis Salicæ tit. 1. §. 3. *Si in Dominica Ambaſcia fuerit occupatus*. Quæ cum ita ſe habeant, non erit amplius inquirendum in voce *Ambaſciadore*.

Ambulacrum Valli. Via trans foſſæ marginem, qua parte hoſtes proſpicit, ad ſtaturam hominis aggere & loriculis tecta. Per eam Circitores tutò liberèque tranſcurrunt, ad molimina hoſtium exploranda, & advocandos ..., quò illa diſturbent. Gallis, *Chemin de Ronde*.

Ambulare. Dicitur de equis, quorum eſt alio nomine inceſſus tolutarius, vel gradarius: quique Aſturcones vocantur. Italis *Traino*, *Portante*. Gallis *Cheval d'amble*. Hiſpanis *Cavallo amblador*. Inſigniuntur autem his nominibus, qui alterno explicatu, & elatione crurum ſeſſorem molliter vehunt, curſuque utuntur, qui medius eſt inter inceſſum citatiſſimum, greſſumque communem, & ſimplicem. Ejus inceſſus ratio & forma Italis dicitur etiam *Ambio*, *Ambiare*, *Ambiadura*: ſic autem incedens equus, dicitur *Ambiante*. In hunc modum deſcribitur à Vegetio, ſive quicumque ſit alius author libri de Mulomedicina, vel arte Veterin. *Statura, & poſitione à cæteris equorum generibus non plurimum differunt: ſed ſolius ambulaturæ quadam gratia diſcernuntur à cæteris. Gradus eſt minutus, & creber, & qui ſedentem delectet, & erigat; nec arte docetur, ſed naturæ veluti jure præſtetur*. Habetur mentio hujus vocis in Vita S. Villelmi Abbatis Roſchildenſis, ubi legitur: *Quodam die cum ad negotia domus exiret, equitavit quendam roncinum. Frater autem, qui eum eo ibat, conſiderans pulchritudinem equi, & diſpoſitionem membrorum ejus, ait, Proh dolor! quod talis equus non ambulat. Cui Abbas, credisne quod poterit ambulare? at ille, minimè credo, quia ſenex eſt, & naturalem minimè immutabit curſum. Et hæc dicens cœpit eum urgere calcaribus. Ille verò ſoliti curſus oblitus, greſſus faciebat planos, benè ambulando, quandiù vir Dei dorſo ejus inſedit*. De eodem equorum genere Heccheardus cap. 1. *Sternatur ambulatrix mea*. Et cap. 10. *Ambulatorem valde docibilem, & alacrem*. Author etiam Vitæ S. Udalrici: *Qui virtutem caballicandi habebant, in cautiſſimis ambulatoribus pergebant*. Veget. iterum lib. 4. cap. 6. horum ambulaturam, quoniam non circulis & pondere prægravat, ad colatorios & guttonarios docet accedere. Eorum porrò, ut dixi, ambulaturam, Amblam quoque apud Latinos appellari ſcribit. Ex quo Caſaubonus Spartiani locum caſtigat, ubi de Hadriano ſic loquitur: *Floro poetæ ſcribenti ad ſe*.

Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas,

Reſcripſit,

Ego nolo Florus eſſe
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Caſtigat, inquam, illud *ambulare per Britannos*, & ſubſtituit *amblare*, quoniam ratio verſus *ambulare* non capit. Additque vocem *Amble* reſediſſe in Lingua Gallica pro inceſſu tolutario. Caſauboni locum afferens Menagius io Origin. Ling. Ital., ita ſcribit: *Il Caſaubono ſopra quel verſo dell'. Imperatore Adriano,*

Amblare per Britannos,

Che così è da leggere in quel verſo, il quale altrimente leggendoſi Ambulare, *ſarebbe troppo lungo d'una ſillaba &c.* Verùm in correctione verſus Hadriani uterque latè fallitur. Quemadmodum enim rem apertè demonſtrat Salmaſius, ejuſdem metri verſiculis ex Anacreonte prolatis; & animadvertere ſtatim poſſunt quicumque Anacreontem evolvunt, optimè conſtat ratio illius verſus,

Ambulare per Britannos.

Trochaicus enim eſt dimetrus acatalectus, quales ſæpe ab Anacreonte dimetris jambicis catalecticis miſcentur. Præterea verſus Hadriani, cum ſint ludicri, non ſunt ſeverè exigendi ad libellam metricam. Conſtat id ex aliis ejuſdem verſibus, quos refero in voce *Boriſthenes*.

Ambulator equus. Tolutaris. *Cavallo di Traino, o Portante, Ambiante*. Vide *Ambulare*.

Ambulatrix Equa. *Cavalla di Traino, ò Portante, ò Ambiante*. Vide *Ambulare*.

Ambla, æ. Et

Ambulatura, æ. Inceſſus equi tolutarius, vel gradarius, qualis eſt Aſturconum, *di Portante, Ambio, Ambiadura*. Vide *Ambulare*.

Ambulatorium, ii. Equus ambulator. Vita S. Heriberti: *Clam mandat, Ambulatorio Epiſcopi eum imponat*.

Ambulatio, onis. Inter militares exercitationes meritò recenſetur. Proficit oimirum ad integra ſervanda corpora, & ad quandam membrorum agilitatem, in quo bellicæ diſciplinæ pars non ultima conſtituitur. Idcircò non à Medicis ſolùm motus corporis commendatur impenſè, verùm etiam conſtituta ad id Romæ erant ambulacra & porticus, quæ etiam Ambulationes dicuntur. Vide Mercurial. de Arte Gym. lib 5. cap. 11., & 12. Ambulationem verò, ut maximè proficuam militibus, præſcribit Vegetius lib. 1. cap. 27., ubi laudat præclariſſimorum Cæſarum curam, qui exercitationem illam præſcripſere: *Vetus*, inquit, *conſuetudo permanſit, & D. Auguſti atque Adriani conſtitutionibus præcavetur, ut ter in menſe tam equites, quàm pedites educantur ambulatum. Hoc enim verbo hoc exercitii genus nominant. Decem millia paſſuum armati inſtructique omnibus telis pedites militari gradu ire ac redire*

Digitized by Google

dire in caſtra jubebantur, ita ut aliquam itineris partem curſu alacriore conficerent. Idem lib. 1. cap. 11. *Nihil magis in acie cuſtodiendum eſt, quàm ut omnes milites incedendi ordinem ſervent; quod aliter non poteſt, niſi ut aſſiduo exercitio ambulare celeriter, & æqualiter diſcant*. Sic enim aſſuefactis militibus, cum longi itineris neceſſitas urget, non illud poſtea gravatè ſuſcipient, aut laborem improbum detrectabunt; quemadmodum legitur de Adriano, quem vicena millia pedibus armatum ambulaſſe refert Spartianus.

2. Ea fuit apud Veteres ambulationis æſtimatio, ut nihil impenſiùs curaverint, quàm ut accommodata omni tempore deambulationibus loca ædificarentur. Phædrus apud Platonem ex ſententia Acumeni Medici ambulationes extra Civitates factas præfert effectis in Civitate. Id verò non eam ob cauſam duntaxat contingit, quia in illis novus & purior inſinuatur aer; ſed potiſſimùm, ut Ariſtoteles & Celſus docent; quia ſalubriores ſunt ambulationes per vias inæquales, quales longè frequentiùs occurrunt extra Civitatem, quàm quæ viis fiunt æqualibus. Etenim, qui rectâ, planâ, & æquali via ſemper graditur, iiſdem ſemper membris laborat: per inæqualia verò loca ambulantes toti corpori eum laborem diſtribuunt. Aeris tamen ratio præcipuè habenda eſt in ambulationibus, Celſique in primis documentum obſervandum, admonentis ſubdiales ambulationes apertaſque, & libero exercitas aere, præſtare iis, quæ in porticibus aut concluſo in loco fiunt: intemperatior quippe in his craſſiorque aer, purior in illis, recentior, & evibratior admittitur. Ædificabant quidem Romani Cryptoporticus ad uſum concluſę, & ſubterraneæ ambulationis, verùm earum uſus erat, cum imbres, venti, aeriſque iniquitas, & inclementia copiam liberioris Cœli non faceret. Cavendum tamen in his à locis vento perflatis, paluſtribus, nebuloſis, ob vaporum craſſitiem, & halituum tabem corporibus pernicioſam. Damnantur etiam, quæ matutino rore aſpersâ fiunt terrâ, ſerotinæ nimium, meridianę; item per arenas recenti Sole torridas, viaſque perpetuis fœdas imbribus, quibus aut attenuari nimium, aut noxiis exhalationibus corpora infici neceſſe eſt. Illud demum ab Hippocrate & Galeno docemur, omnium eſſe ſaluberrimas mane ante cibum factas ambulationes. Diſſolvunt enim contractam ſomno ſegnitiem, calorem augent, alvum emolliunt, cibi appetitum excitant. Pleraque ex his commodis pomeridianæ etiam ambulationes habent: ſed matutinas longè præſtare, omnes pari conſenſu aſſeverant Medici. Iidem ambulationes poſt cibum aut nullas, aut leviculas fieri hortantur.

Amentum, i. Vinculum, ligamen, quo aliquid adſtringitur & retinetur. Non dicitur Amentum quaſi admentum, quoniam jaculi lorum annectur, atque trahatur ad mentum. Conſtat ſiquidem non de jaculis ſolùm, verùm etiam de corrigiis ſolearum dici Amentum. Plin. 34. 6. *Corneliæ Gracchorum matri ſedens poſita ſtatua eſt, ſoleiſque ſine amento inſignis*. Habemus omninò hanc vocem à Græcorum ἅμμα, quod eſt ligamen. Duplex fuit apud antiquos jaculi genus: aliud, quod ſola emittebatur manu; aliud, quod loro revinctum, & poſtea manu retentum, eodem loro adjuvabatur, ut procul adeòque certiùs progrederetur. Hoc lorum Amentum dixere. Senec. Hippol.

Amentum digitis tende prioribus
Et totis jaculum dirige viribus.

Virgil. lib. 9.

Intendunt acres arcus, amentaque torquent.

Quod figuratè à Poeta dictum: neque enim amenta ipſa torquentur, ſed tela torquentur amentis, ut benè notat Servius. Promptiſſimi quique in prœlio ſtrictis ante pugnam, & ad priores digitos applicitis amentis incedebant, ut liquet ex præſcriptis Senecæ verſibus. Ignavi contra laxiùs eadem, ac ſolutiùs geſtabant. Statius lib. 12.

ſtat debilis altera pubes;
Submiſſos enſes nequidquam, amentaque dextris
Laxa tenent.

Idem vinculi genus, nodus, anſa, habena à Poetis præſertim appellatur. Plinius lib. 7. Amenti repertorem fuiſſe ſcribit Ætolum, Martis filium. Habemus hinc haſtas amentatas, quarum bis metaphoricè meminit Cicero: primùm de claris Orator. *Ut haſtæ velitibus amentatæ traduntur, ſic argumenta &c.* ex quibus verbis illud etiam docemur ad armaturam Levium pertinuiſſe amentatas haſtas. Iterum de Orat. *A quo cum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoriis lacertis viribuſque contorquebit*. Amentatam dicebant haſtam, quæ media religabatur loro, manuique militis, & prioribus digitis inſerta leviter, ubi mox opus fuerit, excutiebatur cum impetu. Atque hinc Iſidorus ſcribit nominatam eſſe lanceam, quoniam æquabili amento quaſi lance ponderata vibraretur. De haſta amentata procul dubio loquitur Statius 3. Theb.

Fræna tenent, duplexque inſerto miſſile nodo.

Quo verſu etiam indicat equitum peculiares eas fuiſſe haſtas. Exiſtimat Cerda ex hoc Statii loco, atque adeo ex verſu Silii lib. 1.

Huic impulſa levi torquetur lancea nodo,

diſſolvi conſueviſſe nodum in emiſſu haſtæ amentatæ, ut proinde ſemel jacta illa non poſſet ad jaculatorem retrahi. Verum utriuſque Poetæ teſtimonia æquè faciunt pro haſta illigata amento ſolubili, & nexa arctiùs loro, quod cum ipſa haſta retrahi poſſet ad percuſſorem, ut de ſimili jaculorum genere alibi dicam.

Amentatæ hastæ. Vide *Amentum*.

Amento, as. Jaculum amento armare. Lucan. 6.

jaculum amentavit habena.

Amicitia. Amor eſt mutuus, & ſumma conſenſio inter duos, vel perſanè paucos. Sacrum quippe Amicitia eſt nomen rarumque: atque utinam non eviluiſſet, privati compendii cupiditate, ambitione, & avaritia ubique graſſantibus. Verùm hæc magno conatu in ſcholis declament alii. De ipſa porrò Amicitiæ dignitate, quantumque illa humanis animis præſidii afferat & ornamenti, ex inſtituto ſcripſere plurima Philoſophi Ethici, inter quos potiſſimùm conſule Platonem, Tullium, Plutarchum, Senecam. Cæterum ex amicitiæ ſocietate nexuque, & æquabili concordia conglutinatis militum animis longè maximum iiſdem robur accreſcere, indicare me alibi memini ex Platone, qui ex Socratis ſententia, invictiſſimam fore tradit cohortem, vel turbam bellatorum (ut de ſacra Thebanorum cohorte alibi dicemus) quos amor mutuus, familiaris vitæ uſus atque ſocietas, ac mira animorum conjunctio atque neceſſi-

neceſſitudo conſociet. Ut enim cætera officia honeſta, in vita civili, ab aſſiduo familiarium uſu & amicitiæ honeſtate progignuntur, ſic in caſtris & acie mirus ardor ab eadem excitatur tegendi ſe mutuò propugnandique; atque ita quemlibet ex contubernalibus defendendi, quemadmodum pro ſuæ quiſque vitæ incolumitate certaret. Advertit id ſolerter Onoſander: *Cum qui in diſcrimine verſatur proximus illi eſt, à quo diligitur, tunc neceſſario evenit, amicum pro amici ſalute audaciùs depugnare. Pudet quippe gratiam benemerenti non referre, & ſocius ſocium deſerendo, ſi prior in fuga eſſe videatur, erubeſcit.* Quare ut ſub iiſdem tentoriis degerent, atque eadem ſigna conjunctim ſequerentur, qui benevolentiæ, vel conſanguinitatis titulo colligati eſſent, optimè monuerunt Mauricius & Leo Imperatores ex antiquis militiæ inſtitutoribus.

2. Nec verò aliam ob cauſam percrebuiſſe reputaverim ut milites ipſi dicerentur commilitones, contubernales, commanipulones, atque adeo concorporales, quàm quoniam intimæ familiaritatis conjunctio ad confirmandos bellatorum animos, & incredibilem alacritatem ingenerandam, non leve pondus afferret. Id porrò effecit, ut Poetæ, naturæ rerumque civilium uſum perpetuò conſectantes, inducerent ſemper efferrentque Heroes aliquos, cultores cuſtodeſque caſtrenſis amicitiæ tenaciſſimos. Notiſſima ſunt, quæ de Theſeo & Pyrithoo, de Oreſte & Pylade, de Achille & Patroclo, de Ulyſſe & Diomede, de Niſo & Euryalo, apud Homerum & Virgilium leguntur. Quibus adde quæ de Mario & Caſpro ſcripſit ejuſdem Virgilii æmulator Silius lib. 9.

Sternitur unanimo Marius ſuccurrere Caſpro
Conatus, metuenſque viro ſupereſſe cadenti.
Lucis idem auſpicium, ac patrium & commune duobus
Paupertas; ſacro juvenes Præneſte creati
Miſcuerunt ſtudia, & juncta tellure ferebant:
Velle ac nolle ambobus idem, ſociataque toto
Mens ævo, ac parvis dives concordia rebus.
Occubuere ſimul, votiſque ex omnibus unum
Id fortuna dedit, junctam inter prœlia mortem.

Horum veſtigia ſecutus Taſſus Cant. I., ita cecinit de Gildippe & Odoardo:

Ove voi me, di numerar già laſſo,
Gildippe & Odoardo amanti e ſpoſi
Rapite? ò ne la guerra anco conſorti;
Non ſarete diſgiunti ancor che morti.
Ne le ſcole d'amor, che non s'apprende?
Ivi ſi fè coſtei guerriera ardita.
Và ſempre affiſa al caro fianco, e pende
Da un fato ſolo l'una, e l'altra vita.
Colpo, ch'ad un ſol noccia unqua non ſcende,
Ma indiviſo è il dolor d'ogni ferita.
E ſpeſſo è l'un ferito, e l'altra langue,
E verſa l'alma quel, ſe queſta il ſangue.

Verùm Heroicæ atque caſtrenſis amicitiæ imaginem vivis expreſſam coloribus, atque elaboratam ſupra omnes veterum poetarum memorias prodidit Areoſtus in Fabula Rogerii & Leonis Cant. 43. & 44. In omnium vero exertarum virium conflictibus quanti momenti ſit amor mutuus demonſtratum eſt in atrociſſimo prœlio, quod Hiſpanis victoribus Granatenſe Regnum adjunxit. Libet id referre verbis Andreæ Navagerii Viagg. di Spagna: *Oltra la concorrentia, che eccitava ognuno a far più di quel che poteva; la Regina con la corte ſua dava grande animo a ogn'uno. Non vi era Signore, che non fuſſe innamorato in qualch'una delle Dame della Regina, le quali eſſendo preſenti, e certi teſtimonj di quanto ſi faceva da ciaſcheduno, e dando ſpeſſo le arme di ſue mani a quelli, che andavano a combattere, e ſpeſſo alcun ſuo favore, e forſe alle volte dicendoli parole, che gli faceſſero core, e pregandoli, che nei portamenti loro faceſſero conoſcere quanto le amavano, qual'è quell'Uomo sì vile, sì di poco animo, sì di poca forza, che non aveſſe vinto ogni potente e animoſo adverſario: e che non aveſſe oſato perder mille volte la vita, più preſto, che ritornare alla ſua Signore con vergogna; per il che ſi può dir, che queſta guerra fuſſe principalmente vinta per Amore.*

3. Præterea aſſiduum benevolentiæ ſtudium fovet mutuam alacritatem ardoremque adeundi res terribiles & ultima diſcrimina; metumque mortis excutit, quæ militum cervicibus, veluti ſaxum Tantalo, ſemper impendet. Hinc illa Niſi ad Euryalum apud Virgil. lib. 9.

Mene igitur ſocium ſummis adjungere rebus
Niſe, fugis? ſolum te in tanta pericula mittam?

Neque enim opportunior locus ullus, ac veluti campus aperitur oſtendendi vetuſtiſſimam amoris mutui legem, conſtantiam nimirum in rebus adverſis, juxta illud ejuſdem Virgilii 2. Æneid.

unum & commune periclum,
Una ſalus ambobus erit.

Eandem ſtrenuitatem ſpirant illa Euryali ad Aſcanium lib. 9.

me nulla dies tam fortibus auſis
Diſſimilem arguerit; tantum fortuna ſecunda
Aut adverſa cadat.

4. Quidquod ex commemorato amore & ſtudio amicorum pulcherrima illa enaſcitur in adeunda pro utrolibet morte contentio & magnanimus vitæ contemptus. Ut enim ſcribit Iſocrates ad Demonicum, calamitates & pericula amicos produnt; quorum fidem fortuna iniquior, non ſecùs ac aurum ignis explorat probatque. Extremus autem ingenuæ veræque benevolentiæ conatus eſt mortis diſcrimen adire pro ſocio, extremiſque periculis caput obiicere, ut amiciſſima capita à præſenti quopiam metu & fortunæ acerbitate vindicentur. Ut hanc Heroum ſuorum aut equitum laudem decantent Græci, Latini, Etruſcique Vates, nihil intentatum relinquunt. Sicubi bellorum ſocii, aut honeſtiſſimæ virgines atque pulcherrimæ in extremo verſantur diſcrimine, ad eaſdem eripiendas è mortis faucibus advolare confeſtim legas adventu inſperato ex remotiſſimis regionibus belligeros amatores. Quid verò, per Cupidinis & Martis genium! illi non audent? quos hoſtium cuneos confertiſſimos non deſpiciunt, quæ truculentiſſimorum piſcium aut monſtrorum ora pertimeſcunt, ut ex imminenti periculo amiciſſimos quoſque, pluſquàm humanis viribus dimicando divellant? Ab immenſa exemplorum ſegete manus coerceo, ne in re paſſim expoſita dilutæ eruditionis gloriolam aucupari videar. Satis fuerit indicare illa Niſi apud Virgil. ibidem.

tum verò exterritus, amens
Conclamat Niſus; nec ſe cælare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem,

Me

Me, me: adſum qui feci: in me convertite ferrum
O Rutuli: mea fraus omnis: nihil iſte, nec auſus,
Nec potuit; Cælum hoc, & ſydera conſcia teſtor:
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.

Quem locum feliciſſimè in hunc modum æmulatus eſt Taſſus Cant. 2. de Olindo:

Come la bella prigioniera in atto
Non pur di rea, ma di dannata ei ſcorſe,
Come i miniſtri al duro offirio intenti
Vide, precipitoſo urtò le genti.
Al Rè gridò: non è, non è già rea
Coſtei di furto, e per follia ſen vanta;
Non pensò, non ardì, nè far potea
Donna ſola ineſperta opra cotanta.
Come ingannò i cuſtodi? e de la Dea
Con qual arte involò l'imagin ſanta
Se 'l fere, il narri. Io l'ho, Signor, furata.

Idem de ſua fide prædicavit Tibullus Meſſallæ:

Pro te vel rapidas auſim maris ire per undas,
Adverſis hyberna licet tumeant freta ventis.
Pro te vel ſolus denſis obſiſtere turmis,
Vel parvum Ætneæ corpus committere flammæ.
Sum quodcumque, tuum eſt.

Aptiſſimus porrò in hoc argumentum Manilii locus lib. 2.

Idcirco nihil ex ſemet natura creavit
Pectore amicitiæ majus, nec rarius umquam.
Unus erat Pylades, unus qui mallet Oreſtes
Ipſe mori, lis una fuit per ſæcula mortis:
Alter quod raperet, fatum non cederet alter.

Vide *Cohors ſacra Thebanorum*, *Cohors amicorum*, *& Soldurii*.

Amiculus, i. Pro diminutivo ab amico, notum eſt vocabulum: pro veſte, in genere virili legitur apud Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. *Detracto etiam Jovi Olympio magni ponderis aureo Amiculo, quo eum tyrannus Hiero è manubiis Carthaginienſium ornaverat, injectoque ei laneo pallio dixit; æſtate gravem amiculum eſſe, hyeme frigidum: laneum autem ad utrumque tempus anni aptius.* Non me præterit caſtigatum à Grammaticis, imò veriùs corruptum fuiſſe Valerii locum, ubi pro *gravem amiculum*, plerique jam habent *grave amiculum*: ſed genuinam eſſe priorem lectionem antiquiſſimus oſtendit Codex M. S., quem cum ſelectiſſima librorum copia, Collegio Romano à Mureto viro doctiſſimo dono tradita, aſſervamus. Ad eandem etiam formam legitur is Valerii locus in multiplici Codice pervetuſto in Bibliotheca Vaticani. Eorum fidem ſecutus eſt Maſſejus, ſcriptor cæteroqui accuratiſſimus Hiſt. Indic. lib. 12. *Tunicæ amiculum ſuperinduunt breviorem.*

2. Fateor tamen neutro genere amiculum uſurpari frequentiùs. Eſt itaque amiculum vel amiculus veſtis genus, vel potiùs opertorium & tegumentum. Dicitur ab *am*, & *icio*, vel *iacio*, quaſi ſit circumjectum & corpus ambiens, ut aptè tradit Feſtus. Fuiſſe autem veſtem militarem eruditi non dubitant. Clariſſimum id facit adductus Valerii Maximi locus, ubi de amiculo loquitur obtento è manubiis Carthaginienſium. Curtius verò ſuperiorem veſtem militarem non aliter ferè, quàm amiculi nomine appellat. Sic enim lib. 3. *Unus è captivis ſpadonibus amiculum, quod Darius ne cultu proderetur, abjecerat, in manibus ejus, qui repertum ferebat, agnovit.* Idem lib. 6. Philotam obſoleto amiculo velatum inducit.

3. Sed & fœminarum peculiare amiculum fuiſſe legitur. Curt. lib. 5. *Fœminarum convivia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: deinde ſumma quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant, ad ultimum ima corporum velamenta proiiciunt.* Livius etiam lib. 7. Bell. Punic. narrat Cleopatræ miſſam à Senatu pallam pictam cum amiculo purpureo. Idem lib. 34. *Fœminis duntaxat purpuræ uſum interdiremus, & cum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non ſines?* Ex quibus locis Livianis redarguitur Iſidorus, qui amiculum fuiſſe cenſet lineum pallium meretricium. Legerat nimirum ſemel aut iterum uſurpatum à Plauto amiculum, ubi ſermo erat de ſcortis viliſſimis. Diverſitas hæc acceptionum amiculi mirè cruciat Grammatiſtas; aliis aliò abeuntibus, & miſerrimam vocem torquentibus, ut ſuam quiſque ſententiam affirmet. Mihi extra omnem dubitationem eſt, amiculum non fuiſſe apud veteres ſingulare aliquod indumenti genus: ſed potiùs nomen genericum opertorii & ſuperioris corporum indumenti. Id ſcilicet aliis ſuperpoſitum veſtibus apud milites chlamys erat vel paludamentum, apud fœminas tam nobiles, quàm viliores, aliam appellationem ſortitum. Plane ut amiculum ipſiſſimum ſit diminutivum vocis *amictus*, qua utimur ad explicandum quidquid operimenti vel tegumenti ſuperinducitur. Sunt enim amictus & amiculum, quo amicti, ideſt tecti & circumdati ſumus, ſicut veſtiens, quo ſumus veſtiti. Atque ideo magis inclinor ut credam, antiquorum uſurpatione probatam fuiſſe potiùs vocem *amiculus*, quàm *amiculum*, quoniam amiculus ſit diminutivum vocis *amictus*, eodem retento genere.

Amiræ, Amiralii, vel Admiraeii, vel Admiralli, item Amiraldi, Amirati, Ammiredæ, & Admirarii. Omnibus hujuſmodi nominibus inferioris Latii Scriptores paſſim vocant Saracenos, & Orientales Satrapas, & Provinciarum Præfectos. Origo nominum à voce *Amir*, quæ apud Arabes Dominum ſignificat. Anaſtaſius Biblioth. ad VIII. Synod.: *Amiram Græci vocant Principem Saracenorum: interpretatur autem, ut ferunt linguâ eorum, Præpoſitus.* Matth. Pariſ. *Admiralius Joppenſis Natione Saracenus, quæ dignitas apud nos Conſulatus vocatur.* Fragm. de Statu Saracenorum tom. 5. Hiſt. Franc. *Convenerunt ſexaginta Admiralli, qui ſunt quaſi comites & capitanei exercituum.* Robertus Monach. lib. 4. Hiſt. Hieroſ. *In eo conflictu occiſus eſt Regis Antiochiæ filius, & duodecim Admiraldi Regis Babyloniæ, quos cum ſuis exercitibus miſerat ad ferenda auxilia Regi Antiochiæ.* A' Saracenis migravit hoc vocabulum ad Occidentales populos atque adeo Chriſtianos, qui Præfectis claſſium, ut animadverterunt à Saracenis factitatum, id nominis indiderunt. Siculos primùm omnium ſuarum claſſium Præfectos nominaſſe Amiralios colligit Cangius in Gloſſ. ex Romualdo in Chronic. MSS. *Georgium, virum utique maturum, ſapientem, providum, & diſcretum, ab Antiochia adductum magnum conſtituit Ammiratum.* Viget etiam hodie apud Italos, ac fere Nationes omnes Europæas hoc vocabulum, quo maris Præfectos vocamus *Ammiragli*. Qui factum fuerit ſciſcitaberis, ut compellatio militaris & Imperatoria peculiaris Orientalium, tranſierit ac propagata

fue-

Digitized by Google

fuerit apud omnes ferè populos Occidentis? Reſpondeo id contigiſſe per opportunitatem multiplicis belli ſacri, magnorumque Occidentalium exercituum iteratas expeditiones repetendi aſſerendique ſtudio Palæſtinæ Sanctuaria. Effecit prorsùs initum cum Saracenis commercium & belligerandi conſuetudo, ut non pauca ejus gentis vocabula, militaria præſertim & nautica, in Europam translata haberemus, ut iterum à nobis notabitur in titulo *Aſſaſſini*.

2. Non aſſentior Franciſco Buti, qui vocem Italicam *Ammiraglis* trahit à verbo *Mirare*; ſic enim ſcribit ad illos Dantis verſiculos Purg. 27.

Per piacerm'a lo ſpecchio, quì m'adorno:
Mà mia ſuora Rachel mai non ſi ſmaga
Dal ſu ammiraglio; e ſiede tutto giorno;

diceſi Ammiraglio, perche dee ragguardare e provvedere ſopra tutto lo ſtuolo. Academici Florentini, quorum eo clarior quo modeſtior eſt à Furfure appellatio, quoſque ab omni doctrinæ laude ſpectatiſſimos, & politioris Italicæ linguæ Magiſtros impenſe ſuſpicio, in voce *Ammiraglio*, poſt expoſitam ſignificationem Thalaſſiarchæ, ſive claſſis Præfecti, ita ſubdunt: *Per iſpecchio*. L. Speculum. Dant. Purg. 27. *Mà mia ſuora Rachel*, & quæ ſequuntur in adducto ſuperiùs ternario: *cioè non ſi parte mai da rimirar la faccia d'Iddio; nella quale ſi ſcorgono ſi come in uno ſpecchio, tutte le coſe. Alcuni teſti a penna hanno* Miraglio *dal* Mirare. Nihil penitus addubito Speculum *Miraglio* appellatum, ut iidem docent Academici in Vocabulario noviſſime excuſo, producto Guittonis exemplo; verum, quod attinet locum Dantis, exiſtimo, ubi in non impreſſo Codice legatur *Miraglio*, intruſam eam fuiſſe vocem ab aliquo Exſcriptore, qui neutiquam fuerit aſſecutus Dantis ſententiam. Loquitur ibi Poeta de Lia & Rachele, quarum prior actionem, ſive, ut Aſcetici loquuntur, vitam activam, poſterior verò contemplationem, ſeu contemplativam vitam adumbrat: ſenſuſque verborum eſt: Liam ad ſpeculum ſe exteriùs comere & exornare; longe verò pulchriorem cultum Rachelem haurire interiùs à defixo in Deum per omne tempus obtutu. Earum verò vocum: *Rachel mai non ſi ſmaga dal ſu Ammiraglio*, vis omnis eſt in Allegoria Archithalaſſi ſeu maris Præfecti: ut quemadmodum in maritimum illum Ducem converſi ſunt aſſiduo oculi Sociorum navalium & militum Claſſiariorum, ſic oculi Rachelis in Supremi Numinis lucem inhexauſtam videantur affixi, juxtà illud Pſal. 122. *Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus Dominorum ſuorum; ſicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum.* Ac proinde Præfectum claſſis, minimè verò ſpeculum deſignat in eo verſu Poeta Divinus. Vocavit autem Chriſtum Dominum *Ammiraglio* ad eam formam, qua S. Dominicum appellavit *Drudo, Atleta, Paladino*. Sic autem ille Parad. c. 12.

Dentro vi nacque l'amoroſo drudo
De la fede Chriſtiana, il Santo Atleta,
Benigno a' ſuoi, & a' nemici crudo.

Et iterum ibidem.

Ad inveggiar cotanto Paladino
Mi moſſe l'infiammata corteſia
Di Frà Tomaſo.

Non reticebo novam hujus vocis originem adductam à Stephano Forcatulo de Gall. Imp. lib. 2., qui Gallicam primum vocem, & dignitatem agnoſcit, eamque ab Auguſto, vel Tiberio repetit per hæc verba: *Admiralus Gallica primum vox fuit ac dignitas*: Et mox: *Nomen ſub Divo Auguſto adinventum didicimus, & ab ipſo approbatum, tametſi novata verba non minùs ac ſcopulum marinum ſe refugere prædicaret. Cum enim ipſi aliquando legatus is, qui Galliam adminiſtrabat, cui transmarinarum rerum notitia multa ad copiam largitur, ut Divus Julius retulit, complures Nereidas in littore exanimes apparuiſſe ſcripſiſſet, maris portenta demiratus; atque protinus Claſſis Gallicæ Præfectum Admirandum dixit. Alii hoc Tiberio ejus Succeſſori tribuere maluerunt, cum contra Lugdunenſis Provinciæ litus in Inſula ſimul trecentas amplius belluas reciprocans deſtituiſſet Oceanus, miræ magnitudinis & varietatis, nec pauciores in Santonum littore, interque reliquas, Elephantos, Arietes, Nereidoſque complures.* Equidem cognoſco ex hac narratione, Præfectum Gallici maris, cum mira prædicaret de portentis in ſicco viſis poſt receſſum Oceani, ab Auguſto vel Tiberio Admirandum, ideſt Mira renunciantem fuiſſe ſalutatum. Verum aliis per poſteriora tempora Scriptorum teſtimoniis oſtendere oportuit Forcatulum, eam appellationem Præfectis maris Gallici poſtea adhæſiſſe. Liquidum quippe exploratumque ejus vocis ſilentium eſt uſque ad tempora bellicarum expeditionum in Orientem. Certe Cangius, & Menagius Scriptores Gallici, qui thema vocis *Admiralius* diligenter expendunt, de Forcatuli originatione reticeſcunt; ut illam plane videantur vel ignoraſſe vel contempſiſſe.

Amnestia. Latinè oblivio præteritorum, ſed ferè ſumitur pro oblivione injuriarum, & armorum ſuſpenſione, cum de pace concilianda agitur. Cic. 1. Philipp. *Jeci fundamentum pacis, Athenienſiumque renovavi vetus exemplum, Græcum etiam verbum Amneſtia uſurpavi, quod tum in ſedandis diſcordiis uſurpaverat Civitas illa, atque omnem memoriam diſcordiorum perpetua oblivione delendam eſſe cenſui.* Variant tamen eo in loco Tullianæ Orationis exemplaria; & ea vox margini adjicitur, ad indicandum Lectori, quod ibi nomen Cicero deſignaverit. Illuſtre hoc inventum ad firmandam pacem, bellique præſertim inteſtini incendia reſtinguenda prodidit Traſybulus, ut ſcribit Corn. Nepos in ejus vita: *Præclarum hoc quoque, quod reconciliata pace, cum plurimùm in Civitate poſſet, legem tulit, ne quis ante actarum rerum accuſaretur, neve mulctaretur: eamque illi legem oblivionis vocarunt. Neque verò hanc tantùm ferendam curavit, ſed etiam ut valeret, effecit. Nam cum quidam ex iis, qui ſimul cum eo in exilio fuerant, cædem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat, publicè prohibuit.* De injuriarum oblivione verba facit non ſemel Cicero in lib. de Amic. ſed memoratu digniſſimum eſt adagium, quod refertur à Q. Cæcilio Metello apud Livium: *Amicitias immortales, inimicitias mortales eſſe debere*. Et ego quidem admodum ſalutari hoc optimoque monito nego quidpiam in omni litteratorum memoria pronunciatum fuiſſe præclariùs. Meminit quoque Amneſtiæ Vopiſcus in Aurel. *Amneſtia etiam ſub eo delictorum publicorum decreta eſt de exemplo Athenienſium*. Amneſtia Græca eſt dictio ab *a* particula negante, & μνεία, memoria. Vide *Tregua*.

Amo-

Amogabari. Vide *Almugaveri*.

Amphiaraus. Oeclei filius, vates idem ductorque bellicus præſtantiſſimus. Nullis conditionibus aſſentiri voluit Polynici, ut eidem auxilio eſſet adverſùs fratrem Etheoclem in bello Thebano, quoniam præviderat portentoſum ſibi imminere infortunium ab illa expeditione. Corruptus verò ab aureo monili Eriphilæ Conjngis, quod illa acceperat à Polynice, ut eo munere virum illiceret traheretque in Belli Thebani ſocietatem, invitus tandem è patria diſceſſit; verùm eodem die, quo Thebas pervenit, cum curru & equis terræ hiatu abſorptus eſt. De quo Stat. lib. 7. illa habet grandiloqua:

ecce altè præceps humus ore profundo
Diſſilit, inque vicem timuerunt ſydera & umbræ.
Illum ingens haurit ſpecus, & tranſire parantes
Mergit equos: non arma manu, non frena remiſit.
Sicut erat, rectos defert in tartara currus,
Reſpexitque cadens Cœlum, campumque coire
Ingemuit: donec levior diſtantia rurſus
Miſcuit arva tremor, lucemque excluſit Averno.

Et iterùm initio lib. 8.

Ut ſubitus Vates pallentibus incidit umbris,
Letbiferaſque domos, orbiſque arcana ſepulti
Rupit, & armato turbavit funere manes,
Horror habet cunctos, ſtygiis mirantur in oris
Tela & equos, corpuſque novum, neque enim ignibus artus
Conditus, aut mæſta niger adventabat ab urna,
Sed belli ſudore calens, clypeumque cruentis
Roribus, & ſciſſi reſperſus pulvere campi.

Amphion. Jovis filius ex Antiope. Muſici concentus, lyræque pulſandæ peritiſſimus. Modulatu dulciſſimo dictus eſt ſaxa traxiſſe ad extruendas Thebas. Sed hiſtoriæ oucleus, in illo deliteſcens fabulæ cortice & iovolucro, ille eſt; Amphionem ſuavitate eloquentiæ ſuæ Thebanum Populum incitaſſe, ut adverſùs hoſtes finitimos Urbem mœnibus præmuniret. Sunt qui opinantur. eundem Thebanos muros cooſtruendos curaſſe ex pecunia, quam arte muſica collegerat. De Amphione ſic Homerus in Odyſſ.

Poſt hanc Antiope Aſopi mihi filia viſa eſt:
In Jovis amplexum quæ jactat ſe iſſe, gemellos
Et Zethum peperiſſe, ſimulque Amphiona clarum,
Qui portis ſeptemgeminis, & turribus altis
Cinxerunt Thebas; nec enim ſine turribus auſi
Incolere, invictis quamvis hi viribus eſſent.

Amphippi, orum. Indicantur à Polluce in Onomaſt. ioter genera militiæ equeſtris apud Græcos. Id genus bellatorum duos equos habebat, quorum alter ab altero traheretur. Uſus autem & exercitatio ſic eos erudierat, ut ex uno in alium, ſi res & occaſio ferret, facilè tranſilirent. Ab eodem verò Polluce dicuntur Arippi: verùm Amphippos legendum benè notat Tiraquellus ad Alex. ab Alex. Genial. dier. cap. 22. Amphipporum originem à populis Iſtri ripas incolentibus trahit Ælianus per hæc verba: *Valet hoc inſtruendi genus potiſſimùm contra Barbaros, qui loca amni Iſtro vicina incolunt, quos Amphippos cognominant à mutatione equorum, ex aliis enim equis in alios tranſilire conſueverunt.* Vide *Deſultores*.

Amphitryo, is. Dux Thebanorum, qui cum ad expugnationem Œchaliæ profectus eſſet, Juppiter ejus aſſumpta forma cum conjuge ipſius Alcmæna concubuit, ex qua Herculem ſuſcepit. Reverſus deinde Amphitryo ex ore conjugis omnia, ut erant geſta, in expeditione Œchaliæ adamuſſim audivit. Proinde demiratus ſuſpicatuſque rei prodigioſæ aliquod ineſſe numen, diligenter cuſtodivit fœtum ex eadem genitum.

Amphotides. Dubitatum eſt diu inter eruditos quid rerum fuerint. Joannes Argolus in Notis ad Panvinum de Ludis Circenſibus genus galeæ expoſuit ad tuendum præcipuè aures & naſum. Occurrunt autem in veteri Etymologico, & memorantur etiam à Scaligero in Poet. lib. 1. cap. 22. Rem obſcuram dilucidavit fecitque apertiſſimam Fabrettus Colum. Traj. cap. 8. deprompto è ſuo Muſæo pugilis capite, qui Amphotides auribus nexas habet, duabus habenulis ſupra verticem & circa frontem adſtrictas, loriſque ſub mento in nodum coeuntibus. Non itaque aut galea ſunt Amphotides, aut ad oaſum tegendum quidquam conferunt. Mera ſunt munimenta aurium, & peculiaria pugilum, nè anſam arripientibus darent. Utrum à circo & palæſtra ad arenam veri Martis tranſierint, & à pugilibus eadem milites mutuati ſint, nihil habeo certi compertique. Extat tamen pia & elegans apud Clementem Alexandrinum, ubi de cuſtodia aurium, hujus vocis uſurpatio, qua Chriſtianos Milites hortatur, ut Amphotidum munimento aures communiant adverſùs Sirenum caotus & licentiam obtrectatorum.

Amuracorii. Militia Turcica in genere Janizerorum. Laonic. Chalcocon. lib. 5. *Extrà tendunt reliqui Januæ milites, Amuracorii & pocillatores, quos Saraptarios vocant.*

Amusium: Vitruv. l. 1. c. 6. *Collocetur ad libellum marmoreum amuſium mediis mœnibus.* Baldus ad hunc locum: *Amuſium dixit, quod Latini omnes alii amuſſim vocavere.* Noo aſſequutus eſt Baldus hujus loci ſententiam. Depravatus eſt Vitruvii textus. Pro *amuſium* lege non *amuſſis*, quæ ibi locum noo habet, ſed *Anemuſium*, quod expone tabulam marmoream vel lapideam, ventorum indicem; & in hunc modum perbellè tibi recidet Vitruvii ſenteotia. Amuſium apud Græcos & Latinos oihil eſt. Anemuſium dicitur à Græcorum ἄνεμος, ideſt *ventus*.

Amussis, is. Regula eſt, ut docet Feſtus, ad quam aliquid exæquatur. Budæus filum eſſe dicit, quod fabri materiarii ad ligna dirigenda rubrica oblinunt, aut alio colore. Ioſtrumentum familiare etiam ſtructoribus machinarum. Opus amuſſitatum apud Plaut. dicitur, quod eſt perfectè exæquatum. Hinc vetus dictum: *Ad amuſſim lapis eſt applicandus, non amuſſis ad lapidem.* Dicitur de iis, qui præpoſterè agunt. Hinc aliud adagium apud Gellium: *In albo lapide amuſſis alba.* Dicitur de iis, quæ mioimùm diſcerni poſſunt. Uſurpatum eſt proverbium à Platone in Charmide, ubi dicitur, erga formoſos adoleſcentes perinde ſe habuiſſe Socratem, ac amuſſim albam in albo lapide, propterea quod inter eas formas non ſatis diſcerneret; ſed omnes æquo amaret animo. Hinc adverbia adamuſſim, examuſſim, & amuſſatim, frequenter apud Scriptores uſurpata. Vide Gell. lib. 1. cap. 9.

Amyclas perdidit silentium. Vetus dictum è re bellica natum, quo explicare volumus ſæpe ſilentium perniciem afferre, multiſque eſſe exitiale. Quomodo autem Amyclas ſilentium perdiderit in hunc modum exponit Servius. *Cum apud Amy-*

Digitized by Google

clas ſubinde nunciaretur hoſtium adventus, idque falsò, & ob eam rem Civitas frequenter inani turbaretur metu, lata lege cautum eſt, nequis unquam hoſtium nunciaret adventum. Atqui poſt evenit, ut verè jam advenirent hoſtes: quod cum nemo nunciaret propter legis interdictum, Civitas de improviſo capta eſt. Cave autem exiſtimes, Amyclas, de quibus hìc fit mentio, Urbem eſſe Laconiæ à Lacedæmonis filio conditam: de alio hìc agitur oppido in littore maris Tyrrheni prope Cajetam, quemadmodum evincit Virgilii locus Æneid. lib. 10., ubi etiam hujus adagii meminit:

fulvumque Camertem
Magnanimo Volſcente ſatum, ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnavit Amyclis.

Idem Servius Lucilium hoc proverbio uſum fuiſſe memorat: *Mihi neceſſe eſt loqui; nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe.*

Anabathra, orum. Scalæ penſiles, & quidquid ſcanſile eſt. Ab aſcendendo ex Græco. Juven. Satyr. 7.

Et quæ conducto pendent Anabathra tigillo.

Anaboleus. Duo ſignificat apud Suidam & Euſtathium in Homero, nempe inſtrumentum, ſive machinulam ſcanſoriam, quæ in uſu quandoque fuit ad inſiliendum in equos. Item ſtratorem ipſum, ſive ſervum, qui herum juvabat ad inſiliendum, vel deſiliendum ex equo. Euſtathii verba ſunt: *Anaboleus non ſolum ferrum illud minutum dicitur, cui pedes imponunt quidam, ut inſcendant commodiùs; ſed etiam vir ipſe, qui ad tale opus adjutat.* Ex quibus Euſtathii verbis colligit Budæus, ſubices pedaneos, ſive ſtapedes, ex equi ſella, ephippio, vel ſtrato utrinque pendentes, notos antiquis etiam fuiſſe. Sed benè advertit acutiſſimus Lipſius ex verbis Euſtathii non evinci ſcanſile illud inſtrumentum fuiſſe penſile, & quidem ex utraque equi parte. Potius credendum eſt fuiſſe portatile, quod à Servo juxtà equum appoſitum, deſerviret hero ad ſcandendum & inſiliendum. Ad eam planè formam ſcabellis etiam hodie utimur ad ſcandendum & inſcendendum in currus, quæ tamen non ſunt penſilia, ſed complicata deferuntur in eodem curru, & ad uſum explicantur. Vide *Subex pedaneus, & Stratores.*

Anacleti, orum. Vide *Evocati.*

Anatonæ, arum. Sive, ut Interpretes Vitruviani malunt, Anotonæ ſunt Capitula catapultarum apud Vitruvium, de quibus ſic loquitur lib. 10. cap. 15. *Nam ſi capitula altiora, quàm erit latitudo, facta fuerint (quæ Anatona dicuntur) de brachiis demetur, ut quo mollior eſt tonus, propter altitudinem Capituli, brachii brevitas faciat plagam vehementiorem.* Dicuntur autem Anatonæ, cum longioribus nervis tenduntur: ſicut catatonæ, cum brevioribus, & homotonæ, cum æquè tenduntur.

Ancæus. Filius Neptuni, patria Samius, qui cum ſociis Argonautis ad Colchicam expeditionem profectus dicitur ab Hygino.

Anchemolus. Rhæti Marrubiorum Regis filius. Caſpiam, ſive Caſperiam novercam ſtupravit. Quo ſcelere cum à patre ad mortem quæreretur, ad Turnum fugiens cum eodem militavit adversùs Trojanos, ſed paulò poſt à Pallante Evandri filio occiſus interiit. Virgil. lib. 10.

& Rhæti de gente vetuſta
Anchemolum, thalamos auſum inceſtare novercæ.

Anchora pro caduceo. Vide *Caduceum.*

Ancile, is. Sunt qui Ancile & Ancilia per y ſcribant, vocemque trahant ex Græco, quaſi ea ſcuta incurva ſint. Verùm eam Mureti & aliorum opinionem tum Scriptores refellunt alii, tum vetus Antonini Pii nummus, ubi tria ſcuta conſpiciuntur, quibus adſcriptum eſt *Ancilia*. Verè proinde Varro lib. 6. de ll. *Ancilia dicta ab anciſu, quòd ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum, inciſa ſint.* Et Ovid. Faſt. 2.

Idque ancile vocant, quod ab omni parte reciſum eſt:
Quemque notes oculis angulus omnis abeſt.

Fabulam ſive commentum ancilium è Cœlo delapſorum ſic tradit Dionyſius lib. 2. de Numa loquens: *Octavo anno Regni ejus peſtilentia, quæ per Italiam vagabatur, Urbem quoque vaſtabat. Perculſis civibus tradunt peltam æneam in manus Numæ cœlitùs delapſam. De hac mira prædicaſſe Regem: ex Egeria ſe & Muſis accepiſſe ea arma ad ſalutem Urbis miſſa, & ſervanda cum undecim aliis, quæ pari figura, amplitudine & forma facienda erant, nequis fur commodè propter ſimilitudinem intervertere cœleſtia valeret.* De illis etiam Ovid. lib. 2. Faſt.

Ecce levi ſcutum verſatum leniter aura
Decidit, à populo clamor ad aſtra venit.

Ea ſcuta, quæ Numæ tempore è cœlo decidiſſe feruntur, Livius vocat arma cœleſtia. Aſſervabantur autem Romæ Ancilia in templo Martis, & ſingulis annis à Sacerdotibus per Urbem menſe Martio circumferebantur. Ante eum verò ritum & ceremoniam nihil ominatò & fauſtè ſe facturos Romani credebant. Hinc Svetonius in vita Othonis inauſpicato profectum fuiſſe eum commemorat Ducem, quod ante Ancilia circumlata Romà diſceſſiſſet. Vide ibi Caſaubonum. Vide apud nos *Salii.* Ancilium formam & varios iconiſmos habes apud Pierium Valerianum Hieroglyph. lib. 42.

Anclassis. Vide *Aclaſſis.*

Andabatæ, arum. Adversùs vel contra pugnantes, ab *ἄντα contra*, & *βαίνω eo*. Eos ita appellari compertum eſt, qui clauſis oculis pugnant. Utrum verò Andabatæ ſit genus ludi, ubi velatis oculis ludentes alii alios capere feſtinant, ut videtur indicare Seneca, *Gatta cieca*, an potiùs populi, vel gladiatores clauſis oculis dimicantes, adhuc quæritur inter Criticos. Homerus Ajacem clauſis pugnantem oculis inducit ſumma ferocia. Ex quo *Andabatarum more pugnare*, iis congruit, qui non tam ratione quàm impetu, inconſultaque rabie ducente, in hoſtem feruntur. Transferri adagium poteſt in eos, qui temerè adversùs doctiores depugnant, dummodo ſuam quoquomodo ſententiam tueantur, nihil penſi habentes abſurda, inepta, repugnantia effutire. Meminit Andabatarum Cicero Epiſt. lib. 3. ad Trebatium: *Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus.*

Androclides etiam in ſeditione Ducem agit. Monet hoc adagium ignavos etiam homines & contemptos per occaſionem poſſe ſummam aliquam dignitatem ſortiri. Refertur adagium à Suida, Diogeniano, Plutarcho, & aliis. Heroico etiam carmine ſic celebratur ex Græco:

Seditione orta dux eſt etiam Androclides.

Quis antem is fuerit Androclides, qui ex infima ſor-

Digitized by Google

ſorte per occaſionem ſeditionis populo ſuo imperaverit, non invenio.

Anelactus, ii. Genus ſicæ vel cultelli brevioris: Hibernis familiarem putat Watſius. Matth. Pariſ. *Loricâ erat indutus geſtans anelacium ad lumbare.* Et iterùm: *Et ſubitò extrahens ſicam, quam bajulavit, ſcilicet, anelacium, ipſum continuò eviſceravit.* Suſpicor dictos Anelacios, quaſi Ænelacios ab ære. An potius ab anulo, & propius ab anello, quæ vox eſt optimæ Latinitatis: quòd ea ſica vel ejuſdem capulus anello inſertus geſtaretur?

Anemographia. Latinè ſcriptio, ſeu doctrina de ventis. Facultas eſt, quæ de ventorum origine & diverſitate Regionum, è quibus venti conſurgunt, diſputat. Vide *Venti*.

Anemoscopium. Latinè ventorum inſpector. Inſtrumentum eſt ad indagandos ventos, eoſque diſcernendos. Vide *Venti*, & *Amuſium*.

Angariæ, arum. Non ſolum hoc veniunt nomine præſtationes jumentorum & plauſtrorum, onera publica deferentium per viam rectam, quemadmodum parangariæ aliòverſum eadem deferunt, ut habetur in Lege 7. Cod. de Fabricenſib. lib. 11., & in Lege 4. Cod. Theod. de curſu pub., verùm etiam eadem voce indicantur ipſa plauſtra & carra, quæ ad curſuram publicam præſtabantur à provincialibus. ut colligitur l. 30. Cod. Theodoſ. de curſu publ. *Ut nemo ampliùs rhedæ, quam mille pondo; angariæ, quàm mille quingenta, veredo, quàm triginta audeat imponere.* Et clariùs l. 1. eod. tit., & l. 11., ubi habemus angarias à bobus fuiſſe tractas; cautumque, ut pro ſingulis angariis bina tantùm boum paria haberent Angari, ſive ii, qui curſuram publicam faciebant & curabant. Latium à Græcis habet hanc vocem, Græci à Perſis habuere. Sic enim appellatos apud Perſas Herodotus & Heſychius docent, qui Epiſtolas, maximè verò Regias vel Imperatorias à curſoribus deferri curabant, per certa intervalla mutatis equis. Hos hodie vulgò *Poſtas* dicimus, quoniam poſitas habent equorum ſtationes certis in locis. Iiſdem jus erat, equos, homineſque cogendi ad præſtandam ſibi operam. Atque hinc habemus verbum *Angariare*, cujus meminit Ulpianus l. peto D. de Vet., ubi naves dicuntur angariari, ideſt, adſtringi ad onera ſubvectanda. Invaluit autem ut ii angariari dicantur, quibus ultra debitum vel pactionem aliquod onus injungitur. In quo ſenſu occurrit hoc verbum non ſemel in ſacris paginis. Matth. cap. 5. *Quicumque te angariaverit mille paſſus, vade cum illo alia duo.* Ubi vide Cornel. à Lapide in Comment. Et Marc. cap. 15. *Angariaverunt prætereuntem quendam Simonem Cyrenæum venientem de Villa, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem ejus.* Redeo jam ad Angarias, quas oſtendi plauſtri ſeu vehiculi ſpeciem fuiſſe à bobus tracti. Vehicula quippe publici curſus erant rhedæ, birota, veredi, Angariæ, & clavularia. Iis imponebantur onera publica, maximeque ſpecies fiſcales & annonariæ. Adhibitas autem in uſu quoque caſtrenſi & progreſſu militari ad impedimenta & ſarcinas deferendas, neutiquam eſt dubitandum. Licet enim tranſvectiones illæ curſuræque publicæ pertinerent ad politicum regimen Civitatum; nihil tamen obſtat, quominus Ducum & Imperatorum juſſu jumenta, equos, Angarias, & omnis generis plauſtra, præcipuè ſi vis neceſſitatis urgeret, ad onera militaria tranſportanda fuerint converſa. Quoniam verò vehicularium curſum, de quo multæ ſunt conſtitutiones in Cod. Theodoſ. confundunt aliqui cum curſu clavulari, qui ibidem ſæpiùs memoratur, probè contendit Salmaſius ad Capitolin. in Antonin. Pio, curſus illos ritè eſſe diſtinguendos. Et vehicularium quidem genus quoddam fuiſſe omnia vehicula complectens, clavularem verò curſum ſingularem eſſe quempiam ſtatuit, dictumque à clavulis, quibus contendit fuiſſe compactas angarias. Clavula igitur, quemadmodum docet Varro, propriè eſt talea, vel ramus ex arbore deciſus, & eſt diminutivum à clava, quæ ſignificat ramum ex utraque parte præciſum, & fere ſumitur pro fuſte vel baculo. Quapropter Herculis clavam Propertius aptè ramum vocavit:

Ille etiam Elæo percuſſus tempora ramo.

A' clava fit clavula, qui mollior eſt ramus. Conatur porrò idem author oſtendere, Angarias fuiſſe vehiculi genus, ubi ordinatim defixæ eſſent clavulæ, ſive rami ad ſarcinas complectendas, cujuſmodi multa vehicula apud nos etiam paſſim in uſu ſunt. Vide plura ad memoratum locum Capitolini. Vide *Curſus Publicus*.

2. Angarias porrò pro excubiis vel ſtationibus militaribus videtur uſurpaſſe Vegetius lib. 1. cap. 3. *Si longior expeditio emergit, in Angariis plurimùm detinendi ſunt, proculque habendi à Civitatis illecebris.* Et lib. 2. cap. 19. *Excubitum ſive Angarias de omnibus centuriis & contuberniis, quæ viciſſim milites faciunt, ut nequis contra juſtitiam prægravetur.* Idem lib. 3. cap. 8. *Intra quæ in Angariis aliquanti pedites equiteſque degentes tutum iter commeantibus præſtant.* Licet autem in omnibus ferè Vegetii editionibus *Angariæ* ſcriptum legatur in præfatis locis; eamque lectionem approbare etiam videatur ipſe Steuvechius in ſuis elaboratiſſimis ac ſæpè laudatis commentariis, contra tamen validè ſentit Turnebus Adverſ. lib. 4. cap. 7., legendumque ibi ſemper affirmat *Agrarias*, conteſtans authoritatem librorum veterum exploratæ fidei. Nimirum Agrariæ apud Vegetium idem ſunt ac ſtationes, ſive excubiæ, vel prætenturæ agrariæ. De Agrariis verò ſtationibus crebra occurrit mentio apud Scriptores. Ammian. lib. 14. *Quia Meſopotamiæ tractus omnes crebrò inquietari ſueti, prætenturis & ſtationibus agrariis ſervabantur.* Et iterum: *Salubriter & cautè caſtra metata, prætenturæ ſtationeſque agrariæ totis rationibus ordinatæ.* Adde locum ex Notit. Imperii, ubi Agrariæ apertè ponuntur pro agrariis ſtationibus: *Vigiliis in his, & agrariis exercendis, ut provinciarum quies circumdata quodam præſidii cingulo illæſa requieſcat.* Quæ plane teſtimonia omnem mihi dubitationem adimunt, compelluntque ut aſſentier Turnebo nullas in Vegetio Angarias pro excubiis, ſed Agrarias agnoſcenti. Vide quæ dicemus in voce *Prætenturæ*.

Angelus. Nomen præcipui apud Imperatores Occidentales vexilli, intexti vel colorati effigie S. Michaelis. Vitikindus lib. 3. de Geſtis Saxon. *In quinta* (acie) *quæ erat maxima & dicebatur Regia, ipſe Princeps vallatus lectis & multis militum millibus, alacrique juventute, coramque eo Angelus, penes quem victoria, denſo agmine circumſeptus.*

Angia, æ. Ferrum intra bucculam ſcuti. Ab agen-

do, ſive adſtringendo. Iſidor. in Gloſſ.

ANGON. Occurrit apud Heronem non ſemel, ac prçſertim cap. 17. de Machinis bellicis, ubi hæc habet Baroccius: *Angon eſt quædam ſpecies arcus reflexi, qui cum chordam non habet, è contrario retrorſum convertitur, cujuſmodi arcus ii ſunt, quibus nunc Græci, Turcæque ſagittarii utuntur.* Ibidem Hero aliud genus machinæ adſtruit Monangonem, de quo ſic ſcribit: *Lignum longum interpoſitum in figura reflexi angonis, quales ſunt ii, qui lapides jaciunt Monangones, quos nonnulli fundas vocant.* Ex quibus apparet tum Angonem, tum Monangonem affines eſſe Catapultis & Balliſtis; ac receuſeri inter Machinas lithobolas, ſive petrarias. Qua verò forma & figura conſtructæ fuerint difficile eſt expiſcari. Hero enim, qui ſæpe obſcurior eſt & lapſabundus, ibi maxime vacillat ac nutat. Baroccius autem nihil Heroni lucis aſpergit. Narrat verò ſolum, Athenæum antiquum Scriptorem de Machinis bellicis prolixè agere de Angone & Monangone: Eum porrò Athenæum, cum aliis Græcis Scriptoribus militares machinas tractautibus, à ſe caſtigatos latinèque verſos propediem editurum in ſe recipit. Hieronymus Vitalis vir cùm harum rerum ſcientiſſimus, tum etiam diligentiſſimus, poſtquam ingenuè faſſus eſt *Lexic. Mathem.* voce *Angon*, hærere ſe in intelligentia harum vocum, addit edoctum ſe à Baroccio de Athenæo Angonem & Monangonem fusè explicante, ut id addiſceret, integrum Athenæum diligenter excurriſſe: nihil verò apud illum uſquam ab ſe repertum de Angone & Monangone: nimirum Vitalis Athenæum Dipnoſophiſtam, ut ſuſpicor, perlegit & volutavit. Adeundus autem ab illo erat Athenæus Mechanicus, vel Machinarius, quem intelligit Baroccius, ſeſeque editurum pollicetur. Mihi plane non eſt dubium Angones in re militari ſimile quidpiam eſſe, ac ſunt Ancones in Architectura Civili, qui, ut vox ipſa ſonat ex Græco, variorum generum coitiones ſunt atque conflexus. Neque verò ſolùm in genere machinarum lapides extorquentium leguntur Angones; verùm etiam in genere jaculorum, ſive haſtarum. Sic enim de illis ſcribit Agathias: *Brevia tela ſunt, quæ ipſi Angones vocant: cujus pars major ferro obducta eſt, ita ut ex ligno aliquid præter membrum vix extet: in ſuperiori ferro, tanquam hami utrinque ſunt, & deorſum vergunt.* Sic autem deſcripti Angones plane aſſimilantur longioribus haſtis, ſive bipennibus cum haſtili hinc inde retorto & arcuato, & erecta in medio cuſpide, quæ hodie Prætorianorum Helvetiorum ſunt geſtamina. *Alabarde.* Apud Paulum Diaconum contractè legitur *Mangon*, pro *Monangon.* Poſterior verò ætas eadem tormenta dixit *Mangas*: ſic enim legitur in appendice Othonis Friſingenſis cap. 18. *Mediolanum denuò obſidione cingitur, ac diverſis Mangis totâ induſtriâ oppugnatur.* Sed & hujus generis ſunt Mangonella, ſeù Manganella, Mangonalia & Mangatella, ævo barbaro congruentia vocabula. De Mangatellis Turpinus cap. 9. *Aptatis juxtà murum Petrariis, & Mangatellis & Troiis.* De Mangonalibus in Chronico Leodicenſi legitur: *Epiſcopus miſit Leodium Mangonalia, ſeu fuſtibula, ſive tribuceta, vel arietes, aut ſues, Vineas, biblias petrarias, ſive captos verſatiles.* De Mangonellis ſeu Manganellis, vide in proprio loco.

Addo de Angonibus locum Pachymeris in Andron. l. 6. c. 30. *Ipſi cataphracti cum peltis & tragulis genere illic telorum uſitato, quæ veteri nomine Angones dicebantur.* Nihil hìc dubii relinquit Hiſtoricus ſuper Angonis notione, dum hoc jaculum diſerte tradit eſſe veterum tragulam. Vide *Tragula.* Euſtathius ad Homeri Odiſſ. Francicum telum exponit: ſic habet: *Angon ſpecies haſtæ Francicæ, neque nimis parvæ, neque nimis magnæ, quæ ferè tota ferro comprehenditur.* Vide Poſſinum ad relatum locum Pachymeris.

ANIMUS, i. Pro fortitudine & alacritate militari. Cic. Attic. lib. 5. *Noſtris animus acceſſit: timor hoſtibus injectus eſt.* Hinc formulæ illæ: Animi deficiunt: deficere animis: demittere, deponere animos: animos conſternere, colligere, cohibere, capere, contundere, debilitare, acuere, exacuere, facere & ſimilia. *Animus heptaboeus.* Dictio proverbialis ad virum fortem magnoque & invicto animo explicandum. Author adagii Ariſtophanes in Ranis:

> *Sed ſpirantes ſpicula & haſtas, albaſque in vertice criſtas:*
> *Adde his galeas, adde his ocreas, animos quoque ſeptibovinos.*

Sumptum eſt epitheton ab Homero, qui Ajacis clypeum impenetrabilem, & ſeptem bovum tergoribus obductum deſcribit.

ANIMOSITAS, atis. Vehemens animi vigor & impetus ad aggredienda pericula. Pro fortitudine ſumitur. Mamertinus in Genethl. ad Max. *Pertinaci animoſitate certandi.* Ammian. lib. 16. *Primam aciem peditum inceſſerunt, eam objecta reſiſtendi animoſitate pulſuri.*

ANIMOSUS, a, um. Fortis, magno animo præditus. Horat. l. 2. Od. 10.

> *Rebus anguſtis animoſus, atque*
> *Fortis appare.*

Animoſus in armis dixit Ovidius: Martialis verò pericula animoſa vocat, quæ viros fortes & animoſos depoſcunt. Quod autem Virgilius lib. 3. Georg. dixit de Equis:

> *Luxuriatque toris animoſum pectus,*

id non eſt accipiendum de alacritate, qua cæteroqui pollent generoſi equi; ſed de quadam pectoris eminentia, cum impetu anhelitus, qui propriè anima eſt & ſpiritus, eoque dilatari videntur & intumeſcere equorum pectora.

ANIMOSE'. Magno animo. Cic. 4. Philipp. *Nec ſolùm id animosè & fortiter, ſed conſideratè etiam ſapienterque fecerunt.*

ANIPPI, orum. Referuntur à Suida, & apud vetus Gloſſ. Sunt pedites levis armaturæ, ſed qui ab equitibus poſt terga equorum recepti, ex quo illis ex Græco nomen, eoſdem adjuvant miſſilia in hoſtes ejaculando. Eos poſterior ætas appellavit Velites, de quibus vide ſuo loco. Si vera eſt adducta Anipporum notio, non parùm diſtant Anippi ab Amphippis, de quibus ſuperiùs eſt dictum.

ANISOCYCLA. Organa ſunt, ſive machinæ conſtantes ex pluribus circulis ſibi ſuccedentibus, ad modum helicis, vel cochleæ, aut ſpiræ, ex quibus circulis vocabulo nomen ex notione Græca. Inter machinas verſatiles, & quidem etiam bellicas recenſentur à Vitruvio lib. 10. cap. 1. *Organa autem unius operæ prudenti tractu perficiunt, quod propoſitum eſt, uti ſcorpionis ſeu aniſocyclorum verſationes.* Locus quidem obſcurus eſt, ut

fere

ſere multa apud Vitruvium : atque hic etiam, ut ſæpe alibi caligant interpretes, inducunt innovantque Scriptoris verba mirum in modum ; ut plane ad ejus mentem aſſequendam Œdipo opus ſit. Turnebus lib. 9. cap. 20. ex Budæo conjicit fuiſſe organa multos orbes habentia, majores alios, alios minores, ut facili niſu majorum impulſione, reliqui orbes moverentur, & molitio alicujus rei fieret aut expulſio. Baldus ſuſpicatur, inſtrumentum illud intelligi à Vitruvio, cujus verſatione Scorpiones, ſeu Manuballiſtæ intenduntur. In re implexa & ambagioſa interpretum expoſitiones attuliſſe ſatis fuerit. Addo, quod vero propiùs, & ad Vitruvii locum exponendum accomodatius exiſtimo, Aniſocyclorum vocabulo expreſſos fuiſſe ſpirales illos circulos ex lamellis ferreis, qui compreſſi digitis explicant ſe poſtea dilatantque illis ſubductis, & in antiquam poſituram ſeſe reſtituunt. Italis *Molla*. Harum lamellarum ſpiralium uſus eſt frequens in Horologiis Machinariis. Ex eadem duplici lamina reductili conficitur inſtrumentum aptum igni excutiendo & exſuſcitando, quod vernaculo ſermone, quoniam plicabile eſt ferrum, dicimus *Molle*.

Annibal ad portas. Dictum populare, quo res iniquo loco poſitas & ferè perditas indicamus. Ortum à Romanis, cum, auditis iteratis cladibus, Annibalis in Urbem adventum reformidarent. Cic. de Fin. 3. *Si Annibal ad portas veniſſet, murumque jaculo trajeciſſet.*

Annona militaris. Cibaria omnis generis ad uſus militum. Ea ſolicitè à veteribus Romanis curabatur, ut ex Lampridio præſertim apparet. Cum verò apud præfatum Scriptorem & alios ſæpe occurrant hæ formulæ : ſingulæ, binæ, ternæ annonæ, hanc Salmaſius in Notis ad Lamprid. ſtatuit regulam, ut cum Annona ſingulari numero dicitur, non frumentum dumtaxat, ſed carnem, vinum, oleum & omnes ſpecies rei cellariæ ſignificet ; cum verò enunciatur numero multitudinis, panes tantùm indicet. Commodiùs mihi multò eſt & aptiùs ad authorum loca explicanda, ut annona numero ſingulari ſit collectio rei cibariæ generalis quædam, eadem in numero multitudinis non panes ſolùm, ſed panes, carnem, & quidquid eſt dimenſum viritim ſignificet. Certè nuſquam lego ſingulas, binas, vel ternas annonas, ut neceſſe ſit illas exponere de ſolis panibus. Conſtat cæteroqui non ſemper panem ſolum, ſed ſæpe carnem, laridum, & alia obſonia viritim diſtributa : vinum ſaltem ſic diſpenſatum plerumque, non eſt dubitandum. Proinde non ſolos panes, ut tradit Salmaſius, ſed vel ſolos, vel cum vino & aliis conjunctos obſoniis annonas fuiſſe dictas exiſtimo.

2. Legimus ad quinque & amplius emolumenta annonarum perveniſſe milites. Occurrit id præſertim apud Authorem incertum de rebus bellicis, quem tempore Theodoſii, ejuſque liberorum Arcadii & Honorii floruiſſe plerique cenſent. Eò libentiùs eum locum affero, quo ex eodem cognoſcere lector poterit quàm ſtudioſi fuerint eorum temporum Principes militares ſumptus amputandi. Hæc autem ſunt Authoris verba : *Ad enormia militum alimenta ratione non incongrua probibenda veniamus : quorum causâ, totius tributariæ functionis laborat inlatio. Sed ne tantæ confuſionis molem occupatio Auguſta faſtidiat, breviùs tam diuturni erroris exitum declarabo. Militaris ordo ſtipendiis aliquot peractis, ubi ad quinque, vel eo ampliùs annonarum emolumenta pervenerit, ne diutiùs percipiens Remp. gravet, honeſta miſſione donatus, vacans ſibi otio gaudeat abſolutus. In cujus locum poſterior ſuccedens, totum numerum per certa temporum ſpatia, expenſis graviſſimis relevabit. Quod ſi numeroſior miles de ſequentibus ſcholis in decedentium locum vocatur, hic quoque pari liberalitate aliò donatus abſcedat, vel ad alium ordinem, cui miles deeſt, locum ſuppleturus accedat. Quæ res non ſolùm expenſis gravidam Remp. recreabit, ſed etiam curas Imperatoriæ proviſionis imminuet. Animabit etiam plures ad militiam, quos ab ea ſtipendiorum tarditas probibebat. Hujuſmodi igitur proviſionis utilitas in augmentum provincialium habebit Veteranos Regiis donis opulentos; & ad colendos agros adbuc prævalentes agricolas. Habitabunt limites Arabum, quæ dudum defenderant loca, & laborum deſiderio potiti, erunt ex milite conlatores.*

3. Dicitur autem Annona, quaſi anni alimonia, ſive annua merces & ſtipendium. Latiore tamen ſenſu frequentius ſumitur pro ſtipendio vel ratione cibaria, non tantùm menſtrua, verum etiam diurna. Cic. lib. 2. Offic. *In caritate annonæ aſſæ modium dedit.* Hinc legas frequenter apud Scriptores : arcta, dura, compreſſa Annona ; Annonæ difficultas vel gravitas. Plinius : *Annonam flagellare* ; Varro *Annonam incendere* dixit, pro cariorem facere. Vide *Menſa Militaris*. *Buccellatum*. *Fames*.

Annonæ Structor. Præpoſitus rei cibariæ. Cic. ad Attic. l. 1. *Ecce autem Structores noſtri ad frumentum profecti, cum inanes redjiſſent, rumorem afferunt magnum, Romæ domum ad Antonium frumentum omne portari.* Italis *Commiſſario de' Viveri*.

Annonarius, a, um. Quod pertinet ad Annonam, ut ſpecies Annonariæ ; nimirum comparatio omnis generis cibariorum apud Veget. lib. 3. cap. 3. *Ante igitur quàm inchoetur bellum, de copiis expenſiſque ſolers debet eſſe tractatus, ut pabula, frumentum, cæteræque Annonariæ ſpecies, quas à provincialibus conſuetudo depoſcit, maturiùs exigantur.* De iiſdem perpetuò eſt mentio in Jure Civili.

Annotinus, a, um. Item quod pertinet ad Annonam. Cæſar lib. 5. Bell. Gallic. *Multitudine navium præteritæ, quæ cum Annotinis privatiſque amplius octingentæ uno erant viſæ tempore.* Dicimus etiam Annotinum, quod eſt unius anni ; verùm juxta hanc uſurpationem non eſt noſtræ indaginis.

Anpits. Linguâ Catalaunicâ eſt antemurale, ſeu murus antepectoralis, barbaro item vocabulo *Barbacanas*. Fuit in uſu hoc vocabulum ævo lapſæ Latinitatis. Conſuetudines Catalaun. inter Domm. & Vaſſallos cap. 55. *Tenentur operarii in muris & vallis & lizis, & antemuralibus, ſive Anpits & propugnaculis, ſive barbacanas.* Legitur autem ſemper voce indeclinabili.

Ansa, æ. Promiſcuè ſumitur ab architectis, vel pro capulo, ſive catenæ capite, ubi ferrum eſt perforatum, ad excipiendum cuneum, vel lingulam, quâ utrinque catena firmetur : vel pro fibulis juncturiſque ferreis ad opera continenda. Vitruv. lib. 2. cap. 8. *Anſis ferreis & plumbo frontes junctæ ſint.*

Anſa, æ. Pro plagula vel ſquama loricarum. Vide *Macula*.

Anſula, æ. Parva anſa. Valer. lib. 8. cap. 13. *Mirificè & ille artifex, qui, in opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida & anſulis paſſus, de crure etiam diſputare incipientem, ſupra plantam aſcendere vetuit*.

Anſatæ, arum. Jacula ſunt cum anſis. Adducuntur ex Ennio à Macrob. Saturn. lib. 6. cap. 1. *anſatas mittunt è turribus*.

Anſatus, a, um. Quod anſam habet. Plaut. in Perſ. à machinis & ædificiis ad homines hanc vocem tranſtulit: *Sed quis hic anſatus ambulat?* hominem anſatum dixit, qui reflexo ad latera utroque brachio incederet.

Anſæ scutorum. Ut ſcuta facilè & expeditè tractari poſſent, antiquitus illa loro affixa ſiniſtro appendebantur humero. Id autem duplicem duntaxat in modum fieri neceſſe erat. Vel enim lori fibula defixa erat thoraci ſupra humerum, ipſum vero lorum ſcuto annexum; vel fibulâ jungebatur ipſum lorum; innexumque eidem ſcutum ad omnem partem agi poterat, circa collum vertente ſe loro. Juxta hunc modum alligata fuiſſe ſcuta circa collum indicat Livius Dec. 3. lib. 2. *Et cum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ jacularentur, tranſlatis in partem dexteram ſcutis, in majora caſtra ad ſexcentos evaſerunt*. Ubi vides fibulam non fuiſſe defixam thoraci, ſed loro: poterant quippe ſine alienæ manus auxilio ipſi milites ab una in alteram partem ſcuta transferre. Primum verò modum ſcuta geſtandi tradit Suidas in voce *Porpax*; ubi ſcribit: *Porpax, lorum, quo ſcutum ſuſtollitur*. Idem autem ſtatim ſubdit, quoſdam porpacem explicare ferrum parvum, quod ſcutum medium tranſit, & quo tenet ipſum miles. Cum verò mos ille antiquus ſcuta loris affixa geſtandi multiplicem haberet difficultatem in eorum tranſactione, anſa ſcutis ſimplex, ſi leviora eſſent, duplex, ſi graviora, addita eſt. *Manico*, *Imbracciatura*. Hujuſmodi autem inventum Herodotus lib. 1. ad Cares refert: *Anſas ſcutorum hi ſunt, qui primi fecerunt. Euſque enim ſine anſis ferebant clypeos, vinculis è loro ſuſpendentes circa collum, & humeris ſiniſtris circumponentes*. Anſas & lora ſcutorum exhibet Lipſius in Milite armato Anal. Mil. Ro.

Anſeres, anserculi, ſive Græca appellatione *chenisci*. Effigiem anſeris ex ligno attollere ſolebant in bellicis navibus Veteres, & ſuper puppibus collocare. Cycnorum etiam ſimulacra ibidem ſublata. Sic inſtructa navigia paſſim videas in nummis antiquis, & vetuſtis anaglyphis, atque etiam non ſemel in Columna Trajani. Duo autem præſtabant anſerina illa vel cycnea ſigna. Erant ſiquidem ornamento, recepta inter volantes tænias prope apluſtre, ſive aphlaſtum. Iterum autem ſecundi fauſtique erant ominis. Indicabatur ſiquidem ea imagine neutiquam fore demergendum navigium, quo modo anſeres & cycni tutò per aquas feruntur. Apertè id docet vetus Etymologus apud Schefferum lib. 2. de Milit. Naval. cap. 4. *Dicetur chenifcus, vel anſerculus, quia fabri navium caput anſerinum deformant, & in ejus* (puppis) *ſummitate collocare ſolent, atque ita navim anſeri quodammodo aſſimilant, ominis fortaſſe causâ, ne navis ſubmergatur, quemadmodum anſeres, qui per fluctus nullo periculo navigant*. Idem augurium nautis proſperum a cycnis profectum obſervavit Servius in illud Virgilii Æneid. 1. ubi à volatu cycnorum per aerem tranquillo ſedatoque arguit Venus, adfuturas mox incolumes Æneæ naves:

Namque tibi reduces ſocios, claſſemque relatam
Nuntio & in tutum verſis Aquilonibus actam;
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Aſpice bis ſenos lætantes agmine cycnos,
Ætheria quos lapſa plaga Jovis ales aperto
Turbabat Cælo: nunc terras ordine longo,
Aut capere, aut captas jam deſpectare videntur.
Ut reduces illi ludunt ſtridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantuſque dedere,
Haud aliter puppeſque tuæ, pubeſque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

Adducit autem Servius in eum locum verſiculos illos ex Ornithologia:

Cycnus in auguriis nautis gratiſſimus ales;
Hunc optant ſemper, quia nunquam mergitur undis.

Ex hoc veterum more efferendi in puppibus navium anſerina vel cycnæa ſigilla inducti ſunt in errorem Cœlius Rhodiginus lib. 9. cap. 17. variar. lect., & Dauſquejus Silii commentator reputantes anſeres fuiſſe navium nomen, ut obſervat Fabrettus lib. 4. de Columna Trajani. Et hęc quidem de Anſeribus fictis ligneiſque. Impendio meliùs de re bellica, ipsâque Româ meriti ſunt Anſeres, cum, Capitolii cuſtodibus canibus altè conſopitis, clangore ſuo ad arcis defenſionem Romanos excitarunt, ac veluti vicarias egerunt excubias adversùs obſidentes Gallos, ut narrat Florus lib. 1. cap. 13. Eam ob cauſam publicè alebantur in Capitolio. Ob eandem vigilantiam rei Romanæ præſtitam certo quotannis die ſolemni canis in crucem actus per Urbem geſtabatur; anſer verò ſplendido & pretioſo ſtragulo in lectica ſedens, ut legitur apud Plutarchum in libro de Fortuna Romanorum. Providè demum præcipit Vegetius lib. 4. cap. 26., ut Anſeres, non minus quàm canes, in oppidis nutriantur, ad eorum cuſtodiam & tutamentum; quod exemplo Capitolinæ arcis aptè confirmat: *Anſeres quoque non minore ſolertia nocturnos ſuperventus clamoribus indicant. Nam ingreſſi Capitolinam Arcem Galli Romanorum nomen eruerant, niſi clamore Anſerum excitatus Manlius reſtitiſſet. Mirâ diligentiâ ſive fortunâ viros, qui univerſum Orbem erant miſſuri ſub jugum, avis una ſervavit*. Vide *Aphlaſtum*.

Antagoniſta, æ. Latinè æmulus in pugna vel certamine; ſed ferè de ludicra dicitur dimicatione.

Antarii funes. Vitruv. lib. 10. cap. 3. *Antarii funes ante laxi collocentur*. Sunt qui in ſummis trochleis ducendi & reducendi ponderis gratiâ religantur. Non modo in machinis militaribus, verùm etiam in re nautica præcipuo ſunt uſui.

Antarium bellum. Feſto exponitur, quod ante Urbem geritur. Hinc Gloſſarium vetus: *Ante portas bellum*. Dacerius tamen in Feſtum magis probat, Antarium dici bellum, quod in proprium Regem, vel Principem geritur à Græcorum verbo ἀνταίρω, quod eſt rebello.

Antarta, & Antartes. Vide *Intarta*.

Ante Victoriam encomium canis. Monemur hoc adagio, ſtultum eſſe laudem quærere ſibique plaudere ante rem proſperè confectam: Ortum ab incerto armorum exitu & belli conditione; cum ſæpe multa inter armorum tractationem occurrant, quæ victoriam impedire poſſunt, ut nulli

ſit

ſit præpropere gloriandum ante certaminis belli-que exitum. Mos autem fuit non apud Græcos ſolùm, verùm etiam Romanos oratione vel carmine victores celebrare: cujuſmodi Ptolemæi encomium extat apud Theocritum.

ANTECSSSORES. Svet. in Vitell. *Irruperant jam agminis Anteceſſores, & ſingula rimabantur*. Ab antecedendo ſic appellati, ut Antecurſores ab antecurrendo. Vide *Antecurſores*. Mauritius Imp. in lib. de Rom. Militia apud Turneb. hæc babet de Anteceſſorib. *Anteceſſores, qui ante agmen eunt, & loca caſtris metandis idonea eligunt, & vias, qua duci exercitus commodè poſſit, vident*. Hos Græci nominant Prodromos. Cic. ad Attic. lib. 1. *Nam multi Pompejani Prodromi annciant Pompejum apertè acturam*.

ANTSCURSORES. Cæſar 1. Bell. Civil. *Ibi cum Antecurſoribus Cæſaris bello commiſſo*. Equites, vel globi armatorum, præmiſſi vel ad capienda caſtra & comparandam annonam, & juxtà hanc notionem dicuntur italicè *Forieri* a fodero, vel foragio, quæ ſunt voces collapſę latinitatis; vel ad explorandum hoſtium ſtatum, & italicè dicuntur *Corridori*, *Corrieri*, *Battitori di ſtrade*, *Anticorrieri*. Alber. cap. 35. *Ripoſaſti le mani tue; e venne quaſi Anticorriere la tua povertade, a la tua mendicitade*. Solent autem deligi ex manipulis levis armaturæ, ut expeditiſſimi ad curſum ſint. Qui autem ad nuncios deferendos eliguntur, certa quædam & peculiaria habent inſignia; ſed de his alibi erit ſermo.

ANTEFIXA, orum, ſive, ut Baldus legi mavult apud Vitruv. 10. 15. Antefixæ, arum. Columellæ ſunt in Catapulta, quæ plinthium ſuſtinent. Addo Vitruvii verba: *Antefixa* (meliùs Antefixę) *latitudo foraminis*.

ANTEGARDA, æ. Quaſi prima cuſtodia: Wardam enim Germani cuſtodiam dicunt. Prima militantium acies. Italis *Vanguardia*. Occurrit apud Thomam Valſingamum: *Mos erat in exercitu, quod unus de magnis Baronibus faciebat quotidie Antegardam, & alius Retrogardam*.

ANTEMURALE. Scriptores bellici recentiores ſic appellant quidquid munitionum ad Urbium præſidium ante muros protenditur, paraturque ne ſtatim hoſtibus aditus pateat ad impetenda mœnia. Joannes de Janua: *Antemurale dicitur defenſio ante murum*. Author Mamotrecti: *Propugnaculum eſt Antemurale, ſive pinna murorum, quia de eo pugnatur*. Idem munimenti genus dicimus *Promurale*. Italis *Parapetto*, *Antimuro*. Mor. di S. Greg. *Il noſtro muro è colui, che non laſcia il corſo de' maligni ſpiriti giungere a' noſtri cuori, ilquale ha poſto eziandio l'Antimuro &c.*

ANTEMURANUS, a, um. Murus ſeu munitio antemurana dicitur de quolibet aggere & opere extimæ munitionis. Author vocis Ammianus lib. 21. *Erumpentibus recurſus ad mœnia tutior, vallumque Antemuranum ceſpitibus fultum inſidianter ab omni diſcrimine defendebat*.

ANTENNA BOSOTIA. Machina oppugnatoria & incendiaria. Vide *Mœnia*.

ANTEPECTORALIS MURUS. Agger ſeu loricula, quâ proteguntur milites miſſilia jacientes. Vox eſt infimæ latinitatis. Charta in regeſto Feodorum Burgundiæ. *Muro quoque permiſi item clauſtrum claudi, cujus altitudo à ripa interiori ſit unius lanceæ, abſque batalliis, & muro Antepectorali*. vulgò *Barbacane*.

ANTEPILANI. Militiæ genus apud Romanos. Liv. 8. ab Urbe 38. in hunc modum id genus militiæ deſcribit: *Hæc prima frons in acie florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat: robuſtior inde ætas totidem manipulorum, quibus Principibus eſt nomen. Hos ſequebantur ſcutati omnes inſignibus maximè armis. Hoc triginta manipulorum agmen Antepilanos appellabant: quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat*.

ANTERIDES. Fulturæ ſunt in frontibus vel angulis ædificiorum, ad parietum munimentum: reſiſtunt enim & validiſſimè renituntur murorum ponderibus. De iis Vitruv. lib. 6. cap. ult. *Deinde in frontibus Anterides, ſive eriſmæ ſint, una ſtruantur*. Locum habent in lapideis non ſolùm munitionibus, verùm etiam in machinis bellicis, ad robur illis & firmitatem addendam. In opere architectonico militari preſſiùs Anterides dicimus genus munimenti promuralis, ſeu prætenturæ. Fit autem ad eadem promuralia fulcienda, ne fatiſcant aut corruant, utpotè quæ ex aggeſtionibus faſcium & addititia terrâ ferè conſtent. Italis *Barbacane*, *Speroni*, *Contraforti*.

ANTESIGNANI. Ex verbis Livii lib. 37. *Haſtatorum prima ſigna, deinde Principum erant; Triarii poſtremos claudebant*, colligit Lipſius Anteſignanos fuiſſe inter Haſtatos, & horum ſigna propugnare conſueviſſe. Quam ob cauſam eoſdem Gręci vocant Propugnatores, ſive Præpoſitos ſignorum. Ad eundem modum explicat Subſignanos, & Poſtſignanos, quorum primi tuebantur ſigna Principum, qui ſecundum locum obtinebant in acie, poſtremi ſervabant & defendebant ſigna Triariorum, qui in acie erant poſtremi. Alii tamen aliter explicant Anteſignanos, Subſignanos, & Poſtſignanos. Cum enim apud Romanos Aquila, & totius legionis ſigna collocarentur poſt Haſtatos, itaut Haſtati ante ſigna eſſent, Principes verò ſub ipſis ſignis, Triarii autem poſt ſigna, hinc Haſtati Anteſignani dicti, Principes Subſignani, Triarii Poſtſignani. Indicare hoc videtur Livius, ubi non ſemel ſcribit ſtragem factam ante ſigna, & poſt ſigna; Triarios verò rem reſtituiſſe. Idem lib. 22. *Pugna exorta eſt non illa ordinata per Principes, Haſtatoſque, ac Triarios, nec ut pro ſignis Anteſignanus, poſt ſigna alia pugnaret acies*. Sed hoc etiam interdum variatum idem Hiſtoricus inſinuat lib. 23. *Triplex ſtetit Romana acies: peditum pars ante ſigna locata, pars poſt ſigna accepta: equites cornua cinxere*. Ubi vides de peditatu Hiſtoricum loqui nihil diſtinguentem inter Haſtatos, Principes & Triarios. Cæterum de Anteſignanis Liv. lib. 9. *Cadunt Anteſignani, & ne nudarentur propugnatoribus ſigna, fit ex ſecunda, prima acies*. Idem lib. 4. *Signa nunc reſiſtentia deferantur ab Anteſignanis, nunc inter ſuos manipulos recipiantur*. Idem ibidem: *Cum Dictator equitatu immiſſo Anteſignanos hoſtium turbaſſet, legionum inde ſigna inferri properè juſſit*. Quæ porrò Livii teſtimonia exploratum iterum faciunt Anteſignanorum nomen, & ordinem non leve ſæpiùs diſcrimen ſuſcepiſſe in Acie Romana.

ANTIBASIS. Pars catapultę apud Vitruv. Minorem columnam oppoſitam baſi interpretes Vitruviani alius ex alio exponunt. Verba Vitruvii ſunt lib. 10. cap. 15. *Craſſitudo, ideſt poſterior minor columna, quæ Græcè dicitur ἀντίβασις, foraminum octo*.

ANTI-

Digitized by Google

Antipoliorcetice. Vide *Repugnatoria art*.

Antistes. *Capoſila*. Vide *Ordinarii*.

Anulus, i. Inter præmia militaria refertur ab Aſconio, & quidem inter ea, quæ minus lucroſa, ſed tamen honeſtiora eſſent. Sic autem ſcribit: *Quædam præmia & honori & lucro ſunt, ut haſtæ, vexilla, phaleræ, corona civica; at anuli aurei ingenuitatis ſigna*. Olim anuli aurei in uſu non fuerunt, ſed ferrei, vulgoque cum anulo ferreo triumphabant: Sic triumphavit de Jugurta C. Marius; & hi qui ob legationem acceperant anulos aureos, illis in publico tantum utebantur; intrà domos verò ferreis: quo argumento, ut refert Plinius l. 33. Sponſæ anulus ferreus mittebatur. Etiam Lacedæmoniis ſoli ferrei erant in uſu.

Anulus. Pro plagis, vel ſquamis loricarum. Vide *Macula*.

Apaturia, orum. Feſtum erat Athenienſium à deceptione ſic appellatum. Origo Feſti à ſingulari certamine inter Melanthium & Xanthium, quorum ille Athenienſium, hic Bœotorum Rex fuit. Orta ſiquidem de finibus controverſia inter Athenienſes & Bœotos, ut illa dirimeretur, res privatæ pugnæ inter Reges commiſſa eſt. Ea dimicatione Xanthius aſtu deceptus occubuit. Nam quidam nigra capræ pelle indutus interpellans illum à tergo locum fecit æmulo, ut eundem impunè adoriretur. Interpellatorem Bacchum vulgò crediderunt. Idcircò eidem inſtituta Apaturia. Scholiaſtes Ariſtophan.

Aper. Refertur inter effigies ſignorum militarium apud Romanos à Plinio lib. 10. cap. 4. ubi de Aquila ſic loquitur. *Romanis eam legionibus C. Marius in ſecundo conſulatu ſuo propriè dicavit. Erat & antea cum quatuor aliis: Lupi, Minotauri, Equi, Aprique ſingulos ordines anteibant*. Conjectare licet Aprum apud Plinium eſſe, quem Feſtus & Vegetius Porcum in ſignis Romanis appellant. Vide *Porcus*.

Apertæ Naves. Vide *Conſtratæ naves*.

Apes, vel **Apis**. Quod ſine pedibus naſci videatur, id nominis adepta eſt. Ingenioſiſſimum eſt animalculum, & humanis uſibus impensè proficuum. Inde enim dulciſſimo ſucco condiuntur cibi, & earum ceris per noctem conciliata luce longas ſolamur tenebras, & ſqualidam vitę plus quàm dimidiæ orbitatem. In earum peritia extollenda multus eſt Plinius Concordiam etiam, temperantiam, fidem, juſtitiam, ad hominum invidiam magis quàm ſimilitudinem, colunt. Ut earum inveſtigaret naturam Ariſtodemum Philoſophum multos inſudaſſe annos ſcribit Auguſtinus. Cicero verò Ariſtomachum Solinenſem annos duodeſexaginta nihil aliud egiſſe teſtatur. Utrum mel educant ex floribus, an ex eorum ſuccis ipſæ opificio ſuo mel faciant, adhuc quæritur. Sunt qui favos ex floribus, ceras ex lacrimis arborum putent conſtruere. Cæterum earum naturam, mellis condendi induſtriam, vivendi ſuaſque tuendi cellas ſolertiam, tum prodeundi remeandique ordinem, & alia ipſarum miracula, pugnas præſertim & in Regem fidem & obſequium, æquali admirabilitate deſcribit Virgilius Georg. lib. 4.

Sin autem ad pugnam exierint (nam ſæpe duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu)
Continuoque animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè præſciſcere; namque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat; & vox
Auditur, fractos ſonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter ſe coeunt, penniſque coruſcant,
Spiculaque exacuunt roſtris, aptantque lacertos,
Et circa Regem, atque ipſa ad prætoria denſæ
Miſcentur, magniſque vocant clamoribus hoſtem.
Ergo ubi ver nactæ ſudum, campoſque patentes,
Erumpunt portis; concurritur, æthere in alto
Fit ſonitus: magnum mixtæ glomerantur in orbem,
Præcipiteſque cadunt; non denſior aere grando,
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.
Ipſi per medias acies inſignibus alis
Ingentes animos anguſto in pectore verſant;
Uſque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut hos,
Aut hos verſa fuga victor dare terga coegit.

De iiſdem Plinius multa habet accuratè lib. 11., ſed illa præcipuè militaria. *Ratio operis hæc: interdiu ſtatio ad portas more caſtrorum, noctu quies in matutinum, donec una excitet gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo*. Meritò proinde Quintilianus Declam. 13. partem divinæ mentis aliquam apibus ingeneratam ſcribit: irridetque ingenia humana, quæ ad percipiendas diſciplinas multo labore deſudant, cum nulla apis niſi artifex naſcatur. Diſpoſitionem certè ordinemque militarem atque caſtrenſem exactiùs tuentur atque cuſtodiunt, quàm Ælianus, aut alii Tactici Scriptores norint præſcribere. Suas habent ſtationes ad portas, collocationem in acie, ordinem in progreſſu. Bipartitæ ſequuntur Reges ductores. Pro illis labores omnes ſuſcipere, nullos reformidare hoſtiles incurſus, objectare periculis fortiſſima capita pectoraque honeſtiſſimum putant. Ineunt pugnas, conglobantur turmatim, cædunt, inſiliunt, in fugam rivales conjiciunt. Poſtremò in omni alea militari corporis exiguitatem magnitudine odii atque alacritatis ſupplent. Iſaias cap. 7. Aſſyrios Apes apellavit: *Sibilabit Dominus Api, quæ eſt in terra Aſſur*. Ad quem locum hæc habet Cornelius à Lapide: *Apes vocat Aſſyrios: Primo quia potentes erant ſagittis: uti apes ſuis aculeis, ita S. Hier. Secundò: quia inſtar apum auratis armis, & variegatis veſtibus conſpicui erant, ita Cyrill. Tertiò, quod in bellis & actibus ſuis inſtar apum ſeduli eſſent, induſtrii, laborioſi & conſtantes*.

Apheteria, orum. Suidas exponit organa ad expugnandas urbes accommodata. Cujus illa formæ fuerint, reticeſcit; nec ego quidquam habeo aliunde promptum, quo huic machinamento lucem aſpergam. Videntur tamen fuiſſe organa jaculatoria; Græca quippe notione Apheteria ſunt *Emiſſoria* à verbo ἀφιέναι, quod eſt dimitto. Salmaſius in Solinum obſervat Prætorem apud Romanos dictum fuiſſe Apheten, quoniam ad ipſum pertineret ſignum proferre in Circenſibus, quo ſolutis repagulis proſilirent equi, & quadrigæ dimitterentur. Sunt porrò Aphetæ apud Stephanum ex Apollon. Argon. lib. 1. Urbs Magneſiæ, ſic appellata, quoniam ex illius portu, tamquam è carceribus emiſſa eſſet navis Argo.

Aphlastum, i. Lignum in pennarum ſpeciem fectum, quod Veteres ac potiſſimùm Græci ſupra puppim collocabant, anſerino, ſive olorino capiti adnexum ad navis ornamentum. Exhibebat autem in puppi Aphlaſtum, quod in galea bella-

to-

torum pinnæ & criſtæ. Teſſera habebatur & ſignum potentiæ maritimæ, ad quam oſtentandam in ſummitate puppium ſolebat extolli. Ejus delineationem criſtæ militari minimè abſimilem reddit Fabrettus in explicatione veteris anaglyphi, quo Homeri Ilias continetur. Vaillant. in Hiſt. Reg. Syriæ obſervat uſurpatum fuiſſe à Tyriis expreſſumque in Numiſmatis Demetrii Nicanoris ad notandam navalis belli potentiam & victnrias maritimas. Triſtanus etiam in nummo Veſpaſiani Aphlaſtum habet Neptuni ipſius inſigne. Meminit Aphlaſti Homerus, qui pro puppis ornamento id poſuit; quemadmodum enim prnra acroſtoliis, ita ſumma puppis nrnabatur Aphlaſtis. In nummis M. Antnnii, Adriani, aliiſque non paucis objiciuntur tres pennæ aſſurgentes in ſummo puppis faſtigio, prn Inſigni & ſymbolo, ut indicavi, expeditionis navalis, maritimæ pntentiæ, vel victoriæ reportatæ. Salmaſius in Solin. acutè advertit, Apluſtre Latinnrum vocem eſſe ex Græcorum Aphlaſto à Latinis corruptam. Nam quòd antiquitùs non Apluſtre, ſed Ampluſtre diceretur, ductumque eſſet ab adverbio *ampliùs*; quaſi vanum & ſupervacaneum eſſet navis ornamentum, atque adeo ampliùs, quam poſceret uſus & neceſſitas navigationis, gerræ ſcilicet illæ ſunt, & hiemalia Feſti ſomnia. Vetus interpres Juvenalis Apluſtre exponit, vel tabulatum ornamenti gratiâ additum ad navis ſuperficiem, vel aliud ornamenti genus locatum in extrema parte mali. Ariolati ſunt iſthæc, & gratis venditarunt Grammatici. Prorsùs erit exiſtimandum ex Salmaſio, Latinorum Apluſtria nihil differre ab Aphlaſtis Græcorum. Meminit Apluſtris Cic. in Arat.

Navibus abſumptis fluitantia quærere apluſtra.

Item Juvenal. Satyr. 10.

victæque triremis

Apluſtre.

Obſervo demum cum Scheffero de Milit. Naval. lib. 2. cap. 6. non inane prorsùs fuiſſe Aphlaſti ornamentum in puppe. Præcipuus ejus uſus erat ut motu tæniæ vel faſciæ verſicnloris, qua conſtat Aphlaſtum, venti dignnſcerentur.

APHRACTA NAVIGIA. Latine reddas nnn munita, adaperta. Oneraria ſunt, cujuſmndi multa bellicas naves ſequuntur. Aphracta Rhodiorum memorat Cicero ad Atticum & ad Tironem.

APINA, ET TRICA. Apinas & Tricas vulgato ſermone dicimus res leviculas & deſpicabiles. Millitaris eſt proverbii origo ex Diomede, qui Apinam & Tricam Apuliæ oppidula nulla laude ſuperavit, utpote vicos munimentis omnibus ſpoliatos. Martial. lib. 13.

Sunt Apinæ, Tricæque & ſiquid vilius iſtis.

APLUSTRE, IS. Et in plurali Apluſtra & Apluſtria. Vide *Aphlaſtum*.

APOCALIGUS. Miles Caligatus, ideſt Gregarius & Manipularius. Occurrit apud Scriptores corruptæ Latinitatis. Adrianus PP. Epiſt. ad Irenem & Conſtantinum Impp. *Quia ex Laicorum ordine & imperialibus obſequiis deputatus, repente Patriarchatus culmen adeptus eſt; & Apocaligus contra ſanctorum canonum cenſuram factus eſt Patriarcha.* Senſus autem eſt, virum in rebus Eccleſiaſticis novitium parumque verſatum ſtatim creatum fuiſſe Patriarcham: quemadmodum Marius miles antea gregarius continuò ad Conſulatum pervenit.

APOLLO. Ingenii in multas partes verſatilis, artiumque plurimarum inventnr ab antiquitate deſcribitur Jovis hic filius. Quatuor verò in primis artibus eum enituiſſe ab Orpheo & Homero diſcimus. Inſignis primùm augur, tum citharædus peritiſſimus, medicinæ etiam parens, ac poſtremò laudatiſſimus jaculator & ſagittarius; quamobrem Arcitenens paſſim audit apud poetas. Cyclopas primùm ſagittis ſuis confeciſſe legitur, prnpterea quod fulmina miniſtraſſent Jnvi, quibus ille Æſculapium amantiſſimum filium à ſe ſuſceptum crudeli morte mulctavit. Iiſdem ſagittis Pythnnem immaniſſimum ſerpentem ſuperavit: in cujus victoriæ mnnumentum eidem Pythia ſacra cum ludis celeberrimis inſtituta. Ovid. l. 1. Metam.

Inſtituit ſacros celebri in certamine ludos
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.

Sunt verò qui Pythonem crudeliſſimum tyrannum fuiſſe memorent, eumque ab Apolline jaculis confnſſum fabulæ locum feciſſe. Neque pnrrò deſunt qui memnratam ſerpentis victoriam ad naturalem referant cauſam; affirmant autem tetras malignaſque terræ exhalationes atque vapnres, volubili impetu in ſupernas regiones elatas à Sole, quod eſt aliud Apollinis nomen, radiorum ſunrum, quaſi ſagittarum vi & efficacia deletos & diſſipatos, atque inde originem fabulæ promanaſſe. Nullis tamen aden honoribus Apollo claruit, quàm cum ad Actium promontorium Auguſto adfuit, eique, ut apud Ethnicos creditum, cœleſtes tulit ſuppetias contra M. Antonium & Cleopatram Ægypti Reginam navali prœlio dimicanti. Quam ob cauſam Actius ipſe Apollo dictus, & Leucadius ab alin promontorio, quod Actio proximum eſt. Virgil. 8.

Actius hæc cernens arcum tendebat Apollo.

Item Propertius.

Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quòd ejus
Una decem vicit miſſa ſagitta rates.

Vide hanc Propertii Elegiam, qua belli illius navalis hiſtoriam univerſam complectitur atque cnncelebrat. Ex qun lucem habent obſcurinres illi cæteroqui verſus Ovidii Metam. lib. 13.

Præter erant victi certatam lite Deorum
Ambraciam.

Dicit autem *Ambraciam*, quæ provincia eſt ad Actium prnmnntorium, Deorum lite certatam fuiſſe; nam Dii Ægyptii M. Antonio & Cleopatræ favebant, Anubis nimirum, Oſiris, Iſis, aliique: contra verò prn Auguſto & Rnmanis Apollo decertabat. Illuſtre pnſtremò monumentum ejuſdem victnriæ fuere Apollinares ludi ab Auguſto eidem Apollini celebrari juſſi. Poſt eandem adversùs Clenpatram reportatam victnriam, templum ab Auguſto in Palatin dicatum Apnllini fuit cum porticu & biblintheca, de qua fusè Propertius in ſupra memorata Elegia, quæ incipit

Muſa Palatini referamus Apollinis ædem.

Dictus inde Apollo Palatinus, atque etiam Navalis. Propert.

Hic ubi Navali ſtant ſacra Palatia Phœbo,
Evandri profugæ procubuere boves.

APOLLINARES LUDI. Ab Auguſto Romæ inſtituti in honorem Apollinis pnſt victoriam ab eodem reportatam adversùs M. Antonium & Cleonatram Ægypti Reginam. Iidem ludi Actiaci dicti ab Actio promontorio Leucadiæ. His aderat Popu-

lus laureatus, cui etiam ſtips erogabatur. Vide Roſinum.

APOTHEOSIS. Græca notione cooptatio in Deorum numerum: Latinis conſecratio. Cic. ad Attic. epiſt. 13. *Videſne conſulatum illum noſtrum, quem Curio antea Apotheoſin vocabat?* Itali dicimus *Canonizatione* à canone, ideſt, Catalogo, vel tabulis, aut tabulario, in quod referebantur nomina Sanctorum Martyrum, ut debitum illis poſtea honorem Chriſtianorum pietas & Religio impertiret. Vide Fratres Macros. Supremum hoc maximumque & divinum potiùs, quàm humanum fuit inuſitatæ virtutis apud Veteres præmium. Quandoquidem verò à bellica ſolum illi laude parta, & à numero atque præſtantia victoriarum fortitudinem metiebantur, idcircò contigit vix alios, quàm fortes viros, & humanæ conditionis fines tranſgreſſos bellatores Apotheoſi, divinis nempe honoribus fuiſſe decoratos. Hinc apud Scriptores Græcos honores illi & decora dicebantur Heroica. Decernebantur quippe ſingularem in modum de Republica meritis, iiſque duntaxat, qui aut Urbium conditores fuiſſent, aut dimicando fortiter, ſublatiſque ubique monſtris atque prodigiis, immortalem ſibi gloriam collegiſſent. Horum exempla habes apud Caſaub. in Sveton. Indicare hic ſufficiat decus hoc ampliſſimum aſſecutos, Liberum patrem, Caſtores, alioſque Conſentes Deos: Herculem præcipuè, cujus Apotheoſim à choro celebratam habemus apud Senecam in Hercule Œtæo per hos verſus:

Numquam ſtygias fertur ad umbras
Inclyta virtus: Vivite fortes:
Nec Lethæos ſæva per amnes
Vos fata trahent: ſed cum ſummas
Exiget horas conſumpta dies,
Iter ad Superos gloria pandet.
Sed tu domitor magne ferarum,
Orbiſque ſimul pacator ades.
Nunc quoque noſtras reſpice terras:
Et ſiqua novo bellua vultu
Quatiet populos terrore gravi,
Tu fulminibus frange triſulcis.
Fortiùs ipſo genitore tuo
Fulmina mittes.

2. Quos Veteres illi heroicos honores dixere, divinos poſtea fecit ambitio, Regum atque Regnorum perpetuum malum. Quid autem dementius atque ſervilius Demade illo, qui, ut eſt apud Ælian. Var. Hiſt. lib. 5. *Surgens convocata Athenienſium concione decreto juſſit, ut Alexander ſcriberetur Deus decimuſtertius.* Id poſtea in Rege aut vulneribus affecto, aut in mulicbres ejulatus degeneri irriſerunt non modo Duces alii, verùm etiam ipſa mater Olympias. Cumque commentum illud traditæ divinitatis viro mortali Græcis moribus indigniſſimum videretur, centum talentorum mulcta irrogata poſtea fuit adulatori nequiſſimo. Voſſius de Orig. Idol. lib. 1., ſcribit præter unum Urbis conditorem Romulum, & Accam Laurentiam nutricem, nullum hominem Deorum honoribus fuiſſe donatum ante tempora Juliana. Delatum tamen legitur id honoris, florente Republica, Annæ Bovillanæ; licet id è ſententia Senatus non fuerit factum. Quomodo verò in Deum relatus fuerit Romulus coorta tempeſtate ad Capreæ paludem, his narrat Florus lib. 1. cap. 1. *His ita ordinatis repente cum concionem haberet, ante Urbem apud Capreæ paludem è conſpectu ablatus eſt. Diſcerptum aliqui à Senatu putant ob aſperius ingenium: ſed oborta tempeſtas, ſoliſque defectio, conſecrationis ſpeciem præbuere: cui mox Julius Proculus fidem fecit, viſum à ſe Romulum affirmans, auguſtiore forma quam fuiſſet: mandare præterea ut ſe pro Numine acciperent: Quirinum in cælo vocari: placitum Diis ut gentium Roma potiretur.* Lactantius tamen lib. 1. cap. 15. ex aliis antiquis Hiſtoricis author eſt, Julium Proculum ſubornatum fuiſſe, ut viſum à ſe Regem humano habitu auguſtiorem renunciaret plebi: factumque id callidè & ſolerter à Romuli amicis, ut Urbis conditori magnificam illam divinitatis famam circumdarent. Poſt exactos Reges, & liberæ civitatis ſpatium omne evolutum, non Auguſtus, in quo multi allucinantur, ſed Julius Dictator omnium Romanorum primus divinis honoribus conſecratus eſt. Teſtatur id Sveton. in Jul. cap. 88. *Stella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa undecimam horam; creditumque eſt animam Cæſaris eſſe in cælum recepti: & hac de cauſa ſimulacro ejus in vertice additur ſtella.* Syderis Juliani apud multos, præcipuè verò poetas, eſt mentio. Virgil. lib. 8.

geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patriumque aperitur vertice ſydus.

Horat. lib. 1.

micat inter omnes
Julium Sydus, velut inter ignes
Luna minores.

Ovidius autem lib. 15. Metam. & ejus ſyderis diſertè meminit, & Cæſaris Apotheoſin enucleat:

Vix ea fatus erat, mediâ cum ſede Senatûs
Conſtitit alma Venus nulli cernenda: ſuique
Cæſaris eripuit membris, nec in aera ſolvi
Paſſa recentem animam, cæleſtibus intulit aſtris.
Dumque tulit, lumen capere atque igneſcere ſenſit:
Emiſitque ſinu, Lunâ volat altiùs illa:
Flammiferumque trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat.

Idem tradit expreſsè Manilius loquens de Auguſto:

Jam facit ipſe Deos, mittitque ad ſydera numen:
Majus & Auguſto creſcit ſub principe cælum.

Novos inde, vix abrupta ſerie Cæſarum & adſcriptitios Deos ambitio in cœlum recepit; eoſque aris templiſque auxit, flaminibus, pulvinaribus, & ludorum celebritate cumulavit. Plin. in Panegyr. plures per illa verba conglobat: *Nervam enim Trajanus lacrimis primùm, mox templis honeſtavit, non imitatus illos, qui hoc idem ſed alia mente fecerunt. Dicavit enim cælo Tiberius Auguſtum, ſed ut Majeſtatis nomen induceret: Claudium Nero, ſed ut irrideret: Veſpaſianum Titus, Titum Domitianus, ſed ille ut filius, hic ut frater videretur.* Facile hinc obſervatu fuerit, primos illos fortiſſimoſque mortalium, ſingulari in bellicis exercitationibus partâ gloriâ, heroicis honoribus meritò fuiſſe honeſtatos. Exceperunt illos poſt Romulum primi Cæſares, victoriis inſignes, & conciliata pace per orbem terrarum. Per fœdiſſimam poſtea aſſentationem, nullo meritorum diſcrimine, etiam ignaviſſimis quibuſque Cæſaribus attributi divini honores. Irrident proinde meritò illos poetæ. Et Juvenalis quidem per amariſſimam acerbitatem contemptus appel-

lat

lat *Rivales Deorum*. Idem Satyr. 6. de Claudio:

Ille ſenis tremulumque caput deſcendere juſſit
In Cælum.

Ubi ſalsè argutatur & cum ad inferos dicere voluiſſet, per facetam irriſionem *in Cælum* dixit. De eodem Claudio, ejuſque funere, & ridicula Apotheoſi multa facetè jocosèque complectitur opuſculum, quod Senecę nomine circumfertur, cui titulus eſt Apocolochyntoſis. Eam vocem latinè reddere unica dictione non potes, niſi fortaſsè dixeris *Incucurbitationem*. In eo quippe ludo Seneca, vel ſiquis alius ejus author eſt operis, Claudium bipedum inſulſiſſimum, non in Deum mutatum iri poſt mortem, quemadmodum per Apotheoſin Dii ſunt habiti alii Cæſares; ſed in cucurbitam per Apocolochyntoſin docet.

3. Notandum porrò nomina interdum fuiſſe mutata in Deos relatis. Apud priſcos Jo dicta Iſis, Melicèrta Portumnus, Ino Leucothea. Æneas etiam Jovis indigetis nomen meruit. Liv. lib. 1. *Situs eſt, quemcumque eum dici jus faſque eſt, ſuper Numicum flumen: Jovem Indigetem appellant*. Nihil verò compertius, quàm Romulum poſt conſecrationem appellatum fuiſſe Quirinum. Clariſſimè Ovid. Faſt. lib. 2.

Proxima lux vacua eſt, & tertia dicta Quirino;
Qui tenet hoc nomen Romulus ante fuit.

Homerus etiam alia apud Deos, alia apud homines nomina quibuſdam imponit. Ovid. Metam. lib. 1.

Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus
Nominat.

Eadem de cauſa Paris Alexander appellatur. Poſtremò viri divinis honoribus conſecrati ſymbolum erat apud antiquos Aquila innixa pergulæ, quæ expanſis alis Cœlum ſuſpiceret, qualis videtur in Numiſmatis Conſtantii & Antonini. Globo inſidentem referunt Numiſmata Claudii & Auguſti. Verùm de his vide plura apud Gutherium de Jure Manium lib. 29., qui numiſmata etiam plurima oculis ſubiicit, quibus tum virorum, tum fœminarum conſecrationes exprimuntur. Ritum militaris & heroicæ originis, deformatum poſtea & coinquinatum uſurpatione nequiſſimorum Cæſarum, adhuc magis poſterior Scriptorum adulatio deturpavit. Non defuere, qui Chriſtianorum Cæſarum gratiam captantes, eoſdem etiam vivos tanquam Deos excolerent. Latinus Pacatus de Theodoſio: *Deum dedit Hiſpania, quem videmus*. Claudian. de Honorio:

Me quoque Pieriis tentatum ſæpiùs antris
Audet magna ſuo mittere Roma Deo.

Hoc etiam Romanæ debemus religioni, ut ad perpetuum probitatis atque virtutis verterit teſtimonium ſuperſtitioſam veterum conſecrationem. Summam & incredibilem majeſtatem ſpirante ritu, id in Baſilica Apoſtolorum Principis à Summis Pontificibus, adſtante Purpuratorum, Præſulumque, & Magnatum ſplendidiſſima corona, peragi ſolet. Nihil illâ pompâ magnificentiùs, nihil auguſtius. Referuntur autem inter Superos non ii, qui victoriarum nomine Provincias & Regna ſtragibus polluerunt; atque in genus humanum injurioſi, modò latiùs Imperii fines propagarent, non fidem traditam, non amicitiæ atque cognationis leges, non innocentiam ſubjugatarum gentium violare erubuerunt; verùm ſupremis Cœlitum honoribus veri illi atque fortiſſimi Heroes augentur, quibus adversùs vitia & errorum portenta, vitæque liberioris illecebras multò glorioſiſſima fuit dimicatio. Dum hæc ſcribimus, ſacris ejuſmodi honoribus, cum incredibili Reipublicæ Chriſtianæ lætitia, Clemens XI. Pont. Max. cumulat exornatque viros inſigni ſanctimoniæ laude præſtantes S. Pium V. Pont. Max. Sacræ Prædicatorum Familiæ decus ampliſſimum, S. Felicem è ſtrictiori familia & ordine Franciſcanorum, quos Capuccinos vocant, S. Andream Avellinum, Clericorum Regularium ſplendidiſſimum ornameotum, & S. Catarinam Bononienſem ex ordine Monialium S. Franciſci.

4. Supereſſet ut de univerſa ratione & ritu ceremoniarum multiplici, quo ſuperſtitioſa conſecratione veteres referebantur in Deos, aliqua ſubnecterem; verùm ea ad hujus tituli calcem rejeci, ut depicta & elegantiſſimè delineata eadem tibi exhiberem ab Herodiano, quem de veteri loquentem conſecratione ſic latinè reddidit Politianus: *Mos eſt Romanis conſecrare Imperatores, qui ſuperſtitibus filiis, vel Succeſſoribus moriuntur. Quique eo ſunt honore affecti, relati dicuntur inter Deos. Eſt autem tota Urbe quaſi luctus quidam feſtæ celebritati promiſcuus. Quippe functum vita corpus rita hominum ſumptuoſo funere ſepeliunt. Sed ceream imaginem defuncto quam ſimillimam fingunt, eamque in Regiæ veſtibulo proponunt ſupra eburneum lectum maximum atque ſublimem, veſtibus inſtratis aureis. Et quidem imago illa ad ægroti ſpeciem pallida recumbit. Circa lectum verò utrinque maximam partem diei ſedent, à læva quidem Senatus omnis veſtibus atris amictus, à dextera verò Matronæ, quas virorum, aut parentum dignitas honeſtat; harumque nulla, vel aurum geſtans, vel ornata monilibus conſpicitur, ſed veſtibus albis exilibus indutæ mærentiam ſpeciem præbent. Hæc ita per ſeptem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inſpectumque velut ęgrum deteriùs ſe habere ſubinde pronunciantibus. Dein ubi jam viſus obiiſſe diem, lectum humeris attollunt equeſtris ſenatoriique ordinis nobiliſſimi ac lectiſſimi juvenes, perque viam ſacram in vetus forum deferunt, ubi Magiſtratus Romani deponere imperium conſueverunt. Utrinque autem gradus quidam ſunt ad ſcalarum ſimilitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum eſt chorus è nobiliſſimis atque patriciis: altera fæminarum illuſtrium hymnos in defunctum, pæanaſque canentium verendo ac lamentabili carmine modulatos. Quibus peractis tollunt iterum lectum, atque extra Urbem perferunt in Campum Martium. Ubi, qua latiſſimè campus patet, ſuggeſtus quidam ſpecie quadrangula lateribus æquis aſſurgit, nullâ præterquam lignorum ingentium materiâ compactus in tabernaculi formam. Id quidem interiùs eſt totum aridis fomitibus oppletum, extra autem intextis auro ſtragulis, atque eboreis ſignis, variiſque picturis exornatum. Supra verò alterum, minuſculum quidem poſitum eſt, ſed forma, & ornatu perſimile, portis januiſque patentibus. Tertiumque item & quartum ſemper inferiore contractius: ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt omnium breviſſimum perveniatur. Poſſis ejus ædificii formam comparare turribus his, quæ portibus imminentes, noctu igne prælato, naves in tutas ſtationes dirigunt: Pharos vulgò appellant. Igitur lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, ornamenta & ſuffimenta omnis generis, fructus,*

herbaſque, ſuccoſque omnes odoratos conquirunt, atque acervatim effundunt. Quippe neque gens eſt, neque civitas, neque qui honore ulla, aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſque ſuprema illa munera Principis honori deferat. Ubi verò ingens aromatum acervus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant, univerſis equeſtris ordinis certa quadam lege ac recurſu motuque pyrrhichio numeroque in orbem decurrentibus. Currus item decenti ſimiliter ordine circumaguntur, inſeſſi purpuratis rectoribus, qui perſonas ferant, quæ habeat imagines Ducum Romanorum omnium, qui gloriosè vel exercitus duxerunt, vel regnarunt. Quæ ubi celebrata ſunt, facem capit Imperii ſucceſſor, eamque tabernaculo admovet. Tum cæteri omnes undique ignem ſubiiciunt: cunctaque illicò, fomitibus illis aridis, odoramentiſque referta, igni valido corripiuntur. Mox ab extremo minimoque tabernaculo, tanquam è faſtigio quodam ſimul cum ſubjecta igni aſcenſura in ætherem Aquila dimittitur, quæ in Cælum creditur ipſam Principis animam deferre. Vide Jacobum Guther. de Jure Manium, & Joannem Kirchmann. de Funeribus Romanorum.

Apparatus, us. Cic. ad Attic. lib. 6. *Dices nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi.* Idem Acad. 4. de inſtrumentis & apparatu belli meminit. Ubi acutè Valla apparatum monet eſſe ornatum & magnificentiam. Quemadmodum verò naves ornatas dicimus, quæ inſtructæ ſunt; & adornare bellum vel claſſem item pro inſtruere uſurpamus; ſic belli aliarumque rerum apparatus eſt copia inſtrumentorum [illegible] ad quidpiam conficiendum. Cum etenim abſolutum eſt aliquid perfectumque, illicò ornatius eſt atque apparatius. Quod omnibus opificibus in quolibet artefacto invadendo perficiendoque commune eſt, quod etiam in quocumque vitæ genere adeundo providetur ab omnibus diligenter, ut multò ante ea ſtudioſè comparentur, quæ ad artem vel exercitationem quampiam capeſſendam neceſſaria eſſe & idonea reputantur, id multò maximè in quolibet genere belli inferendi repellendique à Ducibus eſt ac ſupremis Magiſtratibus ſerio pervidendum. Parum mentis compotem navarchum illum exiſtimamus, qui furenti pelago ſe ſuaſque fortunas concredat, antequam maturè prius expenderit omnem navigii partem, antennas, malum, tranſtra, ad hæc turbam nauticam, remiges, navales ſocios, gubernatorem, proretam, anchorarium, omnia demùm, quæ ars nautica comprehendit ad navigium ſcitè inſtruendum & muniendum. Idem de villico aratore vel foſſore dixeris, & quocumque tandem artifice. Quod enim a Xenophonte dictum eſt de Citharædo, qui non ante pulſare fides & ciere ſonum palàm incipit, quàm chordarum numerum prius, & aptam diverſo ſonitui edendo tenſionem conſuluerit & exploraverit; ſic cujuslibet diſciplinæ vel artis aſſecla & candidatus, quod aggredi meditatur, primùm naviter expendit, nec niſi comparatis inſtrumentis idoneis manus operi admovet, nè rudem incautumque ſera ſubeat pœnitentia, & irrito labore defatigetur. Ideò diligentiùs palàm eſt ſtatui debere à tractantibus bellicas diſciplinas, quo & facultas illa laxior eſt, & longè gravioribus tum privatis tum publicis damnis obnoxia. Meritò proinde præceptores Polemici multi ſunt in Apparatu bellico diſtinguendo, ac præfiniendo: de qua re multa ſparſim congerit Vegetius. Et quoniam plurima conglobatim hoc titulo comprehenduntur, cujuſmodi ſunt armamentarium inſtruere, conficere & ſarcire machinas, auxilia contrahere, ejicere turbam inutilem, pecuniam in primis, rem frumentariam, & omne genus commeatuum atque cibariorum cumulatè congerere, proinde hæc aliaque non pauca hujus generis ſuis in locis ubertim explicata recognoſce. Satis hìc fuerit generatim hæc eadem veterum exemplis ſub unicum aſpectum ponere. Thucydides lib. 6. de Syracuſanis ab Athenienſibus oppugnatis hæc habet: *Itaque tum ampliùs incredibili ſtudio ad apparatum ſe accingebant, circummittere ad Siculos, ad hos præſidia, ad illos legationes, contrahere ad tutelam ex omni circa regione navigia, recenſere arma & equos, quotquot in Urbe eſſent, cætera comparare. Præter eam hyemem Syracuſani murum ante Urbem quacumque parte ſpectat Epipolas, incluſo intra ſano, excitaverunt; nè ſi fortè malè pugnaſſent, qua parte fragilior erat Urbs, circumvallari poſſent. Apud Megara quoque, itemque apud Olympicum aliud præſidium poſuerunt: quin etiam quacumque ex parte deſcendi è mari in terram poterat, cancellate vallo omnia præcluſerunt.* Eadem ferè habet Polybius lib. 5. de Ptolemæo Rege, & Ægyptiis adversùs Regem Antiochum ſe munientibus: *Ptolemæus enim ſuſceptis humaniter cum cæterorum, tum præcipuè Antiochi legatis, mercenarium interea militem, qui ſparſus per exteras Civitates erat, Alexandriæ congregare; alios, qui novum militum delectum haberent, extra Provinciam mittere, commeatum abundè omnibus parare, denique dies noctesque intentus ad bellicos apparatus eſſe. Alexandriam continue aliquos, nequa res ad bellum neceſſaria deeſſet, tranſmittere; præparandorum armorum, & conſcribendi exercitus curam Echecrati Theſſala, & Phoridæ Melitenſi dederat.* Contrà verò neglecta apparatus adornandi cura Phocenſibus in exitium recidit teſte Juſtino lib. 8. *Tunc primùm Phocenſes ſe captos fraude Philippi animadvertentes trepidi ad arma confugiunt; ſed neque ſpatium erat inſtruendi bellum, nec tempus ad contrahenda auxilia, & Philippus excidium minabatur, ni fieret deditio. Victi igitur neceſſitate, pacta ſalute ſe dediderunt; ſed pactia ejus fidei fuit, cujus antea fuerat deprecati belli promiſſio. Igitur cæduntur paſſim, rapiunturque, non liberi parentibus, non conjuges maritis, non Deorum ſimulacra templis ſuis relinquuntur.*

Apparitores. Ordo eſt ex urbano & militari miſtus, atque adeo utrique deſerviens. Sic enim audiunt Miniſtri Magiſtratuum, cujuſmodi ſunt ſcribæ, viatores, ſtratores, præcones, lictores; quique alii Præfectos, vel majores Magiſtratus bellicos aut urbanos circumſtant; paratique ad obſequendum eorum accipiunt mandata. Dicti ſunt ab apparendo, quoniam appareant & præſto ſint ad obſequia & miniſteria. Quapropter propriè Cic. ad Cluen. *Quid ſibi autem illi ſcribæ, quid lictores, quid cæteri, quos apparere huic quæſtioni video?* De Apparitoribus Liv. lib. 1. *Fit fuga Regis Apparitorum atque comitum.* Hi ſcilicet ſunt, quos ætas poſterior, Scriptoreſque mediæ & infimæ latinitatis vocant Servientes. Iidem Satellites, ſtipatores, aliiſque nominibus,

quæ

quæ apud nos abundè ſuppetunt, nuncupati. Non modo antiquitùs inter abjectos miniſteriales Ducum adnumerabaotur; quod notavit Cic. 2. Philipp. *Quis unquam Apparitor tam humilis, tam abjectus?* verum etiam iofimus eraot militiæ gradus & ordo in nfficin Præfecti Prætorin, tempore Theodnſii Junioris, ut habetur io libro Scriptnris Anonymi, qui ejuſdem Theodnſii fuit æqualis, de notitia utriuſque Imperii. Quod etiam cnlligitur ex frequentibus teſtimnniis Juſtinianæi Juris, & inferiorum tempnrum Jurecooſultorum. Inſuper obſervandum, eoſdem in legibus appellari interdum Officiales, ut l. Præſidis 4. de Reb. Credit. Dicti etiam cohnrtales, quia cohortis, ſeu legioois formam & immunitates habebant. L. Officia. 4. Cod. eod. tit. Et in hanc ſententiam accipiendi ſunt milites cohortales, & cnhors. Marc. 15. *Milites autem duxerunt eum in atrium Prætorii, & convocant totam cohortem.* Idem intelligit Horatius Satyr. 7. lib. 3.

Perſius exponit cauſam, ridetur ab omni
Conventu, laudat Brutum, laudatque cohortem.

Et Cicern in 4. actione, ubi refert Verrem cohortem habuiſſe, io qua erant Præfecti, ſcribæ, medici, aruſpices, præcones. Innoteſcunt nomenclatura Comitum apud Horat. Epiſt. 8. l. 1.

comiti ſcribæque Neronis.

Livius locn ſuperiùs notatn: *Fit fuga Apparitorum atque Comitum.* Sunt autem hi Cnmites, qui unà cum Magiſtratibus in Proviocias prnficiſcebantur. Horum erat munus, Præfectnrum juſſa facere, litigantes introducere in judicium, acta ſcribere, recitare: Præfectum verò ſemper antecedere in via, ut lictores Conſulem: minore verò numero etiam alins præire Duces. Alexander autem, ut eſt apud Lampridium; *Apparitores nullos eſſe paſſus eſt: Tribunis & Ducibus niſi militem anteire voluit; juſſitque ut ante Tribunum quatuor milites irent, ante Ducem ſex, ante legatum decem.* Item horum erat muneris graſſatores & factinſos indicare & capere: non autem illis licebat eoſdem cuſtodiæ tradere, & detrudere in carcerem. Deprehenſns tamen in fuga mancipare carceribus pnterant, ut tradit Paulus in l. Limenarchis, 4. Cnd. de Serv. fugit. Poſtremò quidquid legibus interdictum erat aut vetitum, prnhibere debebant, ac præcipuè nequis alteri injuriam inferret. Eorum habitatin erat extra ædes Præfecti, aut Præſidum. Obtinebant ſiquidem infimum militiæ locum, nec inter Magiſtratuum familiares referebantur. Vide plura de his apud Pancirolum in Not. Imper. Orieot. capit. 9.

Apparitura, æ. Exercitatio & munus Apparitorum. Svet. de Clar. Grammat. 9. *Orbilius Apparituram Magiſtratibus fecit.*

Appellitum, i. Vide *Juncta.*

Appendix, icis. Quod addi ſolet juſto pooderi, vel numern. Appendices militum dixit Livius milites ad juſtum alinrum numerum additos. Sic autem ſcribit lib. 1. Bell. Punic. *Carpetanorum, cum Appendicibus Oleadum Vacceorumque, centum millia fuere.*

Aqua fervens. Recenſenda eſt inter inventa ad repugnandum. Et de oleo quidem & arena ferventi eſt alibi nntatum. De aqua verò hæc habet Areoſtus cant. 14.

Non ferro ſolamente vi s'adopra
Ma groſſi maſſi e merli integri e ſaldi;
E muri diſpiccati con molt'opra,
Tetti di torri e gran pezzi di ſpaldi.
L'acque bollenti, che vengon di ſopra,
Portano a Mori inſopportabil caldi,
E male a queſta pioggia ſi reſiſte,
Ch'entra per gl'elmi, e fà acciecar le viſte.
E queſta più nocea che 'l ferro quaſi.
Or che de' far la nebbia di calcine?
Or che doveano far gl'ardenti vaſi
Con nitro, ſolfo, e peci, e trementine?

Ferventis aquæ uſum ingenti damno ſenſerunt Hiſpani in nbſidione Trajecti ad Mnſam, cum obſeſſi aſtu ingeninſn, effuſa è doliis aqua fervida, eorum cuniculum inundarunt. Accipe commemoratinne dignum eventum verbis Famiani Stradæ Hiſt. Belg. dec. 2. l. 2. *Hoſtes eodem ſub terram loco, tranſverſo tramite occurrentes, ubi animadvertere ſe Hiſpanis patuiſſe, quaſi detecti cederent, non procul ab ore cuniculi, ligneo obturamento interpoſito abiere. Mox effuſa è doliis ferventi aqua, aliaque urente materia, opplevere cuniculum ab ejus ore ad interjectum uſque lignum. Quod Hiſpani dum læti pergentes, ceu victoriæ obicem ſpiculis perſringunt, repentino ardentique fluvio inundati, multi manus ac pedes ambuſti, eoque ſuſtinendis armis invalidi, omnes ab rei novitate magis quam ab re fugati, cuniculum deſeruere.*

Aquæ curatio. Io condendis Urbibus caſtriſque metandis poſt aeris cœlique inſpectionem nulla proximior curatin eſt, quàm de ſalubritate aquarum, quarum vel maximè neceſſarius uſus, & graviſſimè noxium vitium omne eſt. Veget. lib. 3. cap. 2. *Nec pernicioſis vel paludoſis aquis utatur exercitus; nam malæ aquæ potus veneno ſimilis peſtilentiam bibentibus generat.* Et iterum ibidem: *Si Autumnali, Æſtivoque tempore diutiùs in iiſdem locis militum multitudo conſiſtat, ex contagione aquarum, & odoris ipſius fœditate vitiatis hauſtibus & aere corrupto, pernicioſiſſimus naſcitur morbus. qui prohiberi non poteſt aliter, niſi frequenti mutatione caſtrorum.* Itaque meritò Philoſophi Medicique inter peſtilentiæ cauſas potiſſimum adnumerant aquæ corruptionem. Non levi id ſuo damno perſenſit Pompejus apud Numantiam, de quo Appianus in Iberic. *Peſſimo experimento à Pompejo tum primùm Numantini aeris, & aquæ natura experiri cœpta eſt, cum jam ventris profluvio laboraret totus exercitus, multique morerentur.* Ex endem Scriptore diſcimus quantum Cæſarianis copiis iocommndare pntuerit Ganymedes intercepta vitiataque aqua ſalubri potabilique: *Quo facto eſt admonitus Ganymedes poſſe noſtros aqua intercludi: qui diſtributi munitionum tuendarum cauſâ vicatim, ex privatis ædificiis, ſpecubus extractâ aquâ utebantur. Hoc probato conſilio, magnum ac difficile opus aggreditur. Interceptis enim ſpecubus, atque omnibus Urbis partibus excluſis, quæ ab ipſo tenebantur, aquæ magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere contendit: hanc locis ſuperioribus fundere in partem Cæſaris non intermittebat. Quam ob cauſam ſalſior paulò præter conſuetudinem aqua trahebatur ex proximis ædificiis, magnamque hominibus admirationem præbebat, quam ob rem id accidiſſet: nec ſatis ſibi ipſi credebant, cum ſe inferiore ejuſdem generis, ac ſaporis aquâ dicerent uti atque ante conſueſſent, vulgòque inter ſe conferebant, & deguſtando, quantum inter*

ter ſe differrent, cagnoſcebant. Parvo verò temporis ſpatio hæc propior bibi omninò non poterat, illa inferior corruptior ſalſiorque reperiebatur: quo facto, dubitatione ſublata, tantus inceſſit timor, ut ad extremum caſum perieuli omnes deducti viderentur. Jam verò de ſignis, ex quibus in aquarum cognitionem venire poſſumus ſcripſit quædam Vitruvius lib. 8. cap. 7., & plura Valturius de re milit. lib. 4. cap. 2., quæ ferè decerpſit ex Caſſiodoro lib. 3. Variar., ubi non pauca hujus generis complexus eſt in hanc ſententiam: *Signis virentium berbarum, & proceritate arborum aquæ vieinitatem colligit diligenter. Terris enim, quibus dalcis bumor ſubeſt, ubertas quorundam germinum ſemper arridet, ut eſt juncus aquatilis, canna levis, vimen lætum, validus rubus, ſalix lenta, populus virens, & reliqua arborum genera, quæ per terrenam bumiditatem felici proſperitate luxuriant. Sunt & alia hujus artis indicia, cum nocte veniente lana ſieca in terram ponitur jam proviſam, & rudi cacabo tecta relinquitur. Hinc ſi aquæ proximitas arriſerit, mane bumida reperitur. Sole etiam declarato, intuentur loca ſolieiti, & ubi ſupra terram volitare ſpiſſitudinem minimarum conſpexerint omninò muſcarum, tunc promittitur quod quæritur facilè inveniri. Addunt etiam in columnæ ſpeciem conſpiei quendam tenuiſſimum fumum, qui quanta fuerit altitudine porrectus ad ſummum, tantum in imum latices latere cognoſcant*. Vide *Puteus*, *Poſca*. *Sitis*.

Aquatio, onis. Actus ipſe aquandi, ſive colligendi convehendique aquas ad uſus caſtrenſes & militares: quas nimirùm comparare & providere opportunè maximum in modum refert ad ſuſtentandam militiam. Cæſar lib. 4. Bell. Gallic. *Tamen ſeſe non longiùs millibus paſſuum quatuor aquationis causâ proceſſurum eo die dixit*. Ptolemæus ſcribit, itinerum bellicorum intervalla per Aquationes vel aquationum manſiones fuiſſe diſtincta, quæ fere unius diei. Erant proinde in progreſſu militari, & ſupputatione temporum exercitus procedentis aliquid ſimile aquationes, atque erant Epochæ apud Chronica ſcribentes, ſigna quædam certæque notæ, quibus intervalla temporum diſcernebantur.

Aquatores. Servi militares, atque ipſi quandoque milites, qui aquandi obeunt miniſterium. Liv. lib. 2. Bell. Punic. *Aufidus amnis utriuſque caſtris affluens aditum Aquatoribus ex ſua cujuſque opportunitate, haud ſine certamine dabat*.

Aquor, aris. Aquam haurire, quod Aquſtorum in bello eſt proprium. Cæſar lib. 8. Bell. Gallic. *Ex ea cum tela tormentis jacerentur ad fontis aditus, nec ſine periculo poſſent aquari Oppidani &c.*

Aquila. Notum avis genus. Quidam Aquilam, quaſi Aculam ab acumine videndi dictam putant. Alii originem nominis trahunt à colore aquilo, qui fuſcus eſt & ſubniger, ab aqua ſic appellatus. Hujus figurâ Imperii majeſtas notabatur. Ideo regils illam inſidentem ſceptris finxerunt. Eadem eburneo hærebat Romani Conſulis Scipioni. Juvenal. Sat. 10.

Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno.

A' quibus verò hoc potentiæ, & mox militiæ inſigne Romani hauſerint, obſcurum eſt. Nam & Perſas conſtat longiori haſtæ ſublatam aqnilam pro inſigni habuiſſe, ut legitur apud Xenophontem. Et Iſajas quidem cap. 46. verbis illis: *Vocans ab Oriente avem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ*, pro ave intelligit Cyrum Regem Perſarum, in cujus vexillis vel ſignis Aquila conſpiciebatur. Eâdem teſſerâ uſos Epirotas veteres teſtantur nummi. Conſtat etiam Ptolemæos Ægypti Reges ſolenne & perpetuum inſigne Aquilam extuliſſe ſulmini inſiſtentem: ſive id imperii fuerit teſſera, ſive oſtentatio ad terrorem hoſtibus ciendum. Vide Vaillant Hiſt. Ptol. Tradit tamen Dionyſius Halicarn. eam à Thuſcis habuiſſe Romanos, & poſt inita pacis fœdera, inter præcipuos Thuſcorum ornatus ſceptrum eburneum aquilâ inſignitum, tamquam potiſſimum dignitatis ſuæ argumentum ſervaſſe Romanos Conſules. A quo tempore inſigne militare omnium præſtantiſſimum Aquila fuit, expanſis alis haſtæ præpilatæ ſuffixa, cujus cuſtodiam gerebat Primipilus, ſive primus Triariorum Centurio. Terræ autem defigebatur tum in pugna, tum in caſtris: unde ſi, cum opus eſſet, ægrè avelleretur, peſſimi ominis loco habebatur, quemadmodum Craſſo Euphratem trajecturo contigiſſe legimus. Moris etiam fuit ſacellum, ſeu fanulum quadratum aquilæ imponi venerationis causâ, qua de re mox latiùs dicam. Signa quippe militaria Deorum inſtar Romanos coluiſſe, locuples eſt Author præfatus Dionyſ. Halicarn. Ex hac religione caſtrenſi ortus eſt ſignorum amor, & ea defendendi religio. Ex quo maximum erat ad pugnam incitamentum, ſigna in medios hoſtes, vel in vallum obſeſſum jacere, quò alacriùs & multo hoſtium ſanguine à militibus repeterentur.

2. Quo primùm tempore invecta fuerit Aquila biceps, non eſt planum ſtatuere, cum neque in Conſulum & Imperatorum nummis, neque in cæteris antiquitatis monumentis uſpiam occurrat, præterquam in Columna Trajani Romæ, ubi militis clypeo inſculpta viſitur. Quidam Germanos bicipitem Aquilam ſuæ gentis inſigne feciſſe ſcribunt poſt cladem Varianam, cum duplici Romanorum Aquila Germani victores potiti ſunt. Neque enim ajunt unam illam eſſe Aquilam bicipitem, ſive biroſtram, ut imperitum vulgus credit; ſed duas ſic conjunctas, ut altera alteram expanſis alis obtegat. Huic ſententiæ favet Ulricus Huttenns in carm. de German.

Vindice ut Arminio, celeris prope rura Viſurgis
Romanas acies miro Germania motu
Quintiliumque Ducem conciderit, unde biroſtræ
Contigerint Aquilæ, traducti inſignia Regni,
Excuſſumque jugum non tantum hæc tempora noſſent.

Eadem fere tradit in hanc formam Cuſpinianus: *Tres legiones obtruncatæ, ſigna, & Aquilæ duæ à Germanis captæ, quas hodie poſſidemus. Non enim biceps eſt Aquila, ut imperitum vulgus credit: ſed duæ ſimul, quarum altera alteram expanſis alis obtegit. Tertiam ſignifer legionis tertiæ abſtulit, paludeque demerſit, ne in hoſtium manus veniret. Alioqui tres haberemus Aquilas in Inſignibus Imperii. Nec umquam hæ redditæ ſunt Imperatoribus Romanis, quod Parthi fecerunt, ſed ſemper in hunc uſque diem ſervatæ*. Sed longe ſecus de Aquila bicipiti ſtatuunt alii, qui recuperatas poſtea à Romanis adjiciunt Aquilas geminas amiſſas in clade Variana. Alteram nimirum repetiiſſe L. Stertinium, de quo ita Tacit. Annal. lib. 1. *Bructeros ſua urentes expedita*

Digitized by Google

dita cum manu, L. Stertinius miſſu Germanici fudit; interque cædem & prædam reperit undevicesimæ Legionis Aquilam cum Varo amiſſam. Alteram verò veniſſe in poteſtatem Gabinii teſtatur Dio. Veterum Romanorum Aquila aurea profectò fuit; factumque id, ut longiùs fulgeret, quemadmodum tradit Dio l.40. De eadẽ argentea Cic. 1. Catil. *Cum ſciam jam pactam, & conſtitutam eſſe cum Manlio diem? a quo etiam aquilam illã argenteam, cui domi tuæ ſacrarium ſcelerũ tuorum conſtitutum fuit, ſciam eſſe præmiſſam.* Quod autem Orator hic acerbè & ironicè addit de ſacrario, reſpicit ad ſacellum ſive tabernaculum, in quo Aquilæ, ſigna legionis, collocabantur. Itaque licet Florus lib. 4. cap. 12. duas Romanorum Aquilas in Germanorum poteſtatem tranſiſſe ſcribat poſt Varianam cladem, nihilominus cum apud omnes veteres Scriptores mirum fuerit ſilentium de gemina Aquila conjuncta pro teſſera Germanici Regni, idcircò operam omnem ludunt ſuam, & nobis illudunt, qui ad antiquiſſima illa tempora bipartitæ Aquilæ ſymbolum referunt. Meritò proinde eam ſententiam Bellarminus multis exagitat. Negat ille duas Aquilas in ſuis Inſignibus gerere Imperatores Germanos: ſed unam in duo capita diviſam: eam porrò diviſionem pertinuiſſe ad explicandum duos Principes, ſive Cæſares, quorum alter in Occidente, alter in Oriente Imperii ſedem haberet. Idem ante Bellarminum ſcripſerat Georgius Triſſinus lib. 2. Ital. Liberat.

Il grande Imperio, ch'era un corpo ſolo,
Havea due capi, un nell'antica Roma,
Che reggeva i paeſi Occidentali,
E l'altra nella nuova, che dal Volgo
S'appella la città di Conſtantino.
Queſta era capa a tutto l'Oriente:
Onde l'Aquila d'ora in campa roſſo
Inſegna Imperial poi ſi dipinſe,
E ſi dipinge con due teſte ancara.

Retiouerunt tamen Byzantini Cæſares aquilam auream bicipitem, uſque ad Turcarum imperium, quod Arcoſtus indicare non prætermiſit c.45. ubi refert Inſignia Leonis, Conſtantini Cæſaris filii.

E per parer Leon, le ſopraveſte,
Che dianzi ebbe Leon, s'ha meſſe in doſſo;
E l'aquila de l'or con le due teſte
Porta dipinta ne lo ſcudo roſſa.

Et quoniam Moſcorum Principes Czari, tanquam Græcorum Imperii Succeſſores agnoſci ſe satagunt, etiamnum in gemma ſignatoria aquilam auream bicipitem efferunt. Vide quæ habet Cangius in Diſſertatione de Numiſmat. inferior. ævi, & Bellarmin. de Translat. Imper.

3. Non prætermittam obſervare antiquiſſimam originem cauſamque cur Aquila pro ſymbolo Regiæ ſupremæque poteſtatis ſit habita. Fulgentius author eſt Jovem in ſuis vexillis inſcriptam vel depictam habuiſſe Aquilam, ex quo ejus avis advolantis felici augurio victoriam contra Titanas fuit conſecutus. Atque huc etiam Mythologi referunt quod circumfertur de Aquila ave, cujus miniſterio uſus Juppiter fuerit, ut raperet Ganymedem: raptum nempe ajunt puerum Jovis juſſu à Militibus, quorum Inſigne aquila fuerit.

4. Indicavi ſuperiùs, quod notum eſt in rerum Romanarum memoriis & antquitate verſatis, imponi ſolitam Aquilæ ſigno ædiculam quandam quadratam ſupra ejuſdem Aquilæ humeros vel alas, ut præſertim videre eſt in Columna Trajani, cujus iconiſmum exhibet Salmaſius in Solinum cap. 53. Hjus inſtituti originem referunt viri eruditi ad Poetarum commentum, quo prodiderunt Aquilam Jovi miniſtrare fulmina. Excitari autem ſolebant antiquitùs templa parvula, ſacella, ſive aræ, aut ſimilia ædificia quadrata ſine tecto in locis fulguritis. Indicat id Vitruvius lib. 1. cap. 11. *Jovi, Fulguri, & Cælo, & Soli, & Lunæ, ædificia ſub divo, hypæthraque conſtituuntur. Harum enim Deorum & ſpecies & effectus in aperto mundo atque lucenti præſentes videmus.* Artemidorus verò apertè docet aras & ſacella pertuſa deſuper extrui ſolita, quo in loco fulmina concidiſſent. Quamobrem non ineptè Feſtus bidental templum quoddam expoſuit, juxta illud Perſei Satyr. 2. de loco fulgurito:

An, quia non fibris ovium, Ergennaque jubente
Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.

Ubi bidental non eſt locus fulmine percuſſus, ut paſſim tradunt interpretes, ſed ſacellum quadratum deſuper patens, condi ſolitum in loco à fulmine percuſſo. Dicitur autem bidental, quia conſecrabatur immolatis ovibus. Evitandum etiam appellabatur, quia eum locum calcare nefas erat. Vocat autem Perſius bidental hominem evitandum figuratè; quomodo à Lucilio, homo dignus carcere, carcer appellatur. Jam verò quemadmodum ſacellum excitabatur in locis fulgure tactis, ita ad oſtendendum, fulminum miniſtram Aquilam eſſe inter ſigna militaria receptam, ejuſdem tergo aliſque foraminoſum ſacellum imponebant: quod nimirum pertinere rebantur ad quandam ejuſdem Religionem atque divinitatem ſanciendam.

5. Virorum præſertim bellicis rebus illuſtrium conſecrationem indicabat Aquila è rogi flammis in cœlum evolans, ut ex Herodiano oſtendimus in dictione *Apotheoſis*. Aptè profectò Aquila in cœlum curſum tendens eorum animos deſignabat, qui rapaciſſima quadam voracitate, ac ſiti cruoris humani, in publicum ſæpè exitioſiſſimi erant; & modo inexplebilem avaritiam explerent, rapinis & graſſationibus miſerrimum in modum latè ſævire non horreſcebant: cujuſmodi fuerunt Hercules, Theſeus, Romulus, Julius Cæſar, aliique ex antiquis.

6. Aquila ex auro vel argento ſummæ haſtæ quandoque inſiſtebat, adſtringebatque manu fulmen, quaſi illud jaculatura. Clarè id cernitur in nummis M. Antonii, & Auguſti, qui exhibentur à Lipſio de Milit. Rom. lib. 4. Dialog. 5. Item Dio lib. 43. *Decimæ legionis Aquilæ Cn. Pompeii filio, quæ fulmina tenebant, viſæ dimittere, & in ſublime avolare.* Singulæ legiones totidem habebant Aquilas. Auxilia & Socii aliis utebantur Inſignibus. Humi figebantur Aquilæ non ſolùm in caſtris, verum etiam in ipſa pugna. Claudian. de Bello Gild.

nec ut rubris aquilas figamus arenis.

Et Tacitus: *Plurimus circa Aquilas labor, quæ neque figi limoſa humo, neque ferri adverſùm ingruentia tela poterant.* Cum erat è caſtris progrediendum refigebantur à ſignifero præeunte ad pugnam. Seneca Theb.

æra jam bellum cient
Aquilâque pugnam ſignifer motâ vocat.

Aſſervari Aquilæ ſive ſigna Aquilarum ſolebant

in

in templis, ac præſertim in æde Saturni, ubi erat ærarium publicum: nec deſunt qui illa templa, eamque Saturni ædem deſignari ſcribant ab Aquila ædiculam ſuſtinente, ut ſuperiùs diximus. Exiguum autem fuiſſe Aquilæ ſimulacrum, impoſitum haſtæ Aquiliferi, colligitur ex verbis Flori, qui ita ſcribit de ſtrage Romanarum Legionum Duce Varo lib. 4. cap. 12. *Signa & Aquilas duas adhuc Barbari poſſident. Tertiam ſignifer, priuſquam in manus hoſtium veniret, evulſit, merſamque intra balthei ſui latebras gerens, in cruenta palude ſic latuit.* Conſtat autem Aquilam fuiſſe parvulam, quæ militaris balthei anguſtiis recipi occultarique potuit.

7. At licet antiquitus non Aquila ſolummodo, ſed alia inſuper ſigna, Minotaurus ſcilicet, equus, lupus, porca in aciem ferrentur, tamen poſtea relictis ad caſtra reliquis ſignis, ſolæ Aquilæ, ac totidem numero, quot legiones eſſent, portari cœptæ; donec C. Marius ſecundo Conſulatu commemorata ſigna prorſus abdicavit, & ſolam Aquilam ante legiones eduxit. Antiquatis porrò ſignis illis belluinis ſucceſſerunt manus inſertæ, de quibus vide ſuo loco. Pro certo habendum eſt Aquilas ſigna fuiſſe ſculptilia vel fuſilia. Cætera cohortium ſigna habentur aliis ſolida, aliis depicta velo. Sed vide Titulum *Vexillum* 2.

8. Indicare non prætermittam ſævam & barbaricam conſuetudinem apud Anglos, Danos, aliaſque Boreales gentes, qui ut diuturna afficerent ignominia debellatos hoſtes, gladium circa ſcapulas ad dorſi ſpinam iiſdem adigebant, ampliſſimoque inflicto vulnere, ſic pellem eum vivæ carnis parte utrinque ſeparabant, ut dorſi ſpatium Aquilæ figuram referret. Saxo-Grammat. lib. 9. *Comprehenſi ipſius dorſum plagâ Aquilam figurante affici jubent, ſæviſſimum hoſtem atrociſſimi alitis ſigno profligare gaudentes.*

Aquiliferi, orum. Ab Aquila, quæ Romanarum legionum nobiliſſimum erat Inſigne. Signiferi. Banderarii. Cæſar lib. 3. de Bell. Civil. *In eo prælio cum gravi vulnere eſſet affectus Aquilifer* &c. Conſtat autem Romanos, lupos etiam, minotauros, equos, apros, & dracones militaribus ſignis extuliſſe. Poſtea vero cæteris rejectis, unam Aquilam ſervaverunt. Ab Aquilifero quidam trahunt vocem Italicam *Alfiero*. Borgoinus de origine & uſu vulgarium vocum: *Alfiero, corruptè pro Aquilifero copiarum Ductore, ſignifero. Quis enim Aliferum dixerit?* Covarruvias Teſ. Ling. Caſtigl. trahit ab *Alpheres*, quæ vox idem ſignificat apud Arabes. Eam ſequitur opinionem Menagius. Vide *Aquila*, & plura in dictione *Primipilus*.

Aratro jaculari. Vetus adagium à Plutarcho commemoratum de iis, qui imprudenter & magno ſuo malo aliquid faciunt. Si quis enim aratrum in hoſtem jacularet, inſtrumento neceſſario privaret rem ſuam ruſticam, majuſque ſubiret damnum ut præſenti iræ morem gereret. Translatum eſt à priſcis belli temporibus, cum penuriâ armorum vomeres, marræ, ligones, aliaque agricolationis inſtrumenta in tela & gladios vertebantur. Virgilius lib. 1. Georg.

Squalent abductis arva colonis,
Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem.

Arbalista. Meliùs Arbaliſta. Idem ac Balliſtarius, vel Arcuballiſtarius, à qua voce contrahitur. Triumphus S. Lamberti de Caſtro Bullonio cap. 1. *Penè ab omni ſecurus injuria, niſi ab ipſo vallis confinio ei jaculum intentet eum ſui periculo cautus Arbaliſta.*

Arbalisteria, æ. Melius Arballiſteria. Feneſtella jaculatoria in caſtrorum & arcium muris. Charta an. 1239. in Tabul. Comitat. Montisfortis: *Non poſſumus habere in eodem caſtro archeriam, nec Arbaliſteriam.*

Arbuscula, æ. Pars eſt teſtudinis oppugnatoriæ, in qua verſantur axes rotarum. Vitruv. lib. 10. cap. 20. *Supponanturque ſingulis intervallis eorum arbuſculæ, quæ* ἁμαξίποδες *dicuntur, in quibus verſantur rotarum axes, conclusi laminis ferreis.* Et paulo infra: *Eæque Arbuſculæ ita ſint temperatæ, ut habeant cardines & foramina, quo vectes trajecti verſationes earum expediant, uti ante & poſt; & ad dextrum & ſiniſtrum latus, ſive obliquè ad angulos opus fuerit, ad id per arbuſculos verſati, progrediantur.* Quid Architecturæ magiſtro venerit in mentem, quamobrem teſtitudinis partem illam vocaret Arbuſculam, non diſpicio. Baldus ne quærit quidem.

Arca, æ. Contextus tabularum & trabium, ſive aquarium ſeptum arte elaboratum, & ad retinendum impetum inundantium fluminum aquoſis locis præjactum. Agger ligneus aquis oppoſitus, & ab iiſdem arcendis nominatus. Confici ſere ſolet nè campos alluviones obruant, & navium permeationem impediant. Uſus etiam quandoque eſt in re bellica, ac potiſſimùm in ducendis pontibus, fluviiſque traiiciendis. Nam ſicubi gurges æſtuoſior molitiones impedit, præjactis ejuſmodi arcis retardatur aquarum impetus, ut pontium ſtructuræ conſiſtant. Etiam in maris portubus hæc fiunt repagula. Modum verò, quo conſtruuntur prolixè explicat Philander in Vitruvium, ubi agit de tabulatis, quæ parantur in maritimis ſubſtructionibus, ut locus expediatur fundamentis jaciendis. Vitruv. lib. 5. cap. ult. *Arcæ duplices relatis* (relitis legit Baldus, ideſt, pice obductis: omninò clariùs) *tabulis & catenis colligatæ, eo in loco, qui finitus erit, conſtituantur.* Ex aliorum ſenſu ſuperiùs dixi ejuſmodi arcas ab arcendis aquis nominari. Mihi tamen verò ſimiliùs eſt, dici à ſimilitudine quadam cum arcis, ſive capſis, quæ ſunt rerum domeſticarum repoſitoria. Ut enim fundamenta in mari, vel aquoſis in locis jaciantur, præcipuè ad portus exædificandos, ſaturari complerique ſaxis prægravibus ſolent non modò latiores lembi, verùm etiam tignis valliſque firmatæ, nexæque machinæ quadratæ ad ſimilitudinem arcarum domeſticarum, quæ poſtea in ima aquarum dejectæ pro fundamento ſunt ſtructurarum, & vulgò dicuntur etiam *Caſſe*.

Arca, æ. Iterum in foro bellico arcas vocamus depreſſiores tumulos, qui conſtrui ſolent in muris obſeſſarum Urbium, ut præſidiarii inibi latitantes tueri foſſam, hoſtemque infeſtare poſſint. Populari vocabulo dicimus *Caponiere*. Ædificari verò ſolent in iis præſertim locis, quæ promuralia non admittunt. Vide, quæ de iis habet Vitalis Lex. Mathem. & Milliet. de Chales tom. 2. lib. 6.

Arca militaris. Locus ſive repoſitorium pecuniæ, quæ bellicis inſervit uſibus. Neque verò ſolùm ibi aſſervatur pecunia diſtribuenda militibus, ſervis, Præfectis, aliiſque miniſtris militaribus, verùm etiam, quæ pro re nata eroganda eſt explo-

ploratoribus, atque hoſticis deſertoribus, ut proventu argentoque illecti hoſtium cooſilia patefaciant, vel ad ioſidias texeodas, & quomodolibet capiendos hoſtes ſe ductores exhibeant. Precipuè autem ioter maximos militiæ nervos exiſtimanda eſt auri copia, quoniam cuſtodes arcium, virique iotimæ admiſſionis apud hoſtes corrumpi illo facilè poſſunt; ex quo ſæpè expugnatiooes Urbium, & victoriæ provenerunt. Scitè proinde prudenterque Horatius cecinit 3. 11.

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa potentius
Ictu fulmineo.

Quod commodè comprobat exemplo Philippi Macedooum Regis, qui nullam eſſe tam præmunitam arcem jactabat, quæ expugnari non poſſet, modò in illam aſellus auro onuſtus poſſit aſcendere. Idcircò dictus eſt idem Philippus non tam armis, quàm auro Græciam occupaſſe. Olynthum certè validiſſimam urbem, Laſthene Duce muneribus corrupto, ſuæ poteſtatis fecit. Quò reſpexit Horatius per illa verba ibidem.

diffidit Urbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus.

Id verò nemini mirandum debet contingere, non ſolùm occultam quandam potentiſſimamque auri atque munerum vim repntanti, quod luculenter expreſſit Virgilius ſententia illa memorabili;

quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Verùm, quoniam largitionibus atque muneribus validius, quàm ariete & murali tormento, muros quaſſari profligarique copias militares, Dii ipſi teſtimonio ſuo authores fuerunt. Conſuleoti nimirum Apollinis Pythii Oraculum ſupra memorato Philippo Regi Macedonum, qua potiſſimum ratione ſub jugum mittere Græciam poſſet; Oraculum reſpondit: Si argenteis haſtis dimicaret: nimirum ſi ſpem victoriæ non tam in Ducum peritia & militum robore, quàm in erogatione pecuniarum & multis largitionibus poneret. Artem hoſtes captandi, fallendique muneribus, primos Lacedæmonios edocuiſſe docet Pauſanias lib. 4. *Primi omnium Lacedæmonii ex omni antiquitatis memoria hoſtem dicuntur muneribus ſolicitaſſe, & venalem feciſſe belli eventum. Prius enim quam ab illis circumveniretur Ariſtocrates, à quo Meſſenii proditi ſunt, virtute, fortuna, Deorum præſidiis res bellica ſtabat.* De pecuniæ autem caſtrenſis neceſſitate ita ſcribit Tacitus Hiſt. l.2. *Sed nihil æquè fatigabat, quam pecuniarum conquiſitio: eos eſſe belli civilis nervos dictitans Mucianus, non jus aut verum in cognitionibus; ſed ſolam magnitudinem opum ſpectabat. Paſſim delationes; & locupletiſſimus quiſque in prædam correpti. Quæ gravia atque intoleranda, ſed neceſſitate armorum excuſata, etiam in pace manſere.*

2. Uſus autem rei oummariæ omninm efficaciſſimus eſt in ultroneis largitiooibus & donativis, quæ mirificè militum animos accendunt & erigunt. Hac arte addictiſſimos ſibi & magnopere audentes milites reddiderunt Brutus & Caſſius, ut teſtatur Appianus Bell. Civil. lib. 4. *Luſtrata deinde ex more exercitu, promiſſum donativum militibus repræſentatum eſt: quandoquidem abundè curatum fuerat, ut pecuniæ ſuppeterent, & opus erat favorem largitionibus quærere.* Ejus verò penuriam Athenienſium animos demiſiſſe tradit Thucydides lib. 5. *Renunciarunt que nullam illic eſſe pecuniam, præter eam, quam ſpopondiſſent: eam verò videri tantum triginta talenta. Qua ex re Duces ſubitò abjecere animos, quòd eos ipſa ſtatim principia fruſtrarentur.* Ubi verò rei pecuniariæ anguſtiis exercitus conflictaretur, auro, argento, vel ære deficiente, ſubventum eſt egeſtati militum vel plumbo in monetam percuſſo, vel bovino eorio, aut ovilla etiam pelle concisa diſtributaque ad vulgaris pecuniæ uſum; qui cæteroqui antiquiſſimis mortalium unicus fere fuit pecuniæ modus; ex eoque nomen à veteribus pecuniæ inditum. Et Policratem quidem Samiorum Dncem obſeſſo à Lacedæmoniis militi, percuſſo in pecuniam plumbo ſubveniſſe legimus apud Herodotum lib. 3. Nec opperiendi ſunt ſubiti Martis articuli, ut quoquomodo argenti aurique militaris vis comparetur; ſed multò ante ærarium ſive arca militaris opulenter & cumulatè explenda eſt. Victori tamen ſatis pecuniarum ſolent ſufficere direptiones Urbium & præda hoſtica. Idem ſumptus & impendia facilè reparat ubi devictos ad pacem iniquis conditionibus conciliandam compellit; atque hic optimus atque uberrimus eſt fundus eolligendæ ſeponendæque io bellicos uſus pecuniæ. Ad hunc modum, ingentem pecuniæ vim imperatam legimus à Romanis Antiocho Regi, inito cum eodem fœdere. Liv. Dec. 4. lib. 8. *Argenti probi Attica talenta xij. millia dato intra duodecim annos penſionibus æquis. Talentum ne minus pondo LXXX. Romanis ponderibus pendat. Et tritici DXL. millia modium. Eumeni Regi talenta CCCL. intra quinquennium dato: & pro frumento, quod æſtimatione fiat, talenta CXXVII.* Cæterum vel ex præda collectam, vel devictis poſt victoriam gentibus imperatam pecuniam ad pios Religioſoſque uſus ſeponi in primis conſueviſſe laudatiſſimo more, ootatum eſt à nobis alibi. Idem in Lectoris memoriam ſatis modo fuerit revocare exemplo Tarquinii Regis, qui Volſcis ſuperatis, quod ex ea victoria auri argentique receperat, ad Templum Jovi exædificandum contulit. Liv. dec. 1. lib. 1. *Ubi cum divenditâ prædâ quadraginta talenta argenti aurique recepiſſet, concepit animo eam amplitudinem Jovis templi, quæ digna Deûm hominumque Rege, quæ Romano Imperio, quæ ipſius etiam loci majeſtate eſſet, captivam pecuniam in ædificationem ejus templi ſepoſuit.*

3. Optimè Thucydides providentiſſimum laudavit Periclis conſilium, qui ajebat multis luſtris collectam rem pecuniariam longè faciliùs quoslibet aſſultus hoſticos ſuſtinere atque repellere, quàm ſi ad eoſdem propulſandos enormes violentæque ad tempus indicantur mulctæ nummariæ, aut intendantur rerum pretia ad pecuniam repente tumultuarioque cogendam. Ut eoim ſcribit Quintilianus: *Prius eſt parare bellum, quàm exercere.* Imò verò non ad removendas duntaxat, aut diuturno bello ſuſtinendas hoſtiles copias, verùm etiam ad aditum futuris bellis intercludendum oimium quantum proficiunt tempeſtivè comparatæ opes. Sic autem res humanæ ferunt, ut nemo laceſſere audeat quos noſcit à rerum copia probè inſtructos eſſe, nec ita facile defecturos, aut abjecturos arma quolibet eventu minus felici; ſed redintegraturos bellum, ad quod inſtaurandum & protrahcodum Ærarium ſuppetat.

tat. Quis autem, amabo, non videat quot, quantæque undique circumſtent cauſæ amplificandæ militaris arcæ ad uſus diuturni Martis multiplices atque graviſſimos? Seponeuda ingens annonæ vis, numeranda ſtipendia, arma, tormenta, machinæ providendæ, milites donativis, hoſtes ſpe opimæ mercedis alliciendi. Non aliam ob cauſam belli nervos antiqui pecuniam vocitarunt. Sic enim Plutarchus in Cleomene: *Pecuniam qui primus rerum agendarum nervos eſſe dixit, is præcipuè ad res bellicas reſpiciens, id dixiſſe videtur*. Idem in relatis verbis habes ex Muciano apud Tacit. lib. 2. Hiſtor. *Sed nihil æquè fatigabat, quàm pecuniarum conquiſitio: eos eſſe belli civilis nervos dictitans Mucianus non jus, aut verum in cognitionibus, ſed ſolùm magnitudinem opum ſpectabat*. Experientia optima vitæ magiſtra demonſtrat, longè expeditius ab iis Principibus bella confici, qui cogendæ pecuniæ tempus antevertunt, ingentemque nummorum vim habent repoſitam, nec de numerando militibus ſtipendio, aut coemendis armis atque veſtitu tunc demum cogitant, cum militem conſcribunt indicuntque bellum per Feciales. Id enim eſſet, quod ajebat ille; cum extrema ſiti fauces urgentur, puteum fodere. Igitur non immeritò Brutus & Caſſius ſupra memorati, excituri inflammaturique Romanum militem adversùs Antonium & Octavium, eundem alliciunt propoſitâ pecuniæ affluentiâ in ſuis caſtris, ejuſdem verò inopiâ apud commemoratos Duces, ut legimus apud præfatum Appianum de Bell. Civil. lib. 4. *Pecuniæ certè, quam quidam nervos belli vocant, iſtis nulla ſunt; nec perſolverunt quod promiſſum eſt exercitui. Nobis verò multò ante perſolutum eſt, ut & nunc abundè ſuppetunt omnia, & mox alia vobis largiri poſſimus*.

4. Scio Franciſcum Patritium Paralell. Milit. multis contendere negligendam potiùs pecuniam, nec de ea comparanda ſolicitos eſſe oportere Imperatores. Verùm hæc à Scriptore doctiſſimo magnificè potius, quàm verè prolata reputaverim. Licet enim in immenſum coacervatæ opea plures Urbes & Regna perdiderint, id tamen de privata opulentia intelligendum eſt, quæ licentiori vitæ & voluptatibus omnes ſinus expandit: nam vis ingens pecuniæ publicæ validiſſimum eſt ſuſtentaculum civitatum, ut notavit Horatius, ubi de armia florente Roma in hanc ſententiam locutus eſt lib. 2. Od. 12.

non ita Romuli
Præſcriptum & intonſi Catonis
Auſpiciis, veterumque norma.
Privatus illis cenſus erat brevis,
Commune magnum.

Nec verò niſi de privatis divitiis, quæ ad lautitias, vitæque carrumpendæ illecebras alias perpetuos ſumptus ſuppeditant, idem Poeta loquitur, ubi pauperiem militarem effert lib. 3. Od. 2.

Anguſtam amici pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat, & Parthos feroces
Vexet eques metuendus haſta;
Vitamque ſub dio, & trepidis agat
In rebus.

Nec niſi privatim paratas fortunas amplas copiaſque ſcriptores reſpiciunt, qui aſſidui ſunt in improbandis damnandiſque immodicis opibus, quas porrò maximarum urbium atque Regnorum caſui immanem feneſtram pateſeciſſe tam copiosè quàm validè conqueruntur. Eaſdem privatorum opes cauſæ fuiſſe ut eliderentur demum nervi omnes Imperii Romani, & Urbs potentiſſima latèque rerum dominatrix planè concideret, ſic tragicè lamentatur Juvenalis Satyr. 6.

Nos longæ patimur pacis mala: ſævior armis
Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur Orbem.

Quantum autem his & ſimilibus veterum querimoniis de privatorum luxu & inani affluentia veritatis ineſt, alterum tantum obtemperare intereſt Militiæ Magiſtris, qui plus roboris in publicè collectarum opum copia, quam in armis ſtatuunt.

5. Nec verò ſubſidium illæ duntaxat ſunt adversùs vim hoſtilem, verùm etiam inprimis efficax tutamentum & cautio ad tumultus legionarios & ſeditiones evitandas, quæ nulla faciliùs ex cauſa, quàm ex mora ſtipendiorum lentè procedentium & annonæ caritate proveniunt. Inde nimirum funeſti ſceleſtiſſimique Martis portenta illa, cum in extremas anguſtias redacti manipulares, qualibet hoſtili rabie crudeliùs, oppida, agros, municipia debacchantes invadunt, nihil non obvium diripientes, omniaque ferro, flammis, latrociniis involventes. Hinc magno numero deſertores & crebra transfugia, cum graviſſimo Reipublicæ detrimento patefactis hoſti ſuorum conſiliis, & imminuto robore nerviſque copiarum. Cogitandum enim viros militares precario liberèque, non autem inevitabili naturæ lege ſervire. Quare conſcii ad pauculos aſſes & æs minutulum ſuam animam æſtimari, nihil atrox & inhumanum non audent, ubi exigua etiam ſubſidia illa ſibi detrahi ſubducique pernoſcunt. Ad hæc cum multa inopinato ac præter omnem expectationem contingere ſoleant in acie & caſtris, nullum urgenti neceſſitati opportunius remedium, quàm ex re pecuniaria probè & affatim comparata; præſertim cum res ſubita non ſinit expectare reſcripta Principum & Quæſtorum commoditatem, qui pecuniam à Redemptoribus vel Menſariis mutuam percipiant, vel ex vectigalibus colligant ad ſublevandam rem bellicam, & Principis antburitatem in extremo diſcrimine conſtitutam. Serum porrò nimis tardumque etiam fuerit, argentea vel aurea vaſa, pretinſamque ſupellectilem diſtrahere vel oppignorare, aut certas, ut in otio aſſolet, rei nummariæ ſponſiones facere, aut præſtolari vectigalium fructus, mulctaſque Provinciarum. Iſthæc quippe remedia & naturâ ſuâ admodum lentè procedunt, & obnoxia impendio ſunt fraudolentis Quæſtorum artibus, qui ſæpe viliſſimo lucro inhiantes intervertunt provinciarum auxilia, & ex imperata paganis & popularibus pecunia turpiſſimam nundinationem faciunt, nihil penſi habentes, modò ipſi diteſcant remque ſuam amplificent, militarem arcam penitus exhaurire. Notandum, pecuniam tam publicam, quàm privatam deponi ſervarique ſolitam apud Romanos ad ſigna legionum. De privata Sveton. in Domit. c. 17. *Geminari legionum caſtra prohibuit, nec pluſquam mille nummos à quoquam ad ſigna deponi*. De publica colligitur ex Tacito Ann. 1. *Cum fiſci de Imperatore rapti inter ſigna interque Aquilas veherentur*. Vides hìc fiſcos ad ſigna depoſitos. Notum autem eſt, fiſcum de publica ſolùm pecunia dici. Aſconius: *Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ ſpartea ſunt utenſilia ad* ma-

Digitized by Google

majoris ſummæ pecuniar capiendas. Unde quia major ſumma eſt pecuniæ publicæ quàm privatæ; ut pro cenſu privato loculor, & arcam, & ſaccellor dicimur, ſic pro publico theſauro ærarii dicitur fiſcur. Duplex aderat Romanis cauſa, quam ob rem utramque pecuniam aſſervari vellent ad ſigna. Nam quemadmodum ærarium militare in Urbibus cuſtodiri ſolebat in Templis, tutiſſimo nimirum in loco, & Romæ quidem in Æde Saturni, ut dixi in Titul. *Ærarium*: ad eundem modum in acie pecunia locabatur apud ſigna, quę nimirum ut Numina habebantur, & eorum locus colebatur ut Templum. Vide Titul. *Aquila*, & *Signa*. Ad ſigna iterum depoſita militaris pecunia, ut ſic aſſueſcerent milites eadem ſigna ardentiùs propugnare. Veget. lib. 2. c. 20. *Illud verò ab antiquis divinitùr inſtitutum eſt, ut ex donativo, quod militer conſequuntur, dimidia parr ſequeſtraretur apud Signa, & ibidem ipſir militibus ſervaretur. Miler deinde qui ſumptur ſuor ſcit apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitat, magir diligit ſigna, pro illis in acie fortiùs dimicat, more humani ingenii, ut pro illir habeat maximam curam, in quibus ſuam videt poſitam eſſe ſubſtantiam.* Vide *Ærarium militare*.

Arcanorum consiliorum custodia. Nulla Imperatorem arma, etiamſi illa Vulcanus Ætnęa fornace, divino opificio, Cyclopum miniſterio paraverit, tam validè munient, quàm cuſtodia conſiliorum, quæ ex tempore ſumenda ſunt, & penitùs animo obſignata ſecreta mentis, nec niſi fidiſſimis auribus, ſicubi neceſſitas poſtulaverit, parcè ſanctèque depoſita. In id porrò diligentiſſimè incumbant oportet Conſiliarii omnes, Adminiſtrique à Secretis, quique in rerum agendarum communionem aſciſcuntur. Unas Amyclas, ut tritum eſt populari ſermone proverbium, ſilentium perdidit: nullus verò tabularius earum Urbium, arciumque, atque adeo Regnorum numerum ſatis ineat ſupputetque, quæ violata rerum commiſſarum fides & inconſulta garriendi temeritas dejecit atque peſſundedit. Non Imperatores, non intimæ admiſſionis cnnſiliarii, non denique quilibet rerum arcanarum cuſtodes in curia concilioque caſtrenſi de grege ſunt leviſſimorum apud Comicos ſervulorum, qui ab heris accepta vel audita effutiunt confeſtim atque propagant amiculis, ac veluti grave onus in obvias quaſque aures exonerant; eujuſmodi Terentianus ille erat ſervus, qui ſeſe undique effluere, plenumque rimarum eſſe dicebat. Secreta bellica non ex eo ſunt genere, quæ per otium tranſigendique temporis cauſâ Mœcenas cum Horatio communicabat, quæque ut idem ſcribit Poeta ſerm. 2. 6.

rimoſa bene deponuntur in aure.

Probè idcircò, nec ſine cauſa veteres inter militaria ſigna Minotaurum extulere, opportunè indicantes Ducis conſilia obtecta eſſe & involuta quaſi nexibus quibuſdam & ambagibus labyrinthi. Ad idem indicandum ſublatam etiam ſphyngem pro ſigno militari quandoque legimus, nimirum ut intelligeremus, veluti gryphos & ænigmata habenda eſſe bellorum conſilia. Cæcilius Metellus, ut eſt apud Plutarchum, interrogatus poſt Abrachos in Macedonia ſubactos quid eſſet acturus: Tunicam, inquit, induſiumque meum exurerem, ſi ab iis meum reſcitum eſſe conſilium crederem. Cornazanus de Re Militari lib. 3. cap. 5.

Queſto fà che l'orecchia ben t'allre i;
Che 'l tuo ſecreto altrui giammai non dichi,
E lo ſtil ſempre a perſerutar ti cacci.
Ad eſempio di ciò portar gl' antichi
Minotauro in ſtendardo in labirinto,
Con le vie tortuoſe, e calli oblichi.
Che così deve 'l Duce in petto cinto
Havere 'l ſuo ſecreto; e par che ſia
Per ſua fragilità, chi 'l dice, vinto.
Metello in Spagna dalla compagnia
Interrogato, che 'l ſeguente giorno
Contro 'l ribel deliberato avia,
Riſpoſe a tutti, e fu tacito ſcorno,
Se queſta veſte il mio penſier ſapeſſe,
Io m'arderei gli panni, ch'hò d'intorno.

Pulcherrima certè illa Epaminondæ laus, apud eundem Plutarchum, de quo proditum eſt, nullum Imperatorem fuiſſe, qui plura ſciret, & pauciora loqueretur. Hinc illa ex Philoſophorum adytis atque Sapientum: *Minimum decere cum aliis loqui, plurimum ſecum*: *Quod tacitum eſſe velis, nemini dixeris*: *Auribus potiùs quàm linguâ utendum*: *Rem unam omnium difficillimam eſſe, tacere*. Familiam ducere debuerat, quod poſtremum ſubiicio Simonidis dictum: *Neminem tacuiſſe pœnituit*. Bono Romanorum publico maximum in modum ſalutare fuit conſilium L. Valerii & M. Horatii Conſulum, qui Senatuſconſulta, ut refert Livius lib. 6. dec. 3., cum pro arbitrio Conſulum enunciari prius ſolerent, ut in ærarium, aut ædem Cereris in poſterum deferrentur, authores fuere. Apud Carthaginienſes verò ſelectior erat Patrum cœtus, qui deliberationes de arduis quibuſque rebus clàm reliquos curarent, altoque ſilentio obtegerent. Illud ſcilicet fuit ſanctius concilium triginta Seniorum, quos ad Romanos pacem petitum miſſos idem memorat Livius dec. 3. lib. 10. Sed & Auguſtus, ut ſcribit Svetonius in ejus vita cap. 36., inter alia prudenter inſtituta providè cavit ne Senatus acta publicarentur. Syracuſani verò non Senatum in rebus arduis, ſed Timoleonem conſulebant, virum rei bellicæ ſcientiſſimum, ſimulque inſignem profunda quadam taciturnitate in arcanorum fide ſervanda, ut prodiderunt Æmilius Probus, Plutarchus, & Diodorus Siculus. Hinc adagium. *Taciturnior Timoleone, Pythagoræir, Areopagita.*

2. Nullatenus hic eſt prætereundum quod de Senatuſconſulto tacito fusè ſcribit Capitolinus in Gordianis. Tacitum autem dicebatur Senatuſconſultum, cui non intereſſent ſcribæ, cenſuales, aliique ſervi publici ejuſdem miniſterii. Excipiebant autem illud ſoli Senatores; iique ſcribarum fungebantur munere, ne quod ab ampliſſimo ordine deliberatum eſſet, corrupta fide miniſtellorum venalium, foras emanaret. Recitatur indicato Capitolini in loco Senatuſconſultum tacitum adversùs Maximinum pro Gordianis editum à Senatu. Sancitum autem eſt in hanc ſententiam: *Dii vobir gratias. Liberati ab hoſtibus ſumur, ſi penitur liberemur. Maximinum hoſtem omnes judicamur. Maximinum cum filio Diis inferis devovemus. Gordianor Auguſtor appellamus. Gordianos Principes agnoſcimus. Imperatores de Senatu Dii conſervent. Imperatores nobiles victores videamur. Imperatores noſtror Roma videat. Hoſtes publicor qui occiderit præmium merebitur.* Et hoc quidem primùm omnium à Senatu emanaſ-

Digitized by Google

ſe Senatuſconſultum tacitum advertit idem Capitolinus per hæc verba, quæ ſubdit: *Dicit Junius Cordus iſtud Senatuſconſultum fuiſſe tacitum: quod quale ſit, aut quare ſic appellatum, brevi exponam. Omninò exemplum Senatuſconſulti taciti non aliud eſt hodie, quàm quod veſtra clementia, convocatis ad interiora majoribus, ea diſponit, quæ non ſunt omnibus publicanda: de quibus adjurare etiam ſoletis, nequis ante rem completam quidquam vel audiat, vel intelligat.* Additque Senatuſconſulti taciti morem repertum & inductum fuiſſe à neceſſitate temporum; præcipuè verò cum vis aliqua, aut calamitas ex hoſtibus immineret, quæ cogeret aut infirmiora, quæque minus ex dignitate Senatus eſſent, captare conſilia; vel alia quomodolibet conſtituere atque decernere, quæ prius effici, quàm dici oporteat. Salmaſius tamen ad eundem Capitolini locum aliud commemorat exhibetque Senatuſconſultum tacitum ex Herodiano, quod quoniam conſtat fuiſſe editum, cum Gordianorum cæde cognita in extremas anguſtias redactus eſſet Senatus, eam ob rem poſterius hoc, aliudque à Capitolini Senatuſconſulto tacito eſt exiſtimandum. Adnotat porrò idem Salmaſius ex eodem Hiſtorico locum modumque ejuſmodi Senatuſconſulti condendi. Neque enim ſolito more in curiam tunc conveniſſe leguntur Patres, ſed in cellam Jovis Capitolini; eoque ſe concluſiſſe remotis arbitris & adminiſtris: quaſi in ipſis Jovis oculis, quid facto opus eſſet, decernerent.

3. Optimo etiam conſilio proviſum à Senatu, poſteriorum Cæſarum tempore, ut ejuſdem ordinis acta mandarentur libris elephantinis, qui aſſervabantur in ſanctiore ærario, quorum inter alios meminit Vopiſcus in Tacito, ubi docet eoſdem partem fuiſſe Bibliothecæ Ulpiæ. Inibi verò conſignata rerum arcana tanta religione cuſtodiebantur, ut Q. Fabius Maximus, cum de tertio bello Punico, quod in arcano concilio decretum erat, Craſſum in itinere certiorem feciſſet, increpitus graviter, notatuſque fuerit à Senatu, ut refert Valerius Maximus lib. 2. cap. 1.

4. Quodſi in pacis artibus condiſcendis, ac præſertim in omni re literaria, quæ loquendo potius diſceptandoque comparari facilè videtur & adaugeri, adhuc tamen apud ſapientiſſimos quoſque præcipua commendatio ſilentii fuit; quid erit in bellica facultate exiſtimandum, ubi procul dubio longe graviore Reipublicæ damno luitur quidquid per cœcam atque præcipitem arcana revelandi licentiam delinquitur? Equidem ex Gellio lib. 1. cap. 9. ad quinque annos legitur Pythagoræis imperatum ſilentium pro tyrocinio quodam & præparatione ad ſanctiores diſciplinas hauriendas. Plinius certe author eſt non aliam ob cauſam à veteribus geſtari in annulis ſigillum Harpocratis fuiſſe ſolitum, quàm ut oſtenderetur ſilentium perneceſſarium eſſe in rebus agendis ex ipſa inſpectione manuum, ubi ſcalptus aut celatus auro ſulgeret Philoſophus ille, qui ſapientiam omnem ſolius fermè ſilentii terminis ſeptiſque concluſit. Præclara in primis Catoni tradita laus illa à Tullio, quem negavit ullum umquam verbum emiſiſſe, quod doleret emiſſum. Quod ſi optimo conſilio naves anchoris infrenamus, ut nimirum ventorum arbitrio committendæ habeant grave pondus, quo eorum vim atque impetum hebetare poſſint; quantò curatius iniicienda ſunt verbis frena, quæ vetus Poeta alata & volantis appoſitè nuncupavit, quæque ex ore, tanquam ex portu digreſſa, nullam firmiorem ſtationem, nullaſque moras nanciſcuntur. Id ſcilicet docere voluit ſapiens ille ex Scytharum gente, nec impar Græcorum ſapientiſſimis, Anacharſis, qui ſopitus decumbens in convivio apud Solonem, ſiniſtrâ quidem pudenda, os verò dexterâ comprimebat; validiore freno indicans eam eſſe partem corporis inhibendam.

5. Quanti verò ad rem militarem feliciter pertractandam momenti fuerit ſemper exiſtimatum ſilentium, vel Hercules prodidit, qui taciturnitate ſua Sigeo, quod unum eſt ex duobus Trojæ promontoriis, indidit nomen. Cum enim hoſpitio ſuiſſet prohibitus, ſimulato abſceſſu, ad Trojam expugnandam per ſilentium venit, quod Græcis σιγὴ dicitur. Mihi ſemper ingenii prudentiæque militaris pleniſſimum viſum eſt illud Antigoni Regis effatum: quem cum filius ſciſcitaretur, quando conclamari vaſa juberet, illud retulit à cautiſſimo genitore reſponſum: ſolusne veritus es canentem tubam ne audias? Saluberrimo militiæ documento oſtendit, tubarum ſolummodo eſſe, ideſt ipſius rei peragendæ procinctus, quid cuiquam privato militi ſit agendum, commonſtrare.

6. In claſſe verò & navali exercitu illud maximè facit ad cuſtodiam arcanorum, quod à multis uſurpatum legimus præclaris Imperatoribus, ut Præfecto Claſſis vel Navarchis obſignatæ traderentur litteræ vel tabellæ ab ipſa navium conſcenſione, quas non ante reſignarent, quàm exiſſent de portu, vel ad certam pelagi diſtantiam perveniſſent. Eo fiebat conſilio, ne ullo pacto explorare hoſtis poſſet quorſum iter dirigeretur; ac proinde, incerto quaſi intentato Marte, omnia quam latiſſimè maritima habebantur obnoxia. Diodorus Siculus lib. 14. *Gubernatorumque unicuique tradit litteras obſignatas, quas ne prius reſignarent, quam è portu exiſſent, edicit.* Idem refert Frontinus lib. 1. cap. 1. *Dux Pænorum ut in Siciliam inopinatus appelleret claſſem, non pronunciavit quò proficiſceretur; ſed tabellas in quibus ſcriptum erat quam partem peti vellet, univerſis gubernatoribus dedit obſignatas, præcepitque nequis legeret, niſi vi tempeſtatis à curſu Prætoriæ navis eſſet abductus.* Id verò antiqui moris fuiſſe teſtatur Hirtius, ubi hæc habet de Cæſare: *Nonnemo culpæ ejus imprudentiæque id aſſignabat, quod neque certum locum Gubernatoribus, Præfectiſque, quem peterent, præceperat; neque ut mos ipſius conſuetudoque ſuperioribus temporibus fuerat, tabellas ſignatas dederat, ut in tempore iis perlectis locum certum peterent univerſi.* Apertiſſimè verò id claſſis Præfecto edicit commendatque Leo Imperator: *Ad quæ loca vel Civitates claſſem emiſſurus es, nemini indicari oportet, ſed occultandæ animo Civitates ſunt, ut nemo de claſſis itinere quicquam præſentiat. Mandatum autem quoddam litteris perſcribes, quod ubi conſcriptum fuerit, conſignabis, & navarcho trades, præcipieſque illi, ut ubi mare ingreſſus fuerit, ſigillum aperiat, & cognoſcat quo iturus ſit.*

7. Huc denique pertinent implexæ literarum notæ, quibus exarari ſolent epiſtolæ arcana bellica continentes, ut nimirum nonniſi à pauciſſimis perlegi poſſint, apud quos aſſervetur ſecreta

ve-

velnti clavis explicandarum ejuſmodi litterarum. Verùm de his ſatis prolixum ſermonem faciemus in titulo *Zifera*. Vide etiam *Conſiliarius*.

Arcasii, orum. Apud Scriptores infimæ latinitatis dicti ſunt Sagittarii. Vide Cangium in Gloſſ.

Arcatosas. Pro ſagittariis. Occurrunt apud Othonem Morenam in Hiſt. rerum Laudenſium.

Arcspellones. Ugutio ſic appellatos fuiſſe ſcribit bellicos Machinarios, vulgò Ingeniarios: *Arcspellones, qui vulgò dicuntur Ingeniarii*. Conjicio ſic nuncupatos, quoniam ſuis machinis expugnatores eſſent arcium, ab iiſque hoſtes depellerent.

Arcera, æ. Quodnam fuerit vehiculi genus docet Gellius lib. 20. cap. 1. per hæc verba: *Arcera autem vocabatur plauſtrum tectum undique & munitum, quaſi arca quædam magna veſtimentis inſtrata, quâ nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant*. Ex his habes fuiſſe vectabulum invalidorum & ægrotantium. Utrum verò non in Urbe duntaxat, ſed in caſtris etiam locum habuerit ad vectandos milites affectos vulneribus, aut morbo decumbentes, nullo ſatis idoneo veterum teſtimonio poſſum aſſeverare. De Arcera meminerunt 12. Tabulæ apud præfatum Gellium: *Si in jus vocat, ſi morbus ævitaſque vitium extitit, qui in jus vocabit, jumentum data: ſi nolet, Arceram ne ſternito*. Dictam autem Arceram ab arca, cui ſimilis eſt, habes ex allatis Gellii verbis.

Archeria, æ. Feneſtella jaculatoria, ex qua milites in obſidentes miſſilia jaciunt. Geſta Lud. VII. Regis Francor. cap. 21. *In limitibus ſtrictis murorum ambitu interclaſis erant Turci, qui per feneſtriculas longas & ſtrictas, quas Archerias vocant, noſtros lanceis & ſagittis infeſtabant*. Ad eundem modum illas deſcribit Villelmus Brito lib. 1. Philipp.

aptarique feneſtras
Strictas & longas, ut ſtrenuus arte latenti
Immittat lethi prænuntia tela ſatelles.

Archeria autem ab arcu dicitur, quoniam Arcarii & Sagittarii inde jacula emittebant.

Aschidamicum bellum. Dictio popularis, cujus meminit Interpres Demoſthenis. Dicitur de bello ſupra modum crudeli & omnis humanitatis experte. Fuit autem Archidamus Dux Lacedæmoniorum ingenio aſpero & implacabili, qui regionem Atticam miſerrimum in modum divexavit; Athenienſibus verò perpetuas clades inflixit, ſucciſis etiam arboribus, omnique regione vaſtata funditus incenſaque.

Archiguaernus. Nonnullis eſt Præfectus claſſis, aliis præfectus navis imperatoriæ: ſed qui navium reliquarum curſum dirigeret, artiſque nauticæ & Aſtronomiæ ſtudio navigationis normam, & ſecuritatem præſtaret. Jabolen. in l. 46. ff. ad S.C. Trebellianum: *Sejus Saturninus Archigubernus ex claſſe Britannica teſtamento fiduciarium reliquit hæredem &c.*

Archimetator. Præfectus, ſeu Magiſter metatorum, qui etiam Manſionarii ſunt appellati. Eorum munus erat locum capere metandis caſtris, & copiis ordinandis. Occurrit ea vox apud Scriptores lapſæ latinitatis. Arnoldus Lubecenſis lib. 3. cap. 28. *Qui ut ſapiens Archimetator ipſam expeditionem prudenter ordinavit*.

Archipirata, æ. Præfectus, Caput, Princeps Piratarum, ſeu prædonum navalium. Trebell. in Trigin. tyrann. *Quem cum alii Archipiratam vocaſſent; ipſe ſe Imperatorem appellavit*. Cic. 7. Verr. *A' piratis ob hunc Archipiratam pecuniam accepiſſe*.

Aschiscrinius, ii. Scrinii cuſtodum Præfectus. Occurrit apud Scriptores ævi deterioris. Charta Villelmi Ducis Aquitanorum ſic ſubſcribitur: *Data Menſe Junii, regnante Rege Lotario. Boſo S. Petri Archiſcrinius jubente Domno Villelmo Duce hanc chartam ſcribere juſſit*.

Aschistratigus. Latinè militiæ Princeps, Copiarum Præfectus. Hoc nomine appellatus eſt à Luithprando lib. 1. cap. 2. S. Michael Archangelus Præpoſitus Militiæ Cœleſtis: *Fabricavit autem pretioſo & mirabili opere juxtà palatium, Orientem versùs Eccleſiam in honorem Summi & Cœleſtis Militiæ Principis Archangeli Michaelis, qui Græcè Archiſtratigus appellatur*.

Architectonice, es. Quintilianus lib. 2. *Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut Architectonice*. Et

Architectura, æ. Cic. 1. Offic. *Quibus autem artibus aut prudentia major ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur, ut Medicina, ut Architectura*. Præſtantiſſima facultatum; quæ humani generis multiplicem curat rationem, uſum, formamque commodè, magnificè, venuſtèque habitandi. Dividitur in Urbanam & Militarem. De illa aliorum eſt operæ leges tradere. Militaris complectitur ſtructuram arcium & machinarum; item locationem dimenſionemque caſtrorum, progreſſumque omnem & ſtationem militarem. Ad hanc pertinet facultatem quæcumque rei bellicæ uſui ſunt ad certas regulas ex artis præceptis dirigere, efficereque ut bellica omnis exercitatio non confusè & inordinatè, more prædonum, ſed exactæ diſciplinæ legibus ad numerum dirigatur. Si tollatur è medio Architectura militaris, prœlia tumultus fierent, bellumque nonniſi quædam eſſet confuſio & rudis armorum exercitatio. De illius partibus & neceſſitate, ac præſertim de ejuſdem peritia in ſupremis Ducibus & Machinariis Scriptores bellici fusè diſputant, & nos quæ neceſſaria reputavimus, proſequimur ſuis in locis. Cum verò immenſa ſit ſcientiæ militaris magnitudo & par varietas, nihil cautius providere oportet Imperatores, quàm ut peritiſſimos eligant machinarios & architectos belli inferendi repellendique, qui probè proviſa omnia opportunè conferant ad publicum tutamen atque cuſtodiam. Nulla certe pars bellicæ facultatis tanto periculo damnoque contemnitur; palàmque eſt per ignaviam & imperitiam Architectorum ingentes ſæpenumerò auri profuſiones & labores hominum fruſtra fuiſſe, ut meritò Vitruvius in Præfat. ad lib. 10. impensè laudaverit vetuſtiſſimam legem Epheſinorum, de qua ita ſcribit: *Nobili Græcorum atque ampla civitate Epheſi lex vetuſta dicitur majoribus dura conditione, ſed jure non iniquo eſſe conſtituta. Nam Architectus cum publicum opus curandum recipit, pollicetur quanto ſumptu id ſit futurum: traditâ æſtimatione bona ejus Magiſtratui obligantur, donec opus ſit perfectum: eo autem abſoluto, cum ad dictum impenſa reſpondet, decretis & honoribus ornatur: item ſi non amplius quàm quarta in opere conſumitur, ad æſtimationem eſt adiicienda, & de publico præſtatur, neque ulla pœna tenetur. Cum verò amplius quàm quarta in opere conſumitur, ex ejus bonis ad perficiendum pecunia exigitur. Utinam Dii immor-*

tales

talet feciſſent, quod ea lex etiam populo Romaño, non modò publicis, ſed etiam privatis ædificiis eſſent conſtituta: namque non ſine pœna graſſarentur imperiti.

Architecton, onis. Plaut. Pœn. *Me dolis jam ſuperat Architectonem.* Et

Architectus, i. Machinarius, qui præeſt ſtructuræ arcium, caſtrorum & machinarum. Cic. 1. de Orat. *Philonem illum Architectum, qui Athenienſibus armamentarium fecit.*

Archithalassus, i. Vide *Archigubernus.*

Archivum, i. Scrinium, ſeu locus ubi aſſervantur Chartæ publicæ, vel arcana Principum continentes, quarum in bello præſertim ſingularis eſt cuſtodia, ne in vulgus aut ad hoſtes pateſcant. Annales Franc. an. 813. *In Archivo Palatii exemplaria illarum habebantur.* De vocis origine hæc habet Iſidorus: *Arca dicta eſt quod arceat viſum atque prohibeat. Hinc & Archivum, hinc & arcanum, ideſt, ſecretum, unde cæteri arcentur.* Eadem ferme ex Iſidoro habet Papias. Vera origo à Græcis, apud quos τὰ ἀρχεῖα ſunt tabulę veteres, & ἀρχειῶται earum cuſtodes.

Arcio, onis. Arcus, ſive arculus ſellæ equeſtris. *Arcione.* Occurrit apud Scriptores corruptæ Latinitatis. Joannes Monachus in Vita S. Odonis Abbatis Cluniacenſis lib. 2. *Prædictum namque ſacculum nec tunc pauperi reddidit, ſed Arcioni ſellæ appendit.*

Arcitenens. Perpetuum ferè Apollinis cognomentum, qui cum arcu & pharetra pingitur. Nam quod ſic appelletur ab Acropoli oppido, in quo colebatur, frivola ſcilicet eſt Grammaticorum argutia. Virgil. lib. 3. Æneid.

Quam pius Arcitenens, oras & littora circum
Errantem Mycone celſa, Gyaroque revinxit.

Arcubalista, æ. Baliſtæ genus, & facilè arcuatæ, ex quo illi nomen. Inter machinas jaculatorias memoratur à Veget. l. 4. cap. 22. *Adversùm hæc obſeſſos defendere conſueverunt baliſtæ, onagri, Scorpiones, Arcubaliſtæ, fuſtibali, ſagittarii, fundæ.* Quod verò propriè fuerit genus baliſtarum, tanquam rem notam ſuo tempore pluribus indicare idem Author inſuper habet. Sic enim ſcribit. *Fuſtibalos, Arcubaliſtas & fundas deſcribere ſuperfluum puto, quæ præſens uſus agnoſcit.* Vide *Ceſtroſphendona.*

Arcubalistarii. Qui Arcubaliſtis dimicant. Veget. l. 4. cap. 21. *Admotis turribus, funditores lapidibus, ſagittarii jaculis, Manubaliſtarii, vel Arcubaliſtarii ſagittis, jaculatores plumbatis, ac miſſilibus, è muris ſubmovent hoſtes.*

Arcubiæ, arum. Qui excubant in arce. Feſt. Gloſſ. Iſid.

Arcubusius. Fiſtula tormentaria inter longiores ex iis, quæ manu geſtantur, quam alibi explicavimus. Hic de vulgato ejus machinæ nomine & vocis origine ſatis fuerit afferre, quæ ſcribit Polydorus Virgil. de Rer. Inventoribus cap. 11. *Appellatur Arcubuſius à foramine, quo ignis in pulverem fiſtulâ contentum immittitur, nam Itali* buſium *vulgo foramen dicunt, &* arcus, *quòd inſtar arcûs pugnantibus ſit. Quippe hodie hujuſmodi tormenti uſus in prima ſtatim pugnæ loco eſt, quem olim ſagittariis dabant, cum à miſſilibus præliari inciperent.* Meminit etiam hujus machinæ per hæc verba Vincentius Caſtellanus Hiſtor. bell. Melit. *Hæc noſtri hodie Italicâ linguâ appellant* Archibugi, *quod idem eſt ac ſi latinè arcus perforatos diceres.* Quæ adversùs hoc inſtrumentum declamat Areoſtus, attulimus in voce *Bombarda.*

Arcus, us. Italis *Arco.* Fornices in re ædificatoria, Iris in aere, & lignum vel cornu flexile, quo emittuntur ſagittæ, eâdem notantur arcûs nomenclaturâ. Voſſius ab arcu militari & ejuſdem figurâ dictos putat concameratos fornices & ipſam Iridem. Dicitur autem Arcus militaris ab arcendo, quoniam eminùs emittens ſagittam quam maxime hoſtem arcet. Congerunt quidem Feſtus, Iſidorus, & alii multa ſuper arcus origine, ſed plane præferendum omnibus etymon ab arcendo. Qua verò potiſſimùm ratione tendatur arcus, & inde miſſilia ejiciantur propriè & eleganter exponit Virgil. lib. 11.

auratâ volucrem Threiſſa ſagittam
Deprompſit pharetrâ, cornuque infenſa tetendit,
Et duxit longè, donec curvata coirent
Inter ſe capita, & manibus jam tangeret æquis
Læva aciem ferri, dextrâ nervoque papillam.

Hæc ſcilicet ita Graphicè vel oculis expreſſa, ut nihil clarius pictiuſque cogitari poſſit. Vis & curatio præcipua in arcu tractando in ejuſdem curvamine & flexura vertitur, quæ ſcilicet vehementiam illam progignit, qua procul emittitur jaculum, eodem per ampliſſima aeris ſpatia tenore ſervato. Notavit id Plutarchus in Vita M. Craſſi: *Validas autem plagas & violentas incuſſerunt ab grandibus atque firmis arcubus, qui ex tortuoſa flexura impellebant magna vi telum.* Ovid. 8. Metam.

Impoſiti calamis patulos ſinuaverat arcus.

Et Sidonius:

Flexa reluctantes in cornua trudere nervos.

Dicitur autem id à Latinis cornuare. Nævius: *Cornuat aurum*, ideſt arcum auratum. Sed magis propriè & verbo ſingulari dicitur implere. Tunc enim impletur arcus, cum ex figura, qua conſtat ſemilunari, per curvationem ita flectitur, ut circulum & plenam quaſi lunam efficiat. Obſervare id & tradere non prætermiſit Magiſter Romanæ Militiæ Vegetius lib. 1. cap. 15., ubi loquitur de Tyronibus: *Major adhibenda ſolertia, ut arcum ſcienter teneant, ut fortiter impleant, ut dextera cum ratione ducatur.* Sidonius etiam Epiſt. 2. lib. 1. *Spicula capit, implet, expellit.* Optimè verò in hanc ſententiam Ludovicus à Cerda exponit illud Zachariæ cap. 9. *Quoniam extendi mihi Judam, quaſi arcum: implevi Ephraim.* Et antiquitus quidem manus dextera arcum tendentis mammam tangebat; poſtea verò ad aurem dexteram eadem attrahebatur cum nervo. Euſtathius in 6. Iliad. *Sciendum fuiſſe veteris moris nervum mammæ applicare, quod & Amazonum fuit; recentioris verò illum ad dexteram uſque aurem extendere.* Hoc ſcilicet eſt, quod ad vivum expreſſit Dantes Infern. cap. 12.

Chiron preſe lo ſtrale, e con la cocca
Fece la barba indietro alle maſcelle.

Jacobus Mazzonius Difeſ. Dant. part. 1. lib. 3. cap. 32. opinatur Petrarcham pervertiſſe ordinem modumque expediendi ſagittas ex arcu, ubi ita canit Trionf. Caſt.

Quel Vincitor, che prima era all'offeſa
Da man dritta lo ſtral, dall'altra l'arco,
E la corda all'orecchia havea già teſa.

Vitio nimirum Poetæ vertit ſagittarium induxiſſe, qui chordam ad aurem tetenderit, cum ad mammillas potius eandem adduci oportuerit.

Co-

Conatur tamen Poetæ lapſum purgare, quoniam Cupidini alato (de quo ibi eſt ſermo) & per aerem volitanti minus erat commodum, expenſo declivi ſitu, attrahere chordam ad papillas. Atqui nihil neceſſe fuit ad iſthæc Mazzonium confugere, quem valde miror rationem fugiſſe ſagittarum chordas tendendi, quas non minus ad aurem, quam ad papillas protendi attrahique Veterum teſtimonia ex indicato ſuperiùs Euſtathio ſanciunt. Lunare etiam arcum pro curvare dicit Ovidius lib. 1. Amor.

Lunavitque genu ſinuoſum fortiter arcum.

Plinius lib. 7. cap. 56. Arcus militaris inventionem refert ad Scythen Jovis filium. Antiquiſſimi verò memorantur Parthi in arcu geſtando tractandoque. Item Cretenſes ac præſertim Cydonii. Virgil. Eglog. 10.

libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula.

Idem lib. 12.

Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta
Armatam ſævi Parthus quàm felle veneni,
Parthus, ſive Cydon telum immedicabile torſit.

Arculus, i. Item Arcellus. Memorantur Feſto pro parvo arcu.

Arcuarii, orum. Qui arcu & ſagittis militant, vel arcus fabricant, aliter Sagittarii & Cornuarii. Occurrunt in Pandectis in l. ult. §. de Jure Immunitatis, ubi conjunguntur tubariis, ſagittariia, & cornuariis.

Arcuarius, a, um. Veget. lib. 2. cap. 11. *Habebant etiam fabricas ſcutarias, loricarias, arcuarias.*

Arcuo, as. Pro curvare in modum arcus. Verbum eſt probè latinum, apud Plinium & alios uſurpatum; hinc arcuatos fornices, currus, & ſimilia dicimus. Scriptores autem collapſæ Latinitatis uſurparunt pro arcum tendere. Charta Henrici de Soliaco: *Poterimus ibi venari & arcuare per nos & per noſtros quandocumque voluerimus.*

Arcutes. Qui arcu belligerant. Sic inventum apud optimas Gloſſas ſcribit Salmaſius in Lamprid., additque Armutes etiam à Veteribus dictos, qui armis pugnarent; ſicut Flexutes equites ab equis flectendis.

Arcus triumphales. Erigebantur in teſtimonium bellicæ virtutis, & quidem iis ſolùm, qui ſingulari aliqua victoria patriam ornaſſent. Verùm poſterioribus ſæculis libido & ambitio Cæſarum, vel in hos populi adulatio plurimos extulit. Novitium inventum vocat Plinius. Et quidem ante Titum neminem Imperatorum Arcum triumphalem ſtatuiſſe ſcribit Bartholom. Marlianus Topogr. lib. 4. cap. 17. Sed hos Authores de ſplendidis & impensè magnificis arcubus loquutos liquet ex Georgio Fabritio in ſua Roma cap. 15. & Onuphrio Panvino, qui vetuſtiores arcus non ita paucos recenſent.

2. Simplices igitur rudioreſque apud Romanos veteres parabantur Arcus, utpote qui per maſcula illa tempora veræ virtutis teſtimonia eſſent & præmia, non lenocinia ambitioſæ aſſentationis. Obtinebant id honoris, qui externo bello victores in patriam remigrantes, eandem acceſſione Imperii, aut certè gloria illuſtraſſent. Et à Romulo quidem ejuſmodi honorariæ ſignificationi factum initium legimus, lateritiis ſcilicet, & minimâ elegantiâ arcubus excitatis. Ex rudi poſtea quadratoque lapide elati arcus Camillo, Cæſari, Druſoque, de quo ſic ſcribit Svetonius in Tiberio cap. 1. *Præterea Senatus inter alia complura, marmoreum Arcum cum trophæis via Appia decrevit.*

3. Quod autem ait ſupra memoratus Plinius, Arcus triumphales novitium fuiſſe ornamentum, id ſcilicet non ſic eſt accipiendum, quaſi ante Cæſarum tempora nullæ fuerint Arcuum molitiones; ſed potius, quia, ut ſuperius indicavi, ſimplici parumque ornata ſtructura, nec ambitioſis illis, ut poſtea, ornamentis aſcitis, efferebantur. Nam poſteriùs Imperatorum libidine, & privatorum adulatione factum eſt ut Romæ Arcuum monimenta prope ſilveſcerent. Onuphrius Panvinus quatuordecim in Urbe Arcus enumerat ex P. Victore, qui Romæ veteris deſcriptor fuit accuratiſſimus. Domitianus verò eoſdem uſque ad Urbis faſtidium & dicacem populi cavillationem immenſo quodam numero exædificavit. Sic enim in ejus vita ſcribit Svetonius: *Janos, Arcuſque cum quadrigis & Inſignibus triumphorum, per regiones Urbis tanto numero extruxit, ut cuidam Græcè inſcriptum Arcui ſit* Ἀρκεῖ: *ideſt, ſufficit; ſatis abundèque eſt Arcuum, & Janorum.* Incidebantur verò in Arcubus, præſertim ævo poſteriore, tum cauſæ meritorum, tum eorum nomina, qui & triumphum egiſſent, & eundem decreviſſent triumphantibus, quemadmodum legitur in inſcriptionibus Arcuum, qui adhuc Romæ viſuntur. Et in Titi quidem Arcu marmoreo, qui attollitur inter Amphitheatrum & Forum Romanum, tametſi temporis voracitate adeſæ corruptæque ſint celaturæ & anaglypha, ſuperſunt adhuc tamen multa, quæ identidem internoſcuntur. Imperatori in curru ſedenti & ab alata Victoria coronato præferuntur Judaica ſpolia cum duodecim faſcibus: Arca fœderis, aureum candelabrum, aurea menſa, tabulæ Moſaicæ. Item captivi milites Judaicæ gentis religatis poſt tergum manibus. In Arcu Septimii, qui ſurgit ad radices Capitolii inciſæ ſunt terreſtres navaleſque pugnæ cum multiplici genere machinarum. Conſtantini Magni Arcus, qui in radicibus Palatii ad caput Viæ Appiæ locatus eſt, prœlium exhibet adversùs Ducem Maxentium.

4. Quod attinet formam ipſam Arcuum veterum Triumphalium, ea primùm ſemilunaris fuit, ad ſemicirculum fornicato arcu. Quadratæ ſtructuræ poſtea arcus invaluere, tribus portis diſcriminati: ex his media longe capacior, per quam triumphantibus erat aditus; ab utroque latere minores portæ aperiebantur. Intra fornicem verò portæ, quæ media erat, pendebant victoriæ alatæ; quæ demiſſæ triumphantibus, cum tranſirent, coronam imponerent. Incidebantur etiam ibidem trophæa & armorum aggeſtiones, de quibus diximus in voce *Tropheophori*. Nonniſi Senatus, plebis, vel Imperatorum authoritate tollebantur prius Triumphales Arcus. Privati deinde etiam, aut negotiatorum cœtus, ad captandam ſcilicet Principum gratiam, Arcus poſuere. Ab Urbe Roma Byzantium, ſeu Roma Nova, Arcus Triumphales accepit, ut memorat Corippus Africanus Poeta, præſertim in Juſtini Minoris Auguſti inauguratione. Eodem invento Amoris Triumphum illuſtrandum putavit Petrarcha Trionf. d'Amor. cap. 4.

Errori, ſogni & imagini ſmorte
Eran d'intorno a l'arco trionfale,

E fal-

E falſe opinioni in sù le porte.
Vide de Arcubus Triumphalibus Georgium Fabricium cap. 15. Roſin. Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 29., Dempſterum in Paralipp. ad Roſin. Antiqq. Rom. lib. 1. cap. 13., Bulengerum, & Panvin. de Triumpho.

Area, æ. Propriè locus eſt ædificiis vacuus ſub dio ſtratus & perflatilis, maximèque ad triturem accommodatus. Virgil. Georg. 1.

Area cum primis ingenti æquanda cylindro.

In Architectura militari Aream dicimus planitiem expanſam in medio arcis, vel etiam in propugnaculis, quò eonvenire milites ſolent ad obeunda exercitia militaria, vel ut accurrere facilè poſſint quò Ductorum imperiis vocantur. *Piazza d'Arme*. Dicitur etiam Area pars illa ſcuti, quæ inanis & vacua variis poſtea inſignibus, opere picturato vel cælato, exornatur. Italis *Campo*. Petrarcha:

Era la lor vittorioſa inſegna
In Campo verde un candido ermellino.

Nam de vexillis etiam dicitur.

Arena ardens. Licet de hac inter remedia ad repugnaodum non meminerit Vegetius, invenitur tamen non ſemel adhibita ad infeſtandos milites ſub machinis deliteſcentes, eaſque reddendas inutiles; qua de re videndus Diodorus lib. 17. Idem factitatum à Tyriis narrat Curtius lib. 4. *Ii clypeos æreos multo igne torrebant, quos repletos fervidâ arenâ, cœnoque decocto è muris ſubitò devolvebant. Nec ulla peſtis mogis timebatur; quippe ubi loricam corpuſque fervens arena penetraverat, nec ulla vi excuti poterat, & quidquid attigerat, perurebat: jacientes arma, laceratis omnibus queis protegi poterant, vulneribus nudi patebant.*

Arena cedere. *In arenam deſcendere*. Formulæ ſunt vulgi ſermone tritæ, pro deſiſtere à certamine, vel inire certamen. Ortæ à conſuetudine militari, qua bellatores à certamine deſiſtentes ab arena vel acie cedunt: vel pugnaturi in arenam vel aciem deſcendunt.

Arenga, & Arengum. Pro declamatiooe vel concione legitur apud Scriptores lapſæ Latinitatis. Chron. Vindeſemen. *Prolixis igitur Arengarum interlocutionibus poſtpoſitis*. Vox eſt procul dubio bellicæ originis. Nam Arenga, vel *Arengum*, Italis *Aringo*, & vulgò *Arringo*, ex quo *arringare*, eſt locus aptus ad equeſtrem decurſionem. Italis *Gioſtra*, *Campo*. Boccaccius: *Non che un' Aringo, mà dieci non ſi poteſſer correre.* De origine autem hujus vocabuli multa tradit Menagius ex Scipione Ammirato, *Meſcolanze* cap. 10. Statuit autem Aringum dici à dictione Longobardica *Ringo*, quæ vox apud illos ſignificabat campum militarem. Sed Teutonicæ vocem originis ex eodem Ammirato cognoſcit idem Menagius: *Ringen* ſiquidem apud Germanos eſt luctatio, vel dimicatio. Falſi certe ſunt Ferrarius, qui deducit ab arena, & Caſtelvitrus, *Giunta al primo delle Proſe del Bembo*, qui Aringum trahit à Voce Latina *Ringor*, qui eſt ſonus rabioſi canis. Ab equeſtri vel militari decurſione, & certamine, ad rixas & declamationes forenſes tranſiit poſtea Aringum, vel Aringa. Hinc habemus Arengariam, locum nempe editiorem, ex quo quiſpiam publicè verba facit; alioſque in judiciis forenſibus purgat vel accuſat. Italis *Ringhiera*, *Aringhiera*. De hac voce audiendus eſt Varchius, *Dialogo delle lingue*: *Aringhiero luogo dinanzi al palazzo* (Florentiæ is locus eſt) *dove, quando entrava la Signoria, il Podeſtà ſalito in bigoncia, che così ſi chiamava quel pulpito &c.* Idem ibidem: *Aringo, uſato più volte non ſolo da Dante, ma dal Boccaccio, ſignifica così lo ſpatio, dove ſi corre gioſtrando, ò ſi favella orando, come eſſo corſo, ò gioſtra, & eſſo parlare overo orazione. Et è queſto uſo ancora hoggi in Vinegia trà gl' Avvocati.*

Areopagus. Non modo Lexicarii omnes, ſed plerique etiam ex Latinis Scriptoribus Areopagum Martis vicum, vel pagum exponunt. Sedulius:

Athenæi pædorem linquite pagi.

Ita poſt Magnum Auguſtinum & Bedam, Sigonius, Budæus, aliique innumeri ſeotiunt ſcribuntque. Verùm plane Areopagus non fuit Athenis vicus vel pagus, ſed clivus, locuſque editior & aſperior. Componitur euim vox ab Αρης, quæ vox Martem ſignificat, & Παγος, quæ indicat rupem, vel ſaxum aſperum. Hujus porrò poſtremæ vocis prior ſyllaba brevis eſt apud Euripidem, Homerum, & alios Græcos Scriptores: ex quo liquet penultimam ſyllabam in *Areopagus* eſſe corripiendam. Non igitur Areopagus vox eſt hybrida, ex Græca & Latina dictione coagmentata; ſed tota quanta eſt ex Græcia provenit meraciſſima; nec ſignificat vicum Martis, vel pagum, quæ vox apud Latinos producitur, immenſamque Scriptorum ſeriem in errorem induxit; ſed Martis rupem, vel Martium ſaxum. Quemadmodum enim, ut optimè obſervat Voſſius in Etymol., clivus Romæ erat à Tarpeja dictus Saxum Tarpejum, ſic Athenis monticulus aſper & elevatus, Græcè appellatus Areopagus, Latinis vertendus, Martium ſaxum. Atque iterum, ſicut in memorato ſaxo, ſive Rupe Tarpeja, templum erat Jovi excitatum, ſic Athenis in Areopago, vel ſaxo Martio, templum Marti fuit erectum. Dictus autem à Marte locus, quoniam ibi Mars ipſe fuerit judicatus, de homicidio inſimulatus à Neptuno, quoniam occidiſſet Halirrhotium ejuſdem Neptuni filium, qui Alcippam Martis filiam corruperat. Agitatam autem cauſam ajunt à duodecim Diis, & Martem ipſum ſex ſuffragiis abſolutum. Hujus judicii meminerunt Demoſthenes, Pauſanias in Atticis, Plutarchus, & alii. Inde porrò factum ut cauſæ capitales à duodecim Judicibus, qui ex loco Areopagitæ nuncupantur, Athenis audirentur. Pronunciabant verò Areopagitæ de cauſis capitalibus tanta integritate, ut eorum judicio nihil haberetur incorruptius, quod inter alios ſcribit Cicero ad Atticum. Non interdiu ſed noctu judicabant, ut nulla Accuſatorum, vel Patronorum habita ratione, quę dicerentur ſolum ſpectarent. Vetitum apud Areopagitas uti prooemio, aut affectus concitare, ne Judicum iis artibus captaretur gratia, & ſuffragia corrumperentur. Plutarchus de glor. Athen. author eſt interdictum illis fuiſſe comœdias conſcribere; quod genus eſſet abjectioris Fabulæ, & abhorrentis à tantorum Judicum gravitate. Idem Areopagitarum Curiam à Solone fuiſſe inſtitutam in hujus vita prodidit. Deſierunt, Lector, feliciſſima illa tempora, cum judicis ferebantur integritate ſumma, remotis arbitris, & ipſo etiam excluſo Sole. Inducti poſtea non modo affectionum motus, verum etiam Patroni, Fautores, Pararii: tum officia interpoſita, & commenda-

tio-

tiones antea quæſitæ, ne dum proemia, & affe-ctionum concitationes. Ut tempora, an potius vitia? permutant mores! Mihi laude ſumma digniſſimum Trojanorum conſilium fuit, qui de reddenda Helena deliberaturi procul ab ejuſdem conſpectu ſuffragia tulerunt.

Argentati milites. Occurrunt apud Livium lib. 9. *Tunicæ Auratis militibus verſicolores; Argentatis linteæ candidæ.* Hi nimirum ſunt perſimiles iis, quos Curtius vocat Argyraſpides à ſcuto argenteo: quemadmodum Aurati milites apud eundem Livium ſunt, qui appellatione Græca apud Curtium dicuntur Chryſaſpides; nimirum aureum vel inauratum clypeum gerentes. Et iis quidem Livius tunicas verſicolores, illis candidas attribuit.

Argivum clypeum asstulit. Author hujus Proverbii Zenodotus. Dicitur de iis, qui rem difficillimam expediunt. Ajunt autem ſacrum quendam fuiſſe clypeum apud Argivos, clavis defixum tanta firmitate, ut illum detrahere nonniſi per immenſum robur quiſpiam poſſet.

Argo. Prima Græcorum navis, qua Jaſon cum ſociis, qui bello illuſtres Heroes erant, in Colchum navigarunt. Dicta eſt ex Græco à velocitate, vel ab Argivis Ductoribus. Diodorus author eſt ædificatam fuiſſe juxtà Pelion Theſſaliæ montem, quam Catullus opinionem ſecutus eſt in Argonautica:

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per undas
Phaſidos ad fluctus, & fines Æetæos:
Cum lecti juvenes, Argivę robora pubis,
Auratam optantes Colchis avertere pellem,
Auſi ſunt vada ſalſa cita decurrere puppi,
Cærula verrentes abiegnis ęquora palmis.

Sunt qui ex arboribus Dodonæ ſylvę conſtructam illam commemorent. Id ut verò propius exiſtimem, facit ejuſdem arboris malus, quem loquacem fuiſſe, & prodidiſſe oracula fabulatores ferunt. In Chaonia nimirum, ubi Dodonæ nemus erat, templum Juppiter habuit; ibique reſponſa petentibus reddebat columba fatidica. Quam nos opinionem ſecuti ſumus Elegiarum lib. 1. Eleg. 5.

Illa ego, quę ſylvę fueram frondentis alumna,
Chaonis, altiſoni nuncia planta Jovis,
Ire profanati jubeor per regna profundi,
Spumeaque irati verrere terga maris.
Fronde ſuper noſtra Superûm reſponſa ferebat
Cura Dionęs candida matris avis.

Prima omnium ea fuit navis, quæ mirabili magnitudine maria ſulcaret, licet ante ipſam parvarum navicularum uſum fuiſſe conſtet. Triginta remigum ſedes utrinque habuit, ut inter alios perhibet Theocritus. Quemadmodum Minervæ beneficio, & monſtrante Dea primùm fabricata eſt, ſic etiam ejuſdem privilegio voces & oracula prodidiſſe eſt traditum. Ovid. lib. 3. de Triſt.

Et quæ facta ratis, pugnacis cura Minervæ,
Per non tentatas primus cucurrit aquas.

Quod autem ſortes & præſagia ediderit, habemus ex Lycophrone, qui eam navim Picam appellavit. Eandem Valerius Flaccus fatidicam ratem nuncupat. Confecta navigatione ad Colchos, ejus navis tabulæ & aſſamenta, tamquam rei ſacræ atque monſtroſæ monumentum, in Minervæ templo ſuſpenſa ſunt, ibique uſque ad Alexandri Magni tempora perdurarunt. Ipſa verò navis inter aſtra collocata eſt, oriturque cœlente illud ſignum prid. Id. Martii. Vide *Apollonium, & Valerium Flaccum in Argonauticis.*

Argonautæ. Certus Heroum & Semideorum numerus, qui à Jaſone collecti cum eodem ad Colchos commigrarunt ad aureum diripiendum vellus. De horum navigatione multa habent Apollonius, & Valerius Flaccus. Præcipuorum Ducum nomina fuere Jaſon, Tiphys, Hercules, Caſtor, Pollux, Theſeus, Telamon, Orpheus. Reliquos latè commemorat Natalis Comes lib. 6. Mytholog. cap. 8. Sic appellati ſunt ab Argo, quod fuit navis nomen, quam inſcenderunt. Vide *Argo.*

Argumentum, i. Pro machina bellica. Luithprandus lib. 5. cap. 6. *Argumentum, quo ignis proiicitur.* Item pro ſupplicio reorum. Paſſio S. Euphemiæ: *Confeſtim deſcripta ſunt omnia Argumenta rotarum.* Argumentoſum, pro machinatorio, vel ingenioſo & dextero ad comminiſcendum & conficiendum machinas bellicas, dixit Anaſtaſius Bibliothec. Apud Italos etiam *Argumento* ſignificat machinam vel commentum bellicum. Matt. Villani lib. 4. cap. 87. *Ma ninna terra murata poterono acquiſtare, perche non aveano Argomenti da vincergli in battaglia.* Item *Argumentoſo*, pro ſolerti in re machinaria militari. Idem Villani lib. 11. cap. 48. *Allevata in guerra, e Argumentoſa in maeſtria di guerra.* Eccleſia etiam Romana apem argumentoſam pro ingenioſa dixit in Feſto S. Cæciliæ: *Quaſi apis argumentoſa Domino deſerviſti.* Philippus Albizi, priſcus Poeta Italus apud Leonem Allacci Poet. Antich.

Sicome l'ape argomentoſa fruga
Per compilar melliflua dolcezza,
Temolegiando il nome ſanza nuga,
Ne gli auttori la tua virtà s'avvezza.

Argumentosus, a, um. Vide *Argumentum.*

Argyraspidss. Latinè argentea ſcuta geſtantes. Alexander Severus ad imitationem Macedonis Alexandri hoc etiam oſtentationis genus in militiam Romanam induxit. Lampridius in ejus vita: *Elaborabat denique ut dignus illo nomine videretur, imò ut Macedonem illum vinceret; dicebatque inter Romanum Alexandrum, & Macedonem multum intereſſe debere. Fecerat denique ſibi Argyraſpidas, & Chryſaſpidas.*

Aries. Machina bellica in modum libratæ trabis ad quatiendos muros. Arietem dici Vegetius docet, vel quòd habeat duriſſimam frontem, qua muros diruit, vel quoniam more arietis retrocedit ut vehementiori impetu feriat. Triplex hujus machinæ recenſetur genus. Primum eſt Aries ſimplex ſive rudis, ut ſcilicet à prima ejus origine conformatus eſt. Eum nullis libratum funibus ductariis prævalidi milites ſuſtinebant humeris, ac lacertis impellebant. Ea ratione compactus immenſum requirebat conatum, & imbecillam ferè impreſſionem faciebat. Hunc Arietem indicavit Lucanus lib. 1., apud quem ſic loquitur miles jactabundus & glorioſus:

Tu, quoſcumque voles in planũ effundere muros,
His Aries actus diſperget ſaxa lacertis.

Nec multum diſſimili forma Sidonius.

Nec Pharii nunc regna precor; nec ut biſce lacertis
Frangat Hydaſpæas Aries impactus Erythras.

Hunc Arietem, & ejuſdem originem ſic deſcribit Vitruvius lib. 10. cap. 19. *Carthaginienſes ad*

Digitized by Google

Gades oppugnandas caſtra poſuerant: eum autem caſtellum ante cæpiſſent, id demoliri ſunt conati: poſteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta, ſumpſerunt tignum, idque manibus ſuſtinentes, capiteque ejus ſummum murum continenter pulſantes, ſummos lapidum ordines deiiciebant, & ita gradatim ex ordine totam communitionem diſſipaverunt. Ubi obſerva rude machinæ initium: neque enim ibi mentin de rictu ferrato, aut inflexis cornibus, & aduncis mucronibus ad murorum compages diſſolvendas.

2. Verùm quoniam primis rerum adumbrationibus facile eſt ab humana ſolertia multa ſuperaddi, enatus eſt poſtea Aries compoſitus, qui malo navali ſimilis ferreum haberet caput, cum ferreis item cornibus, & præacuto rictu ad formam Arietis pecudis; atque adeo nec humeris militum ſuſtineretur, aut lacertis duntaxat intorqueretur, ſed nexam haberet trabem alteram, à qua pendulus libramenti beneficio huc illuc ductariis ageretur funibus, longè minore niſu, ſed impetu admodum firmiore. Hujus deſcriptionem ſtatim ſubdit memoratn loco Vitruvius, cum commemoratione Inventoris aucti libratique Arietis: *Poſtea quidam faber Tyrius, nomine Pephaſmenos, hac ratione & inventione inductus, malo ſtatuto, ex eo alterum tranſverſum, uti trutinam, ſuſpendit: & reducendo & impellendo vehementibus plagis dejecit Gaditanorum murum.* En tibi alteram ejuſdem deſcriptionem ex Joſepho lib. 3. Bell. Judaic. *Eſt Aries trabs prægrandis, quæ malum navis aſſimilat. Is ſolidatur in capite gravi ferro in Arietis formam, unde & nomen aſſumpſit. Dependet medius funibus ſuſpenſus ex alia trabe, velut trutina, quæ trabs tignis utrinque firmis munita eſt & fulta. Repulſus verò magna virorum manu retrorſum, iiſdem extrorſum ſtatim & cum impetu reflectentibus, quatit muros prominulo ferro: neque eſt ulla turris tam valida, aut mœnia tam lata, quæ, ut primas maximè plagas tulerint, ſuſtinere & ſubſiſtere ultra poſſint.* Hoc illud eſt exitioſum & terribile machinamentum, quod meritò Paulus Diaconus lib. 17. vocat inſtrumentum exterminatorium. Hujus ad murorum ruinam adventantis metu, non raro oppida præcipitabant deditionem, ut expreſsè docet Cæſar lib. 2. Bell. Gallic. *Reſpondit, ſe magis conſuetudine ſua, quàm merito eorum Civitatem conſervaturum, ſi, priuſquam Aries murum attigiſſet, ſe dedidiſſent.*

3. Quod ejus magnitudinem attinet, eam non modo ex Joſephi teſtimonio ſuperiùs relato, verùm etiam ex aliis Scriptorum locis, liquet ſupparem fuiſſe malo navali. Gell. lib. 1. cap. 13. *P. Craſſus, cum opus eſſet firma ac procera trabe, qua Arietem faceret, ſcripſit ad Magiſtrum Architectona Moleatenſium, uti ex duobus malis, quos apud eos vidiſſet, uter major eſſet, eum mittendum curaret.* Sed vix credibile memoratu eſt quod refert Appianus in Bello Punico, oppugnandæ Carthagini duos admotos Arietes, quorum alterum ſex mille pedites, alterum multitudo navalium ſociorũ impelleret. Joſephus memorat Titnm ad Hieroſolymam totidem Arietes habuiſſe, quot legiones.

4. Tertium genus eſt Aries teſtudine incluſus, & inibi libratus, cujus non unam formam ex Herone latè deſcripſimus in dictione *Teſtudo Arietaria*. Hic addimus de eadem machina & ejuſdem inventore mentionem inſuper haberi apud Vitruvium lib. 10. cap. 19. *Cetras autem Chalcedonius de materia primùm baſim ſubjectis rotis fecit ſupraque compegit arrectariis & jugis varas: & in his ſuſpendit Arietem, coriiſque bubulis texit, uti tutiores eſſent, qui in ea machinatione ad pulſandum murum eſſent collocati. Id autem, quod tardos conatus habuerat, teſtudinem arietariam appellare cœpit.* Adde deſcriptionem arietis ex Joanne Magno Hiſt. Got. lib. 11. *Columnæ ligneæ quatuor in altitudine erectæ, æqualiter invicem oppoſitæ collocantur, hæ columnæ tignis octo vinciuntur, quatuor ad imum columnarum, totidem ad ſummum, efficiturque veluti quadratæ cujuſdam ædiculæ forma. Hæc rurſus corrigiis obtegitur, ne feriri de mœnibus, qui intus ſunt, poſſint. Introrſus verò non parvæ molis ſtipitem, ſive trabem ſupernè ſuſpendunt, huncque catenis laxatum, in medio machinæ cum opus fuerit dimittunt. Habet verò trabs in capite ferrum ingens, & quadratum ad inendis formam. Machina tota quatuor rotis ad baſes columnarum impoſitis defertur. Movent autem eam milites intus exiſtentes non pauciores quinquaginta: qui poſtquam eam mœnibus admoverunt, trabem illam ſuſpenſam machinamento quodam retrotrahunt, muxque eum impetu dimittunt. Trabs autem violentia, & pondere in murum delata, omnia quaſſat, ac frangit, ita ut aries crebra diverberatione incuſſus penetrare, in quæcunque inciderit loca, queat. Quocirca hæc machina cognomentum eſt nacta, quod ſtipitis hujus cacumine, dum prominet, haud ſecus ac arietes inter ſe ſolent, dum colliſione decertant, illidendo, & quatiendo univerſa diſturbet.* Addendum eſt ex Ammiano lib. 20., diſſolvi Arietes, & ita in expeditionibus circumferri ſolitos, quemadmodum de turribus diſſolutis alibi diximus ex Herone, & Diade. Ut autem tuta eſſet teſtudo à jaculis ſaxiſque depluentibus, crudis coriis & ciliciis deſuper conveſtiebatur, ut idem tradit Vitruvius ex Cetra inventore. Contra formidabile hoc inſtrumentum multa ſolerter inventa ſunt. Excipiebantur quandoque Arietes culcitris atque centonibus, quæ ipsâ mollitie illius impetum debilitabant. Hujus remedii meminit etiam Torquatus Taſſus Cant. 11. Gieruſalem.

E ben endeva alle percoſſe horrende,
Che doppia in lui l'eſpugnator montone;
Ma sì da merli il popolo il difende
Con uſata di guerra arte e ragione;
Ch'ovunque la gran torre in lui ſi ſtende,
Cala faſci di lana, e gli frapone.
Prende in ſe le percoſſe, e fa più lente
La materia arrendevole, e cadente.

Idem tradit Iſidorus lib. 18. *Contrà impulſum Arietis remedium eſt ſaccus paleis plenus, & in eum locum demiſſus, quo Aries percutit. Laxo enim ſaccorum ſinu ictus Arietis illiſus mollitur.* Nec minus apertè Vegetius lib. 4. cap. 23. *Aliquanti centones & calcitras funibus calcant, & illis opponunt locis, qua cedit Aries, ut impetus machinę materiâ molliore fractus non deſtruat murum.* Addit ibidem Vegetius interdum laqueis captos Arietes tractoſque de muris, & cum ipſis teſtudinibus everſos. Quod etiam legitur apud Ammianum lib. 20. *Prominentem Arietis ferream frontem, arte ſubtili illaqueatam, altriuſecus laciniis retinuere longis, ne retrogradiens reſumeret vires, neve muros ferire poſſet.* Vide *Laqueus*.

Ad-

Addit demum Vegetius alia adjumenta adverſus Arietem in hunc modum : *Plures in modum forfieis dentatum funibus illigant ferrum , quem lupum vocant , apprehenſumque Arietem , aut avertunt , aut ita ſuſpendunt ut impetum non habeat feriendi . Interdum baſes , columnæ marmoreæ vibrato impetu jaciuntur è muris , Arieteſque confringunt . Quod ſi tanta vis fuerit , ut murus Arietibus perforetur , & (quod ſæpe accidit) decidat , ſalutis una ſpes ſupereſt , ut deſtructis domibus , alius intrinſecus murus addatur , hoſteſque inter binos parietes (ſi penetrare tentaverint) perimantur .*

5. Animadverſione dignum eſt, Machinam , quæ ſummam obtinet violentiam & in muris perfringendis maximè proficit , à natura fuiſſe præmonſtratam . Hujus enim ductu , ſi in fores , armaria , aut aliquid ſimile impetum facere volumus , obniſu cubiti , aut pedis impulſu id facimus. Hinc exortus primùm Aries ſimplex & rudis : deinde firmior inventus , quem compoſitum diximus, denique validiſſimus omnium excogitatus , libratus in teſtudine . Horum deformationes Arietum habes apud Steuvechium ad Vegetii lib. 4. cap. 14. , & apud Lipſium Poliorceticon lib.3. Dialog. 1. , Arietis verò in teſtudine librati non unam habes picturam apud Heronem de Machinis bellicis cap. 9. 10. , & 11. Ubi etiam vide notas Baroccii . Si lubet de Ariete plura cognoſcere , adi Ammianum lib. 23. , Joſephum de Bell. Judaic. lib. 3. , Iſidorum lib. 18. , & Turnebum Adverſar. lib. 23. cap. 21.

6. Vim Arietis referunt aliqui Scriptores ad frontis craſſitiem , qua muri ſubruuntur , ut habet Vegetius lib. 4. cap. 14. Alii verò impreſſionem omnem feciſſe Arietem ſtatuunt oris acumine . Ejuſmodi eſt Aries , qui viſitur in Columna Trajani num. 150. apud Ciacconum . Non diſparem exhibet Arcus Septimii , & trophæum Marii in aſcenſu Capitolii . Huic opinioni robur adiicit Ammianus lib. 20. , qui bis vocat Arietem acutum . Procopius etiam lib. 1. de Bello Gotico illum deſcribens , refert capite eſſe præacuto , & quod ſimile ſit ſagittæ ſpiculo . Credibile eſt variaſſe Arietini capitis ſtructuram machinarios , & interdum quidem ſic eam confeciſſe , ut craſſa fronte impetum daret ; aliquando verò acutiore roſtro effinxerunt ; aut præacutis etiam duriſque cornibus. Nam hæc omnia ſatis fermè conſtituunt diverſa loca Scriptorum .

7. Iterum alia exſurgit controverſiola de materia Arietini capitis . Extitiſſe nimirum ex ære colligitur ex memorato Ariete Columnæ Trajani apud eundem Ciacconum . Idem inſinuat Propertius Eleg. lib. 4. 11.

muros cornu pulſabat aheno .

Sed facile fuit Poetæ pro uſu carminis ea metalla promiſcuè accipere. Oppido plures occurrunt loci Scriptorum , ubi ſermo eſt de ferrato Arietis capite . Diodor. Sicul. Biblioth. lib. 13. *Sex ſummæ altitudinis turres propè erexit, totidemque ferratis frontibus Arietes ad muros adegit .* Ammianus lib. 23. *Eligitur abies vel ornus excelſa, cujus ſummitas duro ferro concluditur & prolixo , Arietis efficiens prominulam ſpeciem , quæ forma huic machinamento vocabulum indidit .* Similia habet Joſephus de Bell. Judaic. cap. 9. *Immenſa eſt materia malo navis aſſimilis , cujus ſummum gravi ferro ſolidatum eſt , Arietis effigie fabricato , unde nomen accepit .* Vitruvius lib. 10. cap. 21. ita loquitur : *Is autem Aries habuerat de ferro duro roſtrum , uti naves longæ ſolent habere .*

8. Plane inducor ut credam , minimum à Veterum Ariete diſcrepaſſe acutas illas trabes , quibus ad perfodiendos muros utebatur militia , quæ aliquot ætates ante avorum noſtrorum memoriam floruit . Ea verò inſtrumenta Etruſci vocitarunt *Bolzoni , Bolcioni* . Joannes Villani lib. 10. cap. 59. *Con Bolcioni dentro e di fuori pertugiaro il muro .* Eſt etiam balliſtæ manuariæ genus , qua emittuntur ſagittæ , non acuminatæ illæ quidem, ut à vulgaribus explodi ſolent , ſed obtuſiores, & ad modum pilæ in faſtigiis rotundæ & craſſius capitatæ . Appellantur autem Italis *Baleſtre a bolzoni*. Origo vocis fere traditur à verbo Grçco βάλλω, quod eſt *Jaculo* . Verùm quoniam alicubi in Italia ejuſmodi balliſtis exercetur à viris ingenuis ludi genus , quo iiſdem ad ſcopum collineant ; idque ſagittarum genus voce vernacula dicunt *Pulzoni* , idcirco venit in mentem ſuſpicari , à pellendo vel pulſando commodiùs fuiſſe nominatas .

Arietaria machina . Vitruv. lib. 10. cap. 19. *Conſtituitur autem in ea Arietaria machina .*

Aristo,as. Ariete dejicio. Plaut. in Trucul. *Quis proterve noſtras ædes arietat ?* Metaphoricè dicitur pro quacumque dejectione in modum Arietis . Curt. lib. 9. *Macedo gladium cœperat ſtringere , quem occupatum complexibus, pedibus repente ſubductis , Dioxippus arietavit in terram .*

Arietem smittit . Diogenianus hoc memorat adagium , in rixarum cupidos uſurpandum . Veteres quippe Romani bellum ſuſcepturi fecialem mittebant , qui Arietem in hoſtium fines jaculando , bellum indicebat .

Arion . Inſignis fuit equus Adraſti Argivorum Regis , quo ille victor fuit in ludis funebribus Archemori . Stat. lib. 1. Sylvar.

Hunc & Adraſtæus viſum extimuiſſet Arion .

De eodem Propert. lib. 2.

Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion ,
Triſtis ad Archemori funera victor equus .

Fuit autem primùm Neptuni equus , deinde Adraſtum Dominum habuit . Ejus deſcriptionem habes apud præfatum Statium lib. 6. Theb.

Ducitur ante omnes rutilæ manifeſtus Arion
Igne jubæ . Neptunus equo (ſi certa priorum
Fama) pater . Primus teneris læſiſſe lupatis
Ora , & littoreo domitaſſe in pulvere fertur
Verberibus parcens , etenim inſatiatus eundi
Ardor , & hyberno par inconſtantia ponto .
Sæpe per Jonium , Lybicumque natantibus ire
Interjunctus equis , omneſque aſſuetus in oras
Cæruleum deferre patrem . Stupuere relicta
Nubila, certantes Eurique, Notique ſequuntur.

Ejuſdem equi ſæpius recurrit mentio apud eundem Poetam ibidem .

Arithmetica , æ . Vide *Mathematica* .

Arma , æ . Fœminin. gener. Sæpe legitur apud Scriptores lapſæ latinitatis . Lex Longobardorum cap. 4. *Si quis cum ſagitta , vel qualibet Arma plagam intra capſam fecerit .* Geſta Regum Franc. cap. 10. *Nullas tam ſordidam & incultam Armam habet , quàm tu .* Scribe tamen caſtigatius

Arma , orum . Vanum falſumque eſt Varronis etymon , qui Arma ab arcendo nominata ſcribit , quaſi hoſtes arceant . Omninò dicuntur ab armis, ideſt humeris , à quibus dependent . Quare Armata Virgo dicitur à Feſto maxima Veſtalium ,

quoniam veſtis lacioiam in armum ſive humerum ſolebat rejicere. Eo certè habitu in vetuſtiſſimis viſitur nummis diſco libatorio vioum invergeos. Fjus ſchema proponitur à Pierio Valerian. lib. 42. Quare propriè & antiquiſſimè Arma nonniſi ſeuta extiterunt, quæ appenſa & nexa humeris geſtabaotur. Summa proinde cum vocis proprietate cecinit Virgilius lib. 10.

At Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant.

Certiſſima nimirum ſuit apud Veteres conſuetudo ſcutis uti pro feretris geſtatoriis ad referenda in patriam & ad conſanguineos cadavera virorum illuſtrium occiſorum. Virgil. ibidem:

at ſocii multo gemitu lacrymiſque
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.

Huc reſpexit mater illa Spartana, quæ filium ſcuto obarmans, *Aut in hoc*, dixit, *aut cum hoc*, obteſtans, præcipienſque filio, ut vel fortiter dimicando ad ſe rediret ſcuto reteoto, aut cæſus in pugna eodem ſcuto geſtatus referretur. Quandoquidem autem priſcæ ſuit conſuetudinis, ut bellatores ſuis aut Majorum ſacinoribus ſcuta depingerent, idcirco ab ejuſmodi ſcutis veriſſimum manavit etymon Inſigoium gentilitiorum, quæ vulgò dicimus *Arme*, *Scudi*, Gallis *Armes*, vel *Armoiries*. Certe apud Nonium Ancilia, quæ conſtat ſcuta fuiſſe, nudè arma dicuntur. Nec aliter profecto intelligendi ſunt Poetæ, ubi de pictis armis loquuntur: picta nempe ſcuta ſolummodo fere indicant ad oormam expoſitam. Virgil. lib. 12.

& pictis Arcades armis.

Idem lib. 10.

Aſtur equo fidens, & verſicoloribus armis.

Lucan. lib. 1.

Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Et alibi:

pictis conſpectus in armis.

Valer. Flacc. lib. 1.

caſuſque tuos expreſſa, Phalere,
Arma gerit.

Hinc tyrones, quique oullum militare facinus eximium adhuc ediderant, album geſtabant ſcutum, nullis nempe rerum geſtarum monumentis coloratis ioſignitum, ut alibi obſervare noo prætermiſimus in illud Virgilii l. 9.

parmâque inglorius albâ.

Scuta ſive arma variis coloribus diſcrimioandi morem apud Livium expreſſum legimus, ubi de Samnitibus ita ſcribit: *Samnites præter cæteros apparatus, ut acies ſua fulgeret novis armorum inſignibus fecerunt. Duo exercitus erant; ſcuta alterius auro, alterius argento cælaverunt.* Et primùm quidem ſcutorum planum aut vacuum, vulgo *Campo*, ſolis coloribus ſuſpicor fuiſſe diviſum; addita poſtea alia rerum geſtarum ſymbola. Nec omittam animadvertere noo ſolùm ſcuta, verùm etiam præfata ipſa ſymbola, licet extra ſcutum collocata, ouncupata fuiſſe Arma. In hanc ſenteotiam alia quædam Poetarum teſtimonia ſunt exponenda. Virgil. lib. 1. Æneid.

Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Cayci.

Idem ibidem.

Hic tamen ille Urbem Patavi, ſedeſque locavit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troja.

Ubi Meſſalla Corvinus lib. de Progenie Auguſti, Arma Troja accipienda cenſet pro troja ipſa vel porca; quam ſcilicet depictam tanquam Troici Imperii Inſigne in Urbe Patavii à ſe receos condita Antenor ſtatuerit. Sic autem ſcribit: *In templis arma & Inſigne armorum ſuſpendit: nam poſt exactam militiam laboreſque militiæ, mos fuit ſuſpendere arma. Ideo Arma fixit Troja; troia fuit inter arma templis affixa, armorum Inſigne, ſus.* Ex hoc porro Antiquorum uſu explicandum eſt quid ſit armis carere, vel arma amittere, aut eadem recuperare militem. Noveris nimirum, armis caruiſſe dictos antiquitus, quorum clypei in hoſtium poteſtatem veniſſent. Neque verò ii, qui ſcuta amiſiſſent, neque eorum liberi armis uti ulterius poterant, niſi prius aut ipſi, aut eorundem filii, vel agnati acceptum dedecus prœliando eluiſſent. Sed neque ad militarem menſam iiſdem ſas erat diſcumbere. Quod ſiquis auderet id facere, fecialis accurrens eorum mantile lacerabat, ſedenteſqoe loco movebat. Fjus rei teſtimonium habemus apud Villelmum Hedam an. 1395; ubi narrat, *Comiti Oſtrevandiæ Villelmo menſæ Regis Francorum aſſidenti cum aliis Principibus, Fecialem, quem Heraldum vocant, laceraſſe mantile ſibi ante poſitum, abjicientem indignum fore quod aliquis intereſſet Menſæ Regiæ carens inſiguiis armorum, innuentem inſignia ipſius Villelmi apud Friſios Orientales amiſſa.* Vide *Inſignia.*

2. A' ſcutis ad quodlibet ioſtrumentum ſignificandum, quo nocere homo homini poſſit, tranſierunt Arma. Equidem prima germanaque naturæ inſtitutione & inſtinctu ad unica pacis ſtudia, & concordiam perpetuò cuſtodiendam, homo prognatus eſt. Eam ob cauſam nudus ille naſcitur, non pellis duritiâ, aut ſolidiore tegumento à vim inferentibus ſatis tutus: nec verò unguibus, cornu, aliiſque inſtrumentis, quibus à natura proviſum eſt cæteris aoimantibus, ad aggrediendum & noceodum idoneus. Iogeoium pro armis habet. In eo tectoria omnia munimenta, in eo omne genus miſſilium, omnia ad invadendum machinamenta continentur. Licet enim in pugnis aliquod robur, & ſacultas ad percutiendum ineſſe videatur, leviſſimum tamen illud eſt, ſi cum armis comparetur, præſidii genus, quo nec à feris ioſultantibus ſe ſatis protegere, oec in alios impetum ipſe ſacere, Urbes expuguare, ac patriam tueri poteſt. Porteotoſum certè illud, & facile fabuloſum putaverim, quod de Hercule perhibetur, qui, cum in cunis eſſet, gemioos angues eliſit, qui Leonem Nemeæum manibus in os adactis diffregit interemitque; Aotæum Gigantem manibus appreheoſum, & violenter aſtrictum interfecit. Nullum itaque animal homioe inermius: nullum, ſi iogenio utatur ſuo, magis armatum. Primum, & à natura homioi traditum, armaturæ oppugnatoriæ genus, manus ſuit; quæ vel contracta in pugnum impetit adverſarium; vel explicata, aut multiplici modo complicata apprehendit hoſtem, detentumque, aliorum oiſu membrorum, in terram dejicit. Manum contractis adſtrictam digitis, pugnum vocamus: & inde pugnæ nomen. Lucretius.

Arma antiqua, manus, ungues, denteſque fuerunt.

Adinventa poſtmodum per exitialem ſolertiam genera armorum & machinarum innumera. Quæ quiſque iovenerit prolixè tradunt Plinius, & Polydorus Virgil. lib. 2. cap. 11., Coroazanus de Arte Milit. lib. 1. cap. 1.

Del primo, ch'Inventor d'armi ſi chiama,

Mi

Mi par ch'alcun Iſtorico s'accorde,
Che Calibe formò la ferrea lama.
Chi dagl' Atheniesi prima exorde;
E 'l ſuo principio alcun dicè che Creta
Prima a ferir trovò baleſtre e corde.

Nos etiam eorum inventores indicare non parcimus in propriis armorum titulis, & machinarum. Ah armatura ſimplici explicatæ, vel adductis digitis compreſſæ manus originem habuit ſuam facultas Athletica, ſive Gymnaſtica, in qua celebratiſſimi memorantur Caſtor & Pollux; de quibus Horat. l. 1. Od. 12.

Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem.

Ea facultas ſummo fuit in pretio, quandiu nullus ferri, ignis, aliorumque fuit uſus armorum. Eandem diſciplinam Alexander Magnus irriſit, inutilem & plane ludicram ratus, eique ſolertius ſubſtituit exercitationes militares, quæ ad univerſam artem bellicam meditamentum eſſent atque proluſio. A pugnis facilis fuit tranſitus ad ea armorum genera, quæ magis obvia ſunt & prompta paratu; nimirum ad ſaxa ejaculanda; & primo quidem ipſius manus impulſu, poſtea verò ad eadem intorquenda ferociùs remotiùſque fundarum & balliſtarum beneficio. Progreſſi ſubinde ſunt homines ad omne genus lignorum in jacula & miſſilia conformandum. Simplicia verò primùm ea jacula; deinde progreſſione temporis ad aſperiores ictus inſerendos cornu armata: poſtremo cuſpidato ferro etiam inſtructa. Inde verò ad ferrea deventum arma; funeſtiſſimi inventi authore Tubalcaino, de quo ſic Sacra Geneſis: *Fuit Malleator in cuncta opera æris & ferri*: quem porrò Joſephus rem bellicam mirà excellentià tractaſſe tradidit. Avorum noſtrorum memorià prodierunt arma ex ignito ferro quam remotiſſimè pilas plumbeas ejaculantia. Quæ recenſuimus, arma petentia ſive oppugnatoria nuncupamus.

3. Alterum genus ſibi vindicant Arma tectoria, ſive tegentia, quæ non tam ad nocendum, vimque inferendam, quàm ad protegendum & propugnandum inventa retinemus. Hæc etiam ab infirmiſſimis initiis ad validiſſima illa munimenta progreſſa ſunt, quæ militarem facultatem tantopere hodie commendant. Prima ſiquidem, &, ſi procul à culpa fuiſſemus, ſatis firma hominis munitio nuditas fuit. Poſtmodum è frondibus, vimine, cratibus, pellibus, corio, quæſita munimenta tectoria. Extudit ſubinde humana ſolertia ænea contegumenta, quibus non modo ſcutis corpora tegeret, ſed univerſa penè membra ab hoſtili impetu immunia redderet beneficio Panopliæ, qua totum obarmamus corpus ad omnimodam ſecuritatem. Et hæc quidem indicaſſe ſufficiat de origine & progreſſu armorum tegentium oppugnantiumque, quod ipſa humana corpora attinet. Nam quæ ad arces, Urbeſque oppugnandas, vel defendendas inventa ſunt, ea ſcilicet non tam arma, quàm machinæ bellicæ nominantur.

4. Veteres arma, ſicubi à militia vacarent, ſuſpendebant in templis: eadem ex iiſdem refigebant ubi primùm bellum indicebatur. Stat. Achill. lib. 1.

Nulla immunis humus; velluntur poſtibus altis
Arma olim dimiſſa patrum, flammiſque liqueſcũt
Dona Deûm.

Silv. lib. 5.

Belligeris hæc dona Diis, hæc arma dicavit:
Cernis adhuc titulos? Hunc ipſe vacãtibus armis
Induit; hunc Regi rapuit thoraca Britanno.

Torquat. Taſſ. c. 20.

Ne pur depoſto il ſanguinoſo manta
Vien al Tempio con gl'altri il Sommo Duce:
E quì l'arme ſoſpende; e quì devoto
Il gran Sepolcro adora, e ſcioglie il voto.

Uſitatum id etiam à Gladiatoribus. Hor. ep. lib. 1. 1.

Vejanius armis
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro.

Gladios præcipuè poſt inſigne aliquod facinus patratum, aut abſoluta militia, Diis conſecrare recepti moris fuit. Sveton. in Calig. *Tres gladios in necem ſuam præparatos Marti ultori, addito elogio conſecravit*. Dio lib. 77. *Gladium, quo Fratrem interfecerat Deo conſecrare eſt auſus*. Tacit. Annal. 15. *Ipſe eum pugionem apud Capitolium ſacravit*. Iterum Sveton. in Vitell. *Pugionem quo ſe Otho occiderat in Agrippinenſem Coloniam miſit Marti dedicandum*. De ſcutis verò ſuſpenſis disertè Virgil. lib. 6. ubi de Ænea in Apollinis Templo devicti Abantis arma figente:

Ære cavo clypeum, magni geſtamen Abantis
Poſtibus adverſis figo.

Sic autem Horatius lib. 1. Od. 28. de Pythagora, ſe Euphorbum olim fuiſſe reputante.

clypeo Trojana refixo
Tempora teſtatus:

Loquitur autem de clypeo qui in Templo Junonis Argivæ erat affixus, ut teſtatur Ovidius Metam. 15.

Agnovi clypeum, lævę geſtamina noſtrę,
Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.

Ea inſtitutio repetenda omninò eſt ab Hiſtoria Sacra. Judith. c. 16. *Porrò Judith univerſa vaſa bellica Holofernis, quę dedit illi populus, & conopeum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema oblivionis*. Ubi Interpretes ea ſpolia defixa contendunt ante ipſum templum, ubi ſacra peragebantur. De David verò gladium quærente, eumque accipiente ab Achimelech Sacerdote ſic legitur Regum l. 1. c. 21. *Ecce hic gladius Goliath Philiſtęi, quem percuſſiſti in valle Terebinthi, eſt involutus pallio poſt ephod. ſi iſtum vis tollere, tolle*. Ubi item Interpretes eum gladium Deo primùm dicatum, urgente tamen neceſſitate, auferri à templo potuiſſe teſtantur. Vide plura in titulo *Templum* 2.

5. Quaſſatio, & concuſſus armorum ſignum erat apud Veteres conſenſus & alacritatis militaris, qua bellatores Ducis verba & allocutiones excipiebant. Vide *Allocutio militaris*. Item eventus victoriarum, lætique nuncii armorum concuſſione ſignificabantur. Luctum etiam exprimebant milites doloremque in funeribus arma quaſſantes. Liv. l. 25. *In veſtibulo primorum caſtrorum rogum factum eſſe, armatum exercitum decurriſſe cum tripudiis Hiſpanorum, motibuſque armorum & corporum ſuę cuique genti aſſuetis*. Poſtremò ſublatus à militibus clamor per hæc verba: *Arma Arma* indicium erat ad ineundum conflictum ſe mutuò adhortantium. Sed quoniam hujus materiæ tractatio longe operoſiſſima eſt, vide ſingula ſuis in locis ad hanc materiam pertinentia.

6. Vetuſtiſſimus verò fuit ritus affigendi ſepulchris arma, quorum in vita uſus fuiſſet. Expreſ-

Digitized by Google

preſsè tangitur à Seneca lib. 4. Controverſ. *Bellum cum eſſet in Civitote, vir fortis in acie amiſſis armis, de ſepulchro viri fortis arma ſuſtulit. Fortiter pugnavit & repoſuit. Præmio accepto, accuſatur ſepalchri violati.* Ubi etiam animadverte aut nefas fuiſſe divellere è ſepulchris arma, lege propoſita; vel neminem id auſum, territum ſuaſu, & incuſſu religionis. Homerus eum morem indicat, ubi Ulyſſes ab Elpenore extincto commonetur ut ſibi ſepulchrum ſtatuat, illudque decoret ſuſpenſo remo, quem uſurpaverat vivus. Et ſimilem in modum Virgil. in funere Miſeni lib. 6.

At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Impouit; ſuaque arma viro, remumque tubamque.

Idem Virgil. in Funere Pallantis lib. 11.

Inductoſque jubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre Duces, inimicaque nomina figi.

In ipſam verò pyram noo veſtes duntaxat, & animalia cum ipſo comburenda cadavere coniiciebantur, quod à me eſt alibi obſervatum; ſed arma etiam ibidem coocremanda addebant. Sic autem Hercules Œtçæ pyræ proximus de ſua clava apud Senecam in Hercule Œtæo.

Hic nodus, inquit, nulla quem capiet manus,
Mecum per iguem flagret; hoc telam Herculem
Tantum ſequatur.

Sed & pellem Nemeçi Leoois depoſcit à Philoctete ſecum in pyra arſuram ſcilicet:

Tum rigida ſecum ſpolia Nemeæi mali
Arſura poſcit. Latuit in ſpolio rogus.

Idem de Herculea pharetra & telis traditur in Hercul. Furent.

ipſa Lernæis frequens
Phoretro ſolis in tuos ibit rogos.

Eundem morem commemoravit Virgilius lib. 11.

Addit equos & tela, quibus ſpoliaverat hoſtem.

Neque enim propria duntaxat arma, verùm etiam direpta hoſtibus in rogum inferebantur, ut expreſſius Virgilius ibidem:

Hinc alii ſpolio occiſis direpta Latinis
Conjiciant igui, galeas, enſeſque decoros,
Frenoque, ferventeſque rotas: pars munera nota
Ipſorum clypeos, & non felicio telo.

Et lib. 6. in funere Miſeni:

decorantque ſuper fulgentibus armis.

Ubi oota Servii gloſſema: *In antiquis diſciplinis relatum eſt, quæ quiſque ornamenta conſecutus eſſet, ut ea mortuam eum condecorarent.* Similia tradit Donatus ad eum Virgilii locum: *Fortium virorum cum ipſis funeribus arma apud Veteres conſumebantur: nec ſolùm hæc, ſed & cætera, quæ habuiſſent chariſſima.* Teſtimonium ſingularis benevolentiæ militum erga Duces illud fuit, ut ſua etiam arma in eorum pyras conjicerent. Sveton. in Cæſare cap. 84. *Veteranorum militum legionarii arma ſua, quibus exculti funus celebrabant, injecere flammæ.* Barbaræ etiam gentes, & Gothi præcipuè eum morem non neglexerunt. Teſtimonia hujus rei habemus apud Lactantium ad lib. 12. Thebaid. Statii: *Exuviis enim hoſtium extruebatur Regibus mortuis pyra, quem ritum ſepulturæ hodie quoque Barbari ſervare dicuntur, quem Stravas dicunt linguâ ſuâ.* Vide Tit. *Sdrava*.

7. Et quoniam funerum hic eſt mentio injecta, non omittam obſervare in parentalibus & pompa exequiali ſummis Ducibus, aut viris illuſtribus præſtitâ, præcipuum habuiſſe locum in progreſſione funeris non modò omnis generis arma militaria, verùm etiam faſces ipſos geſtatos à lictoribus. Ea verò ooo in ſublime erecta, ſed humo obverſa geſtabant, ut iiſdem terram verrere viderentur, geſtatuque illorum præpoſtero extincti Ducis triſtiſſimum dolorem ac deſiderium palam facereot. Et faſces quidem inverſos geſtari ſolitos in funeribus diſcimus ex Tacito lib. 3. Annal. in funere Germanici: *Igitur Tribunorum, Centurionumque humeris cineres portobantur: præcedebant incompta ſigna, verſi faſces.* De eodem ritu ſic loquitur Statius 4. Thebaid.

verſis ducunt Inſignibus ipſi
Grajugenæ Reges.

Albinovanus in funere Druſi:

Quos primum vidi faſces, in funere vidi,
Et vidi verſos, indiciumque mali.

Virgilius in primis illa habet in funere Pallantis lib. 11.

tum mœſta pholanx, Teucrique ſequuntur
Tyrrhæniqne Duces, & verſis Arcades armis.

Ad quem locum Servius: *Lugentum more macronem hoſtæ, non cuſpidem contra terram tenebant: ſcuta autem invertentes, non propter Numina illic depicta, ne eorum ſimulacra cadaveris polluerentur aſpectu, ut nonnullis fruſtra placet: nom lugentium mos eſt prioris habitus mutatio.* In recenti etiam militia, ubi præclaros Duces terræ mandari cootingit, pars eſt apparatus funerei armorum geſtatio adversùs terram converſa, & vexilla quaſi humum verrentia.

8. Non erit ſupervacaneum præcipere, ut menſuræ & modulo corporum arma reſpondeant, ne fiat illud Juvenalis Satyr. 11.

nec enim loricam poſcit Achillis
Therſites.

Aut quod Ulyſſi Ajax exprobrat apud Ovidium Metam. lib. 13.

Sed neque Dulichius ſub Achillis caſſide vertex
Pondero tanta feret: nec non onerosa, graviſque
Pelias hoſta poteſt imbellibus eſſe lacertis:
Nec clypeus, vaſti cælatus imagine mundi,
Conveniet timidæ, natæque od furta ſiniſtræ.

Eo nomine David paſtor Regius de teterrimo Gigante reportare victoriam meruit, quòd, virium ſuarum memor & conſcius, non minus ingenuè quàm animosè Saulis arma reſpuerit, minimum ſcilicet apta tum ſui corporis ſtaturæ, tum anteactæ vitæ paſtoritiæ & ruſticanæ. Sic autem de illo legitur in Sacra Regum Hiſtor. l. 1. oap. 17. *Et induit Saul David veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æreom ſuper caput ejas, & veſtivit eum loricâ. Accinctus ergo David gladio ejus ſuper veſtem ſuam, cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere: non enim habebot conſuetudinem. Dixitque David od Saul, non poſſum ſic incedere, quia non uſum habeo. Et depoſuit ea, & tulit baculum ſuum, quem ſemper habebat in manibus; & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, quam habebot ſecum, & fundam manu tulit, & proceſſit adversùs Philiſthæum.* Ineptè etiam monſtroſèque faceret, qui memoratum ſuperiùs Ajacis clypeum, turrim magnitudine exæquantem ex Homero,

Tum molem clypei turrim velut extulit Ajax,

adaptare contenderet humeris Nerei, vel Partheoopæi,

nopçi, qui formoſi ac delicatuli bellatores fuere, aut Tydei, cujus modus corporis & ſtatura erat brevior. Quare facetos & adipales cachinnos Pygmæi excitant apud Philoſtratum, dum conſopiti & jacentis Herculis meticotes arma, eorum irrident magnitudinem, aſſueti ſcilicet pro thoracibus geſtare oucum putamina, & extollere pro clypeis ſiliquas lupioorum? Craſſus proinde fuit Gallorum Seoonum error, cum vaſta corpora ſcutis brevioribus tegereot, latoſque ſic aperirent aditus Romanorum jaculis. Huc etiam pertioet obſervare inhæreodum cuique Nationi eſſe propriis antiquiſque inſtitutionibus belligerandi. Neque enim eadem dexteritate ac peritia arcus dirigent, & ſagittas emittent Europæi, atque Aſiatici faciunt, quorum, ac præcipuè Parthorum ſagittis ad nimbi morem effuſis conſtat noo ſemel Romanos fuiſſe ſuperatos. Atqui Parthi languido & contemnendo facilè ictu contorſiſſent pila, quibus jacieodis ad miraculum præſtabant legiones Romanæ. Aliis itaque felicior ſundarum uſus, aliis haſtarum. Non omnium gentium frameæ, acinaces, harpes, ſecures: uſus & experieotia diverſarum nationum arma illa probat & aſſerit; eaque ferè habeotur validiſſima, & felices cooſequuntur exitus, quæ ab avis tranſmiſſa & majorum uſu protrita ad pręclarè exercitatas tyronum manus deveniunt. Excipio hìc nova armorum vel machioarum inventa, qnæ ſuaptè novitate vim incredibilem poſſident ad perterrefaciendos hoſtes, & ad feliciſſimos pugnarum eventus adipiſcendos. Veriſſimum illud Xenophontis lib. 3. Cyropæd. *Sicut in Muſicis nova quæque habentur in pretio, ſic in rebus bellicis nova inventa exiſtimantur longe illuſtriora, quoniam hæc queunt magis hoſtes decipere.* Nec verò aliunde tantopere laudantur à Scriptoribus Polemicis fraudes aſtuſque bellici, & quæ ipſi ſtratagemata vocant. Nam quę ioopinatò & præter omnem expectationem accidunt hoſtibus, citiſſimam ferè victoriam parere, & bella, cæteroqui in immenſum abitura, ſolent mittere in compeodium. Neque eoim tam cautus aut providus, aut longà condocefactus experieotià Imperator ullus fuit, ut prænoſcere ac providere omnia poſſit, illudque præ ſe jactaoter ferre, quod Æoeas Sybillæ prodidit apud Virgil. lib. 6.

non ulla laborum,
O Virgo, nova mi facies inopinave ſurgit:
Omnia pręcæpi, atq; animo mecum ante peregi.

9. Nobiliſſima etiam, & à magois Criticis agitata quæſtio eſt de materia armorum veterum; aliis ferrea, aliis ærea fuiſſe illa exiſtimantibus. Ut rem non ita multis compreheodam, ſeceroamque certa ab incertis, primùm omnium noo video quomodo dubitari poſſit Heroum tempore ærea, non ferrea fuiſſe arma bellatorum. Expreſsè id docet Pauſanias in Lacon. ubi poſtquam recenſuit ex Homero ſecurim Piſandri, ſagittam Merioo æ, haſtam Achillis, eoſem Memnoois, omnia ex ære; adiicit: *Hæc ita eſſe pro comperto habemus.* Clariſſimum etiam Heſiodi teſtimooium ita ſcribentis:

His inerant ærea quidem arma & domus æreæ:
Ære enim operabantur: neque dum erat ferrum nigrum.

Neque verò obſtant teſtimonia aliquot, quæ à Naudæo Syntagm. de Studio Milit. lib. 2. afferuotur ex Homero, & Virgilio. Et Homerus quidem ita ſcribit Iliad. lib. 7.

Non præliabatur arcu & haſta longa,
Sed clava ferrea perfringebat phalanges.

Adde Heſiodum de ſcuto Herculis.

Poſuit circa humeros malorum depulſorem ferrū.

Sic autem Virgilius de Æoeæ gladio lib. 6.

Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum.

Et lib. 1. Æoeid.

Hic ferro accingor rursùm.

Et lib. 4.

vaginaque eripit enſem
Fulmineum, ſtrictoque ferit retinacula ferro.

Commemorati nimirum Vates de armis loquuntur non qualia Heroum tempore erant, ſed ſuo; qui Poetis loqueodi modus admodum uſitatus eſt & perfamiliaris, quam Rhetnres figuram anachroniſmum vocant. Neque porrò quidquam efficit Vulcani antiquiſſima armorum officina, ubi ferrum exerceri docet Virgilius lib. 8.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro:

Sed neque quidquam oegotii faceſſunt argumenta deducta ex cap. 4. Geneſis, ubi affirmatur Tubalcain fuiſſe malleatorem operum æris & ferri, aut Virgilii illud lib. 1. Georg.

At Chalybes nudi ferrum.

Quæ quidem omnia licet probè conficiant aliquem apud Veteres illos fuiſſe ferri uſum, adhuc tamen ooo infringunt vim argumeotorum, quibus eviocitur longe majnrem fuiſſe æris copiam. Equidem ferri ſodinas admodum raras fuiſſe Veteribus oon obſcurum facit longè frequentior mentio æris, quàm ferri apud Scriptores. Percrebuerunt poſtea magis magiſque fodinę ferri, ut longè major hujus, quàm æris ubertas & copia fuerit. Nec tamen ioficior, ea metalla confundi paſſim atque haberi promiſcuè à Scriptnribus, qui modo æs pro ferro, modò ferrum pro ære accipiunt, non ſibi religioni ducentes inter cogoata metalla nihil diſcrimiois facere. Apertè id Poetæ præſertim teſtantur, apud quos gladius ſæpe ferrum, ſæpe etiam æs nominatur. Licet proinde ferrum eſſet cognitum Heroum tempore, æreis tameo armis non ferreis ipſi utebantur Heroes. Perpetuus in ejus rei teſtificatione Homerus, ac præſertim in permutatiooe armorum inter Glaucum & Dinmedem; ubi ille aurea pro æneis ſtolidè permutavit. Et æris quidem ferro uſus fuit aotiquior. Lucret. lib. 5.

Et prius æris erat quam ferri cognitus uſus.

Virgilius licet ipſius ætate invento jam ferrn, Heroicorum tamen temporum morem retinet lib. 2. Æneid.

Fulgentes clypeos, atque æra micantia cerno.

Et lib. 11. de Turno.

rutilum thoraca indutus ahenis
Horrebat ſquamis

Idem lib. 7.

Æratæque micant peltæ.

Plinius etiam lib. 34. refert Jovis Coloſſum in Capitolio fuiſſe conflatum ex pectoralibus, ocreis & galeis æneis Samnitum. Nntandum autem eſt quod docet Plutarchus lib. 5. Sympoſ. minus doloris inferre & faciliùs curari vulnera, quæ æreis laoceis aut enſibus inflicta ſunt. Inducta poſterioribus temporibus arma ferro roborata. Et Plutarchus quidem io vita Luculli, tradit eum Ducem primum induiſſe thoracem ferreis ſquamis compactum. Idem author ferreæ galeæ quaſi inventorem facit Camillum. Sic enim ſcribit in

hujus

hujus vita. *Cum autem perſpexiſſet barbarorum vim maximam in uſu gladiorum eſſe, quibus ictum deſuper, barbaro more, & nulla arte inferentes per capita præſertim & humeros hoſtium exigebant; pleriſque ſuorum militum ferreas galeas eaſque leves dedit; ut iis illiſi gladii aut delaberentur, aut frangerentur.* Æream contra Veterum armaturam confirmat Sacra Regum Hiſtoria cap. 17. lib. 1. ubi in hęc verba deſcribuntur arma Goliath. *Caſſis ærea ſuper caput ejus, & lorica hamata induebatur. Porrò pondus loricæ ejus quinque millia ſiclorum æris erat, & ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros ejus.* Admirationem tibi fortaſſe aliquam creabit tam amplus & frequens æris uſus in omni Antiquorum paratu veſtituque bellico. Obſtupeſces magis ex eodem metallo fuiſſe etiam arma ruſticorum. Lucret. lib. 5.

Ære ſolum terræ tractabant, æreque belli
Miſcebant fluctus, & vulnera vaſta ferebant.

Quod ſi perconteris, qui fieri potuerit, ut flexibile & mollius metallum ruſticis bellicisque armis eſſet accommodatum; reſpondeo ex Proco apud Tzetzem in Commentariis Heſiodi, ſolidiſſimam quandam fuiſſe Antiquis illis temperaturam æris, cujus poſtea ignoratione factum eſt ut ferrum magis magiſque in dies crebeſceret. Vide quæ de antiquitate æris & ferri eruditè diſputat Martinus de Roa Singul. lib. 3. cap. 14. Ab ære, ſeù potius ab æramine vel æramento Itali habent vocem *Rame.*

10. Verùm arma ex quacumque demum idonea & convenienti materia conſtant; ſive ferrea ſint, ſive ærea, vel quodlibet alio metallo concinnata, ſeu porro quæ apud vetuſtiſſimos mortalium ex ligno, corio, vel junco conficiebantur, vel maximè commendari ſolent à celebritate atque peritia artificum, qni illa conflarunt. Eam laudem etiam in viliſſima materia quæſiviſſe, & impensè laudaſſe video paſtores ipſos. Non aliam ob cauſam fagineos ſuos calices effert Menalcas apud Virgilium Eglog. 3.

pocula ponam
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis:

Nihil igitur mirum ſi artificum præſtantia etiam in armis ſuſpiciatur. Virgil. lib. 9.

humero ſimul exuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſſius, atque hobilem vagina aptarat eburna.

Viderunt id Vatum præſtantiſſimi, qui Heroum ſuorum arma à divinis etiam fabris elaborata, multiſque emblematum figuris exornata deſcribunt. Et Homerus quidem Thetidem inducit demiſſis precibus rogantem Vnlcanum, ut Achilli filio impenetrabilis temperaturæ clypeum conficiat. Eum Homeri locum æmulatus eſt Virgilius lib. 8. ubi enarrat Venerem eidem Vulcano ſupplicem, non imparem à divino Siciliæ fabro pro Ænea filio clypeum efflagitare. Ulyſſes verò apud Ovid. Metam. lib. 13. ea potiſſimum de cauſa ab hæreditate armorum Achillis excludit Ajacem æmulum, quoniam ferociſſimus bellator ille, ſed literarum rudis ignoraret ſecreta & myſteria, quibus cadem arma, & præcipuè clypeus eſſet exornatus:

neque enim clypei cælomina novit,
Oceanum, & terras, cumque alto ſydera cælo,
Plejadaſque; Hyadaſqae, immunemque æquoris Arcton,
Diverſaſque urbes, nitidumque Orionis enſem.
Poſtulat ut capiat, quæ non intelligit, arma.

Præterea Etruſci Myleſiarum fabularum authores, quos vulgò dicimus *Romanzi*, perpetui in eo ſunt, ut ſuorum arma bellatorum, clypeos, galeas, gladios, baltheos, ab excellentia artificum dilaudent atque commendent, accerſita etiam ope Numinum, quorum præſidio nullis arma illa ictibus pervia fingebantur. In armis verò miſſilibus, quæ plerumque ex lignea conſtant materia, habenda inprimis eſt ratio arborum vel plantarnm, ex quibus optima quæque progigni ſolent. Tetigit id Virgil. lib. 2. Georg.

At mirtus volidis haſtilibus, & bona bello
Cornus, Ituræos taxi torquentur in arcus.

Et de corno quidem, quæ ob ſuam duritiem validiſſima miniſtrat jacula, ſic idem Poeta lib. 9.

volat Itala cornus
Aera per tenuem, ſtomachoque infixa ſub altum
Pectus abit.

Opportunè autem obſervatum eſt à Turnebo, eundem Poetam ſapienter fuiſſe commentum, ut ſupra cadaver Polydori, in ora Thracia jaculis transfixi, mirtea & cornea virgulta enaſcerentur. Sic enim ſcribit lib. 3. Æneid.

Forte fuit juxta tumulus, quo cornea ſummo
Virgulta, & denſis haſtilibus horrida mirtus.

Præclarè nimirum fingit ſupra regii pueri tumulum eas pullulare arbores, ex quibus tela fiunt, quibus ille confixus fuerat. Haſtæ verò validiſſimæ habentur, quæ fiunt ex fraxino: ex quo fraxinus pro ipſa haſta ſæpè accipitur à Poetis. Scuta verò laudantur ex ſalice, atque etiam ex vite, quemadmodum capuli & manubria haſtarum & jaculorum ex olea confecti leguntur apud Homerum.

11. Admonendum eſt nulla arma, quæ ferro conſtarent, privatim fuiſſe apud Romanos: idque inter conditiones initas conciliati poſt expulſos Reges fœderis à Porſena fuiſſe imperatum. Plin. lib. 34. cap. 14. *In fædere, quod expulſis Regibus populo Ramano dedit Porſena, nominatim comprehenſum invenimus, ne ferro niſi in agricultura uterentur.* Publicum itaque armamentarium inſtruebat armis conſcriptum militem, quod indicat Lucanus l. 3.

Tum rupes Tarpeja ſonat:

nam in arce Capitolina publicum erat Armamentarium. Hinc formulæ illæ apud Hiſtoricos frequentes: *Armare plebem, Dare arma, Arma diſtribuere.* Cic. prò Rabir. *Ex ædificiis, armamentariiſque publicis arma populo Romano C. Mario Conſule diſtribuente dantur.* Liv. lib. 3. *Conſules & armare plebem, & inermem pati timebant: dant tamen arma, non vulgò tantùm, ut incerto hoſte præſidium ſatis fidum ad omnia eſſet.* Tacit. 1. Hiſtor. *Aperire deinde armamentarium juſſit: rapta ſtatim arma, ſine more & ordine militiæ.* Quibus verbis admonet morem fuiſſe à certis Magiſtratibus arma diſtribui pro cujuſque militis claſſe. Præter capta a militibus arma, leviora alia, ut ſagittæ, haſtæ, pila, quornm ingentem copiam prœlia abſumebant, ad id comparatis vehiculis poſt exercitum vehebantur. Tacit. 1. Hiſtor. *Vehicula cohortis, incipiente nocte, onerari aperto armamentaria jubet.*

12. Ante devictas Nationes Romani arma ferrea nullis ex auro argentoque limbis perlita habuere; quare deriſos ab iiſdem Samnites legimus

apud

apud Livium, quòd aurata vel argentata geſtarent. Sic antem inſtitutum erat à Ducibus ut ferro duntaxat & animis inſtructus horriduſque miles eſſet. Poſt domitas verò Provincias prædæ copia, & victoriarum comes ſuperbia aurum intruſit. Juven. Satyr. 11.

Tunc rudis & Grajas mirari neſcius artes
Urbibus everſis, prædarum in parte reperta,
Magnorum artificum frangebat pocula miles.

13. Licet autem Romani ſingulis militum claſſibus congruentia haberent arma, ut Polybius tradit in deſcriptlone Romanæ militiæ, conſtat tamen eoſdem ſubinde mutaſſe tam peditum, quàm equitum armaturam, cum novi ſemper aliquid ediſcerent ab exemplis & inſtitutis aliarum gentium, quibuſcum Martem exercebant. Et Romuli quidem tempore, ut alia non pauca, ſic arma à Grȩcis Romanos ſumpſiſſe diſcimus à Plutarcho in Vita Romuli. Exorto autem inter eoſdem & Samnites bello, novæ à devictis illis inductæ armaturæ, teſte Saluſtio in Catil. Cæterùm Servius Tullius poſt claſſes diſtributas cenſumque lnitum ſua ſingulis ordinibus armorum genera adſcripſit in poſterùm retinenda. Tacit. 1. Hiſtor. *Rapta ſtatim arma, ut Prætorianus, aut legionarius Inſignibus ſuis diſtingueretur.* Quæ verò peculiaria fuerint Velitum, leviſque armaturæ, item Haſtatorum, Principum & Triariorum arma; ſeparatim exponimus. Etiam quæ quibuſque populis peculiaria eſſent, ſingulatim digerere, non labori pepercimus. Conſule Herodotum lib. 7. cap. 61. ubi deſcribit arma Nationum, quæ ſequutæ ſunt Xerſis exercitum. Vide *Fabricæ armorum*, & *Armamentarium*. 1.

ARMA, orum. Pro armatis leguntur ſæpe apud Scriptores devexȩ latinitatis. Thruoczius in Prolog. ad 2. part. Chr. Hungar. *Qui redeuntium fuerint Capitanei, ac quantus numerus Armorum in exercitu illa fuerit &c.* Et iterùm: *Univerſum cœtum Armorum, quem ducebant, in ſeptem exercitus diviſerunt.* Ad hunc modum ſingularia armorum genera Itali pro ipſis uſurpamus armatis. Milites loricatos, vulgò dicimus *Corazze*; Lanceis armatos, *Lance*.

ARMA, orum. Pro bello. Florus lib. 3. cap. 21. *Intra ipſos Armorum Duces ſubſiſtente ſȩvitia.* Sveton. in Vita Julii: *Et prætextum quidem illì civilium Armorum hoc fuit.* Idem in Othone cap. 10. *Othonem etiam privatum uſque adeò deteſtatum Civilia Arma.*

ARMA, ARMA. Formula clamoris militaris, qua ſe mutuò ad rem ſtrennè gerendam bellatores incendunt & concitant. Stat. lib. 7.

Arma, arma, inſani, ſua quiſque ignotaque nullo
More capit.

Virgil. Æneid. 2.

Arma, viri, ferte arma: vocat lux ultima victos.

Et lib. 7.

Arma amens fremit, arma thora tectiſque requirit.

Ad eandem formam Taſſus non ſemel: Gieruſalem. cant. 9.

Hor mentre egli ne viene, ode repenta
Arme, arme replicar dall'altro lato:
Ed in un tempo il Cielo arribilmenta
Intonar di barbarico ululato.

Et Cant. 11.

Quando a cantar la matutina tromba
Comincia all'arme all'arme, il Ciel rimbomba.
All'arme all'arme ſubita ripiglia
Il grido univerſal di centa ſchiere.

Et Cant. 12.

Eſſi van cheti innanzi; onde la guarda
All'arma all'arme in alto ſuan raddoppia.

Habemus hinc vernaculam Italicis vocem *Allarmare* pro ſe invicem concitare ad capienda arma. Ejuſdem fermè ſententiæ eſt alia conſimilis formula; *Ad arma*: cujus exempla proponit Briſſonius de Formulis lib. 4. Liv. lib. 3. *Alternæ voces ad Arma, & hoſtes in Urbe ſunt, audiebantur.* Et iterum ibidem: *Curſus clamorque vocantium ad Arma.* Et denuò: *Perpulerunt ut ad Arma conclamaretur.* Item lib. 6. *Ingens in Urbe trepidatio fuit, conclamatumque ad Arma.* Et lib. 8. *Et concurſatum clamatumque ad Arma eſt omnibus locis.* Et lib. 29. *Velut ſi Urbem extemplò aggreſſurus Scipio foret, ita ad Arma eſt conclamatum.* Cæſar lib. 1. de Bell. Civil. *Conclamabatur ad Arma, atque omnes copiæ, paucis exceptis, præſidio exeunt.* Horat. lib. 1. Od. 35.

Ad arma ceſſantes ad arma
Concitet, imperiumque frangat.

ARMA AMITTERE. Vide *Arma*.

ARMA CAPERE. Formula militaris recenſita & illuſtrata à Briſſonio de Formul. lib. 4. Inſtructus & ad pugnam comparatus exercitus impetum in hoſtes facere jubebatur verbis illis *Arma capere*. Liv. lib. 10. *Milites Arma capere jubet & ſequi ſe extra vallum.* Virgil. lib. 3. Æneid.

ſociis tunc arma capeſſant
Edico.

Silius lib. 7.

properè capere arma maniplis
Edicit.

Et lib. 8.

Ite igitur, capite arma viri.

ARMA FRANGERE. Pœna Militaris. Vide *Mutatia Militiæ*, & *Ordines ſacri*. 6.

ARMA MUTARE. Signum ſuit conciliati fœderis atque concordiæ. Eam ob cauſam apud Homerum Glaucus & Diomedes arma invlcem permutarunt, ut nos magis explicavimus in expoſitione adagii *Glauci permutatio*. Etiam ad poſteriora tempora id factum obſervat Cangius in Gloſſ., & pluribus in Diſſert. 21. ad Joinvillam. Ethelredus: *Quid plura? annuit Edmundus, & Knutho de regni diviſione conſentit. Diſpoſitis itaque armis in oſcula ruunt, deinde in ſignum fœderis veſtem mutant & arma; reverſique ad ſuos modum amicitiæ paciſque præſcribunt, & ſic cum gaudio ad ſua quiſque revertitur.*

ARMA REVERSATA. Memorantur ſæpè apud Scriptores mediæ latinitatis. Ignominioſi ſupplicii notæque genus fuit adverſùs proditores violatoreſque fidei publicæ, non ſolùm de militiæ gradu omnique nobilitatis loco eos eorumque liberos ejicere, verum etiam eorundem arma invertere, vel, ut dictum paſſim legimus, reverſare. Thomas Valſinghamus: *Inter probra verò, quæ Duci intulerat, arma ejus in foro ſunt publicè reverſata.* Henricus Knighton lib. 3. *Et primò veſtierunt eum uno veſtimenta, cum armis ſuis reverſatis.* Joannes de Badio in Tract. de Armis: *Item nota, quando portans arma debet diſhonorari propter proditionem, fugam, vel fidem ruptam, tunc arma ſunt pingenda per tranſverſum.* Vide Cangium in Gloſſ.

ARMA VIRILIA. Pro cingulo militari ſumuntur quan-

Google

doque à Scriptoribus ævi Longobardici; quoniam traditio militaris cinguli & cooptatio in ordinem militarem verè virum faceret. Clarè id tradidit Rigordus de Arturo: *Philippus in eodem loco Arturum militem fecit, tradens ei Britanniæ Comitatum, qui jure hæreditario eum contingebat. Ante autem hanc armorum traditionem non licebat iis uti, unde Arma dicuntur virilia, velut virum facientia*. Henricus Huntidonius de Rege Stephano: *Henrica nepoti ſuo David Rex Scotorum virilia tradidit Arma. Euſtachius verò filius Regis Stephani, nam & ipſe eodem anno virilia ſumpſerat arma, irruit in terras Procerum*.

Armo, as. Eſt armis inſtruere. Non ſolùm de hominibus dicitur, Virgil. lib. 8.

Tum quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet:

Verùm etiam Urbes & Provincias armare dicimus. Silius lib. 7.

Auſoniam armabat Fabius.

Equos etiam armari dixit Virgilius lib. 3. Æneid.

Bello armantur Equi.

Armare naves. Occurrit apud Cæſarem lib. 5. Bell. Gallic. *Ea, quæ ſunt uſui ad armandas naves*. Armare claſſem apud Virgil. lib. 4.

eadem impia fama furenti
Detulit armari claſſem, curſumque parari.

Et per tranſlationem: Urbem armare muris: animum audacia, pectus fide, & ſimilia.

2. Armare eſt etiam militem facere vel creare. Solemni id ritu antiquitùs factitatum, filios, vel juvenes nobiles ſcuto, baltheo, vel militari cingulo inſtruendo. Id verò apud coinquinatæ latinitatis Scriptores longè frequentiùs legimus uſurpatum. Charta Adelfonsi Imperatoris Hiſpaniæ apud Doubletum: *Hæc charta facta fuit eo anno, quo dictus Imperator armavit filium ſuam Regem Fernandum militem in Palentia in feſto Natalis Domini*.

Armatura, æ. Pro certo armorum vel armandi genere. Cic. Attic. 6. *Habet cohortes quadragenarias, noſtrâ armaturâ triginta*.

Armatus, us. Idem ac Armatura. Liv. lib. 7. bell. Maced. *Eodem Armatu Cares & Cilices mille & quingenti*.

Armatura, æ. Genus militum, quod à Livio, & aliis dicitur levis Armatura; ſed à Vegetio per compendium Armatura; ſic autem habet lib. 2. cap. 15. *Poſt hos erant Ferentarii & leves Armaturæ, quos nunc Exculcatores, & Armaturas dicimus*. Sunt autem propriè milites illi, qui Armaturâ, certo quodam exercitii genere, imbuebantur. Erant ferè juniores, ut notat Steuvechius ad Veget. lib. 2. cap. 23. Vide infrà.

Armatura, æ. Legitur etiam hoc nomine genus quoddam exercitii militaris, quod fuit haſtilium & jaculorum, de quo ita ſcribit & præcipit Vegetius lib. 1. cap. 13. *Præterea illo exercitii genere, quod Armaturam vocant, & à Campidoctoribus traditur, imbuendus eſt tyro*.

Armaturæ. Pro ſchola Principum Orientalis Imperii. Vide *Magiſter Officiorum*.

Armamenta, orum. Inſtrumenta ad omnes ferè artes pertinentia. Adhibita verùm frequentiùs invenias in re bellica, nautica, agraria. Ovid. Metam. lib. 11.

Protinus eductam navalibus æquore tingi,
Aptarique ſuis pinum jubet armamentis.

Plinius etiam armamenta vinearum dixit, quæ minus latinè alii vocant utenſilia.

Armata, æ. Vox ævi latinobarbari pro exercitu tam navali, quàm terreſtri. Charta Rogerii Regis Sicil. *Facere teneatur Armatam per mare, vel per terram*.

Armicola, æ. Pro milite dixit ævum deterius. Tabula Monaſterii S. Severi: *Ad ultimum trado caſtrum Paleſtrion cum omnibus appenditiis ſuis & omni pertinentia, cum omnibus militibus ſeu Armicolis*.

Armiger, i. Qui armatum equitem in prœlio ſequitur, Dominique ſcutum, arcum, lanceam, & cætera hujuſmodi defert. Virgil. lib. 2.

equorum agitator Achillis,
Armiger Automedon.

Apud Veteres Armigeri, viri erant bello præſtantes, qui non ſervilem heris operam impenderent ſolùm, ſed cum illis etiam decertarent, iiſque ſæpe paria facerent. Variatum certè eſt ſæpiùs; & quandoque inter ſervos Armigeri adnumerati, quoniam armorum onere Dominos ſuos levabant, eadem ipſis tradituri, ubi res & pugnandi neceſſitas poſceret. Interdum quaſi ſocia arma, & ſodalitium quoddam præſtabant; iique Armigeri Honorarii appellati. Iidem in Hiſtoria Gallica Scutarii Honorarii frequenter audiunt. Vide Cangium in Gloſſ. *Scudieri*.

Armiger, a, um. Martem armigerum Deum dixit Silius. Equum armigerum legimus apud Propertium.

Armigera, æ. Quæ Dominæ arma gerit. Ovidius Metam. lib. 3. de Diana loquens:

Nympharum tradidit uni
Armigeræ jaculum, pharetramque, arcuſque retentos.

Armati, orum. Pro militibus uſurpantur paſſim à purgatis Scriptoribus. Virgil. lib. 2.

Arduus armatos mediis in mœnibus adſtans
Fundit equus.

Alia notione armati apud Ælianum ſunt ſcutati, ſeu Armaturæ graves. Nam arma priſcis ſcuta fuerunt, quòd ab armis, ideſt humeris penderent. Verba Æliani ſunt: *Armati graviſſimis inter pedites armis uti conſueverunt, more Macedonum, & ob eam rem Graves Armaturæ dicantur, ac nomen illud armati ſpeciale acceperunt: nam ſcutum amplius & rotundum gerunt & haſtam longiorem*.

Armatiſſimus, a, um. Cic. pro Cecinn. *Sed perinde valebit, quaſi armatiſſimi fuerint*. Senec. lib. 5. de Benef. *Tamen tam par tibi ſum, quàm multis armatiſſimis nudi*.

Armifer, a, um. Ferens arma. Stat. Sylvar. lib. 1.

armiferos poterant memorare labores
Claraque facta virûm.

Armiſonus, a, um. Armis reſonans. Epitheton ſingulare Palladis. Virgil. lib. 3. Æneid.

tum Numina ſancta precamur
Palladis armiſonæ.

Armipotens, is. Pollens armis. Statius Sylvar. l. 3. Auſoniam Armipotentem dixit. Virg. 2. Æneid.

Divæ armipotentis ad aram
Procumbit.

Armipotentia, æ. Vis & potentia armorum. Marcellin. lib. 18. *Armipotentia fretos, ſucceſſibuſque magnificis*.

Armorum Munditia. Vide *Munditia Armorum*.

Armorum Superi. Dicuntur à Statio Theb. 10. Dii bellorum Præſides, quales ſunt Mars, Minerva, Bellona:

Ar-

Digitized by Google

Armorum ſuperi; tuque o qui funere tanto
Indulges mihi, Phœbe, mori.

Ad eandem formam Armorum ſupremi eleganter dicuntur, primarii ſummique exercituum bellorumque Duces.

Armorum Supremus. Vide *Armorum Superi*.

Armamentarium, ii. Ædificium armis ſervandis excitatum. Sic enim, ſubita ingruente aggreſſione hoſtili vel bello, inſtrui armis, & ad rem fortiter gerendam probè comparari cives poſſunt. Nullus Armamentariorum, nullus militarium fabricarum uſus apud mortalium vetuſtiſſimos fuit. Arma illis pugni, dentes, aliaque corporum membra, jacula verò quidquid iræ obvium erat. Multiplex poſtea ab ambitioſa crudelitate invectum armorum genus neceſſitatem etiam induxit, ſuaſitque ut armorum repoſitoria excitarentur, ex quibus facili negotio pro re nata educi arma poſſent ad milites muniendos. Nimirum, ut loquar cum Virgilio lib. 7.

non jam certamine agreſti,
Stipitibus duris agitur, ſudibuſque præuſtis.
Sed ferro ancipiti decernunt, atraque latè
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus, æraque fulgent
Sole laceſſita, & lucem ſub nubila jactant.

Diſcimus tamen ex Livio armorum officinas in Hiſpania fuiſſe, atque adeo etiam Aretii in Italia. Ea verò ædificia licet cudendis maximè expoliendiſque armis deſtinata fuerint, non obſcurum tamen indicium faciunt comparatas etiam fuiſſe ad eadem retinenda alias molitiones idoneas. Pro commodiore uſu, & delectu armorum, quæ in navalibus fabricis militaribus, vel Armamentariis ſunt aſſervanda, intererit meminiſſe non præſtantiorum duntaxat artificum, quibus eorumdem conſtructio eſt committenda, verùm etiam peculiarium Urbium, locorumque, ubi magis idonea proveniunt, ex quibus illa oportebit accerſere, nulla habita ratione ſumptuum vel laboris. Hic quippe vel maximè locum habet, quod de alia rerum procreatione dixit Virgilius: *Non omnis fert omnia tellus*. Julius Pollux præ cæteris celebrat thoracem Atticum, galeam Bœoticam, pileum & pugionem Laconicum, ſcutum Argolicum, arcum Creticum, fundam Acarnanenſem, jaculum Ætolium, enſem Gallicum, & bipennem Thraciam. Laudamus etiam tela Corycia, vel Cydonea, Perſarum acinaces, Scytharum ſecures, gæſa Gallorum. Prolixam eorum recenſionem ſuppeditat etiam tibi Statius Achill. lib. 1.

Fervet amor belli concuſſaſque erigit urbes:
Æra domant Temeſæ, quatitur navalibus ora
Eubois, innumera reſonant incude Micenæ.
Piſa novat currus, Nemee dat terga ferarum.
Cyrrha ſagittiferas certat ſtipare pharetras,
Lerna graves clypeos cæſis veſtire juvencis.
Dat bello pedites Ætolus, & aſper Acarnan,
Argos agit turmas, vacuantur paſcua ditis
Arcadiæ, frænat celeres Epiros alumnos.
Phocis & Aoniæ jaculis rareſcitis umbræ.
Murorum tormenta Pylos Meſſanaque tradunt.
Nulla immunis humus.

2. Jam verò Romæ inſtructiſſimum fuiſſe Armamentarium tradit Pancirolus de Region. Urb., ubi quædam affert Veterum teſtimonia conquerentium pompæ magis causâ, quàm belli ſtudio ibidem arma aſſervari. Quod planè intelligendum de poſteriori ævo, & corruptâ diſciplinâ Veterum. Nam Reipublicæ tempore & primorum Cæſarum ſatis liquet minimum fuiſſe pompæ traditum; atque omnia ad libellam bellicæ utilitatis & imperii propagandi exacta & expenſa. Liv. de Bell. Maced. *Conflagrarunt & horrea Regia. Armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum.* Cic. pro Rab. *Ex ædificiis, Armamentariiſque publicis arma Populo Romano diſtributa ſunt.*

3. Monent autem Magiſtri bellici, ut tam annonæ militaris, quàm pulveris tormentarii, pyrobolorum, fomitum, atque adeo armorum diverſa diverſis locis ędificia extruantur, nè ſub unum fortunæ ictum omnia proviſa cadere permittantur. Ejus rei exempla non ita pauca ſuperiorum temporum ſubminiſtrant Hiſtoriæ. Pro omnibus fuerit incendium Mechlinienſe, de quo ſic loquitur Famianus Strada lib. 7. Bell. Belgic. *Auxitque metum apud obnoxios jam animos ſecutum mox incendium Mechlinienſe. Etenim in ſulphurei pulveris molas ignem, ſeu caſu, ſeu dolo injectum, ſexaginta confecti pulveris doliola comprehenderunt, tam ingenti quatefactæ motu terræ atque fragore, ut pleræque Brabantiæ Urbes, exaudito procul tonitru, nutantibus ædificiis trepidaverint. Quamquam, ut arceri ſolent ab Urbe hujuſmodi officinæ, non magna inſecuta eſt hominum pernicies, minor tamen fuiſſet, & rariores quotidie deplorarentur hæ ſtrages, ſi, quemadmodum ſeditioſi invicem diſparantur, nè ex illorum coitione confletur rebellionis incendium, ita quæ tormentariam hanc peſtem componunt elementa ſeorſim haberentur.*

4. Latiùs etiam Armamentarium ſumitur pro conditorio earum omnium rerum, quæ ſunt ex neceſſitate & uſu bellico. Et in hunc ſenſum præter rem tormentariam ſuperiùs memoratam, ipſa etiam ritè ſuis carris inſtructa tormenta continet: majora ſcilicet, media, minora, campeſtria, obſidionalia; nec ea duntaxat, quæ à libratoribus onerantur; nimirum colubrinæ, ut vocant, falconets, ſagri, petrariæ, verùm etiam, quæ dicuntur manuaria, muſquettæ ſcilicet, carabini, ſclopi, vel ſclopeta, tubique & fiſtulæ omnis generis & appellationis. Ad hæc mortaria, & alia inſtrumenta memoratis bombardis ejiciendis apta: præcipuè verò vim pulveris ingentem, ſulphuris, & ferramentorum, quibus obſtrui oppleſique tormenta ſolent. Præterea pilas plumbeas ferreaſque omnimodæ magnitudinis. Tum verò omnes armorum ſpecies tam miſſilium, quàm quæ manu retinentur, gladios, pugiones, haſtas, lanceas, contos, vallos ferro præfixos, præuſtas ſudes: harpagones item, murices, tribulos, uncos, manus ferreas, corvos, lupos. Sequuntur foſſorum & cunicalariorum inſtrumenta, bipennes, palæ, marræ, bidentes, bipalia, ſcalæ portatiles, ligones, dolabræ: ne verò rem infinitam faciam enumerando ſingula, quidquid inſperati caſus vel inopini armorum eventus poſſunt depoſcere, ſeponendum prius aſſervandumque erit, ſuiſque in locis commodè diſpertiendum in ritè confectis magnarum Urbium Armamentariis. Conſule titulos *Fabricæ armorum*, & *Navale*.

Armamentarium. Pro Navali. Vide *Navale*.

Armidoctor, oris. Legitur in Gloſſ. Græc., & idem eſt ac Campidoctor. Vide eum Titulum.

Armilausa. Armelausa. Armilausia. Armioasia.

Digitized by Google

Armilcaſia. Ætatis ſunt Latinobarbaræ voces pro veſte militari, quæ thoraci ſuperinduebatur. Aperta ea erat, diviſaque ab anteriore & poſteriore parte; quaſi armis clauſa, ex quo Armilauſæ nomen. Anaſtaſ. Bibliothec. in Gregor. II. *Atque ſic ad tantam compunctionem piis monitis flexus eſt, ut quæ fuerat indutus exueret, & ante corpus Apoſtoli poneret mantum, Armilauſium, baltheum, ſpatam, atque enſem deauratum.* De eadem hæc Iſidorus: *Armelauſa vulgò vocata, quòd ante & retrò diviſa & aperta eſt; in armos tantùm clauſa, quaſi Armiclauſa.* Mauritius etiam in ſtrategicis Armelauſia vocat militum tunicas ad genua pertingentes. Suidas demum de eadem: *Veſtis tantùm humeris clauſa, & ante & retro diviſa ſicut ſcapulare Monachorum.* A' militibus itaque hoc indumenti genus ad religioſas fluxit familias: inditur autem & ſuperadditur reliquis veſtibus; & vulgò dicitur *Patienza*. Vide Macros Fratres in Hierolex.

Armillæ, arum. *Braccialetti, Girelli*. Circuli ſunt aurei, aut aliter ornati, quos milites ab Imperatore ob virtutis teſtimonium acceptos ſiniſtris geſtabant brachiis. Sic appellantur ab armis, nam antiqui humeros cum brachiis, armos vocabant. Eadem ornamenta Priſcianus appellat brachialia. Inter præmia militaria relatas fuiſſe Armillas à Romanis, multa Veterum teſtimonia adducent. Illud ſeligo ex Liv. lib. 10. *Equites omnes, ob inſignem pluribus locis operam, corniculis, Armilliſque argenteis donat.* Quod autem ſcribit Polybius, Armillas peculiare peditis donum fuiſſe, ſic eſt intelligendum, ut plerumque ſolùm ſic factum fuerit. Nam ex ſupra memorato Livii loco evincitur clarè equitibus etiam traditas. Verùm tamen eſt quod Plinius ſcribit; civibus ſolùm dari ſolitas fuiſſe non verò externis. Pertinent porrò Armillæ ad Architecturam. Memorantur à Vitruvio. Philander exponit ferreos circulos in trabibus arrectariis vel tranſverſariis. Sphæram ad ultimum armillarem Aſtronomi vocant, quæ pluribus armillis ſive circulis conſtat.

Armillatus, a, um. Armillati milites. Qui Armillas ab Imperatoribus donatas ſiniſtris brachiis geſtabant. Frequentiùs tamen ſumitur in ſenſu deteriori ad indicandum viros molles & enervatos, qui Armillas geſtabant, non quidem præmia bellicæ virtutis, ſed elegantiæ mollioris inſignia. Sveton. in Calig. cap. 52. *Sæpe depictas gemmataſque indutus penulas, manuleatus & Armillatus in publicum proceſſit.* Congruit Svetonio Seneca de Conſtant. cap. 18. *Huic Cajus ſignum petenti, modò Veneris, modò Priapi dabat, aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Hæc ipſe pellucidus, crepidatus, Armillatus.* Canes Armillatos, quòd æneos, argenteos, vel inauratos circulos collo geſtarent, dixit eleganter Propertius:

Atque armillatos colla moloſſa canes.

Armiluſtrium, ii. Vox eſt ab armis, & luſtratione conflata. Conſtat hinc fuiſſe genus ludi ſacri, in quo arma adhibebantur. Feſtus, imò potius Paulus Diaconus Feſti corruptor magis, quàm Breviator, exiſtimat feſtum fuiſſe apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, interque ſacrificandum canebant tubis. Nardinus lib. 7. cap. 8. Rom. ſuſpicatur hos ludos annuos inſtitutos in honorem Titi Tatii, quem conſtat ex Plutarcho ſepultum fuiſſe in Aventino; publiciſque annuis honoribus cultum narrat Dionyſius Halicarn. lib. 2. Donatus lib. 3. cap. 13. de Urbe Roma opinatur hos ludos fuiſſe celebratos à Saliis, galeam, clypeum, & haſtam circumferentibus. Quæ quidem, ſi vera ſunt, liquet falſos fuiſſe Scaligerum, & Dacerium in Comment. Feſti, exiſtimantes in Feſto Armiluſtrii centuriatis comitiis exercitum armatum luſtrari ſolitum. Nam præterquamquod in Aventino, ut dictum eſt, feſta illa ſeu ludi peragebantur; non fuit veteris inſtituti, ut munia bellica in Circo Maximo, ſed in Campo Martio obirentur. Vide *Lux*. Pro luſtratione exercitus, vide *Luſtro*.

Armiſalii, orum. Occurrunt in Gloſſ. Græc. Videntur indicari, qui ſaltus edunt armati; quod exercitationis genus ad ludos Gymnicos potius, quàm ad feriam militiam pertinet.

Armites. Armis pugnantes. Sic apud Veteres dicti, ut notat Salmaſius in Lamprid. Vide *Arcites*.

Arquites. Ab arcu, dicuntur Sagittarii. Feſt. De his ſub aliis titulis à nobis eſt abundè dictum. Vide *Arcites*.

Arramire bellum, ſeu duellum. Eſt promittere & ſpondere, armis & duello quempiam oſtenſurum ad ſe pertinere, quod in controverſiam vocatur. Tabularium Vindocinenſe Thuani ch. 9. *Pro his rebus acquietandis arramivimus bellum in Curia Vindocinenſi, cauſa noſtra fidentes, & ad hoc provocanti.* Et ch. 159. *Abnegavit ſe eſſe ſervum S. Martini, & de hoc arramivit bellum contra nos.* Hinc *Aramie* pro bello indicto apud Veteres Poetas Gallicos:

Ne la guerre ne l'aramie
De Gadifer n'aeeva mie.

Hujus verbi originem quidam trahunt ab arrha, quoniam qui arramibant, ſeu potius arrhamibant, facturos ſe quidpiam pollicebantur arrhâ propoſitâ & tradita. Hinc Italorum *Caparra*, quaſi cape arrham.

Arrectaria tigna, vel trabes. In machinis ſunt, quæ reliquam ferè compagem ſuſtinent. Ab arrigendo, quòd ſint erecta; quo tranſverſariis opponuntur. Vitruv. lib. 2. cap. 8. *Etiam qui ſunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum & tranſverſariorum.*

Arrhabo, onis. Notum eſt Arrhabonem & arrham id eſſe apud Latinos, quod in anteceſſum dari ſolet ad confirmationem contractus. Marcus Cato Arrhabonem vocavit obſides militares: de quo vocabulo tanquam noviter inducto, ita ſcribit Gellius lib. 17. cap. 2. *M. Cato in l. Veturium, quum tantus (inquit) Arrhabo penes Samnites Populi Romani eſſet; Arrhabonem dixit D. C. obſides: & id maluit, quàm pignus dicere: quoniam vis hujus vocabuli in ea ſententia gravior acriorque eſt. Sed nunc Arrhabo in ſordidis verbis haberi cœptus.*

Ars, tis. Pro machina bellica. Occurrit non raro apud Scriptores lapſæ Latinitatis. Albertus Aq. lib. 2. Hiſt. Hieroſol. *Quidam Longobardus genere, magiſter & inventor magnarum Artium & operum.* Hinc quidam trahunt originem vocis Italicæ *Artiglieria*. Nos de ea re aliter ſtatuimus in voce *Artillator*.

Arsena, æ. Vox latinobarbara pro navali vel armamentario. Sanutus lib. 2. p. 4. *Locus, ubi dictum conſervatur navigium, Arſena appellatur.* In hujus vocis etymo ludere videtur Sanſovinus, qui ita ſcribit Hiſt. Venet. l. 8. *La Caſa dell' Arſenale,*

na'e, *che s'interpreta*, Arx Senatus: *cioè fortezza*, *baſtione*, *antemurale*, *e ſoſtegno del Senato contro l'armi degl'Infedeli*. Sunt qui Turcicam vocem faciant. Verum ducitur planè ab arte, quæ ſequiori ævo fuit machina militaris: ita ut locus ille repoſitorium ſit, & ſimul officina militarium machinarum. Vide *Navale*.

Artemon, onis. In hunc etiam gryphum Vitruvianum interpretes impingunt, & adhuc quæritant conjectorem. Liquet machinam tractoriam deſcribi à Vitruvio lib. 10. cap. 5., ubi ſic habet: *In radice autem machinæ religatur tertia trochlea. Eam autem Græci Epagonta*, *noſtri Artemonem appellant*. Falſus omninò eſt Barbarus, qui Artemonem, ſive Epagonta confundit cum ergata. Qua verò ſatis congrua vocis origine tractoriam machinam, quæcumque illa ſit; Latini Artemonem dicant, ariolus aliquis divinet ſcilicet. In Lingua Latina non aliam adhuc ſignificationem habuit Artemon, quàm veli nautici minoris, quod Itali *Trinchetto*, & etiam *Artemone* appellant. Ita ſtatuunt Feſtus, & Iſidorus. Dantes:

Chi terzeruolo, *ed Artimon rintoppa*.

Sed vides, Lector, quantis paraſangis diſtet velum nauticum à machina tractoria. Hæc, inquam, implexa mihi ſunt de Artemone voce ſubſtantiva. Nam ἀρτεμὼν apud Græcos vox eſt adjectiva, & ſignificat *adducens*. Quodſi dicas, hoc Græcorum nomen adjectivum migraſſe apud Latinos in ſubſtantivum, ad ſignificandum tum velum, quod verè adducitur à nautis, tum machinam tractoriam, quæ item adducitur à fabris, nihil per me moræ fuerit, quin meo etiam calculo potiaris.

Artificium, ii. Apud Scriptores degeneris latinitatis machina bellica dicitur. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 7. *Fiunt vineæ*, *ſive gatti*, *pontes*, *& ſcalæ*, *& alia Artificia ad oppugnandum*. Hodie apud non paucas Italiæ regiones Artificia nominantur machinæ ludicræ incendiariæ, quæ in maximis ſolemnitatibus per noctem diſplodi ſolent ad lætitiam ſignificandam.

Artillator, oris. Machinarius, ſeu potius opifex militarium operum. Ab arte, ut quibuſdam arridet, qua voce, ut ſæpiùs eſt notatum, machina bellica indicabatur. Regeſtum Aquitan. fol. 80. *Item ordinatum eſt quod ſit unus Artillator*, *qui faciat baliſtas*, *carellos*, *arcos*, *& alia neceſſaria pro garnizionibus caſtrorum*. Ab Artillatore habemus vocem *Artilleria*, & vulgò *Artiglieria*. Quoniam verò id nomen occurrit apud Scriptores multò antiquiores, quam ut notitiam habere potuerint tormentorum curulium & bombardarum, quæ ſuperiorum temporum fuerunt inventum, pro certo habendum eſt, Artillerias Veterum, balliſtas, & alia id genus fuiſſe inſtrumenta. Diſertè id exprimit explicatque Guill. Guiart., ubi de prœlio ad Montem Puellarum ſic canit apud Cangium.

Nul ne penſe are à lecherie,
Pluſieurs vont à l'artillerie,
Qui fut ſaus que ee truſſe liſe,
Près des tentes le Roy aſſiſe.
Artillerie eſt le charroi,
Qui par Duc, *par Comte*, *ou par Roy*,
Ou par aucun Seigneur de terre,
Eſt chargiè de quarriaus en guerre,
D'arbaleſtes, *de dars*, *de lances*,
E de targes d'unes ſemblances,
De tiex bamois là prendre ſeulent
Li deſgarni qui prendre en veulent,
Cil qui les delivrent, *en baillent*
A ceus à qui tiex choſes faillent.

Jam verò ex qua veriùs origine fluxerit vox *Artiglieria*, non ità facilè definiri poteſt, quemadmodum opinatur Menagius. Ferrarius ita ſcribit: *Credimus vocem formatam*, *quod jugis boum*, *aut equorum trahantur*: *trahere autem*, tirare: à quo *Attiralia*, demum *Artilaria*; ex quo *Artiglieria*. Verùm hæc longinquior derivatio. Voſſius de Vitiis ſermonis lib. 3. deducit ab arcu & arcualia, quoniam Veteres arcu potiſſimum ſuas machinas muniebant. Menagius trahit ab arte, quæ vox ſæpiùs uſurpata legitur in ſignificatione machinæ bellicæ, ut à nobis eſt alibi explicatum. Cogitanti mihi nomina noſtris & antiquis machinis imponi ferè ſolita ſubiit conjicere, breviùs & expeditiùs habere nos vocem *Artiglieria* à voce *Artiglio*, quæ eſt intorta & aſpera avium rapacium & hellutricium ungula. *Artiglio* autem fit à latina voce Articulus, qui eſt pars corporis animalis, & ponitur pro junctura ſeu nodo cujuslibet membri. Sic autem ſuſpicari licet, quoniam tum veterum tum noſtrarum machinarum nomina ab omni quidem animalium genere, cujuſmodi ſunt apud Veteres Aries, Equus, Onager, Teſtudo, Scorpio; apud nos autem colubrina, ſerpentina; ſed frequentiùs à pugnacibus avibus fuere accerſita. Occurrunt paſſim apud Veteres machinæ illæ bellicæ Ciconia, grus, corvus, aliæque non paucæ; apud nos autem *Falcone*, *Falconetto*, *Sagro*, *Smeriglio*, avium nomina. Conſtat autem ſic appellatas ejuſmodi machinas, quoniam ſimilitudine quadam rapacium avium apprehendunt omnia atque dilacerant. Satis hìc ſit noſtram conjecturam indicaſſe; neque enim magnopere illam vendito. Certè longum iter eſt à voce Ars ad vocem *Artiglieria*, breviùs & explicatiùs ab *Artiglio*. Poſtquam hæc ſcripſi, invenio noſtrum ſuper hac originatione judicium occupatum fuiſſe à Petro Sardi Volumine ſingulari *Artiglieria* cap. 2.

Arundo. Frutex aquaticus notus, vitis auxiliator. Uſus porrò fruticis frequens in ſagittis armandis, ex quo ſagittæ ipſæ Arundines à Poetis præſertim appellantur. Virgil. lib. 4. Æneid.

hæret lateri lethalis arundo.

Et lib. 7.

aliaque multa
Perque uterum ſonitu, *perque ilia venit arundo*.

Vide *Calamus*.

Arx, cis. Cic. 2. de Orat. *Tarento amiſſa*, *Arcem tamen Livius Salinator retinuit*. Originem vocis putidè Servius ab arcano, ideſt, ſecreto loco, deducit, putidiùs alii ab Arcadibus, quod primi fuerint Arcium inventores; vel quòd *Arcades*, ut initio ſui operis ſcribit Solinus, *quoniam in excelſa parte montis habitaſſent*, *derivatum deinceps*, *ut tutiſſima urbium arces vocarentur*. Sed neque trahitur ab arcendo, quoniam ab illis hoſtis arceatur, ut docet Varro lib. 1. de L. L. Verum etymon eſt à voce Græca ἔρκος, quæ munitum tutumque locum ſignificat: inde omninò Arcem dicimus, ut optimè obſervat Salmaſius in Solinum. Antiquitus, reſtrictu ſignificatione, loca edita in præruptis rupibus, aut jugorum cacuminibus, quo tutum eſſet ab hoſte adventante perfugium, licet non ita multos ad defenſionem exigerent præſidiarios, Arces dicebant. *Rocca*.

Et

Digitized by Google

Et Virgilius quidem ipſa rupium faſtigia arces nominavit Georg. 4.

flerunt Rhodopejæ arces,
Altaque Pangæa.

Tranſiit verò poſtea id nomen ad latiùs & extenſiùs ſignificanda quæcumque munimenta juxtà regulas Architecturæ militaris extructa, eaque fixa & ſtabilia; ſive in regionum limitibus ad tuendos aditus & itinerum immunitatem, ſive ad oppidorum cuſtodiam tam ab hoſticis inſultibus, quàm à civicis ſeditionibus, collocentur. *Caſtello*, *Cittadella*, *Fortezza*. Imo integra ipſa oppida & Civitates juxtà artis regulas validè communitæ, Arces apud noſtrates audiunt. *Piazza*.

2. Apud Antiquos turribus rotundis aut quadratis ex quadrato item ut plurimum marmore, ſive lapide per certa intervalla, cum interjacentibus murorum loricis pro corona & ſepimento diſpoſitis, muniebantur Urbes. Accedebat ferè ſitus editioris aſperitas in prææltis montium faſtigiis, naturâ plerumque meliùs, quam arte, propulſante injurias, & tuta habitacula præſtante oppidanis. In iis naturæ artiſque adminiculis ſatis illi præſidii habebant ad commercii ſecuritatem, vitamque cum otio tranſigendam. Ea recenſere munitionum veterum opera ſupervacaneæ hic eſt operæ. Satis multa ſparſim de illis diximus propriis in locis. Vide præſertim dictiones *Mœnia*, & *Turres lapideæ*, & *Fixæ*.

3. Quoniam verò diuturnior bellandi uſus & experientia, & cum maxime diverſiſſimi generis ſuborta commoda à fiſtulis tormentariis, & nitrato pulvere invento, longè aliam adminiſtrandi belli viam aperuerunt; idcirco de Arcium ſtructuris & munimentis, juxta præſcriptiones recentioris Architecturæ militaris quædam in univerſum notavero. Fiet verò de partibus mentio ſeparatim. Latius porrò hæc eadem uberiuſque tractata reperies apud recentes machinarios, eoſque Scriptores, qui hoc omne munitionum noſtrarum genus fusè & pro dignitate luculentiſſimis editis commentariis complexi ſunt. Duo verò cum primis obſervari monent idonei Scriptores. Primum ut idoneus ſtatuendæ Arci ſtabiliendæque capiatur locus. Et quoniam opportunitas amnium, uſuſque machinalium tormentorum, quæ pyrio pulvere gravida ſunt, inter præcipua tutamina referuntur; idcircò in planitie potius, nullaque ex parte objectu montium aut ſylvarum, impedito loco, quàm in clivoſis aſperiſque montium culminibus, exædificari arces ſolent. Ubertas etiam circumjacentis agri diſpicitur ad ſubvectandos facilè commeatus, & licet non proxima, certe commoda poſitura ſylvarum, ad lignationem, aptamque ex uſu longæ obſidionis materiam, ubi primùm oppugnationis metus ingruerit, maturè comparandam. Quamvis, poſtquam harum rerum ſatis ad tutelam uſumque comportatum in Urbem eſt, devaſtari agros incendique præſtet, ne in alimenta poſtea cedant appropeantium hoſtilium copiarum. Alterum, quod in Arcibus condendis jure depoſcitur, juſta quædam & idonea eſt ambitus magnitudo. Nam quæ ampliores ſunt, terræque pluſculum obtinent, & longè plures ſibi vindicant præſidiarios, & impendio majorem annonæ reique cibariæ exigunt copiam: duplicata etiam auctaque in immenſum requirunt opera; quæ omnia Regum opes cæteroqui inexhauſtas abſorbent. Sed quæ arctiùs preſſiùſque conſtituuntur Arces, eas præpeditum ferè militem, nec ad occurrendum, quò neceſſitas poſtulat, ſatis promptum habere neceſſe eſt. Media proinde magnitudo & loci capacitas Arcibus congruit; cenſeturque accommodatiſſima forma circularis; ſeu potius ſpatium quod circulo contineatur; propterea quod ea forma cogit in unum vires, & paratior eſt ad opem ubique ſubminiſtrandam. Minus laudantur trigona, & tetragona. Quemadmodum propter immenſas opes, quibus indigent, & multiplicem defenſionem, minus valida exiſtimantur quæ ſupra octo vel novem propugnaculis munita ſunt oppida. Itaque pentagona, hexagona, & heptagona, nimirum quinque, ſex, aut ſeptem firmata propugnaculis, præ cæteris meritò collaudantur.

4. Duplex verò munimenti genus requirunt Arces ad regulas Architecturæ recentis exactæ. Alterum eſt intèrius; conflaturque ex munitionibus, quæ in ipſo Urbis ambitu continentur. Alterum exterius, quod complectitur munitiones multiplicis generis, ſejunctas à propugnaculis muriſque Civitatis, vel Arcis, & generali vocabulo appellantur opera exteriora. Primum defenſionis genus complectitur propugnacula, *Baluardi*, *Baſtioni*. Loricas ſeu facies muri planas, *Cortine*. Tumulos ſupra loricam, *Cavalieri*. Propugnaculi appellatione peculiari modo intelligimus partem prominentem in angulum, quæ acceſſoria eſt, & mœnibus additur, & ferè pentagoni ſpeciem habet. Sic illa collocantur ut ſe mutuò tueri poſſint, & cortinam, ſeu planam muri frontem interjectam defendere. Vide *Propugnaculum*. Horum interiores anguli à figura, quam exhibent, dicuntur Gula, vel Collum propugnaculi; *Gola*, *Collo del baluardo*. Angulus exterior, Gulæ oppoſitus, & ad hoſtes obverſus, dicitur apex vel roſtrum propugnaculi; *Punta del baluardo*. Pars illa, quæ utrinque ex muri facie, *Cortina*, in directum abit, latera vel alæ dicuntur. Quæ verò pars ab ala ſeu latere diſcedens rectà in roſtrum deſinit, frons vel facies dicitur. *Fronte del baluardo*. Propugnaculorum verò pars inferior declivis eſt, *Scarpa*; ſuperior plana & recta, lorica dicitur: faſcia, quæ utramque diſcriminat, appellatur torulus, *Cordone*. Quæ ad propugnaculorum latera ſubſtrui ſolent cellæ fornicatæ & occultæ, quibus detinentur milites ad inſiliendum, ſi neceſſitas poſtulet, ad propugnaculi defenſionem, vocantur cryptæ cœcæ, *Caſe matte*. Murus hinc inde propugnaculis interjectus dicitur plana muri frons ſeu facies, *Cortina*. Hujus pars inferior acclivis eſt, *Scarpa*; ſuperior plana & recta, &, communi cum ſimilibus propugnaculorum aliarumque munitionum partibus vocabulo, dicitur lorica. Faſcia hic etiam excurrens torulus vocatur. Supra muri faciem ſeu planam frontem, ſi validioris defenſionis ratio poſtulet, exſurgere ſolet interdum tumulus, vel ex aggeſtitiâ terrâ firmatâ ſudibus, vel ex opere cœmentitio cum feneſtellis jaculatoriis. *Cavaliero*. Uſus eſt ut defenſiones duplicentur geminatis ſuggeſtibus tormentariis ad hoſtem majori tormentorum copia impetendum. Ad hæc ad interiores partes tum propugnaculi, tum muri plani inter propugnacula interjecti, adjici ſolent gradarii tumuli, ſive ſcabella, nimirum muruli, in quos inſilire milites poſſint ad hoſtem ſclopis feriendum. Vide *Scabella*. Poſt deſcripta ſuperiùs

riùs

Digitized by Google

riùs opera, foſſa ducitur interiores omnes munitiones undique ambiens; ſive illa oppleta aquis ſit, ſeu potius ſicca. Vide quæ diximus in voce *Foſſa*. Eâdem foſsâ undique præſepta ſunt munimenta parmularum ad facies ſeu frontes murorum, & caſſidum ad roſtra & frontes propugnaculorum. Vide *Parmulæ* & *Caſſides*. Extrema foſſæ pars obverſa civitati vel arci in declive ſenſim deſcendit; eamque dicimus *Contraſcarpa*. In plano, quod primum occurrit poſt memoratum foſſę marginem, porrigitur ſemita, perquam milites diſcurrunt. Eadem parmulis & loriculis interdum etiam munitur, ut aliquo tutamine poſſit milites recipere illuc concurrentes ad hoſtes eminùs propulſandos. Vide *Via tecta*. *Camino coperto*. Exſurgit ſubinde agger viæ tectæ, & quaſi ejuſdem lorica, quę oppoſita hoſtibus paulatim in declive deſinit. *Spalto, vel Spaldo*. Et hæc quidem ſatis ſit hic indicaſſe ad Arcis rudem & ſummariam deſcriptionem aliquam; de cujus partibus hic obiter notatis fiet poſtea prolixiùs mentio ſuis in locis.

5. Non prętermittam tamen animadvertere ad firmiorem ejuſdem defenſionem majora quædam opera ac prominentia excogitata à noſtris militaribus Machinariis; cujuſmodi ſunt forcipes tum ſimplices, tum duplices, & opera, quę à corona vel cornu nomen ſortiuntur: *Tenaglia ſemplice, Tenaglia doppia, Opera à corno, Opera coronata*. Horum operum uſus eſt ad magis magiſque muniendas loricas, ſive, ut vulgò vocant, cortinas. Inventum etiam ad firmiorem earumdem tutelam, ut pro parmulis, Antemurales, ſeu Promurales, ut vocant, munitiones excitentur ad juſtam hominis ſtaturam elatę. *Falſabraca*.

6. Nobiliſſimum Urbis ædificium Arcem eſſe indicat ſermo proverbialis, quo dicimus *Arcem ex cloaca facere*: congruit autem iis, qui res, homineſve nullius pretii magnificè collaudant. Uſus eſt hac parœmia Cicero pro Plancio: *Nunc venio ad illud extremum, quod dixiſti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me Arcem ex cloaca facere, lapidem è ſepulchro venerari pro Deo; neque enim inſidiarum periculum ullum, neque mortis fuiſſe*.

7. Reliquum eſſet deſcriptione aliqua probè munitæ Arcis naturę & artis beneficio, ex pręſtanti quopiam eruta Scriptore, ab hoc titulo te dimittere. Verum earum, quæ ad normam recentis Architecturæ excellenti ſtudio atque operę excitatę ſunt à machinariis, affatim tibi copia ſuppetit ex promptuario Hiſtoricorum, qui bella ſuperiorum temporum memoriæ prodiderunt. Exemplum Arcis validiſſimæ ex præſcripto & more Architecturæ militaris Antiquorum exhibeo tibi ex Joſepho lib. 7. de Bell. Judaic. in deſcriptione Arcis Maſſadæ: *Saxum gyro non exiguum, & excelſum longitudine, undique abruptis atque altis vallibus cingitur, inviſibili ſuper fundo habens ſcopulos; ipſæque omnium ſunt animalium greſſibus inacceſſæ, niſi quod duobus modis idem ſaxum in difficilem explicatur aſcenſum. Eſt autem unum iter ab lacu Aſphaltite ad ſolis ortum, & alterum ab Occidente faciliùs ambulari. Vocatur autem unum coluber, ex anguſtia crebriſque flexibus capta ſimilitudine, quæ enim prominet rupes frangitur, ac ſæpe in ſe rediens promovet pedem, namque mutanti veſtigium, neceſſe eſt altero pede niti, eſt autem certa pernicies, ſi quis labatur; altitudo enim rupium utrinque dehiſcit, ut quæ horrore quemvis terrere audaciſſimum poſſit. Per hujuſmodi viam cum triginta ſtadiis aſcenderis, quod reſtat verticis eſt non in acutum finem coacti, ſed ut habeat in ſummo planiciem. In hac primò Jonathas Pontifex caſtellum ædificavit, & appellavit Maſſadam. Poſt autem Herodi magno ſtudio fuit loci illius ſtructio. Nam & murum per omnem ejus gyrum crexit ſtadiorum ſpatio ſeptem è candido lapide factum, & duodecim altum, latumque octo cubitis, & viginti ſeptem turres quinquagenorum cubitorum in eo ſtabant, ex quibus aditus erant in ædes circa omnem murum intus ædificatas. Rex enim verticem, quòd fœcundior, omni planicie mollior eſſet, culturæ deſtinaverat, ut ſi quando externorum alimentorum penuria contigiſſet, ne hac quidem laborarent, qui ſalutem ſuam caſtello crediſiſſent; quin & Regiam ſibi ædificaverat, ab Occidentalis partis aſcenſu intra mœnia quidem Arcis poſitam, vergentem autem ad Septentrionem. Regiæ verò murus erat magnus, ac firmiſſimas quatuor celſitudine ſexagenorum cubitorum in angulis turres habebat. Membrorum autem intus, & porticuum, itemque balnearum varia erat & ſumptuoſa conſtructio. Columnis quidem è ſingularibus ſaxis undique ſubſtitutis, parietibus autem, membriſque ſolida compagine lapidum variatis. Ad ſingula verò habitacula in ſummo, & circa Regiam & ante turres multos magnoſque puteos in ſcopulis exciderat cuſtodes aquarum, tantam molitus abundantiam, quantum qui fontibus uterentur, haberent. Foſſæ verò iter ex Regia in Arcem ſummam ducebant, quas foris nemo cernebat, ſed ne manifeſtæ quidem viæ facilem ſui uſum præbere hoſtibus poterant. Nam Orientalis quidem via naturâ eſt inacceſſa, ut ſupra memoravimus. Occidentalem verò magna in anguſtia poſita turri concluſit, quæ non minori mille cubitorum ſpatio ab arce diſtaret. Ita quidem adversùs hoſtiles impetus natura ſimul & manu caſtellum erat communitum. Intus autem repoſiti apparatus magis ad diuturnitatem & opulentiam juvere. Nam & frumentum multum erat conditum, & quod in longum tempus ſufficere poſſet, vinumque multum & oleum, inſuper autem cujuſque leguminis fructus, & palmulæ coacervatæ, cunctaque reperit Eleazarus, caſtello per dolum cum ſicariis occupato, matura, nihil recèns depoſitis deteriora, quamquam fere ex quo apparata ſunt ad excidium à Romanis illatum centum annorum tempus agebatur, quin etiam Romani fructuum reliquias incorruptas offendere; ſi quis autem cauſam diuturnitatis auram eſſe exiſtimet, non erraverit, quòd Arcis altitudine ab omni terrena & feculenta materia ſit remota. Inventa eſt autem omnigenum quoque armorum multitudo ab Rege condita, quæ decem millibus virorum ſufficeret, ferrumque infectum, nec non æris & plumbi materia: quippe ut magnis de cauſis factum crederet apparatum.* Ab editiſſimo hoc turritæ arcis ſepimento atque cuſtodia perfugium ſibi quæſivit comparavitque Herodes Rex adversùs duplicem hoſtem, quem ſibi graviſſimis de cauſis vehementer infeſtum eſſe ſentiebat. Nam & Judæorum populo ægrè erat imponi ſuis cervicibus Regem, qui de familia & Tribu Juda minimè eſſet: Cleopatra verò Ægypti Regina acerbiſſimo in ejuſdem caput flagrabat odio, crebròque petierat ab Antonio, homine uxorio, ut quoquomodo poſſet deturbaret illum è Regni faſtigio, aut interfecti

caput

Digitized by Google

caput ſibi tradendum ad veteres iras exſatiandas curaret.

8. Locus poſtremò ipſe admonet, ut advertam vocabula recentis militiæ, quibus tum arcium partes & membra, tum omnimodi generis munitiones & machinæ explicantur, advocare quidem nos & mutuari quantum poſſumus à veteri Latio; nec proinde id tam ſeverè atque religiosè ſervabimus, ut ſicubi neceſſitas id poſtulet, novas cudere & inducere voces refugiamus, potiorem ſcilicet perſpicuitatis rationem habentes, quàm exactę interdum caſtigatęque latinitatis. Quidni verò ſic nobis pro virili ſit obnitendum, cum liqueat miſerum in modum, ac ſępe fruſtra interpretes laborare in exponendis vocibus, quibus res veterum bellica comprehenditur, cujuſmodi ſunt onagri, ceſtroſphendonę, phalaricæ, ſcorpiones, aliaque ejus generis planè innumera, quæ antiquitus nota obſcuriſſimam nobis hodie offundunt caliginem? Quemadmodum verò non leuis aut mediocris veteris militiæ pars quantamcumque noſtram diligentiam atque conatus nunc eludit & fugit, ſic præſagit mihi animus poſt multas deinceps evolvendas ætates, & longum ſęculorum circuitum, quærendum eſſe à poſteris ac divinandum quæ noſtrarum fuerint munitionum genera & partes; quid nimirum rerum extiterint *Caſe matte*, *Falſebrache*, *Approcci*, *Cavalieri*, *Gallerie*: item de chalybeis noſtris & curulibus tormentis, quid à nobis vocabulis illis fuerit indicatum, *Colubrine*, *Sagri*, *Falconi*, *Moſchettieri*, *Fucilieri*. Nimirum non homines ſolum, Urbeſque & Provinciæ, ſed ipſi pereunt mores, ſuumque artes & diſciplinæ expectant exitum; cumque ędificiis & munimentis, quę robore ſuo atque duritie videntur cum ęternitate certare, leges ipſę rituſque vivendi nedum militandi dilabentur & defluent. Certiſſima hęc & irreparabilis rerum viciſſitudo Civitates omnes atque Reſpublicas quantumlibet ſapientiſſimè conſtitutas procul dubio manebit, donec benigniſſimâ Supremi Numinis elementia in eam nobis civitatem erit tranſmigrandum, de qua inter alia multa ita ſcribitur Apocalyp. 21. *Et erat ſtructura muri ejus ex lapide jaſpide: ipſa verò Civitas aurum mundum, ſimile vitro mundo. Et fundamenta muri Civitatis omni lapide pretioſo ornata.* Vide *Mania*: Schema arcis cum ſuis partibus habes apud Vauban., & alios.

ARX ÆLIA. Vide *Adriani moles*.

ASCENDENS MACHINA. Inter oppugnatorias recenſetur: A' Diade cum aliis fuit inventa, ut notat Vitruvius lib. 10. cap. 19., qui eandem etiam explicat per hęc verba: *Itaque Diades ſcriptis ſuis oſtendit, ſe inveniſſe turres ambulatorias, quas etiam diſſolutas in exercitu circumferre ſolebat; præterea terebram, & aſcendentem machinam, qua ad murum plano pede tranſitus eſſe poſſet.* Eadem eſt, quę apud Gręcos Epibathra dicitur. Philander ad prędictum Vitruvii locum ſuſpicatur fuiſſe machinam, quę occulto artificio in ſublime creſceret, ſiſtique poſſet in eam altitudinem, qua opus erat ad tranſiliendum in muros: ſive pegma, vel tabulatum excitaretur coehleis, quo pacto in torculari attollitur, & deprimitur pręlum: ſive ſimilis Tollenoni machina fuerit: nimirum trabs infixa ſolo cum alia tranſverſa ad ſtaterę modum; ita ut alternâ per funes ſublatione & depreſſione milites elevarentur in murum hoſticum. Lipſius tamen Poliorc. lib. 1. Dialog. 6. ſcanſoriam hanc & obſidionalem machinam refert ad ſcalas nauticas, ut colligit ex Herone Mechanico.

ASCOGEFRUS. Latinè pons eſt ex utribus factus. Plin. lib. 6. c. 29. ab horum pontium uſu Arabes Aſcitas dictos fuiſſe per hęc verba tradidit: *Arabes Aſcitæ appellati, quoniam bubulos utres binos ſternentes ponte, piraticam exercent ſagittis venenatis.* Eadem fermè de iiſdem habet Solinus. Commemorandum in hoc genere inprimis eſt quod de Lucullo in obſidione Cyzici tradit Florus lib. 3. cap. 5. *Sed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuncius fecit, docens adventare Lucullum, qui (horribile dictu) per medias hoſtium naves utre ſuſpenſus, & pedibus iter adgubernans videntibus procul, quaſi marina piſtrix, evaſerat.* Luſitanos etiam utribus amnes tranare conſueviſſe teſtatur Cęſar lib. 1. Bell. Civil. De ipſo verò Cęſare utribus flumina trajiciente, ſic ſcribit Svetonius in ejus vita: *Si flumina morarentur, nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus, perſæpe nuncios de ſe prævenit.* Livius verò illud habet opulentum teſtimonium de Hiſpanis lib. 30. *Hiſpani ſine ulla mole in utre veſtimentis conjectis, ipſi cetris ſuppoſitis incubantes flumen tranſnatavere.* Poſtremò vide apud Steuvechium ad Vegetii lib. 3. cap. 7. expreſſam iconem Aſcogefri, ſive pontis ex utribus, quem delineatum expromit ex longiuſcula ejuſdem pontis deſcriptione ab incerto authore de rebus bellicis, qui adjunctus eſt ſępius commemorato libro de notitia Imperii. Eum porrò locum hìc non pigebit adſcribere: *Ne interdum neceſſario itineri exercitus fluviorum (quod plerumque evenit) occurſus impediat, remedium ad hanc rem & compendia facile, & uſu præcipuum reperit ingenioſa neceſſitas; quod tali ratione componitur: Vitulinis pellibus, Arabica arte mollitis: eſt enim apud eos præcipua confectionis cura propter aquam de puteis follibus hauriendam: his igitur, ut dictum eſt, diligenter ſutis utres in magnitudinem eriam ſemis pedum, itant, cum iidem utres ſpiritu inflati tumuerint, non extollant uterum, ſed æqualitate quadam plenitudo ipſa utrium ſpatia plana perficiat; ex quorum lateribus, loris ſubter annexis invicem colligantur. Deſuper autem una parte circulis eutantibus, ex altera immittuntur uncini. Et ita in formam pontis adſociata partibus explicatur integritas. Sed hoc idem opus obliquo fluvio propter impetum meatus faciliùs uſque ad alteram explicabitur ripam: quod fixis in utraque ripa ferreis palis & funibus validis in medio quidem ſub ipſis utribus propter incedentium ſuſtinendum pondus, in marginibus autem firmitatis gratiâ deſuper antenſis tranſeundi per fluvium novo quodam & peregrino apparatu, intra breve temporis ſpatium, præbebit liberam facultatem. Admonendi præterea ſumus, quod ſuper utrium compaginationem cilicia ſunt incedentium ſubſternenda veſtigiis, ne lubrica pellium confectio inſiſtendi deneget firmitatem. In utraque tamen ripa erunt manubaliſtæ diſpoſitæ, ne hoſtilis manus pontem operantibus impedimento conſiſtat.* Etiamnum in Arabia & eidem proximis Regionibus utres officio navium funguntur, vel pectori ſuppoſiti nantibus ſingillatim, vel compacti in modum navis caudicarię, planę ſcilicet & latioris: Pietro della Valle Viag. Turc. *Venivano ſempre, o dalla parte di là, overo*

da

da molte iſolette habitate, che fà il fiume in diverſi luoghi, molte e molte genti; chi per portar robba a vendere, chi per curioſità di vedere, e chi per altri affari; e tutti così huomini, come donne paſſavano il fiume a nuoto con l'ajuto di un' otre gonfio di vento, che ſi tengono ſotto la pancia. Coſa, che faceva belliſſima viſta; e mi piaceva aſſai la deſtrezza, con che, ſenza legar l'otre, lo tenevano; governandoſi anche con le mani, e co i piedi in maniera, che non oſtante la corrente dell'acqua, che traſporta, ſi ſapevano condurre in terra in quella parte che volevano: e i panni, perche l'abito loro è ſolo una ſemplice Camicia; o vero, ſopra la camicia, una ſola ſopraveſte rozza di lana, aperta tutta dinanzi, e ſenza maniche, che gli Arabi chiamano Aba, e portano maſſimamente i bizzarri buttata ſopra alla peggio quaſi a guiſa di un ferrajuolo; molti per non bagnarli ſe li cavavano, e paſſando nudi ſe li portavano sù la teſta: ma molti altri ne facevano poco caſo, e paſſavano ſenza cavarſeli, ò ſi bagnaſſero, ò nò. Idem poſt aliquas paginas. *Queſti Melloni, non ſi fanno qui; ma vengono da Monſul, che è dove fu Ninive: portati giù per lo Tigre, come molte altre mercanzie groſſe, non in barche, ma in certi come Sandali, ò per dir meglio Travate; il fondo de quali non è di legni, ma d'una quantità di otri pieni di vento, congiunti inſieme in forma quadra con bell'artificio, e gli uſano perche gli otri in molti luoghi, dove le acque ſon baſſe, vanno più facilmente a ſommo del legno, e non ſi ſpezzano, come il legno, urtando in alcuni luoghi, che ſi trovano pietroſi. Queſta navigazione in barche di otri ſi uſa tanto nel Tigre, da Baghad in sù, che dico a V. S., che talvolta verrà una di queſte barche, che ſi chiamano Kielek, con merci ſopra di più di centomila ſcudi di valore, oltre la quantità de' Paſſaggieri; e fanno vela, vogano, e tutto quello che biſogna, ma non poſſono andar contr' acqua; onde, fatto, che hanno il viaggio, dovunque ſi trovano, disfatta la barca, e ſgonfiati gli otri, o gli vendono per altro uſo, o gli riportano indietro a caſa loro per terra ſopra ſome. Senofonte ſcrive, che un Soldato da Rhodi propoſe queſta invenzione al ſuo Eſercito, come coſa nuova allora, per valicare appunto il Tigre; cioè di far paſſare le genti ſopra quantità di otri gonfi, ben legati inſieme, e con terra, e con ceſpugli ancora ſtivati: e che l'invenzione a quei, che comandavano piacque, ma per certo impedimento non poterono metterla in eſecuzione. Hora come ho detto ſi pratica nel Tigre ogni giorno.* Vide *Pons.*

Aſcriptitii Milites. Cic. 3. de Nat. Deor. *Quos quaſi novos & Aſcriptitios Cives in cælum receptos putant.* Feſtus: *Aſcriptitii, veluti quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus adiiciebantur. Hos & Accenſos dicebant, quòd ad legionum cenſum eſſent aſcripti.* Sequitur autem poſtea, & horum munera ſic exponit, ut relati videantur inter leves armaturas: *Quidam Velatos, quòd veſtiti inermes ſequerentur exercitum. Nonnulli Ferentarios, quòd fundis lapidibuſque præliaturi, ea ferrent, quæ in hoſtes jacerentur. Alii Rorarios, quòd id genus hominum, prius quam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicarent.* Quam aptè autem Aſcriptitiorum genus primùm explicavit, tam inaniter poſtea, & omninò temere ad ſolos leves recenſendos deſcendit. Sed hoc Feſto familiare vitium; & eligere neceſſe habet lector ſtudioſus à multa colligente & confarciente. Alia notione Aſcriptitios, vel Aſcriptivos Varro dixit inermes, qui ſuccederent armatis militibus demortuis, vel bello functis. *Reclute*. Verum Salmaſius ad Pollionem eoſdem cenſet ac ſupernumerarios, ideſt ad commoda ſolùm participanda in numerum relatos. *Piazze morte*. De hoc genere ſic ſcribit Svetonius: *Inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur ſupra numerum; quo abſentes & titulo tenus ſungerentur.* Vide *Supernumerarii*. Plaut. Menæch. *Iſthuc aliis Aſcriptivis ad legationem ſolet.* Vide etiam *Accenſi*.

Aſcriptor, oris. Cic. contra Rull. *Collegas ſuos Aſcriptores Agrariæ legis non repudiabit.* Propriè eſt qui rei alicui ſuum nomen aſcribit.

Aſcriptivi. Vide *Aſcriptitii*.

Aſellus, i. Bellica machina, ſive jaculum apud Henricum Roslam in Herlingsberga:

Non hìc unigena fabricatur machina: nomen
Hæc Librilla tenet, quaſi ſaxea pondera librans;
Obtinet illa ſuis; ſed Hirundinis hæc: ſtat Aſelli
Illa vocata notâ.

Aſinaria, orum. Feſtus dies apud Syracuſios. Ab Aſinario fluvio nuncupatus, apud quem Duces Athenienſium Nicias & Demoſthenes bello capti. Plutarchus.

Aſinus, i. Fit ex Greca voce ὄνη, quæ noxam ſignificat, & *a* privativa: quaſi innocuus dicatur. Prodidit hoc etymon ingenioſè Heinſius in erudita feſtivaque laude Aſini: quod magis arridet, quam ut à ſedendo, quaſi aſſedus appelletur, ut tradit Iſidorus. Animal notæ tarditatis & ignaviæ: ex quo humana effigies cum aſinino capite, depicta ab Horo & Ægyptiis Sacerdotibus, notabat inertem deſidemque hominem, cujuſmodi præſertim ſunt, qui intra domeſticos parietes educati è domo paterna patriaque nunquam pedem extulerunt ad mores hominum cognoſcendos: quemadmodum aſini intra Provinciam ubi ſunt nati contineri plerumque ſolent. Sed irritæ fuerit operæ plura verba facere de aſinini pecoris ignavia & ſupinitate. Ea cum certiſſima apud omnes ſit, non eſt tamen inficiandum Martiis miniſteriis Aſinos inſerviſſe ſæpius, atque adeo ſeſſores habuiſſe bellatores eximios, ipſoſque unà fortiter dimicaſſe. Ut enim prætercam celeritatem eximiam Aſinorum, qui in Palæſtina naſcuntur, ut equos ipſos curſus pernicitate ſuperent; quod etiam Aſinorum præconium legitur apud Xenophontem de iis, qui oriuntur apud Euphratem; illud certè primarium accedit militiæ commodum ab Aſinorum copia, quod impedimenta convehant; quamobrem ſæpe legimus Aſinos ſarcinarios cum exercitu. Verùm quoniam in Palæſtina, ut notavi, optimæ notę naſcuntur Aſini, idcircò minimè eſt obſtupeſcendum quòd frequens de illis ſermo in ſacris occurrat literis; nec modò de detentis in caſtrenſi miniſterio, verùm etiam de conſerentibus prœlia cum ſuis ſeſſoribus. Fuiſſe enim populos, qui ex Aſinis dimicarent apertè docet Ælianus lib. 12. cap. 34., ubi ita ſcribit de Saracoris: *Aſinos nec bajulos, nec molitores, ſed bellatores habent, & in illis, ut Græci in equis, belli ſuſtinent pericula.* Strabo etiam lib. 15. author eſt Carmanos equorum inopia inſediſſe Aſinos in conflictu; eumque pullum Marti immolare ſolitos. Pauſanias in Phocicis ſcribit Aſinum æneum dicatum fuiſſe Marti ab Ambraciotis, quoniam

Digitized by Google

rudens olim Aſinus terruiſſet patriæ hoſtes, & in inſidiis ſubſidentes iterato clamore detexiſſet. Apud Hyginum legimus rudentes Aſinos in fugam egiſſe catervam Gigantum, cum contra cœlites dimicarent. Hæc quidem in rudi & incompoſita Veterum militia uſurpata legimus. Cæterùm mihi non magis ſimile portenti eſt Aſinus ad tubam, quàm quod antiquo fertur adagio, Aſinus ad lyram.

Aspidiscus, ſci. Græca dictio ſignificans breve ſcutum, vel ornamentum orbiculatum ad formam ſcuti, ut ſcribit Rhodiginus lec. Antiqq. l. 25. c. 31.

Assalire. Adoriri, aggredi. Italis *Aſſalire*. Occurrit frequenter apud Scriptores ævi deterioris. Synodus Helenenſis an. 1027. *Ut nemo ſupradicta Comitatu, vel Epiſcopatu habitans aſſaliret aliquem ſuum inimicum ab hora Sabbathi nona.*

Assaltus, us. Vox infimæ latinitatis. Aſſultus. Charta Corradi I. Imp. apud Ughellum tom. 4. *Et ſuper ſeniorem ſuum & Monachos, & Clericos ſuos de manibus tollendo aſſaltum faciant &c.*

Assamenta. Vide *Axamenta*.

Assasini. Duo mortalium genera notantur hoc nomine: perditiſſimi graſſatores, qui aut ſponte, aut mercede conducti vias obſident, & ad alios mactandos vel exſpoliandos aſſiliunt; & Syriæ ferox populus, ad Montem Libanum inter Damaſcum & Antiochiam, qui Regulo ſubeſt, cui Seni Montano nomen. Utri prius, & quam ob cauſam ſortiti hanc appellationem fuerint, atque inde quæ ſit vocis *Aſſaſini* origo, eſt quæritandum. A' Latinis ad Syros & Phœnicios eam vocem tranſiſſe viſus eſt exiſtimare Landinus Interpres Dantis ad eos verſus Infern. c. 19.

come 'l Frate, che confeſſa
Lo perfido aſſaſin, che poich'è fitto,
Richiama lui, perche la morte ceſſa.

Quos verſus latinè reddidimus ad hunc modum. Similit. di *Dant*. Infern. ibidem.

audit prona velut aure Sacerdos
Crimina latronis, fovea qui fixus in ima
Poſcit incunctus ſacrũ revocatque Miniſtrum.

Ubi Landinus & Ferrarius eum ſequutus vocabulum *Aſſaſini* trahunt ab aſſidendo, vel obſidendo; quoniam id genus hominum itinera obſidere ſolent, & aſſidere ſive ſubſidere in inſidiis; ex quo Subſeſſores à Servio vocantur, qui quempiam occiſuri deliteſcunt. Idem mihi primum arriſerat, licet voci *Aſſaſini* aliud etymon quæſierim à verbo Gallico *ſaiſir*, quod eſt invado, & uſurpo. Ex hoc verbo Scriptores Latini ævi deterioris fecerunt vocem *Saiſimentum*, & aliam proximiorem *Saſſinamentum*. Notavit id Cangius in Gloſſ. *Saſſinamentum. Idem quod invaſia, uſurpatio, ſaiſimentum.* Et mox adducit locum ex Charta Philippi Ducis Tuſciæ: *Præterea invaſiones terrarum omnium, & intermiſſiones & ſaſſinamenta tempore patris & fratris noſtri facta.* Hanc porrò vocem, & alias fortè non paucas à Gallis, Flandris, aliiſque Europæ gentibus, ad Phœniciam, aliaſque terras Orientis facilè perveniſſe, & ab iiſdem aſcitas ideo reputaveram, quoniam aſſiduum magnumque intercederet commercium inter Aſiaticas illas nationes, & memoratos populos Occidentis per occaſionem ſacrarum expeditionum in Palæſtinam. Aloyſius Pulci Morg. 17.

Soriani in quel tempo havevano uſanza,
D'armarſi a queſta guiſa di Ponente;
Forſe ve gli inducea la vicinanza,
Che de' Franceſchi havean continuamente,
Che quivi allor reggean la ſacra ſtanza,
Dove in carne habitò Dio Onnipotente.
C'hora i ſuperbi e miſeri Chriſtiani
Con biaſmo lor laſciano in man de' Cani;

Verùm poſtea, re meliùs expenſa, & aliam eſſe hujus originationem vocis, & à populis illam exortivi ſolis ad nos potius commigraſſe conſtitui ex documentis, quæ affert Menagius. Ea hic ſubiicio. Arnoldus Abbas Lubecæ in Chronich. Havon. *In terminis Damaſci, Antiochiæ, & Alapiæ, eſt quoddam genus Sarracenorum in montanis: quod eorum lingua vulgari Heiſſeſſin vocatur.* Aliud ſubditur ex epiſtola Stephani Monachii per hæc verba: *Le mot aſſaſſin, a eſtè dit du Vieux de la Montagne, Roi des Aſſaſſins; qui eſt ainſi nommè comme qui diroit Roi dès Herbages, dès Prez, des Jardins. En effect ce Roi occupoit une Terre fort bonne au piè du Liban, & qui pouvoit bien tirer ſon nom de ſa fertilitè. Aſſeſa, ou aſſiſa ſignifie dès herbes, dès paſturages, dès jardins; toutes choſes qui ſe trouvoient en abondance dans le païs de la domination de ce Prince.* Ex hujus Scriptoris teſtimonio habes Aſſaſinos vocatos eſſe ab herboſa & vernanti, quam incolunt, Syriæ regione: Cæterum Senex montanus, quem Aſſaſinorum Principem fuiſſe conſtat, non habet eam appellationem à Senio, tanquam ætate provectior fuerit: ſed quemadmodum à voce *Senior* tracta eſt apud nos vox *Signore*, quæ Dominum vel Principem notat, non aliter qua voce Arabes exprimunt *Vecchio*, eadem ſignificant Dominum; ac proindè *Vecchio della Montagnia* eſt Dominus ejus Provinciæ, quæ ad Montem Libanum præjacet, ut contendit Cangius adverſus acceptionem aliam, quam in eadem epiſtola proponit præfatus Monachius. De Aſſaſinis ſcripſerunt Jacobus de Vitriaco, Nangius, Villelmus Tyrius, Matthæus Pariſius. De Sene Montano vide multa apud eundem Monachium. De eodem Boſſius in Hiſtor. Hieroſolymit. ſępe loquitur; imo ejuſdem juſſu trucidatum ſcribit Conradum Marchionem Montisferrati, qui de Regno certabat cum familia Luſinianorum. Poetę Italici addiderunt plurima fabuloſa de eodem Sene, ac pręſertim Aloyſius Pulci loco ſuperiùs adducto, ubi ejuſdem ſingulare certamen cum Rinaldo commemorat.

Diſſe Rinaldo, in ogni modo voglio,
Che tu ti veſta tutta tua armadura,
Che altrimenti combatter non ſoglio,
Vedrem come al mio brando ſarà dura:
E forſe ti farò giù por l'orgoglio;
E più il Soldano non ſtarà in paura.
Armoſſi il Veglio allor di tutta botta,
Di pelle di Serpente dura, e cotta.
E tolſe per iſpada un Mazzafruſto,
Con tre palle di piombo catenate,
Ferrato, e nocchioruto, grave e giuſto;
E ritornò a Rinaldo immediate,
E diſſe: io ti farò mutar di guſto
Come tu aſſaggi di queſte picchiate:
Che s'io t'accocco una palla di piombo,
In Babilonia s'udirà il rimbombo.

Assedio, as. Vocabulum Italicum ſimul & latinobarbarum. Vita SS. Emerii & Candidę: *Venerunt in Civitatem vocatam Querquent, & Rex tenuit eam aſſediatam per ſeptem annos.*

Asseres, um. Rodulphus Agricola in Epiſt. ad

Ale-

Digitized by Google

Alexandrum Hegium, quę extat in centuria Philologica epiſtolarum à Goldaſto editarum: *Quod vulgò*, inquit, *Aſſerem vocamus, tabula dicitur propriè*. Cum bona Agricolæ venia, Aſſeres non ſunt tabulæ, ſed tigilla, ſive grandiores valli, pali, vel ſudes, aut etiam conti ferro præfixi, ut planè conſtat ex teſtimoniis Scriptorum mox indicandis. Licet locum habeant in omni genere Architecturæ, ſæpę tamen eorum fit mentio, ubi de munitione caſtrenſi Hiſtorici ſcribunt optimæ latinitatis. Cæſar lib. 2. Bell. Civil. *Aſſeres pedum duodecim cuſpidibus præfixi, atque hi maximis balliſtis miſſis per quatuor ordines cratium in terra defigebantur*. Tacit. lib. 20. *Eduxerant turrim duplici tabulata, quam Prætoriæ portæ propinquantem promoti contra validi aſſeres, & incuſſæ trabes perfregere*. Livius etiam Aſſeres ferreo unco præfixos vocat Harpagonas lib. 30., & aſſeribus falcatis tradit alibi decuſſas murorum pinnas. Ex quibus teſtimoniis validè refelluntur lexicarii, aliique viri eruditi non pauci, qui Aſſeres tabulas exponunt. Dictos autem Aſſeres ab aſſidendo ſcribit Feſtus, quaſi parieti, vel trabibus aſſideant. Sed frivolum etymon irridetur à Voſſio, qui eam vocem ad Græcanicam refert originem; nimirum ad vocem ἄξονες, quæ ſignificat tabulas; idque aliquod eſt adminiculum eorum ſententiæ, qui Aſſeres exponunt tabulas. Verùm nos de hac etymologia enucleatiùs agimus in titulo *Axamenta*.

2. Singularis autem eſt Aſſeris notio, quem inter genera armorum navalium recenſet Vegetius lib. 4. cap. ult. *In hujuſmodi certamine tria armorum genera ſolent plurimum ad victoriam prodeſſe, Aſſeres, Falces, Bipennes*. Cujuſmodi autem fuerit, & ad quem uſus inſtitutus Aſſer nauticus oppugnatorius idem Scriptor ita digerit: *Aſſer dicitur, cum trabs ſubtilis ac longa ad ſimilitudinem antennæ pendet in malo, utroque capite ferrato. Hunc, ſive à dextra, ſive à ſiniſtra parte adverſariorum ſe junxerint naves, pro vice arietis vi impellunt: qui bellatores hoſtium, ſive nautas ſine dubio proſternit ac perimit, ipſumque navem ſæpiùs perforat*.

Assessores. Recenſentur in notitia Imperii à Pancirolo cap. 7. inter Miniſtros Præfecti Prætorio. Erant autem conſiliarii ab aſſidendo ſic nuncupati, quoniam judicanti Præfecto aſſiderent. Cognoſcebant autem cauſas tum civicas, tum caſtrenſes, audiebant expoſtulationes, legebant libellos ſupplices: nihil tamen definiebant, quod Prætorum erat proprium. Crebra de illis mentio in Jure Civili.

Assidui, orum. Qui proprio ſumptu militabant, aſſidui dicebantur; ab aſſe nimirum dando; quoniam proprio aſſe, ideſt ære vel ſumptu, ſigna ſequebantur. Feſtus: *Alii Aſſiduum, locupletem quaſi multorum aſſium dictum putarunt: alii eum, qui ſumptu proprio militabat, ab aſſe dando*.

Assilio, is. In aliquem locum ſalio. Aggredior. Ovid. Metam. 11.

Cum ſæpe aſſiliit defenſæ mœnibus Urbis.

Assulto, as, Frequentativum ab aſſilio. Cum accuſat. Tacit. 1. Annal. *Frontem modicè aſſultantes*. Stat. Theb. 11.

Portarumque moras frenis aſſultas & haſtis.

Cum Dat. Tacit. in Vit. Agric. *Agricola iter hoſtium ab exploratoribus edoctus, & veſtigiis inſecutus veloeiſſimos equitum peditumque, aſſultare tergis pugnantium jubet*. Idem 2. Annal. *Tertiâ fermè vigiliâ aſſultatum eſt caſtris*.

Assultus, us. Virgil. 5.

variis aſſultibus irritus urget.

Tacit. Annal. 2. *Neque aſſultibus & velocitate corporum uteretur*.

Assultim. Utitur hoc adverbio non ſemel Plinius. Hæc habet lib. 8. cap. 25. *Os primùm ejus aſſultim repurgans*.

Astiochus, i. Legitur apud Heſychium: quem uſum habuerit disertè idem docet his verbis: *Aſtiochus vas rotundum, in quod infundentes picem & ſulphur & ſtupam, emittebant, & quò deferebat, adurebat omnia*. Huc referas vaſa argillacea, ferventi materia oppleta, quæ Cæſar in Comment. lib. 5. docet à Gallis in hoſtium machinas & tectoria fuiſſe conjecta. Vide *Pix*.

Astrabæ, arum. Occurrunt apud Iſidorum in Gloſſis, atque etiam apud Suidam, & Gloſſarium Græcolat. Exponuntur à Salmaſio in Caracallum Spartiani ſcalæ ferreæ, ſive tabella, in qua requieſcunt ejus pedes, qui in equum aſcendit, vel ex eodem deſilit. Suidæ autem verba potius deſignare videntur lignum illud in ſellis equinis, quod ſeſſores aſcenſuri tenent, & vulgò dicimus *Arcione*, quia ad modum arcus confectum eſt. Vide *Anaboleus, Stratores*, & *Sabex pedaneus*.

Astronomia. Sideralis ſcientia, quæ ſtellarum ortus, progreſſus, & proprietates explorat, eo contenta examine: nam quæ inde progreditur ad capienda auguria & divinandum de rebus humanis, Aſtrologia melius dicitur. Divinatoriam hanc, utque vulgò dicitur, Judiciariam meritò Scriptores Sacri acerbiſſimis inuſtis cenſuris damnarunt. Nos etiam jocosè traduximus in noſtris Satyris. Aſtronomiam verò ſiderum exploratricem facultatem, digniſſimam & antiquiſſimam cumulatiſſimè dilaudant Scriptores optimi, & nos Imperatori perneceſſariam ſtatuimus in titulo *Literæ* præſertim authoritate Polybii.

2. Quanti verò ſupremum copiarum moderatorem referat ſiderum motus curſumque callere, oſtendunt affatim innumeræ acceptæ clades ab Imperitis rerum cœleſtium Ducibus. Intererit plurimum proficere ex ignorantia Macedonum, qui propter ignorationem Lunę defectus pulcherrimam victoriam Romanis pepererunt, ut tradit Livius lib. 44. per hæc verba: *Sulpitius Gallus Tribunus militum ſecundæ Legionis, qui Prætor ſuperiore anno fuerat, Conſulis permiſſu ad concionem militibus vocatis, pronunciavit, nocte proxima, nequis id pro portento acciperet, ab hora ſecunda uſque ad quartam horam noctis Lunam defecturam eſſe, id quia naturali ordine ſtatis temporibus fiat, & ſciri ante & prædici poſſe. Itaque quemadmodum quia certi Lunę Soliſque & ortus & occaſus ſint, nunc pleno orbe, nunc ſeneſcente, cornu exiguo fulgere Lunam, non mirarentur, ita non obſcuram quidem, quum condatur umbra terræ, trahere id in prodigium non debere. Nocte, quam pridie nonas Septembris inſecuta eſt dies, edita Luna cum defeciſſet, Rom. Militibus Galli ſapientia prope divina videri. Macedonas, ut triſte prodigium, occaſum Regni, perniciemque gentis portendens movit; clamor ululatuſque in caſtris Macedonum fuit, donec Luna in ſuam lucem emerſit*. Nihil minus in hanc rem ponderis habent, quæ Tacitus lib. 1. Annal. proſequi-

Digitized by Google

tur de Luna hebeſcente, quæ Romanorum hoſtibus exitio fuit. Sic autem ſcribit: *Noctem minacem, & in ſcelus erupturam fort lenivit. Nam Luna clara repente cælo viſa langueſcere. Id miles rationis ignarus omen præſentium accepit, ac ſuis laboribus defectionem ſideris aſſimilans, proſperèque ceſſura, quæ pergerent, ſi fulgor & claritudo Deæ redderetur. Igitur æris ſono, tubarum cornuumque concentu ſtrepere: prout ſplendidior, obſcuriorve, lætari, aut mærere, & poſtquam ortæ nubes offecere viſui, creditumque conditam tenebris; ut ſunt mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes, ſibi æternum laborem portendi, ſua facinora averſari Deos lamentantur. Utendum inclinatione ea Cæſar, & quæ caſus obtulerat in ſapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria jubet.* Tertium de pernicioſa lunaris defectionis imperitia teſtimonium exhibent Polybius lib. 9., Diod. Sic. lib. 13. & Plinius lib. 2. cap. 12. in Nicia Athenienſium Duce, qui exercitum quinquaginta millium fœdo metu conſumpſit proditque in manus Syracuſanorum, quòd impendere ſibi periculum aliquod ſuperſtitioſè metueret à Lunæ deliquio, ſi movere caſtra feſtinaret. Verùm cunctatio illa Ductori & exercitui exitialis fuit. Non ita multo ſecus ex aliorum Ducum manibus victorias paratiſſimas eripuit inſcitia defectionis ſolaris. Perſeus Macedonum Rex, ut legitur apud Plutarchum in vita Æmilii, cum repente Sol defeciſſet, & ipſe animo concidit, & retrò actis conſternatis copiis, inexpectatum victoriæ aditum L. Paulo Æmilio patefecit. Contra verò Pericles, ut ſcribit Valer. Maximus lib. 8. cap. 11., cum Athenienſis claſſis eſſet Præfectus, & obſcurato repente Sole inuſitatam formidinem militum animos inceſſiſſe cerneret, proceſſit in medium, & rem ipſam exponens, ut ſtabili naturæ lege contingere neceſſe eſſet, importuna illos formidine liberavit. Idem feliciter ceſſit Agathocli adversùs Pœnos pugnaturo, ut traditur à Frontino lib. 1. Strateg. cap. 11.

3. Nec verò à Philoſophis duntaxat iſthæc de ſiderali ſcientia ignorari turpe eſt, verum etiam, quemadmodum oſtendi, à clariſſimis Imperatoribus. Quodſi contigerit ejus diſciplinæ rudes eſſe, providere ſaltem omninò debent ut excellentes Aſtronomos habeant in exercitu & caſtris. Cautè id obſervavit Alexander Magnus, qui, cum ſubitus terror obſideret militum animos ex Lunæ defectu, nec jam Ducum imperia audirent, terrorem omnem ſubmovit advocatis Cœli interpretibus, qui ad naturæ curſum obſcuratum ſidus referrent. Rem eleganter exponit Curtius lib. 4. per hæc verba: *Sed prima ferè vigilia luna deficiens, primùm nitorem ſideris ſui condidit, deinde ſanguinis colore ſuffuſo lumen omne fœdavit; ſolicitiſque ſub ipſum tanti diſcriminis caſum ingens Religio, & ex ea formido quædam incuſſa eſt. Diis invitis in ultimas terras trahi ſe. Jam nec flumina poſſe adiri, nec ſidera priſtinum ſervare fulgorem. Vaſtas terras, deſerta omnia occurrere: unius hominis jactatione tot millium ſanguinem impendi. Faſtidio eſſe patriam, abdicari Philippum patrem, cælum vanis cogitationibus peti. Jam prope ſeditionem res erat, cum ad omnia interritus, Duces Principeſque militum frequentes adeſſe Prætorio, Ægyptioſque Vates, quos cæli ſiderum peritiſſimos eſſe credebat, quid ſentirent, expromere jubet &c.* Vide quæ in eum Curtii locum aptè colligit Raderus. Orbium ſignorumque cœleſtium ſtudium & intelligentiam viris magnis maximèque militaribus impensè eſſe proficuum Herculis exemplo demonſtrarunt Fabulatores, quem non aliam ob cauſam iiſdem orbibus ſuſtinendis Atlanti ſucceſſiſſe finxerunt, quàm quod ob reſtitutas ſua virtute Atlanti filias, ab eodem pro mercede & præmio aſtrorum ſcientiam retulerit. Cæſarem legimus earum antea rerum minus peritum, eas demum addidiciſſe in Ægypto per occaſionem cognitæ confirmatæque in eo Regno Cleopatræ. Idem brevi in aſtrorum cognitione ita profecit, ut poſtea in Urbem reverſus novum annum conſtituerit, Pontificum faſtis correctis. Verùm hæc copioſiùs habes apud alios.

4. Novam huic argumento lucem aſpergo ex Virgil. 1. Æneid. Excipit ibi Æneam convivio Regina Dido, & ad ſublevandum hoſpitis animum à recenti tempeſtate adhuc agitatum, canentem in Sympoſio inducit Jopam cytharœdum. Quid autem potiſſimùm doctiſſimus ille Cantor enarrat? Virgilium audi:

Hic canit errantem Lunam, ſoliſque labores,
Arcturum, pluviaſque hyadas, geminaſque Triones.

Non deſunt, qui eo loci dormitaſſe Virgilium reputent, utpote qui apud fortiſſimum Ductorem, occinentem puerum induxerit, non de præſtantium Imperatorum laudibus, non de excidio Urbium potentiſſimarum, ut notum eſt feciſſe Homerum, qui in convivio Phæacum protulit Demodocum efferentem ad Ulyſſem hoſpitem res geſtas in bello Trojano; ſed de curſu motuque Planetarum. Mihi verò aptiſſimè id Virgilius videtur exegiſſe. Quid enim hoſpitis magnanimi aures avidiùs haurirent, quod jucundius acroama Ductori præſtantiſſimo accideret, quàm ejus commemoratio ſcientiæ, quæ copiarum Ducem maxime illuſtrat? Præſertim cum Æneas è proceloſo mari illuc hoſpes adveniſſet. Conſultiſſimum proinde fuit cantu dulciſſimo revocare illi in memoriam pluvias hyadas, quæque alia ſidera aut naves in portum tutò dirigunt, aut ventorum vi & turbine exoriente demergunt. Et quidem Vegetius lib. 4. cap. 40. & 41. multus eſt in expendenda ſiderum efficacia in creandis & componendis tempeſtatibus. Et apud Homerum Ulyſſes ſtellarum obſervatione tutam navibus viam præmonſtrat:

At clavo ille ſedens, navim mira arte regebat:
Nunquam corripuit nutantia lumina ſomnus;
Verùm Plejadas ſpectat, ſerumque Bootem.

Vide apud Virgilium Georg. lib. 1. multa de tempeſtatum prognoſticis ex animadverſione cœleſtium ſignorum. Non ita verò facile eidem Poetæ præſtanda fides, ubi mox addit ad Solem ac ſidera ſpectare præſagitiones bellorum:

ille etiam cæcos inſtare tumultus
Sæpè monet: fraudemque, & aperta tumeſcere bella.

Fruſtra etiam eſt Lucanus, ubi ſtellas incuſat, quaſi civilium motuum conciliatrices: ſic loquitur lib. 1.

Quod cladis genus, o Superi, qua peſte paratis
Sævitiam? extremi multorum tempus in unum
Convenere dies, ſummo ſi frigida Cœlo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,
Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres,
Totaque diffuſa latuiſſet in æquore tellus:

Si

Si ſævum radiis Nemeæum, Phœbe, Leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo,
Succenſuſque tuis flagraſſet curribus æther:
Hi ceſſant ignes: tu, qui flagrante minacem
Scorpion incendis cauda, chelaſque peruris,
Quid tantum, Gradive, paras? nam mitis in alto
Juppiter occaſu premitur, Venériſque ſalubre
Sidus hebet, motuque celer Cyllenius hæret,
Et cœlum Mars ſolus habet: cur ſigna meatus
Deſeruere ſuos, mundoque obſcura feruntur?
Enſiferi nimium fulget latus Orionis.
Imminet armorum rabies, ferrique poteſtas
Confundet jus omne manu, ſceleríque nefando
Nomen erit virtus, multoſque exibit in annos
Hic furor.

Equidem recta ratio ſtatim commonſtrat, nexum poſſe aliquem intercedere inter ſuperiores cœleſteſque cauſas, & commotionem maris flatuſque ventorum. Quid autem lucentia illa ſigna propinquitatis aut cognationis habeant cum civilibus Romanorum conflictibus, & rivalium æmulatione Principum, uſque ad extremam potentiſſimi imperii perniciem per immenſi profuſionem ſanguinis latè graſſante? Nec verò qui deridendas ejuſmodi divinationes, Nubianarum more vetularum, quas *Zingaras* vocant, rudi popello divendunt, ſatis plerumque in rerum cœleſtium cognitione verſati ſunt. Duplici ferè ſolùm munimento inſiſtunt, audacia & egeſtate. Superſtitioſi quippe Vates & impudentes Arioli, quibus fames domi imperat, ab improbiſſima præſagiendi libertate atque temeritate, qualecumque demùm poſſunt fami ſuæ & inopiæ ſubſidium quæritant; aliiſque eas ad diteſcendum præmonſtrare vias non erubeſcunt, quas non peritia rerum aliqua vel intelligentia, ſed miſerrimæ conditionis ſuæ ſublevandæ ſtudium comminiſcitur. Nimium quantum obſtat denſiſſimum ignorantiæ velum & caligo humanis obducta mentibus, quominus in futuros rerum exitus immittere audaces cogitationes poſſimus; tanquam humanis labefactari aut deprehendi valeant divina conſilia. Nulla madidus teſta Manliana; Nullo mero, Torquato iterum conſule, expreſſo perturbatus & ebrius, ſed plane ſobrius, ſibique conſtans Horatius cecinit l. 1.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus;
Ridetque ſi mortalis ultra
Fas trepidet.

Et alibi.

Quid ſit futurum cras, fuge quærere.

Et iterum Od. 10. lib. 1.

Tu ne quæſieris (ſcire nefas) quẽ mihi, quẽ tibi
Finem Di dederint, Leuconoe; nec Babylonios
Tentaris numeros.

Igitur quæ Deus Opt. Max. parat in poſterum modeſtè potius expectare atque ſuſcipere, quàm ſolicitare & præcipere animo impudenter, religionis & debitæ reverentiæ partem interpretari licet. Id inſinuavit Homerus inducto Jove vehementer objurgante Junonem, quæ cæteroqui ejuſdem ſoror erat & coniux, cum in intima ſui animi audacter inquireret, & ſuper rerum futurarum eventibus eundem conſuleret. Tolerandum noſtro generi eſt, & æquo ferendum animo, quod dixit Lucanus lib. 2.

Sit ſubitum quodcumque paras; ſit cæca futuri
Mens hominum fati.

Quidni verò modeſtè feramus, quod ſecus ingentium calamitatum nobis eſſet caput & radix? Nam ſi prænoſcere unicuique res ſuas, ac præſertim vitæ exitum liceret, per obſcuriſſimas quaſdam triſtitiæ nubes ævum tranſigerent homines, & ſæviſſimis vita mortalium tempeſtatibus conflictaretur: ut planè ſit exploratiſſimum ignorationem eventuum futurorum pulcherrimum eſſe inter nos pacis vinculum, & inæſtimabile ſupremi Numinis munus. Ut enim optimè philoſophatur Cicero; quam calamitoſum vitæ curſum injiſſet Pompejus ſi à puero prænoſcere potuiſſet ſe in ſolitudine Ægyptii littoris, amiſſo exercitu, trucidatum iri? Quid verò Cæſar egiſſet, quamque dejecto animo contriviſſet miſerrimos dies, ſi mactandum ſe ab amicis in Senatu valuiſſet intelligere? Quàm fuiſſet ærumnoſa Craſſi vita, ſi eidem prænunciaſſet animus, deleto trans Euphratem exercitu, filioque interfecto ſibi eſſe cum ignominia & dedecore pereundum? Viros illos magnos quantavis opulentia, honorum titulis, & maximorum exercituum imperio ſpectabiles, nunquam certè ſinceram animo admiſſuros fuiſſe lætitiam, nunquam mœſtiſſimum ſupercilium explicaturos, unuſquiſque facilè conjiciet, ac longe majorem ægritudinem in eos redundaturam ex reputatione infeliciſſimi exitus, quàm ex adeptione multiplicis Conſulatus, & ingentium gloria victoriarum. Quare prudentiſſimè concludit Cicero, utiliorem nobis eſſe ignorantiam, quàm ſcientiam futurorum. Conſule titulum *Augurium.*

. Asturcones, Equi, ab Aſturia Hiſpaniæ Regione ſic appellati. Horum inceſſus mollis eſt, nulloque ſucceſſu vectoribus moleſtus. Sveton. in Nerone: *Aſturconem, quo maxime lætabatur, in ſimiæ faciem transfiguratum &c.* Senec. Epiſt. 87. *Ita non omnibus obeſis mannis, & Aſturconibus, & tolutariis, præferres unicum illum equum ab ipſo Catone defrictum.* Plin. lib. 8. cap. 43. *Minori forma appellatos Aſturcones gignunt.*

At non Atridæ sic ast Agamemnoni visum. Recenſetur inter verſus Homeri proverbiales, & uſurpatur à Luciano in Lapithis. Utimur, cum non probamus aliquid, & à cæteris omnibus diſſentimus.

At non auguriis fatum sibi depulit atrum. Aſſertur inter verſiculos Homeri proverbiales. Congruit autem ubi explicare volumus fruſtra eos agere, qui arte divinandi proſpiciunt aliis, ſua verò ipſi mala non prævident. Eum verſiculum imitatus eſt Virgilius lib. 9.

Sed non augurio potuit depellere peſtem.

Ategar. Genus eſt teli Saxonici. Recenſetur à Florentio Vigorn. *In manu ſiniſtra clypeum cum umbonibus aureis & clavis deauratis, in dextera lanceam auream, quæ linguâ Anglorum Ategar nuncupatur.*

Athenæa. Latinè Minervalia. Feſtum fuit Athenienſium in honorem Minervæ inſtitutum à Rege Erichthonio, quod multis poſtea additamentis locupletavit Theſeus, ex quo dicta ſunt in poſterum Panathenæa. Vide *Panathenæa.*

Athanati. Latinè Immortales. Decem erant delectorum millia apud Perſas. Curt. lib. 3. *Proximi ibant, quos Perſæ immortales vocant, ad decem millia.* Militia erat ſelecta ex Perſarum nobiliſſimis atque fortiſſimis. Ejus inſtitutorem fuiſſe Cyrum indicare videtur Xenophon. Qua primùm de cauſa dicta fuerit immortalis, Herodotus explicat in hanc ſententiam: *His erant Imperatores*

om-

Digitized by Google

omnium pedeſtrium copiarum , præter illa delecta Perſarum decem millia, quibus præerat Hydarnes, Hydarnis filius, qui vocabantur immortales ob hoc, quod ſiquis eorum aut nece aut morbo numerum imminueret , alius ſufficiebatur ; nec unquam plures erant paucioreſve decem millibus. De acie vel phalange immortalium ita porrò ſcripſit Suidas : *Immortales decem millia Perſarum lectiſſimi , quos Ardaburius Theodoſio imperante concidit & delevit .* Quod autem ſcribit deletam fuiſſe eam aciem tempore Theodoſii Junioris , ſic eſt accipiendum, ut liqueat iterum fuiſſe reſtitutam tempore Juſtiniani , quemadmodum conſtat ex Procopio , ubi loquitur de bello ſuſcepto à Beliſario contra Perſas : *Perſæ igitur , qui cornu ſiniſtrum tenebant , Bareſmana Duce cum Immortalibus in Romanos ex adverſo conſiſtentes curſu contendunt .* Et iterum: *Alii igitur Perſæ ac turma Immortalium inclinatum videntes vexillum , & in terra procumbens , in Romanos , qui ibi aderant cum Bareſmana impetum faciunt .* Imperatores porrò Byzantini , imitatione Perſicorum Principum , ſuos in exercitu habuere Athanatos vel Immortales , quos à Nicephoro Logotheta inſtitutos fuiſſe refert Brienius lib. 4. Id nominis adepti ſunt , quoniam quędam quaſi erat ſchola militaris , pacis bellique tempore ſuis deſerviens Imperatoribus , & vacationis ignara . Carolum Magnum etiam catervam in ſuo exercitu habuiſſe , quæ Immortalium vel Athanatorum nomine merebat , ſcribit Monachus Sangallenſis lib. 2. Nec ſibi defuit Torquatus Taſſus , quominus commemoratione Immortalium ſui Poematis illuſtrandi occaſionem arriperet . Sic autem de illis Cant. 19.

Ella è detta immortal , perche difetto
In quel numero mai non fu pur d'uno ;
Mà empie il luogo voto , e ſempre eletto
Sottentra buon nuovo , ove ne manchi alcuno .

Et Cant. 20.

Fugge , non ch'altri , omai la regia ſchiera ,
Ov'è dell'Oriente accolto il nerbo :
Già fù detta immortale ; hor vien , che pera
Ad onta di quel titolo ſuperbo .

Quandam cum Perſarum Immortalibus ſimilitudinem habuit apud Gallos equitum ordo , quem vernacula voce appellabant trimacreſiam . Rem ſcitu dignam refert Rhodiginus l. 25. cap. 1. Sed quoniam , ut aſſolet, nullum indicat Scriptoris teſtimonium , fides penes ipſum ſit .

Athletica . Latinè ars certandi . Plin. lib. 7. cap. 56. *Hercules Olympiæ Athleticam invenit .* Vide *Gymnaſtica .*

Athleta . Latinè certator . Cic. 2. Tuſc. *Faciunt idem cum exercentur Athletæ .*

Athleticus , a , um . Validus , robuſtus . Celſ. lib. 4. cap. 6. *Athletico victu corpus firmandum eſt .*

Athletice . Validè , robuſtè . Plaut. Bacchid. 5. *Benène uſque valuit ? C. Pancraticè , atque athleticè .*

Athlotheta , æ . Judex & diſpenſator præmiorum in certamine , ſed propriè ludicro . Latinis *Munerarius .*

Atra dies . Sic appellabatur apud Romanos , quæ memorabili aliqua accepta clade ſignabatur . Hujuſmodi præſertim fuit dies ille , quo Tribuni militum legiones ad Alliam fluvium educentes à Gallis victi ſunt , Urbemque amiſerunt . Cannenſis etiam cladis , aliæque perplurimæ publicis infortuniis notatæ dies , Atræ habebantur . Pulcherrimum eſt Lucani illud lib. 7. , ubi ſcribit non eſſe demirandum , Romam non retuliſſe inter dies Atros funeſtiſſimum illum , quo immenſum Romani ſanguinis effuſum eſt in conflictu apud Pharſaliam inter Cæſarem & Pompejum . Ait ſiquidem , tam inſortunatum ac Reipublicæ exitioſum eum fuiſſe diem , ut ignorari illum , quàm ſignari à Roma præſtiterit ;

cedant feralia nomina Cannæ ,
Et damnata diis Romanis Allia faſtis :
Tempora ſignavit leviorum Roma malorum ;
Hunc voluit neſcire diem .

Vide apud Gellium lib. 5. cap. 17. multa de Atris diebus. Conſulendus etiam eſt Plutarchus in Queſt. Rom. quæſt. 25. Hinc porrò mos ille fluxit , ut Atros dicamus dies , quos per incidentem aliquam calamitatem aut ſiniſtrum eventum percurrimus . Ovid. lib. 1. de Art.

Magna ſuperſtitio tibi ſit Natalis amicæ ,
Quaque aliquid dandum eſt , illa ſit atra dies .

Origo & ratio hujus appellationis deſumitur à natura colorum . Albus ſiquidem exhilarat viſum , atque idcircò pro fauſto felicique habetur colore: contra verò de atro nigroque paſſim judicamus . Hinc nigris vel fuſcis avibus aliquid aggredi pro inauſpicato dicimus. Propert. lib. 2. 28.

Nigraque funeſtum condidit omen avis .

Ad eum etiam modum nigram mortem , Inferos atros appellamus . Stat. 4. Theb.

In ſcopulis mors atra ſedet .

Idem lib. 5.

ille Deos , Furiarumque atra fatigat
Concilia .

Quibus Antiquitas perſuaſa in ſententiis capitalibus ferendis albos calculos habebat ad abſolvendum , nigros ad ſumendum capitale ſupplicium , ut fusè tradunt interpretes Perſii ad illum verſiculum , Satyr. 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta .

Ovid. etiam Metam. lib. 15.

Mos erat antiquis niveis atriſque lapillis ,
His damnare reos , illis abſolvere culpâ .

A Thracibus exordium fuiſſe ſumptum albis lapillis ſignandi fortunatos dies , nigris adverſos , habemus ex Plinio lib. 7. , qui docet , eam gentem pro uniuſcujuſque diei experimento , nigros calculos in urnam conſueviſſe conjicere , ut calamitoſos ſignificarent dies ; albos , ut indicarent hilariter & ad votum tranſactos . Ubi autem quis diem ultimum obiiſſet , excutiebantur urnæ , & ex utriuſque diverſi generis eductis calculis , de infelici , vel fortunato invidendoque ſtatu extincti hominis judicabatur . Sed de his vide plura apud Demſpterum in Paralipom. ad Rofin. Antiqq. Rom. lib. 4. cap. 9. Vide *Nefaſti dies .*

Atrabatica saga . Memorantur à Pollione in Gallienis , & à Vopiſco in Carino , in quos vide eruditiſſimum Salmaſium . Ab ipſo conſtat nomine fuiſſe veſtes militares . Dicuntur Atrabaticæ paſſim , cum Atrebaticæ eſſent dicendæ , conſueto more *a* litteram *e* ſubſtituendi ; ad quam formam Alamannos dicimus pro Alemannis . Nugantur Suidas & Codinus in originibus , qui ab atro colore dictas putant . Certiſſimum eſt ab Atrebatis Belgii populis fuiſſe appellatas . Ea Civitas quoniam vulgò *Arras* vocatur , ideo apud Italos id genus veſtimenti dicitur *Arrazzo* , & frequentiùs *Arazzo* . Adverterunt id Academici à Furfure ;

Araz-

Arazzo, panno teſſuto a figure per uſo di parare & addobare, detto così dal fatto nella Città d'Arazzo. Et quoniam apud Vopiſcum prolatæ leguntur Atrebaticæ ſine ſubſtantivo, animadvertendum eſt cum Salmaſio eum modum in veſtibus fuiſſe apud Veteres admodum uſitatum, qui adjectiva veſtium pro ipſis ponunt ſubſtantivis. Iidem albam dicebant pro alba tunica; dalmaticam pro tunica dalmatica, quæque à Dalmatis veniebat; prætextam, pro tunica, quæ purpura eſſet prætexta. Et ſimiliter galbina, ſcutulata, pexa, raſa, pro veſtimentis raſis, galbinis, pexis, & ſcutulatis.

Attilæ gladius. Vide *Martis gladius*.

Audacia, æ. Dicitur ab avidè agendo, ut notat Feſtus. Illud Nonius inter Audaciam, & audentiam diſcrimen ſtatuit, ut Audacia de temeritate, audentia de fortitudine dicatur. Verùm hoc de audentia. De Audacia verò non ſemper eſt obſervatum ut dicatur de niſu temerario. Equidem, ut multa miſſa faciam, quæ collegit Henricus Stephanus Schediaſm. lib. 4. cap. 29. duobus id maximè teſtimoniis conficio. Primum ex Livio: *Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerunt Equites*. Alterum ex Virgilio lib. 5.

Quique pedum curſu valet, & qui viribus audax,

Ubi nihil eſt tergiverſandum in locutione ſimplici planaque; nimirum *viribus audax*, ibi eſt viribus præſtans vel fortis: nullum ibi locum temeritas habet. Audentes certè apud caſtigatos Scriptores fortes eſſe, minimùm verò temerarios, liquet ex Virgilio lib. 10.

Audentes fortuna juvat.

Quod Virgilius ex Ennio traxit, qui dixerat,

Fortibus eſt fortuna viris data.

Obſerva autem audentem à Virgilio dici, quem Ennius fortem dixerat. Arreptum avidè præclarum Virgilii pronunciatum ab aliis Scriptoribus. Ovid. Metam. 10.

Audentes Deus ipſe juvat.

Et 2. Faſt.

Audentes forſque Deuſque juvat.

Quod præfati Scriptores dixere de audente, alii in eandem ſententiam protulerunt de forti. Liv. lib. 8. *Vicit pars, quæ in præſentia videri potuit majoris animi, quàm conſilii: ſed eventus docuit fortes fortunam juvare.* Et Tibullus.

fortes adjuvat ipſe Deus.

Terentins etiam in Phorm. *Fortes fortuna juvat*, Hinc Fortuna ipſa dicta Fortis. Ovid. 6. Faſt.

Ite Deam læti Fortem celebrate Quirites.

Obſerva autem adversùs quoſdam explanatores in iis Saluſtii verbis: *Semper in prælio his maximum eſt periculum, qui maximè timent: audacia pro muro habetur*, audaciam non pro fortitudine poſitam eſſe, ut videntur ſonare verba, ſed pro temeritate. Loquitur enim ibi ad ſocios Catilina, homo furioſus actuſque in abruptum ambitione & odio in Rempublicam. Apud Ciceronem verò nihil crebriùs legitur quàm audacia in malam ac deteriorem partem pro vi inconſulta & feroci. Sic enim lib. 1. Offic. *Animus paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quàm fortitudinis.* Idem pro Sext. Roſc. *Quanto majores noſtri ſapientiùs, qui cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitaverunt.* Hinc illæ apud eundem formulæ frequentes: *comprimere, contundere, frangere audaciam*. Et perſæpe apud eundem Oratorem audacia cum impudentia & improbitate conjuncta. In hanc ſententiam Stat. lib. 10. Theb.

adde moram ſceleri, & metire quod audes.

Quod paraphraſticè in eodem libro ſic latiùs explicavit:

ne fræna animo permitte calenti:
Da ſpatium tenuemque moram, mala cuncta miniſtrat
Impetus.

Quemadmodum autem Virgilius aliique dixerunt, audentes à fortuna juvari, ſic optimè Statius pronunciavit à conſiliis fortibus honeſtiſque, quam longiſſimè abeſſe fortunam. Sic enim ſcribit lib. 10.

Invida fata piis, & fors ingentibus auſis
Rara comes.

Ita fert volubile ejus ingenium, favor ſuſpectus, & infida fides. Idem exempla ſtabiliunt utriuſque fortunæ. Ignem Prometheus è ſolis rota ſurripuit felici exitu, utpote ſavillis illis humani corporis à ſe compacti luto animato. Senſit contra Phaeton quanto non tam ſuo, quàm terrarum exitio ejuſdem Solis flammatus currus attrectaretur. Audacia tranſvolandi per aerem confutis ceraque nexis ad humeros pennis Dædalo quidem feliciter ceſſit, Icarum verò filium in mare dejecit, ut ſuo fretum illud nomine nobilitaret. Temerario quidem, ſed tamen felici niſu Hercules ad Inferos penetravit. Eadem expeditio in Tartarum ſempiterni luctus & acerbiſſimæ viduitatis cauſa Orpheo fuit. Majori ne compendio an pernicie humani generis per felicem temeritatem adapertæ fuerint viæ brevi ligno in vaſtiſſimum pelagum à Typhi vel Jaſone incertum eſt. Diem autem dicendo eximerem, & citiùs me verba, quàm exemplorum copia deficeret, ſi velim enumerare ad parum ſobria conſilia progreſſos temere Duces ſecundo interdum eventu, longè crebriùs adverſo & funeſtiſſimo. Horatius Cocles adversùs Etruſcas copias pontem ſolus ſuſtinuit: Sceva Centurio Cæſarianus impigrè ſtationem ſuam tutatus eſt ſolus contra innumeros Pompejanos armatos. Quod illis impunè & ad poſteros glorioſum fuit, acceleratæ mortis cauſa extitit Curioni, quem inconſulta temeritate prolapſum in cuneos Pompejanorum fruſtra adhortatus eſt Cn. Domitius Præfectus equitum, ut fuga ſalutem peteret, ſeque in caſtra reciperet. Negavit ille reliquum eſſe conſilio locum, poſtquam Cæſari ſacramento ſe obſtrinxerat, non reverſurum ſe in ejus conſpectum, amiſſo exercitu, quem ſuæ fidei commiſiſſet. Itaque ut ejus exitum prodam verbis Lucani lib. 4.

Curio fuſas
Ut vidit campis acies, & cernere tantas
Permiſit clades compreſſus ſanguine pulvis,
Non tulit afflictis animam producere rebus,
Aut ſperare fugam: ceciditque in ſtrage ſuorum
Impiger ad lethum, & fortis virtute coacta.

2. In univerſum rem ipſam æſtimanti revocantique ad trutinam utriuſque partis documenta, minimè obſcurum fuerit, damnoſiſſimam militiæ peſtem temeritatem eſſe. Quare prudentiſſimum fuit Auguſti judicium, de quo ita Svetonius in ejus vita: *Nihil autem minus in perfecto Duce quam feſtinationem temeritatemque convenire arbitrabatur*: Adjiciens, *ſat celeriter fieri, quidquid*

Digitized by Google

quid fiat ſatis bene : Idemque confirmans veteri Græcorum verſiculo, in hunc modum latinè reddito ab Henrico Stephano Schediaſm. lib. 4. cap. 29. *Eſt melior audaci Duce is, qui cautus eſt*. Sapienter etiam Cæſar lib. 6. de Bell. Gallic. *Hoſtium temeritas commodam dimicandi facultatem præbet*. Item Valer. Max. lib. 9. cap. 8. *Temeritatis ſubiti & vehementes ſunt impulſus, quorum ictibus hominum mentes concuſſæ nec ſua pericula diſpicere, nec aliena facta juſta æſtimatione proſequi valent*. Certè, ut prudentia cunctationem, ſic inſcitia coofidentiam parit. Antigonus accepto nuncio extincti filii, *ſerò*, inquit, *fili interiiſti, qui toties te tam temerè in hoſtes conjeceris*. Cum diu toleraſſet Fabius Maximus Minutii Collegæ audaciam felicem à plurimis collaudari, palàm tandem profeſſus eſt magis ſe ſecundam illius fortunam, quam adverſam pertimeſcere. Sentiebat oimirum Dux prudentiſſimus ab improvida ejuſdem ferocia in extremum paulò poſt diſcrimen rem Romanam adductum iri. Huc etiam pertinet, quod Auguſtus ſolebat dicere, qui ultima ſollicitarent diſcrimina, leves pręſertim ob caoſas, ſimiles eſſe piſcantibus hamo aureo, qui nullius capturæ pretio amiſſus ſemel ſarciri poſſit. Noo immeritò proinde inter militares pœnas Romanorum etiam illa in uſu fuit, ut audacioribus militibus vena exſolveretur. Neque enim tam ſupplicium illud, quàm medicina erat; nimirum ut reſciſſa ſanguinis exuberantia diſcerent in poſterum bellatores temerarii intra ratioois gyrum ſe continere.

3. Poſtremò animadvertere iterum non prætermittam, quod ſuperius tetigi, obtinuiſſe quidem frequentiſſimam loquendi ſcribendique rationem apud Veteres, ut audacia & temeritas in ſermone atque ſcriptura ſumantur promiſcuè, verùm intercedere inter ea oomina aliquid diſcriminis, ſi penſiculatiùs revocentur ad trutinam. Apparet certe audacem eſſe, qui inuſitato & parum cauto conſilio utitur; Temerarium verò eum dicimus, qui nulla cauſa, cœcoque ductu, ac planè inconſultò & temerè aliquid agit. Profecto appellationes illas non eſſe ſynonyma oſtendit Livius lib. 44. *Nec aliud reſtabat, quàm audacter commiſſum pertinaci audacia, quæ prudens interdum in exitu eſt, corrigere*. Intelligis prudentem quandoque exitum audaciam ſortiri. Id equidem de temeritate Livius noo protuliſſet. Ita verò grave & conducibile reputatum eſt ſæpenumero conſilium ab audacia ſumptum, ut ipſi Audacię Numini ante periculoſos conflictus ſupplicaſſe oonnunquam Imperatores ſit memoriæ proditum. Memorat id Appianus de Bell. Punic. de Scipione adversùs Aſdrubalis & Syphacis copias, exercitu longe impari, pugnaturo. *His dictis, miſſiſque Præfectis ad armandum exercitum, ipſe ſacra fecit Audaciæ, Pavorique; nequis, ut in nocte, panicus terror accideret*.

Audacia Dea. Huic etiam in Bello litatum fuiſſe teſtatur Appianus de Bell.Pun. *Ipſe ſacra fecit Audaciæ Pavorique; nequis, ut in nocte, panicus terror accideret; ſed fortiſſima opera exercitus exiſteret*.

Audentia, æ. Vis impigra & expedita alacritas io re ardua. Vox eſt Tacito familiaris 15. Anoal. *Ceterorum ut quiſque audentiæ habuiſſet, accederent*. De Mor. Germ. *Rara & privata cujuſque audentia apud Cattos in conſenſum vertit*. Et infra: *Nec defuit audentia Druſo Germanico*. Occurrit eadem vox apud Plin. lib. 8. Epiſt. 4. *Si datur Homero & mollia vocabula, & Græca ad lenitatem verſus contrahere, extendere, inflectere, cur tibi ſimilis audentia, præſertim non delicata, ſed neceſſaria negetur?* Audaciam ab audentia in hoc differre ſtatuit Nonius, ut audentia ad fortitudinem, audacia ad temeritatem pertioeat? Non alienum fuerit ſic etiam diſtinguere, ut audax ad habitum, audentia & audens ad actum referatur. Plura ſuper hac voce Scriptorum teſtimonia congeſſi, quoniam ejuſdem nulla fit mentio cum exemplis Veterum apud Vocabulariorum Scriptores. Permagni ſanè rei literariæ interfuit ſermonis Latini voces à viris doctiſſimis, ſervato alphabeti ordine, collectas digeſtaſque publico uſui fuiſſe traditas. A' primis illis Lexicariis omiſſa per inſcitiam, vel incuriam, reſtituerunt ſubinde Grammatici eruditiſſimi, multiſque privati laboris additamentis auctiora ſubiode fecerunt volumina, quæ ſub Theſauri Linguæ Latinæ, & Ambroſii Calepini titulis prodierunt. Verùm quandoquidem in ipſis locupletioribus Lexicis, adhuc multa ab Antiquis uſurpata vocabula prætermiſſa eſſe ootatum eſt, idcircò Patribus Societatis Jeſu Collegii Romani, ut literatorum Reipublicæ rem gratam & conducibilem facerent, conſilium fuit auctiorem & pleniſſimum concinnare Theſaurum Linguæ Latinæ, in quem, quæ aliorum diligentiam fugiſſent, vocabula referreotur. A quinquaginta ferè annis huic decurrendo ſtadio, omniſque Latii Scriptoribus ac monumentis pervolutandis curam ſedulam & diligentem impenderunt Patres in hoc literaturæ genere verſatiſſimi; collatoque multorum annorum ſtudio innumera ferè, aut ab aliis non aoimadverſa notarunt, aut perperàm intellecta veræ germanæque lectioni atque ſententiæ reſtituerunt. In ejuſmodi labore exantlando immenſo ſcilicet & laborioſiſſimo præ cæteris eminuerunt P. Albertus de Albertis, P. Hieronymus Petruccius, & P. Dominicus Muſanti, in Rhetoricæ facultate olim Præceptor meus. Horum eo ſuper Vocabulario volumioa manu exarata & ſchediaſmata, ut ipſe in poſterum quantulacumque meæ diligentiæ acceſſione obſervarem, augerem, & caſtigarem, utque iiſdem perficiendis atque adeo typis edendis meam etiam conferrem ſymbolam, mandarunt mihi Moderatores mei. Quominus ad honeſtiſſimam eam Spartam pro meo modulo exornandam è veſtigio contentis remis veliſque convolarem, obſtiterunt curæ tranſverſæ hujus Lexici Militaris, in quod veluti quoddam æſtuarium me pridem conjecerat ætati Martiæ armiferæque vigiliolas haſce meas gratificandi animus. Ubi primùm ab impeditiſſimi hujus Euripi fluctibus afflatu benigni Numinis aſpirante, renavigavero, nihil moræ io me fuerit, quin ad pertexenda deceſſorum meorum exorſa vires omnes atque conatus adjungam. Ut autem redeam ad illa, quæ indicavi, Patrum Collegii Romani ſpicilegia & ſicilimenta Latini ſermonis, ſcias à me non ita pauca ex eo promptuario vocabula produci, quæ apud vulgatos alios Dictionariorum & Gloſſariorum Scriptores neutiquam invenies. Id verò eam ob cauſam te præmonitum volui, ut ſicubi hic offenderis Latinas voces, quarum apud alios Lexicarios oullam legeris mentionem factam, ooveris apud me extare earundem Elenchum & Syllabum ex indicatis monumentis

me-

memoratorum Patrum Collegii Romani, & mantiſſa etiam aliqua ac ſuperpondio noſtrorum in iis literis ſtudiorum. Decem ipſos annos poſtquam hæc ſcripſi cum mihi eſſet renunciatum, novum Lexicon Latinum impenſe auctum & caſtigatum in lucem prodiiſſe opera Jacobi Facciolati, in florentiſſimo Archigymnaſio Patavino Rhetoricæ Profeſſoris; cumque illud avidè legendo percurriſſem, mihi candidè fatendum eſſe ſentio, animadverſionum noſtrarum maximam partem eodem Lexico eſſe occupatam. Quod ego poſteros juvandi ſtudium, opuſque ſumma diligentia elaboratum Viro Clariſſimo ex animo gratulor.

Audentissimus, a, um. Tacit. in Agric. *Jamque agmina & armorum fulgores, Audentiſſimi cujuſque procurſu &c.* Gellius lib. 7. cap. 2. *Annibal ille audentiſſimus atque fortiſſimus*.

Audenter. Impigrè & fortiter. Ulp. lib. 5. Pandect. tit. 4. initio: *Non audenter tamen dicitur*. Nota Marium Nizolium in Theſauro L. L. parum diligenter in adverbio *audenter* adduxiſſe locum Taciti lib. 4. *Quidam audentiùs apertis in collibus viſebantur*. Aliud quippe ſimplex audenter, aliud adverbium ex comparativo audentiùs.

Ausum, i. Pro conſilio fortiter quidpiam aggrediendi. Virgil. lib. 9.

me nulla dies tam fortibus auſis
Diſſimilem arguerit.

Tacit. 2. Annal. *Auſa ejus impedivit tarditas onerariæ navis*.

Ausus, us. Auſum. Hirt. lib. 4. de Bell. Alexand. *Gabinius auſu ductuque ſuo &c.* Valer. Max. lib. 4. cap. 7. *Pari amicitiæ auſu*. Latro in Declam. *Nos verò te tam temerario auſu tendentem contra mandata Senatus &c.* Petron. in Satyr.

& inſolito greſſus prior occupat auſu.

Macrobius lib. 7. cap. 15. *In ipſam diſciplinam diſciplinarum invehitur parricidiali auſu medicina*.. Congeminanda putavi hujus vocis teſtimonia adversùs aliquos, qui eam tanquam novitii inventi reputant explodendam.

Avartæ, arum. Lora equi jugalis, quæ poſt tergum excurrunt, ut placet Budæo: vel capitis ornamentum, quo habenæ figuntur: ſic appellatæ, quoniam illis equus facilè vertitur, ut cenſet Alciatus. Memorantur in L. Q. in Tract. de Curſ. publ. *Sella cum frenis ſexaginta libras, totidem Averta non tranſeat*.

Aves. Non rarò fuiſſe Martis ſocias & conciliatrices victoriarum ex veterum Scriptorum monumentis intelligimus. Ut autem omittam de Gallo, Aquila, & aliis quibuſdam ſcribere, de quibus alibi à nobis ſermo inſtituitur, vehementer admirabile eſt, quod legimus apud Herodianum, Parthos adversùs Romanos ſuam arcem oppugnantes ollas dejeciſſe avibus venenatis oppletas, quæ perfractis lagenis evolantes infeſto laniatu Romanos inſilientes è gradu deturbabant, arce ſervata. De anſeribus, qui Capitolium adversùs Gallos ſervarunt, proprio in loco à nobis eſt dictum. Notiſſimum eſt, quod de L. Valerio legitur, qui adversùs Gallorum validiſſimum ſumptis armis, eundem facilè interemit, auxilio corvi capiti ſuo inſidentis, hoſtemque alis roſtroque infeſtantis: ex quo Valeriis Corvinorum cognomentum acceſſit. Florus lib. 1. cap. 13. *Iterum Pontino agro, cum in ſimili pugna L. Valerius, inſequente Gallo, ſacra alite adjutus retulit ſpolia, & inde Corvini*. De avibus internunciis ſeparatim dicendum.

Aves diræ. Inauſpicatæ caſtris, & cadaverum paſtu poſt conflictus ſaturæ. Vide *Vultures*, & *Funus*.

Augurium, ii. Dicitur ab avium garritu vel geſtu. Chaldæi primùm & Thuſci à volatu cantuque avium prædictiones faciendi artem invexerunt. Ab iis acceptam Romani & coluerunt religiosè, & ſummæ dignitatis creato Augurum Magiſtratu, conſecrarunt. A' tribus antiquis tribubus, Luceres, Rhamnenſes, & Tatienſes Augures prius inſtituti. Verùm poſtea, ut eſt inſatiabile ſuperſtitionis ingenium, non numero ſolùm, ſed cæremoniis & peculiari quadam diſciplina aucti Augures. Eorum collegium quindecim viris conſtabat, quorum princeps Magiſter Collegii dicebatur. Horum præſtans inprimis dignitas. Hinc habemus Auguſtum, idem ac ſacrum; & eo nomine tanquam Diis proxima Majeſtate inſignitos Cæſares. Cum Auguria capiebantur, templum, ideſt locum certumque ſpatium (de quo vide in voce *Templum*) Augur conſtituebat. Is indutus læna, capite velato, & lituum manu geſtans, eodem Cœli Regiones deſcribebat, unde ſumendæ divinationes. Læva pars, quæ ſeptentrionalis erat, propter altitudinem felicia nunciabat; pars dextra ſive meridies, quoniam eſt depreſſior, inominata & parum fauſta habebatur. Formula eligendi per augurium erat per hæc verba ab Augure prolata, cum dextera manu Numæ, ut hoc utar exemplo, caput contingeret: *Juppiter Pater, ſi fas ſit Numam Pompilium, cujus ego caput teneo, Regem Romæ eſſe, fac ut nobis ſigna certa ac clara ſint inter eos ſinus, quos feci*. Signiſque obſervatis vel renunciabatur ille Rex, vel non placere id Diis Augur teſtabatur. Mirum eſt tantę Religioni apud Romanos fuiſſe rem auguralem, cum conſtet nugatoriam artem ab iiſdem fuiſſe cognitam. Certe Cato apud Cic. lib. 2. de Divin. ajebat, mirari ſe, ſi Augur Auguri occurrens ſibi temperaret à riſu: propter impoſturas ſcilicet non ita tectas, ut in vulgus etiam non pateſcerent.

2. Nihil verò ſuperſtitiosè magis in bellis indicendis, omnique re militari, quàm Auguriorum ratio ſervata eſt à Romanis. Captari autem ſolebant à Cœlo, ab avibus, à pullis, à quadrupedibus, & à Diris, ſive prodigiis & oſtentis. Et de prodigiis quidem ſeparatim dicemus. Cœleſtia Auguris fulminibus ferè ac tonitru portendebantur. Ea ſi in caſtra decidiſſent, calamitates cladeſque nunciabant, ut notat Feſtus; ſi aut lęvum, aut impari numero intonuiſſet, proſperi eventus & ſumma felicitas indicari putabatur. Infauſtum erat ſerena tonuiſſe tempeſtate. Hinc M. Craſſo audita ſereno Cœlo tonitrua, & fulmina delapſa in caſtra, quæ trans Euphratem metatus fuerat, indicium extitere memorabilis cladis, quam paulò poſt perpeſſus eſt. Non poſtremum in divinationibus locum apud Romanos habuiſſe fulmina teſtes ſunt fulgurales libri, totam eam diſciplinam complexi, quos ſtudiosè Augures conſulebant. Fam etiam ob cauſam templum Jovi Fulgurio fuiſſe dicatum legimus, cieri quippe fulmen à Jove credebant amplexu Junonis. Id commentum veram indicat fulminis cauſam. Juno etenim Poetis aer eſt, cujus per ignem illiſione fit fulmen. Eorum diſciplinam, ut fere reli-

Digitized by Google

qua ad Religionem, ſeu potius ſuperſtitionem pertinentia, ab Etruſcis Romani hauſere. Quemadmodum in caſtra fulmen decidens clades, ſic in Comitia delapſum mutationem publici ſtatus ſignificabat, ut legitur apud Svetonium in Vita Auguſti. Vide Senec. Natural. quæſt. lib. 2., Voſſium de Idol. lib. 3., qui prolixiùs hanc materiam agitant.

3. Non impari diligentia in omni militari expeditione Auguria petebantur ex avibus. Æſtimatum nempe vulgò eſt mentem & conſilia Deorum tanto nobis melius callere aves, quanto ſunt cœlo propiores. Capiebantur autem ex oſcinum cantu, ex præpetum volatu, ex paſtu pullorum. Aquila inprimis ſi dextra volaret parte, patuliſque & porrectis alis perſtreperet, victoriam nunciabat. Eam ſic in hoſtes trajicientem cum vidiſſet Ariſtander, Alexandrum ante conflictum victorem pronunciavit. Eadem cum Marciani gregarii militis ad ſolem dormientis caput protegeret, eidem poſt Theodoſium Juniorem capeſſendum prænunciavit imperium. Corvi inter ſe dimicantes pulloſque diſcerptos devorantes præſagium fuere belli Civilis inter Syllam & Marium, quod bellum multo Romanorum ſanguine eſt depugnatum, & diras Reipublicæ incuſſit calamitates. Eædem aves Alexandro Babylonem ingreſſuro, & Ciceroni ſtructas ab Antonio inſidias vitanti, impendens periculum interminatæ ſunt ſuo ſtrepitu atque garritu. Notum eſt, duodecim Vultures Romulo bellicæ condendæ Urbis auſpicium extitiſſe; eaſdemque aves ſpem injeciſſe Dario Perſici Regni. Infiniti operis fuerit Auguria militaria in utramque fortunam referre, quæ Hirundines, Columbæ, Pici Martii, Bubones, Noctuæ, aliæque aves cantu ſuo vel volatu præſtiterunt. Eadem fides quadrupedibus habita. Ex his præcipuè notati ſunt lupi, vulpes, capræ, lepores, muſtelæ, mures. Ab his multa ſuperſtitioſè obſervata paſſim legimus apud Hiſtoricos præſertim Romanos; ac potiſſimùm Livium, ejuſmodi rerum, ut ſæpe notavi, perpetuum obſervatorem. Quemadmodum enim Chriſtianæ Religionis eſt felices eventus militares ad ſupremi Numinis & cœlitum opitulationem piè ſanctèque referre, ſic quædam fuit veterum ambitio, nihil putare fauſtum, niſi quod divinitus eſſe putarent prænunciatum. Verùm de hac materia, quę longam habet tractationem videndi ſunt Scriptores, qui prolixè & compoſito ſtudio agunt de re augurali, & præſertim Alex. ab Alex. lib. 5. Blondus lib. 2. Romæ triumph., & Roſin. Antiqq. Rom. lib. 3. Nos etiam de his multa. Conſuleſis præſertim dictiones *Prodigia*, *Extiſpicium*, *Religio*.

4. Quanti verò non Romani ſolum, verùm etiam Græci Auguria & oſtenta fecerint, docet Cicero lib. 1. de Divinat., ubi recenſet portenta ante pugnam Leuctricam, quæ poſtremam calamitatem attulit Spartiatis. Nam & in ſtatua Lyſandri continuò coronamentum apparuit ex dumis aſperis, ſtellæque aureæ Delphis poſitæ à Lacedæmoniis deciderunt ante conflictum, nec apparuerunt arma Herculis in ejuſdem fano, tanquam Deus ille arreptis armis ad opem ferendam Thebanis ſuis acceſſerit.

5. In eductione etiam claſſium, navigatione, & bello navali vis Auguriorum plurimùm polluit. Conſultæ primùm aves: è quarum cantu lætæ vel adverſæ præſagitiones quæſitæ expeditioni navali: Horat. lib. 1. Od. 13.

mala ducis avi domum
Quam multo repetet Græcia milite.

Idem Epod. 9.

Mala ſoluta navis exit alite.

Huc etiam ſpectant illa ejuſdem lib. 3. Od. 21.

Antequam ſtantes repetat paludes
Imbrium divina avis imminentum,
Oſcinem corvum prece ſuſcitabo,
Solis ab ortu.

In appulſu præſertim obſervabantur diligenter nomina & natura rerum, quæ primùm occurriſſent, ex vario quarum aſpectu ſpes vel timor ingeneratus hauſtuſque animis. Liv. lib. 30. de Annibale: *Annibale jam appropinquante juſſus è nautis unus aſcendere in malum ut ſpecularetur quam tenerent regionem. quum dixiſſet Sepulcrum dirutum proram ſpectare, abominatus, prætervehi juſſo gubernatore, ad Leptim appulit claſſem.* Idem lib. 29. de Scipione: *Scipio quod eſſet proximum promontorium percontatus, cum Pulcri promontorium id vocari audiviſſet, placet omen, inquit, huc dirigite naves.* Valer. Max. lib. 1. cap. 5. de Pompejo: *Appellens ad oppidum Paphum, cum conſpexiſſet in littore ſpecioſum ædificium, gubernatorem interrogavit, quod ei nomen eſſet, qui reſpondit, Cacobaſilea vocari, quæ vox ſpem ejus, quantulacumque reſtabat, comminuit. Neque id diſſimulanter tulit: avertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorem, quem ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.* Notum autem illud de Cæſare, qui è navi deſiliens, cum procidiſſet in terram, ſiniſtro omine in auſpicium feliciſſimum verſo, dixit; Africam teneo.

Augurale, is. Pars erat in caſtris, ut indicavimus in voce *Prætorium*. Illuc ſcilicet libamenta illata cremabantur, & ex vetuſtæ ritu religionis ſumebantur auſpicia. Tacitus de Germanico: *Nocte cœpta egreſſus Augurali, per occulta & Vigilibus ignara &c.* Idem Author 2. Annal. *Structam ante Augurale aram ſubdita face accendi.* Sic enim legendum eſſe, non *Auguralem aram*, ut vulgò ſcribitur, Lipſius aptè ſuſpicatur. Idem locus ab Hygino Auguratorium vocatur: *Auguratorium parte dextra Prætorii, tribunal lęvâ, ut accepto Augurio inſuper aſcendat.*

Auguratorium, ii. Vide *Augurale*.

Augustei milites. Vide *Cattus pro Inſigni*.

Augustale, is, Quintil. lib. 8. cap. 2. *Carmen funebre propriè Nenia, & tabernaculum Ducis Auguſtale.* In caſtris Imperatoriis nomen erat tabernaculi, quod ipſius erat Imperatoris, quod alio nomine tentorium vel tabernaculum Prætorium dicitur.

Augustales milites. Ab Auguſto Cæſare inſtituti, ſuoque donati ſunt nomine. Milites erant adjuncti Ordinariis. Veget. lib. 2. cap. 7. *Auguſtales appellantur, qui ab Auguſto Ordinariis juncti ſunt.*

Augustalia, um. Feriæ erant ludique ſolemnes, Auguſtales appellati. Originem clarè tradit Dio lib. 54. *Ob reditum Auguſti, ac propter ea, quæ abſens egiſſet, multa ac varia in honorem ejus decreta ſunt, quorum ille nihil accepit, niſi quod Fortunæ reduci aram conſecrari, diemque ſui reditus inter ferias referri, & Auguſtalia dici paſſus eſt.* Tacitus etiam Annal. lib. 1. *Tribuni plebis petivere ut proprio ſumptu ederent ludos, qui de-*

no-

Digitized by Google

nomine Augusti fostis odditi, *Augustales vocarentur*. Inſtituti autem fuerunt poſt Augusti reditum à bello Parthico, & Syriaco.

Augustiani. Occurrunt apud Svetonium in Nerone cap. 25. *Augustianos*, *militeſque ſe triumphi ejus clamantibus &c.* Suſpicatur Fabrettus de Columna Trajani cap. 7. milites fuiſſe è familia, vel collegio caſtrenſi, atque adeo ex genere ſatellitum, vel ſpeculatorum.

Avocare arma. Apud Quintilianum lib. 9. cap. 1. hæc leguntur verba: *Namque ut in armorum certamine adverſos ictus*, *& rectos oe ſimplices manus*, *cum videre*, *tum etiam cavere ac propulſare facile eſt*; *overſæ tectæque minus ſunt obſervabiles*, *& aliud oſtendiſſe quàm petos*, *artis eſt*: *ſic oratio*, *quæ oſtu caret*, *pandere*, *mole*, *& impulſu præliatur*: *ſimulanti variantique conotus in latera atque in terga incurrere datur*, *& arma advocare*, *& velut nutu fallere*. In his verbis, ubi author dixit *armo advocare*, quoniam verbum illud *advocare* otioſum eſt & nihil planè ſignificat, Salmaſius expuncta vulgarium codicum voce, aptè reponit *avocare arma*, quod ad Quintiliani ſententiam maximè facit. Eſt autem avocare arma, in unam partem ictum minari & oſtendere, ſed aliam petere. Sæpe enim bellatores, cum hoſtis partem aliquam tectam atque munitam obſervant, aliò ictum dirigere per aſtum ſimulant. Fieri autem ſolet, ut illuc cum armis ſcutoque advolans adverſarius, aperiat ſeſe, & tunc cautus bellator in partem armis nudatam ictum transfert, fallitque adverſarium. Corruptum hinc etiam cenſet idem Salmaſius Statii locum lib. 6. Theb. in voce *advocat* pro *avocat*.

levat ecce diuque minatur
In latus otque oculos, illi rigida arma caventi
Advocat, & manibus nec opinum interſerit ictū
Callidus, *& mediam deſignot vulnere frontem*.

Et hæ quidem ſunt captiones illæ, fictæque petitiones armorum, quas vulgò dicimus *Finte*. Eas armorum ludificationes doloſque deſcribit Taſſus eleganter in monomachia Argantis, & Tancredi cant. 6.

Cautamente ciaſcuno o i colpi move
La deſtra, *ai guardi l'occhio*, *ai paſſi il piede*,
Si reca in atti varii, *e in guardie nove*:
Hor giro intorno, *hor creſce innanzi*, *hor cede*.
Hor quì ferire accenna, *e poſcia altrove*,
Dove non minacciò, *ferir ſi vede*:
Hor di ſe diſcoprire alcuno parte;
Tentondo di ſchernir l'arte con l'arte.

Aurati milites. Vide *Argentati milites*.

Aurea pro æreis. Vide *Diomedis*, *& Glauci permutatio*.

Aureæ, arum. Feſtus. Lora equorum circa aures. Ab auribus ipſæ etiam nuncupatæ.

Aurea corona. Unum fuit ex honeſtiſſimis præmiis militaribus. Quis illam primus acceperit, non ſatis conſtat. Plinius tamen lib. 33. cap. 2. tradit A. Poſthumium Dictatorem apud Lacum Regillum, caſtris Latinorum expugnatis, ei, cujus maximè operâ capta eſſent, coronam auream dediſſe. Poſtea verò L. Lentulus Sergio Cornelio Merendæ, Samnitum oppido capto, auream eidem coronam attribuit, ut ibidem legitur apud Plinium. De aurea verò corona communi hìc agimus. Conſtat enim muralem, caſtrenſem, & navalem coronam fuiſſe etiam ex auro. Verùm hæ ſingularia habebant inſignia, ut expoſuimus in propriis locis. De Corona igitur aurea communi Liv. lib. 7. *Dictator coronam auream dedit donum*, *miriſque eam pugnam laudibus tulit*. Idem lib. 26. *Non minimum fuere ſpectaculum cum coronis aureis præcedentes Soſis Syracuſanus*, *& Mericus Hiſpanus*. Acceperunt id procul dubio Romani à Græcis, ac præſertim Atheniensibus. Nam apud Liv. lib. 31. Rhodiorum populus coronâ aureâ, virtutis ergo donatus à Græcis legitur.

Auricula, æ. Exporrectio ad latera propugnaculorum, arcuali vel quadrata figura, ad humanæ auris ſpeciem aliquam. Excogitatum non ita pridem hoc additamentum; præcipuè ad tegendos tormentorum ſuggeſtus, & ad majus exhibendum ſpatium libratoribus ad conſiſtendum. *Orecchia*, *Orecchione*.

Auriculares, & **Auricularii.** Pro exploratoribus. *Spie*. Memorantur in ſæculo latinobarbaro. Chronic. Novalicenſe lib. 5. *Hic denique mittens Auriculares & præcones*, *qui luſtrarent Civitates & Caſtella*, *ne homines inconſultè loquerentur de eo*. Item Auriculares ævo degeneris latinitatis audiunt Conſiliarii. Brito: *Auricularius*, *ideſt Secretarius*, *ab auricula*, *quia ſecreta ſolent dici in aure*. Lambertus Ardenſis: *Sciens Rinaldum eſſe Regi Franciæ Auricularium & conſanguineum*, *& in omnibus ei aſſidentem*. Charta Simonis II. Ducis Lotharingiæ: *Qui patris noſtri Seneſcallus extiterat*, *& fidelis Auricularius ſecretorum*.

Auriflamma. Conſentiunt fere Scriptores Gallici Auriflammam vexillum fuiſſe, quo Monachi Regalis Cœnobii S. Dionyſii multis & illuſtribus victoriis aucti ſunt. Cum enim Cœnobitarum hoſtes agerent ſæpe de invadendis eorum oppidis, agriſque incendendis, & quoquo demum modo de ſancto eorum otio infeſtando, diripiendiſque eorum bonis, Abbates Monaſterii in manus Illuſtrium Principum Advocatorum vel Protectorum tradebant commemoratum S. Dionyſii vexillum, quod ſecuritatis pignus quoddam & certiſſimum victoriæ præſagium interpretabantur. Vexillum erat illis perſimile, quæ hodie aſſervari ſolent in templis, & circumferri per vias cum publicæ indicuntur preces. Fuit proinde quadratum laciniis ad extremitatem interſectis, exornatiſque ſericis vel aureis fimbriis. Velum ipſum ſive ſericum, ſive ex alio fuerit non vulgaris pretii panno, coloris fuit rubei accenſique. Lancea verò ſive haſtile, quo regebatur, item tranſverſus baculus deſuper eidem inſertus cum tornatis hinc inde manicis inauratus fuit. Quare verum etymon Auriflammæ ab eadem lancea inaurata & colore ruben vel igneo panni ducendum eſt. Nec audiendi qui eam originem à flammula vel flammulo, quæ item poſteriore ævo uſurpata fuere vexilla, deducunt. De baculo Auriflammæ inaurato, & colore velaminis ſic habet Hiſtoria S. Dionyſ. *Et ſi portez l'Oriflambe en bataille*, *c'eſt à ſcavoir un glaive tout doré*, *où eſt attaché une banniere vermeille*. Quo vero tempore, & quemadmodum in poteſtatem Galliæ Regum cum cœnobio Monachorum, eorumque latiſſimo Principatu ipſum venerit vexillum S. Dionyſii, vide apud Cangium Diſſert. 18. ad Joinvill. Ex eo certe tempore Auriflamma primarium fuit & nobiliſſimum Gallicis Regibus militare vexillum. Rigordus Ann. 1215. *Revocatur vexillum B. Dionyſii*, *quod*

omnes præcedere in bello debebat. Item Villelmus Briton. Philipp. lib. 2.

Aſt Regi ſatis eſt tenues criſpare per auras
Vexillum ſimplex, cendato ſimplice textum,
Splendoris rubei, letania qualiter uti
Eccleſiana ſolet certis ex more diebus.
Quod cum flamma habeat vulgariter aurea nomen,
Omnibus in bellis habet omnia ſigna præire.
Quod Regi præſtare ſolet Dionyſius Abbas,
Ad bellum quoties ſumptis proficiſcitur armis.

Præcipuè autem per occaſionem multiplicis expeditionis ad bellum ſacrum Orientis Reges ipſi Gallici ex Ara S. Dionyſii Auriflammam ſumebant obſequio pari atque fiducia. Id verbis Villelmi Nangii eò libentiùs referam, quo iiſdem etiam indicatur quemadmodum ſacrum illud vexillum cum Principatu Monaſterii S. Dionyſii in eorundem Regum poteſtatem devenerit: *Rebus bellicis in portu Aquarum mortuarum præparatis, Rex devotus cum filiis & multis Regni proceribus ad S. Dionyſium patronum ſuum ſecundùm antiquam Regum Francorum conſuetudinem, licentiam accepturus acceſſit. Itaque Martyres B. Dionyſium, Ruſticum, & Eleutherium devotiſſimè cum multis precibus interpellans, vexillum de Altario S. Dionyſii, ad quod Comitatus Vilcaſſini pertinere dinoſcitur, quem etiam Comitatum Rex Franciæ debet tenere de dicta Eccleſia in feudum, morem antiquum Prædeceſſorum ſuorum ſervare volens, ſigniferi jure, ſicut Comites Vilcaſſini ſolitè erant ſuſcipere, ſuſcepit cum pera & baculo peregrinationis*. Italis id vexillum dicitur *Oriafiamma*. Hoc nomine Dantes Paradiſ. cant. 31. condecorat Deiparam Virginem:

Così quella pacifica Oriafiamma
Nel mezzo s'avvivava, e d'ogni parte
Per igual modo allettava la fiamma.

Ad quem locum Academici Florentini indicatum eſſe contendunt à Poeta memoratum vexillum Auriflammæ, cui idem Poeta Deiparam æquaverit, innuens à quocumque hoſtico aſſultu innoxios futuros, qui ſub Virginis militant patrocinio; quomodo conſtans fama occupavit ſuperari neutiquam eos potuiſſe, qui prœlia inirent, præcedente vexillo Auriflammæ, quod à Cœleſti Nuncio traditum olim fuit Conſtantini filio, ut affirmat Author Regalium Franciæ. Aliter tamen iidem Academici exponunt *Oriafiamma*, nimirum *Fiamma d'oro*. Landinus ad eum Dantis locum conjunctim legit *Pacificoria fiamma*. Mihi illud *Pacificoria* non eſt ex Dantis palato. De hoc demum vexillo Lucas Pulcius Ciriff. Calvan. cant. 1.

Onde Luigi Rè di Francia degno,
Figliuol di Carlo Magno Imperadore,
Volſe ſpiegar quel glorioſo ſegno,
Oro, e fiamma, Veſſillo di ſplendore;

Et cant. 5.

La feſta fu del Capitan perfetto;
Dov'era d'oro, e fiamma il Gonfalone;

Iterum ibidem:

L'ultima ſchiera volle il Rè Luigi,
Che non fece all'uſanza de Pagani,
E ſchierate le genti di Parigi,
Che furon cento migliaja di Criſtiani;
Gridavan viva Francia, e S. Dionigi.

Et iterum ibidem:

Dall'altra parte il Criſtian noſtro ardito
Gedova San Dionigi, e ſua Mongioja.

Idem ibidem:

Parve a Tibaldo per concluſione,
Da poiche la Città và a fuoco e fiamma,
Che aſſaltar ſi doveſſi il Gonfalone,
Et così parve a Malducco di Ramma,
Et l'Alpatrice anche hebbe opinione,
Se ſi poteſſe rapire Oroſiamma
Da poiche ſon condotti in doppio aſſedio,
Che queſto ſia per ultimo rimedio.

Ejuſdem vexilli meminit Joannes Villani lib. 12. *E fece trarre di S. Dionigi l'Inſegna d'oro e fiamma, la quale è addogata d'oro e vermiglio*. Vide *Mons Gaudii*.

Auriga, æ. Communis eſt generis apud Priſcianum. Ovid. lib. 2. Metam.

Hic ſitus eſt Phaeton currus auriga paterni.

Auriga dicitur Feſto, quaſi regens aureas: ſunt autem aureæ pars habenæ circa aures equi. Sic dicitur rector equi, vel currus, ex quo certabatur tum in ſacris ludis, tum in acie militari. Et militaris quidem currus duos geſtabat, bellatorem, qui è curru pugnabat, & Aurigam, ſive agitatorem, qui aptè flexis vel circumactis equis currum regebat ex uſu normaque certa aggrediendi hoſtem, perrumpendi cuneos, aſſiliendi, reſiliendique, ut res præſens & nocendi opportunitas poſtulabat. Non igitur mirum, ſi Heroes Duceſque eximii nonniſi amiciſſimos quoſque atque adeo conſanguineos haberent Aurigas. Legimus apud Virgilium lib. 12. Juturnam, Turni ſororem, Deamque, cum in gravi periculo frater verſaretur, excuſſiſſe de curru Aurigam Metiſcum, ipſamque ſimulata Metiſci effigie Aurigam ſe prœlianti germano exhibuiſſe:

Hoc concuſſa metu mentem Juturna virago,
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit, & longè lapſum temone relinquit:
Ipſa ſubit, manibuſque undantes flectit habenas
Cuncta gerens vocemque & corpus, & arma Metiſci.

Ad idem exemplum apud eundem Virgilium lib. 10. legitur Lucagus bellatoris locum in curru obtinuiſſe, germanum verò Ligerim, Aurigæ:

Interea bijugis infert ſe Lucagus albis
In medios, fraterque Liger: ſed frater habenis
Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.

Nobilium Aurigarum nomina ea ferè ſunt, Automedon Auriga Achillis; Virgil. lib. 12.

equorum agitator Achillis
Armiger Automedon.

Ubi quod dicit Aurigam fuiſſe armigerum, dubium relinquit, utrum in ipſo curru geſtaret Achillis arma eidem miniſtranda, vel potius aliud inſinuaverit munus Automedontis; ut idem extra currum militanti Achilli ejuſdem gerendis armis deſerviret: ubi verò è curru pugnandum eſſet, habenas ſolas manu geſtaret, neutiquam tunc Achilleis armis impedito corpore, uſuque aurigandi. Xerſis Perſarum Regis Aurigam fuiſſe Patyamphim docet Herodotus. Amphitus & Telchius Aurigæ fuerunt Caſtoris, & Pollucis, ut tradit Plinius lib. 6. Idæus Priami fuit Auriga. Virgil. l. 7.

Idæumque etiam currus, etiam arma tenentem.

Bellonam etiam Martis Aurigam fuiſſe Poetæ fabulantur. Homerus quoque lib. 5. Iliad. Junonis Aurigam Heben facit. Equi autem in curru flectendi ab Aurigis interdum erant bijugi, duo ſcilicet temone juncti: ejuſmodi erat currus militaris Turni. Virgil. lib. 10.

De-

Google

Deſiluit Turnus bijugis,
Interdum verò quadrijugi. Virgil. ibidem:
quin ecce Nyphæi
Quadrijuges in equos, adverſaque pectora tendit.

Quinam verò ex quatuor iis equis jugales, ſive jugarii, quive funales ſive funarii eſſent, cum aliis ad Aurigæ officium pertinentibus, vide in titul. *Aurigatio, & Circenſes*. Non levis erat peritiæ & laboris callere artem aptè agendi currus. Anniceris Cyrenæus, ut refert Ælianus, nobilis equorum agitator, artem ſuam Platoni oſtentaturus, ante academiam currus conjunxit, eundemque curſum iiſdem rotarum veſtigiis, nihil delirando ſæpius repetiit.

Aurigator, oris. Auriga. Rufus Avienus in Arat.
Aurigatorem par ſit quoque cura videre.

Aurigo, as. Currum rego. Sveton. in Nerone: *Mox & ipſe aurigare, atque etiam ſpectari ſæpius voluit*.

Aurigor, aris. Idem. Varro apud Nonium: *Natura aurigatur, non neceſſitudo*.

Aurigarii, orum. Sic appellatos conjicit Torrentius Aurigarum inſtructores. Sveton. in Nerone cap. 5. *Perfidiæ verò tantæ, ut non modo argentarios pretiis rerum coemptarum, ſed & in prætura mercede palmarum Aurigarios fraudaverit*.

Aurigatio, onis. Gell. lib. 7. cap. 8. *Luſus, geſtationes, Aurigationes*. Genus certaminis curulis, non ludicri ſolùm, verum etiam militaris. Equos ad jugum jungendi mos vetus fuit, ſed quatuor olim in quadriga equi jungebantur duplici temone, æquataque omnes fronte; ut duos ſiniſtros temo unus interjectus, duos dextros alter temo contineret. Clyſthenes Sicyonius primus quadrigam oſtendit cum uno temone: ſic autem illam exhibuit, ut duos equos medios, jugo jungeret, quibus alium utrinque addidit loro vinctum. In hujuſmodi quadrigis extremi equi funales dicebantur, medii jugales vel jugarii. Et ea plane figura cernuntur equi quadrigarii Circenſes in vetuſtis marmoribus & Numiſmatis, ut funales extremi inter jugarios uno nexos temone, æquata fronte videantur procedere. Sed longe alius erat uſus & ratio funalium in Circenſibus, ac in Militia & aliis uſibus. Nam in acie uſuque cætero quadrigarum, dextri funales præſtantiores erant; in Circenſibus ſiniſtri funales apprimè flecti faciles & expertiſſimi omnium eligebantur; propterea quòd meta ad ſiniſtram partem erat circumflectenda. Vix hodie hujus formæ quadrigæ ſunt in uſu: ſic autem binos funales ſolemus jungere, ut præcedant binos jugarios.

2. Ab hac voce *Aurigatio* trahit Ferrarius vocabulum Italicum *Regatta*. Sic autem dicimus contentionem ſive agonem nauticum, cum nautæ curſu certantes ad certam ſibi præfixam metam incitatiſſimè naves adigunt, utque eâdem metâ primi potiantur omni exſerto robore in agendis remis contendunt. A' Circenſibus proinde ludis, in quibus profectò de circumeunda ſepties meta acerrima erat Aurigarum concertatio, accerſit Ferrarius dictionem *Regatta*, quæ de curſu nautico propriè dicitur. Sic autem ipſe ſcribit in Epiſt. ad Juſtinianum: *Extremum hunc, Arethuſa, mihi concede laborem, ut pauca de voce* Regatta *referam, cujus notatio haud ſatis ſcio an hactenus à quoquam intellecta ſit, aut explicata: cum non admodum tamen difficilis, aut operoſa ſit. A' ludis enim Circenſibus, ſive curruum certamine, & aurigatione translata eſt. Nemo ignorat in Circo Aurigas contendiſſe, quis prior metam ſepties circumflecteret. Ita alter alterum prævenire ac prævertere laborabat. A' cujus ſimilitudine navibus de velocitate certantibus Aurigatio dicta eſt. Hinc per aphæreſin* Regatá, & Regatare, Aurigata, & Aurigatare. *Sic divinus Poeta in quinto certamen navium in ludis funebribus Anchiſæ Circenſibus comparat, &* Regattam *oculis ſubjicit. Ab* Aurigare *autem etiam* Gara *defluxit: quod eſt contentio ab eodem factionum ſtudio. Imò &* Rigattieri, *quos Latini propolas dixerunt: quòd ſcilicet inter ſe contendant, fructus præcoces, ac res eſculentas, quæ primùm in fora apparent, emere, ut cariùs diſtrahant*. Hanc originem vocis *Regatta* ſpecioſam magis quam veram exiſtimat Menagius. Qui porrò in hoc vocabuli ſtadio, quaſi in agone Olympico, ſuas vires experiri voluit. Trahit autem vocem *Regatta* à remo; ex quo *remicata*, & hinc *Regatta*. Ut verò in hujus explicatione voculæ mihi etiam liceat aliquid afferre, candidè pronuncio neutrum etymologicum mihi ſatis probari. Quod enim attinet Aurigationem Ferrarii, rancidicula eſt & vieta derivatio vocis *Regatta* à ludis Circenſibus, quorum non uſum duntaxat, verùm fere memoriam, tot ſæculorum interjectu intercidiſſe neceſſe eſt; ut plane vix cuiquam cordato ſatis commodum videri poſſit voculæ recens ortæ atque vulgaris originem à Romanæ Reipublicæ temporum longinquitate repetere. Quod autem addit Menagius de remo & *remicata* minus arridet. Eſt enim *Regatta* dictio peculiaris nautarum & navium concertantium. Si autem à remo & *remicata* deduceretur, impulſus omnis atque progreſſus cujuſvis navis remis actæ bellè & propriè diceretur *Regatta*. Exiſtimo autem vocem *Regatta* originem trahere à verbo *capio* & *recapio*: ex quo frequentativa *capto* & *recapto*, & hinc *regatta*. Quod autem ad hunc omninò modum res ſe habeat, perſuadent mihi niſus ipſi nautici, qui in agendis navibus ſumma alacritate & labore contendunt: quod mihi certamen ſæpiùs eſt oculis uſurpatum. Nimirum ſicubi nautæ viribus deficere incipiunt, edito tunc clamore, adhortantes ſe mutuò novoque quodam vigore remis inſiſtentes, quaſi vires & impetum recaptant & reſumunt, ut moras ſarciant, & ad anteriores perveniant, vel eoſdem etiam præveniant. Non aliter Entellus Virgilianus,

Acrior ad pugnam redit & vim ſuſcitat ira.

Ab eo igitur nautarum niſu, quo ſubinde per laborem exactum languidiores facti iterum excitantur & vires recaptant, omninò dictam exiſtimo vocem *Regatta*, quaſi virium recaptum. Eandem ſtatuo originem vocis *Rigattieri*. Nego autem primùm omnium, ut de iis etiam aliquid in tranſitu dicam, eos duntaxat populari nomenclatura vocitari *Rigattieri*, qui, ut opinatur Ferrarius, vinum duntaxat & viliſſima quæque eſculenta divendunt. Conſtat ſiquidem ad eos etiam ejuſmodi appellationem, & quidem potiſſimum pertinere, qui genus omne domeſticæ ſupellectilis undecumque coemptum diſtrahunt, & mercimonium exercent ex omni varietate utenſilium. Et hi quidem non ab Aurigatione, ſed à *capto*, ſuæ ſortiuntur appellationis originem. Liquet nimirum ejuſmodi propolas accepta & corraſa undique, &

colle-

collecta pretio utenſilia à venditoribus capere, vel recapere. Redeunt enim ad inſtitorum manus frequenter merces illæ venales: neque enim aliter id genus hominum vitam ſuſtentat. A' capiendo igitur, recapiendo, & recaptu proximè & nitidè, meâ fluunt ſententiâ *Rigattieri*. Nam quod attinet originem vocis *Gora*, fit ea vox procul dubio à Latinorum *garrio*, ex quo Italorum *garrire* etiam pro objurgare. Dantes Inferu. 15.

Purche mia coſcienza non mi garra.

Aurum coronarium. Sic explicatur à Gellio lib. 5. cap. 6. *Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ ob triumphi honorem Imperatoribus mittuntur. Id vulgò dicitur Aurum coronarium.* Feſtus tradit Victoribus coronas primùm ex lauru tradi conſueviſſe: quibus poſtea aureæ ſucceſſerunt. Neque verò una aut altera ſolùm præferebatur in triumphis, ſed pene innumeræ pro opulentia devictæ Provinciæ. Quinquaginta coronas aureas memorat Livius in triumpho Æmilii Regilli; centum viginti quatuor in triumpho L. Manlii Alcidini. Placuit demum, ut pro coronis aureis certa pecuniæ ſumma Victoribus à devictis Provinciis penderetur: & hoc quidem Auri coronarii nomen obtinuit. Servius ad Æneid. 8.

Dona recognoſcit populorum.

Aurum coronarium dicit, quod triumphantibus hodieque à victis gentibus datur. Imperatores autem hoc imponebant propter conceſſam vitam, ideo ergo dicit dona: ſi hoc non eſſet, ſpolia diceret. Sed adverte contra Servium Aurum coronarium non tam fuiſſe mulctam victis irrogatam, ob impetratam ſalutem; quam pecuniam mulctatitiam, quæ ab aliis etiam exigebatur provinciis: vel argenti aurique vim, quæ ab iiſdem provinciis ſponte offerebatur. Ammianus lib. 25. *Liberalitatis ejus teſtimonia pluria ſunt & veriſſima, inter quæ indicta ſunt tributorum admodum levia, coronarium indultum, remiſſa debita multa diuturnitate congeſta.* Et clariùs Julianus Aug. lib. 1. Theod. de Auro Coron. *Aurum coronarium munus eſt voluntatis, quod non ſolùm Senatoribus, ſed nc aliis quidem debet indici, licet quædam indictionum neceſſitas poſtulaverit; ſed noſtro arbitrio reſervari oportebit.* Ad alias non victas Provincias idem aurum pertinuiſſe indicat Spartianus in Hadrian. *Aurum coronarium Italiæ remiſit, in provinciis minuit, & quidem difficultatibus ærarii ambitioſè & diligenter expoſitis.* Conflari autem id aurum conſueviſſe ex præda, & manubiis inſinuat Cicero Orat. in Piſon *Mitto aurum coronarium, quod lex & decerni & accipi vetat, niſi decreto triumpho, quod ad quemque pervenerit ex præda & manubiis.* Adde, non ſolùm per occaſionem triumphorum, verùm etiam adoptionis, & ſpectaculorum, eam mulctam pecuniariam fuiſſe provinciis irrogatam, ut advertit Dempſter. in Paralip. ad Roſin. Antiqq. lib. 10. cap. 29.

Auspicium, ii. Primum falſæ religionis argumentum apud Romanos erant Auſpicia. De iis Liv. lib. 6. *Auſpiciis hanc Urbem conditam eſſe, auſpiciis bello ac pace, domi militiæque omnia geri, quis eſt qui ignoret?* In exercitu bellicaque adminiſtratione penes ſolum Imperatorem erant auſpicia. Cęteri ejus auſpiciis pugnabant. Hinc frequentes illæ formulæ. Sveton. de Auguſto: *Domuit autem partim ductu, partim auſpiciis ſuis.* Horat. lib. 4. 14.

Te copias, te conſilium, & tuos

Præbente Divos.

Credebatur quippe Imperator bellum feliciter auſpicatus ſuos militibus Deos atque ſortunam commodare. Hinc Ovid. lib. 2. de Triſt.

Per quem bella geris, cujus nūc corpore pugnat,
Auſpiciam cui das grande Deoſque tuos.

Cic. lib. 1. de Divinat. *Rem bellicam majores noſtri adminiſtrari, niſi auſpicato, noluerunt.* Cum verò dicimus Imperatorum propria fuiſſe Auſpicia, Conſules quoque nominatos accipias, Dictatores, Prætores, alioſque majores copiarum Duces. Nam Proprætores, & Proconſules non habebant Auſpicia, quæ propria erant Magiſtratuum. Hinc ejuſdem Ciceronis quærelæ illæ: *Quam multi anni ſunt, cum bella à Proprætoribus & Proconſulibus adminiſtrantur, qui Auſpicia non habent.* Minores Duces, cujuſmodi apud Romanos erant Legati, Tribuni militares, Magiſtri equitum aliique, ſuo ſortaſſe ductu, ſed non ſuis auſpiciis bella gerebant. Idcircò etiam ſupplicationem & triumphum Romani Legatis negabant, licet inſignes victorias adepti eſſent abſente Imperatore, quoniam illi ſuo quidem ductu, non ſuis autem militabant auſpiciis. Quibus verò ritibus ac cęremoniis Auſpicia caperentur, vide apud Roſin. Antiqq. Rom. lib. 3. Morem bella auſpicandi, ut multa, ex Græcis Romanos deſumpſiſſe Curtius indicat lib. 6., apud quem Alexander hæc habet: *Quoniam alia ductu meo, alia imperio, Auſpicioque perdomui.* Niſi fortaſſe mavis Romanum Hiſtoricum ex uſu patrię figuratè locutum fuiſſe. Vide *Extiſpiſcium*. *Augur*, *Augurium*.

Aut cum hoc, aut in hoc. Subaudi clypeo. Idem valet atque dictio illa alia popularis: *Aut ſtanti vincendum, aut moriendum.* Spartanæ nimirum mulieres, cum filios ad bellum profecturos armarent, clypeum tradentes illa adjiciebant verba; *Aut cum hoc, aut in hoc*, quaſi dicerent, aut oppetenda vobis pugnantibus honeſta mors eſt, & in clypeo poſt obitum locatis in patriam redeundum, aut victoribus clypeumque geſtantibus patria reviſenda.

Autsretes, vel Autsretæ. Vide *Epibatæ*.

Anthoritas in Ducs. Una eſt ex quatuor prærogativis & dotibus, quas Cicero pro Lege Manilia, quæ fere tota de Pompeii laudibus eſt oratio, in Imperatore depoſcit. Sermonem autem ibi non facit Tullius de ea Authoritate, quæ à Latinis ſumitur pro poteſtate vel dignitate, in quo ſenſu ſic idem Cicero dixit 3. Philipp. *Tantus autem conſenſus municipiorum coloniarumque provinciæ Galliæ, ut omnes ad Authoritatem hujus ordinis, majeſtatemque populi Romani defendendam conſpiraſſe videantur.* Sed neque nobis hìc Authoritas eſt, imperii vis illa ſeverior, qua Duces metu ſuppliciorum abſterrere milites ſolent, nullique delinquentium ignoſcere, juxta quam acceptionem non ſemel eo vocabulo Vegetius utitur. Quæ porrò Authoritas non ſolùm ex viri exiſtimatione, verùm etiam ex ipſa vultus conſtantia & dignitate verborum comparatur. Authoritatem hìc cum Tullio accipimus pro hauſta penitus inolitaque militum animis exiſtimatione ſui Imperatoris, cujus merita & præſtantiam experiendo præſertim didicerint. Sic autem de ea Authoritate Tullius memorato in loco: *Et quoniam Authoritas multum quoque in bellis adminiſtrandis, atque imperio militari valet, certe nemini dubiam eſt,*

eſt, quia ea in re ille idem ipſe Imperator plurimùm poſſit. Vehementer autem pertinere ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocii de Imperatoribus veſtris exiſtiment. Neque enim quidquam aliud eſſe Viri magni Authoritatem contendunt, quàm excellentiam quandam, vitæ probitate, ſcientia, vel honoribus partam, cujus gratiâ ejuſdem dictia factiſque acquieſcimus, multumque deferimus. Illud autem ejus prærogativę ſingulare quoddam atque pulcherrimum commodum eſt, ut eadem pollentes viri, etiam ſi minus vera vel conſentanea rationi ſuadere contendant, adhuc tamen fidem inveniant. Luculentiſſimum ejus rei teſtimonium habemus ex Euripide verbis illis Hecubæ ad Ulyſſem:

Authoritas verò, etſi malè dicat, tua
Perſuadebit.

Cum autem adminiſtratio bellica multa & factu difficilia comprehendat, nimirum hoſtem apertè vel inſidiis circumvenire, ejus conſilia antevertere, eundem Marte multiplici fruſtrare atque ludificari, allicere etiam ad deditionem, vel ad defectionem ſollicitare: ad hæc, quæ ſæpè temerè caſuque contingunt, ad conſilium flectere; interdum univerſis viribus Martem laceſſere, quandoque velitari agmine ciere hoſtem & carpere: poſtremò algidum & æſtuoſum annum ſub dio, vel ſub pellibus conſtanter tranſigere; huc illuc tranſportare militem cum vallo, buccellato, aliiſque onerum impedimentis: cum ea, inquam, omnia atque alia longè plurima Imperatoriæ ſint adminiſtrationis, præterire neminem poteſt ad ea obtinenda ſine queſtu, tumultu, & tergiverſatione Armatorum, vehementer conducere magni invictique Ducis Authoritatem. Facilè quippe iis ſubdimur, quorum præſtantiam ſuſpicimus, & promptum eſt obſequium, ubi de conſilii maturitate non dubitatur. Clariſſimum ei rei teſtimonium prodidit Polybius lib. 1., ubi docet, Carthaginienſes, cum demiſſiſſimos animos gererent, nec jam aciem ad vindictam, ſed latebras ad fugam quærerent, poſt iteratas clades à Romanis acceptas, reſtitutos tamen facili negotio fuiſſe ad ardorem & alacritatem priſtinam, ubi primum iiſdem innotuit exercitus univerſi Ductorem deſignatum fuiſſe Xantippum Lacedæmonium, de cujus excellenti virtute atque prudentia ita multis experimentis erant certi, ut eodem Duce lætiſſima omnia præciperent animis, nulloſque ſiniſtri Martis eventus perhorreſcerent. Superſedeo ſuper ea re immenſam evolvere exemplorum farraginem; cum liqueat annales bellicos, faſtoſque evolventibus, unius ductu, voce, & imperio ad ſpem & audaciam revocatos, qui jam hoſtium terrore metuque perciti de propria ſalute, ne dum de victoria conclamaverant. Id verò vel maxime locum habet in exortu ſeditionum, ubi irritati ad ſigna deſerenda, vel ad publicam perniciem animi, ut docet Virgil. lib. 1. Æneid.

ſi fortè virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant;
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Quo, meo judicio, reſpexit Perſius Satyr. 4.

Ergo ubi commota fervet plebecula bile,
Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Majeſtate manus.

Etſi verò tum ad militem tum ad infenſam turbam coercendam Imperatoris alloquium voceſque plurimum conferant, longè tamen firmiùs comparatur ac retinetur Authoritas notitiâ in vulgus diffitâ virtutis eximiæ factorumque illuſtrium, quàm peritiâ quantalibet dicendi perorandique. Præclara hinc Scipionis laus illa apud Livium: *Loquebatur ita elato ab ingenti virtutum fiducia animo, ut nullum ferox verbum excideret: ingenſque omnibus, quæ ageret, cùm majeſtas ineſſet, tum fides.* Conciliandæ porrò Authoritati non ultimas confert à præclaro aliquo facinore imperium ductumque auſpicari: nam prima fere virtute & conſilio Ducis, reliqua famâ vincuntur: Notavit id Tacitus in Vita Agricolæ: *Inſtandum eſſe famæ, ac prout prima ceſſiſſent, fore univerſa.* Et apud eundem de Cecinna alibi dicitur: *Conſilia curaſque in oppugnationem Placentiæ magno terrore vertit, non ignarus ut initia belli proveniſſent, famam in cætera fore.* Et hæc quidem ad colligendam Authoritatem ab ipſa Militiæ diſciplina, vel Ducum præſtantia proveniunt. Juvantur illa plurimùm atque exornantur ab extimis illis prærogativis, quæ mirum in modum allicere mortales ſolent. Ejuſmodi ſunt generis nobilitas, ſtaturæ modus, ætas imperio idonea, & commendatio ab ipſa forma vultuque Imperatorio. Verùm de his conſule, quæ in propriis titulis obſervavimus.

Authorati Milites. Sacramento & ſtipendio ad militandum adſtricti. Et quidem magis propriè Authorati dicuntur gladiatores, mercede conducti, quique venalem ſpiritum minimo pretio ad plebeculæ oblectationem in aperta conjiciunt pericula. Liv. lib. 7. *Authoratum ſibi proditorem ratus.* Qui enim ſua capita arenæ vendebant, cautiones ſolebant facere per hæc verba: *Uri, vinciri, virgis ferroque necari.* Horat. lib 2. Satyr. 7.

Quid refert uri, virgis ferroque necari,
Authoratus eas?

Quod expreſſit etiam Petronius in Satyr. *In verba Eumolpi ſacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quidquid aliud Eumolpus juſſiſſet. tanquam legitimi gladiatores, corpora animoſque religioſiſſimè addicimus.* His opponuntur Exauthorati, qui militiæ authoramento ſoluti ſunt & miſſionem impetrarunt. Liv. lib. 26. *Poſtera die, concione advocata, de rebus à ſe geſtis cum diſſeruiſſet, Exauthoratos dimiſit.* Aliquando cum infamia & nota dedecoris contingebat exauthorari milites, ut liquet ex Lampridio, qui ſcribit Alexandrum tumultuantes legiones exauthoraviſſe. Interdum verò id accidebat citra probrum & vituperationem, ut de legionibus ab Auguſto exauthortatis ſcribit Svetonius in ejus vita. *Authorati* autem & *authorari* dictiones ſunt, quæ proveniunt à voce *author*, vel *auctor*: utrolibet enim modo ſcribitur; utro verò ſit caſtigatiùs ſcribendum, Grammatici, & Critici variè diſputant. Si *Author* ſcribendum eſt, origo vocis eſt à verbo *Avea*, quod eſt vehementer cupere; remque exoptatam per ſe, vel per alium conficere. Si verò dicatur *Auctor*, origo vocis eſt ab augendo; ex utraque autem dictione ſatis commoda origo profluit ad Authoratos, vel Auctoratos.

Authoro, as. Propriè de militibus dicitur: eos verò eſt ſacramento & ſtipendio adſtringi. Cic. Epiſt. Famil. *Quia cum depreſſus in ludum, bis gratis depugnaſſet, authorare ſeſe nolebat.*

Authoramentum, i. Dicitur nexus & obligatio militis ſtipendio pretioque conducti. Cic. lib. 1.

Digitized by Google

Offic. *Mercedem ait eſſe authoramentum ſervitutis.*

Auxilia, orum. Veget. lib. 2. cap. 2. *Auxiliares copiæ conducuntur ad prælium ex diverſis locis, ex diverſis muneribus venientes; nec diſciplina inter ſe, nec notitia, nec affectione conſentiunt: alia inſtituta, alius inter eos eſt uſus armorum.* De iiſdem hæc Polybius: *Sub hoc ipſum tempus. Conſules denunciant Magiſtratibus ſociorum in Italia Civitatum, è quibus Auxilia, & commilitium habere volunt, ſignificantque iis & numerum, & diem, & locum, in quem convenire debeant, quos legent. At verò Civitates ſimilem facientes jam dicto delectum, itemque juramentum adigentes, mittunt eos, Præfectum conſtituentes, & Quæſtorem &c.* Legiones ex Civibus Romanis, Auxilia è ſociis, vel alienigenis conſcribebantur. Italiâ nondum redactâ in Provinciam, Legiones ex Romanis Civibus, Auxilia petebantur è ſociis Italicis. Subactâ Italiâ, & Civitate donatâ, legiones tam ex Romanis, quàm ex Italicis ſcribi cœptæ, Auxilia ex aliis gentibus, vel fœderatis, vel mercede conductis. At poſtquam magna pars Orbis tum cogniti Romanis legibus uti, immunitatibus frui cœpit, quod Antonini Pii lege factum eſt, delectus ſcribendis vel ſupplendis legionibus ex omnibus Provinciis facti: Auxilia à Barbaris, Armeniis nempe, Mauris, Germanis, Batavis ſumpta. Hoc religioſè ſervatum uſque ad tempora Probi Imperatoris. Hic accepta è Barbaris Auxilia per Provincias primùm ſparſit, immiſtoque ubique Barbaro Milite, Legionariæ & Auxiliaris militiæ ſacramenta confudit. Proceſſu verò temporis non ſolùm Barbaris ad Romanam militiam aditus adapertus, ſed ad honores etiam civiles. Romani verò in Auxiliis (quæ Barbarorum erant) ſacramentum dicebant: nam minor apud illos labor bellicus, auctiora & maturiora aderant præmia. Ea confuſio militiæ argumentum Syneſio dedit graviſſimæ orationis, quam habuit ad Arcadium. Vide Salmaſ. ad Capitolin. in Pertinace, & Vopiſcum in Probo.

2. Cæterùm Auxilium ab auctu, vel augendo dicitur. Varro: *Auxilium ab auctu, cum acceſſerant qui adjumento eſſent alienigenæ.* Ex quo Varronis loco, aliiſque Scriptorum veterum teſtimoniis ſcitè deducit Lipſius diſcrimen inter Auxilia & ſocios. Notat autem ſocios fuiſſe ſemper Italicos. Auxilia, ſive Auxiliares, externos. Iterum ſocios gratis militare conſueviſſe, frumento ſolùm à Romanis accepto; Auxiliares verò mercede conductos. Ab Hiſpania primùm ſubmiſſa Romanis Auxilia refert Livius lib. 24. *Id in Hiſpania ad memoriam inſigne eſt, quod mercenarium militem in caſtris neminem, antequam tum Celtiberos, Romani habuerunt.* Originem verò Auxiliorum à Bello Punico in Sicilia geſto, quod planè anteceſſit Bellum Hiſpanicum, de quo ſupra Livius ſcribit, trahit Zonaras tom. 2. *Deficientes à Carthaginienſibus Gallos, & alios quoſdam ſociorum, Romani ſtipendio conduxerunt, non ante peregrinum militem ſoliti alere.* Dum ſuum Reſpublica Romana vigorem obtinebat, vis omnis nervique exercitus in legionibus erant: in Auxiliis diſciplinæ minus, robur etiam & alacritas impar. Verùm Imperio conſeneſcente, corruptiſque moribus ambitu luxuque Caſtrenſi, præcipuum militiæ robur in Auxiliis fuit. Satis expreſsè id Tacitus: *Nihil validum in exercitibus, niſi quod externum.* Et alibi: *Provinciarum ſanguine Provincias vinci.*

3. Habemus autem ex Polybio quo ipſo tempore Romanorum Civium delectus in Urbe habebatur, Conſules ex Senatusconſulto à fœderatis Italiæ Civitatibus ſic Auxilia petiiſſe, ut numerum militum, diemque & locum, quo convenire deberent, indicerent. Liv. lib. 3. *Hernici, & Latini juſſi milites dare ex fœdere.* Et lib. 22. *Ad ſocios Latinumque nomen, ad milites ex formula accipiendos mittunt.* Et lib. 34. *Minucius Conſul ſociis, & Latini nominis magiſtratibus, legatiſque eorum, qui milites dare debebant, edixit, ut in Capitolio ſe adirent.* Delectum autem in ſuis Civitatibus habebant, ibique dicebant ſacramentum copiæ auxillares: quibus præſtitis proficiſcebantur ad Imperatorem Romanum cum ſuo Duce & Magiſtratu, qui ſtipendia penderet. Ex iis præterea promptiſſimos quoſque tum pedites tum equites ad ipſius Imperatoris tutelam & obſequium delectos à Præfectis, diſcimus ex Polybio.

4. Nihil damnoſiùs eſſe in exercitu, quàm extraneorum multitudinem in ordines receptam, apertè docet Vegetius lib. 3. cap. 1. *Illa tamen ratio eſt ſervata, ne unquam amplior multitudo ſociorum, Auxiliariorumve eſſet, quàm Civium Romanorum.* Idem præſcripſit Livius lib. 34. *Id poſtea cavendum ſemper Romanis Ducibus eſſe, exemplaque hæc verè pro documentis habenda, ne ita externis crederent Auxiliis, ut non plus ſui roboris, ſuarumque virium in caſtris haberent.* Et alibi: *Id primum cavendum puto Romanis Imperatoribus, ut ne plus alieni, quàm ſui roboris in caſtris habeant.* Tacitus etiam: *Nihil rerum mortalium tam inſtabile ac fluxum eſt, quàm fama potentiæ non ſuâ vi nixa.* Authoritatem præſtantium Hiſtoricorum exempla corroborant. Cn. Scipio, ut tradit Livius, non levem perniciem creavit rebus Romanis, cum in Hiſpania Auxilia Celtiberorum longè majore numero, quàm Romanæ Legiones eſſent, duceret. Similia paſſim apud Livium invenies. Proinde nonniſi ſupremæ neceſſitatis imperio adigente exercitus externo milite ſunt explendi. Nam Romani, ut ſuperiùs indicavi, non ſocios duntaxat & fœderatas Provincias ſollicitarunt, ſed Barbarorum interdum implorarunt opem, contraxeruntque exercitum ex diverſiſſimis gentibus. De Britannis ita Tacitus in Vita Agricolæ: *Abſtrahi liberos, injungi delectus, tanquam mori tantum pro patria neſcientibus, quantum enim tranſiſſe militum, ſi Britanni numerentur.* De Thracibus ita idem Hiſtoricus lib. 4. Annal. *Decreta triumphi inſignia Poppæo Sabino contuſis Thracum gentibus, qui montium editis inculti, atque eo ferociùs agitabant. Cauſa motus ſuper hominum ingenium; quòd pati delectus, & validiſſimum quemque militiæ noſtræ dare aſpernabantur: ne Regibus quidem parere, niſi ex libidine ſoliti: aut ſi mitterent Auxilia, ſuos Ductores præficere.* Evileſcente poſtea magis magiſque veteri diſciplina non ſolùm evocati pretio Barbari, ſed ſponte militantes admiſſi, iiſque proprii conceſſi Duces ad graviorem dedecoris notam & opprobrium Romani nominis. Profectò acciti extranei vix aliud quidquam vehementer expetendum afferunt, præter vim æmulationis, quæ validiùs afficit diſſonas nationes. Incommoda verò, quæ

ex

ex illoeum eum domeſticis permiſtione nsſcuntur, longè plura & graviora cenſentur. Etenim, præterquamquod metuendum ſemper eſt ab extero milite, qui nonniſi ſtipendii cauſa, & diteſcendi ſtudio arma conſociat; quanti eſt eos imperare, quibus non patria templa, non foci natales, non parentes, non liberi propugnantur? Certè domeſtici & minori ſtipendio contenti ſunt, & ubique propter inditum à natura gentis & patriæ amorem modeſtiùs agunt. Quod ſi magno numero exſuperant, nec omnia ferè eorum arbitrio permittuntur, inſoleſcunt exteri, ſuarumque virium conſcii conſpirant facilè, & imperia detrectant. Vix enim aliter quàm voluntarii bellatores habendi ferè ſunt. Prorſus ut ad cœtum voluntariorum præfatus eſt Dux Gothefridus apud Taſſum Cant. 5.

Ma ſe ſtimate ancor, che mal convegna
Al voſtro grado il rifiutar periglio,
E ſe pur generoſo ardire ſdegna
Quel, che troppo li par cauto conſiglio;
Non ſia, ch'involontarii io vi ritegna,
Nè quel, che già vi diedi, hor mi ripiglio;
Ma ſia con eſſo voi, com'eſſer deve
Il fren del noſtra imperio lenta e leve.

Poſtremò deſertiones atque transfugia faciliùs committunt exteri, utpotè vacui à metu amiſſionis fortunarum, quod arctiſſimum eſt vinculum diſciplinæ militaris. Vide plura, quæ Iſocrates in lib. de Pace eruditè diſputat adversùs milites mercenarios.

AUXILIUM, ii. De Auxiliis pro acceſſionibus exterorum ad confirmandas legiones ſatis diximus in ſuperiori titulo *Auxilia*. Hìc obſervo vetuſtiſſimum morem, Auxilium aut offerendi amicis, aut ab iiſdem implorandi, quod facimus inſtinctu ſuaſuque naturæ, & hortatu præſentis miſeriæ ad lætiora aſpirantes. Ne autem à ſtadio curriculoque deflectam rei militaris, ſatis conſtat ab ipſa armorum origine, & vetuſtiſſima bellorum adminiſtratione repetendam eſſe conſuetudinem, aut offerendi exhibendique militaris auxilii amicis, ſociiſque labefactatis & dejectis, aut idem ab ipſis implorandi, ubi præſens conditio acerbior, & Reipublicæ diſcrimen id expetit. Digna memoratu ſunt aliquot Senatus Romani conſulta, & reſponſiones ad Conſules, bellique Duces ſuper auxiliis & ope imploeata à ſociis. Honeſtatis, optimique moris pleniſſimum illud apud Livium lib. 7. de Campanis auxilium poſtulantibus adversùs Samnites: *Auxilio vos, Campani, dignos cenſet Senatus: ſed ita vobiſcum amicitiam inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia & ſocietas violaretur. Samnites nobiſcum fœdere juncti ſunt: itaque arma Deos prius, quàm homines violatura adversùs Samnites vobis negamus. Legatos, ſicut fas juſque eſt, ad ſocios atque amicos precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat.* Legatis verò Alexandrinis auxilium petentibus adveesùs Antiochum, ita reſponſum ex Livio lib. 44. *Legatos tres ad finiendum inter Reges bellum mittendos, qui prius Antiochum, dein Ptolemæum adire juſſi ſunt & nunciare, ni abſiſteretur bello, per utrum ſtetiſſet, eum non pro amico, nec pro ſocio habituros eſſe*. Item aliud ex eodem lib. 31. de Athenienſibus auxilium poſtulantibus adversùs Philippum Macedonum Regem ſuos fines vehementer infeſtantem. Sancitum autem; *Ut Athenienſibus ſociis gratiæ agerentur, quod diù ſolicitati, ne obſidionis quidem metu fide deceſſiſſent. De auxilio mittendo tum reſponderi: placere cum Conſules Provincias ſortiti eſſent, atque is Conſul, cui Macedonia Provincia eveniſſet, ad populum tuliſſet, ut Philippo Regi bellum indiceretur*. Adde, quod legitur lib. 21. ad Conſulem cum Legati Saguntinorum adversùs Annibalem orarent auxilium: *Legatos mitti in Hiſpaniam ad res ſociorum inſpiciendas. Utique, ſi videretur digna cauſa, Annibali denunciarent, ut ab Saguntinis, ſociis Populi Romani abſtineret; Carthaginemque trajicerent, ac ſociorum Populi Romani querimonias deferrent*. Contigit verò ſæpiùs è diverſo, ut cum infeſtiſſimis externoeum bellis laboraret Populus Romanus, eidem copias, naves, pecunias Reges ſocii pollicerentur. Horum Legatis actæ ſemper à Romanis gratiæ, & ſumma comitate reſponſum. Abunde ejus rei exempla ſuppetunt apud Livium. Seligo quod commemorat lib. 22. de Hierone Rege Syracuſanorum, quorum Legati flagrante Bello Punico, eam ad Romanos orationem habuere: *Cædem C. Flaminii Conſulis exercituſque ullatam adeo ægre tuliſſe Regem Hieronem, ut nulla ſui propria, Regnique* [illegible] *i clade moveri magis potuerit. Itaque quanquam probè ſciret magnitudinem Populi Romani admirabiliorem prope adverſis rebus, quàm ſecundis eſſe, miſſa tamen à ſe omnia, quibus à bonis fidelibuſque ſociis bella juvari ſoleant: quæ ne accipere abnuerent, magnopere ſe P. C. orare. Jam omnium primùm ominis causâ Victoriam auream pondo cccxx. afferre ſeſe: acciperent eam, tenerentque propriam & perpetuam*. Humaniſſimæ Hieronis pollicitationi non impari officiorum ſtudio à Senatu in hæc verba reſponſum: *Virum bonum egregiumque ſocium Hieronem eſſe, atque uno tenore, ex quo in amicitiam Populi Romani venerit, fidem coluiſſe, ac rem Romanam omni tempore ac loco munificè adjuviſſe. Id, perinde ac deberet, pergratum Populo Romano eſſe. Aurum à Civitatibus quibuſdam allatum, gratiâ rei acceptâ, non accepiſſe Populum Romanum: Victoriam omenque accipere; ſedemque ſe ei Divæ dare, dicare Capitolium templum Jovis Opt. Max. In ea arce Urbis Romæ ſacratam, volentem, propitiamque, firmam ac ſtabilem Populo Romano fore*. Per idem tempus ad extremum fermè periculum adductis Romanorum rebus, auxilium iiſdem attulere Legati Neapolitanoeum, allatis inſuper pateris aureis magni ponderis quinquaginta. Quibus, ut idem ſcribit Livius: *Gratiæ actæ pro munificentia curaque: paterâ, quæ ponderis minimi fuit, acceptâ*. Plura vide de ejuſmodi Romanorum exemplis apud Briſſonium de Formulis lib. 2.

AUXILIOR, aris. Cæſar lib. 4. de Bell. Gallic. *Neque ulla noſtris facultas aut adminiſtrandi, aut auxiliandi dabatur*.

AUXILIATUM, i, vel

AUXILIATUS, us. Pro auxilio dixere Veteres, ut ſuppetiatum pro ſuppetiis. Lucret. lib. 5.

Alituum porrò genus alis omne videmus
Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliatũ.

AUXILIARIS, re. Quod pertinet ad Auxilia, ut copiæ auxiliares, quæ vires erant ſociorum & Nationum exterarum apud Romanos, ut docet Feſtus, & nos diximus in voce *Auxilia*. Auxiliares cohortes dixit Cæſar l. 1. Bell. Civil. Auxiliares Duces habet Livius lib. 1. de Bell. Punic.

AUXILIARES, Subſtant. Pro copiis auxiliaribus. Veget. lib. 2. *Auxiliares conducuntur ad prælium ex diverſis locis.*

AUXILIARIUS, a, um. Auxiliaris. Cic. Epiſt. 165. *Militem non modò legionariam, ſed ne Auxiliarium quidem ullum quòquam miſi.*

AUXILIATORES. Pro Ferentariis poſuit Vegetius lib. 2. cap. 15. *Poſt hos erant Ferentarii, & levis armatura, quos nunc Auxiliatores, & armaturas dicimus.*

AXAMENTA, aliis ASSAMENTA. Carmina erant, quę in Herculis ſacrificiis canebantur à Saliis. Nam vetus Gloſſographus non Marti Salios, ſed Herculi attribuit. Vix autem adducor ut credam, quod ſcribit Feſtus; nimirum ejuſmodi verſus ab ipſis Saliis fuiſſe lucubratos. Perſuadet id mihi Quintilianus lib. 1. cap. 6., ubi Saliorum carmina ſic obſcura extitiſſe memorat, ut ne ab ipſis quidem Sacerdotibus, qui ea canerent, intelligerentur. Dicuntur autem Axamenta à vetuſta Græcorum voce ἄξων, quæ Latinis eſt tabula, ut conſtat ex Gellio lib. 2. cap. 12., ubi refert Solonis leges ligneis axibus Athenis fuiſſe inciſas. Columel. etiam lib. 6. cap. 30. *Quod facilè evitari poteſt, ſi aut ſtabula roboreis axibus conſtrata, aut diligenter ſubinde emundata fuerit humus.* Similiter ab axibus habemus verbum *coaxare*, quod eſt contabulare, & nomen *coaxatio*, quod frequenter legitur apud Vitruvium pro compactione axium vel tabularum, quæ ſuſternuntur in cœnaculis ad ſuſtinenda pavimenta. A' voce *Axis* Scaliger trahit vocem *Aſſeres*, quos etiam pro tabulis exponit, licet plerique & caſtigatiſſimi Scriptores Latini vocem *Aſſeres* non tam ad tabulas, quàm ad tigilla & ſudes ſignificandas deflexerint: nimirùm ex alia notione vocis *Axis* pro ligno, circa quod rota vertitur, quod non eſt planum ad modum tabulę ſed potiùs teres & craſſius ad modum tigilli, valli, & ſudis. Ubi obſerva, vocabula *Axis*, *Axeres*, *Axamenta*, *Coaxatio* promiſcuè & indiſcriminatim ſcribi ſolere ab aliis *Aſſis*, *Aſſeres*, *Aſſamenta*, *Coaſſatio*.

AXIS, is. Illud eſt in machinis, circa quod aliquid volutatur, cum ipſum ſit immobile. Tale eſt lignum in medio ergatæ, cui funis obvolvitur. Virg. 3. Georg.

Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis.

AXIS IN PERITROCHIO. Tractorium organum, ad modum tympani, vel magnæ rotæ, quæ axi impoſita ſic coarctatur, ut ejuſdem volutatione per radios vecteſque prominentes in rotæ peripheria, & funem tympano circumpoſitum, facilè attrahantur & ſubleventur ingentia pondera. Non peritrochium, ſed Axis in peritrochio hoc organum dicitur, quia non peritrochium ſolum, ſive tympanum, ſed ſimul ipſe movetur axis. Hujus conſtructionem adjecto ſchemate docet inter alios Pappus lib. 8. Collect.

AZAPIDES. Militia excurſoria in Imperio Byzantino, quam Huſſaronibus comparem facit Laonicus Chalcocondylas lib. 8. *Azapides, quos Huſſarones noſtri vocant, diripuerunt forum.* Idem lib. 5. *Amurates quam celerrimè ad hoſtium caſtra tranſiit, & Azapides omnes occidit.*

AZEMBLARIUS. Azemilarum agitator. Charta Curię generalis Catalaniæ: *Sancimus, quod ſiquis Azemblarius, & ſui coadjutores, & Portarii noſtri, in capiendo animalia nobis & Curiæ noſtræ neceſſaria, denunciati fuerint deliquiſſe, &c.* Vide *Azemila*.

AZEMILA. Vox Latinobarbari ſæculi, Arabicæ originis, & Hiſpanis familiaris, mulum ſagmarium ſignificat. Charta Sanctii Ramireſii Regis Aragonię. *Adhuc ſtabilio ut nullus ſit auſus pro ulla querela pignorare Azemilas Sancti Joannis, neque jumentum Monachi, in quo ipſe reſidet quotidie, neque manum levare ſuper eum, vel ferire.*

BAC-

B

BACCALARII. Vox eſt mediæ & infimæ Latinitatis, cujus ſignificationes alias vide apud Cangium in Gloſſ. Quod attinet rem noſtram, ſic etiam appellati ſunt equites militeſque illuſtris quidem proſapiæ, & in ordines militares adſcripti, ſed quibus non erat idoneus ſubditorum numerus, ut vexillum in prœliis poſſent educere. Glaber. Rodulphus lib. 5. Hiſt. *Incipiente diei aurora currens exiit à domo Latriaarum, taliter inclamando, ubi meus Baccalarius eſt?* Cujacius à buccellis, Alciatus à bacca laurea, aliique à baculo, quo juvenes milites, poſtquam haſtas in decurſionibus fregiſſent, decertabant, nuncupatos arbitrantur. Claudius tamen Falcetus, Baccalarios dictos exiſtimat, quaſi *bas chevaliers*, ideſt inferioris ordinis equites, militeſve. Vide plura apud memoratum Cangium. Hi ſunt, qui apud Italos dicuntur *Baccellieri*. Ea nunc vulgò dignitas eſt literaria, eorumque peculiaris, qui ad Magiſtri & Doctoris gradum proximè antecedunt. Erat autem olim dignitas ordinis militaris. Joannes Villani lib. 6. cap. 9. *Richieſe tutti i Baccallieri d'arme di Francia, e di Proenza, che foſſono alla ſua bandiera*. Horum ordo dicebatur *Baccelleria*. Idem Villani lib. 8. cap. 55. *Dove era il fiore della baronia, e Baccelleria di Francia*. Plane aſſentior iis, qui à baculo dictos exiſtimant. *Baccellieri*, vel etiam *Baccalari*, ut eos vocat Boccaccius: *Il qual moſtrava di dovere eſſere un gran Baccalare*: baculo ſiquidem & clypeo ſe antiquitùs exercebant ſcholares, in quo qui viciſſet certamine Baccalarius vocitabatur; & præclaro quodam poſito militiæ tyrocinio, ad altiores gradus meritò aſpirabat.

BACCHUS. Deus hic muſto cæteroqui, ſaltationibus ac deliciis perditus, uſque adeo expeditionibus bellicis claruiſſe fertur, ut illum Herculi ferè comparem extollat Antiquitas. Hujus rei teſtimonium perhibuit Sidonius Antipater his carminibus:

Amborumque columnæ, atque arma ſimillima utrique,
Cymbala clamori, pellem & uterque tulit:
Et gravis ambobus Juno Dea: adivit uterque
E' terra ad Superos igne cremante Deos.

In extrema terrarum arma victricia protulit, univerſaque India debellata, præcipuas Orientis provincias ſubegit, quod inter alios innuit Dionyſius in ſitu Orbis:

Ut genus Indorum nigrorum Marte feroci
Perdomuit.

Idem non procul à Gange fluvio geminas columnas erexit, quaſi ultimas Orbis terrarum metas penetraſſet: de qua expeditione idem Dionyſius hæc habet:

Hæc & Thebani Dionyſi terra columnas
Monſtrat ad Oceanũ; atque extremi littora ponti
Montibus Indorum, quà vaſto gurgite Ganges
In mare ſe volvit, Niſæam impellit & undam.

Florentiſſimam porrò civitatem Niſam in India condidit. Socias in ſuis excurſionibus habuit mulieres fortes, quæ à Domini ſui ſimilitudine Bacchæ ſunt appellatæ. Diſcurrebant autem cum tędis & funalibus accenſis, vel, ut alii ſcribunt, catervatim conglobatę cum thyrſis, & ferarum pellibus inſanos clamores edebant, identidem voces illas iterantes: *Eu, hæ*; quæ poſtea voces in unum, unicaque dictione connexæ ſunt, atque inde Bacchus poſtea Euhæus dictus eſt, eoque nomine paſſim hymnis & canticis celebratur. Divinos idem honores eſt conſecutus ob collata humano generi beneficia: nam & civitates extruxit, & ſapientiſſimas condidit leges, diſcordiis atque contentionibus ubique ſublatis: quapropter Horatius Epiſt. lib. 2. in hunc modum de illo loquitur:

Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta Deorum in templa recepti,
Dum terras, hominumque colunt genus, aſpera bella
Componunt, agros aſſignant, oppida condunt.

Et hæc de Baccho belligeratore dicta ſufficiant.

BACCHÆ, arum. Vide *Bacchus*.

BACILLUS FISTULARIUS. Vide *Furcilla*.

BADALATIUS. Sed meliùs *Badalucius*. Leve primumque certamen, velitatio. Vox Latinitatis degeneris. Hiſt. Obſidionis Jadrenſis lib. 1. *Scaramutias, ſeu badalatios conficiebant*. Italia etiam *Badalucco*, & *Badaluccare*, alias *Scaramucciare*, ab Italorum verbo *Badare* vel *tenere a bada*. Velitationes enim illæ, pugnæque leviores ad remorandum hoſtium impetum committuntur. Joannes Villani lib. 7. cap. 6. *Per la qual coſa i ragazzi de Franceſchi ſi miſero a badaluccare e a combattere con quei di dentro*. Idem lib. 9. *Cominciò a ſcendere il poggio a tenere a badaluceo i Fiorentini*.

BADIUS EQUUS. Dicitur à palmæ ramulis ex Græco, qui coloris ſubrubei ſunt. Eum colorem equi Badii imitantur. Sed ille aliis dilutior eſt, aliis ſaturatior, & quaſi ſubniger. Dicuntur quoque Phœnicei, & ſpadices. *Bajo*, *Bajo oſcuro*, *Bajo chiaro*. Badii equi memorantur à Varrone apud Nonium: *Equi colore diſpares: hic Badius: iſte gilvus; ille murinus*. Gellius lib. 2. cap. 26., ubi agit de equorum coloribus, meminit Badii. Græcis dicitur χυοδίνω, quoniam imitatur colorem hirundinis. Ejuſmodi color in equis præ cæteris laudari ſolet: nam & ſpeciem habent venuſtiſſimam ſic palliati, & viribus admodum pollentes ſunt, Jordan. Rufus: *De lo pillo del Cavallo no è meſtero dire molte choſſe, perche a diverſi plaxe diverſi pilli. Secondo lo me plaxer ampoe dico che lo Bajo, e lo mezzo blanco oſcuro ſupera*

Google

tutti l'altri. Nonnullis Balius dicitur, ex quo *Baliardo*, vulgò *Bajardo*, Rinaldi equus, de quo ſuo loco erit ſermo. Homerus certè unum ex equis Achillis ab eo colore Balium vocat. Vide Scaligerum exerc. 325. adverſùs Cardanum. Nonnulli tamen multum intereſſe exiſtimant inter Badios, & Balios. Balios quippe Græca vocis origine eos eſſe ſtatuunt, qui cætera diverſo colore palliati, alicubi, & præſertim in fronte inalbeſcunt. Hinc ejuſmodi equos vocamus *Balzani* à balio. Vide Menagium in Orig. Ling. Italic.

Bagaudæ, aliis *Bacaudæ*. Nomen ſæviſſimæ factionis, quæ in Gallia primùm erupit armis flammiſque omnia pervaſtans. Initium habuit, Romanum Imperium occupantibus Diocletiano & Maximiano. Hominum factioſorum & rebellium meminerunt Paulus Oroſius lib. 7. cap. 25., Eutropius lib. 9., & S. Hieronymus in Chronico. Extinctam eam luem, & è medio ſublatos Bagaudas ſcribit Salvianus lib. 5. de Vero Jud. & Providen. *De Bagaudis nunc mihi ſermo eſt, qui per malos Judices & cruentos ſpoliati, afflicti, necati, poſtquam jus Romanæ libertatis amiſerunt, etiam honorem Romani nominis perdiderunt.* Repullulaſſe autem poſtea eam factionem in Hiſpania docet Idacius in Chronico, dictamque ab ipſis Bagaudiam regionem & caſtrum quod inhabitabant. Origo nominis hujus factionis à vagando, vel à *Bagad*, quæ vox in Gallia veteri turmam ſonabat. Vide Cangium.

Baiardus, i. Nomen equi à badio colore. Rolando, ſive Orlando attribuitur in Vita B. Ægidii Minoritæ: *Et ſunt hujuſmodi ſicut Agricola, qui arma Rolandi indueret, & cum eis pugnare neſciret: non enim omnes homines equum Bajardum ſcirent equitare, nec inſidentes ei ſibi ſcirent à caſu cavere.* Areoſtus tamen equum Bajardum attribuit Rinaldo Cant. 2.

Era coſtui quel Paladin gagliardo,
Figliuol d'Ammon, Signor di Mont'Albano,
A cui pur dianzi il ſuo deſtrier Bajardo
Per ſtrano caſo uſcito era di mano.

Et infrà:

Non molto và Rinalda, che ſi vede
Saltare innanzi il ſuo deſtrier feroce:
Ferma, Bajardo mio, deh ferma il piede, &c.

Baimberga. Genus ocreæ militaris. Vox eſt Saxonica, conglutinata ex duplici dictione, quarum altera crus ſive tibiam, altera munitionem ſignificat. Lex Ripuar. cap. 36. §. 11. *Baimbergas bonas pro VI. ſol. tribuat.*

Baius. Color equi Latinis dictus Badius, Spadiceus, Phœniceus. Italis *Bajo*. Chronicon Ordinis S. Benedicti: *Ad confirmandam chartam iſtam commutationis Caballum Bajum valentem ſolidos ducentos accepi.*

Balaneus. Navis Indica Maff. Hiſt. Ind. lib. 9. *In Balaneum, quod levioris navigii genus eſt, ad fallenda miſſilia deſiliit.*

Balcanifer. Pro Baldacanifer. Apud Scriptores Infimæ latinitatis ſic appellatus legitur Vexillifer, apud Milites Templarios. Matth. Pariſ. an. 1237. *Eo die Balcanifer, ut alii, qui ceciderunt, cruentiſſimam de ſe reliquit hoſtibus victoriam.* Et an. 1246. *Primicerius eorum & ſignifer, quem Balcaniferum vocant.* Erat autem vexillum è panno pretioſiſſimi operis & materiæ: cujuſmodi eſſe ſolent umbracula, umbellæ, veſteſque ad ornatum domorum, quæ ad ſignificandum ſplendorem familiarum extolli ſolent in aulis Dynaſtarum, cum operimentis ejuſdem operis & materiæ, & vulgò dicuntur *Baldacchini*. Origo nominis à *Baldacco*, quæ Urbs eſt in Chaldæa, & latinè Babylon dicitur. Petrarcha:

Aſpettando ragion mi ſtruggo e fiacco:
Ma pur nuovo Soldan veggia per lei;
Lo qual farà non già quand'io vorrei,
Solo una ſede, e quella ſia in Baldacco.

Proinde latinè id panni genus dicitur Babylonicum. A' *Baldacco* autem fit *Baldacchino*, ad eandem formam, qua à *Damaſco* fit *Damaſchina* & *Damaſcone*, quæ item ſunt veſtes eximii pretii. Item aliarum Nationum elegantiora indumenta veſteſque nomina ſortiuntur apud nos à Provinciis, à quibus primùm fuerunt deductæ. Hinc dicimus Coa, Ægyptia, Perſica & ſimilia hujus generis. Sed & ipſa vox *Baldacchinus* apud ejuſdem ævi Scriptores, vox fuit militaris. Ericus Upſalenſis lib. 4. Hiſt. Sveciæ: *Levabant corpora Ducum & ponentes in feretro, ſuperjacto Baldacchino, portabant ea de caſtro.* Vide Menagium in Orig. Ling. Ital., & Cangium in Gloſſ. Addo non eſſe contemnendum quod habent Macri Fratres in Hierolex. Cum enim Blondus Decad. 2. lib. 5. Baldaquinum Damaſci Regulum ſuperatum fuiſſe tradat à Balduino Gothifredi Buliopis fratre, conjecturam facit ex ſericis ejuſdem Reguli ſpoliis migraſſe ad poſteros Baldacchini appellationem.

Baldacchinus. Vide *Balcanifer*.

Baldanum. Vexilli genus. Aliis Balſanum, aliis Balaolanum. Sed legendum *Baldachinum* exiſtimant viri docti. Epiſtola Livonis Regis Armeniæ in Geſtis Innocentii III. PP. *Exercitum noſtrum intra & extra muros Antiochiæ ſagittaverunt, vexillum Baldanum contra nos paraverunt.*

Balea, æ. Balliſta, & vulgò Baleſtrum. A' Scriptoribus degeneris Latii ſic appellata eſt veterum Latinorum balliſta, machina jaculatoria, de qua infrà erit agendum. Dicitur autem à βάλλω, quod eſt jacio apud Græcos. Hiſt. excidii Acconis: *Portantes ibidem lapides cujuslibet quantitatis, Baleas, & quadrellos.* Dicebant autem ejuſmodi Baleas vertigales, vel vertiginales à vertendo. Idem author ibidem: *A' qualibet Balea vertiginali trinos ſimul quadrellos ſenſim in primam aciem emiſerunt.* Diverſi admodum generis eſt inſtrumentum, quod arcu tenditur, & pilas explodit, vocaturque Balliſta manualis, vulgò *Baleſtra*. De ea Claudian. in 4. Conſul. Honorii:

nunc ſpicula cornu
Tendere, nunc glandes baleari ſpargere funda.

Arcus enim balearis, ſive Balea & balliſta Veterum funiculo armatur ad modum fundæ. Verum neceſſe eſt, hoc etiam inſtrumentum dictum fuiſſe Baleam. Hoc mihi perſuadet duplex locus ſequentis tituli.

Balearius, ii. Qui balea vel balliſta pugnat. Lucas Tudenſis æra 1058. *A' quodam inſigni Baleario inter ſcapulas ſagitta ictus eſt.* Idem ibidem: *Milites & Balearios ad Civitatem curſu tendere præcepit.*

Balii equi. Vide *Badius*.

Balingaria, æ. Genus bellicæ navis relatum à Scriptoribus infimæ latinitatis. Thomas Valſingha-

ghamus: *Una bargia & ſeptem Balingariæ periclitatæ ſunt.* Origo vocis à cunarum forma, quam illæ referebant naves: cunæ ſiquidem Balingiæ vocabantur apud antiquos populos Septemtrionis.

Balliſta, æ, vel Balliſtra, meliùs quàm Baliſta. Ex Græco à jaciendo dicitur. Antiquum eſt tormenti genus jaculatorium, & oppugnatorium, quod non unâ conficiebatur ſtructurâ. Scriptores ante Cæſarem catapultis ſagittas, Balliſtis lapides ſolùm tradunt emitti. Confuſæ poſtea miſtæque hæ machinæ, ac frequenter legimus à catapultis lapides, à Balliſtis contorta jacula. Utcumque tamen hoc variaretur organum ſive tormentum, fundæ ſemper vim & impetum præſtabat: quamobrem ab Herone & aliis Scriptoribus bellicis funda etiam & fundibalus nominatur. Iſidorus: *Balliſta magna vi jacit aut haſtas aut ſaxa: inde & fundibalus dicitur, quaſi fundens & emittens.* Guntherus io Ligurino lib. 9. balearicam machinam appellat, propterea quod funda peculiaris eſſet Balearium. Equidem ita pueros ab ea gente inſtitutos legimus, ut pane non potirentur, niſi illum excelſa à matribus vel propinquis io loco poſitum funda percuſſum dejicerent. Sed præſtat Guntheri verſus exponere:

lapides agitata minores
Funda rotat: magnos Balearica machina muris
Incutit, & duro maximina verberat ictu.

Adjuvat hoc ipſum Plinius lib. 7., ubi docet, Phœnices fundæ ſimul & Balliſtæ fuiſſe inventores. Optimè verò Guntherus diviſit; & minores quidem lapides fundæ, majores Balliſtæ attribuit. Balliſtæ minores, ut ootat Nonius, lapides ferè ceotenûm pondo jaciebant: ex quo dictas affirmat Balliſtas centenarias. Eaſdem Siſenna apud eundem Nonium talentarias appellat, quod etiam paulò plus habet io pondere. Majores verò Balliſtæ vel tria jaciebant talenta. Diodorus lib. 20. *Intulit varias Petrarias* (id illi eſt Balliſta) *quarum maximæ trium talentorum erant.* Similia habeot Athenæus lib. 5., & Vitruvius lib. 10. Tanto tamque immani excuſſo pondere magnam mortalium vim cædi, proſterni, perfringique neceſſe erat: ut nihil planè poeticè Lucanus dixerit lib. 3.

At ſaxum quoties ingenti verberis ictu
Excutitur, qualis rupes, quam vertice montis
Abſcidit impulſu ventorum adjuta vetuſtas,
Frangit cuncta ruens: nec tantum corpora preſſa
Exanimat, totos cum ſanguine diſſipat artus.

Impetus autem ejecti lapidis talentarii ad plura perdurabat ſtadia: qua de re duplex habemus illuſtre teſtimonium; alterum Hegeſippi lib. 3. cap. 12. *Alii telis, alii Balliſtis hoſtem urgebant. Tanta autem erat hujus tormenti vis, quo ſaxa in hoſtem jaciebantur, ut percuſſus unus ex ſociis Joſephi, comminute capite rueret, & occipitium ejus uſque ad tertium ſtadium excuteretur. Mulier quoque alvo gravis, percuſſa uterum, ſupra dimidium ſtadii de intima ſede genitalis ſecreti excuteret infantem.* Alterum ex Joſepho lib. 6. excid. *Talenti pondere erant lapides, qui mittebantur, duo autem & amplius ſtadia pervadebant. Ipſe ictus non iis modò, quibus primis incidebat, ſed & longè retrorsùm ſtantibus erat intolerabilis.* Minus id obſtupeſces, ubi ſciveris ex Appiano in Mithridatico, prægrandes pilas plumbeas, ad ſpeciem igniariarum, quibus hodie utimur, excuſſas fuiſſe à Balliſtis. Sic autem ſcribit: *Sulla ex Catapultis* (Catapulta illi Balliſta eſt) *ad viginti ſimul plumbeos graves globos emiſit.* Adnumerata fuit hæc machina inter præcipua ioſtrumeota ad muros etiam diruendos. Diodorus lib. 20. *Petrariis, & machinas hoſtium, & murum, qui in aggere, partim concuſſit, partim dejecit.* Quamvis ex eodem Scriptore ibidem doceamur ad craſſiores muros perfringendos adhibitos arietes: ad pinnas verò & leviores prætenturas detergendas, comparatas Balliſtas; utpotè quæ vim arietis non æquareot. Meminit ejuſdem muros diruentis Senec. in Hippolyto:

Nec torta clauſas fregerat ſaxo gravi
Balliſte portas.

Idem in Thyeſte:

Admotis nihil eſt opus
Urbes ſternere machinis
Longè ſaxa rotantibus.

Notandum Balliſtas majores ad mille præmagnos lapides, atque eo ampliùs noctu & interdiu vibrare conſueviſſe. Habemus id apertè in veteri Chronico Hiſpaoiæ: *Balliſtam magnitudine eximiam Oſcâ allatam ad arcis cujuſdam expugnationem, quæ noctu ingentia ſaxa quingenta jaceret; de die ad mille.* Quotuplex demum Balliſtarum ſtructura fuerit, ægrè ſtatuerim, præſertim cum Catapultæ, Balliſtæ, Scorpiones, & Onagri ita confusè atque promiſcuè à Scriptoribus accipiantur & exponantur, ut planè in his machinis explanandis, quemadmodum eorum deſideratur diligentia, ſic etiam maximum in modum lapſet atque vacillat fides. Geminam catapultæ deſcriptionem Balliſtæ nomine repræſeotabimus in voce *Catapulta*. Ubi verò de Balliſta Scriptores loquuntur, afferunt deſcriptiones Scorpionum & Onagrorum. Tam miſerè perturbatus eſt ordo ejuſmodi machinarum. Procul dubio id contigit ex ipſa temporum varietate, cum machinarii pro ſuo quilibet ingenio atque conſilio in iis machinis adderent multa, demerentque, eaſque ad novos uſus accommodareot. Illud verò nullo modo eſt dubitandum poſt exorta tormenta pulveraria omnium ejuſmodi machinarum uſum fere deſiiſſe. Adumbratio aliqua veterum ſupereſt Balliſtarum in leviori quadam & conſimili machina eadeoque manuaria, nulliſque ioſiſtente pedamentis aut ſtructuris mechanicis. Ea verò Balliſta, quam vernacula voce dicimus *Baleſtra*, non ſolùm pacis inſtrumeotum eſt, ſed etiam ad animum relaxandum exercitatione aucupii & altilium dejectione orbis ancillatur. Vide apud Lipſium lib. 3. Poliorc. Dialog. 3. pulcherrima multiplicia Balliſtæ ſchemata. Vide apud nos deſcriptionem Scorpionis, quæ ipſiſſima Balliſtæ eſt. Nec tamen te cælaverim etiam poſt inventa noſtra pulveraria, & quidem avorum noſtrorum memorià, in uſu fuiſſe Balliſtam aut certe machinam eidem ſimilem. Eam leguntur adhibuiſſe Hiſpani io obſidiooe Auguſtæ Taurioorum: ex eaque machina globos ferreos farina oppletos alios, alios verò pulvere tormentario, quarum rerum ioopià obſeſſi laborabant, in Urbem immiſiſſe. Viſitur ea machina Urbini expreſſa inter alias oppugnatorias io magnificentiſſimis ædibus ibidem excitatis à Friderico Feltrio ejuſdem Urbis & Regionis Domino. Delineatio hujus Balliſtæ propooitur à Fabretto de Columna Trai. cap. 7.

Balliſtarii, orum. Qui balliſtis dimicant. Modeſt. de

Digitized by Google

de vocab. *In quinta acie ponebantur Balliſtarii, Funditores, Tragularii.* Eorum Vegetius meminit. Sed quoniam balliſta alia eſt manuaria, alia machinalis, Idcircò alii ſunt Balliſtarii, qui machinarias balliſtas, curru quadriroto vectas, curant & exonerant: alii, qui decertant balliſtis brevioribus, manuque evibratis, quas dicimus etiam arcus baleares, à Balearibus Hiſpaniæ populis, apud quos frequentiſſimus earum uſus, atque adeo ipſarum Inventio, ut Plinius & alii prodidere. Et primi quidem generis Balliſtarii peculiari vocabuio à Vegetio, & aliis dicuntur Carroballiſtæ, vel Carroballiſtaril: alterius verò generis Manuballiſtæ, vel Manuballiſtarii. Id genus militiæ non magni fuit habitum apud Veteres, ut fere reliqui levis armaturæ bellatores. Poſteriore tamen ævo eoſdem ingenti video fuiſſe terrori, & quaſi parum humanam crudeliſſimamque habitam eſſe militiam. Concil. Romanum an. 1139. cap. 30. *Artem illam mortiferam & Deo odibilem Balliſtariorum & ſagittariorum adversùs Chriſtianos & catholicos exerceri de cætero ſub anathemate prohibemus.* Auget ſuſpicionem de ſiniſtra ejus militiæ fama, quoniam Balliſtarios cum Rottariis, aut Ruptariis conjunctos lego in Concil. Lateran. 4. Canon. 18. *Nullus quoque clericus Rottariis, aut Balliſtariis, aut hujuſmodi viris ſanguinum præponatur.*

Balliſtarium. Loculamentum, ex quo balliſta jacitur. Plaut. in Pœnul. *Quam ego haud multò poſt mittam è balliſtario.*

Balliſtea. Memorantur à Vopiſco in Aurel. *Refert Theoclius Cæſarianorum temporum ſcriptor, Aurelianum manu ſua bello Sarmatico uno die quadraginta & octo interfeciſſe: plurimis autem & diverſis diebus ultra nongentos quinquaginta: adeo ut etiam Balliſtea pueri, & ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltitarent.* Additque ſtatim carmen in Victoris Aureliani honorem decantatum: *Mille, mille, mille, mille, mille, mille decollavimus. Unus homo mille, mille, mille, mille decollavimus. Mille, mille, mille vivat, qui mille mille occidit. Tantum vini habet nemo, quantum fudit ſanguinis.* Et paulò poſt aliud populare canticum ejuſdem generis adjicit: *Mille Francos, mille Sarmatas ſemel occidimus: mille, mille, mille, mille, mille Perſas quærimus.* Dicuntur autem Balliſtea à ſaltando; & magis propriè à jactando ex Græcorum βάλλω, ex quo habemus vocem Italicam *Ballo*. Saltare enim ſolebant cum jactatione manuum. Propertius:

Jactabat truncas ad cava buxa manus.

Et Ovid. Faſt. 3.

Et faciles jactant ad ſua verba manus.

Addebant nimirum geſtus motuſque corporis rudibus cantilenis reſpondentes, parum nempe compoſitos & inconditos. Vulgares admodum erant & de trivio Poetæ illi, qui illas cantiones elucubratas concinendas tradebant populo. Et in iis quidem nullam penitus metricæ legis rationem habebant, ſed numeroſæ duntaxat modulationis, quæ ita ad aures accideret, ut veram atque legitimam metri formam habere videretur. Sic autem de illis loquitur Beda: *Videtur rhythmus metris eſſe conſimilis, qui eſt verborum modulata compoſitio, non metrica ratione, ſed numero ſyllabarum ad judicium aurium examinata, ut ſunt carmina vulgarium Poetarum.* Rhythmus autem ſpatio temporum conſtat, in eoque quantitas duntaxat, non verò qualitas attenditur. Rhythmici enim Poetæ, modò temporum atque morarum rationem ſequantur, nihil penſi habent, qua pedes qualitate collocentur. Illis proinde promiſcuè accipitur jambus & trochæus, dactylus & anapæſtus, quoniam idem habent temporis ſpatium, licet longè diverſa earum vocum ſit qualitas. Contra verò Metrici Poetæ non ſolùm ſpatium temporum & quantitatem, ſed etism ordinem & qualitatem ſyllabarum reſpiciunt & obſervant. Hinc licet ſpatio temporum æquales ſint Rhythmici & Metrici Poetæ, longè tamen licentioſi magis fuere Rhythmici. Atqui hos intelligit Horatius Lyricos illos, & Dithyrambicos, quos lib. 4., ubi de Pindaro loquitur, docet numeris ferri lege ſolutis. Cæterum Balliſteam, ſeu ſaltatiunculam apud Vopiſcum à craſſis ejus ævi Poetis ruditer compoſitam ſic dividit & exhibet Salmaſius ad eundem Vopiſci locum:

Mille, mille, mille decollavimus,
Unus homo mille decollavimus,
Mille vivat, qui mille occidit,
Tantum vini habet nemo,
Quantum fudit ſanguinis.

Alterius memoratæ cantiunculæ, ſive Balliſtei Rhythmici non Metrici ſic verba dividit:

Mille Sarmatas, mille Francos
Semel & ſemel occidimus:
Mille Perſas quærimus.

Licet autem hoc genus carminum bellicæ ſit originis, & minimùm diſſimile Epiniciis, ipſa tamen modnlatio, ſæpe immemor metricæ legis, ſic arriſit Poetia Chriſtianis, ut non aliis fere canticis uterentur priores illi, qui res ſacras, & SS. MM. Acta numeris poeticis incluſerunt. Sed de his vide plura apud memoratum Salmaſium in Vopiſc. Nos huc per occaſionem Balliſteorum ſumus digreſſi. Quod ſi quis nobis vitio verterit, facilitatem hanc noſtram plus æquo fortaſſe interdum diffluendi evagandique, atque in aliena à noſtro inſtituto divertendi, is cogitet ſimile quidpiam accidere Scriptoribus, atque iis, qui convivium inſtruunt. Sicut enim in epularum apparatu alteri ſæpe ſapit, quod ad alterius guſtum non facit; & ſupereſſe debent reliquiæ quædam ad lautitiam. Similem in modum jucunditati eſſe ſolet in literariis tractationibus aliqua rerum diverſitas & digreſſio in alias rerum claſſes.

Balliſtraria, æ. Oſtiola ſeu feneſtellæ jaculatoriæ; foramina nimirum in muris & munitionibus, ex quibus Balliſtæ & alia miſſilia in hoſtes parantur. Charta Philippi Auguſti. ann. 1218. *Balliſtrariæ eorum de novo factæ propter guerram penitus obſtruantur.* Italis *Baleſtriera*, *Feritoja*. Magis latinè eam munitionis partem dixeris Balliſtarium; licet hoc verbum à priſcis uſurpatum potius fuerit pro loculamento balliſtæ.

Balneati milites, vel equites. Italis *Cavalieri bagnati*. Vide *Ordines ſacri equeſtris Militiæ*.

Baltheum, i. Varro l. 4. de l. l. *Baltheum eſt cingulum è corio bullis ornatum.* Sed uſitatiùs virili genere

Baltheus, i. Neſcio quid ſibi velit Iſidorus Orig. lib. 19. cap. 33., ubi affirmat Baltheum dici, quoniam ex eo ſigna dependent ad demonſtrandum numerum legionis: neque enim video unde Balthei thema ex iiſdem demonſtratis ſignis poſſit deſcendere; præterquamquod fulcire ipſum oportuit

tuit adminiculo aliquo veteris teſtimonii id ipſum quod comminiſcitur de ſignis numeralibus legionis geſtatis in Baltheo. Labare inſuper videtur mihi fides Chariſii Grammatici, qui aſſeverat Baltheum, vocabulum eſſe Thuſcum ex Varrone lib. 18., cum contra perſpicuè conſtet Varronem lib. 4. de L.L. de Balthei origine longè aliter locutum fuiſſe in hæc verba: *Baltheum, quod cingulum è corio habebant bullatum, Baltheum dictum.* Conſonat Varroni Propertius lib. 4.

Præbebant cæſi Balthea lenta boves.

Sed non facile explicatu eſt cujus formæ vel generis cingulum Baltheus fuerit. Sunt enim qui ſtatuant zonam fuiſſe coriaceam, quæ corpus ambit infra pectus, ex qua ad ſiniſtrum latus gladius dependet. Italis *Pendaglio*, *Batticulo*. Favet his uſurpatio vocis Balthei pro gradu latiore & cæteris ſublimiore, quo Amphitheatrum præcingebatur, ex quo eundem, pręcinctionem etiam vocabant, ut habemus ex Lipſio de Amphit. cap. 13. Alii tamen negant Baltheum fuiſſe cingulum, ſive zonam præcingentem militis latera infra pectus; ſed potius lorum ſive faſciam coriaceam, quæ à dextro humero per obliquum pectus, & ſcapulas deſcendit in latus ſiniſtrum. Favet huic ſententiæ ritus veterum, qui arma ex humeris pendentia geſtabant: quamobrem ab armis, ideſt humeris nomen habent. Licet verò viri eruditi ſic ſtatuerint, pro certo tamen haberi debet ex non paucis veterum teſtimoniis, Baltheum eſſe cingulum, ſive potius lorum, & flagellum, quo ab humeris enſis ſuſpendebatur. Virgil. lib. 8.

Tum lateri atque humeris Tegeæum accommodat enſem.

Idem lib. 12.

humero cum apparuit alto
Baltheus, & notis fulſerunt cingula bullis.

Ab humero verò, non à cingulo antiquitùs pendebat gladius, quod Polybius manifeſtè tradit, & ſatis dilucidè indicant vetuſti lapides, ac multæ inprimis effigies militum in Columnis Antonini & Trajani. Congruit id etiam armorum etymo. Ut enim docet Feſtus, Arma, appellata ſunt ab armis, ideſt humeris, quoniam ab illis penderent. Iſidorus autem utrumque Baltheo ſignificari docet; nimirum & lorum latius, ſive faſciam, quæ ab humero pendet, & cingulum, cui gladius nectitur. Sic enim ſcribit: *Baltheus dicitur, non tantùm quo cingimur, ſed etiam à quo arma dependent.* Baltheos inprimis ornare ſtudebant milites, eoque veluti præcipuo militiæ ornamento gloriabantur. Hinc Virgilius Pallantis Baltheum bullis fulſiſſe ſcribit. Idem lib. 9.

phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula.

Et Auſonius in Cupidine.

auratâ fulgentia cingula bullâ.

Quod autem memorati ſcriptores aureas bullas vocant, intellige clavos aureos ad uſum Romanorum, ut Servius interpretatur. Neque verò ſolùm clavos auro textos vel argenteis liciis; ſed lamellas è ſolido auro; quod non obſcurè notat Plinius: *Capuli militum, ebore faſtidito, cælantur argento, vaginæ batillis, balthei laminis crepitant.* Trebellius in Salonino: *Cum cingula ſua plerique militantium ponerent horâ convivii, Saloninus puer his auratos conſtellataſque Baltheas rapuiſſe perhibetur.* Ubi Lipſius Baltheos conſtellatos interpretatur, ſtellulis ſparſos, vel lineis in ſtellarum modum decuſſatis. Salmaſius autem expuncta voce *conſtellatos* reponit *puſtulatos*, puſtulis nimirum argenteis vel aureis diſtinctos. Puſtula de optimæ notæ argento dicebatur. Martialis:

Et niveum candens puſtula vincit ebur.

Gemmis præſertim ab Aſiaticis exornabantur Balthei. Claud. lib. 2. de Rapt. Proſerp.

Parthicaque tantis variantur cingula gemmis,
Regales vincturo ſinus?

Hinc apud Suidam memoratur militum genus: *Monozoni*. A' Baltheo vel cingulo ſingulariter ornato ſic dicti voce Græcanica, ut aliqui exponunt.

Baltheolus, i. Parvus Baltheus. Capitolin. in Maximin. *Militares ludos dabat propoſitis armillis, torquibus, & Baltheolis.*

Bandæ Equites. De eorum inſtitutione & Inſignibus audiendus eſt Mariana de reb. Hiſp. l. 16. c. 2. *In ea urbe nova militia à Rege excogitata invectaque Bandæ nomine. Banda vulgari Hiſpanorum lingua tænia eſt; quam novi milites rubro colore quatuor latam digitos, à dextro humero ſub ſiniſtro brachio corpori circumducebant, honoris inſigne. Ingenui tantum, & qui decem minimum annis in Caſtris aulaque verſati eſſent, ad eum ordinem allecti, nobilium modo filiis majoribus excluſis. Rex ipſe univerſæ Societatis Magiſter inſtitutus. Eo honore Juvenes nobiliſſimi ad res maximas capeſſendas perficiendaſque inflammati. Qui longo tempore in magno pretio habitus, conſequentium Regum ignavia, rerumque humanarum inconſtantia in deſuetudinem abjit, ut ne veſtigium quidem extet.* De iiſdem integram epiſtolam ſcripſit Antonius Guevara Lett. l. 1. Alium eodem nomine militarem Ordinem in Italia viguiſſe teſtatur Joannes Villani l. 9. c. 47. *Furono i noſtri rotti da Tedeſchi, e morinui uno delli Spini, e uno de Boſtichi, e uno de Guadagni per loro franchezze, i quali erano d'una compagnia fatta di volontade de più pregiati donzelli di Firenze, e chiamavanſi Cavalieri della banda, portando tutti una inſegna, il campo verde con una banda roſſa, e haveano un capitano, e aſſai fecer d'arme.*

Bandellus, i. A' Bando, quod eſt vexillum militare ad ſimilitudinem faſciæ. Parva igitur faſcia Bandellus eſt, ſive parvum vexillum. Synodus Colonienſis cap. 5. *Et habeant Bandellos de panno lineo ſpiſſo ſine fractura & ſine nodo.* Itali etiam bandas dicimus faſcias; cujuſmodi multæ viſuntur in teſſeris gentilitiis virorum illuſtrium; quas ab hoſtibus ferè direptas inter dimicandum in ſuæ gentis ſymbola intulere poſtea egregii bellatores. Vide *Bandum*. Bandellorum nomine veniunt hodie faſciæ quædam, ſive vexilla minutiora, quę levis armaturæ equites in lancearum ſummitatibus ad ornatum geſtare ſolent. Illa, quemadmodum banda & banderia, explicata cernimus velo versùs finem ſenſim attenuato & decreſcente. Ad harum ſimilitudinem in domorum turribus ſpeculiſque confici ſolent ventorum indices ex ferreis lamellis, quos inde orto vocabulo dicimus *Banderole*.

Banderarii. Vexilliferi à bando vexilio. Itinerarium Gregorii XI. PP. *Currebant Banderarii Romani velut dementes tubis clangentibus.*

Banderenses. Appellati ſunt, qui vulgò dicuntur Capitanei Regionum Urbis Romæ. Boſquetus in Vita Gregorii XI. PP. *Romani, ſeu eorum Officiales, & Rectores, ſuo vocabulo Banderenſes &* duo-

duodecim capita Regionum nuncupati, coadunatis ſibi aliis quamplurimis tam in Civibus, quàm in ſeraneis natione Italicis &c. Ubi obſerva verba illa, *duodecim capita Regionum nuncupati*, qui profectò erant, quos hodie dicimus *Caporioni*, duplici latina voce in unam contracta vocem Italicam. Dicuntur autem Banderenſes à bando vexillo. Cum enim ſuarum regionum armatos explicant, præit illis cum tympanis bandum, ſive vexillum, *Bandiera*: quemadmodum hodie cernimus, cum ſolemnitas aliqua, vel conſuetudo Urbanarum regionum capita illa, ſeu Capitaneos cum ſuis cogit militiis. *Bandereſi* apud Italos. Neque verò ſolùm ii dicuntur de militia Urbana, ſed potiùs de Magiſtratu militari equeſtri, in cujus cuſtodia ſit vexillum vel bandum. Bocc. Theſeid. lib. 8.

E ritornò ver Drias Bandereſe
Et ſolo il ſegno abbattere volea.

Imò non eſt obſcurum, genus quoddam ordinis militaris equeſtris fuiſſe Banderenſes. Joannes Villan. lib. 9. cap. 108. *Vi venne con cento venti Cavalieri tra Bandereſi, e di Corredo.* Vide Bandum.

Banderia. æ. Pro bando vel vexillo legitur in Hiſt. Cortuſior. lib. 1., & alibi. Banderium etiam pro bando vel vexillo occurrit apud Thurnzium in Ludovico Rege Hung. cap. 6. *Multa Banderia & captivos Tartaros Regi tranſmiſit.*

Bandofori. Vexilliferi à bando vexillo. Memorantur Procopio Hiſt. Vandal. lib. 11. *Ducis ſignum ferre ſolitus, quod munus obeuntes Romani Bandoforos vocant.*

Bandora. Idem ac bandum, vexillum. Radevicus lib. 4. *Dominum electum ſignis & Banduris præcedentibus ad palatium deduxerunt.* Dicitur autem Bandora terminatione Longobardica. Veteres enim Longobardi Scriptores nomina neutrius vel maſculini generis per *ora* in plurali efferunt fœminino. Pro exemplo ſint *Corpora, pratora, arcora, gradora*, pro, *i corpi, i prati, gl'archi, i gradi*. Eandem terminationem Itali Scriptores præſertim Poetæ retinent. Sanazar. Arcad. eglog. 10.

Proveda 'l Ciel che qui, ver noi non paſſina
Malvaggie lingue, e le benigne fatora
Fra queſti armenti reſpirar mi laſſino.
Itene Vaccarelle in quelle pratora;
Acciò che, quando i boſchi, e i monti imbrunano,
Ciaſcuna a caſa ne ritorni ſatora.

Bandositas, atis. Sic appellatum reperio bellum privatum in hiſtoricis monumentis rerum Hiſpanicarum, ac præcipuè Catalaunici Regni. Origo vocabuli vel à Banno, quod eſt lex, decretum, vel indictio; quòd ſic bellum indiceretur: vel a voce Bandum, quod eſt vexillum militare; quoniam hoc ſublato hoſtilitas & bellum publicari erat ſolitum. Conſtitutio Petri Regis Aragoniæ an. 1359. *Iterum ordinamus & indicimus inter noſtros Prælatos, Eccleſiaſticas Perſonas, Barones, homines de Paratico, & homines villarum honoratos, intus Cataloniam, inter quos guerra, Bandoſitas, aut contentio occaſione hujuſmodi, aut aliter exiſtit, treugas duraturas hinc uſque ad primum venturum menſem Madii, & ab ipſo menſe ad duos annos proximè ſequentes.* Pro *Bandoſitas*, interdum legitur Vandoſitas in rebus Catalaunicis, conſueta permutatione litteræ *b*, in *u*, præſertim apud Hiſpaniæ Populos.

Bandum, i. Paulus Varnefr. de geſtis Longob. lib. 1. *Vexillum, quod Bandum appellant.* Nihil frequentiùs legitur apud Hiſtoricos citimæ latinitatis, quàm Bandum, pro vexillo militari. Vocis origo variè traditur. Salmaſius à faſcia, quam Bandum referebat, quæ Perſica voce dicitur *Band*. Alii à *Bannar*, quod eſt vexillum apud Cambrobritannicos; apud quos *Ban* eſt elevatum vel excelſum, ut eſſe ſolent vexilla. Nonnulli demum, inter quos Cangius, à Banno, lege nimirum, vel decreto vel publicatione & indictione: nam vexillo ſublato indici bella, publicarique ſolebant. Hinc profectò fluxit vox Italica *Bandiera*. Hinc etiam verbum *Bandire*, quod eſt publicare, & non ejicere in exilium, in quam ſententiam non pauci eodem abutuntur: id enim apud Italos dicitur *sbandire*, *sbandeggiare*. Apud Latinos tamen deterioris ſæculi banditos legimus pro ejectis vel proſcriptis. Vetus notitia apud Ughellum in Epiſc. Marſor. *Illi banditi ſunt ad tertium placitum & noluerunt venire.* Verùm hic locus de banditis pro ejectis, qui aſſertur à Cangio, mihi eſt ſuſpectus: ibi enim banditi invitati potius, indicti, vel proclamati videntur eſſe, quàm proſcripti. Ferrarius Bandum deducit à latino *pandum*, ideſt expanſum, quoniam vexilla in expeditione expanderentur. Ad eandem formam militare ſignum dicitur Italicè *Stendardo*, à tendendo, quia in bellico procinctu attolli explicarique ſolent vexilla. Atque iterum quoniam proſcribebantur exules voce præconis, iiſque mulcta irrogabatur vexillis explicatis, inde eſt enatum, ut edictum ipſum, præconium, vel proclamatio diceretur *Bando*. Et ipſum quidem exilium caſtigatè apud Italos dicitur *Bando*: tametſi in exilium agere, non *bandire*, ut ſupra notavi, ſed potius *sbandire*, vel *sbandeggiare* dicatur. Dant. Infern. c. 15.

Dell'humana natura poſto in bando.

Sed vide *Bannum*. Ab eodem bando, ſive vexillo Equitum turmæ vulgò *Bande* appellantur; *Una banda di Cavalli*. Ferrarius ab hac voce trahit etiam dictionem Italicam *Abbandonare*; quaſi ſit bandum nempe vexillum deſerere, & ab exercitu diſcedere. Contigit poſtea, ut latiùs undèque *Abbandonare* eſſet relinquere. Dicimus quoque *Bande*, & *Bandoliere* capſulas & pyxidulas pulveris tormentarii, & pilarum receptacula, quæ milites ſclopetarii geſtare ſolent collo ſuſpenſa. Sic autem appellantur à faſciis ſeu zonis, quę geſtari ſolent vel tranſverſæ pectoribus, vel circa latera. Atque inde porrò, nempe à bando vexillo habemus voces Italicas *Bende*, *Bandinelle*, *Bindelli*: quemadmodum à vitta, quæ item eſt faſcia, habemus vocem Italicam *Fettuccia*, quæ corrupta eſt à *Vittuccia*.

Bani: Leunclavius ſic explicat Banorum dignitatem in Pandecte Turcico. n. 71. *Apud Hungaros, ut olim, ſic etiam hodiè, duæ ſunt appellationes adminiſtrationum maximarum, una Bani, altera Vaivodæ.* De origine vocis ità Cangius. *A ban, ſeù banno, vel bando, ideſt vexillo videntur Bani appellati, quod ſub eorum vexillis vel ſignis provinciales militarent.* Fallitur. Vox eſt Illyricorum, apud quos Bān eſt Dominus vel Præfectus Provincię. Hinc apud eos *Banitiſe* Verbum, quod eſt magnificè ſe circumferre. Illyricorum item *Vaivoda*, ipſis *Voivoda*, vox compoſita notans Ductorem pugnę, à nomine *Voj*, vel *Boj*, quod eſt

Digitized by Google

eſt pugna, & verbo *Vodit*, quod eſt ducere.

Bannerstti. Ordo equeſtris Ducum Britanniæ. Eos aliqui confundunt cum Baronibus. Sed Bannerettorum militia gradus eſt ad Baronis titulum, ut ex Gallorum veterum memoriis conficit Seldenus de Titul. honor. cap. 3. Adlegebantur in hunc ordinem primores Provinciæ, quique ad quadraginta ſelectos milites ſuſtentare poſſent. Poſt unius prœlii vel expeditionis bellicæ experimentum, expeditione altera vel prœlio imminente creabantur. Præcipua erat cæremonia abſciſſio cuſpidis, vel extremæ partis vexilli. Erat autem Banneria vexillum quadratum, Gallis *Drappeau quarrè*. Singulare horum ſuit decus, ut ſua inſignia in vexillo depicta geſtaro poſſent; qui cæteroqui majorum erat Baronum honos. Hinc non deſunt, qui Bannerettos, quaſi Baronettos, ideſt minores Barones dictos putaverint. Vide plura de his apud Seldenum de Titul. Honor. ubi ſupra.

2. In Francicis Annalibus crebra Bannerettorum fit mentio. Ii verò dicti ſunt, qui reliquis potentiores erant, proprioque Regi operam ſuam commodabant in bellis, merebantque proprio privatoque vexillo, & in ſuis prædiis, vicis, pagiſque conſcripto milite. Simile quidpiam illi erant hodiernis Feudatariis. De iis ita ſcribit Rigordus in Vita Philippi Aug. *Tantæ erant nobilitatis, ut eorum quilibet vexilli gauderet inſignibus*. Origo vocis vel à vexillo ipſo, quo gaudebant, quod bandum, ut alibi eſt dictum, nuncupabatur; vel potius à banno, lege nimirum, indictione, & proclamatione, quoniam à Rege per litteras & curſores adeſſe juberentur cum ſuis armatis. Hoc ut verius exiſtimem, nomen ipſum ſuadet: Bannerettos enim, non Banderettos legimus appellatos.

3. Itaque Banneretti vexillariorum munere fungebantur, quod præclarum extitit honoris inſigne, quo tempore ea militia floruit. Rigordus: *Eodem veſpere cum adducti fuiſſent ante conſpectum Regis proceres, qui capti fuerant, quinque videlicet Comites, & viginti quinque alii qui tantæ erant nobilitatis, at eorum quilibet Vexilli gauderet inſignibus &c.* Longe præſtabat ea militaris dignitas privatis equitibus; & eis duntaxat patebat aditus ad Martium illud honeſtamentum, qui non ſolùm genere explendeſcerent, opibuſque pollentes eſſent, verùm etiam caſtella & oppida à Regibus, vel Cæſaribus ipſorum virtuti tradita, ſub poteſtate haberent; ingentique ſubditorum copiæ, quos adducere poſſent ad tuendum cum dignitate vexillum, cum imperio præeſſent, ut ſæpe traditur à Gallicis Hiſtoricis, & pleniùs obſervatur apud Cangium Diſſert. 9. ad Joinvill. Ritus autem, quo ex privato equitum numero ad prærogativam Banneretti vel vexillarii quis promovebatur erat ejuſmodi. In conſpectu copiarum, vel Aulæ Regiæ, nobilis Candidatus adibat ſupremum militiæ Ducem vel Regem ipſum manu præferens lanceam, vel haſtile, cui involutum erat vexillum caudatum retuſumque ad infimam partem. Conceptis deinde verbis orabat Ducem vel Regem ut gradum facere liceret ſibi ad vexilli gerendi decus & ornamentum, commemoratis in Rempublicam meritis, ſplendore natalium illuſtrium, & ſatis idoneo ſubditorum numero ad propugnationem vexilli traditi. Talia præfatus lanceam vexillo involutam exhibet, quam ſupremus copiarum Moderator apprehendens vexillum explicat, detractaque ac reciſa ejuſdem parte caudata (nam ejus tantùm generis vexillis privati Equites utebantur) quadratum illud Candidato reddit in manus, eidem commendans honorifica oratione novum dignitatis incrementum præclarè factis eſſe inpoſterum ſuſtinendum, & exæquandam dignitatis acceſſionem promeritis in ſtatum publicum & Regiam Majeſtatem, quanta maximè ſpondere poſſent gratus & obſequens in Regem animus, honorificentiſſimi beneficii recordatio, & inſita conſpicui generis claritas. Vide plura de Bannerettis creandis apud Froiſſardum, & Matth. Pariſ. Conſule in primis doctiſſimum P. Daniel de la Milic. Franc. l. 3. c. 5. cujus eruditiſſimam Hiſtoriam de Gallica Militia ægre mihi eſt ad meas manus veniſſe ſub ipſum tempus, quo hoc Lexicon operis Typographicis ſum traditurus.

Bannum, i. A' voce Teutonica *Ban* dicitur lex, proclamatio, interdictum, decretum, quo quidpiam a Principe ſubditis imperatur: idque, ut ſolet, certis verbis formuliſque, & tuba præcinente. De multiplici Bannorum genere vide Juriſconſultos & quædam apud Cangium in Gloſſ. Breviloq. *Bannum, ſecundum vulgare Gallicorum, & Longobardorum, videtur eſſe edictum publicum*. Hinc creberrimè apud inferioris ævi Scriptores occurrunt illæ formulæ: *Bannum mittere, ponere, imbannire, imbannare*, pro edicere vel proclamare. In bellica uſurpatione legimus bannire hoſtem, vel exercitum, tum pro denunciare publicè hoſtem, tum pro evocare copias & exercitum ad hoſtem aggrediendum. Fredegarius cap. 73. *Exercitum in auxilium Siſenandi bannire præcepit*. Idem: *Juſſu Sigeberti omnes Leudes Auſtraſiorum in exercitum gradiendum banniti ſunt*. Hinc habemus voces Italicas *Bando*, & *Bandire* pro indicere expeditionem ſolemnem. Villani lib. 8. cap. 58. *Fece bandire hoſte generale per tutto 'l Regno*.

Baralio, onis. Genus calcei militaris rude durumque apud Hiſpanos. Lucas Tudenſis æra 1065. *Fecit ſibi & ſuis militibus de coriis crudis & ligneis viminibus ruſticorum more calceamenta, quę vulgò avarcas & Baraliones vocant*.

Baranoii Milites. Qui obſervabant fores Conclavis Imperatorum Græcorum, & triclinii. Eorum arma ſecures erant. Meurſius ex Codino. Vide *Barra*.

Barbacana, æ. Murus exterior, promurale, vel antemurale, ſic à Scriptoribus deterioris latinitatis appellatus Arabicâ, ut Cangius opinatur, vocis origine. Ab Italicis eodem dicitur nomine. Academici à Furſure: *Barbacane, parte di muraglia, che ſi fà da baſſo a ſcarpa per ſicurezza e fortezza*. Bojardus Orl. Innam.

Poi manda un meſſaggiero ad Agricane
Dicendo, che a ſua poſta & a ſuo nome
Havea la Rocca e 'l forte barbacane.

Albertus Aquenſis lib. 4. *Barbacanas, exteriores ſcilicet muros oppoſitos æquato vallo Urbis dejecit*. Guillelmus Armoricus de Geſtis Philippi Aug. an. 1203. *In partes Rotomagicas eſt reverſus, & cæpit per vim fortericiam, quam vulgus Barbamcanam vocat, quæ erat firmata in capite pontis Rotomagicæ Civitatis*. Noſtri tamen Architecti *Barbacane* appellant anteridem, ideſt fulcrum, quod ruituro parieti adſtruitur. *Sperone*. Apud Hiſpanos dicitur *Barbacana*, quaſi perna canis, ad cujus

ſimilitudinem conficitur. Per occaſionem hujus vocabuli non te fraudaverim faceto quodam reſponſo cujuſdam Regis Hiſpaniæ. Sed ſatius fuerit rem ipſam tradere verbis Macrorum fratrum, qui hæc habent Hierolex. *Lepidè quidam Hiſpaniæ Rex Gubernatori ſuo, qui civitatem inimicis ceſſerat, Hiſpanicè dixerat: Perdiſte mi Villa, y guardaſte la Barbacana; æquivocè ad canam Gubernatoris barbam alludens.*

Barbæ basura apud milites. Vide *Capilli tonſura.*

Barbarici, orum. Referuntur in Codice, & à Pancirol. Not. Imp. Orient. cap. 71. expnnuntur, qui in fabricis armorum caſſides, bucculaſque auro & argento expreſſis hominum brutorumque imaginibus exornabant. Miniſtri erant octavæ ſcholæ Principum Orientalis Imperii, quæ erat Agentium in rebus. De Barbaricorum vel Barbariorum (ſic enim plerumque ſcribitur) etymologiâ reticent Scriptores. Conjecturam capio ſic appellatos, quoniam ex Armenia, aliiſque interioris Aſiæ Regionibus, ubi ea vigebat facultas, accerſebantur.

Barbaricum, ci. Subſt. clamor exercitus, quoniam eo vociferandi genere Barbari utuntur. Feſt. Dictum etiam eſt hac eadem voce bellum, ſeu bellica expeditio ſuſcepta adversùs Barbaros. Capitula Radelchiſi Principis Benev. *Quouſque ad ipſum tempus, quo Barbaricum exortum eſt inter nos & vos.* Barbaricum item dictum armamentarium, in quo Imperatores Græci aſſervabant ſpolia, & donaria belli paciſque tempore à Barbaris accepta. Notitis Imperii. *Subadjuvæ adjutoris duo: Fabricenſium tres, Barbaricorum tres.* Meurſius ex Codino.

Barbicalis. Machina lithobola, ſeu jaculatoria, Legitur apud Scriptores citimæ latinitatis. Albertus Aquenſis lib. 3. cap. 41. *Sequenti die inſtrumenta trium mangenarum (Franci Barbicales vocant) opponunt ponti, quæ portam & turrim portæ ejuſque mœnia crebro jactu & impetu ſaxorum quaterent & impeterent.*

Barbicanagium, ii. Tributum, quod pendebatur pro extruendis vel reficiendis Barbacanis. Monaſticum Anglicanum Tom. 1. *De muragio, Barbicanagio, & de aperibus caſtrorum &c.*

Barbizellum. Genus ferratæ trabis, quæ ex vinea militari educta muros feriebat. Fuit profectò vel Aries, vel quid ſimile. Occurrit in Hiſt. rerum Laudenſium: *Erat autem in ipſo Gatto trabes quædam ferrata, quam Barbizellum appellabant; quam trahentes hi, qui intra ipſum Gattum erant, foras plus viginti brachiis projicientes in murum ipſius caſtri, mirabiliter feriebant.*

Barbota, æ. In Hiſtoria belli ſacri, Annalibus Hiſpanicis, aliiſque citimæ latinitatis Scriptorum monumentis occurrit. Navis ſpecies tectæ munitæque, ex qua tutò milites hoſtes impetebant. Opinor dictam fuiſſe à corio villoſo hirſutoque ad modum barbæ, quo erat contecta. Oliverius Scholaſtic. de captione Damiatæ: *Accidit ut una navis Templariorum vi torrentis rapta prope ripam civitatis præcipitaretur ad hoſtes, qui cum Barbotis & uncis ferreis ipſam impugnaverunt diutiùs.*

Barbotata navigia. Quæ villoſis coriis tecta ſunt ad modum Barbotarum. Sanntus lib. 2. part. 4. *Indiget præterea dictus exercitus, quòd ex iſtis navigiis aliqua ſint incamatata, ſeu Barbotata, tali modo quòd homines prædictorum non timeant lapides machinarum.* In quibus verbis pro *incamatata* ſuſpicor legendum incamerata, ideſt, tecta & concamerata.

Barbuta, æ. Aſſentior Menagio, qui primùm fuiſſe opinatur cucullum ruſticum & militarem ex villoſo panno ad modum barbæ, quo viatores, milites, ruſticique capita adversùs imbres & aeris inclementiam protegerent. Tranſiit poſtea ea vox ad ſignificandum capitis tegmen, quo milites ac præſertim equites utuntur in prœliis. Joannes Hocſemius in Engelberto Epiſcop. Leod. cap. 35. *Erant omnes armati cum Barbutis in capite: & ultimò Rex cum multa gente, ſupra parvum runcinum, armatus ſicut alii cum Barbutis.* Oſtenditur autem verbis memoratis fuiſſe tegmen peculiare militum gregariorum. Notatur ſiquidem ibi tanquam peregrinum novumque eodem tegmine ipſum Regem fuiſſe uſum. Italis *Barbuta*. Joan. Villan. 2. 77. 1. *Tutti armati di corazze, e barbute.* Areoſtus in Orland.

Si poſe in capo una barbuta nuova.

Dicuntur etiam Italicè *Lance*, ideſt, *cavalieri armati di lancia*, juxta obſervationem à nobis factam in voce *Arma pro armatis*. Dicuntur autem *lance* quoniam ut ſcribit Matthæus Villani lib. 2. 81. de Anglis loquens: *Eglino furono i primi, che recarono in Italia il condurre la gente da cavallo, ſotto nome di Lance, che inprima ſi conducevano ſotto nome di Barbute, e Bandiere.*

Barbuta, æ. Pro milite Barbuta tecto ſeu galeato. Blondus dec. 2. lib. 10. *Quamobrem Archiepiſcopus Joannem Aulegium Vicecomitem cum Barbutis quinquemillibus in Etruriam miſit.* Falluntur autem Fratres Macri, ubi Barbutos, & Barbatos ſumunt indiſcriminatim. Nam in Vitam S. Erminoldi, ubi milites Barbati leguntur, mendum irrepſiſſe neceſſe eſt, & legendum eſt *Barbutis* in hanc formam: *Siquis cum militibus, vel privatis Barbutis ſceleſtam inierit factionem.*

Barca, cæ. Certant adhuc Critici & Grammatici ſuper etymologia hujus vocabuli. Occurrit frequenter apud Scriptores ævi ſequioris. Abbo lib. 2. de Bello Pariſiaco:

barcas per flumina raptant.

Salmaſius & Jul. Scaliger trahunt à baride, quæ Græca notione eſt ædificium rotundum ad formam turris. Eſt etiam baris navigii genus, cujus meminit Propertius lib. 3.

Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

Atque hi quidem à baride facili permutatione Barcam appellatam putant. Ferrarius deducit à Vado; quoniam primus uſus ejus navis fuerit ad vadanda, ſeu trajicienda flumina: atque idcircò Barcam refert inter minora navigia, & actuaria; cujuſmodi ſunt, quæ ad ripas amnium degunt viatoribus trajiciendis, quæque in anguſtis vadoſiſque rivis unico ſæpe remo vel conto aguntur. Dant. Infern. Cant. 8.

Lo Duca mio diſceſe nella barca.

Adjuvat etymon Ferrarii vox Italica *Varco*, & *Varcare*, quod eſt tranſmittere vel trajicere. Cæterum apud Italos *Barca* pro omni navigiorum genere vulgò accipi ſolet: frequentiùs tamen de onerariis. Occurrunt autem apud Joan. Villan. lib. 6. cap. 20. naves vocatæ *Barcoſi* pro navigiis bellicis: *Armarono in Genova golèe, uſcieri, batti, e Barcoſi.* Vide *Barcuſſius.*

Barcussius, ii. Bellicæ navis genus apud Scriptores ævi deterioris. Hiſtor. Salonitana: *Invaſerunt*

runt quatuor Barcuſſios, qui erant miſſi ab exercitu ad aliud Inſulæ caput. Dicti à barca: Italis *Barcoſi*. Villani lib. 6. cap. 70. *Armarono in Genova galde, uſceri, batti, e Barcoſi*.

Barda, æ. Occurrit apud Scriptores corruptæ latinitatis. Charta Ildefonſi Comitis Toloſæ: *De Cruſellis præbeont Domino quatuor denarios, & de Barda duos*. Quidquid hìc Barda ſignificet, hoc nomine Itali dicimus equorum ſtragulum. Id genus tegumenti facilè fluxit à militibus ipſis ad equos. Appellatum verò eſt non à Bardæis, Dalmatiæ Populis, ut adversùs Caſaubonum contendit Salmaſius, ſed à Bardis, populis Galliæ, ut opinatur Voſſius in Etymol. Id planè evincunt teſtimonia veterum de bardocucullo, quod eſt veſtimenti genus, ex quo natas exiſtimamus equorum bardas. Illud autem indumentum Lingonum, & Santonum, qui ſunt Galliæ Populi, peculiare fuit. Martial. lib. 1.

Sic interpoſitus vili contaminat uncto
Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

Et lib. 14.

Gallia Santonico veſtit te bardocucullo.

Equorum ſtragula ad uſum bellicum ex corio inſtituiſſe, vel eorum uſum renovaſſe potiùs apud Italos Albericum Balbianum, narrat Jovius in Vita Sfortiæ; *Impoſuit & indumenta equis, quæ Bardæ vocantur, recocto è corio; ut Clibanarios equites, à Perſis ad Gothos, priuſquam ad Italos, rejectis loricis adductos imitaretur*. Aliam originem vocis Bardæ, & bardati equi trahit Ferrarius à dictionibus *cataphracto*, vel *cooperto*, vulgò corruptis. Longè meliùs alii à bardocucullo, ſive bardaico cucullo Veterum, ut ſupra indicavimus. Habemus hinc vocem *Bardella*, qua indicamus rudem ſellam equorum vel aſinorum pullis injici ſolitam. Et quoniam qui ejuſmodi equis vel aſinis inſident, crebro ſuccuſſu agitari, motuſque parum compoſitos ſolent edere, hinc ſeſſores illi propriè dicuntur Italis *Sbardellati*; & per quandam analogiam *Sbardellati* etiam vulgò eos dicimus, qui præter decori leges, & communem conſuetudinem aliquid agunt. Idem ſtraguli genus Italis dicitur *Gualdrappa*, voce extera, & de qua nihil certi Etymologici afferunt. Video indicari ſtragulum ex materia non vili *Drappo*. Quod ſi ita eſt, aliud ſtatuo eſſe *Gualdrappam*, aliud *Bardella*.

Barnariotæ. Vox Græcorum inferioris ævi Scriptorum. Milites Prætoriani, qui virgas manibus præferentes conglobatum arcebant populum, ne impedimento eſſet Imperatori equitanti. Horum Præfectus dicebatur Primivirgius. Bardariotas cum Barbutis confundunt Fratres Macri. Planè falluntur. Neque enim Barbuti Prætoriani erant pedites, ſed equites galeati. Suſpicor Bardariotas dictos à bardis, ſive ſtragulis, quibus eleganter inſtratos equos habebant. Meurſius tamen in Gloſſ. ita nuncupatos putat à fluvio Bardario.

Bardi, orum. Poetæ erant apud Britannos & Celtas, qui ad exhilarandos animos, fortium virorum facta carminibus celebrabant. Bardos Gallicà linguà Cantores appellari, tradit Feſtus. Aliqui vocatos putant à Bardo, quinto Celtarum Rege, qui egregius fuit Poeta. Lucan. 3.

Vos quoque, qui fortes animas belloque peremptas
Laudibus in longum Vates demittitis ævum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Tales in Britannia apud Cambros adhuc eſſe, & Bardos voce patria nunc etiam nominari, ſcribit Hofmannus. Henricus Valeſius ad lib. 15. Ammiani cenſet veterum Gallorum Bardos planè conſimiles fuiſſe mimis, ſcurris, & ludionibus inferiorum temporum, qui nomine miniſtellorum notiſſimi ſunt apud mediæ latinitatis Scriptores. Albericus an. 1237. *Illi, qui dicuntur Miniſtelli in ſpectaculo vanitatis, multa ibi fecerunt: ſicut ille, qui in equo ſuper cordam in aere ſaltavit*. Miniſtelli autem appellati, quoniam minoribus aularum Miniſtris accenſerentur. Sunt autem, qui à quodam Meneſtere Pantomimo, cujus Tacitus & Dio meminere, nuncupatos putent. Hi verò jucunda narratione, & molli inflexione vocis Heroum geſta inter convivia decantabant. Inſtitutum quidem præclarum, & laudatiſſimæ originis. Factitatum ſiquidem, ut ad capeſſendam virtutem & ad elatos ſpiritus hauriendos accenderentur viri nobiles etiam inter ſympoſia & ludicra ſpectaculorum. Præſertim cum inter pugnandum aut in ipſo dimicationis procinctu ſua ſolerent carmina occinere, cujus generis cantus vocabant *Cantilenam Rollandi*, ut tradit Villelmus Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Anglor. Meminit hujus ritus Aimoinus lib. 4. de Mirac. S. Bened. *Tanta verò illis ſecuritas, ut ſcurram ſe præcedere facerent, qui muſico inſtrumento res fortiter geſtas, & priorum bella præcineret, quatenus his acriùs incitarentur*. Verùm enim verò à ſpectabili optimaque inſtitutione brevi deſcitum. In adulationem quippe prolapſi Miniſtelli, modò pecuniam, magnique pretii munera à Dominis ſuis corraderent, mentiri aſſentando, falſa ineptaque ſollicantibus buccis effutire nihil erubeſcebant. De illis nimirum locutus eſt S. Auguſtinus tract. 6. in Joann. *Donare res ſuas Hiſtrionibus vitium eſt immane, non virtus. Illa ſanies Romæ recepta & favoribus aucta tandem collabefecit bonos mores, & Civitates perdidit, coegitque Imperatores ſæpiùs eos expellere*. Hinc à ſapientiſſimis viris aularum monſtra & opprobramenta, & miniſtri Diaboli vocantur. Cæterum etiam Romanis in uſu antiquitùs fuit, ut Heroum geſta canerentur verſibus inconditis,

quos olim Fauni Vateſque canebant,
Cum neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat,

ut ex Ennio Cicero ſcribit in Bruto. Idem ibidem Cicero etiam à Græcis uſurpatum eum fuiſſe morem teſtatur; idque oſtendi verſibus, quos Homerus ait cani conſueviſſe in Phæacia, & epulis Procorum.

Bardocucullus. Pallium viatorium rude & villoſum, cucullum annexum habens. Eodem milites in hibernis utebantur, nec ſolùm interdiu, ſed noctu etiam. Illud ſiquidem adhibebant pro ſtragulo & culcità. Origo vocis eſt à Bardis Galliæ populis, quorum erat illa veſtis peculiaris. De eo veſtimenti genere ita ſcribit Martial. Epigramm. lib. 14. 128.

Gallia Santonico veſtit te bardocucullo:
Cercopithecorum penula nuper erat.

Verùm quod erat Gallicę nationis peculiare indumentum, tranſiit poſtea ad Hiſpanos, & Luſitanos Milites, qui eodem cooperti viſuntur in Columna Trajani, & Arcu Septimii Severi ad radices Capitolii. Adoptatus porrò ævo poſteriori

idem habitus à nonnullis religioſis familiis. Libet rem totam tradere verbis Alphonſi Ciaconii ita ſcribentis num. 244. Columnæ Trajani explicatæ: *Milites & nautæ non pauci in ea profectione pallio, ſeu palla potius Hiſpanica utentes, quæ à tergo & de humeris dependentem habebat cucullum, ad arcendos imbres, & collum ac caput ab injuriis externis protegendum; quam pleræque nationes ab Hiſpanis mutuarunt, & Monachi etiam inter ſacras religionis veſtes, cucullum proprium ſibi fecerunt. Fuerintne Hiſpani Cæſarem Provincialem ſuum in ea expeditione ſequuti, aut alterius gentis milites, vix aſſequi poſſum, niſi conjectura ductus, quod Hiſpanis proprius & antiquus fuerit talis amictus, & quod barbam & capillum, præter Italorum morem, promiſſum habeant; qui barbam radebant, Imperatores ſuos imitati, prolixamque haud comam nutriebant, uſque ad ætatem Hadriani, qui primus barbam nutrivit, & deinceps, ut ex univerſis antiquitatis monumentis colligitur. In Arcu etiam Septimii Severi, qui adhuc in Urbe ad radices Capitolii perſeverat, Hiſpani milites eodem habitu, barba, & capillo viſuntur. Durat autem hodie hic habitus apud Hiſpanos non ſolùm, ſed & alias plures nationes; brevior tamen, nam prolixus hic in Columna ſcalptus, ſolùm Luſitanis in uſu exiſtit, vel cum in luctu geſtatur.*

BARDUCIUM, ii. Genus fuiſſe haſtilis, jaculi, vel ſecuriculæ docet Meurſius authoritate Cedreni, & aliorum.

BARGA, aliis Bargia. Sæculo Barbarico appellatio fuit Navis, quæ interdum magna, ſæpiùs exigua fuiſſe legitur. Enricus de Knyghton lib. 3. de event. Angl. *Venire fecerunt borgias, battellos, naviculas.* Charta anni 1080. apud Miræum. *Navem unam magnam, quam Bargam vocant, ad opus tranſeuntium habebat.* Liquet fuiſſe Bellicam, vel bellicis inſervientem. Epiſt. Epiſcop. Acconenſis: *In Bargis & Galeonibus multitudinem pugnatorum poſuerunt.* Etymon à *barca*. Spelmannus ita diſtinguit inter barcam, & bargam, ut hæc mari, illa fluviis trajiciendis ſit apta.

BARIGILDUS. Barigildos & advocatos confundunt Capitula Caroli 6. tit. 31. *Et ipſe ſic mallum ſuum teneat, ut Barigildi ejus & Advocati, qui in aliis comitatibus rationes habent, ad ſuum mallum occurrere poſſint.* Diximus autem ſupra Advocatos eſſe propugnatores ac defenſores Eccleſiarum, quique illatas Eccleſiis injurias bello armiſque perſequuntur. Sirmondus Barigildos exiſtimat fuiſſe apparitores. Equidem hodie apparitorum Principes dicuntur apud Italos *Barigelli*. Sed facilè apud ejus ævi mortales nobilius quiddam atque ſplendidius fuit Barigildorum munus & nomen. Conſentiunt Etymologici, vocem Italicam *Barigello*, vel *Bargello* habere nos à latina *Barigildus*. Verùm eos decipi habeo perſuaſiſſimum. Ut enim alibi prolixiùs notavi, originationes vocum Italicarum non ſunt petendæ à vocabulis mediæ & infimæ latinitatis; nimirum ab eo Latinorum idiomate, qui erat in uſu Italica florente lingua: ſed potiùs à præfata Italorum lingua & idiotiſmis accerſendæ ſunt derivationes vocum Latinarum Latii corrupti. Qua de cauſa malim potius Barigildos Latinorum ab Italica voce *Barigello* vel *Bargello* fluxiſſe. Inveſtiganda proinde eſt alia radix vocis Italicæ *Bargello*. Invenio in L. Salica tit. 69. §. 1. vocem *Bargus* vel *Barcus* uſurpari pro ramo, trunco, vel pertica, ex qua viri facinoroſi ſuſpenduntur. *Si quis hominem de Bargo vel furca ſine voluntate Judicis dimiſerit &c.* Ad eundem modum in Vita S. Eligii cap. 31. *Obtinuerat ut humana corpora, quæ vel Regis ſeveritate, vel Judicum cenſura perimebantur, ſive per Civitates ſive per villas, licentiam haberet de Bargis, ex rotis, & de laqueis ſepelire.* Ex quibus verbis mihi primum non eſt dubium vocem *Bargo*, vel *Barco* pro trunco arboris, fuiſſe & quidem antiquitùs vernaculam Italorum. Iterùm certus ſum ab eadem voce habuiſſe primùm Italos vocabulum *Bargello*, quoniam Duces Lictorum vel Apparitorum ſic nuncupati ad Bargum vel Barcum, furcam ſcilicet facinoroſos adigerent. Ejuſmodi quippe fuiſſe apud Veteres Italos eorum munus, qui dicti ſunt *Bargelli*, præter Joann. Villani, qui disertè id tradit lib. 11. cap. 16. etiam indicat Faccius Uberti Dittam.

Quì non temeva la gente com'una
Trovarſi nel tamburro, ed eſſer preſa
Per lo Bargello ſenza colpa alcuna.

Addo in tranſcurſu hinc facilè habere nos vocem *Barco*, qua utimur pro ſepto ſaltuoſo, virgultiſque & truncis ſilveſtribus aſpero; quæ ſepoſita ſolent eſſe ad virorum Principum uſum & exercitationem ſpatia & repoſitoria venandis feris, & ſilveſtribus alitibus confodiendis idonea. Appellamus ejuſmodi ſepta *Bargo*, ab eadem voce truncos ramoſque ſignificante. Atque hinc præterea exiſtimaverim inſuper longè commodiùs quàm ab aliis Etymologicorum originationibus habere nos derivationem germanam vocis *Barca*: nimirum quoniam arborum aſſeribus truncisque illa conficitur.

BARIS, idis. Conſtat fuiſſe genus navigii apud Ægyptios, & ab iiſdem inventum. Nonnullam præſetuliſſe militarem ſpeciem conjicitur ex Herodoto & Diodoro, apud quos legitur. De eadem Propert. lib. 3.

Baridos & contis roſtra liburna ſequi.

Cæterum Baris vox eſt Græcanica. Nec proinde ab hac habemus originem vocis *Barca*, ſed potius à *Bargo*, ut obſervavi in Titulo *Barigildus*.

BARITUS, aliis *Barritus*. Vox eſt omninò Germanica. Indicatur autem ea voce clamor à militibus Germanis, aliiſque exteris Nationibus editus ſub initium pugnæ. Veget. lib. 3. cap. 18. *Clamor autem, quem Barritum vocant, non ante debet attolli, quàm utraque acies ſe junxerit.* De Barritu hæc habet Tacit. de Moribus German. *Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Baritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur. Affectatur præcipuè aſperitas ſoni, & fractum murmur objectis ad os ſcutis, quo plenior & gravior vox repercuſſa intumeſcat.* Ammianus verò de Germanis lib. 16. *Geſtientes Baritum ciere vel maximum, qui clamor ipſo fervore certaminum à tenui ſuſurro exoriens, paulatimque adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum.* Id genus clamoris non ita fuit peculiare Barbarorum, ut non interdum à Romanis quoque uſurparetur: Habemus id ex eodem Ammiano lib. 31. *Et Romani quidem voce undique Martiâ concinentes à minore ſolita ad majorem protolli, quàm gentilitate appellant Baritum.* Ex quibus teſtimoniis continuò conjicies Baritum, clamorem fuiſſe ab initio tenuem ac demiſſiorem, ſed qui ſubinde creſce-

ſceret, donec in acutiſſimum ſtrepitum defineret, aſperiore præſertim littera *R* crebrò adhibitâ, ex quo facilè Barritus oominis origo eſt. Ex præfatis Ammiani verbis non pauci ſtatuunt Baritum fuiſſe Romanorum peculiarem. Vocem quippe *gentilitatis* apud eum Scriptorem interpretantur gentem patriam ſuamque. Et in hanc quidem acceptionem conſtaret optimè ratio & proprietas Latinæ vocis *Gentilitas*. Ad quem modum Gentem Coroeliam, vel Fabiam pro ipſis Familiis Corneliorum & Fabiorum caſtigatè dicimus. Verùm ætas Ammiani deterior, ejuſdem Hiſtorici character & locutio noo parum diſſona Latio veteri mihi ſuſpicionem injiciunt, ne Ammianus exteros potiùs Barbaroſque voce *Gentilitatis* expreſſerit, quæ eſt communis uſurpatio ejus vocabuli apud ſequioris ævi Scriptores. Eam porrò fuiſſe Ammiani meotem mihi manifeſtum eſt ex ejuſdem Hiſtorici verbis lib. 26.; ubi apertè Baritum adſcribit Barbaris: *Signorum apicibus aquiliſque ſubmiſſis deſcivere libentes ad eum, & pro terrifico fremitu, quem Barbari dicunt Barritum, nuncupatum Imperatorem, ſtipatumque, conſentientes in unum, reduxerunt ad caſtra.* Sunt qui Baritum dictum exiſtiment ab iocoodita voce Elephantûm, qui barrire dicuntur, ipſique adeo nuncupantur barri. Horat. 12. Epod.

Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrit.

Id genus vociferationis Tacitus de Morib. Germ., vocavit fremitum clamoremque diſſooum. Non abſimilis planè fuit clamor ille apud Livium lib. 4. *Clamor indicium fuit, qua res inclinatura eſſet, excitatior erebriorque ab hoſte ſublatus, ab Romanis diſſonus, impar, ſegnis, ſæpe iteratus, incerta tempore, prodidit pavorem animorum; eo ferocior illatus hoſtis urgere ſcutis, micare gladiis.* Et lib. 30. *Ad hoc dictu parva, ſed magni eadem in re gerenda momenti res, congruens clamor à Romanis, eoque major & terribilior, diſſona illis, ut gentium multarum diſcrepantibus linguis voces.* Sunt qui non Barritum, ſed Barditum legunt in indicato Taciti teſtimonio, quoniam ejus carminis ſeu clamoris authores fueriot Bardi Sacerdotes Galliæ, quorum alibi meminimus, qui brevibus quibuſdam cantilenis complexi eſſent laudes virorum illuſtrium, qui vitâ deceſſerint. A' Bardis verò acceptum atque præſcriptum carmen formulamque bellici clamoris babuiſſe Germanos & Gallos.

Baro, onis. Præter alias hujus vocis ſignificationes, de quibus conſule Cangium in Gloſs., ea eſt, quam refert Coroutus ad Perſii Satyr. 5. *Gallorum linguâ Barones vel Varones ſunt ſervi militum, qui utique ſtultiſſimi ſunt, ſervi videlicet ſtultorum.* Dicuntur ex Græco à gravitate, quia in laboribua ferendis fortes ſunt, & eorum gravitati ooo impares. Ita Iſidorus, & ex eodem Papias. Occurrit id verbum oon ſemel apud Tullium in epiſt. ad Attic. Pertinet ad rem noſtram notare, apud Scriptores infimæ latioitatis fuiſſe dictos atque etiamnum appellari Barones Magnates illuſtrium Civitatum, qui titulo Urbium vel pagorum à Rege acceptorum, obnoxii eidem ſunt, præcipuè verò ad militarem operam eidem præſtandam, & ſuſcipienda onera militaria. Weſtmonaſt. an. 1244. *Fecit notificari per totam Angliam, ut Baro quiſque terram tenens à Rege in capite, baberet prompta Regali præcepto omnia ſervitia militaria, quæ ei debebantur.* Charta Guillelmi Ducis Aquitaniæ: *Tunc Barones mei, qui me juvare debuiſſent à fidelitate mea recedentes, mihi graviter nocere cœperunt.* Hinc ſæpè legimus, Barones & Baronettos, ideſt majores & minores Dyoaſtas, Regibus obæratos, bello captos. Valſinghamus an. 1321. *Capti ſunt, & in cuſtodia detenti Barones, & Baronetti viginti duo, milites octo & ſexaginta.* Thomas de Lamore in Vita Eduardi II. *Capitur Comes Lancaſtriæ, Barones & Baronetti commilitones ejus, & milites nonaginta quinque.* Italis etiam *Baroni*.

Baronetti Equitas. Nobilis ordo militaris, creatus à Jacobo Angliæ Rege, poſt Hiberniam, ac præcipuè Ultoniam occupatam, ad ejuſdem Regni defenſionem. Prolixum ejuſdem Regis diploma, quo oovus ordo inſtituitur, legitur apud Joano. Seldenum de Titul. honor. p. 1. c. 5. Sed de Barooettis pro minoribus Dyoaſtis conſule Titulum *Baro*.

Barra, æ. Apud Scriptores citimæ Latinitatis ioter alia ſignificat palos majores & tigna, quæ diſponuntur ad ſepta & repagula, quibus oppida præſertim ad portas communiuntur. Villelmus Brito lib. 3. Philipp.

Tunc comes exclamat: Barras, gaudete Quirites,
Fregimus, in manibus ſunt Barræ denique noſtris.

Non incommodè. Meoagius hujus originem vocis deducit à *vara*, quæ Latinis eſt lignum tranſverſarium ioterpoſitum geminis arrectariis. Hinc proverbium: *Varam vitia*. Duæ autem ſunt ille perticæ inter ſe colligatæ, quibus magna ineſt firmitas. Vitruvius lib. 10. *Cetras Chalcedonius de materia primùm baſim ſubjectis rotis fecit: ſupraque compegit arrectariis & jugis varas, & in his ſuſpendit arietem.* Varus etiam & Varrus apud Veteres Latinos palus fuit. Atque hinc Turnebus vocis *Barra* originem deducit, quemadmodum antiquitus à Varris dicti ſunt Varrones, quod fuit peculiare nomen gentis Terentiæ. Sic autem ſcribit Turnebus ad Orat. Cicer. in Rullum: *Varronum nomen à Varris defluxit: unde & vernaculum noſtrum Barra manavit.* A' voce *Varus*, facta eſt altera Vallus, quæ etiam ſtipitem prædurum noo dolatum & eoodem ſignificat. Hujuſmodi ſunt, quibus conficiuntur aggeres caſtrorum, multique geoeris loricæ & prætenturæ in munimentis Urbanis, quæ Itali dicimus *Steccata*, *Trincea*, atque etiam *Sbarra*, & *Barriera*, Latinobarbaris *Barreria*. Gronich. Incerti Authoris apud Catellum. *Quas Cives impediebant Barreriis & foſſatis.* Hos caſtrorum Varros, ſeu vallos noo paucæ familiæ illuſtres ſuis inſeruere ſtemmatis geotilitiis, accerſita facilè origine à majoribus earum gentium, qui Varros ſeu vallos caſtrenſes hoſtiles primi omnium fortiter dimicando diſſoluerint, fregerint, & occupaveriot. Præterea rei noſtri temporis militari familiaris eſt illa vox *Barriera* qua intelligimus validis munimentis, caſtellis, aut oppidis provinciam aliquam præſeptam, & ab hoſtili aggreſſione in tuto poſitam. Habemua hinc, ad arcendos Campanorum aſſultus, & Lotharingiam ab iiſdem aſſerendam, io hujus proviociæ finibus excitatam fuiſſe Urbem munitam, quæ Barrum dicitur. Legimus id in Chronic. S. Michaelis Virdun. *Hic Fridericus propter frequentes Campanorum in Lotharingiam incurſiones, in confinio Lotharingiæ & Campaniæ caſtrum extruxit,*

Digitized by Google

xit, quod Barrum, quaſi barram nominavit. Itali id ſeptum appellant etiam *Sbarro*. Dant. Purgat. 33.

Sicuro d'ogni intoppo, e d'ogni sbarro.

Joannes Villani lib. 11. *Gran battaglia ebbono alle sbarre della via*. Ex quo apud eoſdem verbum *Sbarrare*, quod procul dubio a barris proficiſeitur, habetque ſignificationem geminam, eandemque contrariam. Interdum enim ſignificat barris ſive ſepto concludere: nonnunquam ootat quidpiam, quaſi barras & repagula, cum vehementia effringere. Idem ſepimentum dicitur *Barra*. Joannes Villani lib. 10. *E barre di legname meſſe, dove ſtavano il dì e di notte*. Atque hinc verbum *Abbarrare*. Matt. Villan. lib. 3. *Abbarrarono la Città, e combatteronſi alle barre tutto il Meſe d'Agoſto*. A' barris etiam dicti ſunt Barangii, milites ſtationarii, qui conclavis Imperatorii fores obſervabant. Hinc *Barricate*, quæ apud Italos ſunt tranſverſæ trabes ad viarum capita. Nec aliunde quærenda eſt origo vocis *Baraſſa*, quæ prœliom eſt intra Barras, ſive ſepta commiſſum. Profuerit obſervare Italicum verbum *sbarrare*, vulgò *ſparare*, pro exonerare & explodere, à barris etiam trahi oportere. Fit enim exploſio illa cum alicujus effractione repaguli, ut eam uſurpavit vocem Aloyſius Pulcius Morgant. Cant. 15.

Haveva e lunga e candida la mano
Da potere sbarrar ben l'arco a caccia.

Sbarattare à Barris dicimus: uſurpamus autem id verbum frequenter pro diſiicere copias militares. Joanoes Villani: *In poco d'ora bebbero sbarattata, e sconfitta la ſchiera de' Provenzali.*

Barreria, æ. Italis *Barriera*. Vide *Barra*.

Barrula, æ. Parva Barra. Vil. Brito lib. 3. Philipp.

Nulla poteſt nobis jam barrula tollere barras.

Barritus. Vide *Baritus*.

Basiliscus, ſci. A' ſimilitudine ſerpentis noti, cui hoc nomen eſt inditum, oomenclaturam ſuam ſortitur militare tormentum, globos evomens ferreos ducentarum ferè librarum. Percrebuit ſimul & inclaruit eorum uſus tempore Solimani Turcici Imperatoris, cum Zigethum Hungariæ Urbem innumeris copiis circumſedit Anno Salutis 1566. Ejus tormenti vim licet conjicere ex edita late ſtrage ab eodem in Hiſpanorum Prætoria à triremi Philippi de Auria, qua diſcerptis in directum militibus & claſſiariis, ipſum Vaſtii Marchionem, & Ugonem Moncada aſſidentium in puppe nobiliom ſtrage deturpavit. Jovius Hiſt. t.2. par.1. t.2. par.1. *Tandiu diſplodere tormentum diſtulit, ut Philippus in id ſedulo intentus, atque apte collimans, ſuum ingens tormentum, quod Baſiliſcum appellabat, in hoſtem emitteret. Hujus immanis pila perfractis ſupra roſtrum craſſioribus pluteis, qui Rambattæ vocantur, cum horribili ſtrage hominum per foros à prora in puppem pervolavit tanta violentia, ut diſcerptis ſupra triginta partim militibus partim navalis officii magiſtris & remigibus, etiam in ipſa puppe multos inſignes diſcerperet*. Et paulo poſt: *ut horum cruore atque viſceribus Vaſtius, & Ugo fœdarentur*. Videtur memoratu incredibile, quod ſcribit Maff. Hiſt. Ind. l. 11. de magnitudine & pondere quatuor Baſiliſcorum: *Armorum telorumque omnis generis vim ingentem, curulia tormenta mille admodum ex ære cuncta paraverat: in iis, vaſtæ magnitudinis quatuor baſiliſcos, intremente ſolo, centena ſingulos boum juga trahebant.*

Basillardus, di. Genus pugionis vel ſicæ. Knygthon lib. 5. *Arrepto Baſillardo tranſfixit in gutture*. Hioc reor formatum gladium apud Areoſtum *Baliſarda*, de quo oos alibi.

Basinetum. Galea. Statut. Robert. Regis Scotiæ: *Qui non habuerit actonem & Baſinetum, habeat unum bonum barbegellum, & unum capitium de ferro*: Italis *Bacinetto*. Tav: riton. *Volgevaſi e tornava a Cavallo per tutta l'oſte allegramente ſenza bacinetto, e ſenza panziera.*

Basis, is. Cic. 5. Tuſc. *Quò cum patefactus eſſet aditus, ad univerſam baſim acceſſimus*. Pedamentum eſt, fulcrum, & ſuſtentaculum, cui reliqua operis Architectonici membra inſident & innituntur. Baſim columnæ, baſim ſtatuæ, baſim obeliſci, cujuslibet demum ædificii baſim, illud dicimus, cui primùm ſolidè conſtituto & ſtabilito reliqua ſuperimpooimus & adjicimus. Formæ & genera baſium, ut columnarum, ſunt Tuſca, Dorica, Jonica, Attica. Harum commenſus vide apud Vitruv., & ejuſdem interpretes. In bellicis non ſolùm molitionibus lapideis & cæmentitiis, verùm etiam machinis & organis ligneis, baſium præcipua habenda eſt ratio à machinariis. Addo pulchrè & appoſitè à Græcis Reges ſuos, & Principes à baſi Baſileos fuiſſe appellatos, egregiè ſic indicantibus Reges & Priocipes quaſi baſes & ſtabilimenta eſſe populorum & publicæ felicitatis.

Bassæ, aliis Baſſei, aliis Bachæ. Turcici ſunt Provinciarum Præfecti, ductores copiarum, & conſiliorum participes io aula Byzantina. Bonfin. dec. 3. lib. 5. *Baſſei ſupremum locum tenent, & ubicunque agunt, imperatoriam poteſtatem gerunt. Parent magno Viſirio, qui tamen in eos jus capitis non habet*. Dicti etiam Baſſaviſirii. Busbequius epiſt. 1. *Erat is Sulcimanni gener, conſiliariorum, quos Baſſaſviſirios vocant, Princeps*. Jovius hiſt. l. 13. *Antiquior è tribus purpuratis, qui ſummæ rerum conſilio Præpoſiti Baſſeviſir appellantur*. Nominari ſolent cum additione Provinciæ, vel Urbis qoam moderantur; ut Baſſa Paleſtioæ, Baſſa Ægypti. Nam cum Baſſa ſine additamento enunciatur Primus Viſirius deſignatur. Petrus de la Valle Viag. Turch. *Nel reſto del tempo trattano ſempre col Baſcia, cioè col primo Vizir; che ſe bene i Baſcia ſono più, tuttavia per eccelenza, quando ſi dice il Baſcia ſolo ſenza altro nome, s'intende del Grande, che è Luogotenente dell'Imperatore in tutte le coſe*. De caudis equinis, quas iiſdem licet educere vide Tit. *Caudæ equinæ*. Hi ſunt ſcilicet, quos Turcici Imperatores pro ſpongiis utuntur, quod olim de Veſpaſiano eſt dictum: Spoliis nimirum Provinciarum locupletatos, laqueoque è medio ſublatos exprimunt, & collectis eorum opibus ipſi diteſcunt. Vide Ricaut *de l'Empire Ottoman*.

Bastagium, vel Baſtagia. Quibuſdam theca, qua milites portabant arma repoſita. Omniob eſt onus à Jumentis portandum. L. ſolita 3. cod. de cohortalibus: *Jubemus eos non ad ſollicitudinem Baſtagiæ, non ad functionem naviculariam devocandos.*

Bastagiarii. Bajuli. L. æternam 3. cod. de Murileg. *Æternam fiximus legem, ne unquam Baſtagiariis militiam ſuam deſerere liceat.*

Bastangarii. Qui jumentis vel mulis, vectandis ooeribus operam commodant. Breviloq. *Boſtangarii*

Google

garii ſecundùm quoſdam dicuntur quaſi beſtiæ angariæ, eo quod ruſticos angariabant ad quintam beſtiam præſtandam.

BASTERNA, æ. Lamprid. in Heliogab. *Eunuchos pro Apophoretis dedit: Dedit quadrigas, equos ſtratos, mulos, Baſternas & rhedas.* Non eſt dubium eas præſtitiſſe operam copiis militaribus, uſumque earum fuiſſe in ſarcinis comportandis. Capitulare de villis cap. 64. apud Cangium: *Ut carra noſtra, quæ in hoſtem pergunt, & Baſternæ bene factæ ſint, & opercula bene ſint cum coriis cooperta.* Olim genus vehiculi fuit, quo Matronæ Romanæ vehebantur, & Carpentis quidem Matronarum ſucceſſiſſe obſervat Caſaubonus ad Lamprid. Idem indicat vetus Epigrammatographus.

Aurea matronas claudit baſterna pudicas,
Quæ radians patulum geſtat utrumque latus.

Verum Iſidorus in Gloſſis lecticam opertam, & potius undique clauſam, quàm patentem, exponit Baſternam. Quod autem addit Iſidorus fuiſſe lecticam, ſive tectam manualem, meritò rejicit Salmaſius, & pro *manualis*, reſtituit *manalis* vel *mannalis*. Neque enim Baſternæ ab hominibus portabantur, cujuſmodi vehicula dicuntur geſtatoria vel manualia, ſed à burdonibus, mulabus, vel mannis, ut latè docet idem ſcriptor ad Lamprid., & aperte traditur in veteri epigrammate de Baſterna:

Hanc geminus portat duplici ſub robore burdo.

Equidem proinde nullo commodiùs vocabulo dicuntur vehicula, quæ à duplici burdone vel mula aguntur, deferuntque ſarcinas impoſitas ſtragulo fere reticulato ex funibus inter geminos prælongoſque hinc inde aſſeres, quod etiam eſt lecticæ genus. Græcum autem eſt vocabulum Baſterna, & propriè geſtatorium ſignificare multis oſtendit idem Salmaſius ad Lamprid.

BASTIA, BASTIDA, BASTITA. Vide *Baſtus*.

BASTIMENTUM, i. Vide *Baſtus*.

BASTUM, i, ſeu potius *Baſtus*. Propriè eſt baculus, quo alligantur ſarcinæ equorum, ut mox dicam. Factum deinde ut ſignificaret ſagma, ſive clitellas, ſuper quibus componuntur ſarcinæ. Lexic. Antiqq. *Sagma, ſella, quam vulgus baſtum vocat, ſuper quo componuntur ſarcinæ.* Gaufredus in Chronic. Voſienſi *Baſtam* dixit. *Aſinum ſtravit, & ut ruſticè loquar, ſuperpoſuit Baſtas, in quarum una lipſanum Sancti poſuit.* Eſt autem Baſtus vox Græca, quæ ſignificat fuſtem, quo onera portantur, ex quo habemus vocem *Vaſtaſo*, quæ apud Neapolitanos eſt baiulus. Veteres etiam Etruſci eandem vocem populari ſermone uſurpabant. Matth. Villani lib. 2. cap. 42. *Il corpo ſuo con due baſtagi, ed un famiglio fu portato alla Chieſa.* Lamprid. in Commodo: *Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut Elephantum conto transfigeret, & Orygis cornu baſto transmiſerit.* Ubi aptè Salmaſius pro *baſta*, ut in corruptis editionibus legebatur, reſtituit vocem *Baſto*, damnatamque peregrinitatis vocem Latio reddidit. Eſt itaque Baſtus fuſtis vel baculus, ex quo habemus Italicam vocem *Baſtone*. Habemus hinc etiam voces illas mediæ & infimæ latinitatis *Baſtia*, *Baſtida*, *Baſtita*, quibus ſignificatur agger, ſeu promurale ex fuſtibus paliſque contextum, Italis *Steccato Trincea*. Ex quo procul dubio vox Italica *Baſtione*: quoniam hujuſmodi munitiones & propugnacula ex fuſtibus primùm valliſque & aggeſtitiâ terrâ, coagmentata ſunt. Charta Friderici II. Imp. *Interdicimus ne caſtellum novum, Baſtiam, ſive munitionem aliquam facere præſumat.* Charta an. 1204. in Regeſto Carcaſſin. *Licentiam damus, ut in locis idoneis, quos elegeritis infra terminum prædicti pignoris, poſſitis novas Baſtidas, ſive munitiones ædificare.* Chronic. Guillel. de Podiolaurentii. *In tranſitu ceperunt Baſtitam Deodati Alamanni, & munitionem, quæ ibi erat.* Factum hinc verbum *Baſtire*, quod eſt propriè Baſtias extruere: Galli nudè uſurpant pro *ædificare*, idque ſignificatu optimo veriſſimoque, nam primordia architecturæ ædificatoriæ jacta ſunt in baſtis, ſeù palis depangendis ad veterum caſarum ſtructuram, ut latius docui in Tit. *Cervi* ex Vitruvio & Virgilio Eclog. 11.

Atque humiles habitare caſas & figere Cervos.

Charta apud Joannem à Boſco: *Qui caſtrum Baſtidæ baſtivit.* Hinc demum habemus vocem *Baſtimentum*. Tabularium Brivatenſe: *Ut mittam in Baſtimentum ipſius manſionis centum ſoldatos.* Baſtimenta hodie dicimus naves prægrandes ad uſum bellicum. Id genus depalationis, aggeris, ſeu munimenti Italis dicitur *Baſtia*, vel *Baſtita*. Joannes Villani lib. 8. *Li Milaneſi feccro una terra in Lombardia, quaſi per una Baſtita, ò battifolle incontro alla Città di Pavia.* Idem lib. 1. *E chiuſeſi di foſſi, e di ſteccati a modo di Battifolle over Baſtita.* Nota inſuper commemoratam vocem Italicam *Baſtione* apud Italos non ſignificare duntaxat aggerem ſeu munimentum propugnatorium, ut explicatur ab Academicis Florentinis per hæc verba: *Baſtione vale Forte, ò riparo fatto di muraglia e terrapianato a difeſa de luoghi contra i nemici*: ſed legitur etiam nonnumquam uſurpata pro machina murali bellica, & oppugnatoria, non abſimili Catto vel Gatto. Lucas Pulci Ciriff. Calvan. Cant. 5.

E come detto in altro luogo abbiamo
Molti ſtormenti bellici eron fatti:
Si che alle mura in un tratto accoſtarſi,
E comincioron queſti adoperarſi.
Et accoſtorno un certo baſtione,
Che fece il giorno alla terra aſſai male;
E poi in un tratto alle mura ſi pona
Appreſſo a una porta principale.

Et clariùs paulò poſt:

Intanto il baſtion frullava, e 'l gatto,
E ſputa qualche pillola a bacbicca;
Tante ſpingarde ſi ſpara a un tratto,
Che gli è ſempre di palle in aria cricca.

BATALARE ARMA. Vide *Batuo*.

BATALIA, æ. Vide *Batuo*.

BATALLUM, i. Tudicula campanæ. Vide *Batuo*.

BATUO, is. Percutere. Plaut. in Caſin. *Quid quæſo potius quàm ſculponeas, quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime.* Sed frequentiùs hoc verbum uſurpatum legitur in re gladiatoria. Victor cap. 8. lib. 11. *Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferreâ ſicâ.* Cicero hujus verbi meminit epiſt. ad Pætum. Hinc habemus voces *Batuator* pro milite vel gladiatore, & *Batualia* pro exercitationibus militum vel gladiatorum. Uſurpantur autem hæ voces & explicantur à Caſſiodoro de Ortographia cap. 5., & ab Adamantio veteri Grammatico. Poſtea verò pro *Batuator*, vel *Batualia*, dici cœptum eſt *Battuator* & *Battualia*. Italis *Battaglia*, *Battagliare*, *Bat-*

taglie-

Digitized by Google

tagllere, *Battagllatore*, *Battaglioſo*, *Battaglieroſo*, *Battaglereſcba*, *Battaglievole*. Apud Scriptores verò ęvi poſteriorìa reperio, *Batalara arma* pro arma eoncutere, quod de ſcuti potiſſimùm exercitatione exponit Salmaſiua apud Spartian., ut obſervabo in dictione *Exercitatio armorum pra ſcuto*. Lex Baivar. tit. 3. c. 9. §. 14. *Mancus digitus impedimentum eſt ad arma batalare*. Et alibi: *Equum viriliter aſcendere, arma ſua velociter batalare*. Batalia pro pugna vel prœlio occurrit apud Helmodum lib. 1. Chronic. *Juniores de exercitu, quos prœliandi ſtulta cupido incitabat hoſtem provocare & ſuſcitare Batalias*. Poſtremò non apud Italos ſolùm tudicula, ſeu malleus campanæ à batuendo vel percutiendo dicitur *Battaglio*, & *Batacchia*; verùm & apud Latinobarbaros Scriptores eandem vocem reperio. Chronic. Valciodorenſe: *Abſconditis omnium campanarum batallis*. Et Vetus Charta apud Gueſnaium in Annalibua Maſſilienſibus: *Batallia Campanarum etiam ab aliquibus Eccleſiis auferebat*. Hinc quoque *Batacchia* dicunt Itali tudiculam, ſeu malleum, quo percutitur janua.

Batuator, oria. Vide *Batuo*.

Batualia, orum. Vide *Batuo*.

Battellus, vel Batellus. Vide *Batus*.

Battifolium, vel Battifollum, vel Battifols. Genus eſt propugnaculi, eujus frequens eſt mentio apud Scriptores Latinoharbaros. Italia *Battifredo*, *Battifolle*. Genus quoddam turria exponi ſolet, ſimile Berfrido, ut iidem vocant Latinobarbari. Hiſt. Obſid. Jadrenſis lib. 2. *Ipſoque die quoddam Battifollum reædificaverunt*. Albertinus Muſſatus lib. 5. de Geſt. Italicor. *Ad propugnaculum, quod Tuſci Battifolem vocant, ſe conferentes &c.* Videtur plane fuiſſe in genere munitionis ligneæ & habitariæ, cum ab Etruſcis Scriptoribus ſæpe conjungatur eum Baſtita. Vide eorum teſtimonia in voce *Baſtus*. Originem vocia non abſurdè deducit Ferrarius a vocabulo *Bastipalo*; adducitque Vitruvii locum lib. 10. cap. 3. *Pali reſupinati defodiantur, & circum fiſtucatione ſolidentur*. Ad quem locum Philander: *Fiſtucare eſt fiſtuca adigere. Eſt autem fiſtuca anſatum & capitibus ferratum inſtrumentum, quo pali ſublicæque in terram panguntur, qaè & ipſa inde* Battipalo *dicitur*.

Battus. Vide *Batus*.

Batus, i. Hæbraieæ originia vox eſſe creditur, & propriè ſignificat certum genus menſuræ, de qua ſic Iſidorus: *Batus vocatur Hæbraicâ linguâ ab olearia mola, quæ Bath apud eos, vel Butbo nominatur, capiens quinquaginta ſextarios*. Eadem menſura Battus eſt dicta. Hebrardus in Gręciſmo:

Eſt menſura batus, proprium quoque dicito battus.

Ab hujus menſuræ ſimilitudine, Batus etiam vel Battus dicitur navigii genua ad modum ſcaphæ. Ejus mentio ſæpe occurrit apud Scriptorea Latinobarbaros. Diploma Philippi Regis Franciæ apud Cangium in Gloſſ. *Liberum quoque tranſitum Battorum eorum, ſive navium per Sequanam aſcendentium*. Hoc verò navigii genus bellicum fuiſſe conjicio ex Joanne Villani, qui ejuſdem tanquam bellicæ navis ſæpius meminit lib. 6. cap. 70. *Armarona in Genova, galèe, uſcieri, batti, e barcoſi*. Hinc etiam profectò habemus vocem Italicam *Batella*, vel *Battello*; cujus Scriptores infimæ latinitatis meminere. Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1218. *Orta eſt maxima tempeſtas & naves ſeparatæ ſunt ab invicem, & quædam ex eis batellos ſuos vi tempeſtatis amiſerunt*. Nicozius à batuenda, ideſt, ferienda aqua Batos appellari ſcribit.

Bebra, æ. Miſſilis genua, de quo ſic Vegetius lib. 1. cap. 20. *Barbari autem ſcutati pedites bis præcipuè utuntur, quas Bebras vocant, & binas etiam ac ternas in prœliis portant*. Quinquaginta elatas Bebras ſcribit Bartholinua lib. 4. Auſtriad.

Quinquaginta bebrus, centum delecta juventus
Fila gerunt humeris.

Ubi etiam nota dimidio leviorem fuiſſe bebram pilo. Sed ſuſpicor bebraa Vegetianas, cujus generis binaa ſolùm vel ternas ferebant milites, longè diverſi generia fuiſſe miſſilia, ac bebras à Bartholino relatas. Origo vocis *Bebra* adhuc quęrenda eſt.

Belfredus, Berfredus, Varfredus, Berefridus, Belfragium. Apud Scriptores Latinobarbaros ſic paſſim appellantur turres oppugnatoriæ, à nobis ſuo loco latè deſcriptæ. Ordericus Vital. lib. 8. *Ingentem machinam, quam Berfredum vocitant, contra munitionem erexit, & copioſè bellicis apparatibus inſtruxit*. Vill. Brito Philipp. lib. 2.

Cratibus & lignis rudibus belfragia ſurgunt
Turribus alta magis, & mœnibus, unde valerent
Agmina miſſilibus teliſque quibuslibet uti,
Devexoſque hoſtes facili proſternere jactu.

Italia *Baſtite*, *Battifredi*, *Battifolli*. Ab hujua poſtea ſimilitudine, eodem Belfredi nomine, dictę ſunt turriculę in mœnibus tum ad excubandum extructæ, tum ad commonendos præſidiarioa pulſato ære campano, quod ibidem appendi ſolet, de hoſtium adventu, ut cogantur & evigilent ad obſiſtendum & repugnandum. Migravit idem nomen ad exprimendam ligneam illam compagem, qua in ſacris Eccleſiarum turribua alligantur campanæ. Charta in Magno Paſtorali Ecc. Pariſ. *Berfredum autem tenetur fabrica Eccleſiæ facere, & ſubſtentare ſuis ſumptibus*. Sanutus lib. 2. modum exponit conſtruendorum Berfredorum, lignearum nempe turrium militarium. Berfredum fieri à voce Germana *Bell*, quæ eſt campana, & *Freid*, quæ eſt pax, obſervat Cangius: quoniam ad pacem ſervandam ex illia turribus campanæ pulſentur.

Bellerbechi. Præfecti militares apud Turcas, de quibus hæc habet Jovius Hiſt. lib. 14. *Univerſis duo Magiſtri equitum præſunt, qui Bellerbechi, hoc eſt Domini Dominorum ſuperba appellatione vocitantur. Aſiaticus ad Cuthejam Galatiæ Urbem, Europejus ad Sophiam Myſiæ inferioris ſedes habent; conſtitutiſque Tribunalibus inter milites jus dicunt, quemadmodum Cadi, qui ſunt ſtatutorum & legum periti, Prætoria authoritate incolarum controverſias finire ſolent. Bellerbechis parent Sanzachi, latinè alarum ſigniferi; Sanzachis Subaſi obediunt, qui centenarias turmas ductant*. Vulgò *Beglierbei*.

Bellica, œ. Appius Cæcua templum Bellonæ poſuit Romæ ad Portam Carmentalem, ut habet Victor in deſcriptione Urbia Reg. 9. Meminit ejuſdem Ovid. Faſt. 6.

Hoc ſacrata die Tuſco Bellona duello
Dicitur, & Latio proſpera ſemper adeſt.

Ap-

Digitized by Google

Appius eſt auctor, Pyrrho qui pace negatâ
Multum animo vidit, lumine captus erat.

Ante hoc templum tradit Feſtus fuiſſe columellam, *quæ vocabatur Bellica, ſupra quam haſta jaciebatur, cum bellum indiceretur*. De hujuſmodi ritu hæc ſcribit Ovid. loco indicato.

Hinc ſolet haſta manu belli prænuncia mitti,
In Regem & gentes cum placet arma capi.

Dacerius verò ad relata Feſti verba ſcribit, non in omnibus bellis haſtam ſuper eam columnam jeciſſe Romanos; ſed tantum cum deerat verè hoſtilis locus, in quem haſtam ferratam mitterent Feciales. Uſitatum enim Id quidem antiquitùs, ut Feciales poſt tertium & triceſimum diem, quam res repetiſſet Pater patratus, haſtam ferratam, quaſi belli denunciationem emitterent in fines hoſtium, ut tradit Servius ad illud Virgilii lib. 9.

jaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ.

Verùm cum Pyrrhi temporibus adversùs tranſmarinum hoſtem bellum geſturi eſſent Romani, nec invenirent locum, ubi ſolennem eum ritum indicendi per Feciales belli, celebrarent, dederunt operam ut unus de Pyrrhi militibus caperetur, quem juſſerunt in Circo Flaminio locum capere, ut quaſi in hoſtili ſpatio jus patrium indicendi belli ementirentur. In eodem porrò loco ante Ædem Bellonæ conſecratam ferunt columnam, ut in eam haſta Fecialium jaceretur, cum peregrini longinquique belli neceſſitas non ſineret in hoſticos fines haſtam emittere. Tunc autem primùm uſurpari cœptum apud Romanos ritum jaciendæ haſtæ in columellam, quæ ab Æde Bellonæ dicebatur Bellica, idem contendit Dacerius.

Bellica, orum. Authores ævi deterioris hoc nomine indicarunt arma, ſagum, & quidquid armorum & veſtium ad tegendum militem & exornandum pertinet. Gautberius Antiochenus: *Libetque præconari voce propatula, ut univerſi audito primo ſonitu Gracilis feſtinent Bellicis indui.*

Bellicum canere. Populari dictione idem valet ac vehementer animare quempiam vel exhortari. A' militibus, qui tuba initium belli faciunt. Vide *Bellicum* pro tuba infra.

Bello parta. Vetus dictio, quam non ſemel refert Plutarchus. Uſurpatur autem de immodicè ac temerè factis largitionibus, & inconſulta rerum profuſione. Trahitur à more Victorum, qui facilè plenaque manu profundere ſolent, quæ hoſtibus eripuerunt.

Bellona. Bellorum Dea, quam Martis uxorem Suidas, Lactantius, & Auguſtinus faciunt: ſororem verò Martis dixit Poeta Clandianus. Ab Antiquis nominata eſt etiam Duellona: bellum ſiquidem Antiquis erat duellum, ut eſt à nobis alibi notatum. Enyo quoque à Veteribus nuncupata. Martial. lib. 1.

Nec te decipiat ratibus navalis Enyo.

Bellona in bellum proficiſcenti Marti currum & equos parat; eademque pro ipſo bello frequenter ſumitur apud Poetas. Stat.

Nec magis ardentes Mavors haſtataque pugnæ
Impulerit Bellona tubas.

Hujus inventum fuiſſe dicitur arcus. Ejuſdem Sacerdotes Bellonarii appellati, qui miſerum in modum ſuas carnes cultris ferientes Deam placabant, furenteſque ſua edebant vaticinia, qua de re vide Tertullianum, & Lactantium. Eundem Ritum Catullus ita deſcribit:

Hæc ubi Bellonæ motu eſt agitata, nec acrem
Flammam; non amens verbera torta timet.
Ipſa bipenne ſuos cædit violenta lacertos,
Sanguineque effuſo ſpargit inepta Deam.
Statque latus præfixa veru, ſtat ſaucia pectus
Et canit eventus, quos Dea magna movet.

Ex quo loco conſtat etiam fœminas eo functas Sacerdotio. Ubi ſemel concepto furore tranſcurrere cœpiſſent hi Sacerdotes, inconditis clamoribus quaſi cœleſti quodam impetu correpti everſiones Urbium, mutationes Regnorum, gentium ſtrages vaticinabantur. Maxima illis, feralia & triſtiſſima quæque prænunciantibus habebatur fides; prona ſemper in deterius hominum credulitate. De iiſdem Martial. lib. 12.

Nec turba ceſſat entheata Bellonæ.

Et Juven. Satyr. 4.

fanaticus æſtro
Percuſſus, Bellona, tuo divinat.

Ante portam Carmentalem Templum erat Bellonæ, & ibidem columella, quæ Bellica dicebatur, ſuper quam bellum indicturi haſtam jaciebant, ut notat Feſtus. Vide *Bellica*. Vicus etiam Bellonę ſacer Romæ erat in ſexta Urbis Regione. Vide plura apud Gyrald. Syntagm. 10.

Bellonarii. Bellonæ Sacerdotes. Vide *Bellona*.

Bellum, i. Contentio inter magnos Principes, militaribus copiis, vi & aſtu palam exercita. Quidam à belluis dictum putant; quidam per antiphraſim, quaſi minime ſit bellum. Iſidorus & Voſſius contractum à duello exiſtimant, idem accipientes bellum & monomachiam, ſive certamen inter duos Principes: ſed nihil obſtat figuratè ad multos extendi. Indicendi gerendique belli apud Græcos, Perſas, ac præſertim Romanos, ratio rituſque fuit admodum, ut ipſi putabant, Religioſus. Tardè maturèque, nec niſi præmiſſis Fecialibus res repetitum, ſumebant arma. Vide quæ diximus in voce *Clarigatio*. Arietem in hoſticos fines emittebant prius, ſignificantes, brevi hoſtilem agrum in paſcua Romanis gregibus eſſe ceſſurum. Hinc adagium: *Emittere arietem*: bellum denunciare. Bello decreto, ſacrificiis, omnique ſuperſtitioſa ſolicitudine, præcipuè oracula conſulendo, ſe comparabant. Ad hæc Diis ſuis decimas ſpoliorum, ſtatuas, Templa pollicebantur. Flumina nonniſi oblatis prius ſacrificiis trajiciebant. Prœlium aggreſſuri cædebant victimas, inſpiciebant exta, Deûm implorabant opem. Vide de his Dionyſ. Halicarn. lib. 2. & Roſin. Antiqq. lib. 10.

s. Antiquiſſima bellicæ facultatis initia fuiſſe, ac ſaltem rudem ejuſdem & informem adumbrationem aliquam extitiſſe ante Urbes legeſque conditas, & ante æris ferrique inventum, videtur eſſe perſpicuum. Horat. Serm. 1. 3.

Cum prorepſerunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus glandem atque cubilia propter,
Unguibus & pugnis, dehinc fuſtibus, atque ita porrò
Pugnabant armis, quæ mox fabricaverat uſus.

Quæ verò potiſſimum gentes rem prius incompoſitam ac penè fortuitam ad ordinatioris diſciplinæ atque peritiæ modum flexerint atque diffinxerint, obſcuriſſimum eſt. A' Thracibus bellicam manaſſe facultatem non pauci opinantur, quoniam gens illa ſit pugnaciſſima, ut Martem ipſum apud Thraces natum fabulæ perhibeant. Attri-

buunt alii militarem artem Athenienſibus, quos ſcilicet primùm inſtruxerit Minerva, armorum Præſes Dea & inventrix. Non deſunt qui eandem ad Cretenſes referunt: nam & Jovis altrix ea inſula; & prima ſagittas, eaſque jaculandi artem adinvenit. Sunt qui in Theſſalia natam illam arbitrentur, monſtratamque à Centauris, qui mortalium primi equos domuerint. Sed, fabuloſis iſtis armorum primordiis prœteritis, conſultiùs non pauci exiſtimant cum Joſepho Antiqq. lib. 1. rude quoddam rerum bellicarum initium poſuiſſe Tubalcain, qui vixit ante immenſam illam eluvionem terrarum, quæ deſcribitur in ſacris literis; & in iiſdem appellatur *Malleator & faber in cuncta opera æris & ferri*. Verùm hæc adumbratio quædam & rudis fuit præparatio diſciplinæ, immenſa quædam poſtea curarum ſpatia atque conſiliorum, & innumerarum labores & ſtudia artium occupantis. Eam ob cauſam planè aſſentior iis, qui primum legitimi verique Martis ſpecimen à Nino Aſſyriæ Rege editum fuiſſe contendunt. Cornazanus lib. 1. cap. 1.

Nino in ſomma fu quel, che fè la ſcorta
A Marte, nel venir dal Cielo in terra;
E co' l'armata ſua gl'aprì la porta.
Dalla ſua ſcuola uſcì l'arte di guerra:
Et allor cominciò ſopra l'incude
Strider la ſpada dal braccio, che ferra,
Allor s'induſtrior le genti rude
A tutte le fallacie; e ne lor danni
Per occupar l'un l'altro ſi fan crude.

Veriſſimum inprimis illud ejuſdem Poetæ ibidem:

All'arte militar principio diede
Un deſio d'acquiſtare ò gloria, ò fama,
O d'altri ſoggiogar ſotto ſua ſede.

Magnificè demum ad ſpeciem, ſed parum verè docet Caſſiodorus lib. 1. Epiſt. 30., bellum à Belo fuiſſe nominatum, qui primus fuerit inventor gladii; cum antea pugnis ſolùm dimicaretur, ex quo pugnæ nomen. Sic enim ſcribit: *Inter ipſos quoque adverſarios, ut ſcitis, non erant prius armata certamina, ſed pugnis ſe quamlibet fervida laceſſebat intentio; unde & pugna nomen accepit. Poſtea Belus ferreum gladium primus produxit, à quo bellum placuit nominare*. Atque hinc olim profectò neque æs, neque ferrum Diis Immortalibus grata munera habebantur, quoniam, ut ſcribit Plato lib. 2. de Legib., ex utroque metallo conflantur organa & inſtrumenta bellorum.

3. Res eſt Bellum rapinas, ſanguinem, ſtrages, Regnorum everſiones, nihil demum non atrox ſævumque ſtatim objiciens animo. Ut enim in medendi facultate extrema remedia ſummam quidem præſentiſſimamque vim apportare ſolent; verùm non ſine pari corporum humorumque commotione, & ægrotorum periculo; ſic mota ſemel arma, & bellum indictum incredibilem rerum perturbationem progignit. Quapropter nonniſi prætentatis in anteceſſum mitioris naturę remediis, nec niſi ad extremum coacti bello armiſque Principes injurias ultum ire deberent. Immiſſo in aquas navigio, traditoque ventorum arbitrio, quod in progreſſu fruſtra retineas, paratum intentatumque bellum Auguſtus conferebat. Accipe id ex Cornazano de Re Milit. lib. 3. Capitol. 4.

Se pure in battagliar t'affanni e ſudi,
Un proverbio ſommario ti rammento,
Che dicea Auguſto, fà che in cor tel chiudi.
Eſercito in battaglia, e nave al vento
Pari ſon di partiti; onde a appicarla
Non eſſer furibondo, anzi ſia lento.
Anche diceva alcun non dover farla,
Se non gl'era del util più ſperanza
Che non foſſe la ſpeſa a cominciarla.
Chi fà altrimenti prende per uſanza
Peſcar con hamo d'oro, che, ſpiccato,
Molti guadagni una perdita avanza.
Queſto impari qualunque regge ſtato.

Suapte certè natura infortuniorum omnium atque calamitatum funeſtiſſima eſt ſcaturigo diuturnum præcipuè bellum. Ejus incommoda & ærumnoſam inopiam perſpicuam fecit Horatius Epiſt. lib. 2., ubi vehementer conqueritur abreptum ſe violentia belli civilis ad Martis ſigna, ingenti ſuo damno nuncium remiſiſſe jucundiſſimo literarum otio;

Dura ſed amovere loco me tempora grato,
Civiliſque rudem belli tulit æſtus in arma
Cæſaris Auguſti non reſponſura lacertis:
Unde ſimul primùm me dimiſere Philippi
Deciſis humilem pennis, inopemque paterni
Et laris, & fundi, paupertas impulit audax
Ut verſus facerem.

Graviſſimam ſarcinam onerum bellicorum optimè expreſſit Lucanus lib. 10. perpaucis verbis:

Heu miſeri qui bella gerunt.

Cum verò quiſpiam apud Petrarcham Dialog. 48. diceret quoſdam militiá ad ampliſſimas opes atque adeo ad ſummum imperium perveniſſe; ſcitè reſpondit alter: *Plures ad inopiam, ad carcerem, ad ſervitutem, ad violentam ſubitamque mortem eodem tramite perveniſſe*. Eadem breviſſimo annuli ſpatio complectitur Gemmæ ſchema apud Fortunium Licetum cap. 171., ubi delineatur miles ætate viridi, qui ſqualidus, illuvie obſitus, nudus, mœrenſque ſub dio aſſidet in lacero centunculo, ſublatum genu manu adſtringens, ad extremam triſtitiam compoſito vultu; collo item & capite obtorto atque demiſſo: projectus propè clypeus, arcuſque & pharetra proximo trunco dependens; ipſe verò quaſi ſtipem victui neceſſariam à prætereuntibus videtur expetere, ac ſe ipſum indigitare quaſi ſpeculum quoddam ærumnarum, quæ artem bellicam conſequuntur.

4. Verùm licet excidia, clades, vaſtationes, & luctuoſiſſimus ab omni parte bellum comitatus exaſperet, reddatque formidoloſum; nihilominus, ut illud pro extremo ultimæ neceſſitatis remedio atque perfugio, pro vindice injuriarum, aſſertore libertatis, & pacis conciliatore cognoſcerent admitterentque, omnes omnium terrarum nationes populique unanimi ſenſu convenere. Expetendum quidem eſſet, nihilque humano generi fortunatius poſſet contingere, quàm ut ſervata ubique æquitas nihil injurioſum infeſtumque eſſe apud mortales ſineret. Perbeatè omninò nobis eſſet, ſi, quod de aurea illa perhibetur ætate Veterum, mutuæ concordiæ nexu perpetuo devinctæ mentes mortalium ad prælibandam in terris immortalem, cui naſcimur, felicitatem enixo ſtudio conſpirarent. Verùm avaritia, ambitio, & cœnum omne atque colluvies vitiorum, quo ubertim mortalitas noſtra reſtagnat, invident nobis ea pacis atque tranquillitatis Halcedonia, jubentque ut per omnes horas de noſtra ſecuritate ſoliciti remedia malorum inquiramus potiùs, quàm perpetuo jucundiſſimoque otio, utilis

lis calamitatum aut infortuniorum moleſtiis interjectis, perfruamur. Supereſt itaque ut partem felicitatis aliquam comparatione deteriorum guſtemus: qui certè pulcherrimus eſt ſuaviſſimuſque bellorum fructus: ut enim ſcribit Vegetius lib. 3. *Qui deſiderat pacem, præparet bellum.* Et Areoſtus:

Non conoſce la pace, e non la ſtima,
Chi provato non hà la guerra prima.

Ipſum proinde cuſtodiendæ paci, ac juſtitiæ propugnandæ militat bellum; ſuſceptumque ad injurias propulſandas, ſtabiliendamque concordiam, & opportunum eſt adversùs vitia ex omni parte erumpentia remedium, & præſtantiſſimum humanę virtutis incitamentum.

5. Uno atque breviſſimo Bellum vocabulo innumeras prope humani animi exercitationes amplectitur. Militarem delectum, caſtrenſem diſciplinam, Ducum imperia, Magiſtratuum præfecturas, arma tegentia & oppugnantia, machinas omnis generis, ſtrategemata, molitiones arcium, Urbium oppugnationes, militares conflictus, victoriæ fructus, ad hæc tot militum genera, tot inſtruendorum ordinum formas, caſtrametationem, maximèque immenſos exantlandos labores, vitamque aut ſub caſſide, aut ſub pellibus traducendam, uno ſimplicique nomine dicimus Bellum. Ad hoc ritè adminiſtrandum omnes ferè diſciplinæ liberales, arteſque conſpirant. Ubique præſto illi adeſſe neceſſe eſt, ſuaſque commodare manus Geometriam, Geodæſiam, Arithmeticam, Aſtronomiam; præcipuè verò Architecturæ & Matheſeos partes omnes, à quarum præceptionibus ſi militaris diſciplina deflexerit, ferarum potius ritu bellum, quàm humano more procedet. Et harum quidem non ſolùm exquiſitiſſimâ intelligentiâ præſtare machinarios intererit; verùm etiam in iiſdem facultatibus verſatum eſſe ipſum belli moderatorem, ingens fuerit ad bella feliciter expedienda momentum. Præcipiunt id quidem omnes fere rei militaris magiſtri; & non pauca hac ſuper re in ſuis quatuor libris Vegetius ſæpe diſpergit. Verùm unus omnium accuratiſſimus fuit Ælianus in commendanda bellicis Imperatoribus omnium ferè comparatione & copia doctrinarum. Sed de hoc argumento prolixior aliàs redibit ſermo. Satis hìc fuerit inſinuaſſe diſciplinam militarem palæſtram quandam eſſe omnium fere artium ingenuarum, quæ bellicis Architectis, & ſupremis Præfectis armorum non ornatum duntaxat, ſed ſerias magnique faciendas ſuppetias afferunt. Id ſcilicet cauſæ fuit, quamobrem Cicero Orat. pro Muren. præſtare dixerit rem militarem reliquis diſciplinis: *Rei militaris virtus præſtat cæteris virtutibus: omnia noſtra ſtudia, & hæc forenſis laus & induſtria latent in tutela ac præſidio bellicę virtutis.* Vide *Militia*.

Bellicus, a, um. Quod ad bellum pertinet, ut diſciplina bellica. Cic. *Bellicam rem adminiſtrari, priſci Romani, niſi auſpicato, noluerunt.*

Bellicum, ci. Subſtant. Pro clamore militari, adhortatione mutua, vel tubæ ſono ad prœlium excitantis ſumi ſolet. Hinc frequentiſſima formula: *Bellicum canere.* Liv. *A' Macedonia Philippum, ubi primùm Bellicum cani audiviſſet, arma capturum.* Cic. pro Mur. *Omnia iſta nobis ſtudia de manibus excutiuntur, ſimul atque aliquis motus novus Bellicum canere cœpit.*

Bellicosus, a, um. Eximiè propenſum ad arma tractanda. Cic. epiſt. 67. *Dalmatæ ſemper habiti ſunt bellicoſi.* *Guerriera, Guerreſco.*

Bellicosissimus, a, um. Cic. pro L. Man. *Cum omnibus bellicoſiſſimis bellum geſſi.*

Bellicrepa saltatio. Genus ludi militaris à Romulo inſtituti, quo cum armis, & quidem crepitantibus, ſaltabant. Feſt.

Ballifer, a, um. Non tam eſt bellum inferens, quam idoneus ad gerenda bella. Claudian. in Eutrop. lib. 1.

quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis?

Belliger, a, um. Gerens bellum. Stat. Achill. lib. 1.

Belligerum ceu Numen amant.

Belligero, as. Bellum gero. Vetus Poeta apud Cic. lib. 1. Offic. *Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes.*

Bellipotens. Bello pollens. Ennius apud Cic. lib. 2. de Divin. *Æacidæ bellipotentes ſunt magis, quàm ſapientipotentes.*

Bello, as. Bellum gerere. Cic. pro L. Man. *Fuit proprium P. Romani longè à domo bellare.* *Guerriare, Guerreggiare.*

Bellator, oris. Qui bellum gerit. Cic. pro Cornel. Balbo: *An occaſatori majores noſtri, majora præmia, quàm bellatori eſſe voluerunt?* *Guerriere, Guerreggiatore.*

Ballatrix, icis. Quæ bellum exercet. Virgil. lib 1. Æneid.

Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix.

Bellosus, a, um. Veteres dicebant pro bellicoſo. Cœl. apud Nonium: *Tantum bellum ſuſcitare conari adverſarios contra belloſum genus.*

Bellax, acis. Lucan. lib. 4.

Illic bellaci confiſus gente Curetum.

Bellum pro praelio. Tacit. *Quæ bello & caſtris malè diſſimulata.* Sed longè frequentiùs occurrit apud Scriptores Latinobarbaros. Hiſtoria Miſcella. *Fit Perſarum atque Romanorum circa Martyropolim maximum bellum*: Theodorus Campedonénſis in Vita S. Magni: *Ea verò hora, quâ apud Tolbiacum bellum commiſſum eſt.*

Bellum pro *manipulo, vel certo militum numero.* Non ſemel legitur apud Scriptores infimæ latinitatis. Geſta S. Ludovici: *Tradidit ei Rex quingentos baliſtarios, equites & pedites, quatuorque bella militum exteræ nationis.* Et alibi. *Rex cum ſuo bello armatus egreditur.*

Bellum civile. Vide *Seditio.*

Bellum externum Frequentiſſimæ ſunt hujus cauſæ, & ferè juſtiores. Merito ac jure de conſcribendo Milite belloque capeſſendo maturè deliberandum eſſe ſtatuere viri ſapientes. Enim verò ſemel armis inſtructi, Martique deſponſi ordines, niſi externo hoſte exerceantur, deſidiâ otioque corrupti, diſcordiis poſtremò, cædibus, graſſationibus res ipſi ſuas perditum ire feſtinant, ſtatumque publicum. Haud equidem alia communium querelarum ſcatebra; de Urbe Roma Juvenal. ſat. 6.

ſævior armis
Luxuria incubuit.

Horat. Epod. 16.

Suis & ipſa Roma viribus ruit.

Senec. epiſt. 91. *Bellum in mediâ pace conſurgit, & auxilia ſecuritatis in metum tranſeunt.* Et infrà: *Sine hoſte patimur hoſtilia, & cladis cau-*

ſat, ſi alia deficiunt, nimia ſibi felicitas inveuit. Adde Saluſt. de bell. Jugurth. *Ubi illa farmido mentibus deceſſit, ſeilicet ea, quæ ſecundæ res amant, laſeivia atque ſuperbia inceſſere. Ita, quod in adverſis rebus optaverant atium, poſtquam adepti ſunt, acerbius aſperiuſque fuit.* Poſtremò Paterc. lib. 2. poſtquam Belli Carthaginieoſis favillas extinctas commemoravit, illa adjicit: *Hoc initium in Urbe Roma civilis ſanguinis gladiorumque impunitatis fuit.* Equidem otium io Armatis uſque adeò pertimuerunt viri optimi, ut interdum ad illud arcendum furta & latrocinia legamus legibus eſſe permiſſa. Tacit. de moribus Germao. *Latracinia nullam habent infamiam quæ extra fines cujuſque Civitatis fiunt: atque ea juventutis exercendæ ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicant.* Nimirum, ut ait Meoaoder,

Quàm multa martalibus otium facit mala.

Ejuſdem ſenteotiæ illud eſt Columell. lib. 11. c. 1.

Nibil agendo homines malè agere diſcunt.

Spectabile autem effatum Seipionis Naſicæ qui lętantibus oonnollis, tamquam io tuto res Romanæ eſſeot poſt devictam Carthaginem & ſubactam Græciam: Imò, ioquit, nunc in majore ſum metu, poſtquam oulli ſoperſunt quos timeamus. Senſit vir magnus proficuos eſſe Romanis hoſtes, per quos iiſdem ſecuris eſſe & negligentibus oon liceret. Ad arcendum verò otium oihil habent utilius periti Duces, quàm ut crebris expeditionibus militem fatigatum habeant: Senec. epiſt. 56. *Magni Imperatares, cum malè parere militem vident, aliquo labore campeſcunt, & expeditionibus detinent. Nunquam vacat laſcivire diſtrictis: nihilque tam certum eſt, quàm otii vitia negotio diſcuti.* Item Vellejus lib. 2. *Ne res diſciplinæ inimiciſſima otium corrumperet Militem, crebris in Illyrica, Dalmatiaque expeditionibus patientia periculorum, belliqne experientia durabat exercitum.* Congruuot Plutarchi verba in Vita Demetrii: *Hinc in Macedoniam regreſſus, & neque ipſe ad quietem natus, neque Macedonas conſiderans, magis ſibi in expeditionibus audientes, domi verò ſeditioſos, & novarum rerum eſſe cupidas, movit Ætolos.* Nihil certè Ducibus oneroſius, quàm ignavum, & deſidem ſub ſignis habere militem. Notavit Tacit. Annal. lib. 13. *Corbuloni plus molis adverſùs ignaviam Militum, quàm contra perfidiam hoſtium fuit. Quippe Syria tranſmotæ Legiones, pace longa ſegnes, munia Romanorum ægerrimè tolerabant*: Idem in Vita Agricolæ: *Sed diſcordia laboratum, cum aſſuetus expeditionibus miles otio laſciviret*: Ejuſmodi deſidiæ prohibendæ bellum exteruom plurimùm confert. Saniùs quippe ducitur copias alere quæſitis juſtè Imperii acceſſionibus, quàm eaſdem otio perdere.

Bellum dulce inexpertis. Antiquum, & merito laudatiſſimum adagiom, quod ex Pindaro Vegetius, & alii recenſeot. Eodem in univerſum admonemur, multa eſſe ad ſpeciem jucunda, quæ facto poſtmodum periculo, graviſſima eſſe ooſcuotur. Glorioſum quippe ſummam ſuperficiem iotuentibus exercitationis genus videtur res militaris. Verùm experiendo Bellatores diſcunt, nihil eſſe aſperius, graviuſque.

Bellum Navale: Quamvis navigia & bellicus claſſium apparatos ad Urbium Regoorumque tutelam plurimum conducant; quo reſpiciens Themiſtocles monuit Athenienſes, ut ligneo muro Urbem præcingerent, bellatricem indicans claſſem, adhuc tameo omnem navalis belli gloriam à bello terreſtri devinci & obſcurari ooo eſt dubitandum. Ipſæ navium anguſtiæ, è quibus certatur, bellatorum animos quodammodo coarctaot, oeque liberam atque multiplicem admioiſtratiooem armorum, diſciplinæque reliquæ militaris præſtant. Turba etiam & ars nautica plurima expedit, io ſeſeque felicium eveotuum omnem fere gloriam trahit. Dejicit animos reputatio irati maris, ventorumque inibi dominantium; ut vix ullam ſtrenuitatis partem exiſtiment milites contra fortuitos eveotus, atque ipſam naturam pugnare. Nam & mari fortuna præripit ſæpe virtuti locum, ut ſuccumbere ſæpe caſu cernamus, quibus rerum peritia atque ſtrenuitas victoriam pollicebatur. Quare præclarè Diodorus lib. 20. *In pugnis navalibus multæ variis modis cauſæ eveniunt, quæ faciunt, ut qui virtutis ſuæ jure victoriam reportarent, inopinatò ſuccumbant.* Sed & Nautarum auxilio, ac multò maximè arte & vigilantia clavum gubernantis non minimùm minuitur gloria militum. Accedunt incerti ſubitique aſſultus veotorum, & metus mortis atrociſſimæ in æſtuante pelago monſtroſoque, quæ looge majorem timorem ingenerant, quàm hoſtes ipſi & bellatrices machinæ navigiorum. Hioc perpetuò obſervatum eſt io militaribus delectibus, ad bellicos claſſium uſus eos eſſe milites reſervatos, qui geoere, habitu corporis, diſciplina vel robore minus pręſtarent. Idcircò ſapienter Plato lib. 6. de Legib. optat cives ſuos Athenienſes numquam res maritimas attigiſſe. Nam Romaoi bellum oavale terreſtri bello inferius eſſe perpetuis documeotis oſtenderunt, Livius: *Navales ſocii*, inquit, *relictis nuper claſſibus ad ſpem honorationis militiæ tranſgreſſi*: terreſtris ſcilicet. Et alibi: *Ex hoc Urbano exercitu, qui minores quinque & triginta annis eſſent, in naves impoſiti.* Tacitus Livii verbis eadem habet lib. 1. Hiſtor. *Facta eſt reliquis* (claſſicis oempe militibus) *ſpes in poſterum honoratioris militiæ.* Polybius autem illa habet: *Excipia eos, qui infra drachmas quadrigenas cenſi ſunt, quos omittunt & reſervant omnes ad nauticum uſum.* Ideo claſſicorum oumerum peoe Libertiois explebant. Liv. lib. 36. *M. Junia Prætori datum negotium ut in claſſem ſocios navales Libertinos legeres.* Idem alibi: *Naves civibus Romanis, qui ſervitutem ſerviſſent completæ; ingenui tantum Præfecti.* Nihil hæc tamen derogant laudi digoitatique belli oavalis. Nam uſu oavium conſtat terras ſervari defendique: ſiogulariqne io poſteros laude efferuntur, qui navalibus prœliis victores fuerunt. Quid enim conſpectius Themiſtocle, cum ad Salaminam ſuperavit potentiſſimam claſſem Xerxis Regis Perſarum, qui co navium apparatu Græciæ bellam intulit, ut totum operiret Helleſpootum, Aſiam verò Europæ ponte conjuogeret? Sed & Demetrii cognomento Expugnatoris, illuſtris io paucis memoria in omnem tranſiit poſteritatem, Cypro Rhodoque redactis in poteſtatem. Nec demom niſi Navali prœlio dirempta eſt lis illa, quotquot ioter mortales fuit maxima & acerrima, cum Octavius Auguſtus contra M. Antonium & Cleopatram Ægypti Reginam io mari Actiaco ad Leucatem de Ægyptiis memorabilem victoriam retulit, quà obtentà ad totius terrarum orbis imperium ſibi viam aperuit. Aquis perinde atque ter-

ris

ris belligeratur. Mari, quo nuſquam explicatior naturæ facies, concurritur. Maritima oppida non imparem terreſtribus munitionem ſuſcipiunt: Paulò diverſis machinatiooibus oppugnaotur propugnanturque. Major potiùs peritia atque dexteritas hìc eniteſcit in Duce, oovum ac truculentiſſimum hoſtem nacto, patentem pelagum. Ad hæc Navale bellum ei, quod terrà geritur, ſæpe conjunctum. Hinc utriuſqne Martis miſcendæ temperandæque artes. Magno numero legimus Imperatores alterutrà peritià fortunàque nobilitatos: utriuſque aleæ experimentis ioſignes eximiique pro miraculo ſunt. Cæſar ioprimis gemina illa laude coosſpiciendus in duplici obſidiooe Alexandriæ, atque Maſſiliæ. Utramque oitidè fusèque ipſe proſequitur in Commeotariis, & operoſiùs expendit Petrus Ramus in lib. de Militia Cæſaris. Vide Schefferum de Navali Militia.

Bellum omnium pater. Proverbium à Luciano uſurpatum. Ortum crediderim à ſententia Philoſophorum, qui res creatas, & hanc rerum univerſitatem diſcordia partium & elementorum progigni atque conſiſtere opinantur.

Bellum Rusticorum. Notum eſt Militiam ruſticaoam abunde nobilitatam fuiſſe à mortalium vetuſtiſſimis, ac præſertim ab Hæbræis, ex quorum agris & paſcuis bellatores fortiſſimi prodierunt. Eandem ad ſupremum gloriæ faſtigium evexerunt Romani. Teſtes ab ararro accerſiti Dictatores, agreſte fœnum pro ſignis militaribus habitum, virgæ vero & ſecures ſublatæ, ut Inſigna præpotentis Imperii. Horat. lib. 3. 6.

Sed Ruſticorum maſcula Militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas.

Hinc mores Romanorum ab agreſti illa ſimplicitate degeneres taxant Satyrici Scriptores. Juven. Satyr. 3.

Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna, Quirine.

Perſius Satyr. 6.

poſtquam ſapere Urbi
Cum pipere & palmis venit noſtrum hoc maris expers,
Fœniſecæ craſſo vitiarunt unguine pultes.

Præſtantem indolem, vimque à natura probe comparatam afferre ad rem Martiam agreſtes Hiſpanos prodidit Viriatus, qui ad annos quatuordecim, cooflato ruſticano fere exercitu Romanis obſtitit. De eo Duce Cicero Offic. l. 2. *Viriatus Luſitanus, cui quidem etiam exercitus noſtri Imperatoreſque ceſſerunt.* Vide de eodem Liv. epit. Florum l. 2. 17. Val. Max. l. 6. Conſule etiam de bello Ruſticorum in Uogaria Boof. dec. 3. l. 3. io Germania, ac precipue in Suevia, & Lothariogia Joannem Sleidaoum l. 3. io Belgio Famianum Strada ooo uno in loco. Nec obſtupeſces Ruſticanæ plebis ferociam, ſi reputaveris migrantem in Caſtra labores agreſtes mutare levioribus; oec ſub dio ſudantes refugere manſiones ſub pellibus. Quam autem periculorum, aut cujus mortis faciem extimeſcant ab Urbani otii commodis longè ſejuncti, & à mollioribus illis deliciis, quæ vitam expetendam faciunt? Seditionum & ruſticanorum tumultuum cauſæ fere ſunt impoſita vectigalia, fruges incenſæ, vaſtati agri, furta præſertim & injuriæ in tranſitu copiarum, harumque io caſtris degentium excurſiones pecori exitioſæ, Remedia petenda à caſtreoſi diſciplina, & à minimum impunita militum, & ſervorum militarium licentia, cum pabulatum, aquatum, lignatum proficiſcuntur. Belgica ſuperiorum temporum Hiſtoria duo refert militaria ſtrategemata, quorum altero Hollandi milites ruſticorum habitu perſonati Hoyium interceperunt, altero Hiſpani agreſtium pariter veſtes mentientes occuparunt Ambianum, Utrumque refertur ab Angelo Galucci de reb. Belg. primum l. 5. alterum l. 9. Vide *Urbana Militia*.

Bellum sacrum. Quodcumque juſta ex cauſa bellum indicitur, exerceturque ſervatis legibus, quas pietas & ratio præſcribunt, ſacrum meritò dicitur Bellum. Rem ſcilicet undequaque ſacram ſcimus eſſe juſtitiam & æquitatem. Hic verò preſſiori vocabulo ſacrum nuncupamus Bellum, quod Religiooe vel pietate duce geritur adversùs iiſdem virtutibus rebelles & contumaces. Non eſt autem cur longum ſermooem protraham in recenſione bellorum, quæ damnatæ falſæque Religionis oomine indicta legimus & exercita ab omoibus ferè gentibus. Quamobrem oihil occurrit vulgatius apud veteres Scriptores, quàm pugnare pro aris & focis. Pars noo poſtrema ſolertiæ & ſagacitatis apud Antiquos fuit, Religionis obtentum, pulcherrimamque ac venerabilem ſpeciem populis callidè injicere, ut Principes & armorum Supremi paratiores ad imperia eoſdem haberent, tamquam gloriantes ſuſcipi à ſe defenſiooem Deorum immortalium, & divinam potiùs quàm humanam cauſam agere ſuis armis atque ſtrenuitate. Eo proinde genere Belli ſacri, utpote vulgatiſſimis antiquitatis monumeotis paſſim obvio, à oobis præterito, ad ſacras illas expeditiones bellicas feſtinamus, quæ peculiares ſuot noſtræ Religionis, & Majorum noſtrorum ſtudia militaria, ac Religioſum ardorem mirificè oobilitarunt.

2. Multiplicis verò ſacri belli hooeſtiſſimus inprimis titulus extitit Palæſtioæ ſacraria, præcipuè verò Urbem Hieroſolymitanam, Chriſti Domioi domicilio & ſepulchro præ cæteris provinciis oppidiſque cohooeſtatam, excuſſo Saracenorum jugo iodigniſſimo, aſſerere in libertatem. Nulla certe ſpatia temporum futurorum tot tantiſque præclariſſimis Europæ Ducibus, eorumque eximiis faciooribus induceot caliginem, qui terras illas à Divino noſtri generis Reparatore, cootubernio ſuo obituque illuſtratas, aut de nefariorum hoſtium manibus extorſerunt, aut generoſa proprii ſaoguinis effuſione ad ſummam extulerunt gloriæ celebritatem. Satis hic fuerit indicare Chriſtianæ militiæ Lumina illa, & Heroes præſtantiſſimos Gothefridum, Balduinum, Boemuodum principem Tarentinum, Robertum Ducem Normanniæ, Raimundum Comitem Toloſanum, Guidooem Luſinianum, Leopoldum Auſtriæ Ducem, alioſque ſpectatiſſimæ virtutis. Adjice Conradum & Fridericum Cæſares; Galliæ verò Reges gemioos Philippos, alterum Auguſti, Audacia alterum cogoomento, & Riccardum Angliæ Regem. Quid enim dicam de S. Ludovico Galliæ Rege, qui divinis prope gloriæ militaria pietatiſque monumeotis ubique relictis apud Barbaros, dum proferendæ religionis ſtudio Tunetaoam obſideret arcem, morboſa lue correptus terram hoſticam ſanctiſſimo ioteritu conſecravit? Ejuſmodi votivarum expeditionum militarium repetitur ferè origo à Concilio Claromontano ſub Urbano II., ut tradunt omnes

ferè

Digitized by Google

ſerè Scriptores rerum Hierosolymitanarum :

3. Ut autem firmiore oexu ad pulcherrima edenda facinora per extremas Aſiæ partes incenderetur animi, optimo conſilio excogitatum eſt, omnibuſque præſcriptum, ut ad ſacra bella profecturi Auguſtiſſimæ Crucis ſymbolum auro textum vel ſericum chlamydibus ſuis, palliis, vel amictoriis aſſuerent deſigerentque, quod omnibus eſſet teſſera & glorioſum Inſigne ſacræ expeditionis, cui ſeſe quiſque devoverat, ſuſcipiendæ. Nec verò temere aut pro ſuo quilibet arbitrio quam maluiſſet veſtimenti partem cruce ſignabat. Præibant ſacræ cæremoniæ, ac fere in majore templo inter accenſa funalia, muſicoſque concentus, è manu Epiſcoporum, aut ſpectatæ dignitatis Præſulum ſumebantur cruces. Id paſſim legitur in omnibus memoriis belli Hieroſolymitani. Videndi Guibertus lib. 2., Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſt. Friderici, Gotheſridus Monachus Veſtmonaſterienſis, magnoque alii numero. Colores aſſutæ crucis præcipui erant coccineus, rubeus, viridis, candidus. Sic autem variarum gentium Priocipes, bellique ſacri candidati alii ab aliis diſceroebantur. Teſtatur id Hovedenus, ubi de votiva expeditione belli Hieroſolymitani, ſuſcepti à Philippo Galliæ, & Henrico Angliæ Regibus; *Prædicti Reges in ſuſceptione Crucis, ad cognoſcendam gentem ſuam, ſignum evident ſibi & ſuis providerunt. Rex namque Franciæ & gens ſua ſuſceperunt cruces rubeas, Rex Angliæ cum gente ſua ſuſcepit cruces albas, & Philippus Comes Flandriæ ſuſcepit cruces virides.* Affixa interdum crux coloribus diverſis diſcriminata; diviſa ſcilicet æquatis partibus in rubeum colorem & album. Quandoque non in ſcapulis, ſed in pectore geſtabatur. Ad eum modum cruces detulere Peregrini contra Albigenſes. Nicolaus de Braja:

Vexilloque crucis munito pectore Regis,
Tota cohors procerum ſigno ſe munit eodem.

4. Emolumenta inſuper maximi momenti & immunitates additæ à liberalitate Cæſarum atque Pontificum, quæ Cruceſignatos condecorarent, aliiſque proceribus atque patritiis animos adderent, incitarentque viros nobiles ad ſortunas ſuas vitamque & ſanguinem Bello ſacro devovendum. Eas porrò immunitates & privilegia, ut vocant, ex variis Scriptoribus colligit Cangius in Gloſſ. Nulla certè pars ſacrorum Annalium illuſtrior eſt, quàm quæ votivas ejuſmodi progreſſiones militares pro religione ubique gentium ſuſceptas, enarrat. Refertæ ſunt Hiſtoriæ illæ immenſa quadam copia eventuum pulcherrimorum, ſacioorumque præſtantium, qualia & quanta ab iis patrari par erat, quos ſupra generis claritatem & præſtantiam indolis, amor religionis ac pietatis ſtudium, fideique propugnandæ cauſa, è ſuis ſedibus & urbano otio ac domeſticis deliciis, ad fortiſſimè dimicandum adversùs hoſtes religionis eliciebat.

5. Nec terreſtres duntaxat conflictus Cruceſignatorum, verùm etiam navales, & expeditiones claſſicæ, Eccleſiæ faſtos inſigniunt. Sacri hioc per annum dies Cælitibus ac præſertim Deiparæ Virgini dicati ad perpetuam poſteritatis recordationem Navalium victoriarum. Hioc ornata Chriſtianorum templa atque Baſilicæ ſignis Turcicis militaribus expanſiſque lunatis vexillis, in acie ab hoſte direptis. Hinc tot inſignia & illuſtres teſſeræ familiarum nobilium per occaſionem facinorum bellicorum, reique navatæ ſtrenuè in religionis cauſa fortibus gladiis, fortioribus animis peroranda. Conſuleodi ſunt in hac materia Scriptores equeſtrium ordinum militarium. Nos etiam labori non pepercimus plura in loco decerpendi, præſertim in receoſione eorundem ordinum. Vide *Religio*.

Bellum servile. Vide *Servus*.

Bellum sociale, quod à ſociis Provinciis, vel gentibus infertur. Vide Flor. lib. 3. cap. 18. & apud nos *Socii*.

Benedictio armorum. Vide *Beneprecari armis*.

Beneficiarii milites. Dicti ſunt qui Imperatorum vel Conſulum beneficio, obtenta prius militiæ vacatione, ad eandem honeſtis cooditiooibus invitati redeunt. Cæſar lib. 3. Bell. Civil. *Evocatorum circiter duo millia, quæ ex Beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum convenerant*. Appiaous author eſt, Octavianum Cæſarem ad decem millia evocatorum ex patris ſui Beneficiariis collegiſſe. Meritò verò flos ille roburque militum habebatur, utpote qui ætatem armis belliciſque periculis obeundis cootriverit.

Beneprecari armis. Non illud modò ex præſcriptione Eccleſiæ Romanæ, ſtudioque ingenitæ pietatis obſervare ſolent Chriſtiani Duces, ut milites ſuos ad expeditiones bellicas & Martios conflictus non ante educant, quàm eoſdem expiari curaverint priùs confeſſione noxarum, corroborari epulo immortalitatis, & ſacris precibus atque ſupplicationibus, imploratаque ſupremi Numinis & Cælitum ope communiri; verùm etiam ipſa arma & vexilla luſtrari conſecrarique curant, certis verbis formuliſque ab Epiſcopis vel Sacerdotibus publicè prolatis. Meminit hujus moris Honorius Auguſtod. lib. 1., ubi de Sacerdotibus loquens, hæc habet: *Horum officium eſt Miſſas celebrare, Arma benedicere &c.* Vexilli autem bellici conſecratio habetur in Ordine Romano. Id porrò factitatum apud Bizantinos docet Leo Imp. in Tacticis cap. 19.

Benignitas in Imperatore. Hoc nomine clementiæ, humanitatis, beneficentiæ atque liberalitatis officia contioentur. Licet autem præcipuum & arctiſſimum inter omne genus mortalium illud ſit vinculum, quod ab amore, aureo nexu & adamantino, jungitur; oihilo tamen minus, ad coociliandoa militum aoimos, eorumque obſequium provocandum, ut ad outum Ductoris ſui regantur facilè, & ejuſdem opinione illecti oihil pertimeſcant periculorum, laborioſum nihil oon audeant, Inſtrumeotum longe omoium efficaciſſimum eſt Benignitas Imperatoris. Occultis illa quibuſdam ſtimulis ad omnia alacriter ex animoque teotanda atque perficienda, ad ſubeundum laborem omnem, & mortem ipſam interrito animo vultuque laceſſendam, mirificum quendam in modum ſequaces copias exacuit & incendit. Duriſſima certè operum & laborum, & alioqui neutiquam perferenda à Cæſare obtinuit ejuſdem comitas, quà militum ſalutis diligentiſſimam curam & rationem habebat; ac perpetuum illud ſtudium, quo providebat affatim rem cibariam: quamobrem gloriari ſolebat, milites ſuos, etiam unguentis delibutos, & fortiſſimè dimicare, & feliciſſimè profligare hoſtem aſſueviſſe. Quaoti verò Cæſarianæ Legiones ſui Imperatoris affabilitatem feceriot, apertiſſimum fecere in obſidione

Google

ne Gergoviæ, ubi graviſſimâ adſtricti penuriâ commeatuum pro ignominia probroque acceperunt indultam ſibi à Cæſare ſolutionem obſidii. Sic autem Cæſar de Bell. Gallic. lib. 7. *Summa difficultate rei frumentariæ affecto exercitu, tenuitate Bojorum, indiligentia Æduorum, incendiis ædificiorum uſque eo, ut complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquioribus vicis adacto extremam famem ſuſtentarent. Nulla tamen vox eſt ab iis audita Populi Romani majeſtate & ſuperioribus victoriis indigna: quin etiam Cæſar, cum in opere ſingulas legiones appellaret, & ſi acerbiùs inopiam ferrent, ſe dimiſſurum appugnationem diceret, univerſi ab eo, ne id faceret, petebant: ſic ſe complures annos illa imperante meruiſſe, ut nullam ignominiam acciperent, nunquam infecta re diſcederent, hoc ſe ignominiæ laturos loco, ſi inceptam oppugnationem reliquiſſent.* Pelopidam certè, Alcibiadem, & Cimonem inter Græcos; Fabium verò Rullum, & duos Africanos inter Romanos non tam peritia militaris, multitudo & robur armatorum, quàm ſua humanitas, & exinde natus amor militum victores fecit. De Mithridate refert Juſtinus, tantum fiduciæ eum Regem in amore militum collocaſſe, eorumque benevolentiam uſque adeo expertum, ut licet plurimas clades acceperit à Silla, Lucullo, & Pompejo, vegetior tamen ſemper & animoſior, benignitate ſua provocante militum animos, bellum inſtauraret. Nec verò aliter Valerius Corvinus ad laborioſiſſimas expeditiones ſuas copias traxit, quam catenis aureis omnis generis officiorum, ſtudioſæque in eas voluntatis. Vide Liv. dec. 1. l. 7. Id nimirum eſt, quod Plinius præcepit monuitque; ad quælibet à milite obtinenda amorem longè validiorem eſſe, quàm metum, cui perbelle congruit Vegetius lib. 2. *Laudabiliores Duces exiſtunt, quorum exercitus ad modeſtiam humanitas & labor inſtituit, quam illi, quorum milites ad obedientiam ſuplieiorum formida compellit.* De hac Imperatoria virtute vide plura in dictione *Severitas diſciplina militaris*.

2. Invia quæque & munitiſſima feliciùs lenitate, quàm viribus expugnari, Mythologi docuerunt gemina illa ad Tartarum expeditione propoſita Herculis, Orpheique. Perrupit quidem, ut Horatius loquitur, Acheronta Herculeus labor: verùm quot eidem exerendi niſus, quantum laborum fuit devorandum, ut Cerberi fauces elideret, hydramque proſtraret? Orpheus contra fidibus quàm clavâ fortior nullis monſtris obſeptum iter, nullos intercluſos aditus occupavit, occurrentium umbrarum ac portentorum irâ ad potentiſſimi dulcedinem cantus conſopitâ atque demulsâ. Virgil. 4. Georg.

Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus, Maneſque adiit, Regemque tremendum,
Neſciaque humanis precibus manſueſcere corda.
At cantu commotæ Erebi de ſedibus imis
Umbræ ibant tenues.

3. Nec in ſuos duntaxat, verùm in hoſtes ipſos magnificæ laudis fuerit eniteſcere Benignitatem Imperatoriam. Longè validius ex ea præſtantibus regnis munimentum, quàm à didito latè terrore, & pœnis ſumma ſeveritate ſumptis accedit, ut plane mihi minus humaniter egiſſe videatur Eumenius in Paneg. Conſtantini Junioris, ubi ejuſdem rigorem acerbum multis commendat: *Te verò, Conſtantine, quantumlibet oderint hoſtes, dum perhorreſcant. Hæc eſt enim vera virtus, ut non ament & quieſcant. Cautior licet ſit qui devinctos habet per veniam perduelles, fortior tamen eſt qui calcat iratos. Renovaſti, Imperator, veterem illam Romani Imperii fiduciam, quæ de captis hoſtium Ducibus vindictam marte ſumebat. Tunc etenim captivi Reges, cum à portis uſque ad forum triumphantium currus honeſtaſſent, ſimul atque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur.* Et paucis interiectis: *Ceteri in vinculis luce privati aliis Regibus dedere documentum ut mallent amicitiam colere Romanorum, quàm exaſperare juſtitiam. Adeo & hoc boni confert pœna hoſtibus irrogata, ut non solùm inimici ferocire non audeant, ſed etiam amici impenſiùs revereantur.*

4. Bellum æquiſſimum adminiſtrantes, auctique victoria Imperatores, ſi nonnihil illis humanitatis eſt reliqnum, reſugiunt abhorrentque ab illa Lucani ſententia lib. 1.

arma tenenti
Omnia dat qui juſta negat.

Reputant potius ſalutarem Senecæ monitum:

Minimum decet libere, cui multum licet.

Ciceronis eſt Offic. 1. *Sunt quædam officia etiam adversùs eos ſervanda, à quibus injuriam acceperis. Eſt enim ulciſcendi & puniendi modus.* Crudeles vocavit Seneca, qui licet puniendi cauſam habeant, modum non habent. Multa ſiquidem juſtitiæ congruentia aut condonat aut præterit excelſa indoles & humanior animus. Neque aliter quàm ignoſcendo Romani in immenſam latitudinem imperium auxere; qui porrò quanta in hoſtem pervicacem ſeveritate, tantâ beneficentiâ adversùs ſupplices egerunt. Memoratu digniſſimum eſt quod ſcripſit Polybius: *Bonorum virorum eſt cum minus probis non internecinum gerere bellum, ſed hactenus ut delicta ſarciantur atque emendentur: neque inſontes cum ſontibus unâ pœnâ involvere, ſed inſontium cauſâ, etiam ſontibus parcere.* Nihil autem optimi Imperatoris ingenio accommodatius atque ſplendidius eſſato Authoris ad Herennium; *Benè majores noſtri hoc comparaverunt, ut neminem Regem, quem armis cœpiſſent, vitâ privarent. Quid ita? quia, quam nobis facultatem fortuna dediſſet, iniquum erat in eorum ſupplicio conſumere, quos eadem fortuna paulò ante in ampliſſimo ſtatu collocarat. Quidquod exercitum contra duxit? deſino meminiſſe. Quid ita? Quia viri fortis eſt: qui de victoria contendant, eos hoſtes putare, qui victi ſunt, eos homines judicare, ut poſſit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille, ſi viciſſet, num idem feciſſet? Quid igitur ei parcis? quia talem ſtultitiam contemnere, non imitari conſuevi.* Eo nomine meritò commendatus à Propertio Minos Cretenſium Rex:

Victor erat quamvis, æquus in hoſte fuit.

Habita præcipuè ratio puerorum, ſexuſque imbecillioris. Jure quippe exclamat Lucanus:

Crimine qua parvi cædem potuere mereri?

Camilli verò apud Livium illa ſunt: *Arma habemus non adversùs eam ætatem, cui etiam captis Urbibus parcitur, ſed adversùs armatos.* Crudeliſſimum autem eſt, quod legitur apud eundem

Hi-

Hiſtoricum lib. 24. *Vſque ad infantiam cædem iræ crudelis pervenit*. De fœminis verò magnanimè Alexander apud Curtium lib. 5. *Cum captivis & fœminis gerere bellum non ſoleo*. Item alius apud Tacit. *Neque adverſùs fœminas, ſed palàm adverſùs armatos ſe bellum tractare*. Ariſtoteles in Problematis docet, longe nequius eſſe fœminam, quàm virum occidere; cum illa ob naturæ imbecillitatem minus ſit idonea injuriæ inferendæ. Qua porrò de cauſa à Tiraquello in leg. Connub. laudatur Aurelianus Imperator, qui Zenobiæ Reginæ Palmyrenſium, à militibus ad necem raptæ, vitam condonavit; cum cæteroqui audax fœmina per ſummam perfidiam Romano Principi imperium ereptum iviſſet. Contra verò Varus ac Tucca, quos Virgilius Poematis ſui cenſores atque recognitores teſtamento legaverat, expungendos cenſuerunt ex divinæ Æneidos libro ſecundo verſus illos, ubi de occidenda Helena Ductor Trojanus deliberat. Licet autem Virgiliani interpretes non minimum defatigentur, dum oſtendunt nihil inibi Poetam contra decorum, & Æneæ magnanimitatem deliquiſſe, nihilominus eorum conatus fruſtra eſſe non poſtremæ notæ Critici ſtatuunt. Eximia nimirum animadverſio eſt Diodori Siculi lib. 27. *Urbium expugnationes, & ſi quid aliud in bello proſperum, ſæpè fortunæ magis, quàm virtuti debentur: at in ſummo imperio victis miſericordiam impertiri, ſolius prudentiæ opus eſt*.

Berbix, icis. Quaſi vervex, ex qua voce detortum nomen eſt. Idem ac Aries. Recenſetur inter machinas bellicas oppugnatorias, quemadmodum ipſe Aries. Anonymus Barenſis in Chronico: *Per mare & terram obſedit eam: fecit ibi turrim excelſam ligneam, & petrarias, & Berbices, ut apprehenderet eam*.

Bestarcha. Dignitatis nomen erat Palatinę in aula Byzantina. Zonaras in vita Eudociæ: *Hic Diogenes Romanus Beſtarchorum dignitate ornatus, & à Duca Sardicæ Dux deſignatus fuerat, & cum illic alicubi in Pazinacas incidiſſet, multis occiſis, nec paucioribus captis, & viventes, & ceſorum capita miſerat ad Imperatorem; à quo ea de cauſa Beſtarcha deſignatus fuerat cum honorificis literis, quibus ſcribebat, eam dignitatem illi non donari, ſed pro egregii facinoris remuneratione dari*. Beſtarcha, quaſi Veſtarcha dicitur, trajectu uſitato à *B* in *V*. Et ea quidem dignitas Præfectum vel Cuſtodem Veſtiarii videtur referre. Certè in Inſula Chio adhuc ſuperſtes Veſtarcharum familia eſt. Sed ſupereſt ulterius inveſtigandi locus ſuper genere hujus dignitatis, & origine hujus vocabuli.

Biafora. Formula conclamationis ad arma, ſeu clamor publicus, quo primùm audito oppidani omnes, aliique vicorum pagorumque incolæ domo egredi, ſuumque Principem ſequi debebant: quod ipſum exprimit vocabulum Vaſconicæ originis. Italorum mos popularis eſt, cum in ſubito tumultu plebs ſeditioſa excire obvios ſolet, uti verbis illis: *Via fora*, conſueta mutatione literæ *B* in *V*. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegalenſis: *Et tenentur venire ad mandatum Præpoſiti in primo adventu ſuo cum armis, & jurare pacem, & tenentur venire ad clamorem Biafora cum armis, & ſequi Præpoſitum vel Locumtenentem ſuum, & hoc quotieſcunque mandatum receperint, vel ad eorum notitiam pervenerit*.

Biarchus. Notione Græca victûs, rei cibarię, vel annonæ Præfectus. S. Hieronymus Epiſt. 61. ad Pammachium: *Sed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor*.

Biarchia, æ. Munus Biarchi. Præfectura rei cibariæ, annonæ, victualium. Occurrit leg. 1. C. de Offic. Magiſt. Offic.

Biblia, æ, ſeu potius *Biblia Petraria*: ſic enim conjungendæ videntur voces, quæ apud Scriptores Latinobarbaros dividuntur. Certè Lipſius, ubi ejus machinæ meminit in Poliorcet., eaſdem ſemper conjungit. Machina fuit lithobola ſeu jaculatoria, cujus meminit Albericus in Chronic. MS. *Adducens ſecum Bibliam petrariam, & cætera bellica inſtrumenta*. De ejus nominis origine Lipſius, Cangius in Gloſſ., aliique Scriptores de bellicis machinis planè reticent. Nihil moveo circa Biblum fruticem apud Plinium, & alios, ex quo frutice conſtat dici Biblia, volumina ſcilicèt, ac potiſſimum ſacra. Sed neque quidquam commodæ conjecturæ affert Biblina Regio in Thracia. Biblum non obſcuram eſſe in Phœnicia Civitatem tradunt Curtius, aliique non pauci. Eam Urbem à Saladino expugnatam & Chriſtianis ereptam ſcribunt Paulus Æmilius, & Blondus. Movit mihi ſuſpicionem in ea primùm Civitate inventam Bibliam, ſeu Bibliam petrariam, quoniam de ea machina potiſſimum ſolent meminiſſe Scriptores belli Syriaci, & Palęſtini. Id mihi ſolùm indicaſſe ſufficiat.

Biblieta, æ. Parva biblia. Hiſt. MS. Excidii Acconis: *Secum ducens machinarum multitudinem fundibulariurn, ſicut ſunt Petrariæ, Bibliętæ, Perdiceta, & Mangonelli*.

Bicellus, i, vel *Biccellus* pro genere pugionis vel haſtulæ amentatæ. Legitur apud Thurozium in Carolo Rege Ungar. *In ipſum irruit, & cum Bicello inter collum & ſcapulam fortiter feriendo transfixit*. De huius, aliorumque huius generis miſſilium vocibus, & illarum origine, otioſum eſt ultra quærere: nam & Barbaræ voces, & inſtrumenta, quæ deſcribuntur, deſita & antiquata.

Bidaldi, orum. Genus quoddam peditum Gallorum, ac præcipuè Navarræorum. Ægidius de Roya an. 1328. *Commiſſum eſt prælium incipientibus Bidaldis, & Balliſtariis Regis*. Horum ſpicula fuere propria, duo autem geſtare ſolitos jacula inter alios ſcribit Guillelmus Guiart.

Portent deus dars, & une lance,
Et un contel a la centure
D'autres armeures n'ont cure.

Ex quo Poetæ Gallici loco conjicio, Bidaldos; quaſi bidardos fuiſſe appellatos. Neque enim aliter militaſſe leguntur uſpiam, quàm duobus jaculis armati. Eos Joannes Villani lib. 8. 78. 4. vocat Bedali, de quibus hæc habet: *Faccendo i Franceſchi venire lor pedoni, e ſpezialmente i Bedali. Ciò ſono Navarreſi, Guaſconi, e Proenzali, con altri di Linguadoco, leggieri d'arme, con baleſtra e dardi, giavelotti a fuſone*.

Bifax, acis. Jaculi genus duplici facie. Gloſſæ Iſidori. Vide *Fax*.

Biffa, æ. Machina jaculatoria & lithobola, cujus meminit Ægid. Roman. de Regim. Princip. 3. cap. 18. ſic illam deſcribens: *Aliud genus machinarum habet contrapondus mobiliter adhærens circa flagellum, vel circa virgam ipſius machinæ, vertens ſe circa hujuſmodi virgam. Et hoc genus machinæ Romani oppugnatores appellaverunt Biffam*.

Bi-

Digitized by Google

Biga, æ. Numero ſingulari negat Latinè dici poſſe Varro lib. 9. de L. L., & negare fortaſſe potuit, quoniam ea vox Latio non adhuc donata erat. Quod autem viri aliquot eruditi, adducta Varronis obſervatione, contendant Bigam non eſſe vocem Latinam; ii ſcilicet mihi neutiquam probari poſſunt. Nam quæ vox Varronis tempore ignota erat Latio, in Urbem poſtea, atque adeo in medias Carinas induxerunt non contemnendæ notæ Scriptores. Seneca in Hercul. Oetæo:

Feſſa nocturnæ levat ora bigæ.

Stat.

nec ſi alma per auras
Te potius prenſâ veheret Tritonia bigâ.

Idem in Theb.

Roriferum gelidâ tenuaverat aera bigâ.

Plin. lib. 35. cap. 11. *Euchrides pinxit Bigam Regis cum victoria.* Sveton. in Tiber. cap. 26. *Vix unius Bigæ adjectione honorari paſſus eſt.* Melius tamen dixeris Bigas numero, ut Cęſar apud Gellium loquitur, plurativo. Bigę verò dicuntur, quaſi bijugę à binis equis jugo nexis; non verò quaſi biagę, nempe à binis equis currum agentibus, ut notavimus in titulo *Triga*. Hac donatur appellatione quicumque currus à duobus equis quomodolibet ductus, dummodo jugati ſint equi. Alio quippe cenſeutur nomine currus illi, ſeu potius carri, & plauſtra oneraria, à duobus equis ita acti, ut qui proximior currui eſt, jugo ſit alligatus, alter verò funalis. Bigis olim, ac potiſſimum tempore Heroum, fuiſſe depugnatum, liquet ex Homero non ita paucis in locis ac præcipue ubi deſcribit currum Menelai. Virgil. de Turno lib. 12.

bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Et lib. 1. Æneid. de Hectore raptato Achillis curru:

Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere.

Bigarum, ad formam currus militaris, etiam in ſacris libris eſt mentio. Iſa. 21. *Ecce iſte venit aſcenſor vir bigæ Equitum.* In Circenſibus bigę primùm adhibitæ; mox trigæ, ac poſtremò quadrigæ invaluerunt, certaminibus aptiores viſæ. Bigas Lunæ ſacravit Antiquitas, ut quadrigas Soli. Sed & nocti bigas attribuit Virgil. lib. 5.

Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat.

Et Auroræ lib. 7.

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Phrygum inventum fuiſſe Bigas, ut quadrigas Erichthonii, alibi docui ex Plinio. Vide plura in titulo *Currus militaris*.

Bigæ cum statuis. Vide *Quadrigæ cum ſtatuis*.

Bigati equi. Caveas imponat tibi Livii locus lib. 3. de Bell. Punic. *Lætoque juveni equum eximium dono dat, Bigatoſque quingentos.* Ibi enim equi Bigati ſunt nummi genus, quod bigas impreſſas habebat, ut ex eodem Livio non ſemel diſcimus; non verò equi bini, ſeu bijuges ad currum juncti. De Bigatis vide Harduinum diſſertatione Singulari ad Plinii locum de veteri re nummaria, adjecta ad librum de nummis Populorum, & Urbium.

Bijugi, orum. Subſtant. pro equis bijugis. Virgil. lib. 10.

bijugis infert ſe Lucagus albis.

Pro ipſo curru, ſeu bigis. Virgilius ibidem.

Deſiliit Turnus bijugis.

Bijugus, a, um. Ut certamen bijugum, ideſt bigarum. Virgil. lib. 5.

Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus.

Martial. lib. 1. 42. de equis bijugis.

Geſtatus bijugis Regulus eſſet equis.

Bijugis, ge. Bijugus. Sueton. in Calig. *Poſtridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famoſorum equorum &c.* Claudian. Paneg. lib. 5.

Atque uno bijuges tolli de limine faſces.

Apul. in Aſin. *Currus bijuges alii ſubnatant.*

Bilix, icis. A *bis* & *licium*. Quod duplici licio contexitur, vel duo licia in ſummitate habet ad ornatum. Epitheton eſt frequens ubi de loricis eſt ſermo; quo modo etiam dicuntur trilices. Virgil. lib. 12.

rumpitque infixa bilicem
Loricam.

Bihordo, as. Eſt exerceri haſtiludio. Concil. Albienſe: *Trepidare quoque, quod vulgariter biordare dicitur cum ſcuto & lancea, aliquis Clericus publice non attentet.* Hoc eſt Italorum *Bagordare*, & *Bagordo*, quod Academici à furfure exponunt *Feſteggiare armeggiando e gioſtrando.* Franc. Sacch.

Dunque ſi balli, e canti in tutti i verſi,
Bagordando ciaſcun.

Hiſpanis etiam *Bohordar*, & Gallis *Bouhorder*, quas omnes voces Nicotius Originis Tartaricæ eſſe ſtatuit. Hinc eſt

Bihordium, Trojæ, vel equeſtris decurſionis genus: Lambertus Ardenſis: *Ut illic Bihordia frequentaret & torniamenta.* Invenio præterea *Bagordo* pro haſtilis genere Bocc. Filoc. l. 2. *Circondati tutti di ſonanti ſonagli con Bagordi in mano.*

Bipedile. Machina jaculatoria exponitur à Cangio; duobus pedibus nixa vel conſtans. Hiſt. de Excid. Acconis: *Et ipſis ſic diſperſis cum Bipedilibus & communibus baleis quarellorum multitudinem emittentes.* Niſi clarior occurrat locus pro bipedili machina, non ſatis illa ſancitur teſtimonio præfatæ Hiſtoriæ, quod mihi facilè mendoſum eſt, & fortaſſe ſubſtituendum *Bipedalibus*, ut intelligantur Baleæ jaculatoriæ, de quibus ibi agitur, fuiſſe bipedales.

Bipennis, ne. Fit à *bis* & *pinna*, quod eſt acumen; unde templorum, murorum, & arcium pinnas legimus. Adjectivum fere eſſe multis evincitur Scriptorum veterum locis. Virgil. 11.

ferro ſonat alta bipenni
Fraxinus.

Neque enim audiendi ſunt Grammatici, qui duplex ſubſtantivum ibi agnoſcunt. Si enim galea, quæ apud Ariſtophanem quatuor plumis ornata deſcribitur, quadripennis redditur à non uno optimæ notæ interprete, cur non & bipennis ad formam adjectivi dicatur? Sed omnem adimit dubitationem Terentius Varro in Parmen. per ea verba: *Ferens ferream humero bipennem ſecurim.* Erit proinde Bipennis ſecuris utrinque habens aciem. Inter bellica inſtrumenta non ultimo gaudet loco, ut à nobis eſt indicatum ubi de ſecuri. Singularis autem ejuſdem uſus eſt in militia Navali ad incidendos gubernaculorum funes. Apertè id prodidit Vegetius lib. 4. cap. ult. *Bipennis eſt ſecuris habens ex utraque parte latiſſimum & acutiſſimum ferrum. Per has in medio ardore pugnandi peritiſſimi nautæ, vel milites, cum minoribus ſcaphulis, ſecreto incidunt funes, quibus adver-*

ſariorum ligata ſunt gubernacula. Vide *Securis*.

Bipennifer, a, um. Bipennem ſecurim ferens. Ovid. 8.

Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas.

Biremis. Navis duos habens remorum ordines. Virgil. lib. 8.

geminaſque legit de claſſe biremes.

Plin. lib. 7. cap. 56. hæc habet de inventoribus navium, quæ pluribus remorum ordinibus agitantur: *Biremem Damaſtes Erythræos feciſſe, triremem Thucydides Aminoclem Corinthium, quadriremem Ariſtoteles Carthaginienſes*. Vide *Triremis*, & *Naves longæ*.

Biaotum. Vehiculum duas habens rotas. Nonius in voce *Ciſium*.

Bis perit qui suis armis perit. Adagium, quo docemur gravius nobis ea accidere incommoda, quibus aliquomodo nos ipſi originem vel occaſionem tribuimus. Ortum ab apologo Æſopi de aquila, quæ pennato jaculo interfecta ubi vidit confoſſam ſe ſpiculo ex aquilinis alis direpto, graviſſimè tulit non tam ſe eſſe interemptam, quàm ſuiſmet armis periiſſe.

Bisaccium, ii. Saccus eſt, ut vox ipſa ſonat, duas hinc inde manicas ſeu peras habens. Vel ſaccus bifariam conſutus ad receptandum non alimoniam duntaxat viatori aut militi congruam, verùm etiam omne genus ſupellectilis, quæ ad ſubitos & frequentes uſus expedita & parabilis, & inventu eductuque facilis eſſe debet. Aptatur ferè equis, & minimum ſeſſoribus incommodat. Petronius: *Cæterum in promulſidari erat aſellus Corinthius cum Biſaccio poſitus*. Deterioris ævi Scriptores dixerunt Biſacciam. Regula Magiſtri cap. 58. *De componendis ſarcinis animalium, vel de conſtrictione oneris Biſacciarum ſuarum reddantur ſolliciti*. Italis etiam *Biſaccia*.

Bisacuta, æ. Securis duplicem habens aciem; vel potius telum utrinque acutum. Vill. Brito lib. 2. Philipp.

nunc clava caput, nunc verò bipennis
Excerebrat, ſed nec biſacuta, ſudiſve vel haſta
Otia vel gladius ducit.

Memoratur apud alios Scriptores Latinobarbaros. Valſinghamus ſecurim fuiſſe tradit genti Scoticæ peculiarem.

Bistapia, æ. Vide *Subex pedaneus*.

Bistuaris, is. Inter propugnaculorum genera refertur in Regeſto Philippi Pulchri Regis Franc. *Item potcrunt dicti Conſules muros, portas, & antemuralia, & foſſata, & portalia, & Biſturres dictæ villæ reporare*.

Bisultor, oris. Cognomentum Martis, cui Auguſtus templum in ſoro dedicavit. Biſultorem autem dixit Martem, quòd ejus auxilio viciſſet Brutum & Caſſium, & ſigna à Parthis recepiſſet, quibus victoriis primùm Cæſaris necem, deinde Craſſorum ultus eſſet. Ovid. 5. Faſt.

Ritè Deo templumque datum, nomẽque Biſultor,
Emeritus voti debita ſolvit honor.

Bitaxides. Genus Hungaricæ militiæ, quod indicatur tantum à Laonico Chalchocon. l. 7. *Joannes Choniates habens Phazen, ideſt eos, qui Bitaxides vocantur, proficiſcebatur contra Aſiæ Ducem*.

Bithus contra Bacchium. Proverbium à gladiatoribus translatum ad indicandos homines ęqualiter nequam ſimul rixantes. Nobile fuit gladiatorum par Bithus & Bacchius, quorum Svetonius meminit. Horatius in Sermon.

uti non
Compoſitus melius eum Bitho Bacchius.

Bixorides. Genus Turcici Peditatus. Vide *Janizeri*.

Bizachius, ii. Occurrit apud Hormannum Cæſaresburg. *Bizachius eſt atrox telum apud Turcas*. Nec ulterius aut ibi, aut ab aliis, quod ſciam, Scriptoribus id teli genus exponitur.

Blida, æ. Machina oppugnatoria apud Rolandinum in Chronico lib. 5. *Dum autem Evelinus cum Blidis, & aliis inſtrumentis impugnaret &c.* Originem vocis refert Cangius ad Cambro-Britannos, vel Danos.

Blindes. Tegumenta ſunt ex lignis, ramalibus, & ſimili materia contexta, quæ adhibentur ad complendos hiatus, ſciſſuraſque in vallis & loricis ab hoſtibus adapertas, ubi tempus vireſque non ſuppetunt ad eaſdem ruinas firmiore opere ſarciendas & communiendas. Memorantur à Vitali, qui ea operimenta à Gallis excogitata affirmat.

Boachieas. Genus bellicæ machinæ apud Sanutum lib. 3. *Et poſtea fecit approximare orificio foſſarum Boachiers multos, multumque ſibi vicinos*. Agnoſco vocem eſſe Gallicam, originem nullus mihi Etymologicus aut Gloſſator indicat.

Bohordium. Vide *Bibordo*.

Bolis, idis. Propriè ſax accenſa in aere. Feſt. Sed ob hujus ſimilitudinem aliquam bolides dicuntur ollę incendiariæ miſſiles. Minores bolides, *Granate*; majores bolides, *Bombe*. Ænei ſunt globi, non ita pridem inventi, nitrato pulvere, plumbeis globulis, lapidibus, clavis, & ferreis fragmentis oppleti, qui è mortariis excuſſi, aut manu jacti & vi admoti ad funiculum ignis diſrupti, latente huc illuc diſſiliente peſte, quidquid eſt obvium diffringunt. Deſcribuntur in hunc modum à Boſio lib. 27. in obſidione Melitenſi. *Le pignatte di fuoco erano di terra a poſta mal cotta, acciò foſſero più facili a romperſi, di groſſezza tale, che un'Uomo con mano agevolmente tirar le poteva lontano venticinque, e trenta paſſi: ed erano piene di polvere di ſalnitro non raffinato, di ſale armoniaco, di zolfo peſto, con canfora, con pece greca polverizata, e con vernice in grana; avendo la bocca ſtretta, ben chiuſa con tela e carta; legate in croce con quattro capi di corda d'archibuſo, coperta di zolfo prima liquefatto, e poi ſecco: i quali capi di corda doppo che acceſi s'erano ſi lanciavano le pignatte, e rompendoſi quaſi mai non mancavano di accendere fuoco in quella miſtura, che il tutto abbruciava, & era difficiliſſima ad eſtinguerſi*. Vide *Olla*, & *Naves incendiarię*. A' Bolide haſta miſſili Antiquorum habent Etruſci vocem *Bolcione*, & *Bolzone*: tum pro machina arietaria; Joannes Villani lib. 10. cap. 59. *Con Bolcioni dentro e di fuori pertugiato il muro*: tum pro jaculi genere, quod balliſtà exploditur, quę proinde appellatur *Baleſtra a Bolzoni*. Bolidem etiam Nautæ & fabri vocant perpendiculum, ideſt funiculum cum appenſo plumbo, quo illi quidem altitudinem maris explorant: hi verò ędificiorum altitudinem metinntur, & revocant ad æqualitatem. Italis *Piombino*. Dicitur à βολῆ, quod Latinis eſt jaculo, quoniam in mare jacitur, aut in aere à fabris cœmentariis, ad inveſtigandam, ut dixi, altitudinem, & æquandam ſtructuram. Meminit Bolidis in hoc ſenſu S. Lucas Act. Apoſtol. cap. 27. Idem inſtrumentum dicitur quoque Italis *Scandaglio*.

Bom-

Google

BOMBARDA, æ. Dicta eſt à hombo & ardeo, quaſi bombus ardens: vulgò *Bombarda*, & *Cannone*, à figura cannæ, quam exhibet. Alio nomine apud Latinos tormentum curule igniarium. Alia ſunt nautica ſeu navalia ad uſum navalis prœlii; alia terreſtria. Hæc autem, quæ grandioris ſunt molis, & tormenta majora dicuotur, vel arcium immineot muris ad earum tutelam, vel ad eoſdem muros disjiciendos adhibentur, & appellantur muralia tormenta. Vel iterum uſum habent in prœlio terreſtri, & ejuſmodi dicimus curulia tormenta campeſtria. Sunt autem fiſtulę æneæ vel ferreę majores ignivomæ, quæ ore metallico glandes æneas ſucceoſaſque pilas, cum gravibus globoſiſque interdum ſaxis projiciunt, fragore horriſono, & quam latiſſimè diſſeminant cum immenſa hominnm ſtrage, & impetu jactis è Cœlo fulminibus minimè impari. Urbium muros, cuneos hoſtium, & obſtantia quæque demoliuntur ita, nt adversùs earum violentiam nihil ſatis tutum poſſit conſiſtere. Archidamus Ageſilai filius, cum allatum ſibi novum exitioſumque è Sicilia telum inſpiceret, fatale inſtrumentum demiratus ſic fertur exclamaſſe: *Periit virorum virtus*. Qualecumque demum Sicilienſe illud fuerit jaculi genus, prę noſtris hiſce metallis fulminantibus ludicrum omoinò inventum eſſe oportuit ac deridendum. Bombardę deſcriptionem habes à Franciſco Patricio de Regno lib. 7. *Conflatum fuſumque æs in ſubjectam ſcrobem, cui archetypus inſtar columnæ ſubeſt, per canaliculum funditur, in cujus medio cavum relinquitur. Ad tertiam quartamque totius partem, clauſo fundo, ore autem patulo, id cavum circa imam partem argutum eſt; deinde pari ambitu ad os uſque creſcit. Imum illud pulvere completur ex nitro, ſulphare, ſalignoque carbone contuſo, deinde populeo cuneo; intus vecte ſtringitur, lapideaque pila, quæ ambitum lati oris implet, ad cuneum uſque adjicitur. Tum parvo foramini, quod ad imam partem exterebratum eſt, ignis candenti ferro admovetur. Clauſus ille pulvis incendium tanta vi concipit, ut exacto per vim cuneo pilam emittat tanto conatu, tanto tonitru, tanto concuſſu ac turbine, ut vix majora credas fulmina, quæ attritis nubibus è cœlo decidunt, quibus integras turres deturbari, & montium vertices concuti ac collidi cernimus*. Non impari diligentia deſcipſit Bombardam Bartholomæus Faccius de Geſt. Alphonſi lib. 6.

2. Probè Hieronymus Magius Miſcell. lib. 1. cap. 1. monet immenſum quidpiam diſtare Bombardas à lithobolis Veterum machinis, aliiſque oppugnatoriis organis, cujuſmodi fuere catapultæ, balliſtæ, onagri, arietes, quæ machinamenta licet Veterum aoimos oculoſque in ſtuporem abduxerint, contemnat tamen hodie facilè, qui ſedulò reputet noſtra hæc tormenta, machinarum omnium, quotquot poſt homioum memoriam excogitata ſunt, exitioſiſſima. Aniles fabulas & inanes logos effutiunt, qui horum originem accerſunt a Salmoneo Æoli filio, qui ponte æneo devectus Jovis fulmen imitabatur, de quo Virgil. lib. 6.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Jovis & ſonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic invectus equis & lampada quaſſans,
Per Graium populos, mediæque per Elidis urbem
Ibat ovans, Divumque ſibi poſcebat honorem:
Demens! qui nimbos & non imitabile fulmen
Ære & cornipedum curſu ſimularet equorum.

Operam luſerunt Franciſcus Petrarcha, Robertus Valturius, aliique, qui repertorem hujus tormenti faciunt Archimedem Syracuſanum, quo tempore Syracuſas validiſſima claſſe oppngnabat Marcellus. Scio Conſalvum Mendozam, Maffejum, alioſque rerum Indicarum Scriptores mandaſſe literis tormeota bellica, perinde atque cuſoriam characterum artem, ſeu typographiam, multis retro ſæculis, antequam Europæ innoteſcerent, inventa fuiſſe à Sinenſibus. Verùm ejus rei fides peoes Authores ſit. Nec verò me præterit, quod legitur apud Coroelium Kempium, de Cimoſco quodam, ſeu potius Zimoſco Friſiæ Rege, quem perhibet fuiſſe inventorem ſclopi igniarii, ut oos explicatius mox referemus ex cantu Areoſti. Idem adjicit metallicas illas machinas non Moguntiæ, ut popularis eſt opinio, ſed à prędicto Friſiorum Rege fuiſſe adinventas; adducto etiam teſtimonio Munſteri affirmantis Bombardas anno Chriſti 1354. adhibitas apud Mare Danicum, eodem Cimoſco ioventore. Verùm hujus quoque oarrationis labare fidem plerique eruditorum autumant. Idem ſtatuendum de ignivomis illis doliis, quos anno ſalutis reparatæ 1343. inventa fuiſſe in Hiſpania, Caſtellæ regnum obtinente Alphonſo, literis conſignavit Petrus Sublancię Epiſcopus. Petrarcha io lib. de Remediis utriuſque fortunę Dialog. 99. uſurpatas memorat ſua ętate non balliſtas duntaxat, aliaſque jaculatorias machinas, verùm etiam ignitas ſphęrulas Bombardarum. Hæc & alia iis ſimilia tam incertam nonnullis faciunt Bombardæ originem, quàm quod eſt incertiſſimum.

3. Equidem inſtrumenta & organa ignem & globos ferreos eructantia præteriti temporis præludia quædam & rudimenta reputaverim tormenti muralis pyrio pulvere concitati. Ad eam porò vim & impreſſionem referendam, nihil video propiùs accedere ex omni armamentario vetuſtatis, quam plumbeas glandes à funditoribus præcipuè Romanis excuſſas. Tam acrem ac vehementem illæ impetum concipiebant è funda ſemel egreſſę, ut per aerem non incandeſcerent ſolùm, verùm colliqueſcerent, ictuſque Bombardis noſtris minime impares, & perniciem latam afferrent, ut prolixius expoſui, ubi ſermo fuit de fundis & funditoribus. De ejuſmodi glandibus plumbeis ita Statius 10. Theb.

arſuras cæli per inania glandes.

Et Lucret. lib. 6.

plumbea verò
Glans etiam longo curſu volvenda liqueſcit.

4. Iis procul dubio magis aſſentior, qui cum Polydoro Virgilio lib. 2. de Rer. Inventor. cap. 11., & Stephano Forcatulo lib. 4. de Imp. Gallor. authorem Bombardæ commemorant Bertholdum Suvartum homioem Germanum, vitæque, ut ferunt, Monaſticæ addictum. Is cum metallis transformandis diffingendiſque inane ſtudium ſed operoſum adiiceret ex Chymiſtarum inſtituto, nitro, cinnabari, & alumine coofectum in mortario aſſervabat pulverem lateritio contectum operculo. Cum autem illuc fortè ſcintilla concidiſſet, ſuperimpoſitum laterem magno impetu ictuque repentino ſupra cubiculi fornicem expulit. Animadverſa ille rei novitate ſulphur & contuſos car-

carbones addidit, injectoque igne oppidò validiorem ejaculationem fieri cognovit. Quo experimento edoctus machinam noſtræ militiæ tormentariam, generis humani majorene damno an utilitate neſcias, confecit monſtravitque. Quomodo verò caſus primum invenerit rationem firmiſſima quæque ædificia per ignem pulverarium diſſolvendi, ſic exponit Antonius Çornazanus in Poeſi vernacula, quam edidit de re militari lib. 3. cap. 2.

Regina delle machine e corona
Trovata fù per man d'un'alchimiſta,
Se vero è quel ch'l Tedeſco ragiona.
Uno in Colonia havea polvere piſta,
Per acqua forte far diſſolutiva,
Di ſalnitro, cenabrio, e allume miſta.
Poi ſul mortar, nel quale la condiva,
Per netta la tener fermò un tagliero,
Ch'a caſo ſigillato lo copriva.
Dandoſi intorno poi, come ingegniero
Dell'arte, a riconciare il ſuo fornello,
Per aſſettar la boccla a tal meſtiero.
Anco improviſamente sù un quadrello
Al predetto mortar coperto pone,
Non già penſando quel, ch'avvenne a quello,
E'l foco avviva poi con un carbone,
Per lo vetro aſciugar, ch'avea lutato;
E fatto ciò s'aſſetta a collatione.
Mentre che mangia, il fuoco augumentato
Scintillando quà e là, come è ſuo uſo,
Dà una favilla ſul mortar ſerrato
Sù l'orlo un poco del polvere inchiuſo
S'accende, e paſſa, e'l foco creſce, e ſchioppa,
E'l ſaſſo ſpinſe, e fè ne' coppi un buſo.
L'orteſica ciò viſto, meglio agroppa,
E giunge per allume carbone atro,
E ſolſo per cinabrio ancor riſtoppa.
Fù prima invention, ſei, cinque, e quatro,
Meſſegli in pietra, e poi fece che gl'arda,
Talche di caſa ſua fece un baratro.
Nacque così madonna la Bombarda
Dì quel, che venne le coſe iterando,
E due figli hebbe, ſchioppetto e ſpingarda.
Queſta diabolica arte dette bando
All'altre tutte: or le città ſerrate
Apre a nemici, che van ſaccheggiando,
E fà tremar' del ſuon le ſquadre armate.

Quantum porrò funeſtiſſimum hoc machinamentum univerſæ Veterum arti machinariæ præſtet, quantumque violentiſſimæ impreſſionis quam latiſſimè explicet, ejuſdem Poetæ verbis intellige:

Romani ed altri in campo uſciano inſtrutti
Di fionde, e certi moſtri per terrore,
Che i noſtri tenerian feſta da putti.
Venga adeſſo Antiocho Imperatore
Co' ſuoi falcati carri, e 'l Rè di Ponto,
Che menò già con quei tanto furore.
Venghi con gl'Elefanti audace e pronto
Pirro, il qual prima gli conduſſe in guerra;
Vedrà quanto i moderni ne fan conto.
Altro contraſto che ſparſi per terra
Triboli troveran, con cui gli piei
Di mortal punta a gl'animal ſi ferra;
Il quale hà noſtra età l'ira de Dei,
Che col folgor celeſte e l'aſpro tuono
Diſtruſſe l'opra de giganti rei.
In noſtro arbitrio le Bombarde ſono,
Le qual pur a ſentir ſe lo Elefante
S'appraſſima ad un miglio, io gli perdono.
A tutte l'altre machine, che innante
Soleano farſi, lei data hà licenza,
Vince arieti, falci, e torre errante.
Adeſſo ſol per eſſa ſi fà ſenza
Tante artimonie: e dove và in perſona
Ogni edificio gli fà riverenza.

Joannes Mariana de reb. Hiſp. l. 19. cap. 14. hæc habet de bombarda. *Sex ignea tormenta majora, quas noſtrates Hiſtoriæ Lombardas vocant, fortaſſe quod in Longobardia id genus machinæ inventum primum eſſet.* Nihil depugno in Hiſpania Lombardas ea tormenta fuiſſe appellata. Sed miror Marianam, virum inſigniter eruditum, & qui plures annos Romæ moram traxit, annuiſſe origini ejus machinæ in Longobardia repertæ.

5. Enarratam Bombardæ originem omnes fere ejus temporis Scriptores amplexi ſunt, præcipuè autem Laurentius Valla lib. 2. cap. 34. Elegant., qui ferè æqualis fuit Bombardis inventis, earumque facilè primus ibidem meminit. Ea machina à Germanis dono tradita primùm fuit Venetis, cum eos apud foſſam Clodiam Genuenſes obſiderent. In hunc modum de eadem ſcribit Platina in Vita Urbani VI. *Hac etiam arte Barbadigus uſus eſt, inventa tum primùm à quodam Teutonico Bombarda, quæ fuit à ſono & tonitru ſic dicta. Nulla erat ſcapha Venetorum, nullus lembus, qui non duas bombardas & eo amplius haberet; quibus multi Genuenſes, ut à re inſolita, nec ad præcavendum ſcita, opprimebantur.* Jovius tamen in Elogiis Illuſtr. Viror. lib. 3. perhibet Bartholomæum Coleonem, Veneti Exercitus Ducem, primum omnium inſtituiſſe, ut terreſtri prœlio adversùs hoſtium cuneos Bombardę directæ emitterentur, cum prius in arcium defenſione ſolummodo, vel earundem oppugnatione eſſent adhibitæ. Hæc verò ſunt Jovii verba: *Spingardas, ita vocabant minora tormenta tricubitalis longitudinis, quæ glandem pruni majoris magnitudine violenter effunderent. Hæc parvis curribus inſerta poſt acies advehi, & ſigno tubâ dato, quo ſua agmina relicto intervallo hinc atque illinc panderentur, in oppoſitos hoſtes dirigi jubebat. Quo invento, ad Ricardinam Bononienſis agri, hoſtilem aciem ita perterruit, ut cum ſpingardæ pila Herculi Ferrariæ Principi calcaneum deterſiſſet, maligno & Barbaro more Coleo feciſſe diceretur, qui viros fortes gladio atque haſta pro virtute & gloria dimicantes, inuſitata atque horribili pilarum procella ſternendos curaret.* Idem ferè prodiderunt Blondus, Volaterranus, aliique Scriptores eorum ferè temporum. Horum authoritas dubitare non ſinit minimum fidei iis adjiciendum eſſe, qui longinquiùs ac remotiùs Bombardæ originem advocant. Vulgatiſſimę Scriptorum opinioni robur accedit ab Ægidio Columna, qui Scriptor fuit longè memoratis vetuſtior, utpote quem floruiſſe conſtat tempore Philippi Pulchri Galliarum Regis. Is in opere, quod reliquit de Regimine Principum part. 3. cap. 18., cum fusè cæteroqui agat de machinis lithobolis, Trabuchis, ſcilicet, Briccolis, ejuſque generis plurimis, ne verbum quidem de Bombardis addit, quæ viro diligenti neutiquam fuiſſent prætereundæ.

6. Supra memoratus Jovius, qui fere proximus ætate ejus machinæ inventoribus aut certè uſui fuit, hæc de æneis tormentis habet lib. 9. Hiſtor. *Plurimum autem admirationis atque pavoris omnibus*

nibus

Digitized by Google

nibus intulerant tormenta curulia ſupra triginta ſex, quæ equorum jugis per æqua pariter atque iniqua loca, incredibili celeritate ducebantur: maxima eorum longitudine octonum pedum, pondere verò ſex millium librarum æris, Cannones appellabantur: quæ æquali tubo humani capitis magnitudine ſerream pilam emittebant. Secundum cannones erant colubrinæ, ſeſqui altera longiores, anguſtiore tamen fiſtula, pilæque minoris. Sequebantur falcones adeo certa proportione majores ac minores, ut minimis tormentis, pilæ Medico malo perſimiles emitterentur. Laonicus Chalchocondylas l. 5. de reb. Turc. prolixam habet bombardæ deſcriptionem cum ejuſdem origine. Idem l. 8. incredibilis magnitudinis & violentię bombardam Byzantium allatam memorat, cum eam Urbem oppugnaret Mechmetes Amuratis filius. Sic autem ſcribit. *Juſſit bombardas (lapides illæ jaculabantur) & reliquas belli machinas, necnon bombardam maximam Byzantium ſubvehere. Tanta hujus bombardæ magnitudo extitit, at à ſeptuaginta jugis boum, & à viris bis mille trahenda fuerit.* Et infra. *Eos ſequebatur bombarda maxima, quæ torquebat globum, cujus pondus continebat tria circiter talenta.* Idem l. 9. Septem talentorum lapidem excuſſum memorat. Talentum autem apud Suidam centum eſt & viginti quinque librarum.

7. Ludovicus Areoſtus non uno in loco injicit mentionem curulium tormentorum, & fiſtulæ manuariæ, quæ inſtrumenta ferè ſub ejus ætatem prodierunt. Ipſe verò, ut terribilis quidem, ſed tamen ingenioſiſſimi inventi commemoratione præſtantiſſimum ſuum Poema de Orlandi inſania exornaret, per anachroniſmum, translationem ſcilicet & occupationem temporum, quæ uſitata eſt præclaris Poetis figura, eandem machinam inducit in tractatione Ducum, rerumque, non ita pauca ante ſæcula, regnante ſcilicet Carolo Magno, geſtarum. Per occaſionem verò auxilii militaris polliciti Olympiæ adversùs Cimoſcum Friſiæ Regem, diſturbare ejuſdem cum Bireno nuptias contendentem, ipſum deſcribens Cimoſcum atrocem prœliatorem, eidem inter alia arma attribuit ſclopum pulverarium, ſeu breviorem fiſtulam tormentariam, *Archibuſo*. Sic autem loquitur Cant. 9.

Oltre che ſia robuſto, e sì poſſente,
Che pochi pari a noſtra età ritrova,
E sì aſtuto in mal far, ch'altrui niente
La poſſanza, l'ardir, l'ingegno giova.
Porta alcun'arme, che l'antica gente
Non vide mai, nè fuor ch'a lui la nova,
Un ferro bugio lungo da due braccia
Dentro a cui polve & una palla caccia.
Col fuoco dietro, ove la canna è chiuſa,
Tocca un ſpiraglio, che ſi vede a pena;
A guiſa che toccare il Medico uſa
Dove è biſogno d'allacciar la vena:
Onde vien con tal ſuon la palla eſcluſa
Che ſi può dir che tuona e che balena;
Ne men che ſoglia il fulmine, ove paſſa,
Ciò che tocca arde, abbatte, apre, e fracaſſa.
Poſe due volte il noſtro campo in rotta
Con queſto inganno, e i mei fratelli acciſe;
Nel primo aſſalto il primo, che la botta
Rotto l'usbergo in mezzo al cor li miſe;
Nel'altra zuffa al altro, il quale in frotta
Fugia, dal corpo l'anima diviſe;
E lo ferì lontan dietro la ſpalla,
E fuor del petto uſcir fece la palla.
Difendendoſi poi mio padre un giorno
Dentro un caſtel, che ſol gli era rimaſo:
Che tutt'il reſto havea perduto intorno;
Lo fè con ſimil colpo ire a l'occaſo.
Che mentre andava, e che facea ritorno,
Provedendo ora a queſto, or'a quel caſo,
Dal traditor fù in mezzo gl'occhi colto,
Che l'havea di lontan di mira tolto.

Poſtquam verò Orlandus memoratum Cimoſcum vitâ in conflictu ſpoliavit, eundem Orlandum ſic inducit projicientem in mare fiſtulam manuariam inter alia victi hoſtis ſpolia direptam:

Non volſe porre ad altra coſa mano
Frà tante e tante guadagnate ſpoglie,
Se non a quel tormento, ch' habbiam detto,
Ch'al fulmine aſſomiglia in ogni effetto.
L'intention non già, perche lo tolle,
Fù perche voglia uſarlo in ſua difeſa:
Che ſempre atto ſtimò d'animo molle
Gir con vantaggio in qualſivoglia impreſa;
Mà per gittarlo in parte, onde non volle
Che mai poteſſe ad huom più fare offeſa;
E la polve, e le palle, e tutto il reſto
Seco portò, ch'apparteneva a queſto.
E così poichè fuor della Marea
Nel più profondo mar ſi vede uſcito,
Sì che ſegno lontan non ſi vedea
Del deſtro più che del ſiniſtro lito,
Lo tolſe, e diſſe: Perche più non ſtea
Mai Cavalier per te d'eſſere ardito,
Ne quanto il buono val, mai più ſi vanti
Il rio per te valer, quì giù rimanti.
O maledetto, ò abominoſo ordigno,
Che fabricato nel tartareo fondo
Foſti per man di Belzebù maligno,
Che rovinar per te diſegnò il mondo,
Al'inferno, onde uſciſti, ti raſſigno:
Così dicendo lo gittò in profondo.

Ubi autem poſt alia ut ſolet multa, ad eundem redit Orlandum Cimoſci victorem hanc habet de omni re tormentaria prolixam & pulcherrimam declamationem Cant. 11.

Non più di queſto: ch'io ritorno a Orlando,
Che 'l folgor, che portò già 'l Rè Cimoſco
Havea gittato in mar nel maggior fondo;
Perche mai più non ſi trovaſſe al mondo.
Mà poco li giovò che 'l nemico empio
Dell'humana natura, il qual del telo
Fu l'inventor, ch'hebbe da quell'eſempio,
Ch'apre le nubi, e in terra vien dal Cielo,
Con quaſi non minor di quello ſcempio,
Che ci diè, quando Eva ingannò col melo,
Lo fece ritrovar da un Negromante
Al tempo de noſtri avi, ò poco innante.
La machina infernal di più di cento
Paſſi d'acqua, ove aſcoſa ſtè molt'anni,
Al ſommo tratta per incantamento,
Prima portata fù trà gl' Alemanni:
Li quali uno & un'altro eſperimento
Facendone, il Demonio a noſtri danni
Aſſottigliando lor via più la mente,
Ne ritrovaron l'uſo finalmente.
Italia, e Francia, e tutte l'altre bande
Del mondo han poi la crudel arte appreſa:
Alcuno il bronzo in cave forme ſpande,
Ch'è liquefatto alla fornace acceſa,
Bugia altri il ferro, e chi picciol, chi grande

Il

Il vaſo forma, ebe più e meno peſa:
E qual, bombarda, e qual nomina ſcoppio,
Qual ſempliee Cannon, qual cannon doppio.
Qual Sagra, qual Falcon, qual Celubrina
Sento nomar, com'al ſuo author più aggrada;
Che'l ferro ſpezza, e i marmi apre e ruina,
E ovunqne paſſa ſi fa dar la ſtrada.
Rendi miſer ſoldato alla fucina
Pur tutte l'arme eb'ni fino alln ſpada,
E in ſpalla nn ſceppio, ò nn' Arcobugio prendi,
Che ſenza ia iò non toeeberai ſtipendi.
Come trovaſti o ſcelerata e brutta
Invention mai loco in bumon core?
Per te la militar gloria è diſtrutta;
Per te il meſtier dell'arme è ſenza onore;
Per te è il valore, e la virtù ridutta
Che ſpeſſo par del bnono il rio migliore:
Non più la gagliardia, non più l'ardiro
Per te può in campo in paragon venire.
Per te ſon giti, & anderan ſotterra
Tanti Signori, e Cavalieri tanti,
Prima ebe ſia finita queſta gnerra
Ch'l mondo, mà più Italia hà meſſo in pianti.
Che s'io vi hò detto, il detto mio non erra,
Che ben fù il più crudele, e il più di quanti
Mai furo al mondo ingegni empi e maligni,
Chi imaginò sì abominoſi ordigni.
E crederò che Dio, perche vendetta
Ne ſia in eterno, nel profondo ebiuda
Del eieco abiſſa quella maledetta
Anima appreſſo al maledetto Giuda.

8. Novum prninde in dies ab humana nequitia robur accedit effato Lucretii lib. 5.

Sic alid ex alio peperit diſcordia triſtis
Hurribile humanis quod gentibus eſſet in armis,
Inqne dies belli terroribus addidit nugmen.

Et quidem hæc ſunt illa fulminalia, quæ à rebnante tonitru & coruſcatione nitrati pulveris Bombardas nominamus: tormenta ſcilicet curulia, muralia atque campeſtria, majora, minorave, ab æris copia & figuræ granditate. Balliſtas etiam ſulphureas & igniarias, cannas pulverarias, fiſtulas chalybeas; popularique atque cnmmuni & omne id genus cnmplectente vocabulo dicimus *Artiglierie*. Et quaſi res ipſa non ſatis terroris afferret, ferali invento plus adhuc minarum ac truculentiæ addidimus multiplici hnrrnre & ferocitate appellationum. Quæſitis nimirum à ferociſſimia animalium notis arma peſtifera dicimus Colubrinas, Baſiliſcos, Sagros, Falcones, Mnſchettas, Smerlios, Spiogardas, Serpentioas, Cannones, Archibuſins, Sclnpos, Piſtolas, Mnrtaria, Organa Diaboli, ut miſſam hìc faciam ollarum miſſilium nomenclaturam, quæ alibi apud nos longam habet tractatinnem.

9. Nugas planè agunt, qui ad atrociſſimi machinamenti illuſtrandam originem veteris militiæ phalaricas, vaſcula vivn ſulphure oleoque exſaturata, mallenlos, oaphtham, picemque & oleum incendiarium, ignem Græcanicum, aliaque id genoeris advocant ex antiquorum pyrotechnia. Quantumlibet prolixum elenchum veterum machinationum, & quidquid opernſi exitioſique in iiſdem quidam ſuſpiciunt, ſi cum vinlentia, impetu, & pernicie curulium tnrmeotorum comparandum putent, latè falluntur. Nec eam nb cauſam negaverim machinas antiquorum aliquas typum ac rudimeutum præſtitiſſe fabricis Bnmbardarum. Præſertim cum ante ioventas ejuſmodi machinas loco ac tempore ſupra commemorato, muita afferri ſoleant Scriptorum teſtimonia, quæ anterinris ævi hnminibus exitiale cnmmentum attribuunt. Quamnbrem nmninò exiſtimandum eſt de rudibus quibuſdam igniariis machinis eos locutos fuiſſe; quæ poſtea ad grandinrem mnlem evectæ, expnlitæ elegantiùs, & ad hanc ætatis noſtræ multiplicem & abſnlutam fulminalium ſtructuram deductæ ſunt. Qund enim in reliquis naturæ artiſque operibus uſuvenire ſnlenne eſt, ut à rudibus & exiguis profecta initiia ad conſumatam normam atque meoſuram ſenſim procedant, idem minimè negamus contigiſſe in origine prngreſſuque chalybeæ iſtiuſmndi & iocendiariæ machinatinnis. Procul dubio rem tormentariam non mediocriter provexere Germani hnmines, prn eâ quâ magnopere præſtant ſnlertiâ atque peritia tractandi feriundique æris. Nova ſubinde eidem lncrementa acceſſerunt Gallorum beneficio, præcipue cum Carolum VIII. Regem ſuum in tranſitu Alpium ad extrema Italiæ ſecuti tormenta ſua campeſtria quolibet leguntur circumtuliſſe. Enim verò quæ ab Italis propter eorum vaſtitatem nnnniſi bnum jugis agebantur, lnnge expeditius atque celerius tractabantur à Gallis, omnique neceſſaria ſupellectile inſtruebantur. Eò pnſtea compendii quæritandi induſtria prngreſſa eſt, ut quæ prius ex ære Cyprio conflabantur tormenta, majnris agilitatis ergo, ex cnrio conficerentur & pellibus, ea tamen cnmpactis duritie ac firmitate, ut æneorum rnbur atque ſnliditatem ferè exęquarent. Mnnſtravit, aut certè illuſtravit uſum Bombardę futilis Marinus de Marinis, qui unam ejus generis trecentas fere pendentem libras Antuerpiæ nbtulit Iſabellæ Auſtriacæ, cum appnſita ejuſmodi inſcriptinne, quę legitur apud Naudæum Syotagm. de Studin Milit. lib. 2.

DIVO JOANNI DICAT. ANN. MDCXXXII.
INGENIUM NON FUROR ARMA
MINISTRAT.
OMNIPOTENTI DEO JUVANTE
DEIPARA VIRGINE INTERCEDENTE
MARINUS DE MARINIS JOVI SUO
EX PROPRII INTELLECTUS FUCINA
ANIMI GRATIA DEPROMPTA
HÆC LEVIORA MINISTRAT FULMINA
GIGANTEOS AUSUS CASTIGATURA.

Ejus tamen futilitatem inventi poſterinrum temporum experientia oſtendit, quæ illud poſtea intentatum reliquit; ut majnrem inde ingenii laudem, quàm in poſteros utilitatem Inventor collegiſſe videatur.

10. Cæterum quę à multis in medium prnferuntur pro antiquinre Bombardæ uſu aſſerendn, ſic velim accipias, ut intelligas veterem militiam non caruiſſe tnrmentis, quibus nnn lapides ſolummodo & ſagittę, verùm & pilę plumbeę jacerentur. Illud etiam ultra dederim ejuſmodi pilas non ſolùm nervorum & funium vi, verùm & admoto atque ſuſcepto igne contortas. Accipias pro confeſſo fragorem ab illis excuſſis cieri ſolitum, fumumque excitatum. Omnia hęc inquam conceſſa referas, dummodn indicati Scriptores nnn repugoent inventum pyrii ſeu nitrati pulveris non fuiſſe eorum temporum, ſed nmninò pnſteriorum. Ea certè de cauſa exploſæ veterum pilæ fer-

Digitized by Google

ferreæ noſtris erant longè languidiores. Quod enim libratores noſtri & machinarii minimo negotio conficiunt ope pulveris tormentarii, id ægrè, laborioſè, & ſatis diuturno tempore peragebant antiqui permixtione bituminum, reſinæ, ſcilicet, picis, ardentis olei, materiæque omnigenæ ad ignem concipiendum & propagandum idoneæ, cujus beneficio dumtaxat explodebantur Bombardæ, & agebantur pilæ ferreæ. Equidem Lucas Pulci in Etruſco Carmine, qnod inſcribit *Ciriffò Calvaneo*, ubi loquitur de obſidione Aſcalonæ, quę contigit tempore belli ſacri in Palęſtina, ſępiuſculè meminit bombardarum, & harum fragoris & fumi, nunquam autem verbum facit de memorato pulvere. De fragore, fumo, & flamma hæc habet cant. 5.

Sentiam bombarde, che par che 'l Ciel tuoni
Vedeaſi il fumo, e fuoco in aria acceſo.

Iterum de fragore cant. 6.

E non ſendo ancor chiara la matina
Fu ſentito ſparar bombarde al porto,
E gran romor di verſo la marina.

Grandiores pilas tangit ibidem;

Egli havean palle groſſe da bombarda,
Et un di loro facea la bagattella.

Nnn ſum ignarus pulverem bellicum Sinenſibus fuiſſc in uſu multas ætates, antequam Europæis innnteſceret. Verum illis ad urbanam pompam potius quam ad machinas militares deſerviit. In pyrobolis, aliiſque, ut vocant, artificiis igniariis ſic eodem utuntur, ut latè diſcurrentibus flammis non modò colores omnes, ſed rerum variarum figuras ſcitiſſimè aſſimilent & mentiantur. Quod ſi bellum urgeat, in tractatione nitrati pulveris, Eurnpæorum magiſterium & operam Sinenſes advocant. Compertum porrò mihi eſt, inventum ejuſdem pulveris nonnullorum judicio uſum tuborum fulminalium admodum præceſſiſſe. Verum per interjecta illa temporum ſpatia ruditer ille compactus Incboamentum quoddam fuit nnſtri pulveris tormentarii: quem adinventæ ſcilicet bombardæ ad elaboratam ex omni parte abſolutamque confecturam perduxerunt. Vide Iſaacum Voſſium opuſculo ſingulari de origine & progreſſu bellici pulveris.

11. Addo ex hujus recentis machinæ uſu aptè dici, tormenta obvertere vel dirigere in aliquem locum: *Piantar la batteria*. Inſtruere, onerare tnrmentum pilà ferreâ & pulvere Pyrio: *Caricare il Cannone*. Explodere, diſplodere, exonerare tormentum: *Sparar l'Artiglieria*. Bombardas humo immergere, inhumare: *Sotterrare*. Ejicere ex curru vel exarmare: *Smontar l'Artiglieria*. Impactis clavis obſtruere: *Inchiodare*. Perfringere fulcra tormentorum: *Scavalcare l'Artiglieria*. Hæc de origine uſuque Bombardarum ex probatiſſimis Scriptoribus delibavimus. Præter Authores ſupra indicatos, conſule Philippum Camerarium Horar. Subciſiv. Centur. 2. cap. 28. Supereſſet ut de ratione certiſque regulis dirigendi librandique igniaria tormenta, in qun maximè vertitur uſus omnis fructuſque ejus machinæ nonnihil adjicerem. Verùm ea res exactiſſima methndo & prolixa tractatione per otium agitata eſt à Magiſtris Matheſeos, & Architecturæ militaris, qui rem tormentariam ad certas præſcriptiones nuperæ Areotectonices diligenti ſtudio exegerunt.

Bombardarius. Librator tormentorum. Legitur apud Conradum Clauſerum in verſione Hiſtoriæ Turcicæ Laonici Chalchocondylę. *Bombardarius Regis nomine Orbanus genere Dacus erat.*

Bombus. Sonitus apum murmurantium. Inde raucus tubarum ſonus bombus dicitur. Catull.

rauciſonos efflabant cornua bombos.

Bona possnæ. Proverbium bellicę originis, quod ad ſuam perduraſſe ętatem tradit Livius lib. 2., ejuſdem originem multiplici modo propagatam ibidem Hiſtoricus refert; uſum verò adagii minimè indicat.

Borysthenss. Hujus nominis equo uſus eſt Hadrianus Imperator, ut author eſt Dio. Eidem extincto tumulum condidit, columnam erexit, Epigramma inſcripſit:

Boryſthenes Alanus
Cæſareus Veredus,
Per æquor & paludes,
Et tumulos Etruſcos,
Volare qui ſolebat,
Pannonios nec ullus
Apros eum inſequentem
Dente acer albicanti
Auſus fuit nocere,
Vel extimam ſalivâ
Sparſit ab ore caudam,
Ut ſolet evenire:
Sed integer juventâ
Inviolatus artus,
Die ſua peremptus
Hoc ſitus eſt in agro.

Boves lucæ. Sic appellati ſunt Elephanti ob cauſam, quam mox indicabo, Eo illos nomine appellatos reperio antiquitus apud Lucretium lib. 5.

Inde Boves Lucas, turrito corpore.

Item Seneca in Hippolyt.

Amat inſani bellua ponti,
Lucæque boves.

Eam verò nuncupationem habent non equidem à luce, quoniam procul relucerent inauratis clypeis militum, è turribus decertantium, ut ſcribit Varro lib. 4. de l. l., ſed qnoniam eas belluas ſub Pyrrho primum in Lucania Itali viderint. Dicti autem ſunt Bnves ab Italis, adhibita ad eos deſignandos appellatinne quadrupedis omnium in Italia maximi grandiſſimique. Vide *Elephas*.

Brabanciones. Genus militię graſſationibus & rapinis aſſuetę, quę olim Belgium, & finitimas Provincias ſceleſtiſſimè infeſtavit. Origo nequiſſimis prędonibns, & prima ſedes ſcelerum in Brabantia, ex qua Flandrię Provincia iiſdem nnncupatio contigit. Cum Coterellis, & Ruptariis, ſeu Rutariis ſæpe junguntur à Scriptoribus, qui ęvo Principum Longobardorum floruerunt. A' perditiſſimorum nebulonum cruentis facinoribns & graſſationibus editis, quarum rumor in exteras etiam Provincias facilè permeavit, originem habuit vox Italica *Birbo, Birbante, e Birbone*. Menagius trahit à *Vir bone*, vel à voce *Furbo*. Sic enim ſcribit; *Birbone. Furbo. Ironicamente da Vir bone, uſato quaſi nello ſteſſo ſentimento da Planto nella Perſa*: O bone vir ſalveto. Et paulò poſt: *Io credo che derivi dalla voce Furbo in queſta maniera*. Furbus, Fyrbus, Byrbus, Birbo, onis, *Birbone*. Nugę. Citra omnem dubitationem, appellationem habent à Brabantionibus, vel Brebantionibus, vel, ut alii ſcripſerunt, Bribantionibus. Gulielmus Neubrigen-

genſis lib. 2. *His quoque, qui ſibi adhærere videbantur, remiſſiùs agentibus, minus ſe credens, ſtipendiarias Bribantionum copias, quas Rutas vocant, acceſſivit*. Robertus Monachus in Chronico Altiſſiodorenſi: *Porrò Rex videns plurima ſe ſuorum parte deſtitui, gentem nefariam, quos Brebantiones vocant, in ſuum auxilium accerſivit, cum quibus Stephani Comitis terram pervagatus abraſit, caſtra dilapidans, incendens villam, omniaque deprædans*. Aimoynus, ſive ejus Expletor lib. 5. cap. 55. *Ipſe ſiquidem infinitos prædones, vulgo dictos Brabantiones, qui nec Deum diligunt, nec viam veritatis agnoſcere volunt, ad crudelitatem ſuæ tyrannidis explendam colligens, ſceleratis ſatellitibus fretus; adversùs prædictam Eccleſiam, ut eam deprædaretur, profectus eſt*. Ex quibus, aliiſque plurimis Scriptorum locis planè fit liquidum, conductitium & venale militiæ genus fuiſſe; ad ſtatariam quidem pugnam nihil proficiens, ſed validum ad excurrendum & deprędandum; in quam claſſem Cutellarios etiam, Ruptarios, Brigancios, Malandrinos, Ribaldos, alioſque retulimus. Addo ad uſum prædarum levem armaturam adhibuiſſe, ut docet Rigordus anno 1198. Nota, non ſtetiſſe intra Brabantiæ, & Belgii fines manum nefariam, & appellationem Brabantionum; ſed quidquid latronum in quamcumque provinciam ad Latrocinia exercenda conflueret, Brabanciones appellatos. Idque mihi longè manifeſtiſſimum reddit ab iiſdem, ut docui, appellatos Italicorum, ut ita dicam, *Birbantes*.

Bradium, vel Brabeum. Vide *Bravium*.

Brabeutæ. Vide *Bravium*.

Braccæ, arum. De Braccis, ſive Bracchis, & cujuſmodi veſtis illa fuerit; item apud quos primùm inventa, obſcura eſt quæſtio. Martinius Germanicam vocis originem agnoſcit, conjectatque Romanos Braccis geſtandis aſſueſcere cœpiſſe paulò poſt Auguſti tempora, cum adversùs Germanos alioſque Septemtrionis populos bella gererent, aut Imperii limites contra eoſdem tuerentur. Voſſius Gallorum peculiares fuiſſe Braccas tradit ex Vopiſco & Lampridio. Alii Græcæ originis vocem eſſe contendunt; favet hoc Gallis, quos facile fuit a Maſſilienſibus, qui Græcè loquebantur, eam vocem accepiſſe. Dubio certe procul eſt Galliæ partem, ubi Narbonenſis eſt Civitas, ab ejusmodi veſtibus Braccatam fuiſſe nuncupatam. Cæterùm Braccas tunicam fuiſſe, quæ ſago imponebatur, omnes fere Scriptores fatentur; adduntque id genus tunicæ femoralia (quę vulgò braccas dicimus) annexa habuiſſe. Qua verò ratione annexa tunicæ femoralia geſtari potuerint ſine incommodo, non eſt multis ita promptum percipere. Sacri Interpretes in Daniel. cap. 3., ubi illa verba leguntur de tribus pueris: *Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis, & tiaris, & calceamentis & veſtibus, miſſi ſunt in mediam fornacis ignis ardentis*, animum inducunt ut credant Braccas fuiſſe genus feminalium. Id etiam opinantur S. Ambroſius, aliique Scriptores Eccleſiaſtici. Contra verò Scriptores profani exiſtimant Braccas genus eſſe veſtimenti intonſum, variique coloris; nec ita peculiare Gallorum, ut non adhibitum quoque fuerit à Perſis, & Sarmatis. Inprimis verò veſtis fuiſſe creditur totum fere contegens corpus. Sic enim ſcribit Pomponius Mela lib. 2. de ſitu Orbis loquens de Sarmatis: *Totum Braccati corpus; & niſi qua vident, etiam ora veſtiti*. Et Ovid. lib. 3. Triſt. Eleg. 10.

Pellibus & ſutis arcent mala frigora braccis,
Oraque de toto corpore ſola patent.

Adverſæ ejuſmodi Scriptorum opiniones commodè conciliari poſſent, ſi facilius captu eſſet ſupra indicatum veſtimentum, quod aſſuta atque conjuncta haberet femoralia. Vide Julium Nigronum de Caliga Veterum cap. 1.

Braccatus, a, um. Cic. pro Fon. *Galli ſagati braccatique*.

Brachia oppugnatoria. Vide *Acceſſus obſidionales*, & *Brachium*.

Brachium, ii. A' nota humani corporis parte per analogiam ad multa eleganter exprimenda transfertur. Brachia in vitibus dicimus palmites & flagella. Colum. In arboribus ramos. Virgil. 6.

annoſaque brachia pandit
Ulmus opaca ingens.

Item flexus ſinuſque terrarum à ſimili brachiorum curvatura brachia appellamus, pręcipuè in portuum deſcriptione. Curtius lib. 6. *Duo terræ ejus velut brachia excurrunt, media flexu modico ſinum faciunt*. Brachia fluviorum dicimus aquarum ſectiones in minores alveos: mari brachia attribuit Ovid. lib. 1. Metam.

nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

In re verò militari flexuras aggerum & vallorum, atque adeo ipſa valla & aggeres apud præclaros Scriptores brachia dicuntur. Liv. lib. 38. *Nicodemus intempeſta nocte, ſuperato brachio, in Urbem penetrat*. Hirtius in bello Hiſpanienſi: *Cæſar munitionibus Ategnam oppugnare, & brachia circumducere cœpit*. Idem alibi *Caſtellum, quod Rex munierat brachiis & opere caſtrorum*. Lucanus expreſſiùs.

denſas tollentia pinnas
Ceſpitibus, crudâque extruxit brachia terrâ.

Brachialia. Ornamenta militaria in pręmium accepta, brachiis geſtari ſolita à militibus. Alio nomine Armillę vocantur. Item tegumentum æneum, ſive pars loricæ ferreæ, qua milites cataphracti brachia contegunt. *Bracciali*, *Braccialetti*. De Brachialibus Plinius lib. 18. *Canum rabioſorum morſus, & tertias quartanaſque febres ajunt leniri menſtruo in lana arietis nigri & argento brachiali incluſo*. Dicuntur autem brachialia à brachiis, ut à ventre ventralia, frontalia à fronte, à tibiis tibialia.

Bravium. Pro palæſtrico fere pręmio ſumitur. Sanctus Paulus 1. Corinth. *Omnes quidem currunt, ſed unus accipit Bravium*. Vox eſt Latinorum à Græcorum vocabulo βραβεῖον. Et quidem Tertullianus, ut obſervant Macri fratres, Græcam ſecutus orthographiam *Brabium* dixit. Habemus hinc Brabeutas, magiſtros nimirum certaminum ludicrorum, ludos ipſos moderantes & præmia diſtribuentes victoribus. Hos Latini Munerarios, Græci alio nomine Agonothetas appellant: eoſdem Ulpianus Deſignatores nominavit. Sermo de Brabeutis occurrit apud Sveton. in Neron. *Nec aliter certamina Gymnica Gręcia tota ſpectaverat, quàm Brabeutarum more in ſtadio humi aſſidens*. Origo nomini à *certare* apud Græcos βραβεύειν. Legimus autem apud Plutarchum, Ageſilaum Corinthios rogaſſe ut certamen Iſthmicum diſponeret & ordinaret. Et quidem apud Græcos

ex

Digitized by Google

ex primaria nobilitate deligebantur, qui ludis publicis & ſacris agonibus præeſſent. Apud Perſas verò ipſi ſæpe Reges præmia propoſuere certantibus, iiſque moderandis aderant. Aſſidebant autem Brabeutæ intra quoddam ſepimentum, quod habebatur inſtar Aſyli: coronas etiam in capite, & manu virgas geſtabant; utque religioſè judicarent, ſacramento ſe prius conceptis verbis adſtringebant. Ut autem ad Bravium vel Brabium redeam, non erat curſoribus certum antiquitùs propoſitum præmium; quemadmodum apud nos pannus eleganti opere contextus. Dantes Infern. cant. 15.

e parve di coloro,
Che corrono a Verona il drappo verde
Per la campagna.

Id genus panni populari vocabulo dicimus *Palio*, ſive origo vocis petenda ſit à pallio, ideſt velo vel indumento, quo quis, vel aliquid tegitur; ſive potius, ut Menagio placet, à Palmario, in hanc formam deducta voce: *Palmarium*, *Palmalium*, *Palium*. Joannes Villani lib. 9. *Poi il dì di S. Franceſco fece correre tre Palii dalle noſtre moſſe inſino a Peretola*. Et Boccacc. Novell. 55. *Cavalcando l'uno a lato a l'altro, veggendo le donne per la via, onde il Palio ſi corre*. Umbellam etiam, quæ quatuor vel pluribus haſtis ſuſtolli ſolet, Matthæus Villani lib. 9., vocavit *Palio*: *Un Palio d'oro, levato in aſte, con grandi drappellini pendenti alla Reale, ſotto il quale vellono, ch' egli entraſſe nella terra*. Iterum *Palio* ſacrum dicimus ornamentum, quod aliis veſtibus ſuperponitur ab Eccleſiaſticis præcipuæ dignitatis, facultate & venia Summorum Pontificum. Joannes Villani lib. 5. *Diſpuoſe quel di Pavia, e tolſegli la dignità del Palio e della Croce*. Vulgò demum dicimus *Paliotto* diminutivo vocabulo ab Italorum *Palio*, velamentum illud ſeu pannum, quo Altaris anteriorem partem contegimus.

Bretachiæ, arum. Ligneus agger, ſive turris; ſeu potius lorica lignea ſupra ipſas ligneas turres educta ad munitionem caſtrorum & urbium. Guill. Armoricus de Geſtis Philipp. Aug. *Fabricavit Bretachias duplices per ſeptem loca, caſtella videlicet lignea munitiſſima à ſe proportionaliter diſtantia, circamdata foſſis duplicibus quadrangulis, pontibus verſatilibus interjectis, implevitque hominibus armatis non ſolùm caſtella illa, imò interiorem omnem ſuperficiem foſſarum, & ita circumſepſit obſeſſos*. Eadem munitio Breteſchia, & Briteſchia, vocibus item Latinobarbaris exprimitur. Regeſtum Philippi Aug. *Et Breteſchiam, quam Galtherus de Thoreta tenet de eodem Rege*. Charta Roberti Comitis, fratris Regis Franciæ: *Reliquum verò cum uno jactu foſſati tantùm, & ſæpe ſine Briteſchia firmetur*. Vox eſt originis Germanæ, ut obſervat Menagius. Italis *Berteſca*. Joannes Villani lib. 11. cap. 46. *E fecero ſteccati sù per li foſſi, e Berteſche aſſai di legname*.

Breve, is. Vopiſc. in Aurelian. *Breve nominum confecit*. Et

Brevis, is. Lamprid. in Alexand. Sever. *Milites ſuos ſic ubique ſcivit, ut in cubiculo haberet Breves, & numerum, & tempora militum*. Sic dicti ſunt libelli, ſive indices & catalogi, in quos relata militum nomina apud ſe habere conſueverunt diligentiſſimi quique Imperatores. Veget. lib. 2. cap. 19. *Nomina eorum, qui vices ſuas fecerunt, Brevibus inſeruntur*. Dicitur autem Brevis contractè ab integro *brevis libellus*: & adjectivum ſolum uſurpatur pro ſubſtantivo, ut factum eſt in fideli, pro ſervo, cujus integrum eſt fidelis ſervus. Alias hujus vocis uſurpationes, quoniam ad rem noſtram non faciunt, vide apud Cangium in Gloſſ. Vide *Breviarium*, & *Pictacium*. Equidem miratus ſum, Breve potius, Breviculum, Matriculas, & Pictacium à Scriptoribus dici tabellas, quibus militum nomina ſcribebantur, quàm Album, quæ purgatioris Latii vox eſt. Eſt autem Album tabula gypſo obducta. Cur autem Album dicamus rerum vel nominum indiculum, ab antiquis promanavit Prętorum edictis, qui quo anno jus dicturi erant, notabant eadem ac publicè proponebant gypſata in tabula, ut omnibus cognoſcendi poteſtas eſſet. De hujuſmodi tabulis Paulus: *Si familia alicujus Album corruperit, non ſimiliter hìc edicitur, ut in furto*. Ulpianus de ſcriptis in Albo Decurionibus: *Decuriones in Albo ita ſcriptos eſſe oportet, ut lege municipali præcipitur*. Liv. lib. 1. de Albo: *Omnia ea, ex commentariis Regis, Pontificem Maximum in Album relata, proponere in publico jubet*. Tacit. lib. 4. *Apidium Merulam, quod in acta Divi Auguſti non juraverat, Albo Senatorio eraſit*.

Breviarium. Occurrit apud Sveton. in Octavio: *Fecit Breviarium totius Imperii, quantum militum ſub ſignis eſſet*. Vides uſurpari pro Albo, ſive tabella publicæ authoritatis, in quam referebantur nomina eorum, qui aut delecti in milites eſſent, aut ad arma exercenda idonei viderentur. Dictum itaque eſt Breviarium, opus conciſum, quod Græci epitomen vocant. Nec verò ſignificat duntaxat ſummarium dati & expenſi, niſi forte adſcribatur cum additione *rationum*, ut fecit Svetonius in Galba: *Diſpenſatori Breviarium rationum afferenti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe*. Tabulæ ſiquidem dati & expenſi Rationarium, vel Kalendarium dicebantur. Seneca lib. 5. Epiſt. negat Breviarium pro ſummario latinam dictionem eſſe. Vocabulum Civitate donatum ſcias non ſolùm à Svetonio, indicato ſuperiùs loco, verùm etiam à Plinio lib. 18. *Ut omnis culturæ quoddam Breviarium peragatur*. Vide *Rationarium*.

Briccolæ, arum. Machina jaculatoria non multum diſſimilis Balliſtæ, & valde affinis trabucho, & Biffis. De iis agunt Ægidius Columna de Regimine Principum cap. 18., & Hieronymus Maggius Miſcellan. lib. 1. cap 1. in hæc verba: *Sunt trabachi machinæ lithobolæ, (ejuſdem generis ferè ſunt & Briccolæ vocatæ) quibus avorum noſtrorum memoriâ vaſti molares in hoſtes jaciebantur: quibus Turcarum Imperatorem, dum Euboeam expugnaret, uſum eſſe, atque his nedum ſaxa prægrandia, ſed etiam equorum integra cadavera putreſcentia intra Urbem eſſe ejaculatum conſtat*. Et poſtea: *Illud non eſt ignorandum Briccolis ex editioribus locis, curribuſque ipſis, ſaxa ejaculari conſueviſſe: cujus rei admonet liber tertius Juris Municipalis Florentinorum, in quo Cives privatim in turribus Briccolas habere prohibetur*. De hac lithobola machina ita ſcriboſit Blondus Romæ Triumph. lib. 3. *Balliſtam majores dixere trabem validam, ita libratam, ut cum pars denſior ponderibus attracta deſcenderet, elevata proceritas ſua funiculis, quos haberet alligatos, fundâ ſaxum maximi ponderis longè emitteret. Ei ma-*

chinæ Briccolæ hodie eſt appellatio. Hoc machinæ genus etiam apud Etruſcos dicitur *Briccola*. Academici à Furſure: *Briccole. Ordigni di legname, che ſi fanno intorno alle muraglie*. Chron. Morell. *Accampoſſi il Capitano con quattro mila Cavalli, e tre mila fanti, e molte Bombarde, e Briccole, cioè mangani*. Adde locum Lucæ Pulcii Ciriff. Calvan. cant. 6.

Teneva ancor pure Aſcalona ſtretta
Folco, e d'intorno quanto può la ſerra,
Et con trabocchi, e con briccole getta,
Si che per tutto guaſtava la terra.

Briga, gæ. Vide *Brigata*.

Baioancii, & Brioantes. Licet hoc titulo aſſocientur, oon ſunt confundendi Brigantes & Brigancii. Brigantes appellatos fuiſſe à Briga, magnæ Britanniæ oppido, eujus fit mentio in Itin. Ant. Aug. tradit Buchananus Hiſt. Scot. l. 2. De iis Brigantibus hæc habet Tacitus in Vlt. Agric. *Magnamque Brigontum partem aut Victoria amplexus aut bello*. Idem de iiſdem ann. l. 3. *Et Brigantes quidem, paucis, qui arma cœptabant, interfectis, in reliquos data venia, reſedere*. Ex his locis conſtat Brigantes ad non exiguam majoris Britanniæ portionem pertiouiſſe. Camdeno teſte, Eboracenſes, Lancaſtrienſes, Dunelmenſes, Weſtmarienſes & Cumbros complectebantur. Ptolemæus in Hibernia alios Brigantes, in Scotia item alios locat Baudrand. Eſt etiam, olim Aſturum, nunc Luſitaniæ Civitas Brigantia, *Braganza*, quam Ducali olim titulo tenuere Luſitaniæ Reges. Hos populos ex Hiſpania in Hiberniam, ex Hibernia in Scotiam, atque inde in Angliam commigraſſe, idem ibidem refert Buchananus, qui eodem inſuper trahit verſiculos inſertos Opuſculo de morte Claudii, quod Senecæ attribuitur, quoſque nos retulimus in Titulo *Coterelli*. Sed & apud Rhætos Brigantii nomine oppidum & fluvius recenſetur, qui Brigantino lacui nomen dedit. Alia demum oppida in Italia, & Gallia ejuſdem appellationis vide apud eundem Baudrand. Longè ab his abeunt Brigancii vel Brigantes poſteriorum temporũ, de quibus crebra mentio apud Scriptores lapſæ Latinitatis. Licet in Anglia preſertim viguerint, malim tamen à *Briga* quę Italis, & aliis Nationibus eſt jurgium, quam à Briga oppido Britanniæ, de quo ſupra meminimus, nuncupatos. Meruerunt primum ad legitimæ militiæ formam. Albertus Argentin. in Chronic. an. 1351. *Cum quatuor millibus peditum armatorum, duobus millibus Brigantum, & ducentis equitibus armatis*. Thurouzius in Ludov. Hung. Rege: *Oppidum Sumpniam vocatum & munitum, in qua multi erant Briganeii pedites, expugnavit*. Idem alibi: *Briganciis & baleſtrariis Anglicis cuſtodiam caſtri muniendi reſervavit*. Qui verò primum hoc nomine fuere milites, eſſe poſtmodum & audire cœperunt prædatores, qui nexi invicem ſœderatique oequitiæ vinculo vias obſidebant; pugnabantque veſtiti leviter & levibus tantum ſagittis armati. Valſinghamus in Henrico; *Reductus eſt ergo, coramque conſilio demonſtratus, non indamentis Religioſitatis redimitus, ſed Brigontinorum more ſemiveſtitus, geſtans ſagittas breves, qualiter utuntur equites illarum partium, qui Malandrini dicuntur*. De iiſdem meminit Villan. lib. 10. *Con le ſue maſnade, e con ſuoi Briganti, e Fanti di volontà*. Genus armorum quoddam à Briganciis Brigandinum appellatum, & Milites Brigandinarii, qui eo armorum genere utebantur, occurrunt apud Froiſſartem. Utrum ab iis an ab aliis recenſitis Brigantibus habeamus appellatiooem *Brigantini* Navigii fere Turcici & Piratici, non abſimilis leviori triremi, mihi non eſt exploratum.

Briganoinarii Militss. Vide *Briganeli*.

Brigandinum. Genus armorum. Vide *Briganeii*.

Baiganotnum. Navis prædatoria. Vide *Brigancii*.

Baigata, æ. Fit à briga, quæ apud Scriptores infimæ Latinitatis eſt quæſtio, jurgium, rixa. Petrus de Cugneriis: *Siquis in briga, ubi ſanguinis effuſio facta fuerit &c*. Item pro bello quandoque ſumitur; verùm præcipuè cum à contumelia vel jurgio initium habuit. Joan. Villan. lib. 11. *Ebbe briga e grande guerra con ſuoi fratelli*. Brigata verò ſic explicatur à Montecucculo Comment. Bell. *E' pluribus cohortibus ac turmis agmina majora & exercitus membra conflantur, vocanturque Brigatæ*. De iiſdem Joann. Villan. lib. 7. *Si fece una compognia, e Brigata di mille huomini*. Nec proinde uſurpationem bellicam ſemper habet Brigata: Boccacc. Novell. ioitio: *Da una oneſta brigata di ſette Donne*. A' Brigata fit *Brigatiere* vel *Brigadiera*, quæ peculiaris Gallorum eſt Præfectura, & quidem tantummodo præliaris. Præeſt tribus vel quatuor ad rem agendam decerptis legionibus (legiones voco quos dicimus *Reggimenti*) mediumque obtinet dignitatis locum inter campi, ut dicunt, Mareſcallos, & Tribunos, *Colonnelli*.

Brinum, i. Species navis, ut videtur, bellicæ. Epiſt. Anſelmi Archiepiſc. Neapol. in Geſt. Innocent. III. PP. *Noverit itaque Sanctitas veſtra me cum tribus galeis & uno Brino feliciter applicuiſſe Panormum*.

Baocche, arum. Vide *Veru*.

Brunea, Baunta, Bronia. Pro lorica vel thorace dixerunt Latinobarbari. Capitula Caroli Magni: *Armillæ & Bruniæ non dentur negotiatoribus*. Ibidem: *Nullus ex clericali ordine Bruneas aut arma infra Monaſteria puellarum commendare præſumat*. Tabul. Caſaurienſe: *Cum cæteris meis debitalibus, & caballis, & Broniæ, & cætera arma, quæ ego habui*. Vox eſt Italicæ originis, à colore fuſco vel ſubnigro, qui ab Italis dicitur *Bruno*. Ab appellatione ejuſdem coloris caſſidem etiam Itali dicunt *Morione*, à colore nigro, qui Maurorum eſt peculiaris.

Bruttanæ paamæ. Auctore Feſto ſcuta erant oblonga, quibus utebantur Brutii.

Brutiani. Qui officia ſervilia Romanis Magiſtratibus præſtabant. A' Brutiis Italiæ Populis, ea notatis ignominia, quòd primi adhæſiſſent Annibali, eumque uſque ad diſceſſum ejuſdem ex Italia ſoverint. Cato eoſdem Lorarios vocat à loris, quibus juſſu Dominorum conſervos cædebant.

Bubalus. Nomen equi funalis ſiniſterioris, victoriſque in ludis Circenſibus Romę editis. Vetus inſcriptio apud Salmaſium in Solinum cap. 45. *IN BUBALO VICIT*.

Buccsllarii. Memorantur in Notitia Imperii ſub diſpoſitione (ut ibi dicitur) Viri Illuſtris Magiſtri militum per Orientem. Apud Suidam & Jureconſultos militia eſt, à loco id ſortita nomen. Suidas enim, *Buccellarii*, inquit, *Gallogræci nominantur, & eorum regio Gallogræcia, unde hi equites erant contracti*. Cedrenus oon uno in

lo-

Digitized by Google

loco Buccellarios in Aſia minori populos collocat. Conſtantinus Porphyrog. de Thematib. eoſdem ſtatuit inter Cappadociam & Iſauriam. Addit mox vecam ejus nominis nntionem & nriginem; ut pcorsùs admodum mirer quî tandem Buccellariorum nomen ad Aſiatici Populi appellationem tranſierit. Sic autem ſcribit præfatus authoe: *Thema Buccellariorum non à loco aliquo appellationem accipit, neque à gente aliqua quæ ita vocaretur, ſed quòd militum aſſeclæ eſſent, & commeatum veherent. Buccellarius enim latinâ linguâ vocatur is, qui rei panariæ cuſtodiam gerit, ut milites expediei & ab omni onere liberi ad bellum eſſent. Buccellus enim vocaeur eibarium, circularem figuram præſeferens. Cellarius autem cuſtos panis: proprio vero & Græcanico nomine Maryandeni vocaneur: cognominati etiam Galaeæ.* Irrepſiſſe autem in eam reginnem Buccellariorum nnmen exiſtimaverim, qunniam Buccellarii milites à panis diſtributione ſic nuncupati ad eandem tuendam locati in præſidiis excubarent.

2. Alterius notionis Buccellarii apud alios ſunt clientes, vernæ, paraſiti, ſcurræ, adulatores, aſſeclæ, & domeſtici Pcincipum Prnceruumque, quod horum panem cnmederent, id nnminis conſecuti. De bis loquitur lex Wiſignth. lib 5. tit. 3. §. 1. *Quicumque in patrocinio conſtitutus ſub patrono aliquid acquirit, medietas ex omnibus in patroni vel filiorum ipſius poteſtate conſiſtit; aliam verò medietatem idem Buccellarius, qui acquiſivie.* De his Buccellariis in Pcincipum familia educatis & eorum ſumptibus enutritis, loquitur Papias: *Paraſituli, Buccellarii.* Et alibi: *Buccellarius, Adulater.* Item Iſidorus: *Scurra, paraſitus, Buccellarius.* Ea fex hnminum, initâ per domeſticam conſuetudinem gratiâ Principum, eò progreſſi ſunt, ut iiſdem Magnates & Proceres, tanquam armigeris, ſcutariis, & ſtipatnribus uterentur, ut habemus inter alios à Mauricin lib. 2. Strateg. cap. 9., *Ubi autem Mauricius, ambulanee exercieu, Spatharios, & Buccellarioe veſtigia imperatoris ſubſequi jubet &c.* Ex hnrum numecn fuit Occylla Buccellarius Aetii, à quo interfectum fuiſſe Valentinianum III. Aug. legimus apud Gregorium Turon. lib. 2. Hiſtnc. cap. 8. Cum autem dnbitari nnn poſſit Buccellarios à Buccella panis fuiſſe nuncupatos, nugari plane conſtat Jacobum Gnthofredum, qui Buccellatos exponit galeatos, à bucculis galearum.

Buccellatum. Panis caſtrenſis. A buccea vel buccella, quæ fruſtulum rei eſcariæ, quod bucca commndè capiat, ſignificat. Id cibacii & Annonæ ſecum milites deferebant, quantum ad dimidiatum menſem, & ſæpè majus tempnris intervallum ſatis eſſet, ut nntavimus in dictinne *Onera militum*. Variatum tamen reperio apud Scriptnres, qui ſæpe frumentum ipſum, ſæpe etiam panem excoctum, ſive biſcoctum, ſive buccellatum deportatum à militibus ferunt. Sie enim habet Cæſar lib. 2 Bell. Civil. de frumento: *Dierum viginti duorum ab Ilerda frumentum juſſi erant efferre.* Et Liv. lib. 47. *Milieem triginea dierum frumeneum ferre cogebat.* De Buccellato autem hæc habet Spartianus: *Piſtores ſequi expeditionem probibuie, Baccellato jubens miliees, & omnes contentos eſſe.* Procopius lib. 1. Bell. Vandal. ita ſcribit de Buccellatn: *Panem, qui in exercitu fertur, bis eſt conſuetudo in clibanum ponere, ut diligenter toſtue diu duret, neu cito corrumpi poſſit: verùm eundem pondere à primo deficere, pro quarta milieum parte neceſſum eſt.* Non dubitamus ad prædurum illum panem cnnficiendum mnlas manuarias ſecum geſtare milites conſuevîſſe: & quidem inter militaria inſtrumenta geſtanda à militibus & in caſtris ſingillatim habenda, molas etiam recenſet Livius lib. 29. Plutarchus autem eas molas jumentis translatas tradit: Sic enim habet de Antnnii exercitu fame excruciato: *Quod ægrè frumentari liceret, & deficerentur molis, quæ relictæ omiſſæque fuerant, jumeneis partim mortuis, partim ad ægros ferendos tranſlatis.* Credibile tamen eſt defluente paulatim vignre militiæ Romanæ, & mnlliùs victitante milite, etiam frumentum vel Buccellatum, alias ad nſum militarem ipſis diſtributum militibus, cum aliis ſarcinis à jumentis & carris geſtatum fuiſſe: imò adductos cum exercitu piſtores ad recentem panem conficiendum: refugiente nimirum delicatorum gula illam Buccellati aſperitatem & ſiccitatem. Id clarè docet Spartianus verbis illis ſupra memocatis: *Piſtores ſequi expeditionem probibuit, Buccellato jubens milites, & omnes contentos eſſe.* Quod autem dixi Buccellatum partionem panis fuiſſe à militibus aſportari ſnlitam, id accipias de ſimplici pane bis cocto, qui nauticus dicitur panis. Nam altecius generis panis eſt, qui inter bellaria recenſetur, & conſtruitur ſaccharn aliiſque condimentis, qui panis apud Italos præſertim dicituc, *Biſcotto, Biſcottino.* Obſerva cum Salmaſio in Vopiſcum, Buccellas militares, quemadmodum illas, quæ Populo in Urbe dividebantur, ſex uncias ſnlùm ſtetiſſe. Vocabantur autem paſſim illæ Buccellæ ævo poſterinri Paxamates panes. Dun Paxamatia libræ pnndus habuiſſe ſcribit Caſſianus Cnllat. 2. cap. 19. *Præpoſuerunt cunctis illis refectionem ſicci panis, cujae æquiſſimum modum in duobus Paxamatiis ſtatuerunt, quos parvuloe panee vix unius libræ pondus habere certiſſimum eſt.* Quod autem ſcribit Suidas: *Biſcottus panie, qui Romanie dicitur Paxamas*, intelligendum eſt non de Romanis, ſed de Græcis, ſeu potius Rnmanis græciſſantibus in Imperio Byzantinn. Non peætermittam dicere figuram Buccellati cntundam fuiſſe & cirenlarem, quod probè oſtendit Salmaſius loco ſuperiùs indicato.

2. Panis autem ad uſum militum cnmparatus, quemadmodum nihil neceſſe eſt ut admndum candidus ſit, mollis & ſiligineus, ſic neque mucidus aut mixtura damnoſi leguminis degener eſt coacervandus. Nihil tamen obſtat, quin, urgente præſertim neceſſitate, panis ex milio, vel hordeaceus triticeo ſubſtituatur. Profectò, quemadmndum Cives Romanns dun illa tantùm optare dixit Satyricus, Panem & Circenſes; ita res militaris duplici illo munimento ac tibicine inſiſtit, Armis, & Pane. Utque paulò delicatiora edulia & lautiores conditurae abigendæ ſunt procul à caſtris, ſic nunquam ſatis exuberat res frumentaria & prnviſa copia Buccellati. Optimum quippe noſtri generis & ſaluberrimum eſt nutrimentum panis, quo nempe ſcimus maximam partem mortalinm eſſe contentam, ejuſque ſolùm cnmparatione ac præſidio vitam agitare. Apertiſſimè id inſuper oſtendunt prima pueilorum elementa & poſtulata, qui nonniſi panis fruſtula à nutricibus & parentibus expetunt, pnſtquam ſunt à lacte depulſi. Comprobavit id Rex Ægypti

Pſamieticus, qui ut exploraret utrum gens alia in terris degeret antiquior Ægyptiis, infantes geminos recens natos paſtori tradidit in humili tuguriolo educandos caprino lacte. Præcepit ſimul ruſtico nutricio ne ullos mortalium illuc introduceret, ubi ſilerentur infantes. Quibus peractis expectata eſt prima infantium vox naturę ſcilicet ductu prolata. Ea fuit *Beccus*. Cum autem latè eſſet inveſtigatum, quænam hominum natio eo uteretur vocabulo, & quid potiſſimum eodem indicaretur, inventum eſt Phrygiam eſſe vocem illam, eâque panem ſignificari. Quo commento duo ſimul detexit, & Phrygios eſſe vetuſtiores Ægyptiis, & ſaluberrimam hominum eſcam, primumque eorum votum panem eſſe. Quoniam verò res ea eſt ſcitu digniſſima, apponam Herodoti verba, qui ſic rem geſtam commemorat lib. 2. *Pueros duos ex humilibus parentibus recens natos tradidit paſtori inter pecora educandos, jubens neminem coram eis vocem ullam edere, ſolitaria in caſa ambos ſibi ipſis relinqui, eiſque capras admoveri ut lacte explerentur. Ubi bimatus exactus eſt, paſtori aperienti januam atque intranti, ambo infantes porrectis manibus procidentes* Beccus *clamabant. Quod primò audiens paſtor obticuit; cum verò crebriùs adeunti & obſervanti idem verbum frequentaretur, ad Regem cum notitiam indicatæ vocis pueros ipſos, ut erat juſſus, attulit. Eos cum ipſe Pſamieticus audiſſet, percunctabatur, quinam homines* Beccus *quidpiam appellarent? Comperit autem Phrygas ſic panem nominare: qua arte intellexit Phrygios priores Ægyptiis extitiſſe.* Buccellatum militare S. Paulinus Nolanus tranſtulit ad Eulogias, ſive Panes benedictos, qui amicitiæ & honoris cauſa ex ejus ævi more, mitti ſolebant. Sic autem ſcribit ad S. Auguſtinum. *De buccellato Chriſtianæ expeditionis, in cujus procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi pariter & filio noſtro Licentio mittimus.*

Buccentaurus. Venetis *Buccentoro*. Vide *Buſſa*.

Buccina. Varro lib. 4. de Ling. Lat. ſic dictam putat à ſono vel cantu, quem edit: *Etiam Buccinator à vocis ſimilitudine & cantu dicitur*. Tolerabile hoc etymon, non verum. Iſidorus trahit à vocando ut buccina ſit quaſi vocina. Perottus dici putat à bove, quia bovis mugitum imitatur. Hoc frigidum putidumque. Trahunt alii à bucca, quoniam id inſtrumentum buccæ inſeritur. Hoc verò optimam habet ſpeciem; ſed à vera vocis origine latè adhuc diſtat. Aſſentior Paneirolo Rer. Memorabil. lib. 1., ubi buccinum, muſicum inſtrumentum trahit à buccino, conchæ genere, de qua Plinius lib. 9. cap. 36. *Duo ſunt genera. Buccinum, minor concha ad ſimilitudinem ejus buccini, quo ſonus editur*. Non obſtat allatæ origini vocis *Buccina*, quod hic affirmat Plinius; nimirum Buccinam concham ſimilem eſſe buccinæ inſtrumento muſico. Neque enim Plinius quærit ibi vocum origines; ſed ſtudet explicare formam figuramque buccinæ conchæ; quod non potuit breviùs facere, quàm propoſita ſimilitudine buccinæ inſtrumenti. Miror id non animadvertiſſe Voſſium in Etymolog. ad vocem *Buccina*. Eam verò buccinam concham inflaſſe primùm dicitur Triton, qui Neptuni eſt Buccinator. Virgil. in Ætna:

Non veluti, reſonante diu Tritone canoro,
Pellit opes collectus aquæ, victuſque movetur.
Spiritus, ut longas emugit buccina voces.

Ovid. Metam. lib. 1.

Cæruleum Tritona vocat; conchaque ſonanti
Inſpirare jubet, fluctuſque & flumina ſigno
Jam revocare dato.

Feſtivè Apul. lib. 4. Aſin. *Jam paſſim maria perſulcantes Tritonum catervæ, hic concha ſonaci leniter buccinat, ille ſerico tegmine flagrantiæ ſolis obſiſtit inimici; alius ſub oculis Dominæ ſpeculum pragerit; curru bijuges alii ſubnatant*. Ab hac igitur buccina concha, quæ Tritonum, Neptuni ſatellitum, inſtrumentum muſicum fuit, dicta eſt buccina muſicum item aliud in bello & acie adhibitum inſtrumentum. Turbinatum hoc, & ad figuram memoratæ conchæ in ſeipſum æneo reflexum circulo. Hinc enim buccinæ à tuba diſcrimen petit Vegetius lib. 3. cap. 5. *Tuba, quæ directa eſt, appellatur, buccina, quæ in ſeipſam æneo circulo flectitur.* Nonnulli exiſtimant buccinam ex recurvis animalium cornibus, tubam ex ære vel argento eſſe confectam. Ovidius ſic buccinam deſcribit Metam. l. 1.

cava buccina ſumitur illi,
Tortilis in latum quæ turbine creſcit ab imo.

Licet autem ſæpiſſimè confundatur buccina cum cornu & tuba, nihilominus pro rei veritate ſtatuendum eſt à tuba quidem plurimum illam differre, quæ recta eſt: diſcrepat ſed longè minus à cornu, & fortè etiam à claſſico: præſertim quia in vigiliis rarò legitur apud Hiſtoricos tubę, cornu, vel claſſici ſonitus, ſed perpetuo fere ſonus buccinarum; cujus rei luculenta adducit exempla Lipſius lib. 5. de Militia Rom. Peculiare igitur Buccinæ ſeu Buccinatoris munus erat, ſignum vigiliis indicere. Licet enim tubâ id factum aliquando legatur, ut indicat Tacitus & apertiùs tradit Joſephus lib. 12. Hiſtoriar. *Vigilias & excitationes tubæ præſignificant*: nihilominus frequentiſſima Scriptorum teſtimonia, & clariſſimè in primis Polybius Buccinatoribus hoc onus adſcribit. Propertius:

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

Silius lib. 7.

mediam ſomni cum buccina noctem
Divideret, jamque excubias ſortitus iniquas
Tertius abruptâ vigil iret ad arma quiete.

In eandem ſententiam Livius lib. 7. *Ubi ſecundæ vigiliæ buccinâ ſignum datum eſſet*. Et lib. 26. *Ut ad tertiam buccinam præſtò eſſent*. Quibus accedit Frontinus lib. 1. cap. 5. *Sulla bello ſociali noctu profectus, relicto buccinatore, qui vigilias ad fidem remanentium divideret, & quartâ vigiliâ commiſsâ eum ſequeretur, incolumes ſuos perduxit*. Ad eandem conſuetudinem reſpexit Cicero Orat. pro Murena ſic inquiens: *Te Gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat.*

Buccina pro Vigilia. Vide *Vigilia*.

Buccina pro ſigno militibus tradito ad exſurgendum, ſeſeque ubi opus eſſet, ſiſtendum Liv. lib. 6. Bell. Punic. *Imperavit, uti duobus millibus equitum delectis, denuntiarent, ut ad tertiam buccinam præſto eſſent*. Ideſt ad teſtium buccinæ cantum.

Buccinum, i. Buccina. Plin. lib. 11. cap. 10., ubi de Apibus loquitur: *Donec una omnes excitat gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo.*

Buccino, as. Buccina canere. Varro 2. de Re Ruſtic.

ſtic. cap. 4. *Cum buccinatum eſt, aperiunt, ut exire poſſint*.

Buccinator, oris. Qui buccinâ canit. Cæſar lib. 2. Bell. Civil. *Qua re animadverſa, Varus, & terrore exercitus cognito, Buccinatore in caſtris, & paucis ad ſpeciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit*. Vide *Buccina*, & *Æneatores*. Alia notione apud Buchan. Hiſt. Scot. l. 9. occurrunt Buccinatores, pro certo nimirum militum genere qui buccinas geſtabant, non ad ſonum modulatè ciendum, ſed ad edendum clangorem inconditum, quo hoſtes perterrefacerent. Verba Hiſtorici ſunt: *Illud etiam imperatum, ut ſimul ac hoſtis appropinquaret, ſinguli buccina, quam è cornu bubulo ſuſpenſam è collo gerebant, quam poſſent maximum clangorem ederent. Qui ſonus cum per ſe terribilis eſſet, etiam repercuſſu collium multiplicatus longe majoris multitudinis ſpeciem reddebat. Angli, qui magno gradu venerant inter ſtragem ſuorum pugnaturi, & horribili illo ſono, & alacritate hoſtium in acie ex adverſo ſtantium attoniti, cum neque dux militi ſubitario, neque miles duci imperito ſatis fideret, ſtatim retrò, unde venerant, ſigna verterunt*.

Buccula, æ, Calepinus, aliique Scriptores Lexicarii paſſim exponunt partem caſſidis, quæ os tegit, & per quam ſpiritus reciprocatur. Sic verò appellatam ajunt, quoniam buccam militis tegat. Adducitur autem ad id comprobandum locus Juvenalis ex Satyr. 10.

& fracta de caſſide buccula pendens.

Ubi interpretes intelligunt ferreum in caſſide Buccæ tegmen, per quod ſpiritus ducitur: Italis *Viſiero*. Verum eos omnes Scriptores magnopere fuiſſe allucinatos contendunt viri docti. Equidem non eſt dubium Bucculam Latinis puſillam eſſe buccam, ſive oſculum. Cæterum ubi uſurpatur pro genere armorum, Buccula eſt umbo clypei, ſive ſcuti pars eminentior, in ejuſdem centro extans. In umbone ſiquidem exprimebatur ut plurimum vultus humanus, vel cujuslibet animantis, cujus vultus vel facies Buccula in medio extabat. Teſtantur id paſſim vetuſti lapides & antiquiſſimæ cælaturæ ſcutorum, in quorum medio ejuſmodi vultus cum protuberantibus buccis viſuntur. Accedit Scriptorum authoritas eam Bucculæ uſurpationem non obſcure indicantium. Gloſſæ Iſidori: *Ancile, ſcuti Buccula*: Ugutio: *Buccula, umbo ſcuti*. Clariſſimè Livius: *Acuere alii gladios, alii galeas, bucculaſque ſcutorum*. Quod autem maximè favere videtur huic ſententiæ, locus eſt Juvenalis, ille ipſiſſimus, quem Turnebus, aliique adducunt ad oſtendendum Bucculam eſſe partem caſſidis. Memoratâ Satyrâ 10. trophæum deſcribitur per hos verſus:

Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis
Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens,
Et curtum temone jugum, victæque triremis
Aplustre, & ſummo triſtis captivus in arcu.

Conſtat autem in trophæis præcipuam publicæ memoriæ partem obtinuiſſe appenſa ſcuta. Horum verò in his verſibus nulla fieret mentio ſi buccula reputanda eſſet pro parte caſſidis. Adde à galeis in trophæis ſcuta pendere conſueviſſe, ut antiqua vel oculis referunt monumenta & numiſmata. Itaque fracta de caſſide Buccula pendens apud Juvenalem, eſt ſcutum galeæ alligatum, & infra eandem pendens in trophæo. Inferioris autem ævi Scriptores vetuſtioribus adhærentes vix aliter Bucculas, quàm pro clypei umbone acceperunt. Equidem Bucculæ à caſſidibus apertè diſtinguuntur in l. 1. Cod. Th. de Fabricenſ. *Octo apud Antiochiam caſſides, totidemque bucculas*. Adde Capitolin. in Maximin. *Fecit & ſpathas argenteas, fecit & aureas, fecit & galeas gemmatas, fecit & Bucculas*. Apud Paternum in Leg. ult. D. de Jure immun. *Confectores clypeorum vocantur, Bucculariorum ſtructores*. Clariſſimè autem Aimoinus lib. 4. de Miraculis S. Benedicti: *Bucculam clypei, quo ſuus tegebatur adverſarius, fortiter perculit; quæ claviculis, quibus affixa tenebatur, avulſis, longiùs reſiluit, moxque manus adverſarii nuda apparuit. Quippe foramen in clypeo fuerat, quod Buccula protegebat deintus ſemipedali affixa ligno*. Etiamnum verò Galli eam ſcuti partem vocant *Boucle*: atque ex media illa ſcuti parte totum clypeum appellant *Bouclier*.

2. Nec idcircò reputandum eſt ejuſmodi oſculis ſive Bucculis ſolos veterum clypeos fuiſſe exornatos. Etiam alia armaturæ genera, loricæ præſertim thoraceſque eas oſtentabant. Et de loricis quidem teſtimonium habemus in Hierophylacio ſive Sacrario Eccleſiæ SS. Symphoroſæ & Filiorum MM. Collegii Tiburtini Societatis Jeſu, ubi Cęli ſalubritate, & amiciſſimo Muſis otio illectus degens hæc ſcribo. Aſſervantur hic ſtatuæ geminæ, quæ duos repręſentant ex legione Thebęorum fortiſſimos pro Chriſtiana fide bellatores & Martyres. Capita quidem ipſa ſtatuarum ex ſolido ſunt argento: verùm loricæ inaurato ære conſtant, ſquameique ſeu plumati ſunt operis. In harum medio prominent humani vultus icunculæ cum extantibus bucculis. Utrinque verò geminæ dependent zonulæ à tergo quidem, ut videtur, ſubnexæ, verùm in medium pectus hinc illinc deſcendentes in geminam utrobique bucculam deſinunt, quæ vel fibulâ alligatur thoraci, vel ipſa fibulæ fungitur munere. Conjicio fuiſſe in uſitatis loricis lora coriacea, quæ humerali thoracem necterent. Venit mihi porrò in mentem ſuſpicari de ejuſmodi potius loris, ſive tæniis prominulis atque nexoriis planiùs & faciliùs, quàm de ipſo umbone clypei explicari poſſe commemoratum Juvenalis verſiculum.

fracta de caſſide buccula pendens.

Conjicio, inquam, id, non pro re definita certaque ſuſpiciunculam vendito. Quid autem bucculæ illę ſive oſcilla in Veterum armaturis ſibi voluerint, & quid potiſſimùm in iiſdem conſerta ſignificent, nihil quod ſtatuam certi habeo. Suſpicari ſubit Genios fuiſſe, quorum imagines tum depictas, tum ſculptas uſu creberrimo antiqui retinebant. Ex quibus noſtri pictores didicere non uno in loco, ac pręſertim in cubiculorum coronide eoſdem exprimere genios cum eleganti admodum varioque luſu & flexuris excurrentium linearum. Illud firmum magis deliberatumque habeo, alatos ejuſmodi genios exprimendi uſum Æthnicos accepiſſe ab Hębręis, apud quos ex ordine Cherubin Miniſtri Cœleſtes ex auro ſolido ſpectabantur in Templi ſanctiore loco. Idem poſtea Artifices noſtri addidicerunt, qui vultus alatos Cœleſtium Nunciorùm in ſacris ędificiis vaſiſque, ac potiſſimum in lychnis penſilibus ante Aras Cœlitum paſſim & eleganter effingunt. Quemadmodum verò notum eſt ex Hębręorum ſacris ritibus non pauca Æthnicos deſumpſiſſe, ſic

ſic non eſt dubitandum quędam ab his adhibita coſecraſſe poſtea & iterum ad verum cultum reduxiſſe Religionis Catholicæ priſcos cultores. Id quidem à nonnullis improbatum ipſo religionis initio diſcimus ex Sanctis Patribus, ne illa tanquam Æthniciſmi teſſerę ab imperitis haberentur; verùm eadem tolerari à pleriſque ſatius viſum, cum & nihil ſuperſtitionis ſubolerent, & verę religioni inſervientia nihil minus honoris afferrent, quam ſi fuiſſent abolita. Ad hunc modum cum excindi victam Carthaginem Catoni placuiſſet, arriſit magis Senatui, ut exarmata loco moveretur. *Nihil enim*, ut ſcripſit Florus lib. 2. 15. *ſpecioſiùs videbatur, quam eſſe Carthaginem, quæ non timeretur.*

Bucephalus. Alexandri Magni equus, à bovino, quod referebat, capite dictus notione Græca. Quanti illum fecerit Alexander, & quo prope ſtudio erga Alexandrum ipſe equus afficeretur, enarrat Curtius lib. 9. *Exceptique ſunt quidam, inter quos equus Regis, Bucephalon vocabant, quem Alexander non eodem quo cæteras pecudes animo æſtimabat. Namque ille nec in dorſo inſidere ſuo patiebatur alium; & Regem, cum vellet aſcendere, ſponte genua ſubmittens excipiebat, credebaturque ſentire quem veheret.* Ad perpetuam poſtea extincti equi recordationem in poſteros, quo loco vulneratus conciderat, Urbem condidit Bucephalon appellatam. Idem Curtius lib. 9. *Oppida quoque duo condidit, quorum alterum Nicæam appellavit, alterum Bucephalon, equi, quem amiſerat memoriæ ac nomini dedicans Urbem.* Idem habet Plutarchus in Alex. *Mortem ejus tulit Alexander graviter, non aliter exiſtimans quàm ſi familiarem & amicum amiſiſſet. In memoriam ejus ſuper Hydaſpem condidit Urbem, quam appellavit Bucephaliam.* Eadem fere referunt Diodorus & Arrianus. Sed & Solini cap. 47. illa ſunt verba: *Documenta ejus in prœliis plurima ſunt, quibus Alexandrum è duriſſimis certaminibus ſoſpitem operâ ſuâ extulit: quo meritò effectum eſt, ut defuncto in India exequias Rex duceret, & ſupremis ſepulchrum daret: Urbem etiam conderet, quam in nominis memoriam Bucephalam nominavit.* Qua verò ratione & quanta dexteritate equum prius difficilem ac moroſum Alexander domuerit, accipe verbis Plutarchi: *Cum Bucephalon Philonicus Theſſalus ad Philippum duxiſſet tredecim talentis venalem, deſcenderunt ad equum probandum in campum. Videbatur autem moroſus & perquam tractatu difficilis, neque quemquam admittebat in ſedem, nec vocem ferebat ullius Philippi comitum, verùm in omnes inſurgebat. Igitur ubi pertæſus Philippus abduci juſſit quaſi omninò ferum & indomitum, aſſiſtens Alexander ait, quem equum perdunt iſti, qui propter imperitiam & mollitiem tractare eum nequeunt! Id primùm tacitus Philippus tulit; ac crebriùs cum obloqueretur & angeretur; culpas tu, inquit, majores natu, quaſi peritior ſis, aut tractare equum noveris rectius? Hunc certè melius, inquit, aliis tractem. Si non tractes, inquit Philippus, quam pœnam pendes temeritatis? Ego hercle, inquit, pretium equi dependam. Hic riſus conſecutus eſt; inde ſponſio inter eos de pecunia. Mox accurrit ad equum Alexander, correptiſq; habenis convertit eum adversùs ſolem, adverterat nimirum, quod incurrentem & agitatam ante oculos umbram cernens percelleretur. Tum molliter eum ad procurſum incitavit ac permulſit. Quem ubi ferocientem vidit, abjecta leniter chlamyde inſiliit in eum, & nullo negotio conſcendit. Frenum autem placidè habenis capiens ſine verberibus vel calcaribus impetum ejus repreſſit. Ut ferociâ lenitâ equum currere geſtientem vidit, admiſit jam eum, vocemque ferociorem, ac pedum pulſum adhibuit. Hic Philippi comitatum ſolicitudo primùm ac ſilentium inceſſit: ut flexit, & rite convertit equum glorians ovanſque, cæteri omnes applauſere: patri verò manaſſe etiam aliquantulum gaudio lachrymas ferunt. At poſtquam deſiliit ex equo, caput ejus oſculatus, quære, inquit, fili, par tibi Regnum, ſiquidem non capit te Macedonia.* Vide plura de Bucephalo apud Raderum in Comment. ad Curtium.

Bucolici Milites. Prædones erant Ægyptii, de quibus multis agit Xiphilinus. Memorantur à Julio Capitolino in M. Antonin. *Et cum per Ægyptum Bucolici milites gravia multa feciſſent, per Avidium Caſſium retuſi ſunt.* Viſus eſt Capitolinum exſcripſiſſe Vulcatius Gallicanus in vita Avidii Caſſii: *Nam cum Bucolici milites per Ægyptum gravia multa facerent, ab hoc retuſi ſunt.* Nomen huic militiæ a pago vel oppido Ægypti. Hieronymus in vita S. Hilarionis: *Qui cum revertiſſet, cupienti rurſum ad Ægyptum navigare, hoc eſt ad ea loca, quæ vocantur Bucolia &c.*

Bulga, gæ. Italis *Bolgia*. Sacculus ſcorteus, vel coriaceus, rerum, quæ ad manus eſſe debent repoſitorium. Lucil.

Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus,
Bulgam, & quidquid habet nummorum, ſecum habet ipſe.
Cum bulga cœnat, dormit, lavit: omnis in una
Spes hominis bulga: hac devincta eſt cætera vita.

Origo nominis à bulla intumeſcente. Nonius: *Bulga eſt folliculus omnis, quam & crumenam Veteres appellarunt; & eſt ſacculus ad brachium pendens.* Exiſtimaverim à bulga habere nos vocem Italicam *Bolgia*, atque adeo *Valigia*. Germanicæ illam originis facit Menagius. Deductam à bulga malim.

Bulla aurea. Geſtamen, ornamentum, & Inſigne à collo & ſummo pectore dependens, geſtari ſolitum à triumphum ineuntibus. Remedia habebat indita, quæ adversùs invidiam proficere credebantur. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 6. *Sicut prætexta Magiſtratuum, ita Bulla geſtamen erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, quæ crederent adversùs invidiam valentiſſima.* Ad eandem invidiam averruncandam res turpiculas ſub curru ſuſpendere moris erat, ut tradit Plinius lib. 24. cap. 4. Cæterum Bulla loro appenſa, cordis figuram exhibens, à puerorum collo, apud Veteres pendere ſolebat; tum ne quid obeſſet bonæ ſcævę gratiâ; tum ut probè educati pueri cognoſcerent ſuam ætatem alterius regendam eſſe conſilio. Macrob. lib. 1. cap. 6. Saturnal. *Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum, ut cordis figuram in bulla ante pectus annecterent: quam inſpicientes ita demum ſe homines cogitarent, ſi corde præſtarent.* Eam verò illi bullam, exactâ pueritiâ, Laribus ſuſpendebant. Perſ. Satyr. 5.

Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit.

Quo ſpectat Horat. lib. 1. Satyr. 5.

donaſſet jamne catenam

Ex

Ex voto Laribus, quærebat.

Plinius lib. 33. cap. 1. author eſt Priſcum Tarquinium primum omnium Bullâ aureâ donaſſe filium impuberem, cum in prætextæ annis hoſtem occidiſſet; atque inde morem Bullæ à pueris geſtandæ propagatum.

Bullæ, arum. A' bulliendo dicuntur: ſunt enim propriè tumores ſpiritn excitati in aqua, mnx perituri. Ab earum ſimilitudine bullę nnminantur protuberantes in veſtibus claviculi, ſive ſerici illi ſint, ſive aſſuti purpura, ſive gemmis contexti. Inſigniri ejuſmodi bullia puerilcs veſtes moris olim apud Romanos fuit; ex qun habemus veſtes bullatas, & bullatos hęredes, Vide *Bulla aurea*. Equorum etiam ſrena, ephippia, & ſellas iiſdem ornamentis & cmblematis, bullis nimirum variari ſnlitas, nbſervavimus ubi de ſellis equorum. Pręcipuum verò bullarum uſum fuiſſe in Balthen, ſive cingulo militari, docuimus in voce *Baltheus*, & *Cingulum*.

Burdones. Qui ex equo & aſina naſcuntur muli. Bellicis vectandia ſarcinis adhibiti. Baldrinns Dolenſis lib. 2. Hiſtor. Hieroſolym. *Eorum Burdones, quos multimodis onuſtos victualibus adducebant, ad propria reduxerunt caſtra.* Ex hujuſmndi mulis nnerariis nomen habent longiuſculi illi baculi, quos geſtare manu ſolent peregrè profecti, pręſertim ad loca ſacra viſenda, qui vulgò dicuntur *Bordoni*, quoniam iis peregrini utuntur, tamquam mulis vel aſinis. Burdonum mentio occurrit apud Ulpianum leg. 49. tit. de legat. & fideic. *Item legato continentur mancipia: puta lecticarii, qui ſolum matrem familias portabant: item jumenta, vel lectica, vel ſella, vel Burdones.* Adminiculatur huic origini vnx Italica *Muletta*, qua exprimimus ligneum illud fulcrum, qun ſenes pręſertim vacillantes gradus adjuvant. Nec lnngè abſunt baculi, ſeu furcę illę, quas Romani ferebant milites, ſuaſque illia ſarcinulas attnllebant Marin inventnre, ex quo etiam Muli Mariani dicuntur. Jam verò, quemadmndum ſeniorum baculi illi vncantur *Mulette*, quia illis iidem prn Mula utuntur; ſic baculns viatorios dicimus *Bordoni*, quoniam ſupplent uſum Burdnnum, ſive Aſinnrum. Ferrarius viatnrium illud haſtile *Bordone* trahit à veruto Latinorum in hunc modum: Verutum, *Verutone*, *Vordone*, *Bordone*. Neque enim apud Latinos, ut à nnbis ſun locn eſt nbſervatum, verutum, telum quoddam breve & cuſpidatum dnntaxat ſignificat, verùm etiam contum, qun incluſus geritur gladius vel ſica; quod genus à decipiendo alio nomine dicitur Dnlnn. Mihi verò quemadmndum arridet magis prior Burdonis, haſtilia viatnrii, nrigo; ſic etymon Ferrarianum non admodum imprnbaverim. Sic autem Burdones deſcribuntur in veteri Epigrammate de ambiguis:

Hæ ſunt ambigenæ, quæ nuptu diſpare conſtant,
Burdonem ſonipes generat commixtus aſellæ;
Mulus ab Arcadicis & equina matre creatus.

Poſtremò non alios eſſe ginnos, quàm ipſiſſimos Burdnnes, meritò exiſtimant viri docti. Occurrit autem ginnns apud Martialem lib. 6. Epigramm. 77.

Atlas cum compare ginno.

Ubi alicubi legitur *Mulo*. Nimirum Glnſſator aliquis appoſuerat in margine *Mulo*, quę poſtea vnx imperitiâ Librariorum in textum tranſiit. Aliqui ibidem legunt *gibbo*: omnìnò mendoſè & putidè.

Burguvardus. Vox Germanica. Latinè oppidi vel Urbis cuſtodia. Nam *Burg* Germanis oppidum, *Vvard* eiſdem eſt cuſtodia, ex quo nos Itali habemus vocem *Guarda* vel *Guardia*, pro cuſtodia. Charta Octnnia Imp. *Munitionem etiam, vel Burguvardum cum omnibus pertinentiis &c.* Hinc aliqui npinantur apud nos fluxiſſe vocem *Baluardo*. Cæterum Burguvardum frequentiùs Germani accipiunt prn agro ipſo, vel territorio nppidnrum.

Burgus, i. Parvum caſtrum, ſive munitin aut turris. Caſaubonus ad Strabonem deducit ex voce Græca Πύργος, vel Βύργος, quæ turrim ſignificat. Contra verò Cluverius originis hanc vocem facit Gallicæ, & Theutonicæ; quoniam Burgus ſemper ſit habitus conjunctarum dnmnrum multitudn. Verùm à vicis illis tranſiit poſtea ea vnx ad ſignificanda caſtra iiſdem nppidulis impoſita. Id planè confirmant plurium in Germania oppidorum terminationes in voce *burg*, quæ nnn ipſis domorum congregationibus attributa eſt, ſed caſtris & caſtellis, quæ in burgis ſunt extructa. Pro exemplo ſit *Lobdenburg*, quæ vox ſignificat caſtrum Lobodunæ Civitatis; imn pntiùs Civitatem ipſam & caſtrum. Verùm de Burgis audiendus eſt Scaliger in Auſonium lib. 11. cap. 9. *Quod oppidum quia in modum caſtrorum horreis publicis & turribus poſtea amplificatum fuit à Pontio Leontio, Burgus, appellatum fuit. Ita enim eo tempore opportuna bello, & munita annonæ copia caſtra vocarunt, quod cognoſcimus ex Hiſtoria Burgundionum.* Meminit Burgorum Veget. lib. 4. cap. 10. *Caſtellum parvulum, quem Burgum vocant, inter Civitatem & fontem convenit fabricari.* Ad quem locum aptè & eruditè Steuvechius Burgorum appellatione inſignita fuiſſe autumat caſtella in limitibus Provinciarum frequenter conſita ævo potiſſimum Juſtinianæo. Sic autem Juſtinianus Belliſario Magiſtro militum: *Ubi ante invaſionem Vandalorum & Maurorum Reſpublica Romana fines habuerat, ſicut ex clauſuris & Burgis oſtenditur.* Id ſcilicet eſt, quod antea ſcripſerat Ammianus lib. 28. *Rhenum omnem à Rheticarum exordio ad uſque fretalem oceanum magnis molibus communiebat, caſtra extollens altiùs, & caſtella turreſque aſſiduas, per habiles locos, & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo.* Hinc Burgarii ab Iſidnrn dicti, qui crebra per limites munita habitacula incnlebant, vel tuebantur. Ab iiſdem Burgis ſuum accepiſſe nomen Burgundinnes per hæc verba tradit Paulus Diaconus lib. 2. *Burgundiones novorum hoſtium cœpit nomen novum, qui pluſquam octoginta millia, ut fertur, armatorum ripæ Rheni fluminis inſederunt. Hos quondam ſubacta Germania interiore, à Druſo, & Tiberio adoptivis filiis Cæſaris per caſtra diſpoſitos, in magnam coaluiſſe gentem, atque ita etiam nomen ex opere præſumpſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta Burgos vulgò vocant.*

Burgarii milites, vel incolæ. Vide *Burgus*.

Burricus, ci. Ex Græco à cnlore burren, ideſt rufo dicitur. Nnmen eſt inditum equis brevinribus, qnos etiam mannos vocant. Inter onerarioa & ſarcinarios recenſetur. Glnſſ. Iſidori: *Mannus, equus brevior, quem vulgò Burricum vocant.* Burricus hodie de aſino vulgo dicitur.

Bussa, Buza, Bucca, Bucia, & Burcia. Omnibus his vocibus appellatum invenies apud infe-

Digitized by Google

rioris ævi Scriptores grandioris navigii genus, ad pyxidis ſimilitudinem, ex qua illi nomen fluxit voce Anglica, ut obſervat Spelmannus. Pandum nimirum eſt, alvo & prorâ obtuſum, ad formam dolii vinarii. Paſſim refertur inter naves bellicas. Albertus Aquenſis: *Rex ab Aſſur exiens navem, quæ dicitur Buza, aſcendit*. Vetus Scriptor apud Spelmannum: *Naves prægrandes, quas vocant Buſſas, triplici velorum expanſione velificantes*. Radulphus de Diceto: *Ricardus Rex Anglorum habens in comitatu ſuo tredecim magnas naves, quas Buccas vocant, triplici velorum expanſione, dum æquora ſulcarent, notabiles, habens centum alias naves onerarias*. Brompton pag. 1197. *Tres autem Buciæ ad inſulam de Cypro venientes perierunt*. Rogerus Hoved. in Ricardo 1. *Applicuerunt ibi naves & Burciæ plus quam quingentæ, exceptis galeis excurſoriis*. Ab hujus navigii genere non dubito dici apud Venetos navim præmagnam & ſplendidiſſimam, quam appellant *Buccintoro*: quaſi tauri, vel centauri bucca, vel buccia. Sic autem de illa loquitur Nicolaus Erythræus exponens Virgilii locum lib. 5.

Sergeſtuſque, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna;

De hujus Centauri nomine Veneti Ducariam ſuam navim, aut Senatoriam, elegantiſſimam illam quidem & picturâ auroque præfulgentem, quaſi Buccentaurum appellant.

Busta Gallica. Memorantur à Livio lib. 5. & 22. Locus erat Romæ, in quem coacervata & condita à Romanis fuere oſſa Gallorum Senonum, qui Urbem prius armis poſſederant. De iis Varro lib. 4. *Locus ad Buſta Gallica, quòd Romæ recuperatâ, Gallorum oſſa, qui poſſederant Urbem, ibi coacervata & conſita fuerint*. In quarta erant Urbis Regione juxta Æquimelium; ex quo refellitur Marlianus à Guthero de Jure Manium lib. 1. qui buſta Gallica confundit cum Doliolis, quæ locus erant in octava Urbis regione. Non longe à Capitolio & prope Amphitheatrum, vulgò Coloſſeum dictum, Ædicula nunc eſt D. Antonio ſacra, & vulgò dicitur in *Portugallo*. Sunt qui corruptâ appellatione ſic efferri putent antiquum locum *Buſta Gallica*. Quod ſi ita eſt, liquet de Regione & poſitura eorundem Buſtorum. Ex Livio certè conſtat locum occupaſſe intrà Urbem: ſic enim ſcribit l. 2. Dec. 3. *Media Urbe, qua nunc Buſta Gallica ſunt*.

Busta Gallorum. Locus eſt Agri Sentinatis, in ulteriore Appennini latere, cui nomen fecere multa Gallorum millia ibidem à Fabio cæſa, ut refert Polybius lib. 11., & Livius lib. 9. Meminit ejus loci Procopius lib. 4. Rer. Gotic. Qui tamen errat nomen loco inditum reputans à Gallorum cæde per Camillum facta; confunditque Buſta Gallica, quæ locus erant in Urbe, ubi Camillus Gallos cæcidit, cum Buſtis Gallorum, qui locus occurrit in via Flaminia.

Bustuarii, orum. Vide *Ludi Funebres*.

Buteo, onis. Avis eſt rapax & prædatoria. De ea ſic Feſtus: *Buteo genus avis, quæ ex eo ſe alit quod accipitri eripuerit: vaſtitatiſque eſt cauſa iis locis, quæ intravit*. Hinc Martinius trahit originem vocis Italicæ *Bottino*, quæ prædam ſignificat. Budæus accerſit à Græco fonte [illegible], quod eſt prædam dividere. Quidam referunt ad originem Germanicam vocis *beut*, quæ prædam indicat.

C

CABALLUS, i. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. *Me Satureiano vectari rura caballo.* Non eſſe vile vocabulum oſtendit Perſius, qui Pegaſeum ſontem Caballinum dixit. Pro Caballo ævi poſterioris Scriptores extulerunt *Cabo*. Gloſſæ Iſidori: *Cabo equus grandis*. Et iterum: *Cabo, Caballus, ſonipes equus*. Fallitur autem idem Iſidorus, ubi de origine Caballi ſic habet: *Caballus à cavando dictus, propterea quod gradiens ungulâ impreſſâ terram cavet*. Vera origo eſt à dictione Græca Καβάλλης, quod propriè eſt equus operarius, ut ſunt piſtrino, & ſarcinis vectandis addicti. Verùm ad honeſtius quiddam, atque adeo militare & equeſtre caballos tendere, ſatis ſuadet mihi dictio Barbarica corruptæ Latinitatis *Cavalleria*, quæ nimirum equeſtris eſt & prænobilis militum ordo, procul dubio nominatus à Caballis. Vide Iſaacum Caſaubonum in Præfatione ad Satyras Perſii. Pro equis certè non vulgaribus Caballos accipit Author Additamenti ad Chronicon Marcellini: *Numeroſos præterea phaleratoſque in Circo Caballos jam donatis quoque impertivit aurigis*.

CABALLINUS, a, um. Quod ad Caballum pertinet. Perſius Præfat. ad Satyr.

Nec labra fonte prolui caballino.

CABALLARII EQUITES. Sic appellati, quoniam equis militant merentque. Hincmarus opuſc. 5. *Per villas, in quibus non ſolùm homines Caballarii, ſed etiam ipſi Cocciones rapinas faciunt*. Honorificè de iis loquitur Georgius Pachymeres Hiſt. Michael. Lib. 4. cap. 31. *Datiſque illi Caballariis trecentis eum continuò dimiſit. Erant hi Bellatores lectiſſimi omnes, pluriumque inſtar ſinguli*. Ad quem locum Poſſinus: *Caballarius conſuetudine illius temporis, non quemlibet equitem, ſed inſignem, & primarium ſonabat: eratque (id, quod hodièque in Italica Lingua inde ductum perſeverat) in eo verbo nobilitatis quædam emphaſis minimè conveniens equiti gregario*. Procul dubio Veterum Caballarii ſunt noſtrorum temporum, & idiotiſmi *Cavalieri*, quæ vox non equo merentem, ſed conſpicuo genere, & illuſtrem virum ex ſua notat origine:

CABALLICARE. Caballo vehi, equitare. Italis *Cavalcare*. Lex Salica Tit. 25. *Siquis caballum ſine permiſſu Domini ſui aſcenderit, & eum caballicaverit*.

CABALLICATA, æ. Equorum decurſio. *Cavalcata*. Luitprandus lib. 4. *Cumque eodem perveniſſet, & caballicatas, ut vulgò ajunt, circum circa dirigeret*.

CABALLICATIO, onis. Caballicata. Tabula fundationis S. Severi in Vaſconia: *Nec in hoſtem, nec in caballicationem eſſe ducturos*.

CABO. Vide *Caballus*.

CABULUS, i. Genus balliſtæ, vel petrariæ. Villel. Brito lib. 7. Philipp.

ſed mox ingentia ſaxa
Emittit cabulus.

Nomen machinę ab equo, qui *Cabo* dicitur apud Iſidorum. Vide *Equus durateus*.

CACULA, ę. Servus Caſtrenſis & Militaris infimę notę. Plaut. *Video caculam militarem me futurum*. Feſtus trahit ex Gręco à clavis, vel fuſtibus, quoniam iis armati Dominos ſequerentur. Aſſentior iis, qui ex alio fonte Gręcanico, & quidem proximiore deducunt ab adjectivo κακὸς: ut Cacula ſit qui bellatorem quidem ſequitur, ipſe verò armis tractandis malus, ideſt ineptus eſt.

CACULATUM, i. Feſtus exponit miniſterium Caculæ ſervi. Suſpicor mendoſam lectionem ſic emaculandam *Caculatus*, ad quam formam dicimus Conſulatus, Ædilatus, Optionatus, & ſimilia.

CADAVERA PRO VALLO. Vide *Agger*.

CADAVERUM IN ACIE CÆSORUM SEPULTURA. Vide *Funus*, & *Sævitia in extinctos*.

CADMÆA VICTORIA. Adagium uſurpatum à Platone lib. 1. de Legib. Docet ſæpe equè miſerum eſſe hoſtem ſuperare, quàm vinci. Ortum ab Etheocle & Polynice Thebanis fratribus, qui multo effuſo ſanguine, belloque periculoſiſſimo de Regno certantes, poſtremò ſingulari certamine conferentes manus mutuis vulneribus confoſſi conciderunt. Cadmæa verò Victoria dicitur à Cadmo Thebarum conditore, de cujus urbis poſſeſſione fratres illi certabant.

CADUCEUM. Quemadmodum indici ſolebant bella per Feciales, ita per Caduceatores, Caduceo interpoſito tollebantur. Erat autem Caduceum haſta, ſeu virga Mercurii Deorum nuncii & interpretis propria. Hanc Apollo inveniſſe dicitur, eamque Mercurio tradidiſſe poſtquam à Mercurio lyram ipſe viciſſim acceperat. Geminis verò ſerpentibus mutuo nexu circumvolutis ea virga ornabatur, cujus rei ſic fabulatores originem repetunt. Ajunt Mercurium in Arcadiam profectum geminos ſerpentes ſeu dracones inter ſe dimicantes inveniſſe, eorumque diremiſſe prœlium virgâ illâ ſeu Caduceo interpoſito. Suſcepta inde ab eodem virga involuta ſerpentibus pro ſceptro & geſtamine. Optime Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 45. obſervat ex Philoſtrato, Indiæ populis anchoram fuiſſe pro Caduceo; eamque extitiſſe familiare internunciorum geſtamen; quoniam anchoræ proprium ſit pertentare primùm omnia & inveſtigare, deinde agitatis diuturno

undarum alliſu navigiis perpetuam ſpondere ſecuritatem. Caducei, & Caduceatorum officii meminit Livius lib. 8. *Ipſos ſe in deditionem Conſulis Caduceum præferentes permiſiſſe*. Neque porrò eundem ſolennem ritum indicare, eoque ſuum exornare Carmen prætermiſit Taſſus, qui hæc habet Cant. 6.

I pacifici ſcettri oſar coſtoro
Fra le ſpade interpor de combattenti
Con quella ſicurtà, che porgea loro
L'antichiſſima legge delle genti.

Vide *Haraldi*, & *Cota*..

CADUCEATORES. Concordiæ conciliatores, internuncii, pararii, pacis ſequeſtres, pacis bellique medii. Liv. 6. Bell. Pun. *Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, Caduceatorem miſit*. Vide *Caduceum*.

CADUCIFER, a, um. Ferens caduceum. Sed ferè Mercurii eſt Epitheton. Ovid. 4. Faſt.

Tartara juſſus adit ſumptis Caducifer alis.

CADUS IGNIFER. Vide *Trullæ igniariæ*.

CÆDES, is. Fit à Græcorum Κόπτω, ut Voſſio & aliis placet, potius quàm à Latinorum *Cado*. Dicitur fere de morte obita non urgente morbo, ſed ferri ſaxive, aut ſimilis inſtrumenti percuſſione. Uſurpatur promiſcuè pro interitu unius, vel multorum, in quo Cædes differt à ſtrage, quæ eſt occiſio plurium. De unius cæde Virgil. 2. Æneid.

Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites.

De cæde plurium idem lib. 11.

oriturque miſerrima cædes.

Proprie de arboribus cædes dicitur. Gell. lib. 9. cap. 12. *Cur tantam ligni ac frondium cædem faceret percontatus eſt*. Hinc Sylvæ cæduæ dicuntur, quæ ſuccidi ſolent ut renaſcantur.

CÆSA, æ. Vide *Punctim*.

CÆSIM FERIRE. Vide *Punctim ferire*.

CÆSPES, tis. Vide *Agger* 7. & Titulum ſequentem.

CÆSPITITIUM TRIBUNAL. Editior locus, cæſpite, ideſt terra cum herbis avulſa, conveſtitus, ex quo Imperator milites alloquebatur, ſive illis jus diceret, ſive eoſdem ad alacriter dimicandum, compoſita oratione, inflammaret. Plinius in Panegyrico Trajani: *Multa poſt ſæcula Tribunal viridi cæſpite extructum, nec faſcium tantùm ſed pilorum ſignorumque honore circumdatum*. Lucanus ejuſmodi Tribunalis, ſive ſuggeſtus meminit lib. 5.

ſtetit aggere fulti
Cæſpitis intrepidus vultu.

Statius Silv. lib. 5.

Hic ſuetus dare jura pater, hoc cæſpite turmas
Affari.

Claudian. de Bello Gildon.

Dictis ante tamen Princeps confirmat ituros
Aggere conſpicuus: ſtat circumfuſa juventus
Nixa haſtis, pronaſque ferox accommodat aures.

Ubi vides eam de Tribunali Cæſpititio allocutionem ſolemni ritu inter aquilas & ſigna, ad circumfuſas ſtanteſque copias peragi conſueviſſe. Vide *Allocutio Militaris*. Sed & Ammianus lib. 23. ejuſdem meminit ſuggeſtus Cæſpititii; ſic enim habet de Conſtantio: *Tribunal inſiſtens, ſigniſque ambitus, & aquilis, & agmine multiplicium poteſtatum, his exercitum allocutus eſt*. Idem de Juliano in eandem ferè ſententiam ita ſcribit: *Ipſo aggere glebali aſſiſtens, coronâque celſarum circumdatus poteſtatum, talia ſereno ore diſſeruit*. In memorato editiore ſuggeſtu locabatur ſella curulis Imperatoria; ex eaque Dux, aut jus dicebat militibus, aut eoſdem alloquebatur. Amplum verò oportuit Tribunal eſſe, utpotè quod capere debuit Legatos illud cum Imperatore conſcendentes. Liv. lib. 8. *Ne Tribunal quidem ſatis quietum erat: Legati circumſtantes ſellam orabant &c.* Et infra: *Juſſi de Tribunali deſcendere Legati*. Reos etiam cum Tribunis ibidem receptos habemus ex Tacito 1. Annal. *Stabant pro concione legiones diſtrictis gladiis: reus in ſuggeſtu per Tribunum oſtendebatur; ſi nocentem acclamaverant, præceps datus trucidabatur*. In Columna Trajani conſpiciuntur admodum frequenter ſuggeſtus Imperatorii ſtructi non è cæſpite, ſed è lapide quadrato. Negat Fabrettus id fieri potuiſſe, præſertim tam crebrò mutatis caſtris: ſic autem efficta reputat in cælaturis ea Tribunalia ab artificibus, ut elegantiam operi ſuo & commendationem accerſerent. Miror id parum credibile viſum Scriptori, qui ignorare non potuit Romanorum in caſtris magnificentiam: præſertim cum non ubique lapidei, ſed non rarò cæſpititii occurrant ſuggeſtus illi. Viſitur frequenter Tribunal cæſpititium in nummis antiquis cum epigraphe *Allocutio coh*.

CÆSTUS, us. Una eſt ex præcipuis exercitationibus Gymnaſticæ militaris; eademque præ cæteris cruenta & horrida; & planè ad ingenium Martii furoris, exacerbatique conflictus. Licet enim ipſi Cæſtus pugnæ umbratilis & imaginariæ eſſent inſtrumenta, adhuc tamen diris verberibus & atroci membrorum ac præſertim capitis percuſſione ſic deformabant cruentos palæſtritas, ut non referrent duntaxat veri Martis dimicationes, verùm etiam ſæpenumero ſuperarent. Servius Cæſtum, arma pugilum cum diphthongo ſcribit, Ceſtum verò Cingulum Veneris ſine diphthongo. A' cædendo proinde Cæſtus dicitur Athletarum; Ceſtus verò Veneris ſic appellatur quaſi Κεςὸς ἱμὰς, ideſt lorum ſutile. Fuere autem Cæſtus lora bubula, quibus manus pugilum extremæque partes brachiorum nectebantur, ad modum noſtrarum chirothecarum. Jacobus Pontanus Symbolar. ad Virgilii lib. 5. non ſine cauſa notat Ambroſium Calepinum, qui ex Codicibus fortaſſe nullius authoritatis Cæſtum definiverit genus clavæ, pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens. Id armorum genus non multum diſcrepat à fuſtibalo, de quo nos ſuo loco. Miratur etiam non immeritò idem Pontanus oſcitantiam virorum, cæteroqui bonis litteris præſtantium, qui ejuſdem Ambroſii Latinum Dictionarium plus decies recoctum, emaculatum atque diffictum caſtigarunt & locupletarunt: nec adverterunt tamen Ambroſii explicationem falſam Cæſtuum, quam atroci calamo induci diſpungique oportuit. Ambroſium, alioſque in errorem facilè induxit Euſtathius interpres Homericus verbis illis: *Pugilum lora bubula manibus ipſis involvebantur, plagas multum adjuvantia, digitos autem ſimul continebant, & quaſi clavam quandam rotundâ formâ durè faciebant*. Verùm ejus loci germanam ſententiam vel pueri eam eſſe cognoſcunt, ut quod ibi dicitur de clava, vel potius quaſi clava, non ſit referendum ad ſtipitem aliquem, vel baculum nodoſum manu pugilis apprehenſum, ſed potius ad formam ipſam figuramque manus inſtructæ cæſtu, quæ ſcilicet obvoluta corio bubulo cum clavis inſatia, ipſa clavam aſſimilabat; ad cujus por-

ro

rò inſtar aliquod cædendo impreſſionem faciebat. Equidem quotquot cæſtunm meminerunt nonniſi indicata lora cum inſuto interdum ferro vel plumbo afferunt, ut ſcilicet armatæ manus firmiorem ictum inferrent, & minus noxæ ſuſtinerent ab adverſariorum percuſſionibus. Nihil enim certiùa eſt in qualibet deſcriptione Cæſtuum, quàm validiſſimum fuiſſe quoddam mannum munimentum. Sic autem de illis Theocritus Eclog. 23.

Manus cingentem mediis bubalis loris.

Et iterum:

Illi igitur cum ſpiris bubalis munivisſent manus.

Ubi ſpirarum mentio oſtendit loris illis ſæpius in plicam redeuntibus retortiſque & cancellatis manus pugilum religatas. Pindarus Od. 6. Nem. ſcripſit: *Manus loro viactus*. Virgil. autem lib. 5.

paribus palmas amborum innexuit armis.

Quod ſi alicubi legitur coriaceis illis nexibus, inſerta etiam brachia & lacertoa fuiſſe, id ſcilicet intelligendum eſt de parte extrema brachiorum, & manibus ipſis proxima; ad eum prorsùa modum, quo noſtrę etiam chirothecæ non digitoa ſolùm manuſque cooperiunt, ſed cubiti partem ambiunt. Nec aliter exponendi Poetæ veteres, ubi ad brachia pertinuiſſe Cæſtua enarrant. Sic licet interpreteris Virgilium lib. 5.

evinctis attollat braebia palmis.

Et iterùm:

duroque intendere brachia tergo.

Et Propertium lib. 3. Eleg. 14.

Nunc ligat ad Cæſtum goudentia brachla loris.

Item Statium lib. 6.

Coaſtitit immanis cerni, Immaniſque tueri
Argolicus Capaneus: ac dum nigrantia plumbo
Tegmina eruda boum non mollior ipſe lacertis
Induitur.

Neque enim mihi audiendus eſt Scaliger lib. 1. Poet. cap. 22., qni commemoratia Poetarum teſtimoniis permotus ſcribit, Cæſtus initio breviores fuiſſe; mox ne crebra percuſſione excuterentur, majorea fieri cœptos, itaut non manus ſolùm, verùm & cubitum, brachia, & humeros occuparent. Nam contra ſunt picturę veteres, & anaglypha, atque adeo gemmę antiquę, ex quarum ſculpturis deformationem Cęſtuum oculis exhibet Mercurialis lib. 2. cap. 9., ex qno apertiùs ſchemate propoſito falſi conſpiciuntur, qui clavam à pngilibus geſtatam commenti ſunt. Quoa iterum nugas meracaa vendidiſſe demonſtrat Valerius Flaccua lib. 4.

quos potes, indue Cæſtus.

Et iterum:

Trojanos exue Cæſtus.

Quis enim *induere* & *exuere* clavæ convenire poſſe crediderit?

2. Non contemnendæ fuerit operæ hìc obſervare, omnes ferè Scriptores pugnam Cæſtuum à pugilatu diſtinguere in recenſione certaminum Gymnicorum. Et quidem ferox illud & horridum additamentnm ex immanibus loria, cum adjectis ex ferro plumbove clavia, vehementer diſtat à ſimplici pugilatu, qui peragebatur pugnis nudis, vel ſimplici corio coopertia. Cicero tamen ſatis disertè atque dilucidè Cæſtibua certantes, pugiles vocat. Sic enim ſcribit Tuſc. 11. *Pugiles Cæſtibus contuſi ne ingemiſcant quidem*. Et aliquantò poſt: *Pugiles cum feriunt adverſarium in jactandis Cæſtibus ingemiſcunt*. Quibua verbis haud dubiè Tullius figuratè & per ampliationem quandam ſcripſit. Ejua pugnæ ars & ratio in eo verſabatur, ut flexu & inclinatione corporum, non fugà, vitarentur ictus, aut minimo damno exciperentur. Curandum ſedulò fuit ne ictus eſſent fruſtranei: crebra ſiquidem inanique verberatione clavi plumbei ferreique ſuo concidebant pondere, exarmabantque certatorem. Maximum hìc etiam graviſſimumque periculum objecto capiti: nam ad aures & tempora in primia dirigebantur ictus; quæ eam ob cauſam moris fuit protegere munimento, quod dicebant Amphotides. Eam certaminis ſævitiam ita deſcribit Serviua: *Erat durum certamen Cæſtuum, raròque ſine cæde committebatur. Nam ex ferra erant, & ut habilius faciliuſque manibus gererentur, pendebant ab illis lora, quibus non ſolum manus, ſed braebia humerique alligabantur, ut etiam remiſſis digitis palmæ tamen hærerent*. Ubi ſcias gratis aſſeveraſſe Servium extrema brachia atque adeo humeros obtectna fuiſſe Cæſtibus.

3. Id genus pugnæ tres eximii deſcripſerunt Vatea Græci, Homerus, Theocritus, Apollonius Rhodius; ac Latini totidem, Virgilius lib. 5. in Anchiſæ funere imaginario, Statius lib. 6. in exequiia Archemori, & Valerius Flaccua lib. 4. Excelluerunt eodem certamine Amycus Bebryciorum Rex, Neptuni filius, qnem à Pollnce interemptum ſcribit Valerius 4. Argon.

Sparta Terapnæa pugilem cum Gymnade pinguem
Stratum Bebryciis Amycum ſuſpexit arenis.

Erycem quoque Siciliæ Regem magnopere claruiſſe Cæſtibus, ſed ab Hercule demum morti traditum, ſcribit Virgil. lib. 5.

Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat:
Sanguine cernit adhuc ſparſoque infecta cerebro.
His magnum Alciden contra ſtetit.

Quantum verò eo conflictu præſtiterit Entellns, quàmque graves ponderoſoſque Cæſtua attulerit contra Dareta, exponit latè ibidem Virgilius.

In medium geminos immani pondere Cæſtus
Projecit, quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi: tantorum ingentia ſeptem
Terga boum plumbo inſuto ferroque rigebant.

Ovidiua Metam. lib. 5. eadem prærogativa commendat Brotheam, & Ammonem:

Hinc gemini fratres Brotheaſque & Cæſtibus Ammon
Invicti.

Ex hac certaminis immanitate & truculentia ſatia liquet minimum pertinuiſſe Cæſtua ad Gymnaſticam Medicam. Certè ſæviſſima illa inflicta vulnera & ictns impacti minimum ad eos faciebant, qui nonnihil adamabãt valetudinem corporis, ejuſque ſtudioſi vitæ ſervandæ protrahendæque ſatagebant. Lycurgus apud Lacedæmonioa permiſit initiò Cæſtua, & ipſis quidem pnellis, de quibua loquitur Propertius adducto ſuperiùs verſu. Sed poſtea doctior uſu factus ſuſtulit omne ludorum genus, in quo citra ſanguinem & gravia vulnera certari non poteſt, ut tradit Plutarchus in ejus vita.

4. Sed formam antiqui Cæſtns vivis adumbratam coloribus habemus apud Plinium lib. 11. cap. 37. ubi de arietum cornibus verba faciens, hæc habet: *Dedit natura in anfractum convoluta arietum generi cornua, ceu Cæſtus daret*. Convoluta

in anfractum dixit cornua arietum, quoniam non æquali ductu diſtenta illa vel contorta ſunt; ſed inæqualem habent ſuperficiem, aliis ex aliis veluti ſuborientibus cingulis, quibus illa convolvuntur & quaſi religantur ad ſimilitudinem cochleæ teſtaceæ. Eam itaque figuram oculis exhibuere antiqui Cæſtus, qui manus lacertorumque partem crudis agreſtium boum tergoribus ita vinciebant, ut flagellis extantibus, plumbeis porrò ferreiſque inductis clavis & ſquamis, ſcabram quandam ac decuſſatam chirothecam referrent. Meminit de Cæſtu Boccaccius Teſeid. lib. 11. in ludis funebribus Arcitæ celebratis ab Ægeo.

Poi al Ceſto giocando oſſai più degno
Polluce dimoſtroſſi, che avanzato
Haveva Admeto pien d'alto diſdegno
Da Febo male in ogni coſa atato,
Onde per la gran forza e per lo ingegno
I queli havea ne giuochi adoperato
Gli fè venire Egeo duo nappi grandi
Chari per or, per arte anco ammirandi
In eſſi con non poca ſottigliezza
Era ſcolpito Alcide ne la cuna
Ancor giacente prender con fierezza
Le ſerpi a lui mandate, & ad ognuna
La morte dare, e quinci la fortezza
Ch'egli usò nella Nemea ſelva bruna
Contra il fiero Leone, e quindi appreſſo
L'altre fatiche ſue v'eran con eſſo.

Vide de Cęſtu Aldum Manut. de Quæſit. per Epiſt. lib. 2. cap. 8., & Petrum Fabrum in Agoniſticis.

Caja, æ. Iſidorus de Cateja ſcribens hæc habet *Cotejo, quam Horatius Cajam dicit, eſt genus Gallici teli &c.* Primùm nuſquam apud Horatium legitur Caja telum. Deinde vereor, ut idem ſit telum Caja, & Cateja. Salmaſius ad Claudium Pollionis ſcribit, Cajam vetus eſſe verbum, & notare fuſtem, aut clavam, aut baculum. Ex quo cajare pro verberare dicebant Veteres. Cajationem verò puerilem cædem ſignificaſſe, docet Fulgentius in lib. de continentia Virgiliana. Sed longe antiquior Plaut. in Ciſtell.

Quid tu amicam times ne te manulea cajet?

Jam ſi Caja erat genus baculi, quo pueri cædebantur, planè aliud Caja, aliud Cateja.

Cairsllus. Idem ac Quadrellus. Vide *Carcaiſum.*

Calamus, i. Vox eſt ipſiſſima Græcorum. Invita naturæ levitate, & ignobilitate originis, utpote qui lutoſa ferè humo naſcatur, rei Martiæ antiquiſſimè nomen dedit, obarmandis præſertim ſagittis. Plin. lib. 14. cap. 36. *Calamis Orientis populi bella conficiunt. Calamis ſpicula addunt irrevocabili hamo noxia. Mortem accelerant pinna addita calamis. His armis Solem ipſum obumbrant.* Plinianus hic locus plane congruit reſponſo Leonidæ Spartanorum Imperatoris, qui cum intellexiſſet à Legatis Perſicis, tam vaſtam fore molem exercitus approperantis ut neceſſe ſit obumbrari Solem, ſi jaculum ſinguli milites ſimul emiſerint; *At*, inquit, *ſi ita eſt, commodiùs ſub umbra pugnobimus.*

Leonida in udir che'l campo hoſtile
Tal'era, che freceiando al Sol fea velo,
Diſſe con faccia di timore ſgombra,
Pugnerem dunque agiatamente all'ombra.

Ferri & artis inopiâ calami fuſteſque non Veterum duntaxat fuerunt arma; ſed Indiæ tum exortivæ, tum occidentalis populos vix aliis, cum primùm illæ ſunt Regiones detectæ, fuiſſe armis uſos, Maffeus & alii Scriptores teſtantur.

Calaluzia. Navis Indica, de qua Maff Hiſt. Ind. l. 9. *Calaluziis quinque (ejuſdem ferè magnitudinis utraque actuaria ſunt) id negotii dat.*

Calatravæ milites. Ordo Sacræ militiæ equeſtris, nuncupatus à Calatrava oppido ad Anam fluvium. Ubi primum ea Civitas Mauris fuit erepta, Templariis ad ejus regionis propugnationem tradita fuit. Sed cum ii ſegnius agerent, & oppidum reliquiſſent, cum ſolliciti omnium animi eſſent, nec paratum ſe quiſpiam oppido à Barbarorum incurſibus tuendo proferret, Urbis agrique defendendi curam divino afflatu à Rege poſtulatam obtentamque ſuſceperunt Raimundus Fiterius Abbas Ordinis Ciſtercienſis, & Didacus Velaſquius ejuſdem ſocius, multis, ante ſuſceptum Religioſæ vitæ conſilium, bellicis facinoribus clarus. A' Joanne Præſule Toletano opibus adjuti, auctique à Rege opimis redditibus, ipſo Caltravæ principatu cum agro ubere B. Mariæ Ordinis Ciſtercienſis attributo, vim mortalium incredibilem adverſus Mauros coegerunt: nec auſi eam Regionem Barbari infeſtare. Mira ab his initiis ſplendoris incrementa cepit ſacer is Ordo, quem illuſtrium operum laude percelebrem, multis amplificatum immunitatibus Alexander III. Pontificio diplomate confirmavit. Vide Marian. de Reb. Hiſp. l. 10. c. 6.

Calbeum, aliis Calpeum, aliis Galbeum. Quid fuerit diſce ex Feſto: *Calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur.* Vox eſt accerſita à Græcorum χάιρος, ideſt junctura manus, Authore Salmaſio apud Voſſium. Fuit autem genus armillæ textum & obvolutum ad modum ſerpentis. Credebantur ejuſmodi armillæ includere remedia, quæ lanâ tegerentur. Sveton. in Galba 3. *Alii quod in diuturna valetudine Galbeo, ideſt remediis lanâ involtis aſſiduè uteretur.* Fuit nimirum in uſu apud Veteres remedia adverſùs morbos armillis tegere & brachiis circumvolvere. Id hodie non pauci ſaciunt, qui lignea, cornea, vel gemmea adverſùs languores remedia, incluſa argenteis vel aureis anulis theciſve, & tæniolis alligata, geſtant circumvoluta brachiis.

Calcar, aris. Ferreus equorum ſtimulus, ſic appellatus, quia ad Equitis calcem, ideſt poſteriorem pedis partem apponitur. Cic. 3. de Oratore: *Quod dicebat Iſocrates doctor ſingularis, ſe calcaribus in Ephoro egere, contra autem in Theopompo frenis uti ſolere.* Præclarè Ovid. lib. 4. de Ponto gloriam virtutis calcar nuncupavit:

laudataque virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Aurea, vel inaurata calcaria militum aptabantur pedibus cum armis accingebantur, ex uſu militiæ temporum ſuperiorum. Joannes Monachus, agens de Militia Gaufridi Ducis Normanniæ: *Calcaribus aureis pedes ejus adſtricti ſunt.* Hiſt. Caroli VI. *Eos accingis baltheo militari, & per Dominum de Chauvigniaco calcaribus deauratis juſſit Rex Carolus inſigniri.* Hinc habemus equites auratos, ſive aurei calcaris: *Cavalieri dello Sprone d'oro*, de quibus non ſemel fit mentio apud Joannem Villani. Audiendus eſt Joannes Puricellus in monumentis Ambroſianæ Mediolanenſis Baſilicæ, ubi tumulum detectum & apertum deſcribit Bernardi Regis Italiæ, Pipini filii. *Sed & Bernardi pedibus ita colceotis aurota induerunt*

cel-

calceria ex ære, quod nos vulgò Rame nominamus. Figuræ tamen illa erant parum admodum ab hodiernis & noſtratibus diverſæ: in exterioris cornu extremitate parvum erat & rotundum foramen, è quo ſupernè fibula, infernè autem anſula eodem ex ære pendebant. Anſulæ conſuta claviculo erat corrigia è corio, rubri pariter coloris, quæ deſub pede per alterum inferioris cornu foramen modicè longum deducta, & illi fibulæ inſerta, calcar pedi adſtringebat. Rotula verò è calcaris dorſo modice prominens ſenis & perbrevibus circum radiis acuminata vergit deorſum. Quemadmodum verò illuſtriorum militum propria erant aurea calcaria, ſic argenteis vel argento tectis utebantur Scutiferi. Regeſtum Homagiorum oobilium Aquitaniæ: *Et ſi aliquis eorum non eſſet miles, debet ſervire Domino Regi eum caligis albis de ſcarleto, & calcaribus argentatis.* Obſervandum etiam amputari conſueviſſe calcaria iis militibus, qui ob delictum vel ignaviam de gradu militiæ dejiciebantur. Thomas Valſinghamus: *Nempè primò degradatus eſt, amputatis ſecuri ad talos uſque calcaribas, & ſic viciſſim diſcinctus baltheo militari.* Statuta pro militibus Balneaticis: *Si vous faites choſe contre l'ordre de chevalerie (que Dieu ne veille) je couperay vos eſperons de ſus vos talons.*

2. Cæterum aurei calcaris ordo fuit Equeſtris in Hiſpania, in quem cooptari non ſolùm viri nobiles & optimates (Hydalgos Hiſpani vocant) ſed ipſi Reges ducebant perhonorificum. Nomeo illis à calcari aureo, quo indui pars erat ſolennitatis præcipua. Præcedebat in ea creatione balneum, ex quo egreſſi, ac pretioſis induti veſtimentis cum aureis calcaribus reliqua ordinis ſumebant arma & inſignia. Leges & immunitates ejus ordinis vide apud Saldenum Titul. honor. part. 1. cap. 4. Iidem brevius ſępe dicti Equites aurati. Calcar Italis dicitur *ſperone*, *ſprone*. Thema varium. Menagius à Germanorum *ſporen* ejuſdem ſignificationis. Covarruvias à *pellendo*, vel *expellendo*. Ferrarius à *ſpola*, Hiſpanis *eſpolon* & *eſpuela*, Latinis *radius*, quod eſt inſtrumentum textorium notum. Dantes Purg. 31.

Vide le triſte, che laſciaron l'ago,
La ſpola, e'l fuſo.

Spola autem à ſpiculo Latinorum; ex quo etiam *ſpilla*, Latinis *acicula*. Poſtremo Bovillus apud Ferrarium *ſperone* deducit à ſphęrulis, quæ in calcaribus rotulę ſunt cuſpidatim dentatæ. Hoc thema præ cæteris amplector.

Calcaris aurei eques. *Cavaliere dello Speron d'oro.* Vide *Calcar*.

Calcatæ, arum. Hirtios de Bell. Hiſpan. *Copiæque totę eruptionem fecerunt ſecumque extulerunt Calcatas ad foſſas complendas.* Ex iis liquet Calcatas io re militari fuiſſe materiam idoneam ad complendas æquandaſque foſſas. Si libuerit originem vocis accerſere à calcando vel obſtringendo, cenſuerim ſtramentorum fuiſſe denſiores faſces. Si à calce derives vocabulum, opinari libet fuiſſe rudera, ſimilemque materiam ex diffractis maceriis, coojectam in foſſas ad eaſdem complanandas. Cæterum peregrinitas vocis meritò quoſdam permovit ut emacularent Hirtii locum, & pro *Calcatas* ſubrogarent *cultatas*, vel *culcatas*, vel demum *crates*. Utrum verò id booa fide fecerint caſtigatores, non eſt inveſtigandi otium.

Calceus militaris. Vide *Caliga*.

Calciarium, aliis Calcearium. Aſſentior Marcello Donato Dilucid. ad Sveton. in Veſpaſiano cap. 8., ubi Calciarium non aliud fuiſſe exiſtimat donativum, quàm clavarium, de quo oobis erit ſermo ſuo loco. Diſtribuebatur autem in milites pro coemendis ipſorum calceis, de quo expreſſa mentio apud Ulpianum, & in L. Diariis, D. de alim. & cib. *Diariis & cibariis relictis neque habitationem, neque veſtiarium, neque Calciarium deberi palam eſt.* Quem locum Nizolius in Theſauro Ling. Lat. falso interpretatur de ipſo calceo. Neque porrò rem ipſam attigerunt authores Calepini auctioris, qui non unum calceum, ſed plures exponunt: cum donativum illud fuerit, quod non ſemper calceis ipſis, ſed interdum pecunia pro comparandis calceis perſolvebatur. Meminit Calciarii Svetonius in Veſpaſiano: *Claſſiarios verò, qui ab Hoſtia & Pateolis Romam pedibus per vicos commeant, petentes conſtitui ſibi aliquid Calcearii nomine, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, juſſit poſt hæc excalciatos curſitare, & ex eo ita curſitant.* Corrupti tamen Latii Scriptoribus Calciarium fuit calceus. Statut. Corbejenſis Monaſt. *Soccos filtrinos duos, calcearios quatuor cum ſoleis novis.*

Calcitrones. Equi calcibus infeſti. Gellius: *Equus mordax & Calcitro.* Plaut. Aſinar. *Siquem videt ire ad ſe calcitronem.*

Calculi. Ludus Latrunculorum. Vide *Latrunculi*.

Calculus incitus. Quid ſit in Ludo Latrunculorum. Vide *Latrunculi*.

Calæ, arum. Sic veteres dicebant fuſtes, quos ſervi geſtabant, com Dominos ad prœlium ſequerentur, teſte Servio. Ex qno Calones nuncupati ſunt ſervi ipſi militares. Lucilius:

Scinde Calam, ut caleas:

Ideſt, frange fuſtes, & focum inſtrue: vel potius ſcinde ligna, ut eo motu & labore incaleſcas.

Caliburne. Gladius Arthuri Britanniæ Regis apud fabulatores omnium linguarum memoratiſſimi. Hovedenus in Ricardo 1. *Rex Angliæ dedit Regi Tancredo gladium illum optimum, quem Caliburne vocant.* Conjecturam capio dictum à chalybe, & ſcribendum *Chalyburne*.

Caliga, gæ. Calceus militaris. Quidam à collo pedum, quidam à colligendo, alii à colligando trahunt. Sunt qui deducunt à καλον lignum, quod lignea illi eſſet ſolea. Minime omnium probo, quod maximè probat Voſſius, ut ſic dicatur, quaſi calorem pedum foveat. Sic definitur a Nigronio: Solea ſine obſtragulo, habenis alligata pedi, moltis minutiſque clavis infernè ſuffixa. Trahit id Nigronius ab antiquis monumentis, ac pręſertim ex Columna Trajani. Idem docet id genus calcei ad urbanos poſtea homines, viatores, ruſticos, & demum ad mulieres etiam & Religioſos tranſiſſe. In Columna tamen præfata milites gregarii ſic calceati cooſpiciuotur: Imperatoris verò calceus, utpote reliquis ornatior uſque ad mediam tibiam aſſurgit. Caligatorum proinde nomine manipularii fere milites, & gregarii ſolùm accipi ſolent. Diſcrimen adhuc tamen inter illos erat in clavis; nam obſcuriores ferreis, honoratiores argenteis, & quandoque aureis clavis utebantur in caligis. Ex his cognomentum habuit ſuum Caligula Imperator.

2. Vulgò qoidem creditur, Caligas tibiarum eſſe operimentum, Italis *Calze*. Ita ſcilicet exponuntur ab omnibus ferè Lexicariis atque Gloſſariis;

Digitized by Google

ſariis; inſcitè omninò & parum diligenter. Induxere alios in hunc errorem Marius Nizolius, Petrus Galeſinus, Hadrianus Junius, & cum Paſſeratio eruditi cæteroqui viri atque Grammatici. Atqui nihil Caligas pertinere ad tibias clamant Latini Scriptores omnes, Juriſconſulti, vetuſti lapides, probatiſſima quæque Numiſmata, & cum ſacra tum profana omnis Antiquitas. Horum multiplici teſtimonio fit exploratiſſimum, caligas calceum eſſe militarem, & pedum, non tibiarum integumentum. Juſtinus lib. 38. *Argenti certè aurique tantum, ut etiam gregarii milites caligas auro figerent, proculcarentque materiam, cujus amore populi ferro dimicant*. Ubi habes, caligis proculcari aurum, eaſque clavis fuiſſe defixas; quæ planè nihil ad tibias congruunt, & ad indumenta pedum ſunt accommodatiſſima. Longe clariùs Tacitus lib. 1. Annal., ubi ita ſcribit de Cajo Cæſare, & ejuſdẽ cognomento à caliga militari: *Quem militari vocabulo Caligulam appellabant; quia plerumque ad concilianda vulgi ſtudia eo tegmine pedum induebatur*. Expreſſiſſimè idem habet Aurelius Victor in Caligula: *Quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calceamenti militaris, ideſt Caligulæ ſortitus eſt*. Perſpicuus reputanti locus erit, qui legitur apud Tullium lib. 2. Epiſt. ad Attic., ubi de Pompejo ſub Epicratis nomine ita loquitur: *Epicratem, ſuſpicor, ut ſcribis, laſcivum fuiſſe: etenim mihi caligæ ejus, ut faſciæ cretatæ non placebant*. Ubi Pompejum taxat, quod duo in Urbe inuſitata geſtaret, faſcias nimirum cretatas, ideſt albas, quas conſtat apud antiquos fuiſſe tibialia, quamobrem crurales dicebantur faſciæ; & caligas, nimirum calceum militarem, dilucidè ſatis diſtinguens faſcias crurales à caligis. Vide multa, quæ in hanc rem congerit eruditè è ſacris atque profanis Scriptoribus præfatus Julius Nigronius lib. ſingulari de Caliga. Eam verò rem præ cæteris argumentis præſtat mihi teſtatiſſimam cælatura multiplex in Columna Trajani, ubi militum crura nullis integumentis viſuntur obducta, ut oſtendit Fabrettus in notis ad eandem Columnam. Non omiſerim adnotare, quæ ſuper ea re ſcripſit Alphonſus Salmeron. Tom. 12. Tract. 35. in Act. Apoſtol. *Caliga à ligando calce, ideſt imo pede, dicitur, quaſi calciliga. Et cum calx à calcando dicatur, & calceus à calce, liquet propriè caligas non eſſe tibialia, ſed ſoleas, aut genus calceorum, quod plantas, aut calces muniret*.

3. Tametſi verò ad uſum poſtea viatorum, urbanorum, & poſtremò Religioſorum, pręſertim ex arctiori diſciplina S. Franciſci migraverint caligę, nihilominus pro comperto eſt habendum origine & inſtitutione ſua militare pedum indumentum primum extitiſſe. Liquet id ex allato ſuperiùs cognomento Caii Cęſaris. Item quoniam caliga pro ipſa militia uſurpata paſſim legitur à Scriptoribus Latinis. Senec. de Brevit. Vit. cap. 17. *Marium caliga dimiſit? Conſulatum exercet*. Idem lib. 5. de Benefic. cap. 16. *Marius ad Conſulatum à caliga perductus*. Plin. lib. 7. cap. 43. P. Ventidium ſcribit juventam inopem in caliga toleraſſe. Eadem uſurpatio non ſemel legitur apud Janum Gruterum in vetuſtis lapidibus. Nec minimum habet ponderis ad id demonſtrandum alius loquendi modus apud eoſdem Scriptores veteres, qui caligatos pro militibus ſępe dixerunt. Hinc Sveton. in Auguſto cap. 25. cum ſugillat Principem, quòd coronas murales Caligatis attribuerit. Licet autem ad infimos atque gregarios milites propriè caliga pertinuerit, legitur tamen interdum à nobilioribus atque adeo à ſupremis armorum Ducibus adhibita. Erat ſiquidem nonnihil diſcriminis inter caligas Manipularium, & quas Prætoriani, Centuriones, Duceſque præſtantiores ſolebant induere. Exhibet autem Nigronius delineationem multiplicis caligæ, quas vide cap. 4. deductas ex Columna Trajani. Nam quæ Manipularium erat, corrigias habet ad ſupernam pedis partem ruditer circumvolutas. Elegantior cernitur caliga Prætorianorum; decuſſatis nimirum loris, & inter priores pedum digitos receptis inſertiſque. Carebant tamen caligæ omnes obſtragulo, ideſt pelle, vel corio, quod ſuperiorem tegeret pedis partem; ut pars illa ſuperior pedis per lora cancellatim ducta, non una etiam parte nuda cerneretur. Valtrinus lib. 3. de Milit. Rom. Caligæ militari ſuppactum fuiſſe lignum aliquod exiſtimavit ad commodiorem militum uſum, ut levius ferrent longiora itinera, viaſque aut ſaxis aſperas, aut cœno & uligine obſitas. Contrarium tamen perſuadent ſtatuæ veteres & effigies militum, quæ viſuntur in memorata Columna Trajani, & Arcu Conſtantini. Satis roboris præſtabatur à clavis, qui plures, minuti, & ferrei ſubfigebant & optimè muniebant caligas, ut perdurare diutiùs poſſent adverſùs ſaxorum aſperitatem, & cœnum ac ſordes viarum. Hinc caligæ clavatæ memorantur ſæpiùs à Latinis Scriptoribus, & perduraſſe uſque ad tempora Titi Cæſaris docet Joſephus lib. 7. de Bell. Judaic., ubi hæc habet de Juliano Centurione: *Calceos namque habens creberrimis atque acutis clavis, ut cæteri ſolent milites, fixos: dum ſtrato ſaxcis cruſtis ſolo curreret, labitur*. Quod ex Joſepho, ut ſolet, exſcripſit Hegeſippus lib. 5. *Ipſa alacritate incautior, confixum clavis calceamentum gerens, uſu militarium virorum, non conſideravit polito lapide ſtratum ſolum, quod cavendum foret; ſed quaſi in campo præliaretur ſecurus, labitur*. Erat autem, ut dixi, in ipſis clavis diſcrimen. Alii ſiquidem ferreos & rudiores, politiores alii, & argenteos geſtabant, ut quiſque dignitate antecellebat. Verùm de clavis caligarum ubertim in antiquis memoriis ſuppetunt teſtimonia, ut nihil neceſſe ſit multa coacervare ad rem notiſſimam explicandam. Notandum tamen eſt caligarum clavos non plana & lævia habuiſſe capita, ſed potius cuſpidata & trilatera. Eorum verò cuſpides infixæ ſoleis, capita verò terram contingebant; quod oſtendit Nigronius cap. ultimo prolata icone caligæ clavatæ ex Arcu Conſtantini.

4. Poſtremò licet plures viri docti reputaverint, caligas tibiarum ſaltem partem uſque ad ſuras operuiſſe, ut caligæ veteres minimè diſcrepaverint ab hodiernis Turcarum, & Orientalium gentium cruralibus, quæ vulgò dicimus *Borzacchini*; nihilominùs rem longè aliter ſe habuiſſe ſtatuæ veteres clamant, & anaglypha, memoratę Columnę Trajani, & Arcûs Conſtantini. Hodierna quidem tibialia Armeniorum, aliarumque gentium Orientis Senatorium calceum aſſimilant, neutiquam tamen militarem. Quod ſicubi legas, aut videas caligam retortis & cancellatis habenis dimidium & eo amplius tibiæ amplectentem; id ſcilicet novitii inventi, & inferiorum

tem-

temporum fuiſſe ſtatuas: aut ſaltem ejuſmodi caligas tibiarias uſurpatas admodum rarò à Ductore aliquo & bellatore præſtanti, vel morbi neceſſitate, vel vitii in cruribus obtegendi gratiâ. Illud verò ubique pro certiſſimo ſtatuendum caruiſſe Veterum caligas quolibet operimento, vel obſtragulo pelliceo, vel coriaceo. Vinciebantur quippe pedes ioris, ſive habenulis ſic decuſſatim & cancellatim abeuntibus, & ſi via partem etiam infimam tibiarum obvolventibus, ut perforati & multifores illi calcei nudos per ea interſtitia pedes, vel tibias ſemper oſtenderent. Et hæc quidem dicta accipies de caliga veteri. Nam ævo poſteriori, valeſcente luxu, ſatis conſtat ex molliſſimis pellibus inducta fuiſſe obſtragula, quæ mediam tibiam ambirent, eamque cum pedibus planè tegerent. Id verò factitatum fuiſſe contra propoſitum & conſtitutionem Antiquorum poſt corruptam luxuriâ Cæſarum diſciplinam caſtrenſem, omninò eſt aſſeverandum. Vide præter Nigronium de Caliga, Antonium Auguſtinum libro ſingulari ad Modeſtinum, Briſſon. lib. 2. Antiqq. Lipſium in Tacit. Annal. 1. Joan. Druſium Miſcell. Centur. 1.

Calioa Speculatoria. Eam ſine addito ſpeculatoriam dixit Tertullianus de Coron. Mil.cap. 1. *Speculatoriam moroſiſſimam pedibus abſolvit*. Occurrit apud Sveton. in Cajo cap. 52. *Modò in crepidis, vel cothurnis, modò in ſpeculatoria caliga.* Fuit proinde caligæ genus, quo milites aliive utebantur ſpeculaturi & exploraturi res hoſticas, vel Urbanas. Id calceamenti genus rude & craſſum exponunt plerique. Mihi potius fuit caliga mollior ex lana, quæ aptior eſt materia ad explorandum, nullo pedum ſonitu prodente ſpeculatorem. Ad hunc modum nocturni fures, qui alienas domos infeſtant uti ſolent calceis vel crepidis ex lana vel filtro compactis, quò nihil murmurilli concieant, fallantque tutiùs dormiturientes. Notandum quoque non deeſſe, qui ad præfatum Svetonii locum pro *Speculatoria* legant *Spiculatoria*: exponuntque caligam eorum peculiarem, qui ſpicula geſtant jaciuntque.

Caliga, gæ. Pro militia ipſa. Vide *Caliga*.

Calsgati, orum. Pro militibus. Vide *Caliga*.

Callicule. Ornamenta chlamydum militarium, de quibus ita ſcribit Petrus Poſſinus Gloſſar. ad Pachym. Lib. primo: *Forma verò Tubi, aut nolæ in appendicibus Ephippiorum, uti & militarium chlamydum, elegantiam ad aſpectum habet. Has appendices Calliculas, ſive Galliculas vocabant.* Duo hic noto; primum hanc barbari ſæculi vocem facile manaſſe à vocabulis Italorum, *Gallone, Galloncino, veſte Gallonata*, quæ item pertinent ad veſtium ornamenta. Alterum, Calliculas appellatas facile fuiſſe à clavis, item ornamentis veſtium antiquarum, ut dicantur quaſi *claviculæ*.

Calones. Liv. 3. Bell. Punic. *Impedimenta ſubſequi juſſit, Calones, lixaſque & invalidos milites vallum ferre.* Servi militares atque caſtrenſes; ſic appellati, quoniam ſervilia miniſtrarent militibus, ac præſertim ligna, quæ Græcis Κάλα dicuntur, vel potius quoniam ligneos gererent fuſtes, vel clavas; vel etiam, ut quidam exiſtimant, vallum. Verùm hos potius Clavatores appelles, de quibus ſuo loco. Eam ob cauſam à miniſtrandis lignis potius dictos putaverim, quoniam vallum ferre antiquitùs ipſorum erat militum, ut nos indicabimus in dictione *Onera militum*. Calonum autem appellationem uſurpant Hiſtorici in vetuſtis Reipublicæ temporibus commemorandis, cum vigente diſciplina vallum à militibus geſtari erat ſolitum. A' miniſtrandis itaque lignis Calones dicti, ſicut lixæ ab aqua miniſtranda. Invenio apud Vegetium lib. 3. cap. 6. etiam Calones (atque idem prorſus dicendum de lixis, mulionibus, & agaſonibus, aliiſque caſtrenſibus ſervis) ſua vexilla ſuoſque habuiſſe Vexilliferos. Sic enim ſcribit: *Denique ex ipſis Calonibus idoneos ac peritos uſu legebant, quos non amplius quàm ducentis ſagmariis pueriſque præficerent: hiſque vexilla dabant, ut ſcirent, ad quę ſigna deberent impedimenta colligere.* Idem videtur eſſe perſpicuum ex Cæſare lib. 6. Bell. Gallic. *Calones in proximum tumulum procurrunt, hinc celeriter dejecti ſe in ſigna manipuloſque conjiciunt.* Et iterum paulo poſt: *Veteres milites per medios hoſtes perrumpunt, incolumeſque ad unum in caſtra perveniunt omnes, hos ſubſecuti Calones equiteſque eodem impetu, militum virtute ſervantur.* Adactos interdum arma capere & ſigna ſequi Calones non dubito, cum id expreſsè doceat de lixis & agaſonibus Frontinus lib. 2. *Marius Marcellum cum parva manu equitum peditumque noctu poſt terga hoſtium miſit, & ad implendam multitudinis ſpeciem, agaſones, lixaſque armatos ſimul ire juſſit.* Licet autem plerique Scriptores Calones referant in numerum ſervorum caſtrenſium, ſunt tamen, qui eoſdem liberos militum miniſtros extitiſſe reputent. Acron ad Satyr. 2. Horatii: *Calones ſunt miniſtri militum liberi homines: lixę verò ſunt ſervi proprii eorundem.*

Calopare, aliis Calupare, aliis Calpare à Græcorum Καλπάζειν. Dicitur de equorum inceſſu, ſeu potius curſu, quem ineunt ſublatis cruribus anterioribus: Italis *Galoppo*. Dant. Purg. 24.

Qual'eſce alcuna volta di galappo
Lo Cavalier di ſchiera, che cavalchi,
E và per farſi honor nel primo intoppo,

Ex Italico *Galoppare* traxerunt Latini Scriptores citimæ ætatis præfatum verbum Calopare. Petrus Creſcentius de Agricultura lib. 9. cap. 6. *Idem fiat per loca arenoſa eadem ratione, & cum bene trotare ſciverit per eadem loca & eâdem horâ breviori ſaltu quo poterit, Calapetur; hoc autem non fiat niſi ſemel in die, nam ex ſuperfluitate calopandi ſæpe retrogradi fiunt. Obſervet etiam equitator in principio curſus & in trotando & calopando, ut manibus teneat freni habenas &c.* Fallitur proinde Julius Scaliger, qui Gallorum *Galoper*, Italorum *Galoppare*, & latinobarbarum *Calopare* deducit à voce *Gallus*, cum apertum ſit omnia fluere à præfato Gręcorum verbo καλπάζειν. Iterum falluntur Salmaſius ad Capitolinum in Maximin., & Felix Felicius Onomaſt. qui Calopare exponunt nimia leviter & jejunè curſum gradarium: tametſi Ferrarius Orig. Ling. Lat. non inſcite obſervet, *Calopare* initiò dictum de paſſu vel inceſſu gradario, poſtea verò ad citatiſſimum curſum explicandum, qui fit utroque priore pede ſublato, eam vocem tranſiiſſe.

Calx, cis. Unum eſt ex inſtrumentis, quæ non arte quæſita, ſed à natura tradita non ſolum quędam ex brutis, verùm etiam homines retinent. Duo autem, quod attinet rem noſtram, hac voce indicantur. Primùm poſterior pars pedis. Virgil. lib. 12.

Cur-

Digitized by Google

Cornipedemque citum ſerrato calce fatigat.

Iterum verò ipſe ictus, ſeu pedis percuſſio. Terent. in Phorm. *Nam quæ inſcitia eſt, adverſus ſtimulum calces?* Ad quem locum Donatus: *Modò calces, non partes plantæ, ſed percuſſiones pedum, plagaſque ſignificat.* Juvenalis Satyr. 3.

Nil mihi reſpondes? aut dic, aut accipe calcem.

Dicitur autem calx à calcando, quoniam pars illa pedis proximè terram calcat. A' calce habent Itali verbum *Incalzare*, quod eſt inſequi, & quaſi calce premere. Expreſſit id Virgilius lib. 5.

Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores.

Camelopardalis. Animal ad equitationem idoneum, quod ita deſcribitur à Plinio lib. 8. cap. 18. *Nabin Æthiopes vocant, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus bovi, Camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus, unde appellata Camelopardalis. Dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primùm viſa Romæ.* Sed Pliniana ejus belluæ deſcriptio longè diſtat à ſenſu Horatii in Epiſt. lib. 2. 1.

Diverſum confuſa genus panthera camelo.

Notum autem eſt maſculum pantheræ vocari pardum. Ex quo indicari videtur Camelopardalem mixtum eſſe animal, vel ex Camelo, & pardali, ſive panthera; vel ex pardo & Camelo fœmina, ſive, ut alii cum Salmaſio loquuntur, Camela. Item ſic deſcribitur in Hiſt. Marci Poli Italicè reddita: *Eſſi anno Giraffe molto belle, e ſono fatte, come io vi dirò. Elle anno corta coda, e ſono alquanto baſſe di dietro: che le gambe di dietro ſono piccole, e le gambe dinanzi, e il collo ſiè molto alta: e ſono alte da terra ben tre paſſi; e la teſta è piccola, e non fanno niuno male.* Id animal à Græcis Camelopardalis dicitur. Scaliger Exercit. 219. adversùs Cardanum: *Quæ Camelopardalis à Græcis olim dicta fuit, ab Æthiopibus Nabis, à Perſis Giruaffa, unde noſtrum* Giraffa. *Nihil habet Cameli præter collum.* Sed prolixiùs de Camelo pardali Heliod. Æthiop. 10. *Poſtremò acceſſere etiam Auxomitarum legati, non vectigales illi quidem, ſed amici & fœdere juncti, qui benevolentiam rebus proſperè geſtis indicantes, cum alia & ipſi munera obtulerunt, tum in primis animantem quampiam inuſitata ſpecie, naturaque, cujus ad magnitudinem Cameli proceritas, color pelliſque pantheræ maculis veluti florentibus variegata. Poſtrema infra alvum partes humi ſubſidebant, ſicuti in leonibus videmus. Humeri pedeſque priores atque item pectus præter cæterorum membrorum rationem procera. Tenuis cervix, & quæ de reliqua corporis mole in olorinum collum ſe tenderet, Camelo caput ſimile. Major ipſa pene duplo quam libyſſa, ſtruthi; ſubſcriptoſque velut oculos torue motans connivebat. Inceſſus autem longè animantium cæterarum terreſtrium vel aquatilium diſſimilis; neque enim viciſſatim crura ſimul, ſed dextra pariter, dein ſiniſtra utraque agitabat, eumque iis ſuſpenſa proferebat latera, tractu, motuque tam facili, ut eam, quo vellet, tenui capiſtro vertici devincta, veluti fortiſſimo vinculo, Magiſter perduceret. Hæc ut eſt conſpecta animans, omnem continuò multitudinem obſtupefecit, ſpecieſque nomen invenit ex iis, quę præcipua in corpore, ſic ut ex tempore eam populus Camelopardalin appellaret.* Sed & Dion Hiſtor. lib. 43. ita ſcribit de eadem bellua: *Camelopardalin verò primus ipſe Romam adduxit, & populo oſtendit. Id animal cætera Camelus, crura autem inæqualia habet, poſteriora prioribus magis brevia, ut à clunibus attolli ſenſim, quaſi aſcendenti ſimile incipiat, corpuſque reliquum ſublime admodum cruribus prioribus ſuſtentatur, ſed cervix in altitudinem pene peculiarem ſe tollit. Colore ipſa maculoſo, ceu panthera, quo fit, ut amborum promiſcuo vocabulo cenſeatur.* Non ità multò ſecus deſcribitur hæc Bellua à Georgio Pachymere, Michael. hiſtor. Lib. 3. Cap. 4. *Forma Corporis Camelos imitatur, à tergo, & femore ad armos ſursùm eminens, anterioribus cruribus longitudine non modicè ſuperantibus poſteriora. Collum ut in Gruibus longiſſime protenſum altè in verticem aſſurgit faſtidioſè circumquaque deſpectantem quodam quaſi ſupercilio ferinæ ſuperbiæ. Caput exiguum, à Camelis figura non diſcrepans. Venter albus à capite per dorſi ſpinam uſque ad caudam, quæ modica eſt, lineâ nigrâ, velut ad normam rectiſſimè producta ſignatur. Pedes tenues in ſimilitudinem Cervinorum, fiſſis & ipſi ungulis. Ipſum alioqui animal manſuetum ac cicur, ut etiam ludendum ſe pueris præbeat, & naſo tractum non invitum ſequatur quocumque duxeris: herba veſcitur, ſed & panem, & hordeum non minùs, quam oves libenter guſtat. Indoles tractabilis, nec iracunda. Si quid offendat (nàm fermè animantibus natura quibus injurias propulſent arma non negavit) Si quid, inquam, infeſtum ingruerit, non id calce ut equi, non ut boves cornu, quo caret, non dente ſanguinario, & terribili, ut apri, non unguibus, ut feles, ſed ſolis, puta, non acutis dentibus ulciſcitur per morſus non rabioſos, ſed moderatos, ut intelligas nolle ipſum aliis nocere, ſatis habens ab ſeſe quomodocumque propulſare noxam.* Id verò animal Itali vocant *Giraffa*. Faccius de Ubertis. Dictam.

E leopardi, e lonzi, e porci ſpini
Ed eranvi Giraffe, e ſopra quelle
Huomini come nani e piccolini.

Et Bern. Orlan.

Gradaſſo quì ſi fè chiamare avanti
Un gran gigante, Rè di Trapobana,
Ch'hà ſotto una Giraffa per Alfana.

Camelus, i. Arabiæ, aliiſque Aſię, & Orientis populis notum animal, & ad laborem natum, ex quo illi nomen ab appellatione Græca, ut optimè notat Salmaſius adversùs frivolas & ineptas ejus vocis derivationes aliorum Scriptorum. Cic. de Natur. Deor. lib. 2. *Cameli adjuvantur proceritate collorum.* Romæ antiquitùs viſi, adhibitique in Circenſibus à Nerone, ut ſcribit Svetonius in ejus vita: *Circenſibus loca equiti ſecreta à cæteris tribuit: commiſitque etiam Camelorum quadrigas.* Producti in aciem à Populis Aſiaticis, & Africanis frequenter. Veget. lib. 3. cap. 23. *Camelos aliquantæ nationes apud veteres in aciem produxerunt, ut Urſiliani in Africa, Macetes hodieque producunt.* Frontinus lib. 2. cap. 4. de Crœſo: *Crœſus prævalido hoſtium equitatui Camelorum gregem oppoſuit: quorum novitate & horrore conſternati equi non ſolùm inſidentes præcipitaverunt, ſed peditum quoque ſuorum ordines protriverunt, vincendoſque hoſti præbuerunt.* Et Liv. 4. Decad. lib. 7. de Arabibus: *His inſidebant Arabes ſagittarii gladios habentes tenues, longos quaterna cubita, ut ex tanta altitudine contingere hoſtem poſſent.* Mithridates contra Lucullum, & Antiochus contra Scipionem Camelos eduxere, ut refert Plutarchus. Adde Herodia-

num

num lib. 4., ubi hæc habet de Artabano: *His actis Artabanus aderat, equitatum ingentem, & ſagittariorum multitudinem adducens; prætereà cataphractos camelis inſidentes, qui prælongis contis præliarentur.* Bojard. Orland. Inam. cap. 6.

Quel brutto viſo intorno urta e travaglia:
Sopra un Camelo armato è 'l maledetto;
Danese lo feriſce a mezzo il petto.
E non li valſe ſcudo alla tenzone,
Che già di quel camelo è ruinato:
Hor trahe di calci al vento ſul ſabbione,
Perche di parte in parte era paſſato.

Quoniam verò Cameli mares in currendo fœminis pares non ſunt, ut ſcribit Herodotus lib. 3., idcircò Bactriani, aliæque gentes in uſu bellicarum expeditionum non utuntur maribus, ſed fœminis. Mares autem ad vectationem ſarcinarum & onera portanda reſervant. Et in Romanorum quidem caſtris, ut notat Hyginus, jam inde à vetuſtis temporibus admodum frequens fuit camelorum uſus. Advertit verò idem Vegetius vix ullam commodiorem opem camelos afferre ad rem militarem, quàm immanium & peregrinarum belluarum novitatem. Notat tamen ante legiones poſitos, aut mixtos legionariis, conflictu exorto, opportunè procurrentes hoſtiles cuneos perrumpere. Verùm, ut dixi, præcipuus eorum uſus in caſtris eſt, ad prædam tranſportandam, & convectanda onera: nam, & laborioſiſſimum eſt animal, & corporis proceritate prægnis ſarcinis ſuſtinendis par. Ad hæc ſitim uſque ad quatriduum tolerat. Ubi enim datur occaſio, immenſum attrahunt aquæ modum, tanquam ſiti futuræ proſpiciant. Conturbant verò ungulis aquas, priuſquam illas potent; neque enim illâ, niſi per conculcationem obturbatâ prius gaudent, ut Plinius ſcribit lib. 8. cap. 18., apud quem Scriptorem alia ſcitu digna de camelis occurrunt. Vide etiam Cardanum de ſubtil. lib. 10.

Camera, æ. Navis: ſic forte appellata quaſi concamerato opere ſit conſtructa. Piratica eſt, eaque utuntur Boſphorani Cimmerii latrocinia exercentes. Deſcribitur à Tacito lib. 19. in hæc verba: *Quin & Barbari contemptim vagabantur, fabricatis repente navibus, quas Cameras vocant, arctis lateribus, lata alvo ſine vinculo æris aut ferri connexa, & tumido mari, prout fluctus, attollitur. Summa navium tabulatis augent, donec in modum tecti claudantur. Sic inter undas volvuntur, pari utrinque prora & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiſcretum & innoxium eſt.*

Camilla. Volſcorum Regina, Priverni nata. A' teneris annis venationi & virilibus exercitationibus addicta, Turno adversùs Æneam ſuppetias tulit. Fortiſſimè dimicantem Aruns ex inſidiis haſta transfixit. Amazonii generis fuiſſe traditur: nam harum aliquas à Theſeo devictas in Attica in Italiam delatas teſtantur Græci Scriptores. Camillæ inſtitutionem virilem & celeritatem eximiam impensè laudat Virgilius lib. 10.

Camillum, i. Apud Vitruvium lib. 10. ubi de Ariete loquitur, ſic lego: *Craſſitudo bucculæ, quæ affigitur, vocitatur Camillum*: Locus eſt, ut multa apud Vitruvium, denſa caligine aſperſus. Philander, ut ſolet, vocem novitiæ ſignificationis & implexam ſaltu trajicit. Scimus, Camillos, apud Veteres, appellatos fuiſſe pueros, in primis verò ſacrificiis ſubſervientes. Sed quid illi cum buccula arietis apud Vitruvium? Baldus mendoſum locum ſuſpicatur, & pro *Camillo*, Catillum reſtituit, quod eſt vas eſcarium, quod certè magis congruit metaphorica uſurpatione deſcriptioni Vitruvianæ, In hac voce eſt amplius perquirendum.

Camisia. Subucula, interula, tunica interior ſatis nota. Eadem in re militari genus eſt armaturæ levioris, de qua ita ſcribit Chronicon Colmarienſe: *Armati reputabantur qui galeas ferreas in capitibus habebant, & deſuper camiſiam ferream, ideſt veſtem ex circulis ferreis contextam, per quas nulla ſagitta poterat hominem vulnerare.* De hac camiſia intelligendus eſt S. Hieronymus ad Fabiolam: *Solent milites habere lineas, quas camiſias vocant, ſic aptas membris, & adſtrictas corporibus, ut expediti ſint vel ad curſum vel ad prælium*: Italis etiam *Camicia*; cujus thema à voce Latinorum *Cama*, quæ lectum ſignificat, quod ſit nocturna veſtis & levior. Scaliger in Feſtum. *Cama eſt barbarum vocabulum, id ſignificat lectum, hodieque in idiotiſmo ſuo retinent Hiſpani: Camas enim lectos vocant. Ab eo tunicam lineam nocturnam vocant camiſiam.* De eadem Iſidorus: *Cama eſt brevis lectus & circa terram.* Ex hac voce fit Italorum *Incamiciata*, quæ ſignificat militum numerum eductum ad improviſam & nocturnam invaſionem, & proinde armatura leviori inſtructum. Academ. à Furfure: *Incamiciata diciamo ad una ſcelta di ſoldati, per ſorprendere, ò uſcire adoſſo al nemico di notte.* Guicciard. Hiſt. *Un'ora innanzi giorno uſcirono Stefano Colonna dalla porta a Faenza con una incamiciata di tre mila fanti.*

Campagus, gi. Aliis Campacus. Conſtat militaris calceamenti genus fuiſſe. Militibus quippe Campagos attribuit Author Chronici Alexand. pag. 666. Sed clariſſimè id conjicitur ex Capitolino in Vita Maximini, ubi adagium explicans, *Caliga Maximini*, ita ſcribit: *Cum eſſet Maximinus pedum, ut diximus, octo & propè ſemis, calceamentum ejus, ideſt campagum regium, quidam in luco, qui eſt inter Aquilejam, & Arziam poſuerunt, quod conſtat pede majus fuiſſe hominis veſtigio atque menſura: unde etiam vulgò tractum eſt, cum de longis & ineptis hominibus diceretur, Caliga Maximini.* Ubi facilè obſervare licet, idem calceamenti genus à Capitolino prius campagum, poſteriùs caligam fuiſſe nuncupatum. Nihil autem eſt certiùs, quàm caligam calceum extitiſſe militarem. Quemadmodum verò gregariorum militum peculiaris ſic fuit caliga, ut eadem ornatior cultuque majoris pretii aucta in Ducum atque adeo Cæſarum calceum ceſſerit; ſimiliter Campagus, tametſi calceamentum fuerit proprium Senatorum, omniſque præclari magiſtratûs Urbani, nihilominus, ut multa ſæpe urbana ornamenta, ipſe etiam migravit in caſtra, habituſque eſt pro caliga Imperatoria. Scio à Pollione in Gallienis diſtingui caligas à campagis ubi ita ſcribit: *Caligas gemmatas annexuit, cum Campagos reticulos appellaret.* Verum ego non id contendo, ut idem ſit calcei genus caliga & campagus; ſed ut campagus, cæteroqui patricius & urbanus calceus, interdum fuerit militaris. Cujuſmodi verò calceamenti genus fuerit, ex ipſa vocis origine explicata fiet compertum.

Sunt autem qui non campagum, ſed cappagum dicant; quoniam adſutum haberet Cappa Romanum, ideſt literam *C*, quæ *Lunæ* figuram exhibet. Liquet autem patricios & Senatorios calceos fuiſſe lunatos. Juvenal.

nobilis & generoſus

Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Et Stat. lib. 5. Sylvar.

Primaque patritiâ clauſit veſtigia lunâ.

Verùm eam Campagi originem meritò irridet Salmaſius ad Pollionem in Gallienis. Trahunt alii à Græca dictione κάμπτω ex qua habemus vocem Italicam *Gamba*, pro crure. Eadem vox apud Latinos quandoque legitur, ac præſertim apud Veget. in Veterinario lib. 1. cap. 56., ubi de equo ſic loquitur: *Tollit altiùs crura, & inflexione geniculorum atque gambarum molliter vebit*. Et hoc quidem à Caſaubono affertur etymon Campagi. Negat autem Salmaſius Græcanicam vocem κάμπτω crus, vel tibiam indicare, ſed potius cujuslibet articuli vel membri commiſſuram & inflexionem: neque aliter poſtea à κάμπτω factam eſſe vocem *Campa* vel *Gamba*, quàm quoniam tibia pedi jungeretur. Concludit autem appellatos fuiſſe Campagos ab hujuſmodi flexuris & commiſſuris. Erat enim calceus cum corrigiis, ſive loris & obſtragulis, quæ flexa reticulatim erant & interciſa in decuſſes, quarum aliæ ſupra alias ſcanderent; atque ita tibiæ innexus. Confirmant hoc etymon alia quædam Græca vocabula. Vaſa quippe viminea ex inflexis virgis reticulatim contexta Græci vocant campſia. Aream etiam ex plexo vimine, vel aſſerculis confectam Campſam nominant. Ex quo fluxit Latinorum vox Capſa, & Italorum Caſſa. Vide plura de Campagis apud Balduinum de calceo antiqq. cap. 18. Conſule verò in primis accuratiſſimum totius antiquitatis condum promum Salmaſium ad Capitolin. in Maximin., & ad Pollionem in Gallienis. Non prætermittam adnotare ad ſacros miniſtros hunc poſtea tranſmigraſſe calceum. Proprium verò Summorum Pontificum fuiſſe tradit Hyppomneſticum de Anaſtaſio Aprocriſiario: *Et uno ex campagis ejus, ideſt caligis, quod nullus alius inter homines portat, niſi Sanctus Papa Romanus*. Utebantur iiſdem Diaconi Romani, Cardinales nempe Diaconatus ordine donati, aliique, quibus Summus Pontifex eum honorem vellet impertitum. Papias: *Campagi genus calceamenti, quo utebantur Diaconi Romani, vel quibus à Pontifice licentia daretur, cæteri non*. Quomodo verò ad Epiſcopos & Abbates tranſierint campagi, vide apud Cang. in Gloſſ. Vide etiam Macros Fratres.

Campana, æ. Æneum tintinnabulum, quod ſi exiguum eſt, anſâ item æneâ manu pulſatur: ſi magnum, ligneo nexum capulo pulſatur fune tracto. Sonum reddit percuſſu annexi mallei in interiori capite: vel appenſo prope malleo extimam ſuperficiem à lateribus verberante. Urbanis ſacriſque muniis populo nunciandis ferè deſervit. Dicitur à Campania Provincia, ubi ejus uſus primùm repertus. Superioribus verò ſæculis bellorum Duces Campanas in caſtris adhibuiſſe legimus apud Villanum Hiſtoricum. Pulſabatur autem à milite è lignea turricula, non ſolùm ut mane & veſpere Deum propitiandi orandique ſignum daret, verùm etiam ſiqua vis hoſtium ingrueret, ut ad arma convocaret bellatores. Quò etiam reſpexit Petrarcha Canzon. Spirt. gentil. ſtanz. 4.

Ne ſenza ſquille ſi comincia aſſalto,

Che per Dio ringratiar fur poſte in alto.

Neque verò in caſtris ſolùm, verùm & in oppidis arcibuſque uſitatus erat modus pulſandi campanas. Id autem etiamnum perdurat vigetque, non modò ad cogendos milites adversùs hoſtium ſubitò adorientium inſidias & aggreſſiones, verùm ut latè reſonantibus æris pulſibus, feſtivè & ſolemniter excipiantur Duces victores; Deoque & Cælitibus gratiarum actionis hymni inter lætas tormentorum exploſiones, permixtis nolarum ex omni ſacra templorum turri pulſationibus, perſolvantur. Campanarum ſonitu excipi Reges victores domum remigrantes interdum legitur apud memorias ævi deterioris. Auctor Additionum ad Lambertum Schaffnaburgenſem, in anno 1184. *Rex, ſicut inſtituerat, profecturus in Poloniam venit Halle. Ubi dum cum proceſſione ſuſcipitur, ruptis funibus campanæ ceſſaverunt*. Henricus Huntindon. lib. 7. *Henricus autem Rex Victoriæ perſtitit in campo, donec optimates hoſtium capti ſunt, & ante pedes ejus poſiti. Reverſus verò Rhotomagum in ſignorum ſonitibus, & Cleri concentibus Deum & Dominum exercituum benedixit*. De pulſatis nolis ad Milites vel populares cogendos armandoſque Bojard. can. 10.

Dentro alla terra s'arma ogni perſona,

Perche a martello ogni campana ſuona.

Scitu dignum eſt Petri Caponii effatum, Campanarum ſonitus adverſus Gallos interminantis: Guicciard. Hiſt. l. 1. *Egli con geſti impetuoſi tolta di mano del Segretario la ſcrittura, la ſtracciò innanzi a gl'occhi del Re, ſoggiungendo con voce concitata: Poiche ſi domandano coſe sì dishoneſte, voi ſonerete le voſtre trombe, e noi ſoneremo le noſtre campane: volendo eſpreſſamente inferire, che le differenze ſi deciderebbona coll'armi*. Vide Paulum Jovium lib. 1. Hiſt. Eodem reſpexit Machiavellus Decenn. c. 1. cujus verſus reddo in Tit. *Stormus*.

2. Uſum nolarum in garittis ſeu ſpeculis excubitoriis, qui etiamnum retinetur, ab Antiquis procul dubio accepimus. In caſtris & munitis oppidis adhibebant illi tintinnabula, ſeu codones, quæ apud Scriptores Græcos vox eſt vulgatiſſima: iiſque Præfecti vigilum circumibant caſtra. Pulſato ad portas & cuſtodias crepitaculo explorabant excubitorum fidem. Reddebant edita illi voce vigilantiæ ſuæ & diligentiæ teſtimonium. Somno gravatis ac reticentibus Præfecti vitam adimebant. Prolixam ejus rei fidem faciunt Ulpianus in Demoſthen. Orat. de falſa legatione, Scholiaſtes Ariſtophanis in Avibus & Nubibus, Harpocration, & alii, quorum teſtimonia adducit Meurſius Obſervat. Critic. p. 2. c. 9. Aſſervari autem ſolita ejuſmodi crepitacula quam diligentiſſimè, certoſque eorum cuſtodiæ aſſignatos fuiſſe Præpoſitos, ne clam auferri poſſent ab hoſtibus, inſinuat idem Scriptor ex loco Parthenii Erot. 7. de Hipparino, & Antileonte. Maluiſſem tamen à Meurſio tintinnabula potius, quàm recens intruſo vocabulo nolas æra illa exploratoria appellari. Nihil enim illa tintinnabula ad noſtras campanas ſive nolas; cum liquidum ſit ex ære fuſili ad harum ſimilitudinem non fuiſſe compacta. Lamellas illas conjicio ferreas æreaſve, quæ

quæ colliſione non pulſu repulſuque ederent ſonum.

3. Campana Italis dicitur etiam *Squilla*. Repete adductum Petrarcæ locum. Nec idcircò Italicorum duntaxat eſt nomen. Legitur quoque apud Latinobarbaros. Ardo Mon. in Vita S. Benedicti Anian. cap. 8. *Prius ſiquidem quàm ſignum horis nocturnis pulſetur, in fratrum dormitorio, Squillam tangere juſſit, ut priùs Monachorum congregatio orationibus fulti propria reſiderent per loca*. Eadem ratione legitur Scilla. Warmannus in Vita S. Pirminii cap. 23. *Ibi quoddam pendebat vas fuſile, mediocris ſcilicet ponderis, vulgaris hoc uſus Scillam nominat, quod miræ ſonoritatis dulcedine audientium ſenſus afficiebat*. Originem hujus vocis quidam trahunt à dictione Germanica *Skel* ejuſdem notionis. Hinc Schella apud Latinobarbaros. Lex Salica cap. 29. *Siquis Schellam de caballis furaverit*. Ex hoc verò aliiſque Scriptorum veterum teſtimoniis ſatis conſtat, ſquillam, ſive ſcillam, ſive ſchellam, propriè fuiſſe tintinnabulum ex equorum, aut ſimilium beſtiarum collo dependens. Ferrarius tamen deducit à voce Latina cochlea per hanc analogicam gradationem, *Cochlea, cochleola, cochilla, ſquilla*. Et quidem etiamnum apud Germanos Campana dicitur *Cloch*, apud Gallos verò *Clache*. Onomaſt. Latino-Sax. *Cloca, ideſt Campana. Clocarium, Campanile*. Dicitur autem à cochlea per quandam ſimilitudinem ad teſtam ejuſdem animalculi. Quoniam verò etiam cepa ſquilla dicitur, plane putaverim, cepæ primùm id nomen adhæſiſſe, deindè verò ob ſimilem ſpeciem Campanæ. Hiſpani dicunt Eſquilla. Hinc aries eſquillatus, hircus nimirum gregis ductor cum appenſo tintinnabulo. Fori Oſcæ an. 1247. *Quicumque furatus fuerit Eſquilatum arietem ducentem oves, poſt probationem legitimam debet ponere manus intus Eſquillam arietis ſupradicti*.

Campana Superbia. Exprimimus populari hoc ſermone, quod uſu veriſſimum eſſe comperimus, felicitatem nimirùm ſæpiſſimè inſoleſcere. Conſtat autem Campaniam Provinciam, cujus caput Capua erat, fructibus ac deliciis longe beatiſſimam fuiſſe. Verùm eadem de principatu cum Roma certare non reformidavit. Hinc Campanæ Superbiæ, & Campanæ arrogantiæ parœmiis locus factus.

Campasus. Sic enim ſcribendum eſt, non Camphaſus. Nomen equi in curru Athlantis agitatoris, in ludis celebratis in Africa à Scipione apud Silium lib. 16.

Campaſus antiquo fidebat Athlante magiſtro.

Campestre, is. Vide *Veſtitus militaris*.

Campiator, oris. Appellatus eſt apud Scriptores inferioris ævi, præſertim apud Hiſpanos, vir militia & bellicis facinoribus clarus. Vide *Campiones*. Rodericus Tolet. lib. 6. de Reb. Hiſpan. *Erat autem cum Rege Sancio miles ſtrenuus Campiator*.

Campicursio. Vox eſt militaris: ſignificat ambulationem militum armatorum per plura paſſuum millia, qua militari gradu ire & redire jubebantur in caſtra. Veget. lib. 3. cap. 4. *Campicurſionem, ut ipſi appellant, inſpectionemque armorum aſſiduè faciant: nullis commeatibus vacent*. Hoc genus exercitationis militaris Decurſionem appellarunt Scriptores alii. Svetonius in Nerone: *Indictaque decurſione, ſcutum ſua manu prætulit*. Idem in Galba: *Campeſtrem decurſionem ſcuta moderatus eſt*. Tacitus autem lib. 2. Annal. dixit Decurſum: *Nec Plancina ſe intra decora fœminis tenebat; ſed exercitio equitum, decurſibus cohortium intereſſe*. Agnoſco tamen nonnihil diſcriminis inter Campicurſionem, & Decurſionem. Nam decurſiones ferè equitum erant; Campicurſiones verò, utpote quæ ad bellica perficienda itinera militem erudiebant, peditum fortaſſe peculiares magis erant, quàm equitum.

Campidoctor, oris. Aliis Campiductor. Memoratur à Vegetio lib. 1. cap. 13. *Præterea illo exercitii genere, quod armaturam vocant, & à Campidoctoribus traditur, imbuendus eſt tyro*. Is erat tyronibus exercendis præfectus cum poteſtate eoſdem puniendi, ubi, aut otioſius agerent, aut rem gererent incurioſè. Hoc munere fungebatur Maximinus, ad quem has literas dediſſe legitur Alexander Auguſtus apud Capitolin. *Habes tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem, eos fac militiam addiſcere, ut mihi multos Maximinos optabiles Reipublicæ efficias*. Quod autem non increpando ſolùm, verum etiam virgis & verberibus ſoleret animadvertere in ſegniùs officia obeuntes diſcimus ex Juvenal. Satyr. 5.

metuenſque flagelli
Diſcit ab hirſuto jaculum torquere Capella.

Idem ſatis indicat Virgilius lib. 5.

ſignum clamore paratis
Æpytides longe dedit, inſonuitque flagello.

Et Claudian.

inſonuit cum verbere ſigna magiſter.

Ex quo Claudiani loco habes Campidoctores magiſtros tyronum vel exercitationum fuiſſe vocatos. Cuſtodes appellatos fuiſſe docet Servius ad lib. 7. Æneid.

Ante Urbem pueri & primo flore juventus
Exercentur equis:

Ubi Servius: *Romanæ militiæ mos fuit, puberes primò exerceri armis, nam decimo ſexto anno tyrones militabant; quo etiam ſolo ſub cuſtodibus agebant*. Eadem Iſidorus à Servio, ut ſolet, ad litteram exſcribit. Virgil. ad idem reſpexit lib. 5.

Cuſtodem ad ſeſe, comitemque impubis Juli
Æpytidem vocat.

Monitores vocatos habemus ex Latin. Pacat. *Tibris quondam hoſpitis monitor Æneæ, mox Romuli conſervator expoſiti*. Et Symmachus lib. 3. Epiſt. *Nullam certè Neſtor tertiæ ætatis ſuæ militiæ vacationem popoſcit; nec Achilli excuſavit ætatis ſuæ frigus Phœnix monitor*. Statius Sylvar. lib. 5.

Hinc tibi vota patrum credi; generoſaque pubes
Te monitore regi.

Doctores armorum eoſdem vocavit Vegetius lib. 1. cap. 13., ubi tradit duplicatâ annonâ eos donari ſolitos: *Ita autem ſeverè apud majores exercitii diſciplina ſervata eſt, ut doctores armorum duplicibus remunerarentur annonis*. Eoſdem Armidoctores quoque appellatos ex Veteri Gloſſario alibi notavimus. Poſtremò campigeni iidem appellantur à Vegetio lib. 2. cap. 7. *Campigeni, hoc eſt Anteſignani, ideo ſic nominati, quia eorum operâ atque virtute exercitii genus creſcit in campo*. Addit verò eoſdem vocari etiam Anteſignanos, nimirum quia ante ſigna militaria primi adeſſe, & inire conflictum ſolebant, ne verbis ſolùm & præceptis, non verò exemplo docere

Digitized by Google

alios viderentur. Sic putaverim nuncupatos, non equidem quoniam quaſi ex campo vel arena militari eſſent exorti, ſed quod ipſi campum, ideſt aciem, & diſciplinam militarem efficerent & progignerent. Id ſuadet Campigenorum, ſeu campidoctorum curatio, quæ in eo verſabatur, ut militibus pedaturam præſcriberent in metatione caſtrorum; ut ante ſigna & ordines procedentes docerent ſingulos, qua ratione ſtandum eſſet, vel recedendum, quo modo ad clypeum vel ad haſtam declinandum, quo pede in hoſtem diſcedendum, vel ſeſe ſub ſigna recipiendum. Planè Inſtructores acierum agebant. *Sergenti di battaglia.*

Campiosni. Vide *Campidoctor*.

Campio, onis. A' Campo, ideſt loco, ubi milites vel pugiles exercentur, deducunt Ferrarius & Menagius. Dantes Inf. cant. 16.

Qual ſolean i Campion far nudi & unti,
Avviſando lor preda e lor vantaggio,
Prima che ſian trà lor battuti e punti.

Leges Longobard. Tit. 112. *Nullus Campio præſumat, quando ad pugnandum contra alium vadit, herbas, quæ ad maleficium pertinent, ſuper ſe habere.* Mihi verò venit in mentem cogitare, dictos potius Campiones à *Cambio*, quæ vox pro permutatione paſſim occurrit apud Scriptores mediæ Latinitatis. Licet enim ſic interdum inveniantur appellati, qui proprio nomine & voluntate in arenam deſcendebant, ad exercendam monomachiam; longe frequentiùs tamen apud ejus ævi Scriptores Campiones audiunt, qui pro aliis lege, vel alio titulo excuſatis, conflictum ſuſcipiebant, ut prolixè traditur à Cangio in Gloſſ.

Campus. Pro loco ipſo, ubi pugnatur, quem Italicè dicimus *Campo di battaglia*, vox eſt haud dubiè latina, nec apud Virgilium ſolum invenitur (ne fortè Scioppius, qui eo nomine Famianum ſugillat, poeticum id eſſe dixerit; tametſi multas Poetarum figuras, atque adeo partem poeticæ libertatis Hiſtorico Scriptori congruere, ſcire debuerat) ſed expreſsè nec uno in loco apud Tacitum. Sic Ille 2. Annal. *Seio Tuberoni Legato tradit equitem campumque peditum, aciem ita inſtruxit.* Idem in Vita Agricolæ: *Britannorum acies in ſpeciem ſimul, ac terrorem editioribus locis conſtiterat; ita ut primum agmen æquo, ceteri per acclive jugum connexi velut inſurgerent: media campi Covinarius & eques ſtrepitu, ac diſcurſu complebant.* Campum per Synecdochen ad militaria præcipuè transferri advertit Martinius Lexic. Philolog., ubi adducit locum Ammiani lib. 20. *Convenire in Campo; progredi in Campum cum multitudine armata.* Et Veget. lib. 2. cap. 22. *Ad decurſionem campi exeant milites,* Et lib. 3. cap. 4. *Campicurſionem, ut ipſi vocant, inſpectionemque armorum quotidie faciant.* Idem obſervavit Cerda ad Virgilii 7., adducitque illud Propert. lib. 4. 11.

forti melius concurrere campo.

Et lib. 3. Eleg. 3.

Aut quibus in campis Mariano prælia ſigno &c.

Uſitatiſſima apud Scriptores Italicos in deſcriptionibus monomachiarum formula *Dar campo*, vel *Prender campo*, & *pigliar del campo*. Joannes Villani lib. 7. *Và contro al nimico, e nol laſcia prender più campo.* Et Aloyſius Pulci Morg. Cant. 16.

Prendi del campo tu Rinaldo mio,
Che ſo che tu m'aſpetti alla battaglia.

Et iterum ibidem:

Ulivier venne il ſuo deſtrier voltando,
E quanto gli parea del Campo preſe.

Idem cant. 22.

Piglia del campo, e havrai quì trovato
La morte, che tu cerchi tuttavia.

2. Campum non pro loco ſolùm, ubi pugnatur, ſed de ipſa acie dici, præter quædam Livii loca ſuadet vox Campiductor, ſeu Campidoctor apud Vegetium. Sunt autem Campiductores, qui ante ſigna pugnantes, & cæteris exemplo præeuntes ducunt, ſeu docent alios: ideo eoſdem Anteſignanos etiam, & Campigenas idem Author nuncupat: ubi vides Campiductorem eſſe, qui campum, nempe aciem ducit, aut docet.

Campus Martius. Locus erat extra Urbem Marti à Romanis, &, ut quidam opinantur ab ipſo Romulo dedicatus. Quidam erat quaſi campus & ſchola, ubi juventus Romana ad omnem armorum tractationem ſe exercebat. Templum ibidem Marti erectum, ex quo facilè Campo nomen fluxit. Ibidem Comitia centuriata habita primùm à Servio Tullio: Reges & magiſtratus ſua ibidem ſumebant inſignia. Statuas porrò eximia virtute viris erectas, & alia continebat militaria ornamenta, quæ illuc congerebantur ex Capitolio, cum locus ille nimis eſſet anguſtus ſimulacris, cæteroque ornatui recipiendo, qui ex multorum triumphis collectus mirum in modum augebatur.

Cancalli, orum, & Cancri, ex qua voce diminutivum *Cancelli*. Septa ſunt ex palis in tranſverſum, decuſſatim, reticulatim, vel recto ordine ſic diſpoſitis ut interſtitia, foramina, & plagulæ interjectæ vacuæ ſint & permeabiles. Quamobrem à Caſſiodoro januæ lucidæ, feneſtratæ, & patentes nominantur. Sic appellantur ex non abſimili Græcorum vocabulo apud Voſſium; non à pari modo diſcretis pedibus Cancri, piſcis teſtacei, ut ſcribit Becmanus in Etymol. Cancellos ligneos, ſeù loricas cancellatas dicimus munimenta, quæ vulgò appellamus *Barriera*. Hodiè tamen *Barriera* eſt longe firmior munitio ad defendendos limites. Vide *Barra*. De Cancellis Cicero in Verr. 5. *Satiſne vobis Prætori improbo circumdati cancelli videntur in ſua Provincia?*

Cancellarius. Vopiſcus in Carinum: *Præfectum Urbi unum ex Cancellariis ſuis fecit: in quo fœdius nec cogitari potuit aliquando nec dici.* Meritò autem Vopiſcus Carinum ſugillat, quod ab ipſo ad Urbis Præfecturam evectus fuerit Cancellarius. Eorum quippe Cæſarum ætate Cancellariorum munus, non dicam mediocris, ſed nullius fere pretii fuit. Viles erant in aulis Principum ſervuli ab initio, merique janitores, curatores admiſſionum & oſtiarii. Miniſterium illorum munuſque univerſum fuit hærere ad cancellos cubiculorum, & curare admiſſiones ad Principem, ſimulque proſpicere, nequid tumultus fieret, & nequa oriretur confuſio ab eorum ingreſſu, quibus conveniendi Principis copia fiebat. Id certè munus ſimillimum fuit officio ſervorum, quos hodie dicimus *Uſcieri*. Hæc prima inſtitutio & antiquiſſima Cancellariorum. Cancelli autem, ſive cancri in Veterum Principum Ædibus erant fores cancellatæ, & tranſlucentes ex lignis decuſſatim & reticulatim compoſitis. Hinc regionem, prædium, vel vineam cancellatam dixerunt Veteres, quæ ad modum cancelli ab Agrimenſo-

ribus

ribus in plura jugera, & centurias erat diviſa. Hinc ſcripturam dicimus cancellare, ideſt inducere, tractiſque decuſſatim lineis ſupra infraque tranſverſo calamo exaratam delere. Itali etiam *Cancellare* & *Scancellare*.

2. Munus Cancellarii non abſimile veterum fuit Velariorum. Quemadmodum enim ad cubicula præſertim interiora Principum fores aderant cancellatæ & diaphanæ, ſic vela quædam expanſa ad modum ſiparii ductilis, cujuſmodi ſunt quæ hodie dicimus *Portiere*, ibidem viſebantur. Ut autem à memoratis velis dicti ſunt Velarii, ſic ab oſtiis illis perforatis, & cancellis forium dicti ſunt Cancellarii. De ea hujus vocis origine dubitari non ſinit Caſſiodorus lib. 2., qui Joanni Cancellario ſcribens hæc habet: *Latere non poteſt, quod intra cancellos egeris. Tenes lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas januas, & quamvis ſtudioſè claudas, neceſſe eſt, ut te cunctis aperias, undique conſpiceris, qui in illa claritate verſaris*. Ex quibus verbis porro conficitur, cancellos non modo Oſtiariis impertiri nomen, verum etiam iis, qui intra cancellata ſepta jus dicunt, aut negotia expediunt. Et quoniam locus, ubi jus dicebatur, ſive ad Principia in caſtris à Tribunis, ſive in Urbe, ſimilibus cancellis erat conſeptus, idcircò, qui eorum aditus cancellorum tuebantur, dicebantur Cancellarii. Incrementum poſtea habuit Cancellariorum miniſterium. Et primò quidem nonniſi Scribæ, Notarii, & Antigraphi fuere in judiciis, reſponſa Judicum in Codicem referentes. Novo auctu ſubinde claruit, & ad quandam dignitatem pervenit Cancellariorum officium. Sic etenim appellati, quos ad reſponſa ſua Principes eligebant, & quibus intimæ admiſſionis ſecreta committerent. Hinc promiſcuè poſtea habiti Cancellarii, & Miniſtri à Secretis Principum, vel Magiſtri ſupplicum libellorum. Joannes de Janua aliam tradit originem & explicationem officii Cancellariorum, quam ipſius verbia non gravabor adſcribere: *Cancellus dicitur interſtitium muralium, & fuit hoc tractum à Palæſtina Regione, ubi tecta deſuper cacuminata non erant, ſed jacebant in planum proſtrata. Elevantur verò parietes ad modum circumquaque muralium, illa verò interſtitia, quæ ſunt inter propugnacula, dicuntur propriè Cancelli. Qui verò Epiſtolas miſſus recitare volebant populo in Regione Palæſtina antiquitus, aſcendebant ſuper tectam, & de cancellis recitabant, & inde inolevit uſus, ut qui literas Principibus miſſas habent exponere, Cancellarii uſitato nomine dicantur*. Denique à cuſtodiendis foribus, & ſervandis tuendiſque Tribunalium cancellis, atque ab omni Exſcriptorum & Notariorum obeundo munere tranſiit Cancellarii dignitas ad ſummum in Regiis Curiis locum, & ſupremorum Principum majeſtati proximum. In Gallia certe & aliis provinciis Regniſque primariam ſecundum Regem authoritatem obtinent Cancellarii. Interpretes illi, & interdum arbitri ſunt maximorum Principum, quibus illi utuntur ad ſummi momenti negotia explicanda: neque verò Urbanis tractationibus tantùm præſunt, verùm & de indicendis bellis, faciendis induciis, pace concilianda, de ineundis conflictibus, & conſcribendis omnis generis copiis militaribus conſilia cum Principibus miſceant ſociantque. Scio apud Villanum lib. 5. mentionem fieri de Cancellario Friderici Imp. tanquam de militarium copiarum moderatore: *Eſſendo i Romani ad Oſte a Toſcolano, per lo Cancelliere di Friderico con ſue maſnade Tedeſche furono ſconfitti*. Atqui ibi Cancellarius, neque oſtiarius eſt, neque ſcriba, aut antigraphus, ſed Regii Conſilii Præfectus. Idem eſt honos tribus Septemviris Auguſtalibus Eccleſiaſticis; nimirum Archiepiſcopo Moguntino, qui Germaniæ, Treverenſi, qui Galliæ, Colonienſi, qui Italiæ in Auguſtali Concilio Cancellarium agunt. Ii porrò potentiſſimi ſunt in Germania Principes, & in bellicis expeditionibus Cæſari cum armis & conſcripto affatim milite præſto ſunt. Vide Jacobum Cujacium, Petrum Pithœum, Alexandrum Taſſonum *Annotationi ſopra il Vocabul. della Cruſca*. Conſule diligenter Caſaubonum, & Salmaſium in Carinum Vopiſci.

Cancer. In re militari eſt traba longa & ponderoſa ad quatiendos muros, arieti non abſimilis. Dicitur à cancro fluviatili, quoniam retrocedendo majore ferit impetu. Occurrit apud citerioris ævi Scriptores, quos conſule apud Cangium in Gloſſario. Ad te ſublevandum, ſtudioſe Lector, opimæ Latinitatis ſeligam locum ex Chronico Colmarienſe: *Poſt hæc Cancrum ad Civitatem perduxerunt. Fuit Cancer inſtrumentum magnum, forte pariter & ponderoſum. In eo erat trabs magna pariter longa, in una parte groſſa, in altera parva. In groſſiori parte, ſive in capite, fuit ferro forti circumdata, & in fronte ipſius Cancri fortiſſimè colligata. Trabs hæc ſuper quædam inſtrumenta jacuit, quo faciliter moveretur*. Beavi nimirum te, Lector, Sirenico acroamate.

Candelabrum. Vox vetus apud Varronem, deflexa tamen à recenti militia ad notandum genus tectorii munimenti ex lignorum & ramalium fartura, ne hoſtis introſpicere poſſit opera, quæ in ejus damnum à propugnatoribus parantur. Idem *Velamen* etiam dicitur; ſed à Candelabri ſimilitudine uſitatiùs hoc deſignatur nomine. Conſtat autem longurio traballi pro baſi, ad cujus capita tolluntur gemina arrectaria, quæ excipiunt faſces & ramalia ad occultandos milites, & opera bellica molientes. Vide ſchema propoſitum à *Du Fer, les Forces d'Europe*.

Candidati, orum. Antiquitus appellabantur, qui Magiſtratum peterent, & ad eundem conſequendum potentiores prenſarent, dicti à toga candida, qua in Comitium venientes ſic conſidebant, ut ab univerſis dignoſci poſſent, ut inter alios ſcribit Macrobius Saturnal. lib. 1. Cicero pro Murena: *Nec Candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quæ liberalitatem magis ſignificat, quàm largitionem*. Hinc Candidatus Præturæ, Quæſturæ, Conſulatus, qui ambiendo & rogando, ſeſeque ſubmittendo, Præturam, Quæſturam, vel Conſulatum petit. Per translationem verò dicimus gloriæ, eloquentiæ, militiæ candidatum: nam fere cum genitivo candidatus conſtruitur. Candidati milites paſſim leguntur in antiquis inſcriptionibus, quas refert Gruterus. Vegetius lib. 2. cap. 7. mentionem facit Candidatorum ſimplarium & duplarium, eoſque præcipuum in militia locum occupaſſe, expertes munerum, & immunitatibus, ac privilegiis exornatos, teſtatur: *Erant & ſecundum annonam Candidati ſimplares, candidati duplares. Hi ſunt milites principales, qui privilegiis muniantur*. Dictos autem Candidatos ab albo paludamento, quod prœlium inituri aſſu-

aſſumebant, teſtatur Valerius Max. lib. 1., ubi de Craſſo loquitur. Salmaſius ad Capitolin. in Gordianis fidem derogat Faſtis Græcis, & Cedreno, apud quos Candidatus dignitas fuiſſe ſcribitur Palatina & militaris à Gordiano Seniore primùm inſtituta, qui ſelectos quoſdam, quoſque ſtaturæ proceritas, genus & forma præ cæteris commendabat, è claſſe ſcholarium in peculiarem ſcholam ſive cohortem conjecerit, & vocaverit Candidatos à veſte vel armatura candidi coloris. Viros illuſtres & excellentis proſapiæ, in ea Candidatorum cohorte ſive ſchola militaſſe legimus, Auſonius.

eum jam ſuccinctus amictu
Per Ligurum populos ſolito ſuccinctior ires,
Atque inter niveas altè veherere cohortes.

Claudianus etiam in 4. Conſul. Honor. Niveas cohortes militum dixit. In his vero teſtimoniis nihil ſubolet dignitatis: illuſtrioris tantum notæ milites deſignantur. Ad hoc exemplar expone verba Caſſiodori variar. lib. 1. 4. ubi de Patre ſuo ità ſcribit: *Pater enim Candidati ſub Valentiniano Principe geſſit Tribuni, & Notarii laudabiliter dignitatem.* Cohoneſtandæ proſapiæ gratia dignitatis uſurpavit vocabulum: cæterum quem vocat Tribunum & Candidatum eundem intellige, ac tribunitios candidatos apud Cicer. ad Q. Frat. Prætorios & Conſulares candidatos apud eundem pro Mur., Ideſt Tribunitiæ, prætoriæ, vel conſularis dignitatis petitores.

Candidi equi. Quorum cutis niveo quodam quaſi recentis nivis candore & luce perfuſa eſt. Coloris ſunt omnium probatiſſimi. Tales Soli attribuuntur. Romulus, Camillus, Auguſtus, & alii poſt ipſum Cæſares candidos equos adhibuerunt in triumphis. Vix alio colore equis uſos accepimus viros illuſtres in ſolemnibus in Urbes ingreſſibus, & nuptiali, aut ſimili lætitiæ publicæ pompa. Vide *Currus triumphalis*.

Candys. Veſtis Perſica ad inſtar chlamydis militaris, ut docet Briſſonius ex multis Scriptorum locis. Heſyochus exponit Perſicam tunicam, qua infibulantur milites. Pollux veſtem purpura ornatam interpretatur. Xenophon de eadem tanquam tota purpurea ſcribit. Hac facilè Reges Duceſque; quæ purpura ſolum eſſet prætexta alii utebantur. Vide Scaligerum ad Feſtum.

Canes. Martis extitiſſe adminiſtros, nec contemnendo adminiculo provexiſſe rem militarem, & conciliaſſe victorias, non ſemel proditur. Polyenus lib. 2. author eſt Ageſipolim Spartanum, cum Mantinæam circumſederet, in transfugas nocturnos Canes immittere ſolitum, eoſque ſic deprehenſos ſupplicio afficere. Idem Hiſtoricus lib. 7. tradit Halyattem Lydorum Regem, cum bellum ſuſcepiſſet adversùs Cimmerios, quorum inuſitata erat & anormis magnitudo corporum, copiis ſuis robuſtiſſimos canes aſſociaſſe, qui hoſtes quaſi belluas adorti, implacabili ſævitia perturbata eorum acie, victoriam Lydiis pepererunt. Ex eodem iterum Polyæno lib. 4. accipimus Philippum in Arbelios depugnantem venatorios eduxiſſe canes, qui veſtigia hoſtium per ſaltus & aſpreta latitantium perſequentes, eoſdem undecumque excitos furori iræque conſequentium militum objiciebant. Ælianus verò lib. 14. ſcribit Magnetes, cum Epheſiis bellum inferrent, eanum præcipuè auxilio victoria fuiſſe potitos. Colophonii perhibentur aluiſſe canum cohortes, quæ primæ in acie dimicarent, numeroſque hoſticos ſolerent disjicere ac diſturbare. Horatius demum lib. 3. ode 16. in rei munitoriæ non contemnendam partem canes vocat:

Incluſam Danaen turris ahenea,
Robuſtæque fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris.

Duplex, iſque minimè contemnendus ad victoriam fructus ex hoc genere auxiliorum enaſcitur: nam ſtipendiis non indigent, & neutiquam pugnam detrectant. Plin. lib. 8. cap. 11. *Propter bella Colophonii, itemque Caſtabalenſes cohortes canum habuere: eæ primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes: hæc erant fortiſſima auxilia, nec ſtipendiorum indiga.* Idem Scriptor ibidem author eſt Regem Garamantum à ducentis canibus reductum fuiſſe ab exilio, & quidem validiſſimè prœliantibus contra obſiſtentes. Nec obſolevit diuturnitate temporum prœliaris iſthæc canum commendatio & utilitas. Olaus Magnus in Hiſtoria Septentrionali teſtatur à Finlandis accuratè, nec parvo ſumptu educari præferoces canes, aſſuefactos in pugna in equorum nares ſaltu evadere, iiſque conſternatis equites ipſos excutere ac projicere in terram. Idem Author lib. 17. ſcribit, inter ſuppetias ab Henrico Angliæ Rege hujus appellationis Octavo, ſubmiſſas ad Carolum V. Cæſarem adversùs Franciſcum Galliæ Regem, adnumeratos fuiſſe quadringentos Canes Britannicos. Sabellicus verò Dec. 3. lib. 7. fidem facit S. Maclovium, quod munitiſſimum eſt Minoris Britanniæ oppidum, vulgò *S. Malò*, valido, fidiſſimoque canum præſidio cuſtodiri ſuo etiam tempore conſueſſe, ut poſt occluſas noctu portas nemo auderet adire Urbem metu canum ſtationes vigiles occupantium, nec latratibus ſolùm, verùm & aſperrimis dentibus ignotos quoſque peregrè advenientes adorientium. Ad arcium potiſſimum cuſtodiam & tutamentum detinendos canes in turribus ſpeculatoriis ſuadet Vegetius lib. 4. cap. 26. *Illud quoque uſus invenit, ut acerrimos & ſagaciſſimos canes in turribus nutriant, qui adventum hoſtium odore præſentiant, latratuque teſtentur.* Sapienter præcepit Beliſarius apud Triſſinum lib. 18.

Et ordinò che quei, ch'andavan fuori
De la Città la notte a far le ſcorte,
Menaſſer ſeco un numero di cani,
Per ſentir meglio l'orme de' nemici.

Et plane nemini non eſt perſuaſiſſimum, nullum extare in terris animal, quod tutiùs pro Dominis ſuis, rebuſque Dominorum ſervandis excubias agat; quod exemplis, aut præteritarum ætatum documentis illuſtrare, volumen efflagitat. Huc reſpexerunt Romani, cum Deos Lares, qui domorum præſides cuſtodeſque erant, caninis pellibus induerent. Quemadmodum enim Canes erga Dominos atque domeſticos mitiſſimi ſunt, iiſque ſuaviter ablandiuntur; ſed in hoſtes exteroſque indignabundi & feroces irruunt; ſic privatarum ædium cuſtodes Lares Dii benignos ſe exhibebant in familiares & inquilinos, iratos verò infeſtoſque, in exteros quoſcumque. Et ea quidem apud Romanos benevolentia & amor canibus conſtitit uſque ad Capitolii proditionem. Tunc ſiquidem à plebe irata in crucem rapi agique cœpti canes; imo vivi adigebantur in furcas ex trunco ſambuceo; ut ita ſaltem pœnas perſolve-

rent

rent negligentiæ in Jovis rupe cuſtodienda. Anſer verò ejuſdem Capitolii ſervator, ſplendido coopertus & pretioſo ſtragulo circumferebatur in lectica. Vide Plutarchum de Fortun. Roman. Proximam proinde ab equia canes laudem promerentur, utpote qui non geſtandis ſarcinis, quemadmodum cameli & jumenta, verùm depugnando, & acies hoſticas diſſolvendo Marti deſerviunt. Ut autem de ipſo canum delectu aliquid adjiciam, laudantur præ cæteris Laconici, Epirotici, Britannici, ubi audaciſſimi robuſtiſſimique & inuſitatæ magnitudinis enaſcuntur. Horat. Epod. Od. 6.

Nam qualis aut moloſſus, aut fulvus Lacon
Amica vis paſtoribus.

Item Nemeſianus in Cyneg.

Sed non Spartanos tantum, tantumque moloſſes
Paſcendum catulos, diviſa Britannia mittit
Veloces, noſtrique orbis venatibus aptos.

Canones, productâ mediâ, à ſequioris ævi Scriptoribus dictæ ſunt machinæ bellicæ. Thom. Valſingham. in Henr. V. *Et illis figere gunnas ſuas, quas Galli Canones vocant, quibus validiùs villam infeſtare poſſet.* Continuator Nangii: *Munientes turres baliſtis, garratis, Canonibus & machinis.* Appellatos rebar Canones à cannis, quoniam cannis majoribus & prægrandibus conficerentur; putabamque machinam igniariam, ſimilem Siphoni. Vide *Siphones*. Sed omninò fuiſſe in genere miſſilium evincunt quæ adnotavi in Tit. *Gunna*. Nec proinde exiſtimes caruiſſe Veteres cannis prægrandibus igniferis, quæ pice & bituminum miſtura oppletæ lapides, atque adeo ferreos globos evomerent, non ſine fragore, fumo, validaque impreſſione: nullo tamen pacto noſtris bombardis comparandis, quæ machinas illas omnibus Perſarum paraſangis ſuperant beneficio Pyrii pulveris. Vide Tit. *Bombarda*. Noſtra verò tormenta bellica à Gallis primum appellata fuiſſe *Cannoni* refert Guicciardinus lib. 1. *Ma i Franceſi fabricando pezzi molto più eſpediti, nè d'altro che di bronzo; i quali chiamavano Cannoni, & uſando palle di ferro, dove prima di pietra, e ſenza comparatione più groſſe, e di peſo graviſſimo s'uſovano, li conducevano in ſù le carrette, tirate non a buoi, come in Italia ſi coſtumava, ma da cavalli, con agilità tale d'uomini, e d'iſtrumenti, deputati a queſto ſervigio, che quaſi ſempre al pari degli Eſerciti caminavano &c.*

Canon, onis. Græca notione eſt regula vel norma. Pro tributo, pondere, & menſura latiùs accipitur. Apud Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ ſignificat frequenter annonæ commeatum. Spart. in Sever. *Ut excedens ipſe vita ſeptem annorum canonem Populo Romano relinqueret.* Lamprid. in Heliog. *Cum juxtà proviſionem Severi & Trajani ſeptem annorum Canon frumentarius Romæ eſſet.*

Cantabrum, i. Vexilli genus apud Imperatores Romanos. Memoratur à Minutio Felice in Octavio, & Tertulliano in Apol. cap. 16. Item ab Arnobio lib. 8. his verbis: *Nam & ſigna ipſa, & Cantabra & vexilla caſtrorum, quid aliud, quàm inauratæ cruces ſunt & ornatæ?* Unde verò appellationem Cantabri Romani hauſerint non habent compertum eruditi viri. Turnebus lib. 15. Adverſ. cap. 16. pro Cantabro legit Contabrum. Baronius an. 312. à Cantabris Hiſpaniæ Populis acceſſit; à quibus nimirum debellatis illud habuerint Romani.

Cantabrarii. Recenſentur inter vexilliferos in leg. 2. C. Th. de collegiat.

Cantherii. In opere Architectonico tum civili tum militari dicuntur oblonga ligna, à culmine ædificii ad extremam ſubgrundationem, vel altitudinem machinæ pertinentia. Reſpondet vox Italica *Cavalli*; qua noſtrates materiarii ea nominant ligna. Funguntur quippe in ædificiis & machinis ſimili fere miniſterio recipiendorum in ſe onerum atque ſuſtinendorum; quemadmodum caballi, vel cantherii onerarii ſarcinas in ſe recipiunt ſuſtinentque.

Cantherius, ii. Equus caſtratus. Ut enim ſcribit Varro, id Cantherius differt ab equo, quod majalis à verre, capus à gallo, vervex ab ariete. Magnus horum uſus in bello, utpote qui magis morigeri placidique ſunt. *Cantherius in porta*: parœmia eſt in eos, quibus res ab initio malè cedunt: à quodam Galba, cui in Provinciam exituro cum Cantherius in portæ limine offendens cecidiſſet, *Rideo*, inquit ille, *tu, Cantheri, in porta, qui tam citò laſſus procumbas.* Auth. Chiliadum.

Cantheriolus, i. Parvus cantherius. Columell. lib. 11. cap. 3. *Humilioribus quaſi Cantheriolis interpoſitis, rigorem ſtylorum conſervato.* Ubi de exiguis quidem loquitur hortorum pedamentis ad herbas & frutices ſuſtinendos; nihilominus de minore equo caſtrato tutò uſurpaveris.

Cantus in bello. Vide *Muſica*, & Bellica ſonorum inſtrumenta.

Capa, æ. Aliis Cappa. Tunica laxior & talaris, quæ cæteris veſtibus ſuperinducta totum hominem tegit & quaſi capit, ex quo capa vel cappa dicitur. Communis fuit Monachis, Clericis, Viatoribus, atque etiam Fœminis. Vide exempla apud Cangium in Gloſſ. Pro veſte militari, quæ armis adjiceretur non rarò legitur apud Scriptores afflictæ Latinitatis. Gaufredus Malaterra lib. 2. cap. 44. *Ipſe cum tredecim viris cum Capis accinctis ad portam Caſtelli accedens &c.* Rogerus Hovedenus in Henrico II. disertè commonſtrat indumentum fuiſſe virorum illuſtrium atque adeò Regiæ conditionis, & quidem equitum peculiare. Sic autem ſcribit; *Percuſſus eſt cum gladio per Cappam, & tunicam & camiſiam, non ſine ſanguinis effuſione.* Idem in Ricardo 1. *Et fracta eſt Cappa Regis Anglorum, ex percuſſione Villelmi des Barres.* Non omittendum capitis integumentum fuiſſe Cappam: Iſidorus: *Capa dicta, quòd capitis eſt ornamentum.* Ejuſmodi verò ſunt cuculli, qui barbarè caputia, vel capitia nominantur. Dant. Inf. cap. 23.

Egli havean cappe con cappucci baſſi
Dinanzi agl'occhi fatte della taglia,
Che per li Monachi in Colonia faſſi.

Verùm de Cappa Monachorum, quæ inſigne & honorificentiſſimum eſt ſuperindumentum quoque Clericorum Illuſtrium, & Procerum Purpuratorum, videndi ſunt Macri Fratres. Attigiſſe non pœnitebit, Cappam, ſive caputium uſitatum quandoque fuiſſe pro caſſide in decurſionibus ludicris. Cherubinus Gherardaccius Hiſt. Bonon. part. 11. lib. 20. *E tutti li giuocatori d'haſta doveſſero portare in teſta un Capuccia, ò bauco di Sargia negra, foderata di pelle negra. Erano queſti Capucci ò bauchi alquanto longhi nel coprir,*

che

che facevano il capo, e ſi allacciavano ſotto le maſcelle, con un cordone e fiocchi, e ſcorrevano alquanto ſopra le ſpalle dietro & avanti il petto, come in molte figure antiche. Hoc genus indumentl ſucceſſit togæ Veterum. Et primò quidem veſtes ipſæ laxiores ex opere coactili fuere, quales à viatoribus geſtari præſertim ſolent. Adnexos item habebant cucullos, quorum injectu ab aeris & ventorum injuriis capita vindicabant. Variatum poſtea, ut in veſtibus omnique ferè ſupellectili fieri ſolet: depoſitiſque villoſis lacernis, non ex rudi panno, ſed ex peregrinis pellibus ornari cœperunt ſuperlora capparum, & abdicato cucullo, vel humeris impoſitæ geſtatæque cappæ; vel injectæ brachiis, levando oneri, pro varia inſtitutione ordinum Clericalis, & Monachalis.

Capa, seu Capella S. Martini. Pallium vel indumentum ejuſdem Sancti tanquam pignus ſecuritatis, Regnique præſidium, aſſervari ſolitum in Ædibus Regiis Principum Gallicorum, educique in expeditiones bellicas; & ad eandem peragi Sacramenta militaria, conventiones, pacta fœderum, & ſimilia. Monachus Sangall. lib. 1. de Vit. Carol. Magn. *Propter Capam S. Martini, quam ſecum ob ſui tuitionem, & hoſtium oppreſſionem jugiter ad bella portabant*. Marculfus lib. 1. *In palatio noſtro ſuper Capellam Domini Martini, ubi reliqua Sacramenta percurrunt, debeant conjurare*. Invenit proinde ea Capa ſingularem cultum non in Palatio duntaxat, verum etiam in caſtris & acie; geſtari ibidem ſolita atque conſtitui præcipua quadam reverentia, nec ſine immunitatis opinione in conflictibus atque periculis adeundis. Ex hac Capa habemus originem vocis *Capellani*, qui hodie Sacrarii domeſtici cuſtodes habentur; propriè autem antiquitus dicti, qui geſtandæ aſſervandæque Capæ S. Martini præficiebantur. Honorius In Serm. de S. Martino. *Hujus Capa Francorum Regibus ad bella euntibus pro ſigno anteferebatur, & per eam, hoſtibus victis, victoria potiebantur, unde & Cuſtodes illius Capæ uſque hodie Capellani appellantur*. Non igitur à Capſulis vel capſellis, in quibus cuſtodiri ſolent SS. MM. Lipſana, ſed à S. Martini Capa, vel Capella, ideſt breviore capa vel tunica *Capellani* nominantur. Supereſt quæſtiuncula ad explicandum quo pacto rituque S. Martini Capa deferretur in præliis. Sunt qui pro militari ſacro vexillo explicatam ſcripſerunt, & à Capellanis reverentiæ cauſa delatam. P.Daniel negat uſpiam legi in memoriis rerum Gallicarum ſublata à Clericis vexilla majora & Regalia; eorumque tantum id muneris fuiſſe aſſeverat, quorum in re bellica virtus fuerit ſpectatiſſima. Eam præterea ob cauſam negat S. Epiſcopi Capam ad vexilli formam fuiſſe circumductam. Conjicit poſtremo appellationem ejus capæ adhæſiſſe umbellæ ſive tentorio, ſub quo ejuſdem S.Martini aliorumque Sanctorum Lipſana, capſula Incluſa, deferebantur. Fateor duriuſculum mihi perſuaſu eſſe, ut ex pretioſiſſimis illis Lipſanis ſoli indicatæ capæ contigerit amiculo illi nomen dare. Eamque vel maxime ob cauſam ut id credam adduci non poſſum, quoniam perſuaſum habeo anteriores Reges pro ſummo, quo flagrabant, Religionis atque pletatis ſtudio, ex aliis etiam Regni Gallici Sanctiſſimis Patronis, tum ex Apoſtolis, atque ipſa Deipara & Chriſto Domino ſacras alias corporum vel veſtium reliquias collegiſſe. Quoniam vero res eſt in conjectura poſita, mihi venit in mentem ſuſpicari, ipſam S. Martini Capam, ſeu pallium, quod utique in gyrum expanſum cum adjecto cucullo adamuſſim exhibet formam tentorii, commemoratæ capſulæ umbellam ſeu tentorium extitiſſe. Sic autem illam delatam putaverim, ut alio ſuperinducto velamento, quemadmodum fere concinnari ſolent hujuſmodi conopea & operimenta, cuſtodię & reverentiæ cauſa contegeretur. Ad hanc formam in Religloſi cultus partem veniſſet tentorii pars interior; & decorè decenterque S. Epiſcopi Capa circumlata fuiſſet. Hæc comminiſci ſubiit ad tuendum morem ejus capæ publice aperteque delatæ. Cæterum nihil obſtat incluſam illam deportari ſolitam; & ad eandem peracta Sacramenta militaria, conventiones, & fœdera, ut eſt ſuperius explicatum.

Capellani. Vide *Capa S. Martini*.

Capaneus. Audaciſſimus Ducum, qui bello Thebano interfuerunt. Ante muros Urbis dimicans fulmine ictus interiit. Stat. Theb.

Caparo, vel Capiro, onis. Cucullа, ſive operimentum capitis. Ferè accipitur pro breviori capa, vel cappa Monachorum, quæ majori ſuperponitur. Dicitur à capite, cui tegendo inventus eſt; non à capronis, hoc eſt muliebribus capillis in frontem demiſſis, quaſi ad eandem formam Capero ſe in vultum demittat, ut exiſtimavit Lipſius. Legitur frequentiſſimè in Actis & Vitis Monachorum. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis: *Nec cucullos, ideſt Caparones, nec pileos, ideſt almutias in capitibus habere debent*. Verùm pro tegmine militari, vel galea reperias interdum Capironem. Hiſt. Bellunenſis: *Similiter debet habere unuſquiſque miles oſpergum unum, aut panceriam cum Capirone, & alia arma, ſicut decet*.

Capella, æ. Dicitur qui ſruticantibus pilis hirſutam, & hircinam quaſi barbam paſcit. Julianus Cæſar à denſiore grandique barba dictus eſt Capella. Ipſe etiam Julianus apud Marcellinum Perſas eàdem cauſà Capellas appellabat. Neque eſt dubitandum ad hanc ſententiam explicandum eſſe locum Juvenalis Sat. 5.

Diſcit ab hirſuto jaculum torquere Capella.

Ideſt diſcit tyro armorum tractationem à Centurione barbato, nec audiendi ſunt, qui intrudunt Capellam proprium Centurionis nomen. Huic verò explicationi eo magis eſt inſiſtendum, quod Centuriones non hircinam modo barbam paſcere conſueviſſe, ſed hirci quoque graveolentià notari Perſius & alii teſtatum faciunt. Perſius Satyr. 5.

Hic aliquis de gente hircoſa centurionum
Dicat.

Et quoniam ſuprà indicati Juvenalis verſiculi incidit mentio, non ſane improbaverim opinionem Meurſii Exercit. Critic. part. 2. cap. 7. ſic autem ille ibi legendum putat:

Diſcit ab hirſuta jaculum torquere capella.

Putat autem è ſetis caprinis confecta fuiſſe lora, ſeu nervos, quibus jacula & tormenta bellica contorquentur. Senſus autem in hunc modum planus eſt & explicatus. Innuitur quippe tyro torquere jaculum emiſſum nervo vel loro caprinis ſetis confecto. Adminiculatur vehementer huic interpretationi Varro de Re Ruſtic. lib. 11. cap. ult. *Ut fructum ovis è lana ad veſtimentum, ſic Capra pilos miniſtrat ad uſum nauticum & ad bel-*

lica

Digitized by Google

lica tormenta. Non obſcurè idem indicavit Virgilius lib. 3. Georg.

Nec minus interea barbas incanaque menta
Cinyphii tondent hirci, ſetaſque camantes,
Uſum in caſtrorum & miſeris velamina nautis.

Neque enim ſolùm cilicia, aut veſtes nauticæ & militares, aut centones ad tabulata turrium contegeoda, ne impacti ignes illis officiant, ex hircorum pilis texuntur; verum etiam nervi & flagella ex iiſdem parantur ad intorquenda jacula & tormenta militaria, ut expreſsè docui ex Varrone. Robertus Titius loc. controver. lib. 7. lanceam ſuam direxit, ejuſque periculum facere voluit in decurreodo cum aliis Criticis eodem ſtadio commemorati ex Juvenale verſiculi: verùm niſi me mea fallunt Pythia, diſſiliit laocea illa in minuta fragmina & aſſameota, ſed oppidò procul à præſignato oculis ſcopo. Inquit autem Titius tetigiſſe Juvenalem Veterum cooſuetudinem, qui infantes hirci dorſo impooere conſueverunt, ut iode equitandi artem ſimulque jaculaodi peritiam primum ediſcereot. Id autem antiquæ conſuetudiois comprobare nititur ex Homeri verſiculo & authoritate Heſychii. Quidquid ſit de inſtitutione illa equitationis hircioæ, quemadmodum de alia ſimili equitatione arundiois longæ, quam Horatius commemorat, certè non tam illæ tyronum ſunt exercitatiooes, quam jocularia puerorum. Robertus ipſe fatetur candidè fuiſſe conſuetudinem infantium. Quid autem infantes ad militiæ candidatum ſeptimum decimom ætatia annum, ut mioimum, attiogentem, quique, ut loquitur Juvenalis, parma galeaque cootegitur?

Capellus ferreus. Genus tegumenti, quo milites caput tegebant pro caſſide. Rogerus Hoved. in Henr. II. *Haberet albergellum, & Capellum ferreum, & lanceam*. Idem genus operimenti dicebatur Capitium ferreum. Statuta ſecunda Roberti I. Scotor. Regia: *Qui non habuerit actonem & baſinetum, habeat unum bonum habergellum, & unum Capitium de ferra.* Fuit autem, & etiamnum alicubi eſt tegmen capitis ioterius, munitum lamina chalybea, ad defendeodum caput ab ictibus gladiorum, & globis manualium fiſtularum, quod capello, ſive galero ſubditur. Vide *Cervellerium*. Adverte aliter ætatem barbaram, aliter priſcum Latium capitium accepiſſe. Aotiquis enim fuit Strophium, mamillare, ſeu faſcia pectoralis, qua fœminæ pectora adſtringebant, ut graciles viderentur. Sic autem appellatur à capiendo pectore, non capite, ut habet Nooius, quem ſequitur Calepious. Varro l. 4. de LL. *Capitium ab eo quod capit pectus, ideſt, ut antiqui dicebant, inductu comprehendit*. Scaliger ad hunc locum adducit aliud inſuper Varronis teſtimonium de vita Pop. Rom. D. Hierooymus antiquitatis & Romanæ Linguæ peritus in epiſtola de veſte Sacerdotali noo aliter quam Varro & Veteres capitium accepit.

Capere civitatem. Populari dictione, cujus Plato meminit, eſt rem difficilem aggredi vel conſequi. Nihil enim facilius eſt in bello, quam excurſationibua & incendiis privatim nocere: munitas verò Urbes expugnare immenſas vires, ſingularem peritiam, & multam auri profuſionem requirit.

Capilli, orum. Quod ſuo loco dicemus de oervis tortilibus, id accipias de Capillis licet. Equorum ſetis capilliſque iotendere ſolebant bellici veteres Architecti atque mechanici præcipuas quaſdam obſidionales machinas, præſertim verò Balliſtas, Scorpiones, & Ooagros, atque adeo ipſas manuarias ſagittas. Veget. lib. 4. cap. 9. *equorum tamen ſetæ de caudis ac jubis ad Balliſtas utiles uſſeruntur, indubitanter verò & crines fœminarum in ejuſmodi tormentis non minorem habere virtutem, Romanæ ſcilicet neceſſitatis experimenta cognaſcitur. Nam in obſidione Capitalii cum nervorum .capia defeciſſet, matronæ abſciſſas crines ſuos viris obtulere*. De Capillis verò fœminarum ad machinas ioteodendas aptiſſimis illud profertur Cteſibii teſtimooium: *Funis etiam ex capillo confit muliebri. Ille enim cum tenuis ſit longuſque multo olea perfuſus vires & intenſionem validam acipit, ut nec diſſonet multum à robore nervorum.* Quemadmodum verò ex Vegetio retulimus, Matronaa Romanas, cum nervi ad ſagittas & machioas intendeodas deficerent, ſuos viris capillos obtuliſſe; ſic à fœminis Carthaginienſibus idem præſtitum, legimus apud Strabonem, & Ammianum. Ejuſdem porrò exempli memoriâ claruerunt fœmioæ Salonenſes apud Cæſarem lib. 3. Bell. Civil., & Aquilejenſes apud Capitolio. io Maximin. Ex quo apud eundem Authorem habemus, conſtructum fuiſſe templum Veneri Calvæ, ad earum mulierum fidem atque præſtantiam poſterorum memoriæ conſignandam.

Capilli tonsura apud milites. Pro variarum gentium iogenio, & noo uno ætatis flexu diverſa apud omoes fere oationes fuit tondeodi capitis vel aleodi capilli, item menti radendi, aut barbæ nutriendæ cooſuetudo. Antiquiſſimum contrarii utriuſque ritus teſtimonium prodidit Herodotua io Thalia, ubi poſt conflictum inter Perſas & Ægyptios enarratum, tradit Perſarum extinctorum capita tam molli cranio compacta indigenas inveniſſe, ut modicè preſſo calculo perterebrari poſſent. Ægyptiorum verò capita firmiſſimam quandam habuiſſe duritiem. Mollitiem verò Perſarum illam refert ad effœminatos ejus gentis mores, qui à pueris molliùs habiti operto capite intonſoque incedere aſſueſcerent: cum Ægyptii capita ſtatim raderent, & quantumlibet fervidi Solia æſtus ſuſtinere condiſcerent. Sed juverit Herodotum ipſum audire: *Ibi ega rem mirandam vidi ab indigenis edoctus: Oſſa eorum, qui in acie ceciderunt, quum jacerent fuſa, ut ab initio diſtincta fuerant, ſeorſum erant Perſarum, aliorſum Ægyptiorum: ſed Perſarum capita adeo fragilia ſunt, ut ſi velis ferire, vel ſolo calculo perforare poſſis. Ægyptiorum autem ita firma, ut ea vix ictu lapidis elidas: cujus rei cauſam hanc illi reddebant, quòd Ægyptii ſtatim à pueris capita radere incipiunt, & os capitis ad Solem redditur compactum, quæ eadem cauſa eſt non calveſcendi: nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis Ægyptios calvos videat. His igitur hoc cauſæ eſt, cur robuſta capita geſtent; At Perſis cur fragilia ſint capita, id in cauſa eſt, quòd à principio in umbra nutriti aſſueſiunt operire capita geſtantes pilea, tiaraſque.* Ægyptiis finitimi Africæ populi raſa itidem capita & adversùs Solem ouda ſolent extollere. Propert. lib. 4. Eleg. ult.

Teſtor majorum cineres tibi Roma colendos,
Sub quorum titulis Africa tonſa jaces.

Sic enim ſimplici nudaque explanatione exponit locum illum Robertus Titius locor. cootroverſ. cap. 25. adversùs Joſephum Scaligerum, qui Afri-

Google

cam interpretatur quaſi debilitatam & labefactatam viribus Romanorum. Futile porrò infirmumque opinioni ſuæ adminiculum affert ex veteri verſiculo Poetæ Græci, qui ita vertitur latinè:

Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum:

ubi clarum eſt verbum *attondeo* figuratè translatèque ſumi, ut ſenſus Poetæ ſit, à Romanis attritas fuiſſe vires Lacedæmoniorum. Ego verò miror Titium, & Scaligerum, quibus adde Beroaldum, cæcutire in verſu Propertii. Africa tonſa apud Poetam idem eſt ac Africa ſerva. Dictum id eadem figura, qua Claud. in Eutrop.

Militet ac noſtris detonſa Sicambria ſignis:

Ubi Sicambri tonſi, ſervi omnino ſunt exponendi, cum certum ſit Sicambros eſſe cæteroqui egregiè capillatos. Sed dirimit omnem dubitationem Sidon. epiſt. 8. dilucidè ſcribens:

Hic tonſo occipiti ſenex Sicamber
Poſtquam victus es, erigis retrorſum
Cervicem ad veterem novos capillos.

2. Antiquis certè Romanis ac ſingularem in modum viris militaribus moris fuit intonſa geſtare capita; idque à Græcis procul dubio uſurparunt, ut tradit Plutarchus in Lyſandro, ubi docet Leonidam Spartanorum Regem & fortiſſimum Imperatorem ſolitum dicere incultos hirſutoſque ſe geſtare crines, ut ſic hoſtibus terribilior, amicis verò eſſet modeſtior. Apud eoſdem Græcos capillum tondere ſervorum erat; imò his nefas erat nutrire comam, ut ſic ab ingenuis diſcriminarentur. Licet autem ex Homero non paucis in locis agnoſcere Achivos comatos fuiſſe; ſic enim illos frequenter vocat. De Romanis verò dubitari non poteſt quin capillum & barbam omnes aluerint uſque ad annum Urbis conditæ quadringenteſimum quinquageſimum quartum, quo anno ex Sicilia tonſores primùm advectos inductoſque in Urbem à P. Ticinio Mena, publicum extare Ardeę conſignatum literis monumentum Scriptores tradunt. Quare mirum non eſt pleraſque Romanorum veterum ſtatuas, ac præcipue bellatorum prolixos crines & immiſſam barbam oſtendere. Hinc illa Veterum teſtimonia. Horat. de Curio lib. 1. Od. 12.

Hunc & incomptis Curium capillis
Utilem bello tulit, & Camillum
Sæva paupertas.

Idem de Catone lib. 2. Od. 15.

non ita Romuli
Præſcriptum & intonſi Catonis
Auſpiciis, veterumque norma.

De eodem Ritu Juvenalis Satyr. 5.

Et credam dignum barba dignumque capillis
Majorum.

Et Tibullus lib. 2. Eleg. 1.

Gentis Aquitanæ celeber Meſſala triumphis,
Et magna intonſis gloria victor avis.

Sed & Catonem ſcientiſſimum belli Imperatorem, toto bellorum civilium tempore promiſſam barbam & incultos capillos geſtaſſe etiam teſtificandæ mœſtitiæ causâ, & diritatis temporum devovendæ, teſtatur Lucanus lib. 2.

Ille nec horrificam ſancto dimovit ab ore
Cæſariem, duroque admiſit gaudia vultu:
Ut primum tolli feralia viderat arma,
Intonſos rigidam in frontem deſcendere canos
Paſſus erat, mœſtamque genis increſcere barbam.

3. Non vulgari verò mihi admirationi fuit obſervare apud veteres Scriptores incultum quandoque impexumque atque ſubhorridum crinem, interdum verò comptum acuque molliter diſcriminatum ad animi ferociam ſignificandam in uſu extitiſſe. Et de horrenti quidem capillo apertum eſt teſtimonium illud Juvenalis Sat. 2.

Hiſpida mẽbra quidem & duræ per brachia ſetæ
Promittunt atrocem animum.

De compto verò ornatoque fidem aſſerit vetuſtiſſima conſuetudo Lacedæmoniorum, quos inſtitutor Lycurgus, ut legitur apud Herodotum lib. 1. & apud Plutarchum in Lycurgo, crine pexo & decenter effuſo adire belli pericula voluit. Pertinuiſſe verò id crediderim ad ſpirituum elationem quandam faſtumque expromendum, tanquam Spartani graviſſimos labores & mortis diſcrimina pro lætis jucundiſque ſpectaculis & quaſi nuptiis ducerent. Eundem etiam fuiſſe morem Aſiaticorum non obſcure indicat Virgilius Æneid. 12., ubi Turnus ita loquitur de Ænea:

da ſternere corpus
Loricamque manu valida lacerare revulſam
Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.

Ad eandem formam Nereus illa jactavit ad Paridem apud Horatium lib. 1.

Nequidquam Veneris præſidio ferox
Pectes cæſariem, grataque fœminis
Imbelli cythara carmina divides.

Non aliam ob cauſam ab antiquis Comicis milites glorioſi producuntur in ſcenam promiſſo capillitio, quod ſubinde quaterent, & in utramque jacerent partem inceſſu ſuperbo; traderentque auris eventilandum, ut equi ſolent crines propendulos elatè jactanterque concutere, quaſi ad famam ſuæ formæ conciliandam.

4. Illud verò eſt apprimè notandum à rei bellicæ ſtudioſis, anteriorem capillum abraſum fuiſſe apud Arabes, Myſios, & Ætolos, ut author eſt Strabo, opportuno ſcilicet commento ne apprehendendi anſam in conflictu hoſtibus traderent. Theſeus inſtituit, ut anticam capillorum partem ſui raſitarent, & probè detonſo ſincipite in aciem progrederentur: id verò tonſuræ genus à ſuo inventore Theſeidos nomen accepiſſe docet Plutarchus. Non abſimili forma Homerus raſa fronte & crinito tantum occipite inducit Abantes acerrimos bellatores. Quò procul dubio reſpexit Statius verbis illis:

In terga comantes
Non ego Abantiadas.

Experientia ſiquidem didicerunt mirum in modum incommodare militibus, anſamque hoſtibus perfacilem præbere frontem capillatam. Et quoniam vetuſta omnia novis apud poſteros exemplis refloreſcunt, etiamnum Turcæ, Armeniique, aliæque Orientis Nationes ſic raſo incedunt capite ut promineat propendeatque ab eodem capillorum flocculus, ad militare ornamentum citra periculum offenſionis.

5. Cum verò promiſſum capillitium aut in veteri militia uſurpatum obſervamus, aut non improbamus in recenti militum Europæorum ornatu, planè rem ſic accipias, ut cæſariem indigitem tibi in bellatore terribilem: ut capilli ſint militariter intorti complicatique in nodum, vel expanſi fluenteſque ſine fimbriis cincinnorum, & cirris delicatulè calamiſtro criſpatis. Nam ea caſtrorum opprobria, maculaſque, & dedecora maſculę virtutis faceſſere juſſerunt leges moreſque

cujus-

cujuſlibet viriliter inſtitutæ diſciplinæ caſtrenſis. Apage Piſonis mollitiem illam, de qua Cicero: *Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes cerussataque buccæ.* Non torſerunt comam veteres illi ad corruptum ſæculi ingenium, non malobathro nardoque, aut Cyprio neſcio quo pulvere infuſcarunt: non odoribus madidam & delibutam quaſſabant ad humeros; nec Cinædorum, aut nuptarum more, flexili ambitu aggerabant, & ſuggeſtu quodam, & quaſi opere pergulato, ſummo capite extollebant; ſed virili negligentia dejectam gerebant, aut rudi tænia collectam in nodum, ut de Gallis, Scythiſque loquitur Clemens Alexandrinus lib.3.Pædag. *Et ex gentibus quidem Galli & Scythæ comam nutriunt, ſed non ornantur; & terribile quid præſefert denſum Barbari capillitium; & flavus ille color bellum minatur, ut qui videatur cognationem habere cum ſanguine.* Ab hoc militari capitis ornatu immane quantum diſtant nitidi Paridis cincinni, de quibus ſuperiùs ſcripſi ex Horatio. Innutrita laboribus, & ad cotem duritiæ obfirmata virtus militaris abhorruit ſemper atque repudiavit talia luxuriæ portenta; nec ornatum admiſit, niſi qui hoſtem percelleret, & audaciorem redderet bellatorem.

6. Ab iis, quæ de capilli tonſura diximus, non admodum longè abeunt, quæ de raſura barbæ adjici poſſunt. Ut autem de ipſa vocis origine quædam præſecem, Iſidorus barbam, quaſi virarbam dictam putat, quod virorum non mulierum eſſet. Quidam trahunt à voce *baro*, quæ virum notat: alii à Barbaris, quod illi prælongam ferre conſueverint. Quidam poſtremò ex Græco fonte à lanugine vel herba. Verum eas barbæ originationes meritò unius pili non faciunt viri docti, qui barbam vocem primogeniam agnoſcunt. Vide Voſſium in Etymol. Quoniam verò diverſimodè à viris barba geritur, idcircò illa modò gratiam & venuſtatem, modò reverentiam, interdum turpitudinem & horrorem conciliat. Pulchritudinem viris afferre contendit Polyphemus malo Cupidine perditus, qui hiſpidum illud geſtamen ſuum & ſetoſa membra in hunc modum ad Galateam diluere atque purgare contendit apud Ovid. Metam. lib. 13.

Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis
Corpora, turpe puta: turpis ſine frondibus arbor,
Turpis equus niſi colla jubæ flaventia velent:
Pluma tegit volucres, ovibus ſua lana decori eſt;
Barba viros, hirtæque decent in corpore ſetæ.

Terrorem verò quendam ſubhorridè fruticantem barbam afferre fateri videtur Damon apud Virgil. Egl. 8.

dum deſpicis omnes;
Dumque tibi eſt odio mea fiſtula, dumque capellæ,
Hirſutumque ſupercilium prolixaque barba.

Taſſus cant. 4., ut Plutonis vultum quam maximè poteſt terribilem & formidandum effingat longum illi ſilvoſumque barbæ addit ſyrma in pectus à mento deſcendens:

Horrida Maeſtà nel fiero aſpetto
Terrore accreſce e più ſuperbo il rende:
Roſſeggian gl'occhi, e di veneno infetto,
Come infauſta cometa il guardo ſplende,
Gl'involve il mento, e sù l'hirſuto petto
Hiſpida e folta la gran barba ſcende.

Quibus fortaſſe reſpexit ad illud Virgilii lib. 10., ubi ſic loquitur de Mezentio:

ipſe æger, anhelans
Colla fovet, fuſus propexam in pectore barbam.

Vel ad illud Silii lib. 13.

Spectabantque viros, & læta & triſtia ferre
Indociles, nunc propexis in pectora barbis
Verrere humum.

Sed nihil aut vulgatiùs circumfertur, aut frequentiùs legitur, quàm reverentiam quandam induci barba prolixiore. Hinc ſcilicet exiſtimationem ſapientiæ Philoſophi, Seniores verò gravitatem & reverentiam & à Junioribus obſequium affectant, idcircò in Gallia citeriore, vel Ciſalpina, ſeu Italia Circumpadana, vulgò *Lombardia*, patruus paſſim dicitur *Barba*. Dantes Paradiſ. cant. 19.

E parranno a ciaſcun l'opere ſozze
Del Barba e del fratel.

Solent autem patrui, præcepta nepotum animis quadam ſeveritatis & ſapientiæ opinione, eorum mores degeneres objurgare, ex quo illud Horatii: *Ne ſis patruus mihi.* Et illud Perſii Satyr. 1.

Tunc, cum ad canitiem, & noſtrum iſtud vivere triſte
Aſpexi, & nucibus facimus quæcumque relictis;
Cum ſapimus patruos.

Ejuſdem coloris eſt illud Manilii:

veterumque exempla revolvent
Semper, & antiqui laudabunt verba Catonis,
Tutoriſve ſupercilium, patruique rigorem.

Hinc vulgò dicimus *Barbaſſoro* virum gravem & negotiis maximis pertractandis idoneum. Bocc. n. 15. *Moſtrava d'eſſere un gran Barbaſſoro con una barba nera e folta al volto.* Vides autem ironicè id dici, quomodo latinè ejuſmodi viros rigidiores, & diſciplinæ exactores, Satrapas nominamus.

7. Addo propiùs ad rem militarem, firmitudinem quandam & virile robur in barba conſpici. Clemens Alex. Pædagog. lib. 3. cap. 3. *Deus voluit fœminam quidem eſſe glabram ac lævem, ſola coma, ſicut equum juba, ſponte naturæ exultantem: virum autem, cum ſicut Leones barba ornaſſet, virilem etiam fecit hirſuto pectore, quod quidem eſt roboris & imperii indicium.* Quare Diogenes delicatulum conſpicatus adoleſcentem eraſo mento, Habeſne, inquit, quam ob rem naturam accuſes, quæ te virum fecerit? Cum verò eundem quiſpiam percontaretur, qua de cauſa barbam paſceret aleretque, reſpondit, ut frequenter recordaretur ſe virum eſſe. Lævorem itaque atque mollitiem glabris fœminis natura attribuit, viris autem barbam, ut eandem Leonibus, & Equis jubas, quò robuſtæ indolis, vegetæque & aſperæ conditionis ſe eſſe meminerint. Accommodatè proinde barba dicitur viri veſtis, ut lana pecudis, plumæ avium, barba item Leonis, jubæ verò Equorum ſunt indumentum. Apertè ſic illam nominavit Virgilius lib. 8., ubi de Gallis militibus ita loquitur:

Aurea cæſaries ollis atque aurea veſtis.

Ubi mihi apertum eſt veſtem pro barba ibi ſumi: neque enim audiendi ſunt, qui chlamydem militarem exponunt, eum Gallorum ſaga ſtatim Poeta diſtinguat.

Virgatis lucent ſagulis;

Neque ſe admodum torqueat Ruæus, eundem locum explicans de interiori veſte, cui ſagulum ſuperinduitur. Fruſtra quippe durum eidem & aliis videtur, veſtem ibi pro barba uſurpari,

cum ad eum modum locutus fuerit Lucretius Virgilio antiquior Poeta, qui ita ſcriptum reliquit l. 5.

impubem molli pubeſcere veſte.

Et Senec. in Hercul. Oet.

Nondum teneras veſtite genas.

Ex quo Palladius puerum inberbem dixit inveſtem. Perſius autem Satyr. 4. non ſatis habens communi vocabulo uti, barbam dixit gauſapem, ideſt caſtrenſe veſtimentum villoſum hiſpidumque. Sic enim ſcribit:

Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas.

Hinc illud etiam apud Virgil. lib. 7.

Tunc mihi prima genas veſtibat flore juventus.

8. Licet autem horridior barba atque ſilveſcens terrificum militis aſpectum videatur progignere, eumque hoſtibus formidoloſum & ad unguem conformatum exprimere, præſertim ſi ad utramque menti partem reflexa atque retorta, ſuperiore autem labro lunata & arcuata libretur, adhuc tamen experientiæ ductu & magiſterio bellatores didicerunt ſetoſam illam ſilvulam, & minaces flexuras labri ſuperioris non tam hoſtibus terrori, quàm ſibi eſſe impedimento. Quam ob rem Julium Cæſarem admodum frequenter ſibi mentum totondiſſe teſtatur Svetonius, quoniam impendio vexaretur barbæ ſetis intra caſſidem involutis. Senſit moleſtiſſimum incommodum Ebuſus, ubi in ejus barbam ſemiuſto torre involavit Chorinæus apud Virgilium lib. 12.

Obvius ambuſtum torrem Chorinæus ab ara
Corripit, & venienti Ebuſo plagamque ferenti
Occupat os flammis: olli ingens barba reluxit,
Nidoremque ambuſta dedit.

Eam inſuper ob cauſam vehementer militi officit barba promiſſior, quod ſi vi hoſtium improba prominentes è mento pili corripiantur, actum prorſua de ſua ſalute, conclamatumque illicò ſentit. Ita quippe correptus atque pertractus circumferri poteſt ex hoſtis arbitrio, ut nullus vel armato aditus ſuperſit ad effugium. Intellexit id Alexander Macedo, qui, ut legitur apud Plutarchum in ejus vita, rebus omnibus ad prœlium comparatis, interrogatus num aliquid inſuper vellet, nihil reſpondit, niſi ut Macedonum barbæ radantur; cum autem reſponſum Parmenio admiraretur, nec ſatis diſpiceret quorſum illud evaderet; An tu ignoras, reſpondit Alexander, nullam eſſe apprehenſo barbitio commodiorem anſam hoſti dimicanti? Verè autem monuit, edixitque optare ſe ut non eminus ſagittis jaculiſque, ſed cominus gladiis in eo prœlio Macedones manus confererent, ideoque barbas attonderent, nè ab hoſtibus apprehendi retinerique poſſent.

9. Sed & alio inſuper nomine ad nos pertinet conſideratio abraſi crinis barbæque. In triſtitia ſiquidem & mœrore tum publico tum privato conſuetum fuiſſe obſervamus capillos & barbam abradere. In ſolemni pompa concremati cadaveris Ajacis, fortiſſimi Græcorum Ducis, ad ejuſdem ſepulcrum Reges omnes proceresque Græcorum comas depoſuiſſe narrat Dictys Cretenſis lib. 4. Juſtis porrò ſolennibus, & pompa exequiali præſtita Acchemoro ejuſdem pater Lycurgus barbam capillumque totondit. Statius lib. 6.

terguque & pectore fuſam
Cæſariem ferro minuit.

Idem tradit Ovidius lib. 3. Metam. de Narciſi Sororibus.

planxere ſorores
Najades, & ſectos fratri impoſuere capillos.

Idem Ovidius in Epiſtola Canaces ad Macareum:

Non mihi te licuit lacrimis perfundere juſtis,
In tua non tonſas ferre ſepulcra comas.

Apud Senecam in Hippolyto ſic Phœdra loquitur:

Placemus umbras: capitis exuvias cape,
Laceræque frontis accipe abſciſſam comam.

Eundem morem ſervavit Poetis commemoratis antiquior Homerus, & ejuſdem imitator Q. Calaber, qui in funeribus Myrmidonum, Patrocli, & Achillis conſanguineos & familiares inducunt triſtitiam conteſtaturos capillum & barbam exſecare. Sed & Græcis antiquiores Hæbræi idem genus triſtitię ſignificandæ uſurparunt. Sic enim Iſaiæ cap. 15. *Moab ululabit, in omnibus capitibus ejus calvitium, & omnis barba radetur.* Et Jeremiæ cap. 7. *Decalvare & detondere ſuper filios deliciarum tuarum; dilata calvitium tuum ſicut aquila, quoniam captivi ducti ſunt ex te.* Addidit Alexander Magnus in interitu Epheſtionis, ut equis etiam muliſque crines attonderentur, ut ſcribunt Plutarchus & Arrianus in ejus vita. Legimus apud Theocritum in obitu Adonis detonſis crinibus ęgritudinem ſuam oſtendiſſe mœſtos Cupidines. Id verò multò maximè uſurpatum in clade publica adverſoque bellorum exitu. Argivos narrat Herodotus lib. 1. re malè geſta in Thyreaticis, ſolenni edicto ſanxiſſe, nequis auderet comam nutrire, antequam acceptum dedecus reparatum irent. Animadvertere autem hic ſubit contraria omninò fuiſſe apud Romanos lmitamenta triſtitiæ. In mœrore ſiquidem & ignominia demittebant potiùs barbam capillumque; quod non ſemel legitur apud Livium, ac præſertim lib. 27. de M. Lucio: *Sed erat veſte obſoleta, capilloque & barba promiſſa, præferens in vultu habituque inſignem memoriam ignominiæ acceptæ.* Apud Frontinum Strateg. lib. 4. cap. 5. legimus Varronem barbam ſubmiſiſſe poſt cladem Cannenſem. Habemus quoque ejus rei opulentiſſimum teſtimonium de Cæſare in ejus Vita apud Svetonium. *Diligebat quoque uſque adeo milites, ut audita clade Tituriana, barbam capillumque ſubmiſerit, nec ante depoſuerit quàm vindicaſſet.* Eundem ritum apud Germanos valuiſſe diſcimus ex Tacito de Mor. German. *Rara & privata cujuſque audacia apud captos in conſenſum venit, ut primùm adoleverint, crinem barbamque ſubmittere, nec niſi cæſo hoſte exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum.*

10. Conſuetudo illa in funeribus ſervata legitur, ut non homines ſolummodò, verùm & equi tonderentur. Luculenter id teſtatur Euripides in Alceſt., ubi illa ſunt verba Admeti poſt uxoris obitum:

Omnibus Theſſalis, quibus ego præſum,
Jubeo communem eſſe luctum hujus fœminæ,
Cæſarie raſa, & nigra veſte.
Quadrigaſque jungite, & ſingularibus
Equis ferro ſecate cervicis jubam.

Huc Cerda trahit illud Virgilii lib. 11. de equo Pallantis:

Poſt bellator equus poſitis inſignibus Æthon
It lacrymans.

Ubi poſita inſignia exponit comam abſciſſam: Item illud Valer. 3. Argon.

vadit ſonipes cervice remiſſa;

Nimi-

Google

Nimirum quia carebat gloria jubarum, qua ſuperbire equi ſoleot. Huc referas equos mulaſque attonſas in funere Epheſtionis ab Alexandro, teſtibus Plutarcho & Arriano.

CAPISTRUM, i. Capitis vioculum equis, aliiſque animalibus regeodis. Virgil. 3. Georg.

Primaque ferratis præfigunt ora capiſtris.

CAPITA CONTUBERNII. Vide *Capita militum*.

CAPITA HOSTIUM PILIS PRÆFIXA, ET SUBLATA. Crudelis, ſed receptiſſimus noo Græcorum modò Latinorumque, ſed omnium ferè gentium fuit ritus & conſuetudo, ut hoſtium devictorum capita contumelioſum in modum amputata haſtis, verutis, aut pilis præfixa edito in loco ad ignominiam & ludibrium ſpectanda proponerentur. Ignominioſæ hujus notæ pompæque meminerunt Cicero in Philipp. de Capite Trebonii, & Seneca Rhetor cootrov. 17. de ipſius Ciceronis capite pilo ſuffixo. Tacitus l. 1. Annal. notat truncis arborum antefixa ora in clade Variana. Caput Maxentii præfixum haſtæ memorat Author Paneg. Conſtantini. Adde Spartian. in Peſcenn. *Hujus caput circumlatum pilo Romam miſſum, filii occiſi, necata uxor, patrimonium publicatum.* Ubi adverte cum Caſaubono mendam irrepſiſſe: Neque enim Romam ſed Byzantium miſſum fuit Nigri caput, ut clarè ſcribitur à Dione. Idem de capite Albini narrat Capitolious in ejus vita. *Caput ejus exciſum pilo circumtulit, Romamque miſit.* Idem de duobus Maximinis: *Maximinum & filium ejus quieſcentes in tentorio poſitos occiderunt; eorumque capita præfixa contis Aquilejenſibus demonſtraverunt.* Addo teſtimonia Poetarum. Hector apud Homer. 18. caput Patrocli conto ambit ſuſpendere. Virg. lib. 9.

Quin ipſa arrectis, viſu miſerabile, in haſtis
Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur
Euryali & Niſi.

De Pompeii abſciſſo capite hæc habes apud Lucanum lib. 8.

illa verenda
Regibus hirta coma, & generoſa fronte decora
Cæſaries comprenſa manu eſt, Pharioque veruto,
Dum vivunt vultus, atque os in murmura pulsāt
Singultus animæ, dum lumina nuda rigeſcunt,
Suffixum caput eſt.

Claud. lib. 1. in Ruffin.

Nec minus aſſiduis certant elidere ſaxis
Prodigiale caput, quod jam de cuſpide ſumma
Nutabat.

Silius lib. 2.

Nec dum iræ poſitæ: celsā nam figitur haſtā
Spectandum caput, id geſtent ante agmina Pœnī
Imperat, & propere currus ad mœnia vertant.

Et lib. 15.

Tunc Nero procera ſublimia cuſpide portant
Ora Ducis cæſi.

Optimè advertit de la Cerda eam pilis præfixorum capitum oſtentationem, quamdam fuiſſe imitationem trophæi. Ut enim truncis arma, ſic pilis affixa capita. Fixum illud trophæi genus, hoc portatile.

CAPITA MILITUM. Exponi ſoleot à Lexicariis præcipui & primores exercitus. Nihil hic moveo. Atqui iidem magnopere decipiuntur, cum ad id confirmandum adducuot verba Vegetii lib. 3, cap. 3. *In arduis expeditionibus per capita militum, magis quàm per dignitates antiquitùs præbebantur annonæ.* Ibi enim *per capita militum* idem ſonat ac viritim, ſive nullo ullius diſcrimine habito: Et ſenſus eſt: Ingruente neceſſitate, & ſedandæ ſeditioois cauſa, atque adeo captandæ militum gratiæ, eoſdemque incitandi ſtudio, ſolere Imperatores in diſtributione commeatus, annonæ, & ſpecierum annonalium, nullam habere rationem magiſtratuum & digniorum, ſed alimenta in gregarios quoſque & ſelectos bellatores indiſcriminatim dividere. Idem Vegetius lib. 2. cap. 8. Capita contuberniorum vocat Decanos: ad quem modum Ammianus capita ſcholarum vocat Præfectos militum. Poſtremò mihi qui primi oumerantur in verſu, ſeu jugo agminali, noo abſurdè dici poſſunt capita ordinum, verſuum, vel jugorum. *Primi nelle file.*

CAPITA SCHOLARUM. Vide *Capita militum*.

CAPITA VERSUUM VEL JUGORUM. Vide *Capita militum*.

CAPITANEUS, ET CAPITANIUS. Militum caput, Præfectus, Præpoſitus. Annales Francorum: *Prævaluerunt Franci, & cum victoria, Deo volente, reverſi ſunt, & capitaneos eorum repræſentabant Domino Regi Carolo.* Alii Francorum annales editi à Lambecio: *Et illi omnes ſe tradiderunt in manus ejus, & tulit inde illos Capitanios, quos voluit.* A' voce Capitaneus Voſſio & aliis placuit originem deducere dictioois *Cattano*, quæ olim apud Italos Dominum, ſive Regulum iodicabat. A' Capitaneo ſiquidem fit captanus, & inde cattanus. Verùm Franciſcus Redi vocem putat contractam ab integro *Caſtellano*: ita tamen, ut non arcis ſive caſtri Præfectum ſolùm, ſed etiam Dominum ſignificet. Sed adſcribam libenter ejus verba: *Io tengo, che Cattano ſia un'accorciamento, ò abbreviatura, ò ſtorpiamento della voce Caſtellano, e che ciò forſe poſſa eſſere la verità, faccia rifleſſione V. S. Illuſtriſſima, che Caſtellano non ſignifica ſolamente Capitano di fortezze, ò abitatore di caſtella, ma che ſignifica parimente Signore e Padrone di Caſtella. E ſpeſſo ſe ne trovano gli eſempli nelle antiche ſcritture.* Subdit autem exempla aliquot ex antiquis Etruriæ Scriptoribus. Adducit præcipue locum Franciſci Berni, ubi Orlandus ita redarguit Rinaldum Montis Albani Dominum:

Egli è di poca terra Caſtellano,
Et io ſon Conte e Senator Romano.

Affert Ricordani Maleſpini teſtimonium Hiſtor. Fior. cap. 59. *Molti Cittadini antichi, e gentili Uomini aveano Tenute, Caſtella e Ville in Contado; e ancora tali ve l'aveano innanzi che Attile disfece Fiorenza. E anche vi furno di quegli, che l'aveano rifatte, e chi fatte di nuove. E quì in brevità ne faremo mentione di certi, e chi ve l'avea, ch'eran Cattani Gentili Uomini di Contado.* Inter Voſſianam & Redianam originem Cattanorum ſic animi pendeo, ot utramque commendem potius, quàm utram eligam, ſatis diſcernam.

2. Audiendus Author libri de Regimioe Principum; ſive is fuerit Ægidius Columna, ut cootendit Bellarminus, ſive Tolomæus Lucenſis, ut exiſtimat Theophilus Raynaudus. Arbitratur autem præfatus Author Cattanos dictos fuiſſe quaſi Catapanes, Græca vocis origioe ſignificantis miniſtros, vel proceres univerſam quandam curatiooem habentes Regum aut Summorum Principum ędium. Accipe autem verba memorati Scriptoris: *Inveniuntur etiam apud eos* (Italos) *quædam*

dam nomina dignitatum, ex jure Imperii dependentium, & ſupra ſimplicem militiam transcendentium, ut ſunt Valvaſolli, & Cathani, qui & proceres appellantur, juriſdictionem ſuper ſubditos habentes; quamvis hodie per Civitatum potentiam ſit diminuta vel ſubtracta totaliter. Valvaſolli autem vocantur à valvis, quia deputati erant ad cuſtodiendum portos Palatii Regalis, ſive Imperialis, quos nos Oſtiarios appellamus. Cathani ab univerſitate operum in Curia Principum, & ſtrennitate ſuper alios ſimplices milites ſunt dicti. Quidquid autem ſit de vocis origine, conſtat certe Cattanos, ævo Joannis Villani, qui non ſemel eorum meminit, appellationem fuiſſe virorum illuſtrium opibus & proſapià.

3. Sed planè non ſunt contemptui habendi, qui vocem Jatinam *Capitaneus* trahunt à vocabulo nuperæ Græciæ *Catapanus* vel *Catipanus*: quam dictionem latinè reddas, *circa omnia*, vel *ſecundum univerſa*; conſtatque fuiſſe appellationem, qua ſupremus Ductor deſignabatur, atque adeo primus Fecialium & arbiter conciliandę pacis, apud nos *Plenipotentiario*. Sed pleniùs de Catapanis, & eorum nomine Gulielmus Apulienſis lib. 2. de Succeſſ. Hormann.

Cui Catapan facto cognomen erat Bagianus,
Quod Catapan Gręci, nos juxta dicimus omnes,
Quiſquis apud Danaos vice fungitur hujus honoris
Diſpoſitor populi, parat omne, quod expedit illi,
Et juxta, quod cuique dari decet, omne miniſtrat.

Notum verò eſt Imperatores Gręcos ad Neapolitani Regni Provincias adminiſtrandas mittere conſueviſſe Catapanos. Blondus Decad. 2. lib. 3. author eſt Gregorium Catipanum Apulia expuliſſe Drogum Gulielmi Hormandi filium. Apertiùs Sigonius lib. 7. de Imp. Orient. ſcribit Baſilium & Conſtantinum Græcos Imp. auxilio Saracenorum Apuliam & Calabriam occupaſſe; iiſque poſtea Provinciis Catipanus impoſuiſſe: Inde omninò factum ut Regni Neapolitani Provincia non ignobilis, antiquitùs *Catipanata*, poſtea verò corrupto vocabulo *Capitanata* diceretur. Ex quo multis licuit prudenter conjicere, etiam apud alias Nationes corruptam poſtea fuiſſe nomenclaturam catipani, vel catapani, & irrepſiſſe aliam capitanei. Vide multa de catipanis apud Macros Fratres in Hierolex.

Capitecensi. Vide *Proletarii*.

Capitis supplicium. Vidè *Securis*.

Capitolini ludi. Inſtituti fuerunt in honorem Jovis Capitolini; in monumentum Capitolii ſervati ab aggreſſione Gallorum Senonum. Traditur ea res à Livio lib. 5., ubi de Camillo ait ad Samiatum ſcripſiſſe, authoremque eidem fuiſſe, ut ludi Capitolini fierent, quod Juppiter Opt. Max. ſuam ſedem atque arcem Populi Romani tutatus eſſet.

Capitolium, ii. Editior & in collem aſſurgens Romæ locus. Antiquiſſimo tempore Saturnius appellatus, quod Saturnus eum locum vel arcem primus tenuerit. Tarpejus poſtea dictus à Tarpeja Virgine Veſtali, quæ ibi necata à Sabinis, & ſepulta fuit. Poſtea Capitolii nomen accepit, quoniam, ut tradit Varro, cum inibi fundamenta Ædis Jovis foderentur, humanum caput ſit repertum, quod fuiſſe caput cujuſdam Toli Vulcentani ex vetuſtis monumentis probat Arnobius contra gentes lib. 6. Id verò in augurium acceptum præſtrenuæ armis Urbis mox futuræ; quemadmodum Vultures bellatricem Romulo ſpoponderant Civitatem, quam condebat, quoniam aves ipſæ bellatrices eſſent, prædaque & ſanguine aſſuetæ. De eo capite invento ſic loquitur Florus lib. 1. cap. 7. *Sed illud horrendum, quod molientibus ædem, in fundamentis humanum repertum eſt caput, nec dubitavere cuncti monſtrum pulcherrimum Imperii ſedem, caputque terrarum promittere*. Sed ſuſpicari licet eam famam ex compoſito diditam, æmulatione quadam Urbis Carthaginis. Etenim in hujus fundamentis erutum caput equinum, potentem & bellicoſam fore ſignificavit Civitatem, ut non uno in loco ſcribit Juſtinus. Summæ celebritatis hic mons fuit, cum ob templa, ludos, aliosque ſolennes ritus, tum vel maxime, quod illum ſolebant aſcendere, qui de victis hoſtibus triumphum agebant in Urbe. Claudianus.

Jamque parabantur pompæ ſimulacra futuræ,
Tarpejo ſpectanda Jovi.

Et Lucanus lib. 8. de Pompejo:

nec ter Capitolia curru
Invectus.

Apollonius de excid. Hieroſol. lib. 2.

Capitolia ſcandes
Victor, & Auguſtam ſedem nomenque tenebis.

Ibi epulum triumphale inſtructum, peracto triumpho, tradit Athenęus lib. 5. M. Horatius Pulvillus, poſt annum tertium à pulſis Regibus, immenſa magnificentia Capitolium dedicavit, auxeruntque poſtea mirandum in modum immetatæ opes Reipublicæ, & Cæſarum Romanorum. De pecunia in Capitolio aſſervari ſolita, de ejus arcis templis, & ſimulacris, & quatenus ſeditioſorum perfugium fuerit: item quotuplex Romæ Capitolium fuerit; nam Præyellus quatuor recenſet in Urbe Capitolia, hæc, inquam, & ſimilia vide prolixiùs agitata apud Roſinum, Panvinium, & Gyraldum.

Capitium de ferro. Vide *Capellus ferreus*.

Capitulum, i. In balliſta, catapulta, ſcorpione, & aliis machinis bellicis trabs eſt tranſverſaria, in qua fiunt foramina ad trajiciendos nervos, quibus diſtinentur brachia machinarum. Sic exponitur à Baldo ad illud Vitruvii lib. 1. cap. 1. *Balliſtarum, Catapultarum, ſcorpionum temperaturas poſſit rectè facere: in capitulis enim dextra ac ſiniſtra ſunt foramina*. De capitulis columnarum alia eſt perveſtigatio apud Architectos Urbanos.

Capomilitiatus, us. Ejus dignitas & officium, qui caput militum dicitur; aliis magiſter militum. Præfectura eſt ferè Urbana. Tybure ſupra portam Eccleſiæ S. Franciſci extat inſcriptio an. 1392. quæ integra legitur apud Vaddingum, & facta dicitur tempore Capomilitiatus Nicolai Brunelli. Eam porrò Epigraphem notis Gothicis exaratam, & à me, cum Tybure eſſem, perlectam, in hunc modum exſcripſi. *In Nomine Domini Amen. Anno Domini MCCCXCI. tempore Domini Bonifatii PP. IX. Dominus Philippus Cardinalis de Alenconio Gallus ex revelatione facta per Beatum Ludovicum cuidam Sanctæ Dominæ Tiburtinæ ex parte Beatæ Virginis procuravit à Domino Papa plenariam remiſſionem peccatorum omnibus vere pænitentibus & confeſſis viſitantibus altare majus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris de Tibure Ordin. Fratrum Min. in die Nativitatis Beatæ Virginis & per octavas perpetuis temporibus valituram: Tempore Capomilitiatus Nicolai Brunelli*. Ejuſdem dignitatis in eadem Urbe Tyburtina ſit mentio

tio

Digitized by Google

tio in antiqua ioſcriptione literis etiam Gothicis exarata, quæ in Ædibus Gentis Landæ legitur in hunc modum: ✠ *Anno Domini MCCCLXII. Menſe Martii xv. indictione Tempore Capitmilitiatus providi viri Burii Petri Lanuæ, Decretum eſt per populum Tiburtinum quod de cætero à nemine officium Comitatus, ſeu proventus ipſius Comitatus pro parte Communis conantur niſi ſe cumet cum officialibus ſuis abſentarent, & qui contrarium attentarent proponens, ſcribens, conſultans, ſeu arengans penam centum librarum eirie, & communi Tyburis ſolvere teneantur, quod ſibi auferatur ſine ſententia & figura Judicii, & habeatur pro proprio Proditore communis.* Sed & alia inſcriptio io Ædibus Magiſtratus Tiburtini ejuſdem Præfecturæ vel digoitatis antiquitatem aſſerit in haoc ſeotentiam: *Petrus Leoninus Angeli. Mogiſt. Jo. F. Caput Militiæ Tertium fecit. Anno Salutis MCCCCLXXV. Prioratus Nobil. Virorum Moctiæ Mattei. Alex. Simeon. Centii Cole Petroni.* In antiqua præterea Tiburtinæ Civitatis Eccleſia Cathedrali Epitaphiom extabat idem confirmans, quod ab Antnnio de Regibus rerum Tiburtinarum Scriptore diligentiſſimo refertur in hæc verba: *Hic jacet corpus pruvidi viri Meoli Andreotii Riccardi, qui mortuus eſt in ſervitium Communis Tiburis ſub Anno Dom. MCCCLXXII. die xx. Menſis Decembris ſupra caſtrum Antiroli Tempore Capomilitiatus nobilis Viri Cole Tetii de Ilperinis cujus anima requieſcat in pace.* Adnotat ibidem præfatus Author Antonius de Regibus Franciſcum Bandini Senenſem Archiepiſcopum, qui Tiburtinam Civitatem per aliquot aonos incoluit, aſſeveraſſe ex memnria Veterum Chronicorum ejuſdem Capomilitiatus dignitate perfunctum fuiſſe Genitorem S. Symphnroſę Martyris Tiburtioæ, ſubjicitque loogè antiquiſſimam ejuſdem Magiſtratus origioem extitiſſe; & quidem ab ipſis Græcis profectam, qoos cooſtat Tiburtinæ Civitatis fuiſſe cnnditores, & inter cæteras Præfecturas adnumeraſſe etiam Oplarchas, quos latinè reddas Principes armnrum, vel militiæ Præfectos; ex quo dicti poſtea Capita militiæ, vulgò *Capomilitie Tiburtini*. De Oplarchis verò, vel Ariarchis Græcorum memioerunt Vellejus Paterculus in Fragmentis, & Jnannes Boccaccius Geneal. Deor. lib. 8. cap. 8.

Capnralis, is. Caporale. Dux militum. Hiſt. Cortuſiorum l. 7. *Caporalis verò & author eorum erat Loderiſius Vicecomes.* Dicti autem Caporales corruptæ Latinitatis ævo, qui primum Decani, vel Capita Contuberniorum vocabantur, deniſque ferè militibus erant præpoſiti.

Cappa. Vide *Capa*,

Capreoli, orum, In vitibus ſunt coliculi intorti ad modum cincinni, qui ſerpuot ad locum capiendum; ex quo Capreoli ipſi etiam dicuntur apud Varrnnem. Iidem cincinni quoque & claviculæ vocitantur. In architectura ea ſunt tigna, quæ caotherios in ædificiis, vel machiois ſuſtinent. Vitruvius lib. 10. cap. 15. agens de fulcro Catapultæ ſic ſcribit: *Ejus Capreoli tres, quorum longitudo foraminum novem, latitudo dimidii foraminis.* Ad quem locum hæc leguntur apud Turnebum: *Tigilla ſunt faſtigiata, & in columellam ſuis capitibus nitentia, eamque hinc inde firmantia, ne nutent, aut vacillent.* Ex quibus locis plane videtur liquidò cooſtare, Capreolos in Architectura noo dici à capreolis viteis, quibus vis nulla ad fulciendum, cum ipſi potius fultura indigeant. Eamque nb cauſam apertè falſus eſt Philander, qui capreolos Vitruvianos, interpretatur claviculas, quæ cantherios ampleſtuntur, quemadmodum capreoli vites. Adamuſſim Vitruvianum locum de tignis cantherios ſuſtinentibus exponit Baldus: additque ea tigna nominari Capreolos à feris pecudibus hujus nominis. Ut eoim illi incurſant adverſis coroibus & renituntur, ita capreoli iſti aſſurgentes, capita, ceo cornua & frnntes cantheriorum ponderibus npponunt. Ab iiſdem feris pecudibus, non certè à capreolis viteis dicuntur apud Columellam lib. 11. cap. 3. ruſtica quædam ferramenta bicoroia ad terram cmnveodam.

Caparnæ, arum. Feſtus eqnorum jubas in fronte devexas, quaſi à capite prooæ, vel quòd Caprorum ſint propriæ, expnnit. Etiam de hnminom capillis Caprooas dici contendit Nonius. Lucilius:

Aptari caput, atque comas fluitare, capronas
Altas frontibus immiſſas, ut mos fuit illis.

Captivitas, atis. Detentio captivorum in Jure & poteſtate victnris. Tacit. *Quorumque oculos Romanus intenderet, captivitatem clademque & dira omnia obſervari. Servaggio.* Joannes Villani lib. 8. cap. 79. *Meglio amavano di morire alla battaglia, che vivere in ſervaggio.* Et ubi multorum eſt captivitas, *Conſervaggio.* Lucan. G. S. *Dall'altra parte del Carro ſtavano i prigionieri menati in Conſervaggio a Roma.* Item *Cettivaggio, Cattivanza, Cattivezza*: Licet autem *Servitù*, & *Servitudine* magis propriè & frequentius de Urbaois & Civicis ſervis dicatur, adhuc tamen pro captivitate bellica exemplo noo carent. Vide *Captivus*.

Captivi ex Pylo. Populari & bellicæ nriginis adagio dicuntur homines forma vultuque miſerando, cujuſmodi fuerunt Pyli, Urbis Laconicæ captivi à Victnribus aſportati. Siquidem illi propter diutinam obſidionem & graviſſimos oppugnationis labnres extenuati admodum erant, pallidi ac macilenti: De his Ariſtophanes:

Captivis mihi
Similes videntur è Pylo Laconicis.

Captivus, i. Qui bello captus redigitur in poteſtatem victoris, eidem jure bellico mancipatus. Diverſimodè io eos agere & viodicare victores ſolent. Mitiùs enim Dedititios, ſeveriùs eos tractant, qui extremum neceſſitatis articulum opperientes, aut per vim capiuntur, aut tardiùs ſeſe dedunt, quàm leges militares poſtulant. Hinc, quemadmodum ſæpiùs onn modò minimè dedecoroſum atque flagitioſum, verùm honorificum eſſe, ſolet in victoris poteſtatem venire, poſt virtutis præſtantiam egregiè exhibitam; ſic opprobrio atque dedecori crebrò aliis ducitur redigi in jus victorum; ſive id contigerit deſidia quadam & ignavia minimùm congruente viro militari; ſive cootra nimia quadam temeritate atque ſideotia, qua temere & inſanè victoris iram laceſſunt, ſtultè deſperando, & fatuâ quadam ferociâ mortem præferentes hnoeſtæ in victoris manu traducendæ vitæ. Prnblema certe tractato pulcherrimum illud eſt, utra fortiorem animum præſtiterit Cleopatra, quæ Auguſti victoris iram & propriam ſervitutem adſcita ſibi morte prævenit, an Zenobia Regina Palmyrenſium, cui ab Aureliano victæ ad proferendam in vinculis vitam ſuper-

Digitized by Google

ſuperfuit animus. Neque enim ſemper ſtrenuitatis, aut conſtantiæ fuit indicium vim infortuniorum & futuras calamitates properata morte præpedire. Quamobrem nec defuerunt qui noo conſtantem & ſtrenuum, ſed vilem potius ac deſidioſum putarint Catonem, qui Romanæ ſervitutis effugium à gladio ſuo impetravit, non tam, ut quidam cootendunt, inuſitata quadam fortitudinis laude, quàm ignaviæ potius notâ; cum defuerit eidem virtus illa præſtans & excellens, qua ſervitutem Romanam & indignationem victoris fortiter ſuſtineret. Vetus illud, & glorioſè atque jactanter magis, quam ſapienter prolatum, *Aut vincere, aut mori*, non ita omnem fortitudinis modum exhauſit, ut non ejuſdem pars aliqua ad bello captos redundare poſſit. Quemadmodum enim opprobrioſam ignaviæ ootam non effugiunt, qui imperitè timidèque pugnantes in hoſtium veniunt poteſtatem; ſic in eorundem caſtra nomine captivorum diſcedere poſt egregium in prœlio editum virtutis ſpecimen, in argumentum trahitur indolis bellicoſæ. Quid enim inconſulta temeritas proficit vitæ & ſanguinis effuſione importuna? Thucydides lib. 4. author eſt, Spartiatam quemdam ex iis, qui in Athenienſium poteſtatem venerant poſt Pylum captam, cum ei per ludibrium quidam objectaret conditiooem captivi, adderetque convicioſè verba illa. *Ex veſtris videlicet optimi ac fortiſſimi quique ceciderunt, arguté reſpondiſſe in hunc modum: Magni faciendus eſſet fuſus, ſi viros fortes dignoſcere ac diſcernere ab ignavis poſſet.* Quibus verbis omnem ignominię notam atque ſuſpicionem à ſe amolitus eſt, utpote qui in hoſtium jura tranſierit non inopià virtutis, ſed fortuito accepto vulnere, fortunæ ſcilicet crimine magis, quàm ſuo. Fuſum enim Spartani ſagittam vocant.

2. Receptum conſuetudioe eſt ut certis conditionibus dimiſſi captivi, bona fide eaſdem obſervent; quas porrò violare adversùs jus gentium & promiſſi fidelitatem eſſe creditur. Luculentiſſimum ejus rei exemplum habemus in M. Attilio Regulo, qui cum captivus eſſet Carthaginienſium ad Romanos tranſiit, obſtrictus fide reditûs primo quoque tempore faciuodi. Quod facinus eo majorem virtutem exhibuit, quo Romanus minimè erat dubius de ſævitia hoſtium, quæ in ſuum caput non obſcurè recideret, ubi comperiſſent authorem ſe fuiſſe noo impetratæ à Senatu Romano Captivorum permutationis. Horat. lib. 3. Od. 5.

Atqui ſciebat quę ſibi barbarus
Tortor pararet; non aliter tamen
Dimovit obſtantes propinquos,
Et populum reditus morantem,
Quàm ſi clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret;
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedęmonium Tarentum.

Magnanimum Attilii facious ſplendido verſiculo complexus eſt Petrarcha:

Vn Regol, ch'amò Roma, e non ſe ſteſſo.

Ex fide captivorum inſuper eſt interdum promittere loca quædam hoſti ſuſpecta ſe non ultrò frequentaturos. Exemplum eſt apud Thucydidem, ubi Ithomenſes promittunt Spartiatis exceſſuros ſe Peloponneſo, nec in eam Provinciam in poſterum redituros. Solent etiam ſpondere noo ultra ſe geſturos arma adversùs eos, à quorum poteſtate diſcedunt. Exemplum hujuſce ſponſionis eſt apud Polybium, ubi captivi Numidæ ea conditione ab Amilcare dimittuotur, nè adversùs Carthaginienſes quiſquam eorum deinceps militare audeat.

3. Atrox ſævumque antiqnis bellatoribus in acie cæſis honoris teſtimonium illud redditum legimus, ut ad eorum rogum vel tumulum Captivi, ſiqui in eorum fuiſſent poteſtate, mactarentur. Hoc genus apud Veteres dictum Inferiæ. Dictæ autem Inferiæ ſunt, vel ab inferendo, quoniam mortuorum umbris inferrentur, ut conteodit Turnebus lib. 4. Adverſ., vel ab Inferis, quoniam Diis Maoibus inferebantur. De obſervato hoc ritu dubitare noo ſinit Homerus, qui in Patrocli funere concrematos fuiſſe ſcribit

Biſſenos juvenes Trojano è ſanguine natos.

Virgil. lib. 10. de Ænea loquens:

Quattuor hic juvenes, totidem quos educat V-
ſent,
Viventes rapit Inferias quos immolet umbris;
Captivoque rogi perfundat ſanguine flammas.

Et lib. 11.

Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſangaine flammas.

Ad eandem formam Tarquinienſes, ut tradit Livius lib. 7. ſeptem ſupra trecentos Romanos milites captivos immolarunt. Auguſtus, ut legitur apud Svetonium, ad aram Julio extructam trecentos ex dedititiis mactari juſſit. In funere verò Epheſtionis Cuſſeos omnes occidione deleri, eidemqoe inferias tradi mandavit Alexander, ut memorat Plutarchus in ejus vita. Non omiſit hunc ritum indicare Tertull. lib. de Spectac. *Nam olim, quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio ſervos mercati in exequiis immolabant.* Advertit autem Servius, antiquatum poſtea ob crudelitatem hunc fuiſſe morem, & captivis ſubſtitutos gladiatores, qui ante ſepulcra dimicarent. Sic autem ſcribit: *Sanè mos erat in ſepulchris virorum fortium captivos necari. Quod poſtquam crudele viſum eſt, placuit gladiatores ante ſepulchra dimicare, qui à buſtis Buſtuarii dicti ſunt.* Vide apud nos *Buſtuarii*.

4. In captivis verò potiſſimùm illuſtri loco natis benignè humaniterque tractandis, Romanorum, ut in omni ferè bellica laude, virtus eminuit. Syphacem certè, ut ſcribit Valerius Maximus lib. 5. cap. 1., opulentiſſimum qnondàm Numidiæ Regem, poſtquam Tibure in cuſtodia aſſervatus inter vivos eſſe deſiit, publico funere efferendum Senatus cenſuit; *ut*, quæ ſunt Hiſtorici verba, *vitæ dono honorem ſepulturæ adjiceret.* Livius lib. 45. author eſt, Perſen Albæ in cuſtodia detentum, cum inibi fato ceſſiſſet, publico item funere, ſolemnique exequiali pompa affectum atque cohoneſtatum fuiſſe.

5. Nec verò homines ſolùm io ſervitutem adiguntur; ipſæ Urbes atque adeo Proviocię ſuam ſentiunt ſervitutem. Accidit ſcilicet non ita rarò ut ſeditioonm cauſa, vel in aliud quodcumque crimeo vocatæ, ſuis expoliatæ immunitatibus, ſublatoque omni civico eorum magiſtratu, oovas à victoribus leges atque Præfectos accipiant, tributis inſuper mulctiſque pecuniariis imperatis, ex ipſarum merito, vel arbitrio victoris. Hæ porrò Urbes & Provinciæ ſtipendiariæ diceban-

tur

tur apud Romanos ; cum immunes dicerentur aliæ , quibus ea onera non eſſent impoſita . Vide Grotium de Jur. Bell. , & Pac. lib. 3. cap. 7. Eruditi Lectoris gratia adjicio hic ritum feſtiva pompa deducendi captivos in Byzantino Græcorum Imperio , de quo ita ſcribit Georg. Pachym. hiſt. Michael. lib. 6. cap. 33. *Ducebantur continua ſerie captivi ſingillatim idoneo intervallo invicem diſcreti , equo quiſque proprio vehebatur , non libratus in dorſo cruribus hinc indè pendentibus , ſed ſedens pedes compede vinctos in alterum equi latus demittebat. Inditus erat manui cujuſque contus ex papyro , aut vili alia materia , inſigne videlicet offenſionis belli , qua erant in iſtam redacti ſortem . Turba conſtipabatur utrinque denſa quorundam miſerantium fortunæ caſus infeſtos ; præſertim ubi in Principes , ac Primarios viros tali traductos ignominia incurrebant oculi , aliorum contra irridentium , inſultantiumque ultrò increpando meritum eos ferre veſaniæ ſuæ fructum , ſeram pœnitentiam , quæ proles eſſe ſolet inconſultæ amentiæ, modicum quidem initio quos abripit mulcentis , ad extremum graviſſimè mulctantis . Erant è ſæce præſertim plebis , qui etiam miſeros exſibilarent . Durabat autem dulcis ſpectaculi voluptas uno licet in loco hærentibus ; nec opus habebant aliò migrare ut viſo , quod placuerat prætereunte fruerentur . Succedebat enim aſſiduè ; præeunti ſequens pari ſuo dedecore ludibrium exhibens , & oculos abundè paſcens , ne præter lapſum ſequi nut requirere curarent. Quin potius creſcebat dulcedo ſpectandi , prævertente ſatietatem continua quadam mutatione ſcenæ . Sannis præſertim gregariæ multitudinis & petulantis ætatis materiam præbente ridiculam tonſurâ fœde raſorum orbe toto capitum , novitatis apud vulgus ſpecie jucundâ . Qua ſicut gaudebant oculi , ſic & aures demulcebantur confuſis improperiis in Hoſtes jactis digna patientes , quæ inſtar habebant novæ cantilenæ , placere plurimum (ut vetus habet verbum) populo ſolitæ .*

6. Pars olim pompæ triumphalis captivi deducti . Vide *Triumphus* . Niſi ipſi adeſſent , eorum imagines deferebantur . De imagine Annibalis Silius lib. 17.

Sed non ulla magis menteſque oculoſque tenebat
Quam viſa Annibalis campo fugientis imago .

Obſervo ad ſigna cuſtodiri ſolitos . Ammian. lib. 21. *Vadomarium fortiter apprehenſum rectori militum arctè cuſtodiendum apud ſigna commiſit* . Tonderi porrò eorum capita moris fuit . Vide *Capilli tonſura* .

Capulus , i . Anſa vel caput gladii . Virg. lib. 2. Æneid.

dextrâque coruſcum
Extulit , ac lateri capulo tenus abdidit enſem .

Joannes de Janua . *Capulus à* caput , *quia caput eſt gladii : vel à* capio , *quod ibi capitur gladius ut teneatur . Unde Capulo , as , verbum activum , ideſt ſcindere , vel ſecare . Ex quo in Decretis Pontificum , Lingua delatoris capuletur* . Hinc verbum Capulare , decapulare , & capillare apud Latinobarbaros pro concidere , quorum exempla vide apud Cangium in Gloſſ. Italis *Elſa* , *Manico* , *Pomo della Spada* . Illud hic obiter noto de Capulis gladiorum , antiqui moris fuiſſe eoſdem cælari , aut inſcribi notis familiarum , ut obſervat de la Cerda ad Virgilii verba Æneid. 4.

atque illi ſtellatus jaſpide fulva
Enſis erat .

Sic autem Ovid. lib. 7. Metam. de enſe Theſei .

Sumpſerat ignarâ Theſeus data pocula dextrâ ,
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa ſui generis

Statius etiam lib. 4. de enſe Dircæi , qui fuit gener Adraſti :

Aſpera vulnifico ſubter latus enſe riget Sphynx.

Ad eundem modum intelligendus Heliodorus lib. 9. , ubi gladio Thyamedis ebore cælatam aquilam attribuit; Et Ariſtophanes in Lyſiſtrato: *Non ſtatuar leæna in gladio* : Ubi ſenſus eſt ; non vivam ad placitum ut quis me comminuat ; quemadmodum nec leænæ in gladiis rectæ ſculpuntur , ſed geniculatæ , nè frangi poſſint .

Caput . Dux militum , Præfectus armorum . Monach. Sangall. lib. 2. de Car. M. *Interrogavit quâ pœnâ dignus eſſet , qui Caput Francorum in manus hoſtium tradidiſſet* . Alia notione Caput belli dicimus potiſſimum & primarium hoſtem ſeu belli cauſam . Liv. lib. 45. *Perſeus caput belli erat* . Supervenientes , ut aſſolet , motus hoſtiles alios dicimus acceſſiones . Idem ibidem : *Gentius acceſſio belli Macedonici* .

Caput funis , trabis , & cujuslibet inſtrumenti ad uſum militarem dicimus initium funis, trabis , &c. Cæſar 2. Bell. Civil. *Ubi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem , eam in parietes inſtruxerunt , ita ut capita tignorum extrema parietum ſtructura tegerentur* .

Caputiati . Factio facinoroſa dicta à Cucullo ſeu Caputio albo , cui nexam geſtabant imaginem ſtanneam Deiparæ . Sæviit in Gallia apud Arvernos. Frequens de illa ſermo apud Scriptores Gallicos , quos vide apud Cangium .

Caput porcinum. Genus inſtructionis in acie. Quid ſit clarè explicat Vegetius . *Cuneus dicitur multitudo peditum , quæ juncta cum acie primo anguſtior procedit : quam rem milites vocant Caput porcinum* . Vide *Cuneus* .

Carabaga , gæ . Machina expugnatoria apud Sanutum lib. 3. part. 12. *Fecit erigi plures Carabagas projicientes magnos lapides & frequenter , ita ut proſternerent muros cum turribus* . Hinc carabolatum pro opere munitorio . Hiſt. Obſidionis Jadrenſis : *Cum quadam turre lignea operata fabrificatione in quodam carabolato fere cubitorum octo* .

Carabina , æ . Vide *Carabus* .

Carabus , bi . Vox eſt Græcanica , naviculam , ſcapham , vel lintrem ex vimine & corio , antiqua uſurpatione ſignificans . Ugutio : *Carabus , parva ſcapha ex vimine facta , & corio crudo contexta* . Paulatim poſtea ad majores naves , atque adeo bellicas , vel certe bellicarum pediſſequas vox illa tranſiit . Fulcherius Carnot. lib. 3. Hiſt. Hieroſol. *Claſſis eorum centum & viginti navium fuit , exceptis carinis & Carabis* . Atque alibi : *Carabos inſuper quamplurimos & naves onerarias* . Habemus hinc vocem Italicam *Caracca* , quæ magnæ molis eſt navis tum oneraria tum bellica . Inuſitatæ magnitudinis fuiſſe traditur , quæ Rhodi aſſervabatur ad uſum equitum Rhodianæ militiæ ; locumque fecit adagio : *La gran Caracca di Rodi* : quod dicitur de iis , qui prægna ſunt mole, & ægrè moventur . Hinc etiam habemus vocem Italicam *Caravana* , de qua vide ſuo loco : & *Caravella* , quæ navis eſt Orientalium Provinciarum peculiaris . Suſpicor à Carabo

Digitized by Google

oavi habere nos vocem *Carabina*, aliis *Carrobina*, quam cum aliis appellationibus Italicis oon unius generis tormentorum ſeu fiſtularum manualium Latinitate non emel donavit Paulus Jovius illuſtris Hiſtoricus. Dicitur autem carabina tubus major manuarius à Carabo navi, quooiam ejus ſclopi majoria uſus in bello navali primùm valuit.

Caracalla, æ. Indumenti genus. Vide *Sagum.*

Caracora. Navis Indica, de qua Maff. Hiſt. Ind. l. 9. *Vaſcum eum una Caracora, quod navigii Malucenſis eſt genus, ad ea compendia perquirenda proficiſci juſſit.*

Caravana, aliis Caravenna & Carvana. Vox eſt, ut Cangius tradit, originis Turcicæ. Alii deducunt à carabo. Indicatur hoc nomine magna hominum cum jumeotis onerariis, vel oavigiis ad viæ uſum cum alimonia comparatis, multitudo, ſimul atque conjunctim iter facientium. Licet autem ſpectet propriè Caravana ad rem viatoriam & nauticam; nihilominus occurrit interdum ea vox pro jumentorum atque carrorum copia rem eſcariam ad exercitum convectantium. Jacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 49. *Quod ad exercitum Saladini maxima veniret Caravana.* Id ſcilicet eſt Italis *Convoglio*, Matthæus Pariſ. an. 1250. *Omnem illam catervam, quam vulgares Caravanam appellant, ſibi mancipavit.* Pro multitudiue navigiorum uſurpatur in Epiſtola S. Ludovici Regis Francorum, cum captivus io Oriente detineretur: *Nam ſucceſſive Caravanas, victualia & alia multa bona ad exercitum deferentes, cæſa Marinariorum, & aliarum multitudine, ceperunt.* Item Author Anooymus, æqualis Friderici Ænobarbi apud Caniſium: *Contigerat intra eundem terminum, congregationes negotiatorum Saladini, quos vulgò Caravennas vocant, cum ineſtimabili pretioſarum opum mercimonio tranſmeare ab Aleph in Babyloniam, nonnullis comitantibus Admiraldis.* Ubi obſerva non ſine comitatu & præſidio navium bellicarum vel militum commeare conſueviſſe Caravanas. Adverte eam vocem bello Palæſtino ferè natam; quamobrem Saracenicæ potius originis & Syriæ eſſe, quàm Turcicæ, ut ex Cangio ſupra iodicavimus. Adminiculatur huic opinioni vetus charta ex ſtatutis militum Hieroſol., cujus verba libet exſcribere, ut expreſſiorem habeas Caravanæ cognitionem: *Caravana, Syrorum, & Arabum linguâ ſignificat congregationes hominum, ut unà aliquid negotii peragant, à majoribus noſtris uſurpatum in delectu fratrum habendo, cum ad ſubſidia per arces & triremes diſtribuuntur, aut aliò per turmas mittuntur.* Ut in hanc formam cogeretur vis hominum iter capeſſentium ſuaſere ſcilicet inopia alimoniæ per incultas regiones, & latronum catervis obſeſſa itinera. Caravanam Latini Veteres dixere commeatum. Appellarunt etiam voce Græca Cataplum, *ut Cataplus Alexandrinus.* Quamvis enim, ut notat Salmaſius, Cataplus ſit propriè appulſus navium ad portum ex quo diſceſſerant, tameo cum apud Puteolanos, & Campaniæ accolas ea vox io ore omnium eſſet, cæteri poſtea pro ipſa claſſe, ſeu commeatu eam acceperunt. De Cataplo Martialis lib. 12.

Cum tibi Niliacus portet Cryſtalla Cataplus:

Ubi *Cataplus*, non *cataſtus* legendum eſſe evincit Turnebus Adverſ. lib. 12. cap. 25., & lib. 30. cap. 26. Item Auſonius.

tota tibi navigat orbe Cataplus.

Meminerunt etiam Catapli Ulpianus & Sidonius. Vide notas Pitiſci ad Auguſtum Svetonii cap. 98. Vide *Commeatus* in ſigoificatione tertia.

Caravela. Navis Luſitana, de qua Maff. Hiſt. Iod. lib. 7. *In eaſdem biremes Luſitana Caravela poſtmodum incidit, rotundæ navis genus, cum ad onera, tum ad militiam utile; dromonem Græca vocabula haud incommodè fortaſſe quis dixerit.*

Carcaissum. *Carcaſſo.* Pharetra. Charta ann. 1242. *Unam balliſtam de fuſto cum uno croco; & Carcaiſſo, & cairellis.*

Carcamusa, æ. Apud infimæ Latinitatis Scriptores quædam eſt machioa oppugnatoria Arieti non multum diſſimilis. Abbo de Obſid. Pariſ. lib. 2. *Arietes, vulgò Carcamuſas, reſonatas dimiſere duos.* Vides, ſonum vel ſtrepitum edere conſueviſſe; ex quo Carcamuſæ nomen.

Carceres. Quid ſint io ludo Latrunculorum, vide in voce *Latrunculi.*

Carchesium, ii. Primò ſignificat ſupremam mali naotici partem, ideſt foramina, quæ ioibi funes recipiunt, ut clarè docet Nonius. Lucilius:

Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſumma.

Minus propriè hodie à quibuſdam ſumitur pro cavea, quæ ſupra nauticum malum erigitur, ad ſimilitudinem caveæ, quà aves vel pulli concluduntur, & à nautis dicitur *Gabbia.* A Carcheſii autem oautici ſimilitudine, Carcheſium appellatum eſt poculi genus oblongi, rotundi & circa mediam partem compreſſi, ut docet Macrobius. Poſtremò eodem nomine dicitur in Architectura genus machinæ tractoriæ & verſatilis, de qua Vitruv. lib. 10. cap. ult. *Exemplumque protulit mari, & ſupra id machinam in Carcheſio verſatili conſtituit.* Eam machinam ſic deſcribit Baldus ad memoratum Vitruvii locum: *Eſt trabs erecta, robuſta quidem, & annulis ferreis revincta ad inſtar mali, in cujus ſuprema parte ferreæ fibulæ inſerta, tranſverſa alia trabs librata continetur, & facilè circumvertitur; ab altera extremitate ferrei harpagones dependent, quibus onera annexa ſublevantur, & machinâ vectibus circumversâ curribus facillimè imponuntur.* Idem Author addit, tractorium hoc organum graphicè ſculptum conſpici inter machioas alias multas & varias, quæ Urbinatem aulam mirabiliter exornant.

Cardo, inis. Ab Ædificatoria, & Mechanica ferrum dicitur, vel quid ſimile, in quo aliquid vertitur. Vitruv. lib. 10. cap. 9. *Cardinibus ex torno maſculo & fœmina coarctatis.* Maſculum dicit cardinem, qui in alium inditur; fœminam, qui alium recipit. Quoniam verò in machinis ſummam vim obtioent cardines, & ab eorum firmitate fere pendet tota ſoliditas operis; ideo pro opportunitate rerum, atque ad rei ipſius caput explicandum, cardinem uſurpamus. Hinc cardinem litis, aut oegotii cujuslibet dicimus, in quo ſummam ipſius rei conſiſtere credimus. Quod autem dixi de opportunitate ſignificanda coofirmatur exemplo Virgilii 1. Æneid.

haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Hujus ferramenti utilitatem Antiquitas ipſa vidit, quæ ad cuſtodiam cardinum Deam Cardineam deſignavit. Eam verò crediderunt præcipuum eſſe domorum tutamen atque præſidium; quooiam hac voce preſſiùs ſignificantur fores domorum, quarum ſalus & incolumitas in earum fere cardinibus continetur.

Car-

Cardinatus, a, um. Tignum cardioatum; firmatum cardine. Vitruv. lib. 10. cap. 22. *Conjuncta capitibus tranſverſario cardinato tigno.*

Cariaoium, ii. *Carriaggio*. Vectura cum carro. Thomas Valſinghamus: *Nequis Proviſorum capiat bona, vel Cariagia de Eccleſiaſticis contra voluntatem eorum.* Sæpius tamen ſumitur pro impedimentis & carrorum onmero, qui exercitum ſubſequi ſolent, & quibus ipſa acies communitur. Præfatus Thomas Valſinghamus io Richardo II. *Cum noſtri certam elegiſſent ſtationem, & armatos ſtatuiſſent ordinatè & pulchrè diſpoſitos per turmas ſuas; Cariagium quoque (quod Sarcinas appellamus) à tergo locaſſent.*

Caripides. Geous Turcici Peditatus. Vide *Janizeri*.

Carpo, is. Non una hoc verbum ſignificatione gaudet io Latio. Quod nos attinet carpere exercitum vel copias, dicimus Intercipere, atque adeo occidere ſejunctos à reliquis. Liv. 7. Bell. Punic. *Qui cum feſſum agmen carperent ab omni parte incurſarentque.* Idem: *Carpentes agmen palanteſque excipientes in caſum univerſæ dimicationis non veniebant.* Cæſaris illud eſt: *Equitatu præmiſſo, qui noviſſimum agmen carperet.* Idem Liv. de Bell. Punic. lib. 6. Carpere exercitum pro dividere dixit: *Multorum Annibal Italiæ populorum animos averterat, quos neque omnes tenere præſidiis, niſi vellet in multas parvaſque partes carpere exercitum, quod minimè expediebat, poterat.*

Carra, æ. Noo tam pro carris, & curribus bellicis, quàm pro ipſis impedimentis uſurparunt hanc vocem Scriptores aliquot Latinobarbari. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hiſt. Hieroſolym. *Cumque die quodam non longe ab Aſcalone circumvagantes Franci prælium expectarent, invenerunt illic non minimam prædam de bobus & camelis, ovibus & capris. Quam Carram cum juxta tentoria congregaſſent, juſſerunt ſub edictis Principes noſtri ſecum minari.* Idem lib. 3. cap. 18. *Tria nempe Vexilla pretioſiſſima, quæ Stendars nominamus, ab eis excuſſerunt: utenſilia etiam multiformia, culcitras & pulvinaria. Carram quoque multam cum ſarcinis noſtri reduxerunt, camelos videlicet 300. aſinos 500.*

Carraca, cæ. Navis oneraria, Italis *Carraca* & *Caracca*. Epiſt. Paſchalis Minoritæ ad Vaddingum: *Et poſt Venetiis aſcendentes quandam Carracam tranſivimus per Mare Adriaticum.* Vide *Carabus*.

Carraoo, aginis. A' carro dicitur. Trebellius io Gallieno: *Scythæ facta Carragine per montem Geſſacem fugere ſunt conati.* Quid autem ſit facere Carraginem, quod legitur apud Procopium lib. 4., variè traditur à Scriptoribus Tacticis. Conveniunt autem, ut ſit conjunctio quædam carrorum ad munimeotum, vel commeantis exercitus, vel ſubſiſtentis. Fiebat autem id objiciendo ioterdum hoſti frootes ipſas vehiculorum, ſive carrorum: interdum verò plauſtris omnibus in orbem collatis militares ordines præciogeodo. Marcellinus lib. 31. *Unde haud longo ſpatio ſeparatum vulgus inæſtimabile Barbarorum, ad orbis rotundi figuram, tanquam intramuranis cohibitam ſpatiis, otio fruebatur & ubertate prædarum.* Imò vero caſtra ipſa vocata interdum inveniuntur nomine Carraginis; quoniam carri in orbem diſpoſiti pro caſtris fuere Barbaris, ut bene advertit Caſaobonus ad illa verba Vopiſci in Aureliano: *Quærere præterea ubi Carrago ſit hoſtium.* Itaque Carrago non tam multitudinem carrorum & copiam ſignificat, quàm geous quoddam munitionis, quo ſepitur exercitus plauſtris, vehiculis & impedimentis pro vallo io gyrum diſpoſitis. Dicuot id Itali *Carriaggio*, & *Carreggio*. Sed fere ab illis ſumitur pro multitudine carrorum. Joaones Villaoi lib. 8. cap. 58. *Con tanto carreggio, che portava loro arneſe, che copriva tutto il paeſe.* Idem alibi: *Onde il carreggio del Re, che adducea la vivanda all'oſte, per li sfondati cammini, non potea venire.* Licet autem vocabulum *Carreggio*, & *Carriaggio*, atque adeo *carreggiata*, & *carreggiare* proveniant à veterum Latioorum vocabulo *carrum* vel *carrus*, ab Italicis tamen illis vocibus citra dubitationem fluxere uſurpatæ à Latioobarbaris voces *Carreda*, *Carretum*, *Carredum*, *Carrejum*, *Carregium*, *Caragium*, *carrejare*, & alia non pauca huc pertioentia, quarum exempla apud lapſæ Latinitatis Scriptores repete à Cangio io Gloſſ. Quod autem dixi de memoratis vocibus craſſæ Latinitatis originem ſuam duceotibus à vocabulis Italorum, id de innumeris corruptæ Latinitatis vocabulis dictum accipias, quæ occurrunt apud Scriptores ævi Longobardici, & Philippi Auguſti Regis Francorum. Cum enim per ea tempora vitiatæ afflictæque Latinitatis exortum ſuum habuerit Lingua Italica, Latini deteriores ab Italis Scriptoribus innumeras hauſere voces. Proinde origioes vocum Latinarum eorum temporum non tam à Græcis, aut purgati veteriſque Latii footibus, quàm ab Etruſco idiomate tunc valeſceote, atque adeo ab aliis Europæorum linguis ſunt repetendæ, revocandæque omninò ad fontes Italicos, Gallicos, vel Germanicos. Idem accidit Byzantinorum Priocipum tempore de Græcanicis vocabulis, uſurpatis ab eorum temporum Græcis Scriptoribus. Enim verò cum ſermo Latinus per eas tunc Orientis Regiones crebreſceret: Græcanica verò lingua antiquis illis deſtituta eſſet oervis, & à veteri veouſtate & copia defeciſſet, factum eſt, ut ejus ævi Græci Scriptores mirum in modum romanizarent, & Latinorum vocabula ad Græcanicam terminationem pertraherent. Eam ob cauſam origines vocum Græcarum ab iiſdem Scriptoribus uſurpatarum, oon à Græcis Aotiquioribus, ſed à Latinis eorum temporum ſuot ferè accerſendæ. Id verò hìc obſervatum & animadverſum ſemel voluimus, ot certam Lectores regulam habeant indagandarum originum in iis ſere vocibus, quæ in hoc opere occurrent tractæ accerſitæque ab ævo Longobardico, & Byzantino.

Carrecta, æ. Idem videtur eſſe vehiculi genus ac Carruca. Thomas Valſinghamus io Henrico III. *Nullo profecto negotio reverſus eſt, currus, carrectas, & plauſtra perdens numero quinquaginta.* Italis *Carretta*.

Carrsctarius, ii. Qui carrectam agit vel regit. Thomas Valſinghamus in Eduar. II. *Et prædicavit quod Eduardus, qui modò regnat, non erat Regis filius, ſed cujuſdam Carrectarii, doloſè ſubintroducti ad Reginam.*

Carrsctata, æ. Quantum oneris geſtare poteſt carrecta. Monaſticum Anglic. Tom. I. *Duas carrectatas fœni cum uno equo cariandas.*

Carregium, ii. Pro multitudine carrorum, vel pre-

Google

pretio Vecturarum, quod Dominis exſolvebatur, præſertim ad militiæ uſum, ſæpe occurrit apud Scriptores ævi deterioris. Tabularium Vindocinenſe: *Ad Moncellum omnem conſuetudinem habebat, tenſamentum, Carregium, vicariam*. Ejuſdem notionis eſt Caragium. Charta Gaufridi Comitis Andegav. *Totum Vinagium, & totum Carragium boum, & aſinorum*. Item Carrale. Vetus Charta Fori Bigorrenſis: *Liberi pacem habeant, & ter in anno in Carrali Comitali vadent*. Hinc opera Carralia in Capitulis Caroli Magni: *Tria carralia opera licet fieri die Dominico, ideſt hoſtilia carra, vel victualia, vel angaria, & ſi forte neceſſe erit, corpus cujuslibet duci ad Sepulchrum*. Ejuſdem ſignificationis eſt Carredum. Vetus Charta Beatricis Comitiſſæ Cabilon. an. 1180. *Dictum eſt prætereo quod in Carredo Prioris, quo vinum de vineis ſuis, aut alienis ad uſum Monachorum de partibus Cabilonenſibus adducere ſolet, non debet pedagium accipere*. Similiter Carretum. Tabularium Monaſterii Longipontis: *Conſuetudinarium Carretum, quæ pater ſuus, & idem ipſe in eadem Villa habuerant*. Hinc verbum *Carrejare*. Statuta Guidonis Archiep. Narbon. *Ligna, bladum, vel fœnum, vel paleas transferre, ſeu juxta vulgare, quod dicitur Carrejare non præſumant*. Italis tamen *Carreggiare* potius eſt currum ducere. Dantes Purgat. Cant. 4.

Che mal non ſeppe carreggior Fetonte.

Vide *Cariagium*.

Carrobalista, æ. Balliſta curulis & machinaria, ſic appellata ad diſcrimen manuballiſtæ, quæ levior & expeditior excutiebatur militia manu. Vegetius lib. 2. cap. 25. *Nam hæ quantò majores fuerint, tantò longiùs ac fortiùs tela jaculantur. Non ſolùm autem caſtra defendunt, verùm etiam in campo poſt aciem gravis armaturæ ponuntur. Ad quarum impetum nec equites loricati, nec pedites ſcutati poſſunt obſtare. In una autem legione quinquaginta quinque Carrobaliſtæ eſſe ſolent*. Occludebatur autem in ipſo curru contabulato cum funibus & nervis, & cætero armamento idoneo ad excuſſionem ſagittarum, vel lapidum è balliſta incluſa. Torſit quippe eruditos, nec adhuc ſatis dijudicata eſt controverſia, utrum lapides potius an ſagittæ à balliſta jacerentur, ut nos alibi indicavimus. Rei magnoperè perplexæ & caliginoſæ lucem aſperſit Raphael Fabrettus cap. 7. de Colum. Traj., quem omninò conſulas velim. Item vide, quæ nos diximus in titulo *Balliſta*.

Carrocium, ii. Aliis Carrocerum, & Carroceus. Hoc nomine appellabant olim Itali currum, ſeu potius vexillum totius exercitus currui impoſitum, à quatuor tractum jugis boum, magnaque cura in prœliis ſervari ſolitum à lectiſſimis quibuſque militum. Quod genus vexilli curruſque maximè fuit uſitatum ſuperioribus ſæculis in caſtris Principum Italorum, ac præcipuè Florentinorum & Mediolanenſium. Fridericus Imp. in Epiſt. ad Comitem Sueſſion. *Cum vexillo S. Ambroſii, quod miro artificio egregiæ molis & altitudinis ferebant in Carrocia, quem juga boum non pauca trahebant*. Ejus inventionem currus ſive vexilli Author manipuli florum, & ex eo Corius in Hiſtor. Mediolan. part. 1. refert ad Heribertum Archiepiſcopum Mediolanenſem, ex quo ejuſdem currus deſcriptionem accipies. *Carrocerum quoque excogitavit. Eſt autem Carrocerum currus quidam admirabilis, per circuitum à ſummo deorſum ſcarlato veſtitus. In cujus medio eſt arbor procera contingens cælum: quem quatuor viri portare non poſſunt, quæ à frequentia virorum recta tenetur funibus hinc inde protractis. In ſummitate arboris eſt crux aurea ſplendens nimio fulgore. Sub cruce eſt vexillum album cruce rubea inſectum. Hunc currum quatuor juga boum trahunt, qui ſerico albo cum phaleris cum rubea cruce per medium ſunt cooperti. Magiſter Carroceri eſt vir honorabilis, quem Civitas enſe, lorico, ac continuis ſtipendiis dotare tenetur. Inſuper Communitas tenetur providere de Cappellano, qui juxta Carrocerum ſemper miſſam celebret, & vulneratis det pœnitentiam. Hic etiam magno ſtipendio per Communitatem dotari debet. Sunt inſuper octo Civitatis tubicines, cum totidem militibus deſerariis* (dextrariis) *quibus Communitas providet de duobus tentoriis, & ſalario militibus conſueto*. Uſum æris campani habebat Carrocium; è ſublimi ſcilicet antenna reſonante nola, ut refert Antonius Campus in deſcriptione Cremonæ, & latiore deſcriptione hujus currus: *Anno Chriſti M. LXXI. Cremonenſes Carrocium inſtituerunt, quod, quia ejus uſum, una cum libertate, gratiâ Berthæ Auguſtæ ab Henrico Imp. impetraſſent, Bertam, aut Bertacciolam dixerunt. Erat currus amplior his atque ſublimior, quàm in communi uſu. Invenere Longobardi, primique omnium ſecundum aliquos Mediolanenſes uſurparunt. Ornabatur id à quibuſdam panno rubro, & albo ab aliis, à Cremonenſibus vero mixtim rubro & albo, denique pro colore quo cujuſque Civitatis inſigne. Sed & ſemi boves à quibus trahebatur, ſimili panno tecti. In medio autem erat antenna cum vexillo ſive labaro, præter crucem rubram, cætero albo, cujuſmodi in ſupplicationibus hodieque nonnullis in locis geſtantur: & ab eadem antenna dependuli funes, quos validi robuſtique juvenes manibus attinebant, inque ejus ſummo campana, appellata Nola. Nefas autem educere, niſi publico decreto, nec minus mille quingentis ad cuſtodiam ejus militibus ſtrenuis, & panopliâ ac bipennibus egregiè munitis: prope etiam Duces omnes ac militiæ Præfecti, ac ponè tibicines* viii. *multique ad rem divinam Sacerdotes. Præcipua tamen currus hujus cura dabatur viro virtute & peritia rei militaris inſigni, quoque loci ille ſtatueretur, eo tum jus dici, tum conſilium haberi de ſumma belli ſolebat. Eodem & ſauciis receptus erat atque confugium, iiſque, qui vel pugnando defeſſi, vel à multitudine hoſtium premerentur*. Et Cremonenſes quidem etiamnum aſſervant in Templo Cathedrali Carrocium Mediolanenſium, ab ipſis olim in bello captum. Martium hoc plauſtrum, quo nulla fere paulò clarior Italiæ civitas in bellicis expeditionibus non utebatur, quoddam erat in caſtro Prætorio quaſi publicæ ſecuritatis Palladium, certiſſimumque victoriæ pignus & teſſera. Nihil porrò ignominioſiùs erat pugnantibus, quàm ſi currus ille bellicus, ſive nolarium portatile in hoſtium manus perveniſſet. Irridet tamen Merula Hiſt. Vicecom. lib. 11. eam machinam, & ridiculam illam vocat, niſi temporum conditio inſignem feciſſet. Omnes ferè Scriptores Itali ejuſdem latè meminerunt. Vide Sigonium de Regno Italiæ lib. 8., Corium, Capriolum, & alios, quos recenſet Cangius in Gloſſ.

Ex

Ex Carrocio, ſeu Carrocero habemus vocem Italicam *Carroccia*, *Carrozza*. Sed omnia à voce Latinorum *carrus*. De hujus vocis origine ita ſcribit Menagius, adductis Mediolanenſis Hiſtorici verbis ex Patre Meneſtrier lib. de l'Art du Blaſon. *Currus ſeu rhedæ, quibus modò Nobiles, Principes, Reges vehuntur vulgò Caroſſe vocitantur à Florentinorum, ut Hiſtorici aſſeruat, curru, ducto vocabulo, fortè & invento. Hos enim in acie procedentes olim currus rubens albam crucem præferens ſolebat praecedere, qui Carro rozzo, ſeu currus rubeus ſeu purpureus dicebatur.* Vide Carrocii deformationem apud Macros Fratres in Hierolex. De Carrocio Florentinorum ita ſcribit Joannes Villani: *Il Carroccio, che menava il Comun di Firenze era un carro in ſu quattro ruote, tutto diſtiato vermiglio, e avevavi ſu commeſſo due grandi antenne a maiglie, in ſu le quali ſtava e ventolava il grande ſtendardo dell'arme del Comune, dimezzata bianco e vermiglio; tirandolo un pajo di buoi coperti di panno vermiglio. Queſto Carroccio uſavano i noſtri antichi Fiorentini per trionfo, ò dignitade.*

CARRUCA. Vehiculi genus, quod licet ad civicam & urbanam pompam fere pertinuerit, adhuc tamen viris militaribus inſerviſſe legitur. Gratianus ad Nebridium Præfect. Urbi in d. l. 1. *Omnes honorati ſeu civilium, ſeu militarium, vehiculis dignitatis ſuæ, ideſt Carrucis intra Urbem ſacratiſſimi nominis ſemper utantur.* Aurelianus apud Vopiſcum facultatem indulſit fœminis, ac viris primariis argentatas Carrucas habendi, cum antea ex ære tantùm vel ebore ornarentur. Idem antea indultum fuerat ab Alexandro Cæſare, ut refert Lampridius: *Carrucas Romæ & rhedas Senatoribus omnibus ut argentatas haberent, permiſit.* Cangius exiſtimat fuiſſe genus vehiculi ſuſpenſi, cujuſmodi hodie multa viſuntur libratas faſciis coriaceis ſedes habentia, non autem aſſeribus ipſis defixas. Idem opinatur opertum fuiſſe vehiculi genus. Verùm in hoc falſitatis redarguitur ab Authore Notitiæ Imperii, qui ubi agit de Præfecto Urbis Romæ, Carrucæ iconem exhibet. Habet autem illa ſellam incurvam currui impoſitam ad modum hemycicli, eamque deſuper adapertam. Falluntur etiam, qui Carrucæ in Calepino auctiore duplicem tantùm rotam attribuerunt; cum oculis pateat delineatum in memorata Notitia Imperii vehiculum eſſe quadrirotum. Vide Pancirolum ad notata loca ejuſdem Notitiæ. Carrucarum verò meminit Martialis lib. 5. Epigramm. 94.

Nec feriatus ibat ante Carrucam.

Licet autem Carruca dicta videatur à carris, adhue tamen non tam onerarium vehiculum, quàm urbanum & clegans videtur fuiſſe. Præter enim quamquod Præfecti Urbis extitiſſe geſtamen ſupra notavimus, auro argentoque & cælaturia inſignem fuiſſe currum oſtendit Martialis lib. 3.

Aurea quod fundi pretio Carruca paratur.

Et Plin. lib. 34. cap. 11. *At nos Carrucas ex argento cælare invenimus.* Cum autem de auratis & argentatis Carrucis loquantur Martialis & Plinius, dicendum eſt miuus accuratè ſcripſiſſe Vopiſcum & Lampridium inductas illas ab Alexandro Severo & Aureliano.

CARRUCARIUS, ii. Qui carrucam agit vel regit. Ulp. in l. item quæritur in princ. §. Loci: *Si ciſiarius ideſt Carrucarius, dum ceteros tranſire contendit Ciſium evertit.*

CARRUCARIUS, a, um. Quod pertinet ad Carrucam; ut mula carrucaria. Pomponius: *Pleraſque mulas carrucarias tales eſſe, ut transjungi non poſſint.*

CARRUM, i. Hirtius lib. 6. *Pompejus eo die per viarum anguſtias Carra complura, multoſque laniſtas retraxit.* Et

CARRUS, i. Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. *Alteri ad impedimenta & Carros ſe contulerunt.* Currus eſt quatuor rotarum, aptus vehendis impedimentis, ut ſupra memoratis locis oſtenditur. Sic appellatum nonnulli putant à ſtridore rotarum, quem edit. Italis *Carro*. Et multitudo Carrorum *Carreggio*, & non *Carriaggio*; qua appellatione Itali indicant impedimenta, & non carros, ſeu vecturam carrorum; licet per abuſionem Scriptores aliquot Latinobarbari Cariagium dixerint vecturas carrorum. A' Carro habent præterea Itali vocem *Carrino*, pro aggere vel ſepimento è carris facto ad communienda caſtra, quod genus munitionis eſt à nobis alibi obſervatum. Joannes Villani lib. 8. cap. 78. *Ed eglino rinchinſi nel Carrino poco ſi potevano aiutare.* Et lib. 22. cap. 66. *Se non foſſe il ritegno del Rè Adoardo con la ſua terza battaglia, che uſcì fuori del Carrino.* Adſcribam aliud Carri, ſeu quarri etymon ex Stephano Tornacenſi epiſt. 228. *Vehiculum ad te mittimus, quod forſitan à quadro, d mutato in r, propter numerum rotarum, quarrum appellamus.* Non illi aſſentior.

CARTIBULUS, aliis Cartibulum. Occurrit hoc vocabulum in pleriſque Vitruvianis Editionibus lib. 10. cap. 15., ubi catapulta deſcribitur; ſed Baldus portentoſum mendum agnoſcit; luxatumque Vitruvii locum ſanitati reſtitucre multis fruſtra contendit. Idem contigerat Barbaro & Philandro. Deformatiſſimum plane, atque etiam poſt plurimas virorum eruditorum caſtigationes, multis mutilatum mancumque locis habemus Vitruvium, ut planè referat imaginem Deiphobi Virgiliani,

lacerum crudeliter ora,
Ora manuſque ambas.

CARYATIDES. Elegantiſſime ſunt adjectiones & ornamenta in civili Architectura. Locum hic illis attribuimus propter bellicam originem, à qua fluxerunt. Effigies ſunt mulierum, quæ mutulos, columnas, & ſimilia ſuſtinent, ſeu potiùs ſuſtinere videntur. Adjici nimirum ſæpiùs ſolent ſolius ornatus ergo. Origo autem nominis à matronis Caryæ Urbis in Peloponneſo, quę expugnatâ patriâ, perpetuam ſervitutem ſervire juſſæ ſunt. Qui tunc Architecti apud Victores erant earum imagines ędificiorum oneri ferendo deſignarunt, quod etiam eſt à poſteritate retentum; vivamque adhuc ingerit ſpeciem miſerrimę conditionis Caryatidum Matronarum. Rem exhibeo tibi verbis Vitruvii, qui ſic de illis loquitur ſui operis initiò: *Carya Civitas Peloponneſi cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit: poſtea Græci per victoriam glorioſè bello liberati, communi conſilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfectis, civitate deleta, Matronas eorum in ſervitutem abduxerunt; nec ſunt paſſi ſtolas, neque ornatus matronales deponere, uti non una triumpho ducerentur, ſed æterno ſervitutis exemplo gravi contumelia preſ-*

Digitized by Google

preſſæ, pœnas pendere viderentur pro civitate. Ideo qui tunc Architecti fuerunt, ædificiis publicis deſignaverunt earum imagines oneri ferundo collocatas, ut etiam poſteris nota pœna peccati Caryatium memoriæ traderetur. Vide *Telamones.*

Casa armata. Vide *Cryptæ.*

Cassarum, i. Munitio exterior, ſive ſeptum circa arcem. Chronicon Piſanum Ughellianum: *Chriſtianus exercitus exultans caſtella duo, & mangana conducit ad Caſſarum.* Et iterum: *Ex caſtellis ergo ſupereminentibus Caſſari magnis turribus, Chriſtiani contra fortiſſimos Saracenorum recollectos in Caſſaro acriter inſtare cœperunt.* Italis *Caſſero.* De qua voce Academici à Furfure: *Ricinta di mura intorno alla rocca, è nel più alta della terra.* Matthæus Villani lib. 8. cap. 43. *I Terrazzani ſpauriti per lo ſubito aſſalto ſi ridaſſono nel Caſſero.* Et pari ſignificatu apud Italos *Caſſo.* Quæ vox non modo extimam illam munitionem, de qua ſuperiùs dixi, verum & concavam ſignificat pectoris partem, coſtis circumdatam. Dantes Inf. cant. 20.

Come il viſo mi ſceſe in lor più baſſo,
Mirabilmente apparve eſſer travolto
Ciaſcun dal mento al principio del Caſſo.

Item dicimus *Caſſero di Galea*, primum in conſtruenda navi contextum trabium, ſive coſtarum. Dictum autem aptè putat Ferrarius *Caſſo* & *Caſſero*, à caudice trunco, vel à capſo, quæ Latina vox eſt, & vallum, ſive ſeptum craticium ſignificat, ut notat Salmaſius ad Spartian. in Hadrian. Feſtus etiam animalium conſeptum explicat: & apud Vellejum habemus, *Incluſa capſo animalia.*

Cassida, æ. Galea. Servius author eſt Græcum eſſe accuſativum, factum tamen à Virgilio nominativum Latinum lib. 11.

Aureus ex humeris ſonat arcus & aurea Vati
Caſſida.

Ad eundem modum legitur apud Propertium:

Aurea cui poſtquam nudavit caſſida frontem.

Longe uſitatiùs tamen eſt ſcribere

Cassis, idis. Dicitur quaſi caſſa, quoniam vacua ſit & inanis; & idcircò ad caput recipiendum idonea. Plaut. in Trinumm. *Pharetram & ſagittas ſumpſero, caſſidem in caput.* Conſule Titulum *Galea.*

Cassis, idis. Pro genere munitionis. Recens militis caſſides vocat opera quædam, & præmunitiunculas ad formam lunæ dimidiatæ plerumque ſtructas. *Mezze lune.* Sic appellantur ab uſu & officio, propterea quod, ut caſſis militum caput, ſic prætenturæ illæ acceſſoriæ tegunt frontem propugnaculi, objectæque ultra foſſam hoſtes tormentis impetunt. Excitantur autem cuneo ad hoſtes porrecto arcuatis brachiis ad noſtri propugnaculum converſis. Longè ab his diſtant forma & officio Parmulæ, *Rivellini.* Hæ ſiquidem è regione cortinę ad eam protegendam collocantur; valloque & lorica cinguntur, quæ opera caſſides non admittunt. Et Lunata quidem, vel ſemilunaria munimenta Antiquis in uſu fuiſſe legitur apud Arrianum lib. 1. *Occuparunt enim pro muro exteriore dejecto interius lateritium ſtruere lunatâ formâ.* Et Appian. in Mithrid. *Cum muri cecidiſſent, Archelaus introrſum ædificari juſſit lunatos alios.* Verùm opera illa Veterum lunata longè diſtant à noſtris caſſidibus, pertinentque potius ad refectiones vel reſciſſiones intra muros, cum noſtrarum caſſidum locus ſit extra cortinæ ambitum. Sunt igitur noſtrates caſſides munitiunculæ inſulares, abſciſſæque & revulſæ ab ipſa arce, ac demum inventæ ad protegenda & obumbranda propugnacula. Jam verò quod commune eſt incommodum atque periculum in omni opere munitorio ſeparato atque reſciſſo, id æquè accidit in caſſidibus, quæ niſi cautè & ritè ſtruantur, exitio magis ſolent eſſe quàm auxilio & tutamini. Accedit quod caſſides remotiores ab Urbe ſunt, teliſque oppidanorum minus obnoxiæ: præterea exigua eorum capacitas & ſpatium non eſt idoneum præſidio valido recipiendo, & copię ſupellectilis repugnatorię ad repellendos hoſtium aſſultus; qui cæteroqui eas ob cauſas faciliùs iiſdem potiri ſolent, atque illis ſemel inſeſſis, vehementiùs ipſum aggredi propugnaculum. Quænam verò adverſùs ejuſmodi detrimenta ſint cautiones & medelæ: & qua potiſſimum ratione ex uſu veræ Pollorceticæ conſtrui oportet caſſides, ſive præmunitiones lunatas, docet Matthias Dogen Architect. Milit. lib. 1.

Castaldus, Castaldius, & Castaldio. Vide *Gaſtaldus.*

Castellamentum, i. Legitur apud Arnobium pag. 75., ubi edulia quædam recenſet: *Ut ſpirulas & botulos facerent, iſicia, Caſtellamenta Lucanica.* Vocat autem ibi Caſtellamenta Lucanica pultes Lucanicis circumdari ſolitas, quemadmodum Urbes muris caſtelliſque ambiuntur. Habes hinc caſtellamenta dici turres, aliaſque munitiunculas certis interſtitiis diſpoſitas in oppidorum muris.

Castellanus, a, um. Quod pertinet ad caſtellum, ut triumphus Caſtellanus, actus ſcilicet de caſtello capto. Cic. de Clar. Orat. *Malim mihi L. Craſſi unam pro M. Curio dictionem, quàm Caſtellanos triumphos duos.*

Castellani. A' Caſtello dicuntur, ut ab oppido oppidani. Liv. lib. 4. Bell. Maced. *Decem millia popularium cum Caſtellanis agreſtibus in armis habuit.* Apud mediæ Latinitatis Scriptores Caſtellani audiunt, qui caſtellorum curam & defenſionem ſuſcipiunt, quos meliùs dixeris Præfectos caſtrorum.

Castellatim. Per caſtella. Liv. lib. 7. *Ut hoſtes & nocturno pavore attonitos, & circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederentur.*

Castellulum, i. Quemadmodum à caſtro fit caſtellum, ſic à caſtello Caſtellula dixere Scriptores Latinobarbari Urbanas vel caſtrenſes munitiunculas. Godefridus Monachus ann. 1219. *Muri firmati ſunt ligneis caſtellulis ac liciis.*

Castellum. A' Caſtro quaſi caſtrellum, eliſâ liquidâ; ut à monſtro monſtellum, pro monſtrello; unde nomen Planti Monſtellariæ. Parvum caſtrum. Non mole ſolùm à caſtris, ſed conſtructione operum ſolet differre. Deeſſe huic quędam propter ipſam exiguitatem neceſſe eſt, quæ in probè munitis caſtris inveniuntur. Non modò ad Principum ſecuritatem in Urbibus; ſed ſeparatim in agris erigi ſolent ad viarum tranſitus. Suos habent milites Stationarios, qui locum cuſtodiunt, & tuta præſtant itinera. *Caſtelli, Forti, Fortini.* Equidem ad caſtrorum ſecuritatem, & rei frumentariæ, pabulationis, lignationis, & aquationis inopiam avertendam vehementer proficit ut ejuſmodi munitiunculis, quę ex congeſtione faſcium, terrâque vallis firmatâ ut plurimum ſolent extrui, muniantur loca viæque,

per

per quas tranſmeare hoſtes neceſſe eſt, ut optimè obſervat Vegetius lib. 3. cap. 8. *Inter præcipua convenit Ducem providere, ſive in caſtris, ſive in Civitate conſiſtat, ut animalium paſcua, ſubvectio frumenti, cæterarumque ſpecierum, aquatio, lignatio, pabulatio ſecura ab hoſtium incurſu reddatur: quod aliter non poteſt evenire, niſi per loca idonea, qua noſtrorum ambulat commeatus, præſidia diſponantur; ſive illa Civitates ſint, ſive caſtella marata. Quod ſi non reperitur antiqua munitia, opportunis locis circumdata majoribus foſſis tumultuaria coſtella firmantur.* Quis verò inter caſtella ſic coofita ſervandus ſit diſtantiæ modus, docet Stevvechius ex libello authoris Anonymi de rebus bellicis: *Eſt præterea inter commoda Reip. utilis limitum cura, ambientium ubique latus imperii, quorum tutelæ aſſidua melius caſtella proſpicient; itaut millenis interjecta paſſibus, hoſtili muro, & firmiſſimis turribus erigantur: quas quidem munitiones poſſeſſorum diſtributa ſollicitudo ſine publico ſumptu conſtituat: Vigiliis in his & agrariis exercendis; ut provinciarum quies circumdata quodam præſidii cingulo, illæſa requieſcat.* Invaluit tamen hodie ut oon tumultuarii operis muoitiones, ſed arces firmioris ſtabiliſque ſtructuræ dicamus Caſtella; tum verò quæ in ipſis Urbibus ad ſecuritatem Principis exædificari ſolent, tum quæ ſolitariè io faſtigiis ferè præruptorum montium, lociſque editioribus coodita inſpieimus. *Caſtello, Fortezza, Rocca.* Vicos etiam pagoſque, ſi paulò ſint munitiores ſic appellamus. Cæſar lib. 2. Bell. Gall. *Cunctis oppidis caſtelliſque deſertis.*

2. Sed hæc fixa ſunt atque ſtabilia caſtella. Ejuſdem appellationis alia inſuper ſunt operis tumultuarii, quæ ad uſum caſtrorum defigi ſolebant ex cædua materia, admiſta ceſpititia. De ejuſmodi caſtellis creberrima legitur commemoratio apud Scriptores. Liv. lib. 25. *Foſſâ valloque circumdare Urbem parant, & caſtella excitant modicis intervallis.* Et lib. 5. *Caſtella primò pauca, poſtea exercitu aucto ereberrima fecerunt.* Et ibidem: *Inde ad Vejos exercitus ductus, denſioraque caſtella facta.* Et iterum ibidem: *Caſtris præerat Virginius, privatim Sergia invíſus infeſtuſque. Is cum pleraque caſtella oppugnata, ſuperatas munitiones &c.* Ad eundem modum Tacitus lib. 3. *Medio cum dilectis eaſtella & munitiones idoneis locis imponens.* Et ibidem: *Diſpoſitis eaſtellis per expeditos & ſolitudinum ignaros.* Clariſſimè vero Cieero Philipp. *Aditus hoſtium coſtellis & aggeribus probibetur.* Hoc plane illud eſt munitionum genus, quod hodie io circumvallatione & metatione caſtrenſi valde uſitatum appellamus *Fortini.*

3. Colligebatur itaque is potiſſimum fructus ex memoratis caſtellis, ut pabulatio abunde ſuppeteret; ad quem uſum prælongus agger adversùs Cæſarianum militem à Pompejo ductus legitur apud Cæſarem de Bell. Civil. lib. 3. *Caſtellis viginti quatuor effectis, quindecim millia paſſuum circuitum amplexus, hoc ſpatio pabulabantur; multa. quæ erant intra eum locum manu ſata, quibus interim jumenta paſcerentur.* Proficiunt item ad frumentationem hoſti intercludendam, quem à ſimili munitione fructum decerpſit Pompejus adversùs eopias Mithridatis. Appian. de Bell. Mithrid. *Pompejus verò poſt ſe commeatus deferri juſſerat; progreſſus deinde ad Orientalem Regni tractum vallum centum & quinquaginta ſtadiorum crebris eaſtellis diſtinctum Regi eircumdedit, ut difficilem ei frumentationem redderet. Id opus Rex non impediit, ſive metu, ſive imprudentia, quæ plerumque ſolet calamitatem antecedere: cumque rurſum laboraret inopia, quidquid jumentorum habebat, mactavit, equis tantùm ſervatis. Ad hunc modum vix per integras quinquaginta dies ſublevatus aufugit noctu cum magno ſilentio per vias difficiles.* In acie verò illud inprimis emolumeotum afferunt, ut latera tergumque minimè deoudatum milites habeant, prohibeantque acceſſum hoſti irrumpenti. Ad hunc modum eavit ſibi Cæſar adversùs Pompejum, ut idem tradit de Bell. Civil. lib. 3. *Ab utroque latere ejus eollis tranſverſam foſſam obduxit quadringentorum circiter paſſuum; & ad extremas foſſas caſtella conſtituit, ibique tormenta callocavit; ne cum aciem inſtruxiſſet, hoſtes à lateribus, ſuos pugnantes eircumvenire poſſent.* Illud poſtremò non contemnendum, quod hoſti tranſitum & iter impediant; quod fuit Cæſaris coofilium dimicantis adversùs Helvetios, ut ipſe teſtatur de Bell. Gall. lib. 1. *A lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit, ad Montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, murum in altitudinem ſexdecim pedum, foſſamque perduxit. Eo opere perfecto præſidia diſponit, Caſtella communit, quo facilius, ſi ſe invito tranſire conarentur, prohiberi poſſent.* Vide *Caſtellum cæſpititium*, & *Reductus.*

Castellum cæspititium. Latinè dices munitiunculas, quas Itali vocamus *Fortini*. Fiunt autem ſtructurâ ferè tumultuariâ ex terra aggeſtitia, cum interjectis ad temporariam firmitudinem faſcibus, ſudibuſque in terram defixis. Non habent hujuſmodi opera receptus, reſciſſiones, & defeoſionum lioeas ex accurata præſcriptione Architecturæ militaris. Ab electione ſitus duntaxat, & promptitudine militum, qui ea tuentur, commendantur. Hoc genere munitionum per certa intervalla diſpoſitarum defendi ſolent lineæ ad limites tuendos, quas appellant *Cordoni*. Vide *Caſtellum*.

Castor, et Pollux. Jovis & Lædæ filii, Heleoæ fratres. Caſtor pugilatu ioter cæteros claruit: Pollux equorum fuit primus, ut multi ſcribuot, agitator. Horat. 1. 15.

Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem.

Nautis præſuot, quoniam primi adversùs piratas ſuſcepto bello, eoſdem ingenti cum clade fugarunt. Profecti ad Colchicam expeditiooem cum aliis Argooautis exortam procellam ſedarunt. Hinc fabulæ locus, ioter Deos cooptatos fuiſſe, & cœleſtis ſigni loeum ioter ſidera obtinere, quod Gemioi dicitur, & oavigantibus eſt impensè propitium. Horat. lib. 1. 3.

Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
Ventorumque regat Pater.

Et alibi:

quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit,
Defluit ſaxis agitatus humor,
Concidunt venti, fugiuntque nubes,
Et minax, nam ſic voluere, ponto
Unda recumbit.

Claudian de Bell. Gildon.

cæca ſub nocte vocati
Naufraga Lædæi ſuſtentant vela Lacones.

Neque ſolùm tempeſtatibus & adverſo mari laboran-

rantibus , verum & arma exercentibus opportuno auxilio opitulari crediti ſunt . Ælian. lib. 1. Var.Hiſtor. *Velocius perſequentes appareamus miſeris , quaſi Dioſcuri Salvatores & opiferi ſalutem ferentes, quod communi proverbio de his Diis vulgatum eſt* . Ædem ſacram habuerunt in foro Romano , eujus hæc traditur cauſa , Cum ab Aulo Poſthumio Dictatore bellum gereretur adversùs Mamilium Tuſculanum Latinorum Ducem , duo egregii juvenes præſtanti forma, & quæ pluſquam mortalis videretur , Romanum Equitatum præcedere , hoſtemque ferire ſunt viſi . Iidem peracto prœlio adfuerunt in Foro Romano, equis ſudore manantibus , pugnamque Romanorum adversùs Latinos , & illorum victoriam nunciarunt . Senatus certior factus à Poſthumio , eos eſſe , qui inter prœliandum ante primos Ordines hoſtem adoriebantur , facili conjectura Deos , & quidem Caſtorem & Pollucem fuiſſe opinatus eſt . Ideo templum iiſdem in Foro Romano , ubi apparuerunt eſt collocatum . Sed præſtat de eodem eventu audire Florum lib. 1. cap. 11. *Ea demum atrocitas fuit prælii , ut interfuiſſe ſpectaculo Deos fama tradiderit ; duos in candidis equis Caſtorem atque Pollucem nemo dubitarit . Itaque & Imperator veneratus eſt, pactuſque Victoriam templa promiſit, & reddidit plane quaſi Commilitonibus Diis ſtipendium* . Memoratum templum licet Caſtori & Polluci indiſcriminatim fuerit conditum , appellatione tamen populari Ædes tantùm Caſtoris dicebatur . Ex quo faceti ſſimum habemus jocum M. Bibuli apud Svetonium , qui Collega cum eſſet C. Cæſaris , collatoque ære atque conjunctim venationes & ludos publicos edidiſſent , ſoluſque Cæſar omnem ſumptuum atque magnificentiæ gratiam caperet , ajebat ſibi eveniſſe aliquid Polluci ſimile . Cum enim geminis fratribus locata in foro Romano Ædes eſſet , ſolus tamen Caſtor eo nomine & laude gauderet .

Castra , æ . Navis Bellica . Vide *Rada* .

Castaa , orum . Cic. Epiſt. 15. *Vallo & foſſâ oppidum circumdedi , ſex caſtellis , Caſtriſque maximis ſepſi* . Locus , ubi milites figunt tentoria : à caſtri ſeu caſtelli ſimilitudine ; quoniam vallo & foſſa muniebantur . Cæſar Scaliger caſtra à caſis dicta putat: quia ſcenas ſive umbracula militaria Veteres Caſas appellabant. Pontanus in Actio à claudendo dicta cenſet; nam foſsâ & vallo erant clauſa . Vide *Caſtrametor* .

Castra , orum . Sæpe ſumuntur pro itinere unius diei vel noctis a caſtris æſtivis , quæ mutabantur ferè quotidie . Vide *Caſtrametor*. 4.

Castra Lecticariorum . Vide *Lecticarii* .

Castra movere . Formula eſt militaris , quæ profectionem copiarum indicat . Cæſar lib. 1. de Bell.Gallic. *Nonnulli etiam Cæſari renunciabant, cum caſtra moveri ac ſigna ferri juberet , non fore dicto audientes milites* . Cic. lib. 6. in Verr. *Ille ex Sicilia caſtra jam moverat , & vaſa collegerat*. Cæſar lib. 3. Bell. Civil. *Simulavit ſeſe anguſtiis rei frumentariæ adductum Caſtra movere , vaſiſque militari more conclamatis &c.*

Castrametoa , aris . Caſtrametari dixit Livius . Sed dubitatur utrum unica , an duplex ſit dictio . Neque enim, ſi duplex eſt , tutum eſſet dicere Caſtrametatio ; quæ tamen occurrit in titulo : *Hyginii Gromaticus , ſive de Caſtrametatione liber* . Quidam vocabuli *Caſtrametor* Vitruvium Authorem perhibent . Sed nec ipſi locum producunt , nec ab ſe repertum teſtantur alii , Vitruvio diligenter excuſſo . Sanius feceris , ſi eas voces diviſeris. Caſtra ad fluvium, Caſtra in aperta planitie metari ſcriptum lego . *Metator Caſtrorum* dixit Cicero . Caſtra in loco , quantum fieri poterat , aquationi & pabulationi opportuno à Romanis figebantur . Pars ejus ſpatii editioris proſpectus, firmioriſque munimenti pro Imperatoris tentorio capiebatur . Quadratum illud erat ; quemadmodum etiam tentoria Tribunorum . Tentoria militum pellibus fere aptabantur : unde Formulę : *eſſe ſub pellibus : ſub pellibus retinere militem* . Portas caſtra Romanorum habebant ut plurimum quatuor . Prętoria , vel Quęſtoria prima erat . Ea è conſpectu hoſtium dirigebatur . Decumana altera , è qua deſertores & facinoroſi educebantur . Tertia Principalis dicta , è qua Principes, & ſummi Duces , velut è poſtico , ſi quando opus eſſet , laborantibus militibus opem ferebant . Quarta erat poſt Prætoriam , & dicebatur Quinctana , per quam in caſtra invehi omnis copia venalis ſolebat . Vide *Portæ Caſtrenſes* . In capiendis metandiſque caſtris ſingularem ſolertiam & laudem Philopœmeni attribuit Livius Dec. 4. lib. 5. *Erat autem Philopæmenes præcipuæ in ducendo agmine , lociſque capiendis ſolertiæ , atque uſus : nec belli tantùm temporibus , ſed etiam in pace ſe ad id maxime exercuerat . Ubi iter copiam faceret , & ad difficilem tranſitu ſaltum veniſſet , contemplatus ab omni parte loci naturam , cum ſolus iret , ſecum ipſe agitabat animo ; cum comites haberet , ab iis quærebat ; ſi hoſtis eo loco apparuiſſet , quid ſi à fronte , quid ſi ab latere hoc , aut illo , quid ſi à tergo adoriretur , capiendum conſilii foret ? Poſſe hoſtes inſtructos recta acie , poſſe in conditum agmen , & tantum modo aptum viæ occurrere , quem locum ipſe capturus eſſet cogitando , aut quærendo exequebatur : aut quot armatis , aut quo genere armorum (plurimum enim intereſſe) uſurus ; quò impedimenta , quò ſarcinas, quò turbam inermem trajiceret : quanto ea , aut quali præſidio cuſtodiret , & utrum pergere qua cœpiſſet ire viâ , an eâ , qua veniſſet , repetere melius eſſet . Caſtris quoque quem locum caperet : quantum munimento amplecteretur loci , quà opportuna aquatio , quà pabuli , lignorumque copia eſſet , quà poſtero die caſtra moventi tutum maxime iter , quæ forma agminis eſſet . His curis cogitationibuſque ita ab ineunte ætate animum agitaverat , ut nulla ei nova in tali re cogitatio eſſet* .

2. Nego certè diſciplinam & ordinem magis eſſe ſervandam in acie & itinere , quam in caſtris metandis . Nego item rectam congruentemque locorum diſpoſitionem in Urbibus oppidiſque magis vel deſiderari vel exigi , quàm in collocatione caſtrorum. Ut enim in Urbibus ſacra à profanis , publica à privatis , tum vias , porticus , omniſque generis ædificia ut ſcite prohèque diſcernat digeratque , non parum deſudat Architectura civica & magnificentia Principum , ſic operoſiſſimi laboris res eſt ex prędeptis Gromaticę & Podyſmo aptam nanciſci dimenſionem caſtrorum , ut eadem ſint & victori militi ſatis amplum receptaculum , & victo fuſoque abundè tutum perfugium . Deſignanda pediti , equiti , magiſtratibus , legatis , rebuſque venalibus , & Juri dicundo idonea loca , ut unicuique facile obviumque ſit convenire Præfectos ſuos , adire

tri-

tribunal vel forum, eaque fere agere, quæ in præmagnis Urbibus actitare per otium oppidani ſolent.

3. Ex univerſis omnino partibus militię ad rectam rationem exactæ haud ſatis ſcio an ulla ſit majoris momenti, & à cujus neglectu majora promanent incommoda, quàm diligens & accurata caſtrorum metatio. Licet autem omnes fere Scriptores militares in ea commendanda rei bellicæ parte ſingulare ſtudium & operam collocent, quantique in ea nihil peccari publicæ felicitatis interſit, edoceant, nobis pro omnibus omnium documentis atque præſcriptionibus memorabile ſit illud effatum Livii lib. 44. *Majores veſtri, caſtra munita, portum ad omnes caſus exercitus ducebant eſſe: unde ad pugnam exirent, quo jactati tempeſtate pugnæ receptum haberent. Ideo cum munimentis ea ſepiſſent, præſidio quoque valido firmabant. Quod qui caſtris exutus erat, etiamſi pugnanda acie viciſſet, pro victo haberetur. Caſtra ſunt victori receptaculum, victo perfugium. Quam multi exercitus, quibus minus proſpera pugnæ fortuna fuit, intra vallum compulſi, tempore ſuo, interdum momento poſt eruptione facta, victorem hoſtem pepulerunt. Patria altera eſt militaris hæc ſedes, vallumque pro mœnibus; & tentorium ſuum cuique militi domus ac penates ſunt.* Libet adjicere ſolenne illud Scipionis exemplum, qui dimicaturus contra Syphacem Regem, Ducem ex omni parte ſolertiſſimum, & cujus ille potentiam plurimi faciebat, ut eundem tutò falleret ac ſuperaret, ſpecie & obtentu honorificæ legationis Lælium ad eum miſit cum adjunctis ſelectiſſimis quibuſque Centurionibus ac Tribunis, qui illum ſervili habitu comitarentur, ſed verè ut omni ſtudio adhibito diligenter obſervarent atque perſpicerent, quæ in regiis caſtris notatu digna eſſent. Qui poſtquam munimenta omnia & caſtrorum poſitionem accuratè ſerutati ſunt, ad Scipionem regreſſi de univerſa caſtrorum hoſtilium diſpoſitione Ducem ſuum edocuerunt. Is porrò eo aſtu feliciter uſus, facili negotio Syphacis copias disjecit, conſilio fortaſſe magis, quàm ſuperante ſuorum virtute, partâ victoriâ. Meritò proinde Caſtrametatio Gymnaſium, Palæſtra, & diſciplinæ militaris domicilium appellata eſt. Quantumvis verò omnium militarium conſiliorum atque facinorum illa ſit mater & procreatrix, ad eam nihilominus probè ſtatuendam deſigendamque peritiæ doctrinæque militaris nervi omnes debent intendi. Quis autem primus mortalium, caſtrorum certo in loco certiſque legibus ſtatuendorum author fuerit, non ita facilè ſtatuerim. Patritius Parallel. Milit. part. 2. lib. 21. eò inclinat, ut prima caſtrorum diſpoſitio à Cyro Perſarum Rege facta, & diligenter pro ea temporis vetuſtate ordinata fuerit. Refert illam atque deſcribit Xenophon lib. 8., eandemque in ſuas partes digeſtam naviter exhibet ſupra memoratus Patritius. Frontinus Pyrrhum Epirotarum Regem caſtrorum metandorum authorem fuiſſe tradit. Sic enim de illo loquitur lib. 4. cap. 1. *Caſtra antiquitùs Romani paſſim per corpora cohortium, veluti mapalia conſtituere ſoliti erant: Pyrrhus Epirotarum Rex primus totum exercitum ſub eodem vallo continere inſtituit. Romani deinde, victo eo in campis Aruſinis, caſtris ejus potiti, & ordinatione notata, paulatim ad hanc uſque metationem, quæ nunc eſt, pervenerunt.* Quæ Frontini verba, ſi veritati ſunt conſona, mirandum plane eſt, quod traditur à Plutarcho in vita ejuſdem Pyrrhi: nimirum eum Regem magnopere obſtupuiſſe normam legeſque militares Romanorum in caſtris ſtatuendis. Sic autem Plutarchus: *Ordinationem, & ſtationes, & diſpoſitionem Romanorum, & figuram ipſam caſtrorum admiratus eſt: & proximum amicorum affatus: O Megacles, inquit, hic ordo Barbarorum non eſt barbarus.* Similia fere habet Livius lib. 31. de Romanorum caſtris à Philippo Macedonum Rege conſpectis: *Subjecta cernens Romana caſtra, admiratus eſſe dicitur & univerſam ſpeciem caſtrorum, & deſcripta ſuis quæque partibus: & negaſſe Barbarorum ea caſtra ulli videri poſſe.* Ad hæc ex eodem Livio & Dionyſio conſtat, Romanos etiam ſub Regibus, ac certe ſtatim poſt exactos Reges caſtra habuiſſe vallo & foſsâ præcincta. Quæ ſi vera ſunt, aut ante Pyrrhum caſtrametandi diſciplina floruit apud Romanos; aut certè non admodum abſoluta prior illa fuit; ut perſpecta poſtea caſtrametatione Pyrrhi, ſua caſtra diligentiùs communire ab eo Rege, qui ejus rei longè peritiſſimus ſanè fuit, Romani didicerint.

4. Cæterum caſtrorum duplex genus fuit: Æſtiva altera, altera Hiberna. Prima ad unam fere noctem tranſigendam conſtructa: illud enim expeditionum, bellique tractandi tempus idoneum eſt. Hinc nomen *Caſtra* pro certo quodam itineris ſpatio; ex quo Formulæ illæ: *Primis, Secundis, Tertiis Caſtris*, pro primo, ſecundo, tertio die exercitus commeantis. Quæ loca ad quieſcendum capta à militibus poſterioris ævi Scriptores dixere Manſiones. Vide *Manſio*. Quod ſi diutiùs copiis militaribus erat ſubſiſtendum, captus ille ad quieſcendum à militibus locus ab ipſa re nuncupabatur Stativa. Alterum verò caſtrorum genus, hiberna, hibernacula, hiemalia, ab ipſo dicitur hiemis tempore. Hoc genus manſionis eſt diuturnæ, cum eo tempore intermitti ſoleant munia militaria, & detineri milites tutis in locis atque munitis. Proinde, quemadmodum Stativa, & Manſiones in tabernaculis ferè tranſigebantur obvio apertoque in loco; ſic Hiberna firmius erant & ſolidius receptaculum in Oppidis: aut, ſi neceſſitas poſceret in agris vel planitie detineri militem, captus ad ſubſiſtendum regionis circuitus longè ſolidiùs firmiùſque communiebatur ad arcendas ventorum & aeris inclementioris injurias.

5. Quo loco non eſt prætereundum Romanos Vejenti primum bello, quod contigit Anno Urbis 358., hieme etiam illud continuaſſe & hibernare cœpiſſe ſub pellibus. Liv. lib. 5. *Hibernacula etiam, res nova Romano militi, ædificari cœpta.* Et Florus lib. 1. cap. 12. *Tunc primum hiematum ſub pellibus, taxata ſtipendio hiberna.* Nimirum ante ea tempora deponebant hieme arma, à militiaque ceſſabant, ac dimitti ſolebant milites domum ad res ſuas, parentes, liberos reviſendos. Ex quo illa apud Livium Tribunorum querela: *Militem Romanum in opere ac labore, nivibus, pruiniſque obrutum ſub pellibus durare; ne hiemis quidem ſpatio, quæ omnium bellorum terra marique ſit quies, arma deponentem.*

6. In eo vel maxime in deſignandis capiendiſque caſtris Romani ab aliis Nationibus diſcreparunt, quòd illi certam Caſtrorum figu-

ram, eamque perpetuam ubicumque militarent; & arte magis quàm naturâ munitam conſectarentur. Ea verò figura, florente Republica, in caſtris Romanis quadrata ſemper fuit, cum iiſdem ſemper portis, ſectionibus viarum, dimenſionibus & poſitura tabernaculorum, tum quæ Ducibus ipſis, tum quæ militibus deſervirent. Auctior quidem minorque ſitus erat caſtrorum pro legionum numero, verùm eadem ſemper & ubique forma; ut planè non minus nota militibus eſſent caſtra Romana, quàm Civibua urbs ipſa Roma. Imò urbis ſpecimen verum & omnimodam fere ſimilitudinem ipſa referebant Caſtra, ubi nihil non affatim ſuppeteret ad quoſcumque uſus vitæ ſocialis, & omnis generis miniſteria obeunda. Quod autem Lipſius, & alii monent, nunquam variatum fuiſſe in forma atque figura caſtrorum apud Romanos, id ſcilicet intelligendum eſt florentibus Reipublicæ temporibus; cum liquidum ſit ſæpiuſculè in ea forma atque figura fuiſſe poſtea varietatem factam. Certè Cæſar lunatia caſtris Thapſum circummunivit, ut conſtat in Hiſtoria belli Africani. Vegetius autem clarè præcipit lib. 2. cap. 23. interdum quadrata, interdum trigona, interdum ſemirotunda, prout loci qualitas aut neceſſitas poſtulaverit, Caſtra eſſe facienda. Perſæ verò, ut conſtat ex poſitura Caſtrorum Cyri apud Xenophontem, nihil certum, nihil perpetuum aut deliberatum habebant in caſtris deſigendis; verùm Regionum, ſituſque naturam ſecuti, pro locorum diverſitate diverſum in modum caſtra locabant. In iis verò ſtatuendis non tam artis, ſolertiæ, atque ſtructuræ, quàm naturæ ipſius rationem habebant, ea reputantes fore firmiſſima, quæ ab ipſa Natura objectu montium, interjectu fluminum, uberis ſoli propinquitate, facili aquationis & lignationis paratu, apte ſatis & firmiter munirentur. Verùm quoniam ad cæterarum nationum invidiam in ponendis providè caſtris Romanorum Reſpublica floruit, eorum formam quam diligentiſſimè à Polybio expoſitam ſtudioſo Lectori ejuſdem Hiſtorici verbis exhibebimus: *Eſt autem metatio caſtrorum ejuſmodi. Loci ſemper, quem caſtris dilegerint, aptiſſimam & commodiſſimam partem aſpectui ſimul & juſſioni, eam ſibi vindicat Prætorium. Signo autem poſito, ubi id defixuri ſunt menſura definitur circum id ſignum quadratum ſpatium, ſic ut omnia latera à ſigno centum pedes abſint, fiatque tota ipſa area ſive pedatura jugerum quaternûm. Ad hujus figuræ ſemper unum adſpectum, & latus, quod optimum videatur aquationi & pabulationi, locantur Romanæ legiones hunc in modum. Cum ſex Tribuni ſint in legione, ut diximus; & duæ ſint utique legiones ipſius Conſulis; liquet duodecim Tribunos alteri Conſulum in militia adeſſe. Collocant horum tabernacula ad unam rectam lineam omnia, quæ parallela ſit & paridiſtans lateri quadrati in hanc rem capto. Diſtet autem ab eo quinquaginta pedes: equis ſcilicet & jumentis, & reliquis Tribunorum impedimentis locandis. Tabernacula autem prædicta figuræ averſa ponuntur, ut extrorſum ſpectent. Quod ſit & appelletur ſemel à nobis totius figuræ caſtrenſis frons & facies. Diſtant inter ſe Tribunorum tentoria æqualiter, & eò producuntur, ut omne ſpatium attingant Romanarum Legionum. At qui ponè Tribunorum tentoria locus jacet, & ex utraque parte Prætorio adjacet, ejus una pars Foro deſtinatur, altera Quæſtori ejuſque apparitoribus. Ab utroque verò extremo Tribunorum tabernaculo, retrò quaſi inflexam metationem habent Extraordinariorum equitum Ablecti, & quidam ex iis, qui ultrò ac ſponte in gratiam Conſulum militant. Hi omnes locantur & ſpectant tranſverſa latera, alii Quæſtorium intuentes, alii Forum. Plerumque autem evenit, iſtos non modò metari circa Conſules, ſed & in agmine & viâ faciendâ, aliiſque adminiſtrationibus curare atque agere apud Conſulem & Quæſtorem: opponuntur iſtis in vallum ſpectantes conſimilem prædictis uſum præbentes pedites. Supra deinde utroſque via relinquitur lata pedes centum, parallela Tribunorum tentoriis, ad utrumque autem Fori latus, & Prætorii, & Quæſtorii pertingens, & ad omnes dicti valli partes. Ad ſuperum hujus viæ latus Sociorum equites extraordinarii metantur, Forum verſus aſpicientes, & Prætorium & Quæſtorium. Circa mediam horum metaturam, & è regione ipſius Prætorii via relinquitur quinquaginta pedum, quæ fert ad poſtica caſtrorum, ordine autem & ſitu rectangula eſt prædictæ viæ latæ. His demum equitibus averſi locantur ſociorum extraordinarii pedites, aſpicientes vallum & tergum caſtrorum. Quod autem ſuperat vacuum ex utraque harum partium ad latera tranſverſa, id datur extraneis, & ſiquis ſubito & ex tempore ſocius advenerit. Iterum cum dimenſi fuerint centum pedes antrorſus legiones verſus, tum à linea recta ſpatium hoc finiente (quæ linea reſpondeat & parallela ſit Tribunorum tentoriis) à linea illa, duo ordinantur facere caſtra, & domicilia legionum, hoc modo adminiſtrantes. Cum diviſerunt prædictam lineam rectam in duas partes, ab hac ſectione & ſigno rectis ad lineam angulis Equites utriuſque legionis adverſos inter ſe locant, quinquaginta pedum intervallo: ſic ut mediam faciant ſectionem ipſam ejus intervalli. Eſt autem metatio tentoriorum tam equitum quàm peditum ſimilis. Fit enim univerſa figura & Manipuli & Turmæ quadrata. Aſpicit verò in vias ſive exitus, & habet longitudinem definitam, & certam illam quæ ad viam. Eſt enim centum pedum. Plurimum verò & latitudinem adæquare conantur, præterquam in ſociis. Quod ſi legionibus magis plenis & numeroſis utantur, pro rata ad longitudinem & latitudinem adjiciunt. Facta igitur hac locatione equitum ad media tabernacula Tribunorum, quaſi ſtriga aut vico tranſverſario ad dictam rectam lineam (re enim ipſa vicis aſſimilatur hæc figura viarum, ab utraque parte & Manipulorum & Turmarum in longum ſe extendentium) tum dictis equitibus à terga Triarios utriuſque legionis adponunt, quemque manipulum cuique Turmæ, figura pari. Sic quidem ut figuræ ſe mutuò tangant, ſed Triarii in alteram partem aſpiciant Equitibus obverſi. Faciunt etiam dimidium latitudinis pro longitudine in quorumque manipulo, quia Triarii numero dimidiati ſunt ad manipulos alios. Itaque cum numero ſæpe impari ſint ipſi viri, tamen longitudinem æqualem eſſe contingit, quoniam latitudinem variant. Atque iterum quinquaginta pedes ab iis utriſque abſcedentes, oppoſitos & adverſos Triariis locant Principes. His ipſis ſpectantibus & vergentibus in ſpatia atque intervalla jam dicta, duo iſti iterum vici fiunt, initium quidem capientes ab eadem recta linea, & ingreſſus eoſdem cum*

ejus-

Digitized by Google

equitibus, ex ſpatio illo centumpede, quod ante Tribunos eſt, deſinentes porrò finienteſque in partem latuſque caſtrorum, Tribunis oppoſitum, quod ab initio diximus velut frontem eſſe figuræ totius. Secundum Principes verò, iterum averſos locant Haſtatos; figuris tamen & areis contingentibus ſe & junctis. Cum autem decem manipulos ſingulæ partes ac ſtrigæ habeant ex dicta diviſione, efficitur ut omnes vici æquales ſint longitudine, itemque fines & deſinentiæ pares in latere caſtrorum ad frontem. In quam verſos etiam extremos manipulos locant. Ab Haſtatis rurſus quinquaginta pedum intervallo ſociorum equites ponunt adverſos illis, initium facientes ab eadem recta linea, & deſinentes in recta. Eſt autem multitudo ſociorum, ut prædixi, peditum quidem par Romanis legionibus, exceptis tamen detractiſque Extraordinariis; Equitum vero dupla, his quoque tamen ut detrahas tertiam partem in electos. Ideoque & latitudinem iſtis augentes in figuris caſtrenſibus, conantur longitudine exæquare legionibus Romanis. Abſolutis igitur omnibus quinque viis, iterum averſos ab equitibus locant peditum ſocialium manipulos, augentes latitudinem proportione, aſpectum habentes vallum verſùs, & utramque faciem, aut latus tranſverſum. In omni autem manipulo, prima ab utraque parte tentoria Centuriones habent. Ad prædictum verò modum locantes ad quodque latus ſextam Turmam, à Quinta pedibus quinquaginta eam abducunt. Similiter & peditum manipulos, ut fiat alia via per medias legiones, tranſverſa quidem quoad ſtrigas, ſed parallela tentoriis Tribunorum: quam appellant Quintanam, quod quinque illos ordines ſecat & pervadit. Ejuſmodi Polybianæ deſcriptionis Caſtrorum vide Schediaſma apud Lipſium de Milit. Rom. lib. 5. Dialog. 4. Et Romani quidem, ut vides, Caſtrorum formam quadratam ſive quadrangulam, & æquilateram adhibuerunt. Contra verò Græci rotundis fere caſtris uſi ſunt; præcipuè verò Spartani ex inſtituto Lycurgi, de quibus ſic ſcribit Xenophon de Rep. Laced. *Dicam & quomodo caſtra poni oportere cenſuerit Lycurgus. Quia enim angulos diſpoſiti loci inutiles arbitrabatur in orbem magis caſtra ponebat, niſi aut mons aliquis tutamen daret, aut murus, aut fluvium à tergo haberent.*

7. Non haſce solùm, ſed alias formas caſtrorum ſua viguiſſe ætate tradit Vegetius lib. 3. cap. 8. *Pro neceſſitate loci vel quadrata, vel rotunda, vel oblonga caſtra conſtitues.* Oblongam autem dicit non quæ ovatæ ſit figuræ, ſed quæ, ut ipſe mox addocet, ultra latitudinis ſpatium tertiam partem longitudinis habet adjectam. Quod attinet Sociorum auxilia; vel ii conjunctim cum legionibus egreſſi ſimul devenerunt ad loca caſtris ſtabiliendis electa; vel Romanis legionibus jam in caſtris degentibus ſuperveniebant; utrolibet adeſſent modo variabatur Sociorum auctu non dubiè caſtrorum metatio. Id verò non una ſemper ratione factum eſt. Nam quemadmodum tradit Polybius, interdum totum Forum uſque ad Prætorium ſocii complebant. Quandoque augebatur latitudo caſtrorum, ut bina veluti caſtra eſſent, ſed uno dumtaxat incluſa vallo, legionibus ſociiſque mutuo ſe nexu à tergo jungentibus. Simile quidpiam contingebat ubi gemini Conſules cum ſuis quiſque legionibus in caſtris erant. Ad hanc formam cum ad Pompejum veniſſet Scipio Imperator, Pompejus, ut exponit Cæſar lib. 3. Bell. Civil., *receptis omnibus in una caſtra legionibus, ille ſuum cum Scipione honorem partitur, claſſicumque apud eum cani, & alterum jubet Prætorium tendi.* Eadem fermè habet Dio lib. 53. de Auguſto & Agrippa: *Siquando ſimul ad bellum irent, tabernaculum ſui ſimile dabat, & ſignum ab utroque peti jubebat.* Profectò conſtat aliquid habuiſſe diſcriminis metationem caſtrorum apud Romanos, cum gemini Conſules ſua jungerent caſtra, à metatione Conſularium exercituum diviſorum. Explicat id clarè Polybius: *Quando contingit ambos Conſules ſimul caſtra habere; metari ſemper eo modo conſueverunt, quem expoſuimus ſupra. At cum ſeorſim caſtra metantur, cætera quidem locant, ut diximus, Forum verò & Quæſtorium, Prætoriumque in medio ponunt.* Polybius autem hic non ſimplicium caſtrorum, ſed conjunctorum metationem prolixa illa ſua narratione deſcribit.

8. Jam verò munditiæ in caſtris ſervandæ non poſtrema erat apud Romanos cura; qui nimirum probè ſcirent quanti id referret ad corporum ſalubritatem aſſerendam, ac milites in officio detinendos; cum hi noſcerent Ducum ſuorum providentiâ nihil in tabernaculis deſiderari; provideri que omnia, non modo naviter quoad bellicam diſciplinam, ſed etiam diligenter quoad reliqua humana commoda uſuſque vivendi. Nihil proinde ſordium in tabernaculis, in viis, & ſectionibus patiebantur. Præcipuam verò curam habebant Principiorum, qui celeberrimus erat in caſtris locus, & Juri dicundo attributus; propterea ne perpetuo attritu aſſiduiſque itationibus pulvis aut lutum contraheretur, vias in dies aſpergi mundarique mandabant. Id verò accuratiùs obſervabant in Stativis, aut Hibernis, ubi ſcilicet mora erat diuturnior. Iſtuc etiam ſpectabat conſuetudo extra caſtra vallumque egerendi ventrium ſordes per diem. Quod ſi per noctem ad id urgerentur, in ſuis quique tentoriis in vaſa ejuſmodi ſordes conjiciebant, quæ poſtea ſervi militares tranſportabant extra foſſam ambitumque caſtrorum. Romana hæc diligentia longè ſuperabat mores Græcorum, qui negligentiùs corporum neceſſitates curabant, quemadmodum de Spartanis tradit Xenophon: *Atque nos, qui ad neceſſaria ſecedunt non oportet mirari, quod haud longius ab aliis, aut ab armis ſuis recedant, quamquod ſatis ſit ne nares offendant: hoc enim ſecuritatis cauſâ faciunt, & ne excipiantur.* Jam quod attinet Principia, Forum, vias, & ſectiones in caſtris, tametſi non ea eſſent lapidibus ſtrata, quod immenſi fuiſſet operis ac laboris, nec facere potuiſſet ad eam temporis brevitatem, quam defigenda caſtra depoſcunt; conſtructa tamen erant opere ceſpititio, interjectâ glareâ atque lapide, ſi eorum copiam locus præberet, pararique facilè ac tumultuaria ferè opera poſſent. Julius quidem Cæſar ea loca ſectilia & teſſellata in Caſtris habuiſſe ſe meminit. Verum hoc Cæſariani fuit ingenii, qui in rebus omnibus ſummam amabat magnificentiam. Ad hanc caſtrorum tractationem faciunt Stationes, Excubiæ & Vigiliæ Caſtrenſes: tum Teſſera, & Circitores, quæ omnia videnda ſunt propriis in locis.

9. Ubi tamen nuda præſidio regio occurrit, neque aut interventu amnis, aut clivorum aſperitate munitus eſt locus, ratio tunc, totumque robur validè conſepiendorum ordinum petendum

eſt à Ducis peritia, & laboribus manipularium. Prodigio certe ſimile idcircò fuit in Caſtrenſi Romanorum diſciplina, ita promptè expeditèque habere omnia ad figenda atque communienda tentoria, ut in qualibet materia, quæ ex uſu eſſe poſſet comportata, valliſque præcipuè à ſingulis militum ſecum allatis, validiſſimam ſecum Civitatem vehere exercitus progrediens videretur. Laudavit id in Romanis Cornazanus lib. 5. cap. 1.

Ne convien, che quel Duce, che vá a guerra,
Aſpetti ſempre per alloggiamento
Trovar Cittade, over murata terra.
Forza è farſi da ſe provedimento:
Che, poſtoche t'aſſedii il tuo nimico,
Vagliono in caſa tua duo contra cento.
Prudentiſſimo in queſto il tempo antico
Fu ſopra modo, che 'l vallo con eſſo
Di via in via portò, di vico in vico:
E fitto quel dal Cavalier ben ſpeſſo
Secondo l'ordine era, gli parea
In fortiſſima terra eſſerſi meſſo.
Si che quell'età prima dir potea
Ovunque col ſuo campo ella fermaſſe,
Ch'una Città con ſe murata havea.
Son queſte uſanze più dell'altre caſſe:
N'è maraviglia, ſe fin nelle tende
Viene 'l nemico, e ſpeſſo eccidio faſſe.

Qua ratione locus caſtris caperetur apud Cæſares & Principes Byzantinos, exponimus in voce *Megadomeſticus*. Manſiones, ad diuturni præſertim uſuram temporis, figendæ non ſunt in regione deliciis exuberante; ne otio & voluptatibus militaris vigor diffluat, & infringatur. Peſſum ea peſtis Annibalem dedit, qui in Campaniæ illecebris ſuam Trebiam, ſuum Thraſymenum, & Cannas invenit; eo minus commiſeratione dignus, quod miſerrimum fecerit ipſa felicitas. Exadverſum ſaluberrimo conſilio Gn. Manlius Aſiaticum bellum quanta maximè potuit feſtinatione confecit, ne Provinciæ amenitas exercitum victorem attereret,

10. Caſtrametari Itali dicunt, *Attendare*, *Accampare*, *Alloggiare*. Hoc autem non ſolùm neutra & paſſiva ſignificatione; Joannes Villani lib. 3, cap. 1. *Rimoſe all'aſſedio con ſua gente nel piano, ove era prima accampato*; verùm etiam activà. Petrarcha:

All'ultimo biſogno, ò miſera alma,
Accampa ogni tuo ingegno, ogni tua forza.

Utuntur item vocibus *Appadiglionare*, *Attrabaccare*. Fior. d'Ital. *Veduti li figliuoli d'Iſraelle così appadiglionati e attrabaccati, diſſe &c.* Vide multa de Caſtrametatione apud Salmaſium in Solin. conſule Naudæum de Stud. Milit., Lipſium, & Valtrinum de Milit. Rom. Iconiſmum verò Caſtrametationis Romanæ ex Polybio habes apud Steuvechium in Comment. ad Veget. Libenter adjicio deſcriptionem Italicam Romanæ caſtrorum metationis ex Georgio Triſſino Ital. Liberat. lib. 6.

E così andando giunſero in un piano
Venti milia lontan, preſſo a un bel fiume.
Allora il vecchio, e venerando Paulo
Maſtro del campo, ch'era andato avanti
Con Ennio, con Procopio, e con Lucillo;
Volto a Procopio diſſe eſte parole.
Procopio mio, queſt'è un mirabil piano
Da porvi il campo; ecco quì preſſo il fiume;
Ecco quel lato poi, che guarda all'oſtro,
Quant'atto è a girne a ſaccomanno, e quanto
E' deſtro a l'acqua, e buon da far la fronte,
E collocarvi la Pretoria porta.
Così parlava il buon Conte d'Iſaura;
A cui Procopio riſpondendo diſſe.
Gentil Signor d'ogni virtute adorno,
Che dite poi de l'eminente loco,
Poſto nel mezo, e che vagheggia il tutto?
Non vi par elii, che potremo porvi
Sicuramente il bel pretorio noſtro?
Queſte parole a l'honorato vecchio
Non ſpiacquer punto, e ſe n'andò ſovr'eſſo;
E come l'hebbe contemplato alquanto,
Sceſe giù del cavallo, e di ſua mano
Vi piantò ſopra una bandiera bianca,
Poi fece miſurar da ciaſcun lato
De la predetta candida bandiera
Piè cento, che venian per ogni fianco
Ducenta piedi, e quel quadrato ſcelſe,
E deputollo a Beliſario il grande.
Nel quale ancora, a l'ultimo confine
Verſo l'aſpetto attiſſimo a gir fuori,
Fè porre un'altro bel ſtendardo roſſo.
D'indi paſſò cinquanta piedi inanzi,
E tirovvi una linea equidiſtante
Al gran Quadrato, e quì doveano porſi
I padiglion de li ottimi Tribuni;
Però piantovvi una vermilia inſegna.
Poi fece miſurar cent'altri piedi,
Per far la bella piazza avanti ad eſſi,
Ove una linea lunga fu diſteſa
Paralella a quell'altra, e poſto un ſegno,
Ch'era il principio da locar le genti.
Hor queſta linea in mezo fu diviſa,
E fecer quinci la primiera ſtrada,
Larga cinquanta piedi, e lunga poi
Quaſi duo millia piè verſo la porta;
Segnando quella con notabil haſte.
Ne la qual ſtrada deputati foro
Li alloggiamenti a i cavalieri armati,
Che ne le legioni eran deſcritti;
Facendo tutti i contuberni loro
Cent'e cinquanta piè per ogni banda.
Dietro a coſtoro ſtavano i triari,
Che guardavano poi ſovr'altre vie,
Tutte ſegnate con notabil haſte;
Ma i contuberni loro erano larghi
La metà ſola di quell'altri primi,
Quantunque foſſer di lunghezza equali.
Poi di rimpetto a queſti era l'albergo
Dei principali, che rietro havean li haſtati,
Con le lor tende inſù le eſtreme calli.
E furo i contuberni di coſtoro
Cento e cinquanta piè per ogni lato,
Come eran quei de i cavalier, ch'io diſſi.
Et era ogniuna de le cinque ſtrade
Larga cinquanta piè come la prima.
Dirimpetto a li haſtati havean li alberghi
I cavalier deſcritti ne li ajuti;
E dietro a queſti erano i fanti loro,
Che havean l'entrata ſua verſo 'l ſteccato;
Ch'era lontano almen dugento piedi.
E tutti i contuberni de li ajuti
Havean la lor lunghezza equale all'altri;
Ma ne l'altezza poſcia eran maggiori.
Perciò, che i cavalieri havean d'altezza
Dugento piedi, & i pedon trecento.
Forniti i cinque contuberni primi,
Così diviſi per ciaſcuna ſtrige;

Fe-

Digitized by Google

Fece una ſtrada, che partiva queſti
Da li altri cinque, e ſi dicea quintana;
Che le ſtrige partia tutte a traverſo;
E quivi exercitavano i ſoldati.
Da l'un de i lati poi del padilione
Del Capitano era una piaza grande
Pretoria, e l'altra dal ſiniſtro canto
Queſtoria, ch'era data al camerlingo.
Da i capi delle piaze erano ſtanze
Dì quei Baran, che non havean condotta,
E di molt'altri cavalieri eletti,
Ch'eran venuti in campo ad honorare
Il Capitanio, e quella bella impreſa.
Mà lungo a la larghezza de le piaze
Confinava una via di cento piedi,
Partita in mezo da una corta ſtrada,
Larga cinquanta piè, che ſe n'andava
A la poſtrema parte del ſteccato.
Sopra quell'ampla via verſa le piaze,
Stavano i cavalier ſtraſordinari,
E dietra i fanti de l'iſteſſo grado,
Ch'avean l'entrata loro inver la foſſa,
Che ſoſtenea la Decumana porta.
Et erano le ſtanze di coſtoro
Cent'e cinquanta piè per ciaſcun lato.
Hor, fatto tutto queſt'alto diſegno,
Sonor le trombe; e ſubito fù poſto
Il padilion del Capitanio excelſo
Nel mezo ov'era la bandiera bianca.
D'indi i ſoldati con preſteza immenſa
Cinſer di foſſa poi tutto 'l ſteccata,
Ch'era quadrato; e quella foſſa larga
Fecer cubiti dieci, & alta cinque.
Dapoi drizate fur tutte le tende
In brieve ſpazio di pochiſſime hore.
E come, quando in un Theatro grande
Che i ſpettator ſono aſſetati; e vaghi
D'udir qualche ameniſſimo poema,
Il buon Chorago fà calar le vele,
Che naſcondeano l'honorata ſcena;
Subitamente a li occhi di ciaſcuno
Appar, che naſca una città novella,
Con piaze, e tempi, e con theatri, e logge;
Onde cupidamente ognun la mira,
E nota il bel, che ſi ritrova in eſſa.
Così, munito quello aperto piano,
Subito nacque una città miranda,
Che dava albergo à tutta quella gente.
Poi meſſi i fanti a guardia de le porte,
Et ordinate le vigilie tutte,
Si ſtetter quivi ad aſpettare il giorno.

Non omittam poſtremò adnotare Turcarum morem, qui nunquam noctu caſtra movent, quod nationes aliæ interdum faciunt, præſertim ad fallendos hoſtes. Laonic. Chalcocon. de reb. Turc. lib. 9. *Præſentem intentabant viris omnia mortem; adeo magnum inopina illa & improviſa oppreſſio incuſſerat terrorem. Verum regia caſtra non aliò translata ſunt, ſed immota manſere. Turcis enim conſuetudo eſt, ut nocturno tempore caſtra nequaquam moveant, verum in eo loca, quem caſtris muniendis cœperant, ſubſiſtant; ſive fur ingreſſus ſit in caſtra, ſive aliud novi ingruerit.* Cæterum ſi diſceſſum per tenebras præſens neceſſitas ſuaſerit, ipſo noctis concubio, ſine ſtrepitu, ſine claſſicorum ſonitu demigrandum. Relicti quandoque relucentes ignes in Caſtris, ne extincti profectionem proderent; interdum extingui profuit; injecto ſcilicet hoſtibus inſidiarum metu, ne ſubſequi auderent. Illud primum Niciæ cum Syracuſis bellum faceret, poſterius Aſdrubali arriſit, cum à Livio Salinatore decederet.

Castrensiani, Vide *Comes Caſtrenſis*.

Castrensis Corona, Dabatur apud Romanos iis, qui primi caſtra hoſtium pugnantes introiiſſent vel irrupiſſent, Antiquitùs fuit frondea, ut refert Plinius lib. 16. cap. 4. *Romulus frondeâ coronavit Hoſtium Hoſtilium, quòd Fidenam primus irrupiſſet*, Eadem poſtea ex auro fuit. Feſtus: *Caſtrenſi corona donabatur, qui primus hoſtium caſtra pugnando introjiſſet; cui inſigne erat ex auro vallum*. Quemadmodum autem Muralis oſtentabat murorum pinnas, ſive turres; ita Caſtrenſis præferebat vallos, ſudes nimirum paloſque præacutos, cujuſmodi in caſtrorum repagulum defigebantur, ut alibi obſervavimus. Cum etenim caſtra hoſtilia portas haberent clauſas & obſtructas, capi & expugnari non poterant, niſi vallo dejecto & ſuperato. Ex quo Corona Caſtrenſis dicta paſſim eſt Vallaris. Habebat autem hæc locum inter præcipuas. Hinc Auguſtus apud Sveton. *Dona militaria aliquando faciliùs, quàm Vallares ac Murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat*. Proinde moris erat, ut ab Imperatore ſolùm, vel à pauciſſimis, Imperatoris tamen decreto, & inquiſitione primùm facta, traderetur. Id verò commune erat etiam Civicæ. Quapropter id juris minime ſibi arrogandum putavit Proconſul apud Tacit. lib. 3. Annal. ubi legitur: *Rufus Helvius gregarius miles, ſervati civis decus retulit, donatuſque eſt ab Apronio torquibus & haſta. Cæſar addidit Civicam coronam: quòd non eam quoque Apronius jure Proconſulis tribuiſſet, queſtus magis, quàm offenſus*. Verum quidem eſt iiſdem coronis poſtea favore Principum eos quoque fuiſſe donatos, qui ne viderant quidem caſtra hoſtilia. Nimirum Imperio ſeneſcente nihil non ambitioni gratiæque permiſſum. Vide Paſchal. Coronar. lib. 7. cap. 3., & hujus coronæ ſchedion apud Steuvechium ad Veget. lib. 2. cap. 3.

Castrenses Ludi, Dicti ſunt, quibus milites in caſtris exercebantur ad militarem laborem oblectatione aliqua diſpeſcendum & temperandum. De iis hæc Sveton. in Tiber. *Ac nequam ſuſpicionem infirmitatis daret Caſtrenſibus ludis non ſolùm interfuit; ſed etiam miſſum in arenam aprum jaculis deſuper petiit*. Ad quem Svetonii locum Torrentius annotat, ejus generis fuiſſe ludos caſtrenſes, quod exercendis corporibus, non minus quàm recreandis animis conduceret.

Castrenses ministri. Memorantur à Lampridio in Alexandro Severo. Licet autem nomen miniſtri ad omnia fere officia aulica, urbana, & bellica videatur accommodatum, itaut hoc nomine intelligi poſſint omnes domeſtici Principis, Admiſſionales, & Cubicularii, etiam qui ſunt ab epiſtolis, ſcriniis & libellis: nihilominus eo nomine illos potiſſimum deſignari dicendum eſt, qui in vilioribus miniſteriis ſuam impendunt operam in caſtris, atque illuc cum Principibus propriiſque Dominis proficiſcuntur. Oſtendunt id expreſſè verba Lampridii: *Aulicum miniſterium in id contraxit, itaut annonas, non dignitatem acciperent fullones, & veſtitores, & piſtores, & pincernæ, omnes caſtrenſes Miniſtri*. Eorundem meminit Corippus Poeta.

Adſuit obſequio caſtrorum turba virorum:

Il-

Illis ſumma fides, & plena licentia ſacris
Deſervire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales menſas epulis onerare ſuperbis,
Conſervare domum, ſanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, veſteſque parare.

Ubi caſtrenſes adæquantur ſervis illis, qui alio nomine dicuntur expoditionales, miniſteriales, aldii, vel aldiones, fideles, hominea, vaſſi, & vaſſalli. Horum omnium famulitium, munus, & poſtremò dignitas longe maximam variationem obtinuit. Nam ex infimo famulatus loco, ac viliſſimo munere mediaſtinorum progreſſi paulatim leguntur ad adminiſtrationem ſummæ rerum, & bellica munia obeunda, nihil fere diſpares Proceribus, Magnatibus, & Comitibus; quod à nobis ſparſim eſt alias animadverſum. Vide Salmaſ. ad Lamprid.

Castriani Milites. Quinam ſint apud Vopiſcum. Vide in dictinne *Riparienſes*.

Castrorum Romanorum portæ. Vide *Portæ Caſtrenſes*.

Castrum, i. Pro munitione ſive arce. A claudendo, quaſi clauſtrum. Munitio ſtabilis, non tumultuariò ſtructa, cum propugnaculis, aliiſque operibus ad diuturnam obſidionem ſuſtinendam. Sic vocabitur ſive excelſo aſperoque in loco, ſive in plano collocata, conjuncta urbi, vel ſegregata, aut etiam ſolitaria. Item Urbs integra, quantumvis magna, modò probè munita, Caſtrum dicitur. *Fortezza*, *Cittadella*, *Piazza*. Vide *Arx*.

Cata, ę. Eadem eſt machina tectoria in genere Vinearum, quę aliis dicitur Cattus, vel Gattus. Guillel. de Podio Laur. cap. 30. *Demum fuit conſilium ædificare machinam ligneam, quam vocabant Catam, cum qua terram & aliqua pertraherent ad replenda foſſata, quibus æquatis, pugnam cominus inferrent, & effractis clauſulis ligneis inſilirent*. Ab hac voce *Cata*, non quidem quæ notum animal felem, ſed quæ tectorium machinarium ſignificat, trahit Cangius in re funebri vocem Italicam *Catafalco*. Gallis *Echaffaux*, quaſi *chat faux*, ideſt tectorium falſum, imaginarium, ſcilicet vacuum & inane. Quæ à Ferrario & à Menagio aliunde petuntur hujus vocis origines minus oppidò arrident. Vide *Catus*.

Catadromus. A currendo ex Græco. Locus, in quo equi umbratili prœlio exercentur. Decurſorium. Sveton. in Neron. *Elephanto ſuperſedens per Catadromum decurrit*.

Cataphracta, æ. Armaturæ gravis genus fuiſſe conſtat. Cum loricis plerique eas confundunt, quàs tamen à cataphractis ſejungi notiſſimum eſt apud Vegetium. Sic enim ille lib. 1. cap. 16. *Adversùm bellatores caſſidibus, cataphractis, loricisque munitos, teretes lapides de funda, vel fuſtibalo deſtinati*. Idem lib. 1. cap. 20., lib. 2. cap. 15. & 16., ac ſæpè aliàs de Cataphracta loquitur, tanquam noto corporis munimento: illam tamen minimè exponit. Steuvechius ejuſdem interpres & explanator loricam, ſeu militarem thoracem, & munimen pectorale addit fuiſſe. Miror virum doctum nec vidiſſe disertè diſtingui à Vegetio cataphractas à loricis, nec meminiſſe deſcriptionis cataphractæ, quæ in hæc verba legitur apud Tacitum 1. Hiſtor., ubi de Sarmatis loquitur: *Sed humido die & ſoluto gelu, neque conti, neque gladii, quos prælongos utraque manu regunt, uſui: lapſantibus equis, & cataphractarum pondere (id Principibus, & nobiliſſimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut prœduro corio conſertum; ut adversùs ictus impenetrabile, ita impetu hoſtium provolutis inhabile ad reſurgendum) ſimul altitudine & mollitia nivis hauriebantur*. Ex quibus verbis docemur, cataphractas non loricas fuiſſe vulgarias, ſed pectoris tegumentum, duritie, & firmitate reliquia præſtantius; Ducumque, ac Procerum peculiare. Fateor tamen vulgò cataphractas acceptas pro communi lorica, & huic acceptioni favere non pauca Scriptorum loca. Fit autem à φραττω, quod eſt *munio, circumdo*.

Cataphractarii, orum. Idem ac cataphracti. Lamprid. in Alexand. *Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant*. Dicuntur autem à Cataphractis Cataphractarii, ut ab Haſtatis Haſtarii, à Scutatis Scutarii. Et Veterea quidem dixerunt Cataphractos, Scutatos, Haſtatos; poſteriorum temporum, & præſertim Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores habent Cataphractarios, Scutarios, Haſtarios.

Cataphracti, orum. Armis ſunt undique muniti, vel tecti. Saluſt. lib. 4. Hiſt. *Equites Cataphracti ferrea omni ſpecie*. Liv. lib. 7. Decad. 4. *His tria millia peditum loricatorum (Cataphractos ipſi appellant) adjunxit*: Et infra: *Tria millia Cataphractorum equitum*. Cum verò ex Saluſtio videris Equites Cataphractos, ex Livio verò equites juxtà pediteſque, certum utrinque fit, armaturam cataphractorum ad utrumque militum ordinem pertinuiſſe. Dicuntur autem cataphracti à cataphracta, ſumpta pro lorica communi, quæ Græcis tegmen eſt pectus communiens, ex qua præcipua ſcilicet muniendi corporis parte, ſive è pectoria tegumento, traducta vox eſt ad alios etiam artus armis tectos munitoſque ſignificandos. Liquet fuiſſe genus gravis in primis armaturæ. Arma illis, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære: in manu haſta & gladius. Stabili gradu congrediebantur, utpote quos ipſa armorum gravitas faciebat ſtatarios. Vim hoſticam minimo damno excipiebant. Ipſi verò quominus vim expeditè in hoſtes inferrent, non paulùm ſcilicet prohibebantur armorum pondere; adhuc tamen viſu terribiles, & ictibus impenetrabiles, validiſſimi habebantur: fretique inſuperabili armorum munimento, propagabant latè terrorem, trepidaſque aliorum ordinum acies, vel alas, veluti aheneo quodam objecto muro, reparabant. Quamobrem graphicè verèque deſcribuntur à Nazario in Panegyr. *Cataphracti equites, in quibus magnum ſteterat pugnæ robur. His diſciplina pugnandi eſt, cum aciem arctaverint, ſervare impreſſionis tenorem, & immunes vulnerum, quidquid oppoſitum eſt ſine hæſitatione perrumpunt*. Deſcribuntur à Claudiano 2. Ruffin.

Hic alii ſævum criſtato vertice nutant,
Et tremulos humeris gaudent vibrare colores,
Quos operit formatque chalybs. Conjuncta per artem
Flexilis inductis hamatur lamina membris,
Horribilis viſu. Credas ſimulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo.
Par veſtitus equis: ferrata fronte minantur
Ferratoſque levant ſecuri vulneris armos.

Ferocit ſcilicet ille ipſe hæc deſcribens, & laſcivit Poeta. Quod habet *hamatur lamina membris*,

ſcias repoſitum eſſe & ſuffectum ad emaculandam lectionem vulgarium Codicum, in quibus legitur *animatur*, qua nihil frigidius & ineptius. Nam quod dicit de lamina hamata, id ſcilicet pertinet ad loricam, ſeu tunicam cataphractorum, lamellis ferreis nexam ad modum plumæ. Nexæ vero plumæ illæ hamos imitantur. Iterum quod de Cataphractis equis canit, latè à nobis in loco explicatur. Adjice verò aliam Cataphractorum deſcriptionem, Poetico quodam muſtn ſpumantem atque præfervidam ex eodem Claudiano 6. Conſ. Honor.

Ut chalybe indutos equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes: quanam de gente, rogabat,
Ferrati venere viri? quæ terra metallo
Naſcentes informat equos, ſimulacraque bellis
Viva dedit?

Quæ Claudianus poeticis latè exornavit fimbriis, breviter ſolidèque ſic expreſſit Saluſtius: *Progrediebantur milites Cataphracti, ferrea omni ſpecie*. Adhuc breviùs & elegantiſſimè idem ſubjecit oculis Virgilius lib. 11.

Volſcorum egregia de gente Camilla
Agmen agens equitũ, & florentes ære catervas.

Sed & Ammiani locum adſcribam ex lib. 25. *Erant autem omnes catervæ ferratæ, ita per ſingula denſis laminis tectæ, ut juncturæ rigentes compagibus artuum convenirent*. Vim Cataphractnrum adversùs equites ineluctabilem, à peditatu facile retundi atque hebetari notat Vegetius lib. 3. cap. 23., ubi quo loco in acie ſint collocandi, decernit: *Cataphracti Equites propter munimina, quæ gerunt à vulneribus quidem tuti; ſed propter impedimentum & pondus armorum capi eos facilè eſt: quoniam frequentius obnoxii* (ſic enim legendum, non frequenter obnixi) *contra diſperſos pedites, quàm contra Equites. In certamine meliores tamen aut ante legiones poſiti, aut cum legionariis mixti*. Sitne aliqund diſcrimen inter Cataphractos, & Clibanarios, exponam in titulo *Clibanarii*. Vide Steuvechium ad memoratum locum Vegetii, & Lipſium de Milit. Rnm. lib. 3. Dialog. 6., ubi equitis, & equi Cataphracti ſchema proponitur.

2. Dixi ſuam ipſorum gravitatem interdum Cataphractis exitio eſſe, tam enim facilè capiuntur in bellis, quàm raró feriuntur ad vivum, ut ex Vegetio ſuperius notavi. Non aliam ob cauſam exoleſcere ſenſim cœpit genus illud gravis armaturæ. Hodie vero ubi maximam prœlinrum partem efficiunt fulminalia, majores nimirum cannæ chalybeæ, atque adeo graviores illæ fiſtulæ manuariæ, quę non unam habent nnmenclaturam, nihil impenſiùs quærimus, nihil majnre ſtudio ſatagimus, quàm ut copiæ ſint perquam expeditiſſimæ. Quamobrem apud nns non contemptui ſolùm, verùm & deriſui ſunt brachialia & ocreæ ferratæ, item chirothecæ, ventralia, atque ipſe equnrum veſtitus ex ferro, vel ære; quæ omnia jucunditatem potiùs pariunt cum depicta cernuntur in tabulis, quàm ullam bonæ frugis & opportunitatis partem in hac noſtrate militia conſequi poſſint. Ad eundem modum eviluerunt haſtæ ſexdecim cubitorum longitudine, quæ terrorem latè diſſeminabant à Macedonibus & Romanis evibratæ; item fundæ, ſagittæ, phalaricæ, machinarum vero infinita ſeries, quibus perpetuam ceſſationem militia recens indixit.

3. Cum autem multa ſint, quæ plurimum diſcriminis attulerint inter Cataphractos Eurnpęns, & Aſiaticos, tùm verò illud notatu dignum, qund Europæi undique eſſent armis obtecti; Aſiatici verò nuda femora, nudaſque habuerint tibias. Docet id Plutarchus in Lucull. *Simul in Cataphractos duxit, mandato ſuis, ne pilis uterentur, ſed ſtatim gladiis femora & tibias hoſtium (hæc enim ſola armis nuda ſunt Cataphracto) ferirent*. Armaturæ porro graves Aſiaticorum, ac præſertim Parthorum atque Perſarum conficiebantur ex lamellis æneis, ac ſæpe etiam corneis eleganter nexis atque cnnſutis opere plumato, cujuſmodi expreſſas dabimus in ſequenti Tituln; cum Europæorum atque aden Romanorum armaturæ conflarentur ex lamina ferrea integra, nexilibus quidem partibus, ſed amplioribus diſſectæ, ut eas exponimus in Tit. *Clibanarii*. Addo Romanos cataphractns ſatis fuiſſe armatos galea & lorica ferrea; cum reliquum corpus affatim tegerent ſcuta majora, quibus utebantur. Id genus armaturæ oſtentat Titns apud Hegeſippnm: *Progredimur in bellum muniti undique. Tegitur galea caput, lorica pectus, totumque clypeo corpus. Ubi feriat hoſtis Romanum militem reperire non poteſt, quem ferro tectum circumſpicit*.

Cataphracti equi. Stragulis erant æneis opere plumato protecti. Securitatis ſpecie milites seſſores decipiunt: nam pondere impeditiores minimum habent uſus. Rem oſtentationis vanæ compertam meritò miſſam fecit recens militia. Parthnrum fuit peculiare nnn equites ſolùm, ſed ipſos equos, carbaſis, ſive pellibus, ferreis laminis npere continuatn in modum ſquamæ, vel plumæ textis exornare & communire. Juſtinus de illis lib. 61. *Munimentum ipſis, equiſque loricæ plumatæ ſunt, quæ utrumque toto corpore tegunt*. De Equis cataphractis. Virgil. 11.

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.

Saluſtius clarè de iiſdem: *Equites cataphracti, ferrea omni ſpecie, equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ annexuerant*. Sed & Propertius de iiſdem lib. 4.

Ferreus ærato nen cataphractus equo.

Expreſsè inſuper Valer. Flacc. lib. 6.

riget his molli lorica catena:
Id quoque tegmen equis.

Curtius Perſarum etiam cataphractos memorat. A' Perſis eum morem Romanns accepiſſe plerique arbitrantur. Ad eam fnrmam prntecti equi mnnitique viſuntur hodie in Columna Trajani. Qua de re Conſule Fabrettum in expoſitione ejuſdem Columnæ. Equorum, Equitumque Cataphractorum deſcriptionem geminam, plenamque affert Lipſius: alteram ex Ammiano: *Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros quos laminarum circuli tenues apti corporibus flexibus ambiebant, per omnia membra diducti, ut quocumque artus neceſſitas commoviſſet, veſtitus congrueret, juncturâ cohærenter aptatâ*. Alteram ex Græco Scriptore apud Suidam: *Lorica Parthi equitis eſt talis. Prior ejus pars pectus & femora, & manus extremas, & crura tegit: poſterior tergnm, & cervicem & caput totum. Fibulæ verò ſunt ad latera, quibus utramque partem jungunt, atque ita totum Equitem ferreum dant* vi-

Google

videri. Prohibet verò nihil aut impedit ferrum membrorum extenſiones, ſive contractiones: adeo curioſè factum ſectumque eſt ad naturam membrorum. Armant autem & equum ſimiliter ferro, totum quidem, & uſque ad ungulas. Hoc ideo, quia nihil iis arma proſint propria, ſi equus interficiatur.

5. Pulcherrima eſt conjectatio Ludovici de la Cerda ad illud Virgilii lib. 8., ubi agit de equo, quem Evander Æneæ dono dedit:

Ducunt exſortem Æneæ, quem fulva leonis
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.

Eum locum paſſim Interpretes exponunt de leonis pelle, leoninia item unguibus præfulgente. Verùm Cerda conjicit pellem leonia equorum potius unguibus diſſectis, & in lamellas eidem pelli conſutas ad modum loricæ cataphractariæ concinnatam fuiſſe. Erat itaque ſtragulum leoninæ pellia diſtinctum atque diſſeminatum ſquamulis confectis ex equorum unguibus, quod mirificè ad firmitudinem & elegantiam pertinebat. Certè Sarmatarum loricas ejuſmodi equinorum unguium ſquamis fuiſſe exornatas docet Pauſanias in Att. *Equis non ad belli munia ſolùm utuntur, ſed ex eodem pecore hoſtias ſuis Diis cædunt, & cibum ſibi comparant: ungulas ubi legerint perpurgatas & diſſectas, ad ſimilitudinem ſquamarum draconis expoliunt. Quod ſiquis draconem non viderit, haud errarit, ſi opus illud ungulis conſertum pineæ nucis adhuc viridis tornlis ſimile eſſe putarit. Has itaque ſquamulas perforant, & equinis, vel bubulis nervis conſuunt, inde ſibi loricas concinnant, quæ neque elegantiâ, neque firmitate loricis Græcorum inferiores ſunt.* Ubi verò apud alios Poetas ſimilia occurrunt equorum ſtragula ex ferinis pellibus cum extantibus earundem unguibua, ad eandem formam eadem ſunt explicanda; ut nimirum ſtragula intelligantur ex tigria, lyncis, vel aliarum ferarum tegmine, conſerto contextoque, opere ſquamato, ex lamellis unguium equinorum; quod eſt pulcherrimum cooperimentum cataphractarium, horrorem ſimul & pompam mirificè exhibens. Sic expono Statium lib. 9.

Venator raptabat equus, quem diſcolor ambit
Tigris, & auratos adverberat unguibus armos.

Et lib. 4.

Cornipedem trepidos ſuetum prævertere cervos,
Velatum geminæ dejectu lyncis.

Item Silium de equo Flaminii:

Caucaſeam inſtratus virgato corpore tigrim.

Et Claudianum de Raptu Proſerp. lib. 1., ubi loquitur de equo Bacchi:

quem Parthica velat
Tigris, & auratos in nodum colligit ungues.

Cataphractæ Naves. Latinè munitæ. Erant autem conſtratæ, tectæque, habentes cataſtromata, ſive tranſtra. Opponuntur aphractis & apertis, quæ non erant ad uſum bellicum, ſed potius prædatoriæ. Conjicitur id à Thucydide lib. 1. qui affirmans in Navibus Philoctetæ exiguum fuiſſe militum numerum ad Trojanam expeditionem tendentium, cjus rei rationem addit per hæc verba: *Cum non haberet navigia Cataphracta, ſed veteri, ac magis prædonum more conſtructa.* Ubi clarè diſtinguit Cataphractas à prædatoriis, quas conſtat fuiſſe apertas ſive aphractas.

Cataplus. Vide *Caravana*.

Catapulta, æ. Mirum eſt Vitruvium lib. 10. tria impendiſſe capita in hujus organi oppugnatorii expoſitione, & obſcurum adhuc machinæ genus agnoſci. Notum eſt Stevvechium in notis ad Vegetium ejus delineationem ex antiquo quodam marmore protuliſſe, à quo ſuam ære inciſam accepit Lipſius; verum multum adhuc caliginis ſupereſt. Scriptores veteres Catapultam cum balliſta non ſemel confundunt; & quidem à Catapulta ejici conſueviſſe ſaxa disertè ſcribit Cæſar: unde vanum eſt diſcrimen ſæpiùs repetitum; ut balliſtæ fuerit ſaxa, Catapultæ jacula & haſtas emittere. Balliſtis leviores & crebriores uſu fuiſſe catapultas colligit Lipſius qui planè in hac re conſulendus. Cæterùm Catapultæ nomen ab haſta & jaculo ex Græca fluxit origine. Ex quo habemus, à nomine certè ipſo eam deſignari machinam, quæ tela, ſagittas, & jacula, non verò ſaxa torqueret. Apud Vitruvium memorato ſuperiùs loco, catapultæ deſcriptionem abundè prolixam habes. Idem regulis proportionum ex Geometria, & Arithmetica eandem machinam latè explicat. Si fides habenda eſt Lipſio, qui nonnullis Scriptoribus Catapultam balliſtam fuiſſe ſcribit, non erit pœnitendum ad qualemcumque demum obſcuriſſimæ rei lucem aſpergendam, geminam hujus machinæ deſcriptionem, prolixam utramque quidem, verùm cum Vitruviana minimè comparandam, in medium afferre. Sic autem de Catapulta, Balliſtæ nomine, ſcribit Ammianus lib. 23. *Ferrum inter aſciculos duos firmum compaginatur & vaſtum, in modum regulæ majoris extentum, cujus ex volumine tereti, quod in medio ars polita componit, quadratus eminet ſtilus extenſiùs recto canalis anguſti meatu cavatus, & hac multiplici chorda nervorum tortilium illigatus, eique cochleæ duæ ligneæ conjunguntur aptiſſimè; quarum prope unam adſiſtit artifex contemplabilis, & ſubtiliter apponit in temonis cavamine ſagittam ligneam ſpiculo majore conglutinatam. Hocque facto, hinc inde validi juvenes verſant agiliter rotabilem flexum. Cum ad extremitatem nervorum acumen venerit ſummum, percita interno pulſu à Balliſta, ex oculis avolat, interdum nimio ardore ſcintillans.* Nihil diſſimiliter ab Ammiani loco alteram Catapultæ deſcriptionem Balliſtæ nomine exhibet liber de Notitia Imperii: *Arcu ferreo ſupra canalem, quo ſagitta exprimitur, erecto, validus nervi funis unco tractus, eandem ſagittam magnis viribus dimiſſus in hoſtem impellit. Hunc tamen funem non manibus, neque viribus militum trahi fabricæ ipſius magnitudo permittit, ſed retrò duabus rotis viri ſinguli radiorum niſibus adnitentes, funem retrorſum tendant, pro difficultate rei viribus machinis adquiſitis. Balliſtam tamen ipſam ad dirigenda ſeu altiùs ſeu humiliùs tela, cochleæ machina, prout vocet utilitas, nunc erigit, nunc deponit. Hoc tamen miræ virtutis argumentum, tot rerum diverſitate connexum, unius tantùm otioſi, ut ita dicam, hominis, ad offerendam tantummodo impulſioni ſagittam, opere gubernat. Videlicet, ne ſi hominum turba hujus miniſterio ſerviret, minueretur artis inventia. Ex hac igitur balliſta expreſſum telum in tantum longiùs vadit, ut etiam Danubii, famoſi præ magnitudine fluminis, latitudinem valeat penetrare. Fulminalis etiam nuncupata, appellatione ſuâ virium teſtatur effectum.* Dixi ſuperiùs Catapultas à balliſtis aliàs diſtingui à Scriptoribus, aliàs confundi: neque ſolum in-

inveniri, qui Catapultas ſaxijaculas, ut eum Lipſio loquar, faciant, verùm etiam, qui balliſtas pro machina telijacula uſurpent. Accipe teſtimonia eas machinas confundentium. Cæſar lib. 2. Bell. Civil. *Ne ſaxa ex Catapultis latericium diſcuterent*. Appianus in Iberico: *Catapultæ turribus impoſitæ, & quæ ſpicula mitterent, & quæ ſaxa*. Iſidorus autem docet balliſtam verbere nervorum torqueri, & magna vi jacere aut haſtas, aut ſaxa. Apud Athenæum legitur Petraria Machina, lapidem jaciens trium talentorum, & haſtam duodecim cubitorum. Poetæ ſuperſunt: Silius lib. 1.

Phocais effundit vaſtos balliſta molares,
Atque eodem ingentis mutato pondere teli
Ferratam excutiens ornũ media agmina rumpit.

E' contrario eas alii machinas probè diſtinguunt. Polybius: *Conductis in unum Catapultis quidem centum quinquaginta, petrariis machinis, ſive balliſtis vigintiquinque*. Liv. lib. 26. *Captus & apparatus ingens belli, Catapultæ maximæ fermè centum & viginti, minores una ſupra octoginta & ducentas. Balliſtæ majores tres & triginta, minores duæ & quinquaginta*. In quibus locis animadvertere licet longè majorem in exercitu Catapultarum, quàm Balliſtarum fuiſſe numerum. Id autem contigit, quoniam balliſtæ operoſiores erant machinæ. Equidem, ſicuti non abnuerim Catapultæ inventum, ſi modo illa reſpondet ſchemati ex antiquo marmore propoſito à Steuvechio ad Veget. lib.4. cap.22., magnopere ingenioſum, & mirabilis cujuſdam ſtructuræ typum eſſe, utpote quæ non ſolum adumbrationem quandam & rudimentum bombardis noſtris dederit, verùm etiam tenſione funium atque nervorum, ſummum impetum per vim elaſticam continentium, rotarum verò contranitentium artificio à noſtris horologiis machinariis non ſanè plurimum diſcrepet; ſic fructum potiùs & utilitatem machinæ, quàm ſolertiam artificis in illa deſiderem. Licet enim tela Catapultaria enormia fuiſſe neceſſe fuerit, & præmagnam conſternationem inducere; nihilominus non video tantæ molis & machinæ magnitudini parem hoſtium ſtragem reſpondere potuiſſe. Utcumque enim tricubitalia, atque adeo majora etiam tela fuerint, ut habemus ex Polybio, Livio, & aliis, uno tamen ſæpe telo inſtruebatur Catapulta: ubi autem plurima, non ultra octo torquebat, ut liquet ex figura Stevvechiana ſæpiùs memorata. Id ſanè crediderim fuiſſe cauſæ, quamobrem exacto Reipublicæ tempore, ſub ipſa ferè Cæſarum initia, Catapultarum uſus deſueverit. Plinius à populis Orientis omnes ferè machinas militares, Catapultam verò à Syris prodjiſſe ſcribit. Eandem Syracuſis inventam refert Diodorus lib. 14., quo nimirum tempore Dionyſius Senior bellum Carthaginienſibus faceret. Certè ubi primùm inventa eſt Catapulta, incredibilem latè terrorem dedit: eam porrò è Sicilia allatam cum vidiſſet Archidamus, exclamaſſe dicitur, ut narrat Plutarchus: *Periit virtus*: tanquam nullum futurum eſſet ab arte ſubſidium, quod ferali machinæ & vaſtæ magnitudinis jaculo poſſet obſiſtere. Præſertim cum interdum ad duodecim cubitos perveniſſe legatur longitudo jaculi, ſeu potiùs tigni Catapultarii, ut ſcribit Athenęus lib.5. Quod autem non minimum obtinet ſtuporis in jaculo ſive ſagittâ non ſolùm propter longitudinem, verùm propter alarum & capuli impedimenta; multos eo jaculo mortales ſimul transverberatos atque transfoſſos legimus, ſagitta pervolante, ſuumque tenorem in aere curſumque feliciter ſervante. Lucanus:

neque enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea, ſed tenſo balliſtæ turbine rapta.
Haud unum contenta latus tranſire quieſcit.

In navali bello uſum habuiſſe Catapultas, tradit inter alios Diodorus lib. 20., quod eſt accuratè notandum, cum conſtet genus illud machinę fuiſſe impeditiſſimum.

CATAPULTARIUS, a, um. Ut pilum Catapultarium. Plaut. Curcul. *Faciam ex te hodie pilum Catapultarium.*

CATARACTA, ę. A dejectione & præcipiti caſu vocatur appellatione Græca à verbo Καταῤῥάττειν. Munitionis tectoriæ genus; ad Urbium portas, quas apertis quoque foribus, obſerat, tutaſque reddit ab hoſtibus; vel iiſdem ingreſſis aditum intercipit ad receſſum. Clathram habet penſilem, firmis acuminatiſque pilis contextam, quæ catenarum funiumque adminiculis continetur: eadem, ubi opus eſt, laxatis retinaculis dejecta firmiſſimè ſolo defigitur, acuminatis pilis in ſcrobiculas ſeu canales præfoſſos altè depreſſis infixiſque. Liv. lib.7. Bell. Punic. *Porta, cataractâ dejectâ, clauſa erat: eam partim vectibus levant, partim funibus ſubducunt in tantum altitudinis, ut ſubire recti poſſent. Vix dum ſatis patebat iter, cum perfugæ certatim ruunt per portam; & cum ſexcenti ferme intraſſent, remiſſo fune, quo ſuſpenſa erat Cataracta, magno impetu decidit*. Non ad arcendos duntaxat hoſtes, verùm ad immiſſum ignem extinguendum, cavendumque, ne intra portam ſe inſinuet, Cataractarum uſus laudatur à Vegetio lib.4. cap. 4. *Sed amplius prodeſt, quod invenit Antiquitas, ut ante portam addatur propugnaculum, in cujus ingreſſu ponitur Cataracta, quæ annulis ferreis, ac funibus pendet; ut ſi hoſtes intraverint, demiſſâ eâdem extinguantur incluſi. Ita tamen ſupra portam murus eſt ordinandus, ut accipiat foramina, per quæ de ſuperiore parte effuſa aqua ſubjectum reſtinguat incendium*. In fluminibus cataracta propriè locus eſt præceps & abruptus, in quem magno impetu & fragore aquæ proruunt, præſertim ſi loci anguſtiis coarctentur. Eas porrò fluviorum anguſtias ab ingenti ſono aquarum murmurantium dicimus cataractas: cujuſmodi memoratiſſimæ ſunt anguſtiæ Nili proruentis. Factum poſtremò eſt ut Cataractæ etiam vocarentur aquaria ſepta, ſeu repagula, quæ interponi identidem ſolent in amnibus ad gurgitis impetum intercipiendum & refrenandum. Cataracta Italis dicitur *Saracineſca*, procul dubio à Saracenis: utrum vero quoniam magnopere in uſu fuerint apud eos cataractæ, an quoniam ſingulari opificio eas iidem ſolerent conficere, non ſatis diſpicio. Item *Porta Gataja*; Bojard. Orl. Inam. cap. 11.

Hor la porta gataja giù cadìa
E reſtò dentro il forte Rè Agricane.

Dicitur autem *gataja* ad ſimilitudinem oſtioli, quod in januis domeſticis inferiùs ſolet relinqui cum aſſerculo reductili ad uſum felium. Bojardi locum Franciſcus Berni in hunc modum diffinxit.

In queſto cala il raſtrel con fracaſſo,
E reſtò dentro il feroce Agricane.

Digitized by Google

Hunc Berni locum adducunt Academici à Furfure in voce *Raſtrello*; ubi ita ſcribunt. *Raſtrello diciamo quello ſteccato, che ſi fà dinanzi alle porte delle fortezze, e anche all'uſcio fatto di ſteccuni*, Lat. *Cataracta*.

Catascopium. Latinè navis ſpeculatoria. Occurrit apud Ciceronem ad Atticum lib. 5. *Aphracta Rhodiorum, & Dicrota Mitylinæorum, & aliud Cataſcopium*. Ejuſdem meminit Gellius in recenſione navium lib. 10. cap. 25.

Catastromata, tum. Sic audit apud Græcos Scriptores tabulatum in bellicis navigiis, quo navis conſternitur, recipitque propugnatores, ſi quando prœlium cum hoſte committendum eſt. Antiquitùs quippe in prora tantùm & puppi locum habebant milites. Id Thucydides lib. 1. obſervat præſertim in navibus piratarum, de quibus ita loquitur: *Naves non conſtratæ erant tabulis, ut in inferiore quidem parte arma habere, ipſi autem ſuperiùs agere poſſent; piraticæ enim naves non habent tabulas, ſed in ipſa carina piratæ ſedent, quo navigantes minus conſpiciantur; quocirca & ipſorum naves magis concavæ & altiores ſunt*. Hoc genus naves Petronius & alii vocant Conſtratas; Plinius verò Tectas appellat, earumque, ſicuti & cataſtromatum, inventores facit Thaſios; ſic enim loquitur lib. 7. cap. 56. *Tectas longas Thaſii; antea ex prora tantum & puppi pugnabatur*. Id verò eſt, quod ſæpe legitur de bellatoribus nauticis tabulata occupantibus ad propugnandas naves & decertandum adversùs hostes obvios. Homerus de Ajace: *Per tabulata navium latè incedebat*. Meminerunt ſæpe Cataſtromatum Hiſtorici Græci. Thucydides lib. 1. *Utrinque multos in Cataſtromatibus habebant armatos*. Polybius lib. 1. *In ipſis faucibus portûs adnavigabat, habens armatos propugnatores, paratoſque ad pugnam viros in Cataſtromatibus*. Optimè obſervat Schefferus de Milit. Naval. lib. 2. cap. 5. errare eos, qui Cataſtromata ſoros dici poſſe exiſtimant ex Gellio & Cicerone. Fori nimirum ad remiges magis nautaſque, Cataſtromata ad ſolos milites pertinebant. Minimum arbitror fuiſſe diſcriminis inter Veterum Cataſtromata & propugnacula navium, de quibus Horatius Epod. Od. 1.

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula,

Ubi vetus Scholiaſtes: *Propugnacula in navibus dicuntur loca altiora, quaſi muri, unde milites pugnant manu, aut telis*. Sunt autem qui exiſtiment propugnacula fuiſſe munimenta, quæ ad muri modum milites tegerent; atque inde dicta propugnacula, quod ipſos protegerent cælarentque milites dimicantes; cum Cataſtromata non excitata eſſent ad modum muri vel ſepimenti, ſed toto extante corpore ibidem milites degerent. Cæterum de propugnaculis ita Florus lib. 2. cap. 2. *Commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravit hoſtium claſſis, & in ea quaſi tota Carthago*. Expreſſiùs rem elucidavit Vegetius lib. 4. cap. 44. *In majoribus Liburnis propugnacula conſtituis, ut tanquam de muro faciliùs vulnerent*. Sed & propugnacula ipſa mediam ſaltem partem tegebant militum certantium in Cataſtromatis, ut authoritate nummorum veterum demonſtrat idem Schefferus.

Cateja, æ. Memoratur à Gellio inter jacula, & ſic deſcribitur à Donato in illud Virgilii 7.

Teutonico ritu ſoliti vibrare catejas,
Hi omnes imitati Teutonas mittebant telorum ſpecies, quæ Catejæ dicebantur, erantque haſtæ anguſto & brevi ferro. Pandum fuiſſe jaculi genus colligitur ex Silio lib. 3.

humeroſque tegunt velamina capri
Setigeri; pandâ manus eſt armata catejâ.

Teutonum peculiare jaculum à Virgilio dicitur. Servius tamen ibidem tela Gallica exponit. Neque verò à Virgilio Servius diſſonat: illo quippe ævo Galli & Teutones, Germanique omnes uno Gallorum nomine comprehendebantur, ut eruditè obſervat Marcus Velſerus lib. 1. Annal. Boicor. Idem Servius pro eodem accipit jacula Catejas, & Aclides; cui Iſidorus conſentit, qui perinde deſcribit Catejas, atque Aclides expoſitæ à nobis ſunt ſuo loco. Sic autem Iſidorus: *Cateja genus eſt Gallici teli ex materia quam maximè lenta, quæ jactu quidem non longè propter gravitatem evolat, ſed quò pervenit, vi nimia perfringit. Quod ſi ab artifice mittatur, rurſum redit ad eum, qui miſit*. Joannes Aventinus apud Voſſium refert, catejam eſſe machinam lithobolam. Mihi hoc certiſſimum de Cata, ut expoſui ſuo loco, ſed novum prorsùs accidit de Cateja. Martinius telum Perſicum Catejam facit. Nimirum in vocabulis exoticis divinant omnes.

Catella, æ. Parva catena. Inter præmia militaria refertur à Livio lib. 39. *C. Calpurnium donaſſe equites ſuos phaleris; Quinctium alterum Prætorem, ſuos Catellis ac fibulis*. Aureas, vel minimùm argenteas fuiſſe ſuſpicor. Ad eum Livii locum plauſtra nugarum effutiunt Grammatici quidam: dum alii ſuſpectam lectionem Livii habent, & Catellis ſupponunt catejas, genus nempe miſſilium: alii catillos habent diminutivum à catino vaſe. Nihil plane neceſſe erat ad ea deliramenta confugere, & Hiſtoricum de præmiis militaribus verba facientem, cujuſmodi ſunt armillæ, fibulæ, torques, & catellæ, id eſt parvæ catenæ aureæ, vel argenteæ, collo, vel ante pectus ob honoris teſtificationem geſtandæ, obtortiſſimo collo detorquere ad jacula Teutonicorum atque Gallorum, & ad vaſa lotoria: quo neſcio an quidquam excogitari poſſit inſulſiùs. Impoſuit illis meo judicio nomen *catellus* pro catulo: cumque nil catulos ad præmia militaria intelligerent pertinere, Livianum locum emaculandum putarunt. Verùm ibi Ablativum *catellis* non eſt à catello, diminutivo canis, ſed à catella, diminutivo catenæ.

Catena, æ. Ferreum vinculum, vel annulatum, vel ex perpetua & craſſiore lamina, quo firmandis ædificiis, atque adeo machinis bellicis utimur. Horat. 3. 8.

Cantaber ſerâ domitus catenâ,

Catenæ dicuntur à Vitruvio trabes oblongæ, quæ in machinis vel ædificiis opus colligant continentque. Vide multa apud illum lib. 7. cap. 3. *Tiranti*.

Catenatio. Trabium catenatio: textura trabium ad opus firmandum. Vitruv. lib. 2. cap. 9. *Et in commiſſuris & in coagmentationibus ab lenitudine firma recipiunt catenationes*.

Catenatus, a, um. Ut opus catenatum in re ædificatoria & machinali, ideſt probè firmum. Mart. lib. 7.

Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis.

Catenula, æ. Pro parva catena paſſim accipitur; ne-

Google

neſcio tamen qua Latii veteris authoritate hoc vocabulum innitatur. Dices proinde tutius *Catella*.

Caterva, æ. Germanicæ originis vocem ſacit Martinius. Veget. lib. 2. cap. 2. docet peculiarem fuiſſe Gallorum, & Celtiberorum, complexamque ſena armatorum millia. Plerumque certè Catervæ dicuntur de Barbaria; ut auxilia de Sociis, legiones de Romanis. Catervas Numidarum dixit Saluſtius in Jugurta. Tacit. lib. 4. *Barbari catervis decurrentes*. Ammianus lib. 19. *Barbarorum mori obſtinatorum catervis ſemet immerſit*. Apertiſſimè verò Veget. loco ſuperiùs indicato: *Galli atque Celtiberi, pluresſque Barbaricæ nationes catervis utebantur in prælio*. Horatius catervas peditibus, equitibus turmas attribuit. Sic enim ſcribit 2. Epiſt. 1.

Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque catervæ.

Virgilius tamen de Camilla ſcripſit lib. 11.

Agmen agens equitum, & florentes ære catervas,

Ubi non tam diſtinguere videtur Camillę auxiliarios inter equites & pedites, quàm ornare potius Poetico more per illa verba *florentes ære catervas*, quod prius dixerat *agmen agens equitum*. Adverte non ita rarò à Scriptoribus catervas accipi pro globo militum disjecto, atque adeo diſtingui à cohorte vel turma ritè ordinata. Aperte id inſinuat Sveton. in Auguſt. *Spectavit ſtudioſiſſimè pugiles, & maxime Latinos, non ordinarios modò & legitimos, ſed Catervarios oppidanos, inter anguſtias vicorum temerè ac ſine arte pugnantes*.

Catervarius, a, um. Vide *Caterva*.

Catervatim. Per catervas. Liv. 3. Bell. Pun. *Jam primi conſeruerant manus cum alii catervatim currerent*.

Catoptrica. Refertur inter Mathematicas facultates: conſiderat autem lineas, ut vocant, reflexionis, ſeu radios luminis ab opaco corpore reſilientes. Neceſſaria eſt machinariis ad multa opera bellicæ Architecturæ.

Cattani, orum. Vide *Capitaneus*.

Cattus, sive Catus. Machina tectoria in genere vinearum. Vegetius lib. 4. cap. 15. *Vineas dixerunt Veteres, quas nunc militari Barbaroque uſu Cattos vocant*. Verùm in editione Stenvechiana non Cattos ibi, ſed Cauſias legitur. Vide *Cauſiæ*. Sic autem Vegetius proſequitur in deſcriptione ejus machinæ: *E' lignis levioribus machina colligatur alta pedibus octo, lata pedibus ſeptem, longa pedibus ſex* (alii legunt ſexdecim). *Hujus tectum munitione duplici tabulatis cratibuſque contexitur. Latera quoque vimine ſepiuntur, ne ſaxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinſecùs autem ne immiſſo concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. Iſtæ, cum plures factæ fuerint, junguntur in ordinem, ſub quibus ſubſidentes tuti ad ſubruenda murorum penetrant fundamenta*. Nomen illi à Catto, ſeu fele noſtrate: quaſi ſub tectorio illo munimento miles in morem felis in inſidiis lateat, & mox ad capiendum, vel quomodolibet impetum faciendum exſiliat. Apud poſtremi ævi, & craſſioris Minervæ Scriptores non ſemel fit Cattorum mentio. Inter alios de illis ſcribit Chronicon quoddam Colmarienſe ſub Annum Chriſti 1298. *Expugnavit Rex hanc Civitatem per duo vaſa concava, quæ faciebant artifices ſapientes. Unum vas Cattus vocabatur, aliud Cancer. Erant hæc vaſa longa quadrata demiſſa, ex omni parte laterum clauſa. Versùs terram nullum munimen habebant, ſed versùs Cælum de tabulis fortibus ac ſpiſſis tectum, machinarum lapides minimè metuebat. Cattus leve vas erat, & faciliter trahebatur. Cum hoc vas ad civitatem fuiſſet perductum, ligna quædam pro pedibus ſibi fecerunt, ut ad murum per foſſatum faciliùs poſſent pervenire. Cum ad murum perveniſſent, juvenes de civitate egreſſi ſucciderunt Catto pedes, & in foſſatum cadere coegerunt*. Adde Villelmum Briton. lib. 7.

Huc faciunt reptare Catum tectique ſub illo
Suffodiunt murum.

Vide *Cata*.

2. Thema hujus vocis variè traditur. Nonnullis Cattus dicitur, quaſi cautus, quoniam ſagax eſt animal. Plane nugantur, qui dictum exiſtimant Cattum, quaſi acutum, quod acutè Cattus in nocte videat. Propiùs ad verum acceſſunt alii à verbo Captare, quod eſt decipere. Utrumque etymon junxit Iſidorus: *Hinc alii Cattum à captura vocant. Alii dicunt quod cattat, ideſt, videt. Nam tam acutè cernit, ut fulgore luminis tenebras ſuperet*. Alexander Taſſonus Penſier. Diverſ. lib. 5. cap. 35. cauſam exquirens, quam ob rem feles ſint avidiſſimi piſcium, affert locum Athenæi, ubi narrat Gattidem Syriæ Reginam uſque adeo piſcium eſu fuiſſe captam, ut legem latiſſimè in ſuos tulerit populos, ne quiſquam piſcibus veſci auderet niſi in Regia ipſius menſa. Addit deinde Taſſonus ex hujus facilè Reginæ nomine propter commemoratam piſcium aviditatem Cattos, ſeu gattos fuiſſe compellatos. Adſcribo ejuſdem verba, ſed rei fides penes ipſum ſit: *Da queſta Gattide, ò Gatta può eſſere che gl'Italiani habbiano poſcia formato il nome di Gatto per ſignificare un'animale ghiotto del peſce, come fù quella Reina*. Vide *Gattus*.

Cattus. Inſigne militare. Sublatam præterea Catti vel felis imaginem pro bellico inſigni in Aula Palatina diſcimus ex Authoribua eorum temporum; & ejuſdem rei meminit Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 13. Utebantur potiſſimum hoc inſigni milites Anguſtæi appellati, qui ſtipendia faciebant ſub Magiſtro peditum. Catti effigies coloris erat praſini in alba parma, rubro oras circumeunte circulo. Viſebatur autem felis, vel Cattus tanquam citato excurrens gradu, in tergum reflexo capite. Item Catto dimidio coloris rubri in parma punicea diſtinguebantur milites Alpini nuncupati per eadem diviſi Imperii poſteriora tempora. Qua verò naturæ prærogativa promeruerint Catti ut ſcuta bellica exornarent, piget indagare; nec præter ea, quæ vulgò ſunt nota, quidquam comminiſcitur novi commemoratus Valerianus.

Cattus, i. Inter naves bellicas recenſetur à Gaufredo Malaterra l. 2. c. 8. *Noſtri denique tantummodo germundos & galeas; Sicilienſes verò Cattos & golofros, & dromundos, ſed & diverſæ fabricæ naves habebant*.

Cavalcata, æ. Videtur fuiſſe genus Curſorum in equis, quos etiam hodiè in Curia Romana dicimus *Cavalcata*. Charta Galeacii comitis Virtutum an. 1371. *Dictus Emanuel inveſtitus poſſit & valeat in prædicto Caſtro imponere fodra, & ta-*

Digitized by Google

leas regias, *& earegia*, *guaytas*, *ſcaraguaytas*, *exercitus*, *& Cavaleatas*.

Cavalleria, æ, Occurrit frequenter apud Scriptores Hiſpanos, præſertim Aragones. Apud eos populos jus fuit antiquum in omnibus ferè præſtantioribus oppidis pro militibus alendis vectigalia aſſignari. Portiones illæ ſtipendiariæ vocabantur *Cavalleriæ*. Lucas Thudenſis in Chronico. *Miles vero ſi Cavalleriam dimittit*, *dum eam tenere poſſit*, *nullo modo judicetur*, Vide plura apud Cangium in Gloſſ.

Caudæ Equinæ. Signum militare apud Turcas receotis militiæ, maximo in pretio habitum, quemadmodum aquila apud Romanos Veteres. Conſtat autem pilo ſive haſta, cui deſuper alligata equi cauda dependet, cum pila ſeu globo inaurato in haſtæ faſtigio. Supremus Turciearum copiarum moderator, vulgò magnus Viſirius, tres educit cum exercitu equinas caudas: totidem Supremi Præfecti Militares Babylonis & Alexandriæ in Ægypto, cum per ſuas Provincias commeant; oam ab iiſdem egreſſi duas tantummodo efferunt equinas eaudas: Uoica vero prçfertur ab aliarum Regionum Præſidibus, quos Baſſas, & Beglierbeos vocant, cum in aeiem profieiſcuntur. Origo hujus militaris ſigni repetitur à Ductore Turcieo, qui, adempto in acie ab hoſtibus vexillo, equi proximi caudam gladio amputavit, eaque pilo ſublata victoriam adeptus eſt. Cooſequentes Turcici Imperatores, ut ejus rei memoriam propagarent, authores ſuere, ut in poſterum equinæ caudæ pro regio ſigno erigerentur. Id verò ſignum Turcæ vocant *Toug*, Vide Rieaut de l'Empire Ottoman.

Cauoicæ, vel

Cauoicariæ, vel

Caudicatæ naves, (Nam omnibus his modis legitur apud Senecam de illis locus) ſie appellantur à Caudice, qui arborum ſtipes eſt, & modo pro trunco, modò pro tabula pooitur. Lato eonſtant lignorum contextu, nexiſque io plano trabibus. Senec. de brevit. vit. *Nunc quoque naves, quæ ex antiqua conſuetudine commeatus ſubvehunt*, *Caudicatæ vocantur*. Ex quibus verbis liquet de earum uſu: oimirum ad annonam & commeatus ſubvehendos. Aliæ verò majores, aliæ minores erant Caudieariæ. Annonæ & frumento vectando in bellicis expeditionibus navalibus procul dubio deſerviebant. Ex earum genere fuiſſe planè exiſtimo annotioas & ſrumentarias. Eædem lembi eaudieei appellati ab Auſonio in Moſella:

Navita caudiceo fluitans ſuper æquora lembo.

Caudicarias minores extitiſſe reputaverim, de quibus, tanquam de fluviatili navium genere, Varro ſie loquitur. *Antiqui plures tabulas conjunctas eodices dicebant*; *à quo in Tyberi naves Codicarias appellamus*. Meminit earum Gellius lib. 10. cap. 25. Itali dicunt *Zattere*, fortaſſe à ſimilitudine aliqua cum diſſecto per medium Melopepone, qui vocatur *Zatta*. Apud Academicos Furfurarios *Zatta* eſt etiam genus navis.

Caulis. Legitur apud Heronem de Machin. bellicis cap. 25., ubi ſeribit à Damide Colophonio Maehinario ſambucas ſuper Caulibus fuiſſe poſitas. Interpretatur Baroccius ibidem ſuſtem, ſive ſuſum ſpiralem, ſimilem Helici, cum eircumvolutionibus ſcalptis ad modum torcularis.

Causarii Milites. Qui ſenectute, vel adverſa valetudine debiles, aut aliqno eorporis vitio, præſertim in bellis eontracto, labefactati, atque ideircò muoeribus atque laboribus militaribus mious idonei, ſacramento ſolvuntur, reſque ſuas ae domos jubentur reviſere. Ex quo Cauſaria etiam horum miſſio dieitur, de qua Ulpianus: *Eſt cauſaria*, *quæ propter valetudines à militiæ laboribus ſolvit*. Sæpe autem Cauſa & Cauſarius io deteriorem partem accipitur à Latinis Scriptoribus, nimirum de iis, quibus vel morbus ægrotatioois, vel paupertas calamitatis & ægritudinis cauſa eſt. De Valetudinariis Plinius lib. 25. cap. 5. *Datur ſanguinem excreantibus*, *Cauſariis vel latere vel faucibus*. Seneca Epiſt. 69. ad animum tranſtulit: *Cauſariæ ſunt in animo noſtro partes*, *quibus adbibenda curatio eſt*. De egenis, iiſque, qui ſacultatibus lapſi eſſent ita Spartianus in Hadriaoo: *Poſt bæc profectus in Gallias*, *omnes Cauſarios liberalitatibus ſublevavit*. Ideſt rerum penuria conflictatos propria adjuvit ſovitque liberalitate, ut ad eum locum benè notant Caſaubonus & Salmaſius. Cæterum de Cauſario milite Livius lib. 6. *Tertias exercitus ex Cauſariis, Senioribuſque à L. Quinctio ſcribatur*, *qui Urbi, mœnibuſque præſidio ſit*. Ex quo loco licet addiſcere ſupremæ oeceſſitatis ioſtante telo, ſenes etiam & Cauſarios fuiſſe conſcriptos. Qui verò aeeeptis in militia vuloeribus debilitati eſſent, ita domos remittebantur, ut pecuoia & præmiis ornareotur. Ea porrò miſſio mixta erat ex honeſta & Cauſaria.

Causaria missio. Vide *Cauſarii*.

Causta, æ. Machina tectoria in genere vioearum. Sed corruptum loeum Vegetii, apud quem legitur, putat Steuvechius, Lipſius reſtituit Cattos. Librariorum Veterum imperitia vel impudeotia, in corrumpendis, & ad libitum variandis propriis artium vocabulis, nihil non eſt auſa. Moleſtiſſimus hine viris eruditis labor caſtigandi, eooſigendi, reſtituendi mendoſos codices; quod ſæpè conjecturis & divinationibus peragi oeceſſe fuit, Vide *Cattus*.

Causia, æ. Quidquid ſit de corrupto Vegetii loco, ubi Cauſiam accipit pro machina tectoria, certum eſt minimè ignotam hane vocem fuiſſe Veteribus pro capitis tegumento, ut notat Aleiatus in Lexic. Voc. Plautin. Martioius Macedonicum expooit capitis tegmen è lanis coactis, tiaræ ſimile. Miror tameo ſententiam ſuam oon eorroboraſſe teſtimonio Valerii Maximi lib. 5. cap. 1. *Antigonus correpto juvene*, *quod tanti viri ſubitæ ruinæ*, *immemor humanorum caſuum*, *effuſo gaudio inſultaret*: *humo caput ſublatum*, *Cauſea*, *qua velatum caput ſuum more Macedonum habebat*, *texit*: *corporique Pyrrhi redditum*, *honoratiſſimè cremandum curavit*. Apparet ex hoc Valerii loco Cauſiam fuiſſe velamentum capitis militare; quod inſuper elucet verbis Plauti in Milite:

Facito ut venias ornatu huc naucleriaco, cauſiam
Habeas ferrugineam.

Idem in Perſa.

chlamydem afferto, *& eauſiam*.

Credibile eſt tegumentom fuiſſe aptum æſtui prohibendo, ac ne oculi pugnatorum à Solis radiis perſtringerentur. Legitur apud Martialem Epigramma hoc titulo: *Cauſea*.

In Pompejano tectus ſpectabo theatro:
Nam ventus populo vela negare ſolet.

Verùm prædictum lemma Epigrammatis variat

Al-

Digitized by Google

Aldina lectio, & pro Cauſea, vel Cauſia legit Gauſapa. Thema vocis à καίω, quod eſt uro, quoniam pileus erat latis marginibus caput inumbrans, ne eidem ſolis æſtus officeret.

Cautibula, æ. Occurrit apud Vincentium Belluaeenſem in ſpeculo Hiſtoriali, & uſurpatur pro Machina tectoria, quam nihil diſtare à Cato, vel Catto bene exiſtimat Vitalis in voce *Cauſſiæ*.

Cazafusta. Videtur fuiſſe machina jaculatoria non multum abſimilis fuſtibaln. Occurrit apud Rollandinum lib. 8. Hiſt. *Nibilominus niſi ſunt defendentes inimicos repellere, eoſque fugare & figere nunc lanceis, nunc ſagittis, fundis petras rotantibus, & ſonantibus Cazafuſtis.* Mihi ferè exploratum eſt depravatè legi Cazaſuſta, ubi legendum erat Maza, vel mazzafuſta: mendumque irrepſiſſe vel incuriâ librariorum, vel authoris ipſius inſcitiâ, aut certè vitio ſæculi deterioris, & populari libidine vocabula corrumpendi. Vide quæ de Mazzafuſta ſcripſimus in titulis *Fuſtibalum*, & *Mattiarii*.

Celata, æ. Inſidiæ, quoniam occultæ & cœlatæ eſſe ſolent. Sic vocitantur à Scriptoribus Latinobarbaris. Iſidorus Pacenſis in Chronico: *Europenſes verò ſollieiti ne per ſemitas deliteſcentes aliquas facerent ſimulanter Celatas, ſtupefacti in circuitu ſeſe fruſtra recapitant.* Hiſpanis etiam *Celada* eſt dolus bellicus. Verùm Italis longe abiit ea dictio ad indicandum ferreum capitis tegumentum, *Celata* dictum, quoniam eo miles indutus occultatur, nec ita facile à quopiam agnoſcitur.

Celeres. Romulus trecentos juvenes robuſtiſſimos, denos per ſingulas Curias delectos, conſtituit, qui haſtati ſibi præſto eſſent in Urbe, in militia primi pugnam inirent. Eam regii corporis cuſtodiam Celeres appellavit, à Celere quodam amiciſſimo ſuo comite, cujus ope Remum fratrem occidiſſe memoratur, potius quàm à celeritate miniſterii, ut quidam putant. Iis Præfectus Tribunus Celerum dicebatur. Cuſtodiam hanc depoſuiſſe Numam ſcribit Plutarchus, ſed ſequentes Reges revocarunt, ut ex eodem Plutarcho colligitur. Vide *Celes*.

Celeritas in bello vel praelio. In rebus agendis celeritas & feſtinatio ſiniſtrorum eventuum interdum mater eſt: contra verò ex eadem crebrò præclarè factis quaſi cumulus quidam laudis accedit. Zeuxidis eximii pictoris memorabile eſt pronunciatum: *quæ citò fiunt citò perire*; contra verò, quæ per exactam curam & laborem diuturnum abſolvuntur, ætatem ferre. Quare cum paulo cunctatior in pingendo eſſet, illud ſolebat crebrò uſurpare: *Æternitati pingo*. Apelles tyroni imperito & oſtensâ tabulâ ſic glorianti: *Hanc modo pinxi*, ſapienter reſpondit: *Id ſcilicet pictura ipſa loquitur*. Socrates mirari ſolebat cum fructus præcoces, qui deteriores eſſe ſolent, magno pretio delicatuli quidam coemerent, cum eoſdem minore ſumptu & meliores comparare poſſent expectato maturitatis tempore. Sed nihil ad nos pertinet quantum cæteris artibus feſtinatio aut detrimenti, aut laudis importet. Equidem dubitari non poteſt ſi in armorum Duce vel bellatore cæteris prærogativis agendi celeritas adjiciatur, facinora tunc illa exſurgere, quæ non tam humanâ operâ, quàm divinitùs contingere videantur. Armorum ille experientiſſimus inter Romanos Pompejus, licet multis graviſſimiſque bellis fatigatus per omnes ferè Europæ Aſiæque regiones canitiem circumtuliſſet, ad ſupremum tamen gloriæ apicem perveniſſe viſus eſt, poſtquam bellum piraticum, quod latiſſimè per Aſiæ littora exardeſcebat, prodigioſa quadam celeritate confecit extinxitque. Feliciſſimam expeditionem multis proſequuntur laudibus Plutarchus in ejus vita, & Cicero in Oratione pro leg. Manil. De eadem hæc literis conſignavit Florus lib. 3. cap. 6. *Quid prius in hac mirere victoria? velocitatem, quòd quadrageſimo die parta eſt? an felicitatem, quod ne una quidem navis amiſſa eſt? an verò perpetuitatem?* Vim celerem & expeditam in adminiſtratione bellorum quantivis pretii eſſe oſtendit Curtius lib. 5., ubi hæc de Alexandro: *Nullam virtutem Regis iſtius magis quàm celeritatem laudaverim.* Ad Cæſaris verò gloriam nihil æque contulit, quàm in explicandis bellorum periculis ardor ubique promptiſſimus. Audiendus in primis eſt Dio lib. 42. *In omnibus negotiis celeritate plurimum conſecutus eſt: neque ulla alia cauſa fuit, cur omnes ea tempeſtate Duces tantum rei bellicæ gloria præcelleret.* Lucanus vividè ſic expreſſit:

de quo male tunc fortuna meretur
Cum poſt vota venit.

Ejuſdem familiare illud dictum refertur à Plutarcho in Apophth. Non eſſe conſultandum, ſed agendum in re magna & periculis obſepta. Id ſcilicet eſt quod fecit locum parœmiæ: *Dum Romæ conſulitur, Saguntus expugnatur.* Et antiquiori adagio; *Conſultare de Ilio capto.* Ut autem ad Cæſarem redeam, quid præclaro Duci glorioſius, quàm poſt Pharnacem primo congreſſu feliciter ſuperatum ad amicos ſcribere potuiſſe: *Veni, Vidi, Vici.* Huc pertinet illud Torquati noſtri cant. 19.

Fra lo ſdegno Tancredi e la vergogna
Si rode, e laſcia i ſoliti riguardi;
E in cotal guiſa la vendetta agogna,
Che ſua perdita ſtima il vincer tardi.

Equidem crebra ubique celeritatis mentio apud Cæſarem in ſuis Commentariis. Sic autem ſcribit lib. 7. de Bell. Gallic., ubi loquitur de neceſſitate congrediendi iniquo loco: *Hoc una celeritate poſſe vitari, occaſionis eſſe rem, non prælii.* Et mox: *Unam eſſe in celeritate poſitam ſalutem.* Et iterum ibidem: *Unum communis ſalutis auxilium in celeritate ponebat.* Et lib. 2. de Bell. Gallic. *His facilè pulſis ac perturbatis, incredibili celeritate ad flumen decurrerunt; ut pene uno tempore, & ad ſilvas, & in flumine, & jam in manibus noſtris hoſtes viderentur.* Eodem feſtinationis beneficio uſus Cæſar initio Belli Civilis, & in ipſo Rubiconis tranſitu. Sic enim de illo Appianus lib. 2. de Bell. Civil. *Miſerat quidem qui exercitum adducerent; ſed ſolitus celeritate ac terrore audaciaque magis uti, quàm apparatibus, ſtatuit cum quinque ſuorum millibus tam magnum bellum prior aggredi, & occupare loca opportuna Italiæ.*

a. Hauſiſſe Cæſar eos ſpiritus videri potuit ex Miltiade, qui decem Athenienſium millia adverſùs ſexcenta Perſarum millia duxit, horumque ferè millia ducenta in Campis Marathoniis ſuſtulit, non tam ſuorum virtute, quàm celeritatis adminiculo fretus, ut legimus apud Juſtinum lib. 2. *Miltiades & Dux belli erat, & author non expectandi auxilii, quem tanta fiducia ceperat, ut*

plus

Digitized by Google

plus præſidii in celeritate, quàm in ſociis duceret. Magna igitur currentibus in pugnam alacritas animorum fuit, adeo ut cum mille paſſus inter duas acies eſſent, citato curſu ante jactus ſagittarum ad hoſtem venirent. Nec audaciæ ejus eventus defuit. Pugnatum eſt tanta virtute, ut hinc viros, hinc pecudes putares. Victi Perſæ in naves confugere, ex quibus multæ ſuppreſſæ, multæ captæ. Ducenta millia Perſæ eo prælio ſine navigio amiſerunt. Scitu dignum eſt Marci Catonis effatum, qui cum iter quatuor dierum biduo confeciſſet, gratulantibus poſteà ſibi victoriam militibus, *Tunc*, inquit, *vicimus, cum biduo quatuor dierum ſpatium confecimus*, ut narrat Frontinus lib. 3. cap. 1. Quanti vero referat expedito milite, & pernicinre gradu hoſtem occupare, documento reliquis Ducibus fuit Craſſus, qui multa cunctatus in Syria exigendis vectigalibus, avaritiæque explendæ, cam ob cauſam & florentiſſimss Comanorum copias amiſit in Parthia, & ſuo ipſe ſanguine terram hoſticam nobilitavit. Appian. de Bell. Parth. *Atque hoc ſecundum poſt temere ſuſceptam expeditionem Craſſi grave erratum viſum eſt, quòd cum debuiſſet procedere ad Babylonem, & Seleuciam Civitates Parthis ſemper infenſas, tempus apparandi ſe dedit hoſtibus. Mora quoque in Syria reprehenſione non caruit, exactori magis, quàm Imperatori conveniens. Neque enim comparandis armis, aut exercendo militi tempus impenſum eſt, ſed ſupputandæ pecuniæ vectigalium.*

3. Navigationi quoque & maritimis prœliis quantum momenti afferat expedita celeritas docet Herodotus lib. 6. Exemplo Miltiadis, qui uno die in inſulam Lemnum delatus ex Eleunte Cherſoneſi Thraciç eandem Athenienſium imperio adjecit. Etenim Pelaſgi, qui inſulam tuebantur, tum demum ſe imperata facturos ſpoponderant, cum uno die ex Attica in Lemnum claſſis perveniret. Non igitur fruſtra Poetæ veteres Victoriç alas attribuerunt, inſinuantes illud eſſe pulcherrimum & præſtantiſſimum victoriæ genus, quod conſilii & operum celeritate conficeretur. Ovid. lib. 8. Metam.

Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.

Et Claud. de Laud. Stilic.

Ipſa duci ſacras Victoria panderet alas.

Minimùm verò iſthæc officiunt, aut ſuam detrahunt laudem tum maturioribus conſiliis, tum in longam moram protracta interdum Marti. Cunctando ſcilicet, lenteque diſtinendo vires hoſticas ſcimus egregias ſæpe victorias fuiſſe comparatas. Fecit id inter alios teſtatiſſimum Q. Fabius Annibalis prçferoces ſpiritus ſenili tarditate ſibi edomandos conſtituens: de quo ita ſcribit Florus lib. 2. cap. 6. *Prima redeuntis, & ut ſic dixerim, reviviſcentis imperii ſpes Fabius fuit, qui novam de Annibale victoriam commentus eſt, non pugnare. Hinc illi cognomen novum, & Reipublicæ ſalutare, Cunctator.* Quod verò temperamentum inter cunctationem & celeritatem ſit adhibendum præſcripſit Iphicrates, ut tradit Polyenus lib. 3. Præſtat ſiquidem ex ejus Ducis documento belli prœliive aleam producere, ſi adversùs tyrones rudes & inexercitatos ſit dimicandum à veteranis. Sic enim non tempus ſolùm, ſed vires etiam hoſtium, laborem nequaquam tolerantium, atteruntur. Contra verò feſtinatione opus eſt in indicendo adeundoque conflictu, ubi recens conſcriptus miles adversùs Veteranos educitur. Ad eum quippe modum qualiſcumque colligitur fructus ex ardore militum, qui primis experimentis omnes nervos intendere, & quantas maxime poſſunt vires ſolent exerere. Præſtitit id Philippus ad Cheronæam, ut ſcribit Frontinus lib. 2. cap. 1., qui cum milite diuturnis laboribus durato adversùs parum exercitatos Athenienſes congreſſus longa prius tergiverſatione moraque eoſdem fatigavit: tum contra vehementer delaſſatos ſigna intulit, & fortiter debilitatos cecidit. Nuſquam certe commodiùs locum habet effatum vetus Auguſti: *Feſtina lente*, illuſtratum poſtea ſymbolo delphinis anchoræ obvoluti, ad oſtendendum tum inconſultam celeritatem, tum moram ignavam præſtanti Duci exitio eſſe; ſed feſtinationem tarditati opportune eſſe miſcendam.

4. Quare optime monet Saluſtius, antequam quidpiam quis aggrediatur, conſulto, poſtquam verò conſuluerit, maturè facto opus eſſe. Sed vix uſquam uberior & magis inopinatus victoriæ fructus à celeritate captus legitur, quàm apud Livium lib. 27., ubi enarrat profligatas copias Aſdrubalis, & fortiſſimos milites internecione deletos feſtinatione mirabili, qua eoſdem undique circumambiens Nero prius ferè quàm ferro, Romanorum adventu præter omnem expectationem ſolicito confecit. Ea præſertim notatu digna in Livii enarratione: *Nero non ſuadere modo, ſed ſumma ope orare inſtitit, ne conſilium ſuum, quod tutum celeritas feciſſet, temerarium moderando facerent. Errore, qui non diuturnus futurus eſſet, velut torpentem Annibalem, nec caſtra ſua ſine Duce relicta aggredi, nec ad ſequendum ſe iter intendiſſe, antequam ſe moveat, delere Exercitum Aſdrubalis poſſe, redireque in Apuliam. Qui prolatando ſpatium hoſti det, eum & illa caſtra prodere Annibali, & aperire in Galliam iter, ut per otium, ubi velit, Aſdrubali conjungatur. Extemplò ſignum dandum & exeundum in aciem: abutendumque errore hoſtium abſentium, præſentiumque: dum neque illi ſciant cum paucioribus, nec hi cum pluribus & validioribus rem eſſe. Concilio dimiſſo, ſignum pugnæ proponitur, confeſtimque in aciem procedunt.*

5. Sed non omiſerim illuſtre eloquium Claudii Mamertini in Panegyrico Maximiani, ubi ejus Principis celeritatem exornat: *Chaibones, Eruloſque aperto Marte atque uno impetu perculiſti, non univerſo ad id prælium uſus exercitu, ſed paucis cohortibus. Quid enim opus erat multitudine cum ipſe pugnares, ipſe omnibus locis totaque acie dimicares, ipſe hoſti undique, & quà reſiſteret, & quà cederet, & quà fugeret, occurreres, erroremque adverſariis pariter, ac tuis faceres, cum neque te Barbari unum putarent, neque milites non dico ſtipatione atque comitatu, ſed ſaltem oculis ſequi poſſent. Tanto quippe prælia ferebare, non aliter quàm magnus amnis ſolet, hibernis imbribus auctus & nivibus, paſſim ferre quà campus eſt.* Et paulò poſt: *Bonâ veniâ Deûm dixerim, ne Juppiter quidem ipſe tanta celeritate faciem Cœli ſui variat, quàm facilè tu, Imperator, togam prætextam ſumpto thorace mutaſti, haſtam poſito ſcipione rapuiſti, à Tribunali veniſti in Campum, à curuli in equum te tranſtuliſti, & rursùs ex acie cum triumpho rediiſti, totamque hanc Urbem repentina in hoſtes eruptione ſo-*

li:i-

licitam Lætitia & exultatione, & aris flagrantibus, & ſacrificiis, & odoribus accenſis impleſti. Non diſſimilia ſunt; quæ commemoratus Mamertinus habet de celeritate Maximiani & Diocletiani in Genethliaco Maximiani Cæſaris: *Quæcumque pulcherrima facitis, continuò tranſitis, & ad majora properatis, ut dum veſtigia veſtra miramur, dumque vos adhuc eſſe in conſpectu putamus, jam de vobis audiamus longinqua miracula. Ita omnes provinciæ veſtræ, quas divina celeritate peragraſtis, ubi ſitis viciſſim neſciunt, ſciunt tamen vos ubique viciſſe.*

Celes, & Celetes. Suidæ ſunt Equi una habena rećti, ſive deſultorii, ad diſcrimen equi quadrigarii. Equites iis inſidentes dicuntur etiam Celetes. Quidam Romuli cuſtodiam, de qua eſt dictum in voce *Celeres*, Celetes appellant. A κέλω *moveo*, Occurrit hæc vox apud Curtium lib. 4. cap. 1. in Epiſtola Alexandri ad Darium: ubi tamen à nonnullis expungitur. Reſtituendus tamen integer ille locus Curtii: ut enim notat probatque Salmaſius in Lamprid., Equites ex Græco Celetes appellantur; & quoniam velociſſimum eſt animal equus, inde Celeres, Celeritas, & ſimilia nomina apud Latinos fluxerunt. Vide *Celeres*.

Celeuma, aliis Celeuſma. Clamor eſt & adhortatio, qua ſe invicem quipiam ad laborem hortantur ſigno dato; fit enim à κελεύω, quod eſt imperare, ſignum dare. Martialis lib. 3.

Quorum per vada tarda navigantes
Lentos figitis ad Celeuma remos,

Et lib. 4.

Ne blando rota ſit moleſta ſomno,
Quem nec rumpere nauticum Celeuma,
Nec clamor valet helciariorum.

Falluntur in expoſitione hujus vocis Lexicarii, & eoſdem ſecutus Raderus Martialis interpres, qui Celeuma ad Claſſiarios duntaxat & turbam nauticam referunt; quaſi eorum ſit clamor peculiaris, cum terra procul inſpecta portum feſta gratulatione conclamant, juxta illud Virgilii 3. Æneid, de Ænea & Sociis:

Cum procul obſcuros colles, humilemque videmus
Italiam; Italiam primus conclamat Achates:
Italiam læto ſocii clamore ſalutant.

Non ſum ignarus alia notione apud nautas Celeuma eſſe hortamentum Celeuſtarum, quo remiges vel cohibentur a remorum pulſu, vel ad eundem incitantur ab iiſdem Celeuſtis, ſive moderatoribus navigationis, quos Plautus latino vocabulo hortatores appellat. Id porrò Celeuma interdum verò aſſa voce, interdum tibia canebatur, ut tradit Budæus. Ajo autem non magis nautarum, quàm militū proprium fuiſſe Celeuma, canticum nimirum ad alacritatem exſuſcitandam, aut expromendam lætitiam excogitatum. Cantu ſcilicet & muſicis inſtrumentis extimulari ſolitos bellatorum animos, multis me alibi oſtendere memini. Sed apertum de Celeumate exemplum occurrit in Sacris paginis Jerem. 51. *Et replebo te hominibus quaſi brucho, & ſuper te Celeuma cantabitur.* Ait autem canendum eſſe Celeuma ſuper muros Babylonios, ideſt Perſicas bellatorum copias adversùs eam Urbem cum cantu & tripudio conflicturas. Similia ſunt verba Iſaiæ cap. 30. *In tympanis & citharis, & in bellis præcipuè expugnabit eos.* Minimùm certè differre exiſtimaverim inter Celeumata, Pæanes, & Epinicia, quæ cæteroqui conſtat fuiſſe hymnos Bellicos. Neque porrò eſt dubitandum præter nauticum & bellicum recenſeri oportere vindemiale Celeuma, quod nimirum concinebant Vindemiatores in torculari juxta illud Jerem. cap. 48. *Nequaquam calcator uvæ ſolitum Celeuſma cantabit.* Feſtivi autem cantus illi, & geniales conclamationes, quæ celebrari ſolebant antiquitùs ſuper ipſo lacu muſteo, Vindemiæ tempore, etiam hodie perdurant apud Vinitores cum racemos uvarum decerpunt. Sublatis quippe clamoribus hilares ac ſæpe licentioſos iterant cantus, tanquam felices Autumnos ſibi gratulantes, ad eum fere modum, quo turba meſſorum in agris conclamat exilitque tripudiis, congeſtis in altum ſpicarum acervis. Progignit quippe, & vehementer lætitiam auget non ſolum anni proſperitas, verùm numerus ipſe meſſorum, vel vindemiatorum, qui nihil ſibi non licere exiſtimant, nec ſatis retinere poſſunt conceptam animis hilaritatem, & quam ingenerare ſolet libertatem æqualium ſocietas, & agreſtium affluentia. Contra verò, ut notat Martinus Roa Singul. cum humano generi propinandum ſanguinem ſuum calcaret in prælo Crucis Chriſtus Dominus, ſine cantu & celeumate peracta res eſt, ſed planè tacitè & ſolitariè: quamobrem legimus apud Iſaiam cap. 63. *Torcular calcavi ſolus.*

Celox, ocis. Navigium breve, à celeritate dictum, ut ſcribit Nonius, iiſque ſimile reputatur, quæ Itali dicunt *Brigantini*, Celoces Latini appellant, quos Græci dicunt Celetes, ut ſcribit Gellius. Iſidorus pro *Celoces* & *Celetes*, mendosè habet *Celones* & *Celenas*. Remis actas fuiſſe colligitur ex verſu Varronis apud Marcellum:

Nautæ remivagam movens celocem.

Earum meminit Livius lib. 1. Bell. Punic. *Naves ducentæ viginti, quinqueremes, celoces viginti deductæ.* Ex quibus ſatis colligitur militare fuiſſe navigium. Legitur verſiculus ille in Ennii fragmentis:

Labitur uncta carina per æquora cana celocis.

Non video cui veterum teſtimonio niti poſſit Fulgentius, qui celocem exponit naviculam modiciſſimam. Ejus inventores Rhodios tradit Plinius libr. 7. capit. 56. apud quem ibidem habes aliarum navium inventores. Vide Girald. de Navig.

Cenotaphium. Ulpian. L. vel quod ff. de religioſis & ſumptibus fun. *Si adhuc monumentum purum eſt, poterit quis hoc & vendere & donare: ſi cenotaphium ſit, poſſe hoc venire dicendum eſt; nec enim hoc eſſe religioſum Divi fratres reſcripſerunt.* Latinè reddas ſepulchrum vacuum vel inane ex Græco κενὸς τάφος tumulus vacuus, Italis *Catafalco*, cujus etymon vocis vide in Tit. *Cata*. Suetoo. in Claud. honorarium tumulum, Servius in 6. Æneid. imaginariam ſepulturam, Capitolin. in Pertinac. funus imaginarium appellant; quoniam non præſenti mortuo id fieret, ſed ejus imagini. Non itaque eſt verum & legitimum ſepulchrum; ſed vacuum, in quod nimirum nullæ reliquiæ illatæ ſunt. Veteris fuit moris inventum. Opinabantur ſcilicet Antiqui, paludem Stygiam tranari non poſſe ab iis, qui ſepulchri honore orbabantur. Hinc exequiarum genus adinventum eſt; tumulique ex cæſpitibus, vel qualibet materia congeſtitia excitati, apud quod abſentibus, aut conſumptis defunctorum corporibus,

tan-

Digitized by Google

tanquam præſentibus ſacra emortualia moris erat perſolvi. Id genus Cenotaphium dictum eſt. Duplex autem fuit imaginariæ hujuſce ſepulturæ ſpecies. Enimverò vel inſepultis illi erigebantur tumuli; & id fiebat religionis cauſa: vel pridem ſepultis, & id honoris ergo illis impertiebatur. Conſtat autem antiquiſſima hæc fuiſſe ſepulchra imaginaria. Apud Homerum legimus Menelaum peregrina in terra ſepulchrum inane conſtruxiſſe Agamemnoni. Sic autem habet in Odyſſ.

Conſtituit tumulum Atride, quæ gloria ſumma eſt.

Ab Ænea verò apud Virgil. plures honorarii tumuli leguntur erecti in jactatione illa diuturnæ navigationis, quam habuit in Italiam: quibus religionis teſtimoniis ſumma Trojani Ducis pietas maximum in modum enituit. Lib. 6. Æneid. de Deiphobo:

tumulum Rethæo in littore inanem
Conſtitui & magna manes ter voce vocavi.

cui Deiphobus:

Omnia Deiphobo ſolviſti & funeris umbris.

Lib. 3. de Andromache Hectori funus honorarium præſtante:

Solemnes tum fortè dapes & triſtia dona
Ante Urbem in luco, falſi Simoentis ad undam,
Libabat cineri Andromache, maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem,
Et geminas cauſam lacrymis ſacraverat aras.

Item lib. 6. de tumulo Palinuri:

Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolemnia mittent:
Æternumque locus Palinuri nomen habebit.

Ovid. lib. 6. Metam.

Induiturque atras veſtes, & inane ſepulchrum
Conſtituit, falſiſque piacula manibus infert.

Lamprid. etiam de Alexandro tradit, Cenotaphium in Gallia, Romæ illum Sepulchrum ampliſſimum meruiſſe. Huc pertinet, quod ſcribit Pauſanias in Corinthiacis, ſua adhuc ætate perduraſſe Cenotaphium, Corinthi conſtitutum Argivis bello Trojano interfectis. Nec non apud Xenophontem lib. 6. de expeditione Cyri, habemus conſtructum ſepulchrum inane militibus, quorum corpora vel reliquiæ perierant. Sed & Tacitus lib. 1. Annal. author eſt, Germanicum Legionibus Varianis ab Arminio trucidatis, poſt ſex annos poſuiſſe Cenotaphium: additque de Germanico: *Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit, gratiſſimo munere in defunctos.* Et quoniam militiam exercentibus, aut navigantibus facilè præ cæteris erat contingere, ut ſepulturæ expertes eſſent; eam ob cauſam militibus fere Ducibuſque, aut mari demerſis jactatiſque inanes ejuſmodi erigebantur tumuli. Adhibebatur autem tantundem ferè religionis honoriſque honorariis tumulis atque legitimis. Auſon. in Præfat. Parental.

Hoc ſatis & tumuli, ſatis & telluris egenis,
Voce ciere animas, funeris inſtar habet.
Ille etiam, mæſti cui defuit urna ſepulchri,
Nomine ter dicto, pene ſepultus erit.

Poſtremò eum morem ſingulari cum teſtificatione pietatis coluit ubique ſemper, & ad hunc diem ſanctiſſimè obſervat Chriſtiana Religio. Neque verò ſemel aut iterum duntaxat, verùm redeuntibus in gyrum annis Cenotaphia excitat, ſacraſque iterat preces, & Chriſtifidelium animas æternum bene valere jubet, conſtitutis è ritu Catholico ſupplicationibus & cæremoniis.

Censio Hastaria. Genus mulctæ militaris; cum milites jubebantur ob delictum haſtas dare. Plaut. Rud. *Aſſume quidem, ne cenſionem ſemper facias.*

Census. Ad pernoſcendum de uniuſcujuſque opibus & patrimonio, Servius Tullius digeſto in claſſes Populo Romano, Cenſum induxit, de quo ſic Florus. *Ab hoc Populus Romanus relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, curiis, atque Collegiis diſtributus: ſummâque Regis ſolertiâ, ita eſt ordinata Reſpublica, ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina in tabulas referrentur, ac ſic maxima civitas, minimæ domus diligentia contineretur.* Conſules ac Tribuni in delectu militum ejuſmodi Cenſus præcipuam rationem habebant. Et quoniam ſexta claſſis per cenſum digeſta, quæ omnium erat numeroſiſſima, minimum patrimonii æriſque poſſidebat, idcircò à munere militari vacuam illam, feriatam, & expertem faciebant, ut notavimus in voce *Delectus*. Obſervat Dionyſius Halicarnaſſeus, opulentiores viros, quemadmodum majores belli ſumptus ferre debebant, ita in ſuffragiis ferendis de indicendo vel non indicendo bello plus authoritatis obtinuiſſe. A' cognitione facultatum apte Cenſus deflecti poteſt ad recognitionem Ordinum Militarium. Proinde cenſere militem, vel inire Cenſum erit *Far la Raſſegna*. Vide *Tranſvectio*, & *Luſtro*.

Centauri. Theſſaliæ populi, accolæ Pelii Montis, quibus nulla gens agreſtis magis & inculta, inque omnes latè finitimos contumelioſa. Dicti ſunt à pugnando ex Græco, quoniam primi mortalium ex equis pugnandi rationem invenerint. Quoniam verò primi domitare equos cœperint, bimembres appellati ſunt, quaſi ſuperiorem partem humanâ formâ compoſitam, inferiorem equinam haberent. Hinc Semiviri & Semiferi appellati. Filii autem fuiſſe dicuntur Nubis & Ixionis, nati ſiquidem ex illa nube, quam Ixion pro Junone compreſſit, ex quo Nubigenæ etiam appellati ſunt. Iidem ab equis Hippocentauri ſunt dicti. Celeberrima verò eſt Centauromachia, ſive pugna inter Lapithas & Centauros, de qua ſæpe veteres Poetæ meminerunt. Ferunt autem vini copia è mente dejectos, ac vehementer incaleſcentes petulantiùs attrectare auſos Lapitharum uxores. Id Lapithæ cum ægrè ferrent, gravis & ſanguinolenta pugna inter eos populos ſuper ipſo convivio commiſſa eſt, Centauris in probroſam fugam conjectis. Pelethronius, unus ex Centauris, ſive, ut alii memorant, Pelethronii, Theſſaliæ populi, frena, calcaria, & equorum ſtrata primi invenerunt, ut ſcribunt inter alios, Plinius, & Virgilius. Centaurorum nomina, & de iiſdem non pauca vide apud Natalem Comitem Mytholog. lib. 7.

Centaurice. Breve adagium, cujus author Ariſtophanes in Ranis:

Quis oſtium pulſavit ita Centaurice?

Dicitur de iis, qui legum Juriſque contemptores, propriis fidentes viribus, omnia ferociter pugnando ſibi depoſcunt. A' Centauris, qui immenſo pollebant robore, legum & humani juris ignari.

Centaurus. Nomen Navis, quam ducebat Sergeſtus in dimicatione navali propoſita à Virgilio lib. 5.

Sergeſtuſque, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna.

Sic

Sic autem ea oavis appellata à Centauri figura; quam prn Inſigni depictam vel exculptam deferebat. A' cujus navis appellatione optimè monet Erytbræus ſuum habuiſſe nomen Buccentaurum, Venetorum navim Ducariam vel prætoriam, auro & pictura præfulgentem. Additam verò particulam *bu* ad indicandam navis magnitudinem ex idiotiſmo Græcnrum, ut adamuſſim reſponderet Centauro apud Virgilium, quæ navis magna dicitur: *Centauro invebitur magna.* De eadem navi ita ſcribit Baptiſta Pius: *Sunt Regiæ quædam naves & pompaticæ, quibus Reguli noſtrates utuntur, tabulamentis prætoriitiis. Has dictione ſignificantiſſima vernacula ſimplicitas Buccentauros appellat à magnitudine: Græcis aſſuetis rebus magnis bu ſyllabam præpanere.*

CENTENARII, orum. Qui Veteribus dicebantur Centuriones, ævo Vegetiano dicti ſunt Centenarii, ut ipſe fatetur Vegetius lib. 2. cap. 8. per hæc verba: *Erant etiam Centuriones, qui ſingulas centurias curabant, qui nunc Centenarii nominantur.*

CENTENARII. Vide *Ducenarii*.

CENTENARIUS PORTUS. Præfectura erat, cujus meminit Author Nnt. vtriuſque Imp. In Imp. Occiden. Hujus erat procuratin cum ferè centum armatis (ii quippe ſunt Centenarii) portum tueri. Numeratur autem inter officia Palatina in Jure Civili.

CENTESIMATIO, onis. Et

CENTESIMO, as. Centeſimum quemque militem ſupplicio afficere, ubi ab univerſis copiis, aut earum parte contra leges bellicas peccatum eſt. Eodem mndn Decimn, as, dicitur decimum quemque mulctare. Vide *Decimatio*.

CENTO, onis. Dicitur à pungendo ex Græcorum κέντρον, abjecta ρ, ut fit in aliis ſæpè vocibus. Ioter alia enim ſignificat panni fruſtula hinc atque hinc reſecta, quæ poſtea in unum textum acu conſarcinantur. Ex quo Centnnes dicimus veſtes è variis panniculis & diſcnloribus conflatas. Verùm de his poſtea. Appellamus quoque Centones velamenta ex lana cnacta & tnmentn conferta, quibus olim obtegebantur machinæ militares, ac ſæpe puppes oavium, ne vi tormentnrum hoſtilium perfringerentur. Cæſar lib. 2. Bell. Civil. *Centoneſque inſuper injecerunt, ne aut tela tormentis miſſa contabulatianem perfringerent, aut ſaxa in Catapultis lateritium diſcnterent.* Idem ibidem: *Coria autem, ne rurſus igne ac lapidibus corrumpantur, Centonibus conteguntur.* Veget. lib. 4. cap. 15. *Extrinſecùs autem, ne immiſſo concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur.* Demum Siſenna apud Nnnium: *Puppes aceto madefactis Centonibus integuntur.* Illud autem fuit diſcrimen inter Centones & Cilicia, quod hæc de pilis caprarum, illi ex lana coactili parabantur. Plinius: *Lanæ & per ſe coactæ veſtem faciunt, & ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt, imò etiam ignibus.* Iterum centonum vis & robur firmitate commendabatur, cum cilicia laxiora eſſent, utpnte quę adversùs miſſilia obtendebantur laxè ſuſpenſa. Confundere tamen Centones & Cilicia viſus eſt Servius ad illud Virgilii Georg. 3.

ſetaſque comantes
Caſtrorum in morem & miſeris velamina nantis:

Sic enim ſcribit: *Ciliciis teguntur tabulata turrium, ne jactis facibus ignis poſſit adhærere.* Ubi *Centonibus*, non *ciliciis* oportuit ipſum ſcribere. Quare Salmaſius irridet Solinum cap. 33., qui cilicia traoſtulit ad tentnria & tabernacula Arabum, qui inde dicuntur Scenitæ: *Qui Scenitæ cauſam nominis inde ducunt, quod tentoriis ſuccedunt, nec alias domos habent: ipſa autem tentoria Cilicina ſunt: ita nuncupant velamenta caprarum pilis texta.* Quamvis hic mihi Salmaſius paulò ſeveriùs agere in Solinum videtur. Neque viden quam nb cauſam uſque adeo Imprnbanda ſint velamenta tentnrinrum cilicina; præſertim cum craſſa & pondernſa eſſe neceſſe fuerit ad uſum Arabum, nullum certum larem habentium; ſed huc illuc tabernacula, dnmos ſuas, aſpnrtantium. Reden ad Centnnes nnn lana coactili oppletos, ſed coofarcinatos ex panniculis diverſi colnris. Ex his procul dubin fiebant ſtragula caſtrenſia, quæ cubantibus inſternebantur. Huc pertinent culcitæ, quas non ſolùm in arcium obſidinnibus, verum etiam in navibus ſolebant Antiqui prętexere ad fruſtrandos ictus tum miſſilium, tum ollarum, quas pice, oleo, reſina, omnique materia ad excitandum ignem, & pædorem gignendum idnnea exſaturabant. De ejuſmodi pannis, culcitiſque ita ſcribit Lucas Pulcius Ciriff. Calvan. Cant. 6.

onde coſtui s'accoſta,
E ſaltogli con tanti bugnioli,
Che e' fè in un tratto in coverta una croſta
Di groſſi, e ſtrutti, di pece, e certi oli:
Et portiſſi, e ritraſſeſi a ſua poſta;
Perche co' remi pareva che voli;
Folco le man poi ſi morſe lui ſteſſi,
Ch'era meglio à Falcon creduto haveſſi.
Falcon fè preſto crivellar zavorra,
Et ordinò che per tutto ſi metta;
Che parevan già al buio in una forra:
Perche queſta materia un fummo getta,
O' nebbia, came il lago di Gamorra;
Et perche e' non iſmucci la ſcarpetta,
Diſteſon chi gobbani, e chi ſchiavina,
Et così tolſon via queſta cucina.

Ad ejuſmodi Centnnum ſimilitudinem, Centnnes nuncupamus qunddam carminis genus, ex veterum Poetarum verſibus, ſeu potius verſuum fragmentis cnntextum, & quaſi cnnſutum. Habemus hinc Homerocentones, & Virgiliocentones, quæ pnematia ſunt minimum diſtantia à parodiis, ut bene notat Scaliger in Poetica. Idem genus carminum minimè diſcrepat à Veterum rhapſodiis. Iſidorus: *Centones apud Grammaticos vocari ſolent, qui de carminibus Homeri, vel Virgilii ad propria opera, more centenario* (lege Centonario) *ex multis hinc inde compoſitis in unum ſarcinatur corpus.* Hujus generis eſt Centn Prnbæ poetriæ Chriſtianæ, quæ ex fruſtis Virgilianis magnam partem hiſtnriæ veteris ac novi Teſtamenti contexuit. Operoſius Pnema ſic edidit ex Hnmeri panniculis & ſegmentis Eudnxia Imperatrix. Ingeninſiſſime in hac materia luſit Auſnnius in ſun Centone Nuptiali ex decerptis hinc illinc Virgilii fruſtis conſarcinato. Verùm in eo npere, ut ingenium Authnris laudaverim, ſic longè aliam materiæ electionem deſidero. Obſerva poſtremò erraſſe Sipontinum, qui Centnnes nnminari dixit à villorum multitudine, nnmenque ſortiri à numero centum, qunniam fioitus villorum numerus prn infinito pnnatur. Nnn eſt dubitandum thema eſſe à punctionibus, & vocem eſſe

Digitized by Google

Græcanicam, nt ab initio explicavi. Latini Scriptores Centonarii Italicis Poetis moverunt ſallvam, ut in hoc genere ingenii ſui atque ſolertiæ periculum facerent. Pertentarunt id non ſanè pauci, verùm mihi feliciſſimus omnium videtur fuiſſe Ganymedes Pamphilus in opuſculo Italico *Centonici*.

Centunculus, i. Parvus Cento. Liv. lib. 7. *Mulis ſtrata detrahi jubet, binis tantum Centunculis relictis*. Senec. Epiſt. 81. *Diurnum accipit, in Centunculo dormit*.

Cantonarii, orum. Vocem multis obſcuram aptiſſimè explicat Turnebus lib. 29. cap. 16. Sunt autem Centonarii collegium eorum in Caſtris, qui confarciebant centones, quibus oppugnatores integebant vineas, aliaſque id genus machinas tectorias, ne oppidanorum igne concremarentur. Memorantur Centonarii in Cod. Theod., ubi ſtatuitur, *Ut in quibuſcumque oppidis Dendrophori fuerint, Centonariorum atque fabrorum corporibus adnectantur: quoniam hæc corpora frequentiâ hominum multiplicari oportet*. Jungi ferè aſſolent Dendrophoris, qui aliud conſtituebant caſtrenſe collegium, eorum ſcilicet, qui ligna & materiam curabant, qua non ſolum tabernacula militum, verùm etiam bellicæ adornarentur machinæ. Hujus generis opifices ſuos in caſtris habebant Præfectos, atque adeo patronos, ut teſtantur veteres inſcriptiones apud Gruterum.

Centuria, æ. Centuriarum in Republica Romana primus author Servius Tullius, ut Hiſtorici ferè omnes conſentiunt: Dionyſius verò lib. 4. earum originem fusè & luculenter exponit. Acto ſiquidem cenſu Tullius Po. Romanum in ſex claſſes, & tres ſupra centum & nonaginta Centurias diviſit. Ex ſingulis verò claſſibus unam ſelegit, cujus maximus cenſus eſſet, eamque in armis eſſe juſſit, clypeum illi, loricam, galeam, ocreas, tela, haſtam, & gladium aſſignans. Ex hoc verò armatarum centuriarum numero alias Juniorum dixit, qui foris bella gererent, alias Seniorum, qui manerent ad Urbis cuſtodiam. Verùm Centuria militaris apud Romanos una ex legionis partibns poſtea fuit, dicebaturque à centenario militum numero, qui ſub uno ſunt Centurione; qui numerus eſt Centuriæ juſtus; licet latiori appellatione aliquando plures; interdum pauciores centenis militibus habuerit. In Contubernia dividebantur Centuriæ, ita ut decem militibus ſub uno degentibus papilione, unus præeſſet, qui Decanus, vel Decurio, vel Caput Contubernii nominabatur: decem verò Decuriæ, ac totidem Decani, vel Decuriones Centurioni parebant. Singulis porrò Centuriis, quæ ut Cincius author eſt apud Gellium, ſexaginta erant, totidem vexilla conſtituta ſunt, ut ſcribit Vegetius. Vide *Centurio*.

Centurio, onis. Gradus militiæ eorum proprius, qui centum militibus præſunt, qui juſtus Centuriæ numerus, licet variatus interdum pro tempore, vel arbitrio Tribunorum & Conſulum. Eligebantur à Tribunis permiſſu tamen juſſuque Cònſulum. Quo tempore militia floruit & ſuum obtinuit vigorem diſciplina militaris apud Romanos, non niſi ſpectatæ virtutis milites ad eum promovebantur gradum. Tacit. Annal. 1. *Centuriatum Germanicus inde egit. Citatus ab Imperatore, ordinem, Patriam, numerum ſtipendiorum, quæ ſtrenuè in præliis feciſſet, & donaria militaria edebat*. Delapſum tamen poſtea eſt à pulcherrimo militiæ veteris inſtituto, & Ducum avaritiâ ad Centurionatum evecti opulentiores quique, nullis interdum militiæ rudimentis imbuti. De iis Dio Caſſius: *Recipi in Senatum quoſdam Centurionum, modo non eos, qui aliquando inter gregarios meruiſſent, & corbes ac ſtoreas portaſſent: id enim indignum & turpe*. Mirum propterea non fuit, ſi nullis meritis, ſed cenſu duntaxat in eum ordinem adſciti, pari ipſi avaritia in ſuos uterentur milites, atque undecumque emolumenta colligerent; vacationes præcipue munerum palam vendentes. Hinc illa ſunt verba Taciti Hiſtor. lib. 1. *Sed Otho, ne vulgi largitione animos* (Centurionum) *averteret, ex Fiſco ſoluturum vacationes annuas promiſit; rem haud dubiè utilem & à poſteris perpetuitate diſciplinæ firmatam*. Quamobrem ex recto veroque animi ſenſu illa prodiit lamentatio Vegetii lib. 2. cap. 3. *Legionum robur infractum, cum præmia virtutis occuparet ambitio, & per gratiam promoverentur milites, qui conſueverant per virtutem*.

2. Notandum ex ſuo quoſque genere electos fuiſſe Centuriones; Haſtatos nimirum ex Haſtatis, Principes ex Principibus, Triarios ex Triariis. Fuere autem omninò ſexaginta ex legione juſta. Tacit. Annal. 1. *Sexageni ſingulos ut numerum Centurionum adæquarent*. In eligendo ſervabatur ordo dignitatis: ac primum quidem ex Triariis, tum ex Principibus, poſtremi ex Haſtatis adſcribebantur. Intimis conſiliis bellicis capiendis leguntur interfuiſſe Centuriones. Cæſar 1. Bell. Gallic. *Convocato conſilio, omniumque ordinum ad id conſilium adhibitis Centurionibus*. Ingens autem honeſtiſſimumque erat privilegium inter primos ſuorum ordinum promoveri: eratque virtutis bello perſpectæ præmium ab inferiori gradu ſive nomenclatura & ordine hujus dignitatis ad ſuperiorem aſcendere. Hinc fervens æmulatio Centurionum, præſertim in conflictibus: hinc bellicæ apud Romanos diſciplinæ ornamentum ſimul optimum atque præſidium, quod Cæſar egregiè ſic expreſſit: *Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum, causâ Virtutis in ſuperiores ordines hujus legionis erant traducti, ne ante partam laudem amitterent, fortiſſimè pugnantes conciderunt*. Proprium Centurionum geſtamen Vitis erat, quâ cædebant milites, ſicubi delinquerent. Ornatu corporis ac præſertim criſtis in galea inſignes erant; iiſque à ſuis dignoſcebantur militibus, ut advertit Vegetius lib. 2. cap. 13. *Centuriones, qui nunc Centenarii vocantur, tranſverſis caſſidum criſtis, ut faciliùs noſcerentur*. Et iterum ibidem: *Cum centeni milites ſequerentur non ſolùm vexillum ſuum, ſed etiam Centurionem, qui ſignum habebat in galea*. Quale verò id fuerit in galea ſignum Centurionum videtur explicare lib. 2. cap. 16. *Centuriones verò habebant cataphractas, ſcuta, & galeas ferreas, ſed tranſverſis & argentatis criſtis*. Diſcernebantur verò ipſi centuriati literis in vexillo depictis, quæ quotam quiſque centuriam ſequeretur, oſtendebant. Idem Veget. *Singula vexilla conſtituerunt, ita ut ex qua cohorte, vel quota eſſet centuria, in illo vexillo literis eſſet adſcriptum*. Vide Lipſium de Milit. Rom. lib. 2. Dialog. 8. De cætero Centurionum habitu vix quidquam ab Antiquis ſingil-

latim

latim video eſſe prolatum. Ornatiorem certe eſſe oportuit veſtitu Gregariorum; quemadmodum infra elegantiam Tribunorum & Legatorum. Colligitur id ſatis dilucidè ex Livio lib. 7., ubi narrat P. Decium, cum erumpere niteretur ex anguſtiis, in quas à Samnitibus erat conjectus, gregalo ſagulum aſſumpſiſſe, Centurionibus ipſis habitu militum manipularium coopertis. Nec militibus duntaxat ſuis; verùm caſtrametationi, cęteriſque operibus militaribus præſidebant Centuriones, ut optimè obſervant Ciaconius & Fabrettus in explicatione Columnæ Trajani. Exploratorum etiam viarum officio defunctos innuit Svetonius in Tib. cap. 60. *Exploratorem viæ, Prętorianarum cohortium Centurionem, ſtratum humi, pene ad necem verberavit*. Iiſdem Urbium, locorumque munitiorum portæ in cuſtodiam traditæ. Sveton. in Julio Cæſare cap. 68. *Scæva, excuſſo oculo, transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli retinuit*.

3. Intererit verò plurimum ad veterum Scriptorum, ac præcipuè Hiſtoricorum intelligentiam, promotionis ſeriem graduſque, per quos Centuriones ſolebant aſcendere, accuratè pertexere. Et quoniam ſexaginta in ſingulis legionibus erant Centuriæ, ac totidem Centuriones, pro certo habendum eſt duplicem horum electionem fuiſſe factam à Tribunis vel Conſulibus. Triginta primùm eligebantur, iique digniores, qui dexteram tuebantur legionis partem. Tum verò triginta reliquos eligebant, qui ad ſiniſtram legionis partem locabantur. Creabantur verò per militiæ genera: & in prima quidem electione decem Haſtati, totidem Principes, & eodem numero Triarii ſive Pilani. Idem intelligendum eſt de aliis triginta in ſecundo ordine ſive nota electis. Hoc probè ſtabilito, noveris primùm multiplicem fuiſſe rationem formamque promotionis Centurionum. Quandoque ex ſecundo, quem diximus ordine qui minoris erat dignitatis, ad primos illos electos, ſive à ſiniſtra tuenda parte legionis, ad dexteram aſcendebant. Et hæc quidem promotio à ſitu dici poteſt; fiebat enim à ſiniſtris ad dexteros. Ex hoc intelliges multas Veterum locutiones; cujuſmodi ſunt: *Duos Primipilos, duos octavos Haſtatos, duos primi ordinis Principes*. Nimirum ſunt illi, duo primi Centuriones, in utraque electione Pilanorum, ſive Triariorum: duo Centuriones Haſtatorum, quorum ſinguli octavas regebant centurias, ſuæ unuſquiſque notæ ſive electionis: & eodem modo duo Centuriones primi ex utraque electione ejus militiæ generis, qui Principes dicebantur. Altera promotio fiebat à *Genere*. In hunc modum Centuriones Haſtatorum, quod erat infimum militiæ genus, gradum faciebant ad Centurionatus Principum; Centuriones Principum, ad Centurionatus Triariorum. Hinc verò intelliges illas locutiones: A decimo Haſtato ad decimum Principem: à decimo Principe ad decimum Pilanum ſive Triarium fuiſſe quoſdam promotos. Poſtremò contingebat interdum promotio intra eundem ordinem, ſive genus militiæ. Ad hunc modum ſæpe reperias fuiſſe aliquos à decimo ad nonum, à nono ad octavum Haſtatum tranſcriptos: & ſic de ſingulis non Haſtatorum duntaxat, ſed reliquorum etiam militiæ generum, ideſt Principum, & Triariorum. Licet autem memorata Centurionum promotio ſervato ordine & menſura per ſuos gradus fieri ſoleret, nihilominus eximię virtuti, atque ſtrenuitati non ſemel eſt traditum, ut ab infimis ad ſummos ordines interdum promotio illa contingeret. Exemplum habes ex Livio in Sp. Liguſtino, qui à decimo Haſtato ad primum traductus eſt, atque iterum à primo Haſtato ad primum Principem; ac demum à primo Principe ad primum Pilum, ſive ad primum Centurionem Pilanorum vel Triariorum. Alterum exemplum exhibet Cæſar lib. 3. Bell. Civil. in Scæva, cujus admirabilis virtus, & in omnem poſteritatem longe memorabilis fuit. Solus quippe, multiſque affectus vulneribus integras bellatorum copias ſuſtinuit, ut de illo meritò Lucanus ſcripſerit:

Parque novum fortuna videt concurrere, bellū,
Atque virum.

Eum verò fortiſſimum, ſtupendæque virtutis militem ab infimis ordinibus ad primum Pilum Cæſar traduxit. De quo iterum Lucanus:

latiam longo gerit ordine vitem.

Cujus loci verba illa *longo ordine*, ut exponant Interpretes variis cruciantur modis. Verùm germana eſt ſententia Poetę, ut *longo ordine*, quaſi ex longinquo ordine graduque reddatur, ut ſenſus ſit, Scævam ex longinquo gradu & ordine gregario ad primos honores fuiſſe traductum. Simili forma locutus eſt Frontinus lib. 4. cap. 6. *Cum adoleſcentem honeſtè natum, anguſtiarum rei familiaris cauſa ad longiorem ordinem deductum reſciſſet, cenſu conſtituto exauctoravit*. Ubi longiorem ordinem pro longinquiore dixit. Commendat verò inibi Scriptor humanitatem Veſpaſiani, qui cum adoleſcentem honeſto loco natum, ſed tenui cenſu ad infimos militiæ ordines detruſum videret, è quibus nonniſi lentè gradatim debebat emergere, maluit illum militia ſolvere, eidem ad honeſtè vivendum ex proprio ære cenſu aſſignato.

4. Bini verò Centuriones ſingulos ducebant manipulos, quos in legione triginta fuiſſe, quemadmodum centurias ipſas ſexaginta, indicavimus. Ex binis manipulorum Centurionibus, qui dexterum cornu ductabat prior extitit dignitate Centurione altero, cui ſiniſtrum ſuberat cornu. Si verò per morbum, aut alia de cauſa alteruter abeſſet Centurio, alter oneri ſuccedebat, ne Duce carerent manipuli. Interdum verò in locum abſentis Centurionis ſubſtituebatur Uragus, qui Græco vocabulo, extremi agminis ductor eſt, & alio nomine Optio dicebatur, ut alibi docuimus. Numerus autem Centurionum par ipſis Centuriis fuit. Ab ordinibus verò ſive generibus militum ſua nomina in hunc modum ſortiebantur, ut qui inter manipulos Haſtatorum erat, vocaretur Primi Haſtati, vel Primus Haſtatus Centurio, & ſic deinceps uſque ad Decimi Haſtati, vel Decimum Haſtatum Centurionem. Ad eandem formam eorum erat nomenclatura in ordinibus Principum, & Triariorum, ſeu Pilanorum. Excipiendus tamen Centurio cornu dexteri Triariorum, qui dicebatur Primipili, vel Primipilus Centurio: Triarii ſiquidem antiquitùs Pilani, teſte Varrone appellabantur. Iterum, quoniam in ſingulis manipulis duo, ut dixi, Centuriones erant, qui ejuſdem manipuli dexterum cornu regebat, dicebatur Primus Haſtatus, vel Princeps, vel Primipilus prioris centuriæ: alter verò vo-

eabatur primus Haſtatus, vel Princeps, vel Triarius poſterioris Centuriæ, & interdum etiam breviùs, prior, vel poſterior Haſtatus, vel Princeps, vel Triarius. Cæſar lib. 3. de Bell. Civil. *Omnibus primæ cohortis Centurionibus interfectis, præter priorem Principem*. Liv. lib. 25. *Titus Pedianus Primus Princeps Centurio cum ſignifero ſignum ademiſſet*. Præterea qui primis manipulis Haſtatorum, Principum, & Triariorum præerant, vocabantur Primorum ordinum primique Centuriones. Cæſar 1. Bell. Civil. *Legatos de pace Primorum ordinum Centuriones mittunt*. Nihil enim frequentiùs apud Hiſtoricos legitur, quàm ut promoverentur Centuriones ad altiores ſæpe Centurias. Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Q. Fulginius propter eximiam virtutem ex inferioribus ad Primum Haſtatum pervenerat*. Et lib. 3. *Cæſar Scævam ab octavis ordinibus ad Primipilum ſe traducere pronunciavit*.

5. Munus verò Centurionum fuit adſtare militum operibus. Veget. lib. 1. cap. 25. *Poſt hæc à Centurionibus foſſa inſpicitur ac menſuratur, & vindicatur in eos, qui negligentiùs fuerint operati*. Ad hæc obire vigilias, militem diſtribuere, & inſtruere ante pugnam; cognoſcere etiam & dirimere controverſias manipularium. Juven. Satyr. 6.

juſtiſſima Centurionum
Cognitio eſt igitur de milite.

Verùm de munere Centurionis magis diſtinctè Veget. lib. 2. cap. 14. *Centurio eligendus eſt, qui ſit magnis viribus & procera ſtatura; qui haſtas, vel miſſilia peritè jaculetur & fortiter; qui dimicare gladio, & ſcutum rotare doctiſſimè noverit; qui artem didicerit armaturæ, vigilans, ſobrius, agilis magis ad facienda, quæ ei imperantur, quàm ad loquendum paratus: qui contubernales ſuos ad diſciplinam retineat; ad armorum exercitium cogat, ut bene veſtiti & calceati ſint; ut arma omnium defricentur ac ſplendeant*. Cum verò tanta fuerit Centurionum dignitas, mirum non eſt ſi cum Tribunis ipſis militaribus ſint ferè exæquati in omnibus honorum præmiorumque ornamentis. De Vite, quæ peculiare eorum geſtamen fuit & cujus percuſſione animadvertere ſolebant in ſontes milites, vide, quæ ſeparatim diximus in Titulo *Vitis*. Inter alia Centurionum commoda referuntur vacationes, quas illi annuas Gregariis militibus præſtabant, certa redemptas pecuniæ portione, quæ in privatum ipſorum commodum recidebat. De ejuſmodi vacationibus divenditis illa ſunt Percennii verba apud Tacit. 1. Annal. *Denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari, hinc veſtem, arma, tentoria; hinc ſævitiam Centurionum, & vacationes munerum redimi*. Idem Tacit. 1. Hiſtor. *Flagitatum ut vacationes, præſtari Centurionibus ſolitæ, remitterentur. Namque gregarius miles ut tributum annuum pendebat, pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem Centurioni exſolveret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus penſi habebat, per latrocinia & raptus, aut ſervilibus miniſteriis militare otium redimebant. Tum locupletiſſimus quiſque miles labore, ac ſævitia fatigari, donec vacationem emeret*. Addit idem ibidem Scriptor quanta ſævitia, quantoque mactatorum Centurionum ſanguine graſſati fuerint legionarii, eorum avaritia fatigati, & laboribus immodicis feroci-

dis impares. *Nec Legatus obviam ibat. Quippe plurimum vecordia conſtantiam exemerat. Repentè lymphati diſtrictis gladiis in centuriones invadunt. Ea vetuſtiſſima militaribus odiis materies, & ſæviendi principium. Proſtratos verberibus mulctant, ſexageni ſingulos, ut numerum centurionum adæquarent. Tum convulſos laniatoſque & partim exanimos, ante vallum, aut in amnem Rhenum proiiciunt*.

CENTURIONATUS, us. Officium Centurionis. Tacit. 1. Annal. *Centurionatum inde egit citatus ab Imperatore*. Valer. Max. lib. 3. cap. 3. *Tum facta, tum verba tua Centurionatus honore donata ſunt*.

CENTURIO, as. Partiri in Centurias. Liv. *Voluntarios milites ordinavit centuriavitque*.

CENTURIONUS, i. Ab antiquis dicebatur Centurio, ut Curionus & Decurionus, Curio & Decurio. Feſtus.

CENTURIATIM. Per Centurias. Cic. pro Flacc. *Tributim & Centuriatim deſcriptis ordinibus*.

CENTURIATA COMITIA. Appellata ſunt, quibus ferebat ſuffragium populus per Centurias diviſus. Inſtitutæ autem Centuriæ à Servio Tullio, & ad militarem uſum inſtructæ, attributis eiſdem armis pro cujuſque cenſus, & conditionis ſtatu prius diligenter inito. De illarum numero & armorum diverſitate omnium diligentiſſimè egit Dionyſius lib. 4., ubi de Romanis ad militandum aptis, omniſque juventutis ad arma tractanda idoneæ diviſione, tam accuratè ſcripſit, ut nihil ſit Lectori deſiderandum: *Juſſit cenſeri bona omnium civium cum jurejurando bonæ fidei, adſcriptis ætatis annis, & parentum nominibus, atque adeo liberorum etiam atque conjugum: ad hæc quam quiſque regionem Urbis, quemque pagum incoleret: ei, qui non cenſeretur, pœna propoſita, ut bonis in fiſcum redactis, cæſus virgis, ſub haſta veniret: diuque lex ea Romanis ſervata eſt. Peracto cenſu, cum ex ſcripto, & ipſorum numerum, & opes eorum cognoviſſet, commentus eſt inſtitutum longe prudentiſſimum, & Reipublicæ ſaluberrimum, ut res docuit. Id fuit tale. Unam ſelectam ex omni numero partem, cujus maximus cenſus erat, nec minor centum minis, in octoginta centurias digeſtam, arma habere imperavit, clypeum loricam ex ære, galeamque & ocreas, tela, haſtam & gladium. Ex hic quadraginta centurias fecit juniorum, qui foris bella gererent: totidem ſeniorum, qui manerent ad Urbis cuſtodiam. Hæc prima claſſis fuit. Ejus juventus primum ſemper locum tenebat in acie. Secundæ claſſis cenſus erat intra decem millia drachmarum uſque ad minas ſeptuaginta. Ex his conſcriptæ viginti Centuriæ: arma geſtare juſſi eadem: niſi quod loricæ ademptæ, & ſcuta data pro clypeis. Hic quoque nati ſupra quadrageſimum quintum annum à militari ætate diviſi: Centuriæ decem juniorum, qui ad bella emitterentur: totidem ſeniorum ad ſervanda mœnia. Huic claſſi ſecundus locus dabatur in acie. Tertiæ cenſus, ut ad ſepties mille & quingentas drachmas non perveniebat: ita quinquaginta minas excedebat. His non ſolum loricæ ademptæ ſicut proximis, ſed & ocreæ; eundem numerum Centuriarum explentibus, diviſarum æquè in denas, ætatis diſcrimine. Locum in acie tuebantur, poſt ſecundam claſſem proximum. Ex reliquis rurſus cum detraxiſſet, qui minus quinque millibus drachmarum in bonis poſſiderent, uſque ad viginti minas, quartam claſſem*

fecit

feceit æquè viginti conſtantem centuriis, decem vigentium cum maxime: totidem maturitatem jam egreſſorum, quemadmodum & priores diſtinxerat, Arma bis imperata, ſcuta, haſtæ, & gladii: locus aſſignatus in poſtrema acie. In quintam claſſem rejecti ſunt, quorum facultates cenſerentur inter viginti quinque minus, & duodecim cum dimidia; triginta erant Centuriæ pro ætatis ratione diviſæ pariter, quindecim ſeniorum, Juvenum totidem. His imperatum, ut cum fundis & jaculis militarent extra ordines. Juſſæ etiam armatos ſequi quatuor inermes centuriæ, duæ ad armorum & machinarum fabricam, totidem cornicinum, tubicinum, quique aliis inſtrumentis ſigna enuerent. Opifices in ſecunda claſſe cenſebantur adſcriptâ ſenioribus unâ ejuſdem ætatis centuriâ: altera juniorum ſtipendia faciebat cum juvenibus. Tubicines & cornicines quartæ claſſis pars erant, pari ætatis diſcrimine. Centuriones deinde præfecti, ut quiſque erat virtutis ſpectatiſſimę, qui Centurias imperatis peragendis aſſuefacerent. Hi ordines fuere tam legionariorum, quàm levis armaturæ peditum. Permanſit ea Servii inſtitutio etiam poſt Rempublicam in libertatem aſſertam; majoreſque Magiſtratus Centuriatis comitiis creati fere inveniuntur. Satis fuerit afferre ex Livio exemplum P. Scipionis Proconſulis. Sic autem Hiſtoricus ille loquitur lib. 26. *Et Romæ Senatui populoque poſt receptam Capuam, non Italiæ jam major, quàm Hiſpaniæ cura erat, & exercitum augeri, & Imperatorem mitti placebat, nec tamen quem mitterent ſatis conſtabat: quoniam illuc, ubi duo Summi Imperatores intra dies triginta cecidiſſent, qui in locum duorum ſuccederet, extraordinaria cura deligendus eſſet: cum alii alium nominarent, poſtremùm eò decurſum eſt, ut populus Proconſuli creando in Hiſpaniam Comitia haberet, diemque Comitiis Conſules edixerunt. Primò expectaverunt, ut qui ſe tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Quæ ut deſtituta expectatio eſt, redintegratus luctus acceptæ cladis, deſideriumque Imperatorum amiſſorum. Mæſta itaque Civitas prope inops conſilii. Comitiorum die tamen in campum deſcendit: atque in magiſtratus verſi circumſpectant ora Principum aliorum alios intuentium: fremuntque adeo perditas res, deſperatumque de Republica eſſe, ut nemo audeat in Hiſpaniam imperium accipere: cum ſubito P. Cornelius, illius, qui in Hiſpania ceciderat, filius viginti quatuor fermè annos natus, profeſſus ſe petere, in ſuperiore, unde conſpici poſſet, loco conſtitit. In quem poſtquam omnium ora converſa ſunt, clamore ac favore ominati extemplò ſunt felix fauſtumque imperium. Juſſi deinde inire ſuffragium ad unum omnes, non modo centuriæ, ſed etiam homines, P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpania juſſerunt.*

Ceola, aliis Ciula, aliis Cyula. Genus navigii non exiguum, ut contendit Spelmannus, ſed potius prægmagnum, utpote idoneum Copiis tranſvehendis. Villelmus Malmesburienſis lib. 1. de Geſt. Angl. *Placidoque ventorum favore tribus longis navibus, quas illi Ceolas vocant, Britanniam allabuntur.* Item longas naves facit Gildas Sapiens de excidio Britanniæ: *Tum erumpens grex Catulorum de cubili Leænæ Barbariæ, tribus, ut linguâ ejus exprimitur Cyulis, noſtrâ, longis navibus, ſecundis velis evectus &c.*

Ceratulæ, arum. Vide *Ceraulæ*.

Ceraulæ, arum. Locus eſt apud Vopiſc. in Carin. his verbis: *Item centum ſalpiſtas uno crepitu concinentes, & centum Camptaulas.* Ubi pro *Camptaulas*, commodiùs alii legunt Ceratulas, vel Ceraulas. Dicuntur autem Ceraulæ à cornu ex Græco, atque ipſiſſimi ſunt Latinorum cornicines. Martinius exiſtimat fuiſſe ex eorum genere, qui tibiis canebant ad funera & monumenta, quorumque lugubres cantiones erant; Ovid. 4. Faſt.

Cantabat mæſtis tibia funeribus;

à re verùm funeraria & emortuali cantu tranſiſſe poſtea Ceraulas ad caſtra & aciem. Meminit Ceraularum Apul. Flor. lib. 1. *Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator; ſeu tu velles Æolium ſimplex, ſeu Aſium varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Doricum bellicoſum. Is igitur cum eſſet in tibicinio apprimè nobilis, nihil æquè ſe laborare & animo angi & mente dicebat, quàm quòd monumentarii Ceraulæ tibicines dicerentur.*

Ceraunobola. Nomen Chriſtianæ legionis militantis ſub M. Aurelio. Vox eſt Græcanica, quam latinè vertas *Fulminatrix*; ſic autem appellata eſt, quoniam adversùs Barbaros victoriam prodigio ſimilem à Deo obtinuit. Meminit ejus legionis inter alios Metaphraſtes. Vide *Fulminatrix*.

Cercuri, orum. Naves erant in genere actuariarum In expeditione bellica navali cum aliis eas recenſet Livius Dec. 4. lib. 3. *Ipſe cum claſſe centum tectarum navium, ad hæc levioribus navigiis, Cercuriſque, ac lembis ducentis proficiſcitur.* Aſianam fuiſſe navem tradit Nonius. Idem indicat Plautus in Sticho: *Percunctor portitores, ecquæ naves venerint ex Aſia? negant veniſſe. Conſpicatas ſum interim Cercuram.* Plinius non Aſiaticam modò, ſed Cypriorum peculiarem fuiſſe tradit. Sunt qui Cercurum confundant cum Cercyra, de qua re videndus eſt Hermolaus Barbarus in caſtigationibus Plinianis. Eodem inclinat Turnebus, qui ejus originem deducit ab Inſula Corcyra, ubi primùm inventa fuerit. Hermolaus tamen à cauda putat nominatam ex Græco, quod genus fuerit navis caudatæ. Recenſetur Cercurus à Gellio in recognitione, ſeu nomenclatura navium, quam pertexit lib. 10. cap. 25. Vide Giraldum de Navig.

Cerno, is. Varro lib. 4. de L. L. trahit hoc verbum ab antiquo *Cereo*, quod eſt *creo*, quoniam cum quid creatum eſt, tunc denique cernitur. Aſſentior potiùs Voſſio, & eruditis aliis, qui trahunt à Græcorum verbo κρίνω, quod primum eſt *ſeparo*. Habemus hinc apud Latinos crines, qui propriè ſunt capilli ſejuncti ac ſeparati. Et quia cauſarum judex & arbiter judicio ſuo atque ſententia verum à falſo disjungit & ſegregat, idcirco à κρίνω apud Græcos dicitur judicare: &, meo quidem judicio, eandem ſignificationem apud Latinos habet verbum *Cerno*. Nam quod apud nos cernere ſit videre, eo fit quoniam videndo de luce & coloribus judicamus, quaſi ſejungentes res ipſas coloratas. Quoniam verò Cernere apud Latinos etiam dimicare ſignificat, id procul dubio non aliunde factum, quàm quoniam de controverſia aliqua vel lite exorta ferro & armis in acie judicare ſolemus, tanquam potior cauſa ſit, qui ſtrenuè magis ſe gerit in prœlio, & de vita propria diſceptat, eamque in periculum adducit, quò certius fiat juſtæ cauſæ ſuffragium. Juxta hanc acceptio-

Digitized by Google

ceptionem loquitur Ennius apud Cicer. 1. Offic.

Ferro, non auro vitam cernamus utrique.

Et Plaut.

Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus.

Ceron. Equus Adraſti apud Antimachum, Græcæ Thebaidos Authorem.

Certamen, inis. Prœlium. Virgil. 11.

Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt.

Videtur proprie eſſe contentio: quo videtur ſenſu dixiſſe Plancus apud Ciceronem Epiſt. Familiar. lib. 10. *Aut ipſe à certamine belli tam neceſſarii me removiſſem.* Simili modo Lucretius lib. 1.

Clara accendiſſet ſævi certamina belli.

Apertiſſimè verò Silius lib. 17., ubi ſcribit:

procul à certamine pugnæ.

Nam licet promiſcue ſumi ſoleant certamen & pugna, ibi tamen Poeta propriè loquitur, Certamen ponens pro contentione. Quare & ludicræ exercitationes Græcorum, quibus in ludis ſolemnibus diverſimodè corpora durabant ad laborem, certamina melius, quàm pugnæ dicuntur: ut certamen Olympium, Pythium &c. Nec in aliam ſententiam Virgil. lib 5. Æneid., ubi Æneas ludos navales inſtituit.

Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis.

Certatio, onis. Certamen. Sed in aliis ferè rebus majorem habet locum, quà in alea bellica. Cic. 2. de Finibus: *Non mihi cum Torquato, ſed virtuti cum voluptate certatio.*

Certator, oris. Qui certat. Apul. in dogm. Plat. *Carminum confidentia elatus Certatorem ſe profiteri cupiebat.* Gellius lib. 12. cap. 10. *Propter agreſtes quoſdam & indomitos Certatores, qui, niſi authoritatibus adhibitis, non comprimuntur.*

Certatim. Cum contentione & altercatione. Liv. lib. 6. Bell. Punic. *Itaque in vulnera ac tela ruunt, neque illos muri, neque ſuperſtantes armati arcere queunt, quin certatim aſcendant.*

Certatus, us. Certamen. Stat. lib 3. Silv. 13.

ridetque benigna
Parthenope gentile ſacrum, nudoſque ſuorum
Certatus, & parva ſuæ ſimulacra coronæ.

Certo, as. Fit à cerno, de quo verbo eſt alibi dictum. Propriè eſt contendere & altercari. Pro dimicare, vel prœliari. Tacit. lib. 21. *Miſſus in eos eques cum expeditis cohortibus ambiguè certavit.*

Cervellerium, ii. Caſſidis genus, ſeu potiùs pars ſuperior caſſidis, qua cranium tegitur. Italis. *Cervelliera, Cappelletto di ferro.* De hujus inventore hæc ſcribit Cangius in Gloſſ. ex Chronico Nonantulano M. S. ſub Friderico II. Imp. *Per hæc tempora Michael Scotus Aſtrologus, Friderici Imperatoris familiaris agnoſcitur, qui invenit uſum armaturæ capitis, quæ dicitur Cervellerium. Hic cum vidiſſet ſe moriturum ictu lapilli biunciis caput læſum, ex lamina ferrea ſibi fieri fecit capitis infulam, quam geſtabat. Cum autem eſſet in Eccleſia, & Eucbariſtia levaretur in altari, amovit à capite infulam ferream ob reverentiam Chriſti. Tum lapillus biunx in verticem ejus decidit, quo eutem læſit parumper. Ille dubitans lapillum fecit penſari, quo invento biunci, certus mortis, rebus ſuis diſpoſuit moriturus.*

Cervicem dare, repellere, ſimileſque aleæ formulæ militares. Vide *Colla calcare.*

Cervi, orum. Ad ſimilitudinem cornuum, quibus cervi obarmantur, ſic appellant Scriptores ſtipites furcillatos, ſive furcas bicornes grandiores: nam minora ramalia ex proceris truncis ſive ſtipitibus enaſcentia, cervolos dicimus. Non ita procul abiverim à rei veritate, ſi horum primum uſum referam ad caſas & tuguria veterum agreſtium virorum atque paſtorum, qui depactis in terram hujuſmodi ſudibus valliſque, agreſti opere rudique architecturâ ſua muniebant tuguriola. Equidem huc reſpexit Virgil. Eglog. 2.

Atque humiles habitare caſas & figere cervos?

Ex vetuſtiſſimis hujuſmodi fulcimentis & ſuſtentaculis parietum apud priſcos mortalium originem ſuam duxiſſe Architecturam tradit Vitruvius lib. 2. cap. 1. Ludovicus autem Cerdanus ad memoratum Virgilii locum oſtendit ab agreſtibus caſis ad aggerum poſtea & caſtrorum munimenta Cervos fuiſſe translatos. Et primò quidem ſic appellantur à Varrone furcæ bicornes, quę ſuſtinent tentoria caſtrenſia. Frequentiſſimus etiam eorum uſus fuit, præcipuè verò cervolorum ſive ramalium, ut in vias iniicerentur ad hoſtium itinera obſtruenda & retardanda. Verùm munitiones non modo caſtrenſes & fixas, ſed & temporarias Cervis firmare & ſtabilire, præcipuum erat opus caſtrorum communiendorum. Proceriores itaque ſtipites & craſſiores altè agebantur in terram ad valla & aggeres conſtruendos. Humo interim interjecta ac tenaciore limo, è ſummis arboribus decerpti ramuli, Cervoli nimirum, ad continendam interpoſitam terram ſtructuramque tenaciùs adſtringendam identidem conſerebantur. Certis autem & æqualibus ſpatiis prædicti defigebantur ſtipites, ſive ſudes aut valli: ex quo originem habuit vox *Intervalla*, quæ propriè caſtrenſis eſt, licet poſtea ad quodlibet ſpatii genus deſignandum fuerit translata. Ad majorem verò firmitatem & robur amburi prius ſolebant memorati ſtipites & ramalia. Silius:

Quàque patet campus planis ingreſſibus hoſti,
Cervorum ambuſtis imitantur tempora ramis.

De Cervis verò & eorum uſu non infrequens eſt apud Scriptores mentio. Cæſar de oppugnatione Alexiæ: *Poſt eas aggerem ac vallum duodecim pedum ſtruxit: huic loricam pinnaſque adjecit, grandibus Cervis eminentibus ad commiſſuras pluteorum, atque aggeris, qui aſcenſum hoſtium tardarent.* Liv. lib. 44. *Romanus ad Clitas, quas vocant, munimenta cervis etiam objectis, ut viam intercluderet, à Macedonico ad Toronaicum mare perducit.* Frontin. lib. 1. cap. 5. *Pelopidas vallum cervolis, & alio materiæ genere conſtructum, incendit.*

Cervoli, orum. Vide *Cervi.*

Cervus. Non mirabitur me in tractatione bellica cervum, animalium timidiſſimum recenſere, qui incredibilem ejuſdem noverit pernicitatem. Cervos jugales in Scandia unius diei curſu ſuperare curſum equi triduanum, eaque cauſa pulcherrima victoria potitum Algothum memorat Joannes Magnus de reb. Goth. l. 8. Bellum Hiſpanicum, quod ſolidum novennium Romanos exercitus fatigavit, confecit abſolvitque, ut vulgò creditum, Cerva candida fatidica, qua militarium conſiliorum Authore ſe uti Sertorius Hiſpanis perſuaſit. Vide Plin. lib. 8. c. 32.

Ceryces. A Ceryce Mercurii filio ſic apud Græcos dicti ſunt Caduceatores. Hos generis divini habitos nefas erat violare. Eorum munus erat dimicationes dirimere, fœdera pangere, liberè quoque apud hoſtes imperata facere. Non ſe-

mel

mel memorantur ab Homero, præſertim Iliad. 1.

Cerycet ſalvete, Jovis famuli atque Deorum.

De iiſdem Seneca ad Serenum: *Non vis niſi Conſul, aut Prytanis, aut Ceryx, aut Suffes adminiſtrare Rempublicam.*

Cespes, Vide *Cæſpes*.

Cestrosphendona. Latinè dixeris veruculum cum funda; non autem verriculum, ut aliqui tradunt, & ſic à Plinio expoſitam vocem memorant: cum omninò ibi legendum ſit veruculum; hoc eſt breve ſpiculum, ſeu veru, & non verriculum, quod ibi neutiquam habet locum. Eſt autem peculiare quoddam fundæ majoris genus, inventum apud Macedonas ſub ultimo ipſorum Rege Perſeo, per occaſionem belli adversùs Romanos: ſic autem exponitur à Livio lib. 42. *Maximè Ceſtroſphendonis vulnerabantur* (Romani). *Hoc illo bello novum genus teli repertum eſt. Bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum erat craſſitudine digiti: huic ad libramen pinnæ tres, velut ſagittis ſolent, circumdabantur. Funda media duo funalia imparia habebat. Cum majore ſinu libratum funditor habenâ rotaret excuſſum veluti glans emicabat.* Illuminat Suidas quadantenùs, quæ hic Livius obnubilat. Hæc autem habet de hoc jaculi genere ex incerto Scriptore Græco, quem Lipſius apte conjicit eſſe Polybium, ex quo Livius allatam deſcriptionem in rem ſuam, ut ſæpe alia, derivaverit: *Ceſtrus. Novum hoc inventum bello Perſico. Ipſum ſpiculum bipalme fuit, tubulum habens æqualem mucroni. Huic haſtile ligneum inſertum erat longitudine ſpithamæ menſuram æquans, craſſitie digiti. In hujus medium tres pinnulæ è ligno infigebantur plane breves. Hoc in funda, quæ duo funalia imparia habebat, in medio utrorumque, amento leviter, & ut ſolvi poſſet ligatum, imponebatur. Tum igitur in circumactione fundæ, intentis funalibus manebat; cum verò alterum ſolveretur in emiſſione, excidens amento ſuo, velut glans è funda ferebatur, & cum impetu incidens, quicquid incurriſſet, validè lædebat.* Hinc habemus aliam vocem Græcanicam Diaſphendona, quam latinè reddas fundæ disjunctionem. Sic autem appellant Scriptores Eccleſiaſtici apud Macros Fratres ſupplicii genus, quod ſæpe ſumptum legimus de antiquis Chriſtianis. Conficiebatur id duarum arborum ramis prægrandibus inclinatis, quibus Chriſtiani alligati, redeuntibus poſtea in ſublime curvatis ramalibus membratim diſcerpebantur. Obtinebant ſiquidem illæ arbores, ſive rami ita curvati vim & impreſſionem balliſtæ, ſeu fundæ balliſtariæ. Conjectant iidem Macri, machinamentum ab Antiquis dictum *Arbaliſta*, non aliud fuiſſe, quàm ſupplicium ex iiſdem arboribus arcuatis: ut Arbaliſta dicatur, quaſi arborum baliſta. Verùm in ea hujus vocabuli expoſitione latè falluntur. Arbaliſta ſiquidem ab arcu dicitur, & baliſta; unde Arcuballiſtarii etiam nominati ſunt, ut suo ſuo loco explicavimus. Vide Lil. Girald. dialog. 12., & obſerva eum Scriptorem, deceptum ambiguo plurali auferendi caſu in loco Livii, *Ceſtroſphendonis*, virili genere efferre eam machinam, *Ceſtroſphendonus*. Ea verò generis eſt fœminini: hujus enim eſt generis apud Græcos Σφενδόνη, quæ eſt funda Latinorum.

Cestrus. Telum inventum in bello Perſico. Suid. Vide *Ceſtroſphendona*.

Cetra, æ. Scuti genus, quod Iſidorus ita deſcribit: *Cetra, ſcutum loreum ſine ligno, quo utuntur Afri, & Mauri.* De eodem hæc habet Scholiaſtes Juvenalis: *Oryx animal minùs quàm bubalus, quem Mauri Uncem vocant, cujus pellis ad cetras proficit, ſcuta Maurorum.* Hiſpani etiam Cetras leguntur adhibuiſſe. Obſerva aut nihil, aut certè minimum fuiſſe diſcriminis inter Cetras & Peltas. Liv. lib. 28. *Pelta Cetræ haud diſſimilis eſt.* Idem lib. 31. *Nocte Cetratos, quos Peltaſtas vocant, in inſidiis abdiderat.* Cum autem commune id fuerit ſcuti genus Hiſpanis Mauriſque, faciliùs factu cenſuerim, à Mauris ad Hiſpanos fluxiſſe cetras. Sic enim Strabo de Luſitanis: *Clypeolum eos habere dicunt bipedali diametro, cavum antrorſus, loris ſuſpenſum.* Suidas ſcribit Hiſpanorum ſcuta geſtatu facilia fuiſſe, cujuſmodi planè erant cetræ, quibus Curtius levitatem attribuit: ſic enim habet lib. 3. *Armati bipennibus levibuſque ſcutis, cetræ ſpeciem reddentibus.* Cæſar autem lib. 1. Bell. Civil. diſtinguit inter Luſitanos, Hiſpaniæque populos, & provincias Gallis viciniores: his verò ſcuta, illis cetras aſſignat: *Præterea ſcutati citerioris provinciæ, & Cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cohortes.* Notandum in primis eſt Hiſpanos pulſu quodam quaſſatuque cetrarum ſonum rhythmumque edere conſueviſſe ad excitandam alacritatem in prœlio, hoſtemque alacriter invadendum. Bis meminit Silius hujuſce moris; primùm lib. 3.

miſit dives Gallæcia pubem,
Barbara nũc patriis ululantem carmina linguis,
Nunc pedis alterno percuſſâ verbere terrâ,
Ad numerum reſonas gaudentem plaudere Cetras.

Iterum lib. 3.

ac ritu moris Iberi,
Carmina pulſatâ fundentem barbara cetrâ
Invadit.

Cetratus, a, um. Vide *Cetra*.

Chadabula. Idem ac cabulus. Genus balliſtæ vel petrariæ. Villel. de Armorico de Geſt. Philippi Aug. *Tribus lapidibus magnâ petrariâ, quæ chadabula vocabatur, emiſſis.*

Chartularius. Quod fuerit munus Eccleſiaſticum, vide apud Macros Fratres. Chartularii numerorum militarium pro iis, qui militum nomina referebant in Acta, & vita functos notabant, occurrunt Nov. 17. c. 11. & in l. 19. cap. de erogat. militaris annonæ lib. 12. Obſervavit id Cangius in Gloſſ. ſed inobſervatam reliquit uſurpationem aliam hujus vocis, quam addo verbis Zonaræ in Vita Leonis Iſauri. *Paulum Imperatoriis equiſonibus præfectum, qui lingua Romana Chartularius dicitur, contra ſeditioſum miſit.*

Chatus, i. Occurrit apud Vincentium Belluacenſem in ſpeculo hiſtoriali, & ponitur pro munimento tectorio in genere vinearum: ſed facilè mendoſus eſt locus, & reponendum ibi *Cattos* pro *Chatos*.

Chelandium, Chelandrium, Chelindrus, Chelindra. Longi navigii genus, ſimile iis, quas vulgo *Galeras* dicimus. Sæpius memoratur à Græcis Scriptoribus, & Byzantinis. Epiſt. Ludovici II. Imp. apud Baronium an. 871. *Nam iſte Strategus Georgius non tamen ſufficit obviare, ſi plures inimicorum naves ex parte qualibet apparerent, non videlicet niſi pauca Chelandia poſſidens.* Matthæus Pariſ. an. 1238. *Obligavit ſe Imperator ad centum Chelindras, & quinquaginta galeias du-*

Digitized by Google

ducendas ultra mare. Luithprandus lib. 5. cap. 4. *Rogans Imperatorem ut naves ſibi cum Greco igne tranſmittat, quas Chelandria patrio ſermone Greci cognominant*. Guillelmus Apul. lib. 5. Rerum Norman.

Et contra Venetum naves, Danaſimque Chelindros
Certamen navale parant.

Chelidoniacus gladius. Sic dicitur ab imagine, quam repræſentat caudæ hirundineæ ex Græca notione. Ita deſcribitur ab Iſidoro: *Chelidoniacus gladius: ferrum eſt latum, cujus duplex mucro ac biſurcus in modum caudę hirundineę formatur; unde & chelidoniacus dicitur*.

Chelonium, ii. Vitruvius in duplici ſignificatione hac voce utitur, ut Baldus refert ex Barbaro: primùm pro anſulis ex lamina ferrea apprimè firma: *Orecchie*. Iterum pro ligneis quibuſdam regulis, ſummo capiti machinæ adpactis, ne trochlea in ſummo religata defluat. *Manico, Taſſello*. Sic autem loquitur Vitruvius lib. 10. cap. 2. *In quadris autem tignorum poſterioribus, quo loci ſunt divaricata, figantur Chelonia, in quę conjiciuntur ſuccularum capita*. Ubi Philander explicans addit, Chelonia eſſe velut umbilicos & anſas, quæ appinguntur & affiguntur arrectariis, in quas ceu in armillas conjecti ſuccularum cardines verſantur. Sumitur etiam à Vitruvio pro parte baſis, ſeu pulvino in Catapolta ſupra minorem columellam erecto. Utitur quoque hac voce Heron de machinis bellicis, ac præſertim cap. 14. ubi Chelonium ſic exponit Barocius: *Lignum quoddam inſculptum, quod in ſculpturâ ſuâ retinendi alia ligna conſtringendique vim habens, non ſecus quam Chelonium concavitate ſua teſtudinem ipſam intra ſe comprehendit*. Eſt autem propriè Chelonium Græcis tegumentum teſtudinis animalis, à cujus ſimilitudine aliqua eas machinarum partes ſic appellant Mechanici. Eædem Chelonaria dicta inveniuntur, præſertim ab Herone.

Chiausii. Vide *Tzauſius*.

Chiliarcha. Latinè Dux millenarius. Pro Tribuno militum ferè accipitur à Græcis Scriptoribus, ubi agunt de militia Romana: quo etiam modo Tribunum plebis vocant illi Demarchum. Lipſius tamen bene monet, Chiliarchum non reſpondere Tribuno militum, qui non parti, ſed toti præerat legioni Romanæ, quæ multo erat amplior mille militibus. Sic autem fuiſſe locutos Scriptores Græcos, quia in Macedonum & Græcorum exercitu Chiliarchi ſupra Centuriones erant. Initium hujus militiæ & nominis ſub Alexandro Macedone extitiſſe tradit Q. Curtius lib. 5. *Singulis millibus peditum præfuturi erant, Chiliarchas vocabant; tunc primum in hunc numerum copiis diſtributis; namque antea quingenariæ cohortes fuerant*. De Chiliarcha, vel Duce millenario illud eſt Carmen Varronis Atacini:

At nos congeries obnubit turbida rerum,
Ferrataque premant milleno milite curæ.

Dicitur etiam Chiliarchus. Tacit. 15. Annal. *Erat Chiliarchus in ea claſſe Voluſius Proculus*. Eos Duces dicimus *Capitani d'un regimento, Colonnelli*. Hujus autem originem vocis plerique trahunt à Columella, ideſt parva Columna, quaſi Chiliarcha & Tribunus, Duceſque cæteri fulcimenta ſint & tibicines totius machinæ militaris. Corroborant eam appellationem ab uſu Veterum, qui præcipuos domorum ſervos, & quibus rei domeſticæ univerſæ cura nitebatur, vocitabant columellas. Donatus ad Phormionem Terentii: *Columen, culmen, ut columen, columna. Unde columellæ apud Veteres dicti ſervi majores domus*. Quidquid ſit de Servis domeſticis, exiſtimaverim aliam eſſe originationem vocis *Colonnello*, quam affero in Tit. *Jugum pro genere aciei*.

Chiridotæ, arum. Vide *Chirotheca*.

Chirotheca, & Dactylotheca. Latinè manus, vel digitorum integumentum. Italis *Guanto*; de cujus vocis origine ignorari puto. Nam quod inſinuant Menagius, & Ferrarius trahi poſſe à *Wantus*, vel *Guantus*, quæ in barbariam devexę Latinitatis fuere vocabula, proculdubio vanum eſt. Cum potius voces barbaræ *Wantus* & *Guantus* proveniant ab Italorum *Guanto*, quemadmodum in ſimilibus eſt mihi ſæpius obſervatum. Chirotheca in re militari non unum obtinet uſum, & officium. Sagittarios in ſagittis ejaculandis Chirothecis uſos docet Euſtathius in Homerum: idemque advertit Everardus Freithus Antiqq. Homer. L. 3. c. 7. Probroſum porrò, & mollioris animi argumentum habitum eſt à Romanis tunicas geſtare cum chirothecis, prolixiores ſcilicet, ut quæ manus ipſas digitoſque contegerent. Eas tunicas Plautus vocat manuleatas, Gellius Chiridotas: Sic enim ſcribit L. 7. c. 12. *Tunicis uti virum prolixis ultra brachia, & uſque in primores manus, ac prope in digitos, Romæ, atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græca vocabulo noſtri Chiridotas appellaverunt*. Id genus delicatioris tunicæ tanquam viro forti palam indignum, & dedecoroſum, objectavit apud eundem Gellium Sulpicio Gallo Scipio Africanus; Numanus verò apud Virg. L. 9. exprobrat Trojanis militibus,

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Oppida preterea in fiduciariam poſſeſſionem chirothecâ oblatâ à Principibus tradi ſolebant. Vita S. Hadelini: *Locum prædictum cum Wanto quem tenebat Beato Viro contradidit*. Eodem ritu Dominis reſtituebantur eadem oppida: Regeſtum Parlamenti Paris. *Comes Flandriæ per traditionem chirothecæ in manus Domini Regis humiliter poſuit poſſeſſionem bonarum villarum Flandrię, videlicet de Brugis, de Gandavo*. Germanicos Cæſares Regeſque firmandis fœderibus, paci conciliandæ, aliiſque magni momenti negociis, quibus intereſſe non poterant, tranſigendis, chirothecam mittere conſueviſſe conſtat, quaſi Regiæ fidei pignus & obſidem. Teſtatur id Speculum Saxonicum, & refertur à Philippo Camerario Hor. Cent. 1. c. 33. In oppugnatas Urbes injici ſolebat interdū à Regibus chirotheca, eo ritu obteſtantibus ſe nonniſi expugnata Civitate obſidionem ſoluturos. Id ſcriptum reliquit Rabbi Immanuel in Ruth. c. 4. & refertur à Joanne Baptiſta Pacichellio in opuſculo ſingulari de chirothecis. Eſt etiam chirotheca in armaturis Cataphractorum ferreum manus operimentum: Boiard. Orl. Inam. canto 3.

Ma, come quel ch'havea poſſanza molta,
Tenendo Ferragù forte abbracciato,
Così per terra di ſopra ſi volta,
Battelo in fronte col guanto ferrato.

2. Inprimis vero moris fuit ſuperioribus ſæculis, porrectâ, vel in terram projectâ chirotheca, ideſt manuum vagina vel operimento, purgare ſe ab intentato crimine, & provocare ad monoma-

ma-

Digitized by Google

machiam vel duellum accuſatorem ſuum. Matthæus Pariſien. ann. 1245. *Quod licet Comes inſtanter inficiaretur, ſtatim miles ſupradictus more Francorum chirothecam ſuam ei porrexit, ſe offerens in propatulo coram Curia, id corporaliter ſecundum conſiderationem Curiæ Regalis probaturum. Quam chirothecam, quaſi duelli vadium, oſtenſam Comes recepit, ſpondens ſe defendendo dimicaturum contra ipſum.* Tetigit eundem morem Skenæus ad Reg. Majeſt. l. 9. c. 23. *Quod in hoc ſigno fit, cum duelliones hinc inde chirothecas offerunt.* Accenſeo Scriptores Italicos; Joann. Villan. l. 1. c. 37. *Currado Lupo innanzi che diſcendeſſe del Caſtello nel piano, mandò a richiedere il Re Luigi di Battaglia: e per ſegno di ciò gli mandò il guanto per lo ſuo Trombetta. Il Re ricevette il guanto, e con dimoſtramento di franco cuore e d'ardire, ſanza tenere altro conſiglio promiſe la battaglia.* Aloyſius Pulci Morg. c. 24.

Pur ſe tu ſe' così deliberata,
Di voler del tuo Padre vendicarti,
Non fia la noſtra eccellenzia mancata;
E ſe vuoi con Orlando riprovarti,
Ti manderò del guanto la giornata,
E credo a queſta parte ſatisfarti.

Bernard. Taſſ. Amad. c. 54.

Ecco il mio guanto, ch'io ti dò per pegno
De la mia ſalda fede, e del ſuo ardire.
Non arde così ſecco arido legno,
Dove nel ſoco fiato d'aura ſpire,
Com'arde di giuſt'ira il Baron degno,
C'have al ſuo gran valor pari il deſire;
Piglia la fede, e la dà da ſua parte
De la battaglia in pegno al Re Liſuarte.

Franciſcus Ciecus Mambriano c. 18.

Eccoti in queſto aggiungere un Trombetto
Col guanto innanzi al magno Re Aliſarne,
Che diſſe: il Campion noſtro è già in aſſetto
Co' colpi ſuoi, chi vuol, venga aſſaggiarne:
Pinagora riſpoſe: il guanto accetto;
Crederesti tu mai di ſpaventarne
Colle tue bruſche e rigide parole?
Io t'avviſo, Fratel, ch'altro ci vuole:

Quemadmodum oblata vel projecta chirotheca ſignum erat indicti certaminis; ſic eadem longiori haſtæ præfixa habebatur infamiæ ſignum, & pœna adversùs eos, qui pactis non ſtetiſſent; præcipuè verò ſi ad præfixum à victore tempus non adeſſent ubi erat conventum. De hac pœna ita ſcribit Buchananus l. 9. Hiſt. Scot. *Tandem poſt conflictum ſatis longum Anglus genere armorum inferior Scoto ſe dedidit: ab eo domum dimittitur, juratus intra viceſimum diem ſe rediturum. Hæc enim erat inter finitimas nationes adverſum captivos humanitas, quæ & hodie inter limitum accolas optimâ fide perdurat. Si quis ad diem dictum non redeat, hæc pœna eſt; in congreſſibus, qui ob res repetundas fieri ſolent, qui deceptum ſe queritur manus effigiem aut chirothecam in haſta oblongo omnibus conſpicua circumfert. Ea ſumma apud ipſos infamia habebatur; adeo ut, qui fidem violavere, amicis, propinquiſque fiant deteſtabiles; nec pullò honeſtior eos convictu, ſermone, aut domo ſua dignetur.* Iſaacus Caſaubonus Animad. in Athen. l. 12. docet inter cætera luxus argumenta apud Perſas etiam chirothecas numerari à Xenophonte: Earum porrò uſum ignotum fuiſſe olim apud Græcos & Romanos. Plinius tamen Junior in epiſt. meminit chirothecarum: *Ad latus Notarius cum libro & pugillaribus; cujus manus hieme manicis muniebantur, ut ne cæli quidem aſperitas ullum ſtudiis tempus eriperet.* Niſi malis fortaſſe manicas Plinianas non chirothecas exponere, ſed tegumentum ex pellibus, quo utraque manus à frigore defenditur: Italis *Manichini, Manicotti.*

Chirurgi in militia. Vide *Medici.*

Chlamyda, æ. Apulejus Aſin. lib. 10. *Ephebæa chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum.* Et lib. 11. *Humeris dependebat pone tergum talorum tenus pretioſa chlamyda.* Et ſic alibi non infrequenter. Conſectatur ſcilicet nova hæc ſtudioſè amœnus cæteroqui Scriptor feſtivuſque. Licere ſibi voluit Apulejus in voce *chlamyda* quod uſurpavit Virgilius in voce *Caſſida*, quem Græcorum accuſativum fecit nominativum lib. 11. Tu bonâ Apuleii veniâ malim dicas

Chlamys, idis. Virgil. lib. 8.

ipſe agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis conſpectus in armis.

Indumentum militare, quod thoraci ſuperinduebatur ornatûs gratiâ, non tutelæ, ut cenſet Robertus Titius. A Numa Romanorum Rege repertam ſcribit Suidas. Græcorum fuiſſe inventum antiquiſſimum potius reputaverim. Pro veſte ſiquidem militari uſurpatur à Græcis Scriptoribus frequentiſſimè: & Capitolinus quidem in Pertinace, *Chlamydes Græcanicas* ſcripſit. Scriptores Latini pro chlamyde ſagum & paludamentum fere adhibent. Plerique à calefaciendo eam vocem derivant ex Græco. Voſſius ab involvendo ducit Hæbraica origine. Inter veſtes pueriles recenſetur ab Ulpiano: *Puerilia veſtimenta, quę ad nullum alium uſum pertinent, niſi puerilem, veluti togę prętextę, alicularę, chlamydes, pallia, quę filiis noſtris comparamus.* Fuiſſe autem inter muliebres relatam veſtes indicat Virgilius lib. 4. Æneid., ubi ita loquitur de Didone:

Sidonio pictam chlamydem circumdata limbo.

Agrippina apud Tacitum lib. 13. in aurata ſe chlamyde oſtentavit, cum navalis prœlii ſpectaculis intereſſet. Verùm nihil eſt magis compertum quàm chlamydem militarem fuiſſe veſtem. Quamobrem, ubi à pueris vel fœminis geſtata legitur chlamys, non eſt quod eam vocem obtorto collo trahas ad bellicum veſtitum: verùm commodius judicaveris plures diverſaſque veſtes eodem vocabulo fuiſſe expreſſas, ut nos notavimus in dictione *Abolla*: & in aliis veſtium generibus decerni neceſſe eſt, diſtinguique à Scriptoribus de re veſtiaria, niſi velint ſe in impeditiſſimos laqueos & tricas induere. Non abnuerim tamen puerorum fœminarumque veſtes appellatas interdum chlamydes; quoniam ad ſtudium bellicum in pueris excitandum, veſtitum illis interdum accommodamus ad ſpeciem militarem; quemadmodum eoſdem nobiliori pręſertim proſapia genitos, aureis vel argenteis coſiculis, aut ſecuriculis, pro vulgaribus bullis, parentes inſigniunt. Ad eandem formam fœminis bellicæ indolis ad militarem item ſpeciem conformatæ congruunt veſtes, potiſſimùm verò, ſi venationis ſtudio, quod ſimulacrum eſt quoddam ac meditatio bellicæ diſciplinæ, exerceri deſcribantur: quæ, ut arbitror, fuit mens Virgilii, qui allato verſiculo Didonem exhibet venatricem.

a. Fuiſſe autem Chlamydem propriè milita-

rem veſtem, præter allatum initiò Virgilii locum, iteratis teſtimoniis oſtendit Plautus, ac præſertim in Curc. *Quæratis chlamydem & Machæram hanc unde ad me pervenerit*. Non ita mihi probatum certumque eſt, idem fuiſſe geous indumenti Chlamydem & ſagum. Equidem Ferrarius de re veſtiaria p. 2. lib. 3. cap. 3. id ſaocire contendens iofirmo admodum nititur argumento; ex ſormula Veterum, *Ire ad ſaga*, & verbis Dionis lib. 46. *Chlamydes autem militares etiam ii, qui non proficiſcebantur in bellum, ſumpſerunt*. Contrarium quippe validiſſimè videtur evincere, quæ apud Trebellium legitur veſtis Sagochlamys, ex cujus ſignificatione vocis vix ſupereſſe mihi dubitatiooi locus videtur, quin diſtincta fuerint indumenta Sagum & Chlamys. Ferrarius quidem, ut ab eo Trebellii teſtimonio ſe expediat, multos pertentat aditus; ſed, meâ ſententiâ, obſtructis undique itineribus non poteſt effugere. Quidam diſcrimen inter ſagum & chlamydem a forma accerſunt. Exiſtimant autem Græcorum chlamydes ſuiſſe rotundas, quemadmodum compertum eſt quadrata extitiſſe Romanorum ſaga. Ad eum modum rotundos ſuiſſe clypeos Græcorum, quadrata & oblonga Romanorum ſcuta alibi obſervavimus. Ancipitis inveſtigationis res eſt utrum chlamys eadem ſuerit veſtis ac paludamentum. Valtrinius de Re Milit. lib. 3. cap. 13. non minimum diſcrepare contendit ea iodumenta. Nititur autem maxime teſtimonio Ciceronis in Orat. pro Rabir. *Deliciarum causâ & voluptatis non modo Cives Romanos, ſed & nobiles adoleſcentes, & quoſdam etiam Senatores ſummo loco natos, non in hortis, aut ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella ſæpe videmus. Chlamydatum L. Sillam Imperatorem: L. verò Scipionis, qui bellum in Aſia geſſit, Antiochumque devicit, non ſolùm cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam videtis*. Quibus verbis chlamydatum Imperatorem ſugillans Cicero oſtendit, noo fuiſſe chlamydem veſtem Imperatoriam, cujuſmodi erat paludamentum. Eam verò difficultatem minimo negotio diluas cum Ferrario, ſi advertas in verbis Tullianis ſermonem eſſe de Imperatore chlamydato non in acie aut caſtris, verùm in Urbibus, ubi moris erat non ſolum Imperatores, ſed quoſcumque Romanos togatos incedere. Meritò igitur Tullius Sillam notat, qui veſtem Imperatoriam in oppidis, aut Romæ indueret. Firmat id magis indultum Pompejo à Senatu factum, ut geſtare io Urbe poſſet Imperatoriam veſtem: quod uni conceſſum præter ordinem, adverſi moris conſuetudinem inductam corroborat. L. etiam Scipio contra mores patrios videtur feciſſe, qui chlamydatam ſibi erexerit ſtatuam, cum nonniſi togatæ triumphantibus ponerentur, quemadmodum togâ pictâ victores Duces induti triumphum inire conſueverant. Nihilo ſecius falſi ſunt, qui diſcrimen inter chlamydem & paludamentum inde comminiſcuntur, quod paludamentum à ſolis Imperatoribus, chlamydes verò ab aliis geſtarentur. Nihil enim frequentiùs occurrit apud Græcos Hiſtoricos quàm Imperatoriæ chlamydis mentio. Alcibiadem pro militari clypeo chlamydem ſiniſtræ obvolviſſe, ſcribit Plutarchus in ejus vita. Idem in vita Periclis narrat Ducem illum Gubernatori Prætoriæ navis, ſubita Solis defectione perturbato oppoſuiſſe chlamydem adverſùs faciem, num ſic quidquam cerneret, percunctatus. Cum verò negaret ille uſum ſibi oculorum ullum eſſe; Quid verò intereſt, reſpondit Pericles, veſtiſne, an majus aliquid tibi tenebras ingerat? Apud Herodianum milites Gordianum ſalutaturi Imperatorem, purpurea euodem chlamyde exornant. Qui Herodiani locus de chlamyde purpurea, ut id obiter dicam, validè refellit opinionem Salmaſii, qui in Comment. ad Vopiſc. in Saturnino tradit non purpuream, ſed coccineam ſuiſſe veſtem Imperatoriam. Latini Scriptores ſagum & paludameotum ſæpiſſimè, chlamydem admodum rarò, idque Poetæ ferè ſolùm ſcriptitant. Quam verò veſtem militarem Latini paludamentum dicunt, vel ſagum, Græci patrio vocabulo chlamydem vocaot. Notandum quoque ab ipſis Latinis ea veſtium vocabula indiſcriminatim adhibita fuiſſe. Pro exemplo ſit quod legitur apud Tacitum lib. 12. de Agrippina ſpectante Naumachiam: *Ipſe inſigni paludamento, neque procul Agrippina aurata chlamyde*. Vide ſic diſtingui ferè paludamentum à chlamyde. Atqui audi Plinium eandem rem ſic enarrantem. *Nos vidimus Agrippinam Claudii Principis edente eo navalis prælii ſpectaculum, adſidentem ei indutam paludamento auro textili*. Vide paludamentum à Plinio dici, quod chlamydis nomine Tacitus appellaverat. Verùm ejuſmodi altercatione ad alios rejecta, illud pro comperto eſt habendum, chlamydem atque adeo ſagum, & paludamentum genus fuiſſe indumenti aperti, quodque tunicæ cæteræque armaturæ ſuperinjectum fibulâ nectebatur. Apertum id faciunt deformationes ſtatuarum & numiſmatum, quas exhibet Ferrarius de re veſtiaria par. 2. lib. 3.

3. Nihil autem eſt dubitaodum Chlamydis, atque adeo cujuslibet militaris indumenti non aliam apud Romanos ſuiſſe materiam, quàm ex lana. Ex eadem urbanæ ſacræque veſtes confectæ; ignoto ſcilicet, oec niſi longo poſt tempore comperto ſerici linique uſu. Acceptum proinde pro luxuriæ oſtento quodam, quod apud Dionem lib. 59. legitur de Cajo Cæſare, qui ponte Puteolano, Alexandri Magni thorace, & chlamyde ſerica indutus inceſſerit. Nam quod Commodum Cæſarem ſerica item chlamyde indutum fuiſſe idem Scriptor commemorat, id ſcilicet minus eſt demirandum, poſt ioclinatum Imperium uſu ſerici crebreſcente. Sed cum eadem eſſet veſtis materia tam Imperatorum, Tribunorumque, quàm gregarii cujuſque militis, illud ſolummodo reliquum erat diſcrimen, ut Imperatoriæ veſtis laneæ longe majus eſſet pretium, & textura nobilior. Compacta ſcilicet illa ex molliore pexaque lana; cum gregariorum commuoes veſtes eſſent, hirtæque, ac villoſæ, ac nullâ texturæ elegantiâ conſpicuæ. Scio memorari ſæpiùs à Scriptoribus auratas chlamydes. Verùm illæ ad uſum militarem vix pertinent; receoſendæque potius inter Barbarorum Principum ad Romanos dona, vel præmia certamioum, vel honeſtamenta illuſtrium ſœminarum. Sic autem accipe adductum à Tacito teſtimooium de Agrippioa in chlamyde aurata ſpectaote Naumachiam. Item illud Spartiani in Hadriano, ubi auratas memorat chlamydes ei Cæſari dono miſſas à Pharaſmane, ac Virgilii illud lib. 4. Æneid.

Victori chlamydem auratam, quă plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibæa cucurrit.

Colo-

Digitized by Google

Colore etiam gregariorum veſtes ab Imperatoriis ſecernebantur. Hinc ſæpius legimus veſtium colore inter dimicandum cognitos Imperatores. Cæſar Comment. 7. *Accelerat Cæſar ut prælia interſit, ejus adventu ex colore veſtis cognito*. Et Græcorum quidem gregalium chlamydes albas fuiſſe perhibet Pollux. Romani vero illas nativo fere colore, nullo adſcititio imbutas habebant. Imperatorum autem veſtes purpureæ, vel coccineæ fuere: hinc Plinius lib. 22. cap. 1. *Cocci granum, Imperatoriis dicatum paludamentis*. Leguntur apud Trebellium in Claudio chlamydes veri luminis: *Calices Ægyptios operiſque diverſi decem, chlamydes veri luminis limbatas, duas*. Enim verò non admodum feliciter ſententiam ſuam expreſſit ibi Hiſtoricus. Quid verò ille in animo habuerit, cum chlamydum veri luminis meminit, perbellè divinavit, ut ego arbitror, Turnebus Adverſ. lib. 30. cap. 21. Dicit autem verum lumen in chlamyde, oitorem, opulentiam, exſuperantiam, & quaſi ſaturitatem quandam purpurei, vel coccinei coloris. Idem aptè opinatur Caſaubonus ad memoratum locum Trebellii. Tametſi autem peculiare militum veſtimentum fuerit Chlamys, liquidum eſt commune quoque fuiſſe venatoribus, præſertim verò proſapiæ illuſtris, ac peregrè profectis. De venatorio tegmine dubitari non ſinit Virgilius lib. 4. Æneid.; ubi deſcribens Didonem ad feras coofigendas digreſſam, inter alia ornamenta, quæ tempus illud efflagitabat, chlamyde conveſtitam affirmat;

progreditur magna ſtipante caterva
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Pollux, ubi copioſè agit de ſupellectili & utenſilibus, quæ ſtudium adjuvant venatorium, non ſolùm chlamydis meminit, verùm, addit inſuper eandem ſiniſtrâ complicatam præſidio eſſe venatoribus, ſiquando in eos feræ inſiliunt. Id verò ſignificatur à Pacuvio in Hermiona, cujus verſiculum afferunt Varro lib. 5. de Ling. Lat. & Nonius: *Currum liquit: chlamyde contorta clypeat brachium*.

CHLAMYS DARDANICA MANTUELIS. Occurrit apud Trebellium in Claudio: *Chlamydem Dardanicam Mantuelem unam, bardocucullum unum*. Chlamydem quidem veſtem eſſe militarem liquet: quodnam verò fuerit chlamydis genus Dardanica Mantuelis, obſcurum eſt. Rem inexplicatam reliquit Ferrarius. Salmaſius verò ad relatum Trebellii locum chlamydem fuiſſe exiſtimat factam in modum manti, vel quæ ad ejus formam accederet. Mantum autem, vel mandum dixerunt Latini genus veſtimenti, de quo hæc Iſidorus: *Mantum Hiſpani vocant, quod manus tegat tantùm; eſt enim breve amictum*. Quod ſi ita eſt planè ſuſpicor chlamydem Mantuelem minimum differre à Sago Germanico, quod craſſius erat, nec ultra manus protenſum, ſpinâque ſupra pectus nexum pro fibula, juxta ejuſdem delineationem à nobis relatam ex Ferrario in dictione *Sagum*. Mantuelis proinde Chlamys a manto dicitur, quæ veſtis eſt, non à mantile, mantelo, vel mantelio, & apud Antiquiores etiam mantela, quæ, ut vox ipſa ſonat, tela erat ad manus, vel manualis, quâ ablutæ aquâ manus tergebantur. Virgil. lib. 4. Georg.

tonſiſque ferunt mantilia villis.

Fuerunt autem apud Veteres mantelia vel mantilia in uſu ad extergendas manus, quemadmodum mappæ ad conſternendas menſas. Præpoſtero tamen ordine ab aliis Scriptoribus hæc uſurpantur; nimirum mappæ pro manibus tergendis; pro ſternendis menſis mantelia. Si ejuſmodi tricæ tibi arrident, vide plura de mantili, vel manteli apud Salmaſium in Gallien. Trebellii, & Aureliano Vopiſci. Quod verò Chlamys mantuelis dicatur etiam Dardanica, non aliam video cauſam vel originem, quàm quod è Dardania primùm ea veſtis ſit habita.

CHLAMYDIUM. Vox Græca, & à Græcis Scriptoribus non ſemel uſurpata. Nomen ipſum indicat fuiſſe breviorem chlamydem. Fabrettus in Colum. Traj. cap. 7. opinatur fuiſſe pannum circa collum alligatum utroque capite ante pectus dependente. Sic enim ſigniferi, ſtratores, & Centuriones aliquot in eadem columna viſuntur ornati. Verùm quis non videat inter colli religaculum, & opertorium corporis immane quoddam eſſe diſcrimen? Minus arridet idem Fabrettus eodem loco, ubi ſugillat Interpretem alium ejuſdem Columnæ, qui memoratam colli faſciam, mappam exponit. Equidem hodierni honoratiores milites ex Urbano more paſſim cervices tegunt lineis faſciis, quas vulgò vocant *Corvatte*. Atque adeo exiſtimaverim linteoli quoddam genus, & carbaſini potius velamenti ea etiam fuiſſe obligacula, quæ in præfata Columna conſpiciuntur. Nam pannum cervicibus obvolvere oppidò videtur incommodum non modo geſtatu, ſed, quoniam nimium fauces arctaret, & calefaceret. Sed planè eſt divinandum ex qua materia fuerit illa faſcia, cum rem incertam relinquant cælaturę marmorum. Licet autem ſit palam notum, mappam eſſe manuum exterſorium in menſis adhiberi ſolitum, adhuc tamen nihil obſtat quo minus ejuſdem materię & figurę carbaſus geſtari potuerit ad militum colla. Mantilia quoque manuum ſunt abſterſoria, poſtquam illæ aquis ſunt lotæ, ut docet Servius ad illud Virgil. l. 1. Æneid.

tonſiſque ferunt mantilia villis;

& tamen iiſdem complicatis in rugam utuntur paſſim viri urbani ad collum illa geſtantes, collectis utrinque ad pectus capitibus, quæ geſtamina vocamus, ut dixi, *Corvatte*. Eadem mantilia decenter complicata tegumentum ſunt capitis fœminis ruſticanis; quod præſertim in uſu eſt Tuſculi, aliiſque in pagis, & oppidis minoribus Latii, aliarumque Provinciarum. Affero obiter Etymon memoratæ vocis Italicæ *Corvatta*. Fit ab Illyrica voce *oko*, quod eſt *circum*, & ab alia *Vrat*, quod eſt collum. Ex quacumque verò materia fuerit illud colli præligaculum, de quo agit Fabrettus, mihi ſuaderi non poteſt, dici poſſe Chlamydium, quod potius exponerem brevius ſagum, vel aliud genus ornamenti ſuperinducti. Vide *Superſigunum*.

CHLAMYDULA, æ. Parva chlamys. Plaut. *Tu ſume chlamydulam*.

CHLAMYDATUS, à, um. Chlamyde indutus. Plaut. Pſeud. *Quis hic homo chlamydatus eſt?*

CHONACES. Vide *Cnodaces*.

CHRISTI MILITIA. Sacer ordo militaris inſtitutus anno 1317. de quo Mariana l. 15. *Proximo tempore in Luſitania, eodem Pontifice concedente, nova militia conſtituta, cui à Chriſto nomen eſt, eo regno nobiliſſima, Cruce rubra, linea candida interſecante diſtincta. Huic militiæ Templariorum oppida, prædia, ædes attributa*. Aliam ejuſdem Chri-

Chriſti nomine militiam inſtituit in Lituania Albertus Epiſcopus. Cromer. de reb. Polon. l. 7. *Albertus alter quò facilius barbariem inde extirparet, ordinem ſive ſocietatem, quæ Militia Chriſti dicta eſt, inſtituit, ac tertiam partem redituum Rigentis Epiſcopi ipſi attribuit*. Idem Hiſtoricus eidem Militiæ paulo poſt enſis rubri imaginem cum Cruce pallio inſuta Inſigne fuiſſe ſcribit.

Christiferus. Vexilliſer. A' reglo vexillo, ubi Chriſtus, vel crucis ſignum & imago eſſet expreſſa. Legitur in Chronico Ordinis S. Benedicti. Cangius in Gloſſ.

Chrysaspides. Alexander Macedo pnſt devictos Perſas, mutata ratione veteris diſciplinæ Caſtrenſis, in veſtitu ornatuque, nationis devictæ pompam oſtentare cœpit. Hinc milites adlegit, alios quidem qui aurea, vel auro ornata geſtarent ſcuta, quos Chryſaſpides nominavit: alios verò qui argentea vel argento ornata, quos dixit Argyraſpides. Ad ejus Regis imitationem excitatus Alexander Severus Rnmanus Imperator, ut imitatione Macedonis appellationem ſuam adæquaret, ſimilia ſcuta à militibus ſuis geſtari juſſit, ut tradit Lampridius in ejus vita: *Elaborabat denique ut dignus illo nomine videretur, ima ut Macedonem illum vinceret, dicebatque inter Romanum Alexandrum & Macedonem multum intereſſe debere. Fecerat denique ſibi Argyraſpidas, & Chryſaſpidas.*

Cibus militaris. Vide *Menſa militaris*.

Ciconia, æ. Recenſetur inter machinas arreptarias; & Græci quidem Scrlptores cum grue, vel corvo demolitore illam confundunt; vetus tamen Gloſſarium, & Iſidorus nihil à Tollenone Clconiam differre ſtatuunt. Nomen habet à Ciconia ave, cui ſimile illud eſt organum.

Cicnnia avis. Inter alias hujus avis prærogativas, quæ à Plinio & aliis rerum naturæ Hiſtoricis commemorantur, non una porrò ſpectabilis eſt ad tractationem pertinens militarem. Ut enim notat Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 17. hujus primùm avis effigie propoſita indigitarunt Veteres fidem atque diligentiam ab Urbium cuſtodibus & vigiliis obſervandam. Suo id bellicis excubitoribus commonſtrat exemplo Cicnnia, quæ Urbium domorumque faſtigia atque acrnteria inhabitare ſolet. Eadem, ſi rei miræ non labat fides, ubi everſionis periculum inſtat Urbibus aut ædificiis, nidos inde pulloſque propere avellit, aliòque feſtinanter cnnvnlat. Ejus rei documentum habet Hiſtoria Aquileję ab Attila Hunnorum Regę oppugnatæ. Cum enim Ille urbem per triennium cum exercltu circumſediſſet, omnique illam attriviſſet genere machinarum, pro augurio habuit expugnationis mox conſecuturæ Ciconias per aerem viſas cum ſuis fœtibus ex Urbe commigrantes in rura proxima. Omnibus proinde adhibitis viribus, & mirificè animatus incenſuſque avium præſagio, obſeſſam Urbem facilè in deditinnem accepit. Nntatum quoque eſt antequam Patavii, juſſu Ezelini, everterentur Ædes Bonzii, viri ſtrenui, è ſumma earundem ædium turri ante paucos dies Ciconiam procul aſportaſſe nidum ibi conſtructum. Eadem avis inſinuavit militiæ veteri locum caſtris ponendis, eorundemque movendorum opportunitatem. Obſervatum quippe eſt eas aves, quaſi edito ſigno, ex omni circum vicinia in certum locum diemque congregari, & quaſi concilia quædam celebrare, nec niſi turmatim atque conjunctim advenire atque diſcedere. Tam rigidè autem diſciplinam, & ordinem à ſingulis exigunt, ut in eam, quæ noviſſimè advenerit, reliquæ ingruant, laceratamque atque diſcerptam relinquant in agris, tanquam exemplum nequaquam impunitæ deſidiæ ad capiendum cum aliis locum. Iis etiam de cauſis non unam à priſcis Ciconia immunitatem obtinuit: prohibitum nimirum Ciconiam occidere non ſecus ac civem: quod ſi Regii convlvii adornandi causà mactari Ciconiam contingeret, nonniſi Prætoris edicto, epulis inſerebatur.

Cilicii Duces. Populari ſermone, ut author eſt Diogenianus, dicti ſunt Duces forma ſubhorrida, hirſuto corpore & pilis obſito. Hinc cilicia dicimus aſperiora ſaga, & pilis contexta. Ortum facile adagium à Ciliciæ populis, qui impensè hirſuti ferocique eſſent formà; vel rudi veſtitu uterentur.

Cilicium, ii. Veſtis, culcita, omnis generis velamentum ex villis hircorum vel caprarum confectum. Hoc illi nomen à Ciliciæ populis, apud quos primum inventum teſte Varrone de Re Ruſtica lib. 2. cap. 2. Cilicia, centones, coria, ſacci, ſportæ, & ſimilia inſtrumenta in maximo fuere uſu apud Veteres, non ſolum ad tegendos arietes, aliaſque machinas demolitorias, ut immunes præſtarentur à jaculis obſeſſorum; verum etiam pro ipſis obſeſſis, ad memoratas machinas eludendas, reddendaſque fruſtraneas ipſa mollitie, lentoque objectu velorum, quibus excipiebantur. Uſus item erat, ut iiſdem contecti milites & tutiùs dimicarent, & minimum ab hoſtibus conſpici poſſent. Adhibentur in recenti militia ad tormentorum infringendum impetum; ſed longè frequentior ejuſmodi velaminum mentio apud Antiquos. Clarè Suidas, ubi loquitur de Ariete: *Qui machinam eam excitabant, ii tegumentum & velum habebant è caprillis pilis factum, quæ Cilicia vocant. Ea juſta & ſufficienti craſſitie ac langitudine ſuſpendebant à praceris lignis, & ante ſe prætendebant. Ita nec ignita jacula, nec alia tela attingere eos poterant; ſed in ipſis ibi tegumentis ſiſtebant & hærebant.* Veget. lib. 4. cap. 6. *Saga ciliciaque tenduntur, quæ impetum excipiant ſagittarum. Nec enim facilè tranſeunt ſpicula quod cedit & fluctuat.* Ammianus: *Defenſores obtentis ciliciis latebant intrinſecùs, ne conſpicerentur ab hoſtibus.* Centonum etiam, pellium, & coriorum in eam rem frequens mentio, Thucyd. *Tegmina habuit pelles & centones, ut nec operantes, nec ligna operis ignitis jaculis peterentur.* Curtius; *Coria velaque juſſit abtendi, ut extra teli jactum eſſent.* Ea velamina ne corrumperentur firmiùſque perſiſterent, aceto ſolebant imbuere, ut diximus in dictione *Acetum*. Vide *Centones*.

Cilicium exitium. Sermo vetus popularis, cujus meminit Heſychius, quo rem impendio crudelem & exitioſam abominamur. Cilices nimirum immaniſſimi hominum teterrimique audiebant propter aſſiduas deprædationes, & immenſa damna, quę artem piraticam exercentes finitimis populis inſerebant.

Cilliba, æ, aliis Cibila. A' Feſto, & Varrone exponuntur menſæ rotundæ militares. Alii menſarum potius fulcra interpretantur. Earum uſus diverſe traditur. Quidam enim inſtitutas putant,

ut

ut iis defatigati bello milites clypeos reponerent: alii verò faciunt menſas eſcarias & potorias. De Cibila, vel Cibilla ſic Varro de L. L. lib. 4. *Menſam eſcariam Cibillam appellabant, ea erat quadrata, ut etiam nunc in caſtris eſt. A' cibo Cibilla dicta; poſtea rotunda facta.* Et hæc quidem iſtiuſmodi menſarum notio, ſi à cibo capiendo indita illis ſit appellatio. Quod ſi verum earum nomen non Cibilæ, vel Cibillæ, ſed Cillibæ fuerit, nomen illis Græco themate adhæſit ab aſino & baſe; quoniam duras illas fuiſſe oportuit, ut quæ inſtar aſini armorum illa pondera ſuſtinerent, In hanc ſententiam Cillibas menſas exponit Ariſtophanis Scholiaſtes.

Cincti, Ita ſimplici nota dicebantur milites à Cingulo militari, vel baltheo, quo erant præcincti. Vulcatius Gallic. in Avidio: *Statim ad ſigna edici juſſit, & programma in parietibus fixit, ut ſiquis Cinctus inveniretur apud Daſphen, diſcinctus rediret.*

Cinctorium, ii. Exponitur à nonnullis gladius vel pugio, quia lateri cingitur. Falſi illi ſunt. Cinctorium eſt cingulum. Nec obſtat locus Plinii lib. 7. cap. 7. *Tu, cujus ſemper in Cinctoria mens eſt.* Ibi enim Plinius figuratè loquitur: quo plane modo dixit Terentius: *Tibi animus eſt in patinis*: Ubi ſenſus eſt: Tu ſemper edulia cogitas: nec proinde patinam quis exponit edulium. Similiter: mentem cuipiam eſſe in Cinctorio, eſt quidem de armis ſemper cogitare: ſed non idcircò Cinctorium eſt gladius.

Cinctus Gabinus. Toga erat, ut docet Servius, ſic in tergum rejecta, ut ejus lacinia revocata hominem cingeret. Hoc veſtimenti genere utebatur Conſul bella indicturus. Virgil. lib. 7.

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabina
Inſignis, reſerat ſtridentia limina Conſul.

Originem hujus Cinctus per hæc verba tradit Servius: *Cum Gabii Campaniæ Civitas ſacris operarentur, bellum ſubito evenit. Tunc Cives cincti togis ſuis ab aris ſunt ad bella profecti, & adepti victoriam, propter quod omen tali habitu ſemper utebantur in bellis.* Ex quo mihi non improbantur, qui eum cinctum fuiſſe exiſtimant arctatam togam, & à talis ſupra femoralia attractam. Planè errant, qui Urbanæ vel ſacræ originis eum faciunt Cinctum; cum apertiſſima ſit origo militaris ex conſilio Gabiorum, ut demonſtrant verba Servii. Nihil itaque mirum eſt ſi Præfecti Virique militares Gabino Ritu pręcincti ſępe leguntur, ac præſertim cum ſe pro ſalute patriæ devoverent. Liv. lib. 8. de Conſule Decio: *Ipſe incinctus Cinctu Gabino armatus in equum inſiluit.* Et lib. 5. *Gabino cinctu ſacra manibus gerens, cum de Capitolio deſcendiſſet, per medias hoſtium ſtationes egreſſus &c.* Antiqua verò conſuetudo ſuccingendi togam, ut expeditus ad arma animus indicaretur, diſertis verbis ita traditur à Plutarcho in Coriolano: *Eo tempore mos erat Romanis prælium inituris, ſcutaque ſumpturis, togam pręcingere, ſimulque teſtamenta ſine ſcripto facere, hæredemque tribus aut quatuor audientibus, nuncupare.* Idem Plutarchus de Naſica tradit, ſic eum properaſſe ad obtruncandum Tiberium Gracchum, ut togæ laciniam capiti ſuperimpoſuerit: qui verò eum ſequebantur viri factioſi, convolutas togas brachiis circumferebant. Equidem natura ipſa ſubdit in re ſubita, vel hoſtili aggreſſione, ut impedimenta moræque veſtium amoveantur; & agilior quiſque reddatur ad occurrendum & dimicandum corpore libero, membriſque expeditis. Perpetuò id ubique uſuvenire ſolet, ac potiſſimum in rixa ſubitaria, ubi obſervare licet rejecta in humeros pallia ad rem promptiùs agendam, quod admirabilem quendam & peculiarem in modum Romæ faciunt Tranſtiberini lapidatores. Ab uſu militari eundem morem attrahendi ad cingulum convolvendique tunicas, ſeſeque præcingendi, artes reliquæ didicerunt. Hinc apud Virgil. Æneid. lib. 12. Japix Medicus vulnerarius, ut Æneæ vulnus curaret, tunicam, vel amictum ventralem in nodum colligit:

ille retorto
Pæonium in morem ſenior ſuccinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbique potentibus herbis,
Nequidquam trepidat, nequidquam ſpicula dextra
Sollicitat, prenſatque tenaci forcipe ferrum.

Quem locum ita reddidit Taſſus Cant. 11.

Quegli in gonna ſuccinto, e da le braccia
Ripiegato il veſtir leggiero, e piano,
Hor con l'erbe potenti in van procaccia
Trarne lo ſtrale, hor con la dotta mano:
E con la deſtra il tenta, e col tenace
Ferro il và riprendendo, e nulla face.

Manavit hinc locutio illa militaris *Claſſis procincta*, quam ita explicat Feſtus, ſeu potius Paulus Diaconus, qui Feſtum in Epitomen collegit: *Procincta claſſis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino Cinctu confeſtim pugnaturus.* Sed quoniam ſe ad eum modum præcingendi uſus ortum habuit à Civibus Gabiorum, qui relictis aris, ubi rei ſacræ præſto aderant, adductis ad cingula togis occurrerunt hoſtibus, idcircò non pauci hallucinati ſunt, reputantes eum cinctum proprium eſſe Sacrorum. Sacra potiùs prolixior & fuſa decet toga: & ſic effuſam in divino miniſterio habuiſſe Gabienſes, ipſe ſatis demonſtrat ſupraindicatus eventus. Quamobrem aut taxandi ſunt, aut libertate quadam Poetica locuti exiſtimandi Prudentius, & Lucanus. Et ille quidem in Hiſt. Romani Martyris de Sacerdote ita ſcribit:

Cinctu Gabino ſericam fultus togam:

Ubi alii, pro *ſericam*, melius legunt *ruſſeam*. Lucanus autem lib. 1. hæc habet:

Mox jubet & totam pavidis à Civibus Urbem
Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro
Longa per extremos pomœria cingere fines
Pontifices ſacri, quibus eſt permiſſa poteſtas,
Turba minor ritu ſequitur ſuccincta Gabina,
Veſtalemque chorum ducit vittata Sacerdos,
Trojanam ſoli cui fas vidiſſe Minervam.

Ut omnia in pauca contraham, præcingere ſe Cinctu Gabino eſt togam, ſeu veſtes convolutas colligere ſupra cingulum, vel femoralia, ut ſic quiſpiam in ſubito rixæ vel Martis diſcrimine tractare commodiùs arma, & quò res poſtulat, poſſit accurrere & feſtinare.

Cingani, Vide *Ægyptii Errones.*

Cingilio, onis. Vide *Singilio.*

Cingula, æ. Ovid. de Remed. 1.

Et nova velocem cingula lædat equum.

Lipſius Analect. Milit. Rom. notat Calpurnium, quod *cingula* novo genere dixerit in Buccolicis:

Alternat vitreas lateralis cingula bullas:

Non advertit ſcilicet locum Ovidii. Sed meliua

Cingulus, & Cingulum. Cic. in Somn. Scip. *Terram*

Digitized by Google

ram quaſi quibuſdam redimitam & circumdatam Cingulis, è quibus duos maxime inter ſe diverſos vides. Pandectæ: *Quibus abſentibus Cingulum illuſtris mittitur dignitatis.* Notum eſt atque præcipuum geſtameo militum, dependens ad femur, & utrumque latus alligans cum ioſerto gladio: alio nomine Baltheus; licet non deſint, qui non leve diſcrimen adnotaverint inter Baltheum & Cingulum, quod jejunè explicavit de la Cerda ad illud Virgilii 12.

humero cum apparuit alto
Baltheus, & notis fulſerunt cingula bullis
Pallantis pueri.

Nos verò idem diſcrimen latiùs expoſuimus in voce *Baltheus*, ubi plura habes de bullis ejuſdem balthei, ſive cinguli militaris, quibus adde, quæ hìc ſuccurrunt mihi obiter ad iodicandum cingulorum bullas interdum ex gemmarum contextu, quandoque verò picturâ inſignes fuiſſe. De bullis gemmeis. Claudian. 2. de Rapt.

Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis.

De picturatis Apul. 2. Elorid. *Habebat cinctui balteum pictura Babylonica miris coloribus variegatum.* Auro tamen frequentiùs exoroatæ leguntur bullæ. Perſius Satir. 6.

ilia ſubter
Cæcum vulnus habes, ſed lato baltheus auro
Protegit.

Et Senec. Hercul. Furent. Act. 2. io Choro.

Aurato religans ilia baltheo.

Adaggero aliter ornata Cingula. Stat. lib. 8.

triplici velaverat oſtro
Surgentes etiamnum humeros, & lævia mater
Pectora, tunc aura phaleras, auroque ſagittas,
Cingulaque, & manicas &c.

Plinius lib. 33. cap. 12. *Capuli militum, ebore faſtidito, cælantur argento; vaginæ batillis, balthei laminis crepitant.* Aſſervamus in Muſeo Collegii Romani Cingulum ex teſtulis, ſive ſegmentis teſtudinum marinarum confectum, geſtamen Mandarioi Sinenſis, quo nomine ejus Regni Proceres, primique ſubſellii viri ſapieotes indicantur. Jam verò commemoratum Cingulum oon modò geſtamen erat militum, verùm etiam eorundem nota, & ut ita dicam teſſera & ſymbolum. Geſtatum quippe, militem ſignificabat, depoſitum verò denotabat eundem exauthoratum, & miſſione ignominioſa juſſum caſtris excedere. Hioc Veteres militià dimiſſos, vel igoaviſſimos quoſque milites diſcinctos dicebant; diſcingique milites, inter militaria recenſetur ſupplicia. Vulcatius Gallic. in Avidio: *Statim ad ſigna edici juſſit, & programma in parietibus fixit, ut ſiquis Cinctus inveniretur apud Daſphnen, diſcinctus rediret.* Idem oſtenditur Hiſtoria apud Suidam in Auxentio: *Erat in quadam palatii aula fons aquæ, & in eo Bacchi ſtatua, & vitis ampla, totum complexa locum atque inumbrans, quò cum Licinius per cauſam delectationis veniſſet, Auxentia, & aliis multis è comitatu ſequentibus, vitem intuens, uvam magnam & maturam è palmitibus dependentem vidit, eamque Auxentiam reſecare juſſit, at ille ſtatim femori appenſo pugione ſtricto, reſecuit, nihil ſuſpicans. Licinius autem, Ponita, inquit, uvam ad pedes Bacchi. At ille, Abſit, Imperator, Chriſtianus enim ego ſum: Igitur apage te, relictâ militiâ, inquit Licinius, alterutrum enim facias neceſſe eſt. At hic nihil cunctatus, & ſolvit zonam, & ſtatim alacer palatio excoeſſit.* De Conſtantino verò non admodum habet diſſimilia Freculfus Tom. 2. Chronic. lib. 3. cap. 15. *Conſtantinus probare volens quoſdam in ſuo palatio Chriſtianos, ſi boni & ſolidi eſſent viri, evocans univerſos præcepit dicens, ut ſiquidem venirent ad ſacrificandum & ejus colerent Deos, circa eum eſſent & in ſuo Cingulo permanerent, ſi vera refugerent, egrederentur de palatio gratias agentes, quòd minimè punirentur.* Ubi in verbis illis, *& in ſua Cingulo permanerent*, obſerva morem ſignificandi militiam per ipſum Ciogulum. Idem licet animadvertere ex Claudian. 2. in Eutrop.

militiam nullam, nec prima ſuperbus
Cingula dignari.

Et clariùs ad Hadrianum Præſ. Præt.

Quod ſi nec precibus, fletu nec flecteris ullo,
Eripe calcatis uan proſpora cingula Muſis,
Eripe militiam.

2. Cæterum de ignominia pœnaque militari graviſſima in cinguli ademptione repoſita habemus luculentiſſimum teſtimonium ex Herodiano lib. 2. *Sed quoniam jus, faſque negant ſtipari à vobis Principem, violato jurejurando, ac manibus civili Imperatorioque ſanguine pollutis, proditaque fide cuſtodiaque, animas quidem & corpora vobis veſtra largietur humanitas, porrò militibus meis ita præcipio, recingant vos, at veſtimentis exutos militaribus nudos dimittant.* Sed omnium apertiſſimè de ſupplicio adempti cinguli, cauſiſque adimendi Joannes Sareſberienſis: *Fit interdum ut ex delicto ſuo privetur miles militiæ cingulo, in his maxime, ubi ſacrilegia committuntur: veteri namque jure ſtatutum eſt, & novo non eſt abolitum, ut qui non ſervato militiæ ſacramento, religionem, quam profitetur, impugnat, Cinguli amiſſione mulctetur.* Quemadmodum enim gladius, qui baltheo appenditur, ſic baltheus ipſe, ſive cingulum pro Imperio ponitur & poteſtate militari. Et de gladio quidem affatim multa ſuo in loco diximus: de Cingulo verò teſtantur id etiam ſacræ pagioæ: Iſai. cap. 23., ubi Deus ſic alloquitur Tyrum Urbem: *Non eſt cingulum ultra tibi.* Ideſt, excidet tibi latiſſimum, quo nunc polles, imperium, & hoſtibus tuis ſervies: ſequitur enim paulù poſt: *In oblivione eris, ò Tyre.* Et apud eundem Prophetam cap. 22. *Et expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te. Et erit in die illa: vocabo ſervum meum Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunicâ tuâ, & Cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu ejus.* Inter ſupplicia itaque militaria inprimis formidabatur tunicæ vel togæ cioctus præciſus; habebaturque pro ſingulari turpitudiois nota, militem diſcinctum deſtitui. Valer. Max. lib. 2. *Piſo Conſul cum in Sicilia bellum adversùs fugitivos gereret, & Titius Equitum Præfectus fugitivorum multitudine hoſtium circumvectus arma his tradidiſſet: bis Præfectum ignominiæ generibus affici juſſit, cum toga laciniis abſciſſis amictum, diſcinctaque tunica indutum, nudis pedibus à mane noctem uſque ad principia per omne tempus militiæ adeſſe.* Liv. lib. 27. *Centuriones manipulorum, quorum ſigna amiſſa fuerant, diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit.* Probroſo ſupplicio appendebatur ſæpe ſervilis labor injunctus exhauriendi foſſam, ſecandi ſtramenta, cæſpitem deferendi. Plutarchus in Lucullo: *Milites interioribus tunicis ſolutis in conſpectu exercitus*

citus

citus foſſam pedum duodecim fodere juſſit. Sueton. in Auguſt. cap. 24. *Centuriones, ſtatione deſerta, itidem ut manipulares capitali animadverſione puniit, pro certo delictorum genere, variis ignominiis affecit, ut ſtare per totum diem juberet ante Prætorium, interdum tunicatos diſcinctoſque, nonnunquam cum decempedis, vel etiam cæſpitem portantes*. Frontin. lib. 4. *C. Curio Coſ. ſeditioſam legionem inermem procedere, diſcinctamque in conſpectu armati exercitus ſtramenta coegit ſecare; poſtero autem die ſimiliter foſſam diſcinctos milites facere*.

3. Poſtremò cingulum ſeu baltheum femoris nomine ſignificari quandoque in ſacris literis obſervo ex Martino de Roa Singul. lib. 3. cap. 12. In hanc ſententiam exponit præfatus author non pauca voluminum divinorum loca, ut illud Apoc. 19. *Habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum Rex Regum, & Dominus Dominantium*. Neque enim exiſtimandum eſt ipſum carneum femur, ſive latus ſupremi Opificis inſcriptum fuiſſe atque eonpunctum ejuſmodi characteribus, quemadmodum ſua Barbari corpora variis figuris notiſque exarare ſolent atque depingere opere encauſtico, vel inoleſcente glutino, ut latè à nobis eſt alibi obſervatum: ſed femur ibi eſt cingulum ipſum femori appoſitum. Eâdem tropi uſurpatione dicitur ab Iſaia 49. *In manibus meis deſcripſi te*, ubi pro *manibus* intelligitur annulus, qui manu, ideſt digitis geſtatur. Et quoniam Cingulum, ut eſt ſuperiùs dictum, pro ipſa interdum militia ponitur, ut bellatores ac potiſſimum ſupremi Duces ſibi omninò perſuadeant nonniſi juſtè ſanctèque eſſe arma tractanda & ſuſcipienda bellorum onera, cæteroqui populis graviſſima, ideircò probè meminerint, & cum ſuis animis crebrò reputent quod legitur apud præfatum Iſaiam cap. 11. *Et erit Juſtitia cingulum lumborum ejus, & Fides cinctorium renum ejus*.

4. Huc etiam refert idem de Roa frequentem illam apud Hæbreos Juriſjurandi Formulam ritumque, quo quis manum femori ſubdit. Occurrit autem Gen. 24. de Abraham. *Pone manum tuam ſubter femur meum, ut adjurem te per Dominum Deum Cæli & Terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum*. Et iterum 47. de Jacob. *Cumque appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocavit filium ſuum Joſeph, & dixit ad eum: ſi inveni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam ſub femore meo*. Et paulò poſt: *Quo jurante adoravit Iſrael Dominum*. Eam conſuetudinem ſupponendi manum femori ante jusjurandum, referunt quidem Patres ad quandam adumbrationem generationis Meſſiæ ex femore, ideſt ex ſtirpe & genere Abrahæ. Verùm nihil obſtat ea conteſtatione attingi quoque baltheum, ſive cingulum; nimirum ut eodem contactu, & Chriſti proſapiam, & Regiam ſimul ejuſdem dignitatem jurantes profiteantur. Quod ſi cuipiam negotium faceſſat utriuſque Patriarchæ provecta ætas, & in Jacobo tentata inſuper morbo valetudo, quo minus credibile reddatur Cingulum ſive baltheum cum appenſo gladio utrumque geſtaſſe, reſpondet idem Scriptor potuiſſe utrumque cingulum geſtare ſine gladio; nec verò tam erat devexa utriuſque ætas, ut à geſtando gladio eoſdem prohiberet; Jacobus autem non tam ægrotabat, quàm ingraveſcente ſenio conjecturam faciebat mortis appropinquantis.

Cingulum pro militia, Vide *Cingulum*.

Cinis, Duplex teſtimonium, alterum ex ſacra, alterum ex profana Hiſtoria dubitare non ſinit cinerem ad militare ſupplicium olim pertinuiſſe. Cteſias antiquiſſimus Hiſtoricus tradit Artyphium, & Ariſten à Dario Notho, Secundianum Regem ab Ocho in cinerem conjectos. Legimus porro apud Valerium Maximum lib. 9. cap. 2. Darium alterum, cum Sacramento ſe obſtrinxiſſet, ne ferro, veneno, aut ulla vi animadverteret in Conjuratos, eoſdem ſtrue cinerum demerſos ſuffocari juſſiſſe. Eum præterea Darium hujus pœnæ inventorem extitiſſe ſcribit Cornelius à Lapide ad l. 2. Maccab. c. 13. Nec ambigo iſthuc reſpexiſſe Ovidium in Ibin.

Utque necatorum Darii fraude ſecundi,
Sic tua ſuccenſus devoret oſſa cinis.

Iterum l. 2. Maccab. cap. 13. legitur ab Antiocho Rege aggeſtu cinerum ſuffocatum periiſſe Menelaum, qui ſpecie auxiliorum ſociatis eum eodem armis Principatum ambitioſè quæſiverat. Adſcribo verba Sacræ Hiſtoriæ: *Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum undique habens cineris: hæc proſpectum habebat in præceps. Inde in cinerem dejici juſſit ſacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum*. Ad quem locum Tirinus cineres circa turrim aggeſtos eos interpretatur, qui è proximi delubri crematis victimis ſupererant; additque, quod ex Sacro Textu colligitur, merito profanis cineribus eum demerſum, qui ſacros cineres divini altaris ſacrilegiis ſuis contaminaverat. Serarius & Cornelius à Lapide opinantur eam turris partem quodam organo ſeu machina verſatili fuiſſe inſtructam, cui ſuperpoſiti rei, plerumque proditores, in præceps agerentur. Sed quoniam ea cinerum ſtrues circa turrim, ut colligi videtur ex Sacra Hiſtoria, erat conjecta, ſubit animum ſuſpicari non temere & caſu eum locum fuiſſe electum, ſed ut foſſa ſimul & aggere cinerum adverſus machinas, & præcipue foſſores cuniculaios, turris ipſa communiretur; ut duplex illa emolumentum præſtaret paratum ſupplicium, & munimentum. Suſpicari, inquam, id licet; nam qui eos cineres pro munitione habitos fuiſſe ſcripſerit, fateor me legiſſe neminem.

Cintzustra, æ, Vide *Gioſtra*.

Cippus. Vallus, ſeu palus acutior ad prohibendum tranſitum defixus. Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. *Quo qui intraverant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant: hos Cippos oppellabant*. Cippi ad munienda caſtra ſpectabant, ut legimus apud Marcellinum. Erant autem ſtipites tricipites, vel quadricipites delibratis & præacutis cacuminibus, ab infimo revincti longurio tranſverſario, ne avelli poſſent.

Circenses ludi. Genus certaminis curulis, à Græcis inventum & celebratum, ut conſtat ex Homero, à Latinis verò acceptum avidè, & latiſſimè propagatum. Nulla in iiſdem ſpectandis Romanorum ſatietas fuit. Hinc Juvenalis Satir. 10.

nam qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe
Continet, atque duas tantùm res anxius optat,
Panem, & Circenſes.

Idem Satyr. 3.

Si potes avelli Circenſibus, optima Soræ,
Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur.

Antiquos curribus decertaſſe, idque potiſſimùm inva-

invaluiſſe Heroum tempore, nos alibi latè expoſuimus. Exercitamentum quoddam & meditatio curruum Martiorum fuerunt ludi bigis, trigis, vel quadrigis olim celebrati. Et primò quidem, ut aſſolet in omnibus rerum magnarum initiis, rudi ſimplicique paratu. Ad hunc modum eos ediderunt Thebani in exequiis Archemori apud Stat. lib. 6. Eos deſcribens Poeta, ita loquitur:

ſtant uno margine clauſi,
Speſque, audaxque unà metus, & fiducia pallens;
Nil fixum cordi, pugnant exire, paventque.
Concurrit ſummos animoſum frigus in artus.
Qui dominis, idem ardor equis, face lumina ſurgunt,
Ora ſonant morſu, ſpumiſque & ſanguine ferrũ
Uritur, impulſi nequeunt obſiſtere poſtes,
Clauſtraque, compreſſæ transfumat anhelitus iræ.
Stare adeo miſerum eſt. Pereunt veſtigia mille
Ante fugam, abſentemque ferit gravis ungula campum.

Et paucis interjectis:

Et jam rapti oculis, jam cæco pulvere miſſi
Una in nube latent, vultuſque umbrãte tumultu,
Vix inter ſeſe clamore & nomine noſcant.
Evolvere globum, & ſpatio, quo quiſque valebat
Diducti. Delet ſulcos iterata priores
Orbita. Nunc avidi prono juga pectore tangũt,
Nunc pugnãte gena preſſis duplicantur habenis,
Colla toris erinita tument, ſtanteſque repectit
Aura jubas. Bibit albentes humus arida nimbos.
Fit ſonus, immaniſque pedum, tenaiſque rotarum.
Nulla manus requies, denſis inſibilat aer
Verberibus.

Tranſlatis ad Romanos ludis, Circenſium appellatio adhęſit vel à circuitu, in quem quadrigæ ferrentur, vel à circulari forma, licet in oblongam, ovatamque vergente, quæ propria Circorum fuit, vel à Circe venefica, quæ in honorem Solis genitoris ſui, ludicrum id certamen excogitaverit, quam ſententiam ſequitur Coripp. African. lib 1.

Solis honore novi, grati ſpectacula Circi
Antiqui ſanxere Patres.

Excitatam inſuper Soli in Circo ædem, & effigiem docet Tertullian. lib. de Spectac. *Circus Soli principaliter conſecratur, cujus ædes medio ſpatio, & effigies de faſtigio ædis emicat; quòd non putaverint ſub tecto conſecrandum, quem in aperto habent.* Cęterùm licet Circus ipſe Soli eſſet ſacer, ludi tamen Circenſes, non Soli ſed Conſo, Deo conſiliorum fuere dicati: ejus porrò ſtatuam apud metas delituiſſe idem ibidem ſcribit Tertullianus. Alii tamen non Conſo, ſed Cereri dicatos Circenſes autumant. Ovid Faſt. 4.

Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum;
Primaque ventoſis palma petetur equis.
Hic Cereris ludi, non eſt opus indice cauſa;
Sponte Deæ munus, promeritumque patent.

Adde Tacitum lib. 15. Annal. *Circenſium ludorum die, qui Cereri celebratur.* Et ibidem: *Utque Circenſium Cerealium ludicrum pluribus equorum curſibus celebraretur.* Ejuſmodi ludi & concertationes, Circenſes dicuntur paſſim ſine addito, ut apud Virgilium lib. 8.

magnis Circenſibus actis.

2. Forma verò Circi oblonga deſcribitur à Corippo ubi ſupra:

Ipſe ingens circus, pleni ceu circulus anni
Clauditur in teretem longis anfractibus orbem,
Complectens geminas æquo diſcrimine metos,
Et ſpatium mediæ, quà ſe via tendit, arenæ.

Multiplex ad eam figuram Circus Romæ fuit. Primum obtinet locum, quem dixere Maximum, extructum à Tarquinio Priſco. Liv. lib. 1. *Tum primùm Circo, qui nunc Maximus dicitur, deſignatus locus eſt: loca diviſa Patribus, Equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent, Fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes.* Quæ ruditer adumbrat hic Livius, enucleatiùs tradit, longè plurimis ad Circi Maximi ornamentum additis Dionyſ. lib. 3. *Tarquinius Priſcus in Circo Maximo inter Palatinum, & Aventinum montes ſito, primus circumquaque operta tecto fecit ſedilia. Nam antea ſtantes ſpectare ſolebant furcis tabulata ſuſtinentibus. Locos ſpectaculorum in triginta curias diſtribuit, ut Curialium quiſque ſuo loca ſpectaturus ſederet: quod opus & ipſum procedente tempore annumerandum erat inter ſpectacula totius Urbis pulcherrima. Longitudo enim ejus eſt trium ſtadiorum cum dimidio, latitudo quatuor jugerum. A duobus majoribus lateribus, & una minore, cingitur Euripo, qui aquas recipiat, decempedali profunditate ſimul & latitudine. Poſt Euripum extructæ ſunt triporticus. Imæ habent lapidea paulùm ſcandentia (ſicut in theatris) ſedilia, ſuper duplici contignatione ſunt lignea. Duas majores porticus tertia minor conjungit tranſverſim lunata ſpecie appoſita, ut ex tribus una conficiatur amphitheatralis 8. ſtadiorum amplitudine capax centum quinquaginta millia hominum. Reliquum è minoribus latus, quod ſubdiale eſt, habet fornicatos carceres, unde equi emittuntur, omnes uno clauſos repagulo. Externè ambit Circum ſimplex contecta porticus, habens officinas, & ſuperne cellas, per quas ſpectatores intrant, & aſcendunt per officinas ſingulas, ut nulla confuſio exoriatur inter tot hominum millia, tum venientia, tum diſcedentia.*

3. Omne ludorum genus antiquitùs celebratum in Circis; Naumachiæ, Venationes, agitationes equorum & curruum, pugiles etiam & gladiatores, licet rarius, ut ex Dione & Herodiano tradunt Lipſius, & Bulengerus. Poſtquam verò extructum eſt Amphitheatrum, gladiatores, naumachia, & venatores ad illud tranſlati ſunt: equeſtribus certaminibus, & curſui equorum Circus patuit. Diſtinguit illa probè Martialis lib. de Spectacul. ubi loquitur de Naumachia:

Quidquid & in Circo ſpectatur & Amphitheatro,
Dives Cæſareo præſtitit unda tibi.

Cum autem idem Poeta ſcribit de Domitiano lib. 8.

Sanctorum nobis miracula reddis avorum,
Nec pateris, Cæſar, ſæcula cana mori.
Cum veteres latiæ ritus renovantur arenæ
Et pugnat virtus ſimpliciore manu;

quod ibi traditur de renovatis ludis Latiæ arenæ non eſt referendum ad Circos, ſed potius ad Amphitheatrum jam conditum tempore Domitiani. Fallitur autem Raderus, qui videtur indicare ſermonem ibi eſſe de Circo. Præter Circum Maximum alii deinceps extructi ſunt Romæ Circi. Octo, vel novem fuiſſe ſcribit P. Victor. Plutarchus, Martialis, aliique meminerunt Circi Flaminii. Legimus etiam Circum Antonini, Circum Aureliani, Circum Floræ, circum Domitiæ, Circum Vaticanum, & alios. In his omnibus ludi edi-

editi dicebantur Circenſes, quemadmodum, qui peragebantur in Theatro vocabantur Scenici, & qui in Gymnaſio vel Palæſtra, quæ tamen loca Græcorum fuere peculiaria, Gymnici nominabantur. Moris etiam fuit in celebritate Circenſium circumferri tum Deorum, tum illuſtrium virorum imagines. De ſtatuis Deorum Sveton. in Auguſt. cap. 6. *Exclamavit etiam invito Neptuno, victoriam ſe adepturum, ac die Circenſium proximo, ſolemni pompa ſimulacrum Dei detraxit*. De Statuis verò clarorum virorum idem in Tito cap. 2. *Statuam equeſtrem ex ebore, quæ Circenſi pompa hodie quoque præfertur, dedicavit*. Eam verò imaginum & ſtatuarum copiam Circi pompam dixere. Ovid. lib. 3. Amor. 2.

Sed jam pompa venit: linguiſque, animiſque favete,
Tempus adeſt plauſûs, aurea pompa venit.

Idem lib. 1. de Art.

At cum pompa frequens certantibus ibit ephœbis,
Tu Veneri Dominæ plaude favente manu.

Adde verba Tertulliani de Spectac. cap. 7. *Viderit ambitio, ſive frugalitas ejus, quo Deum offendit, qualiſcumque pompa Circi, & ſi pauca ſimulacra circumſerat, in uno idolatria eſt*.

4. De Circenſium ludorum factionibus, & ſtudio partium, quo mirè univerſa Civitas exardeſcebat, alibi me dicere memini. Popularem ejuſmodi ardorem teſtabantur ſponſiones, quibus depoſita pecunia, anulis, vel pretioſo alio pignore decertabant. De ejuſmodi pactione, vel pignore apud ſequeſtros depoſito, ſcribit Juvenalis Satyr. 11.

ſpectent juvenes, quos clamor & audax
Sponſio, quos cultæ decet aſſediſſe puellæ.

In eandem ſententiam Ovid. lib. 2. de Art.

poſcitque libellum,
Et quærit poſito pignore vincat uter.

Item Tertullianus de Spectacul. cap. 16. *Aſpice populum ad id ſpectaculum jam cum furore venientem, jam tumultuoſum, jam cæcum, jam ſponſionibus concitatum*. Certaturi hoc ludo, ludique ipſi peculiari vocabulo dicebantur committi. Sveton. in Claud. cap. 21. *Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit*. Et Cic. ad Q. Fratrem: *Hæc ſcripſi quo die ludi committebantur*. Liv. lib. 2. *Mane ſervum quidam paterfamiliæ, nondum commiſſo ſpectaculo, medio egerat Circo*. Verbo ſcilicet militari committi ludi & ſpectacula dicebantur, quemadmodum committi prœlia frequentiſſimè legimus. Hæ porrò commiſſiones ſortitò fiebant. Donatus ad Virgilii lib. 5. *Non idem labor in ſingulis locis in Circo, & inde ſors adhibetur, ne ſit in ordinatione contentio*. Idem ex Symmacho lib. 10. Epiſt. 22. *Malo fremitum Martię vallis exponere, atque illam quadrigarum diſtributionem, in qua ſibi, cum fortunatior videtur, cui electionem mox urna tribuebat, par, vel potior erat, quem ſors fecerat extremum*. Adde verba Tertulliani de Spectac. *Tardus illi Prætor, ſemper oculi in urna ejus cum ſortibus volutantur*. Et Sidonium in Narbone:

Et jam te urna petit, cietque raucæ,
Acclamatio ſibilans coronæ.

Hunc etiam Circenſium morem, ut alia non pauca ad ludicram navium concertationem tranſtulit Virgilius lib. 5.

Tum loca ſorte legunt.

Locum autem habebant ſortes in Circo, non ſolum ut earum beneficio, primo, ſecundo, vel tertio miſſu quis agitaret; verum etiam ut in aptiore loco & commodiore conſiſteret ad erumpendum intra lineam ſive regulam, quæ protendebatur ante ipſos currus. Primo quippè conſiſtentes loco brevius habebant ſpatium ad decurrendum, perveniendumque ad circumflexionem metæ. Id ſcilicet eſt, quod ſcribit Statius lib. 6.

Et jam ſortitus Protheus verſarat ahena
Caſſide, jamque locus cuique eſt & liminis ordo.

Ordinem liminis dixit Statius, quod albam lineam vocavit Caſſiodorus lib. 3. Var. *Alba linea non longe ab oſtiis in utrunque podium, quaſi regula directa producitur, uti quadrigis progredientibus inde certamen oriretur*. Sed clariùs ibidem Statius nomen ipſum regulæ admiſit:

Ut ruit, atque æquum ſubmiſit regula limen,
Corripuere leves ſpatium.

Congruunt verſus Ennii apud Ciceronem lib. 1. Divinat.

Veluti conſul cum mittere ſignum
Vult, omnes avidi ſpectant ad carceris oras,
Qua mox emittat pictis è faucibu' currus.

Ubi fauces dixit ipſos carceres, ſeu potius lineam productam ante currus. Pictas autem vocat fauces, quoniam inducta gypſo ea erat linea, vel regula, quam ob cauſam Caſſiodorus adducto ſuperiùs loco, albam lineam nominat. Non igitur alii poſt alios aurigę prorumpebant, ſortiſque erat beneficium, ut prior alius, alius poſterior exiliret, quemadmodum contendit Bulengerus; ſed aurigæ omnes ſimul prorumpebant in Circum ſigno edito, vel audito: locuſque erat ſortis in obtinendo priore loco intra lineam, ex quo brevius ſpatium erat conficiendum ad metam, ut contendit Ludovicus de la Cerda adversùs memoratum Bulengerum.

5. Et quoniam miſſuum Circenſium ſupra memini, ſciendum Miſſus in re Circenſi dici equorum emiſſiones è carceribus. Horat. Satyr. 1. lib. 1.

Ut cum carceribus miſſos rapit ungula currus.

Quot proinde currus cum equis & agitatoribus exeunt, totidem numerantur miſſus. Sic autem de miſſibus Servius ad illud Virgilii lib. 3. Georg.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus: *Ideſt unius diei exhibebo Circenſes: Quia, ut Varro deſcribit in libris de gente populi Romani, olim viginti quinque miſſus fiebant, ſed vigeſimus quintus dicebatur ærarius, eo quod de collatione populi exhibebatur: qui deſiit eſſe, poſtquam conferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata: unde hodieque permanſit, ut ultimus miſſus appelletur ærarius. Ergo centum currus ſecundum antiquitatem dixit*. Meminit miſſuum Circenſium Svetonius in Claudio: *Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnunquam interjecta per quinos miſſus venatione*. Et in Domitiano cap. 3. *Circenſium die, quo faciliùs centum miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit*. Sumuntur etiam miſſus in conviviis pro inductione ferculorum, Italis *Portate*. Lamprid. in Heliogab. *Celebravit tale convivium, ut apud amicos ſingulos, ſinguli miſſus appararentur*. Et paulo poſt: *Sybariticum miſſum ſemper exhibuit ex oleo, & garo*. Redeo ad Circum.

6. Quadrigis committendis ſignum à Prætore,

Digitized by Google

Conſule, vel Cæſare dari ſolitum. Quodnam Antiquis ſignum fuerit parum conſtat. Ennius generale adhibet ſigni vocabulum in loco ex Annalibus ſuperius relato. Solinus cap. 45. pro ſigno faces accenſas fuiſſe tradit: *Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam ſaltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accenſis facibus ad curſum provocantur.* Verùm hæc Solini verba maximam partem à veritate prorſus aliena meritò damnat irridetque Salmaſius. Manifeſtum tamen eſt id poſtea ſignum à Prætore plerumque ſublatum fuiſſe projectione mappæ, ſive linteoli, quo in menſa utimur manibus detergendis. Eum morem mappæ projiciendæ à Nerone repetit Caſſiodorus Var. 3. 51. *Mappa, quæ ſignum dare videtur Circenſibus, tali caſu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut aſſolet, avidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, juſſit abjici per feneſtram, ut libertatem daret certaminis poſtulandi. Hinc tractum eſt, ut oſtenſa mappa certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum.* Eandem prope mittendæ mappæ originem tradit Cedrenus, ſuppreſſo Neronis nomine: *Mappulæ nomen Romanis tali de cauſa uſurpatur. Mos erat ut Conſules in theatro epularentur, ac poſtquam ſaturati convivio erant, mantile, quod manibus tenebant, quod & mappa dicitur, projicerent; idque is, qui ab ea re Mapparius dicitur, arripiens, certamen adornabat.* Vide iconiſmum projectæ mappæ apud Samuelem Pitiſcum in Comment. Sveton. ad Neron. cap. 22. Jactum mappæ quadrigarum emiſſio & fuga in Circum concitatiſſima ſequebatur. In ejus deſcriptione pugnæ curulis, tanquam in novis quibuſdam Circenſibus certatim ſe exercuere veterum Poetarum ingenia. Præter allatum Statii locum, ubi non Romanos, ſed Græcos exhibet conflictus curules, alium produco de Romanis Circenſibus 5. Sylvar.

Romulei qualis per jugera Circi
Cum pulcher viſu, titulis generoſus avitis
Expectatur equus, cujus de ſtemmate longo
Felix demeritos habet admiſſura parentes:
Illum omnes acuunt plauſus, illum ipſe volantem
Pulvis, & incurvæ gaudent agnoſcere metæ.

De iiſdem ita Lucret. lib. 2.

Nonne vides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus non poſſe tamen prorumpere equorũ
Vim cupidam tam de ſubito, quàm mens avet ipſa?

Item Virgil. 3. Georg.

Nonne vides, cum præcipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus;
Cum ſpes arrectæ juvenum, exultantiaque haurit
Corda pavor pulſans? illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi fervidus axis:
Jamque humiles, jamque elati ſublime videntur
Aera per vacuum ferri, atque aſſurgere in auras.
Nec mora, nec requies. At fulvæ nimbus arenæ
Tollitur: humeſcunt ſpumis flatuque ſequentum:
Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.

Omnes ingenii vires exerit ad Virgilii, ut aſſolet, imitationem aſſurgens Silius lib. 16.

Fluctuat æquoreo fremitu, rabieque faventum
Carceribus nondum reſeratis mobile vulgus;
Atque fores oculis, & limina ſervat equorum.
Jamque ubi prolato ſonuere repagula ſigno,
Et toto prima emicuit vix ungula cornu,
Tollitur in cœlum furiali turbine clamor.
Pronique ac ſimiles certantibus ore ſequuntur
Quiſque ſuos currus, magnaque volantibus iidem
Voce loquuntur equis. Quatitur certamine Circus
Certantum, ac nulli mentem non abſtulit ardor.
Inſtant præceptis, & equos clamore gubernant.
Fulvus arenoſa ſurgens tellure ſub undas
Erigitur globus, atque operit caligine denſa
Cornipedumque vias, aurigarumque labores.
Hic ſtudio furit acris equi, furit ille magiſtri:
Hos patriæ favor, hos accendit nobile nomen
Antiqui ſtabuli: ſunt quos ſpes grata fatiget,
Et nova ferre jugum cervix: ſunt cruda ſenectus
Quos juvet, & longo ſonipes ſpectatus in ævo.

Hoc impetu, hac ſpectatorum aviditate plauſuque effuſi violenter currus, omni exerto equorum niſu, & magiſterio aurigarum ferebantur in metam. Liquet autem metam propriè eſſe congeriem quandam faſtigiatam, vel ovatam, & decreſcente in altum apice ſenſim attenuatam. Ea eſt figura coni, qui fructus eſt cupreſſorum. Ad eandem figuram palearum cumuli aptari ſolent; Non alia eſt ſacchari figura, & lactis coagulati, ut paſſim iſthæc & ſimilia vænire ſolent. Optime etiam paſſim exponi ſolet turbo inverſus. In Circo igitur non aliter victoriam & palmam conſequebantur; quàm ſcita & incitatiſſima circumflexione metarum. Habemus ex Caſſiodoro tres elatos fuiſſe obeliſcos ſuper metarum baſi. Idem paſſim oſtendunt nummi veteres. Vide iconiſmum Metæ cum obeliſcis propoſitum à Salmaſio ad Solini caput 45.

7. Cum nondum Circi eſſent exædificati, ſed tumultuario opere in agris patentibus ludi curules exercerentur, lapides terminales, vel exciſi arborum trunci fuere pro metis. Stat. lib. 6.

Metarum inſtar erant hinc nudo robore quercus,
Olim omnes exuta comas, hinc ſaxeus umbo
Arbiter agricolis.

Idem metæ genus extulit defixitque certamini nautico Æneas, apud Virgil. lib. 5.

Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit ſignum nautis.

Perſuaſum multis fuit opus fuiſſe ad victoriam palmamque obtinendam ut ſeptem metas currus circumflecterent. Et quidem de ſeptem metis meminit Propert. lib. 2.

Aut prius infecto depoſcit præmia curſu,
Septima quàm metam triverat ante rota.

Caſſiodorus ſeptem expreſsè metas nominat. Frequentiſſimè etiam meta apud Scriptores legitur numero multitudinis. Aſſentior verò omninò aliis, qui non ſeptem, ſed duas dumtaxat metas in Circo Romano conſtituunt. Nec verò quidquam obſtant præfati Scriptores, quos admodum credibile eſt ſeptem metas pro ſeptimo metæ flexu poſuiſſe. Oſtendit id inter alios Salmaſius loco ſuperiùs commemorato. Duas duntaxat idem metas ſtatuit, alteram in principio, alteram in fine curriculi, ſive Circi; ut duplex meta ab utraque ſurgeret Circi parte extrema, quæ paulatim in anguſtiora flectebatur ſpatia, & planè Circus referret figuram fundæ, quâ ſaxa jaciuntur. Labor verò agitatorum omnis & induſtria in eo verſabatur, ut utramque circumflecterent metam

quam-

Digitized by Google

quam maxime poſſent proxime, nec tamen illam tangerent. Horat. lib. 1. Od. 1.

metaque fervidis
Evitata rotis.

Duplex autem conſtituta meta in Circo ad ſimilitudinem duplicia poli, à quorum altero in alterum axis protenditur. Septem autem decurſiones ſpatiorum Circi à quibuſdam aſſimilantur ſeptem Cœli zonis, juxtà vetus Epigramma:

Septem etiam gyris claudunt certamina palmæ,
Quòd cœlum ſtringunt cingula ſorte pari.

Cingula tamen, ſive cœleſtes zonas ſcio aliis quinque ſolum eſſe. Virgil. 1. Georg.

Quinque tenent cœlum zonæ.

Sunt qui non metas tantum circuiri ſolitas in decurſione Circi, verum etiam obeliſcum in ejuſdem meditullio collocatum putaverint. Neque verò admodum mirum eſt tum in genere decurſionum explicando, tum in exponenda poſitura metarum, & multiplicis Euripi, ſive nili, ideſt aquarum canalium, vehementer Scriptores variare, cum conſtet aliam fuiſſe rationem Circi Romani, aliam Conſtantinopolitani, & poſteriorum Græcorum.

8. Jam verò illud inprimis mihi eſt animadvertendum cum Salmaſio: in victoria curruum, tametſi quatuor ipſi equi omnes ad rem bene gerendam operam ſuam contulerint, moris tamen fuiſſe, ut unus nominatim efferretur, cui laudem fere omnem, ac victoriæ titulum aſcriberent, quaſi ejuſdem operâ & virtute reliqui vicerint. Legimus apud Plinium lib. 8. cap. 42. Claudium Cæſarem edidiſſe ludos Circenſes ſæculares. Ad quem locum hæc leguntur verba ex caſtigatione Salmaſii: *Excuſſo in carceribus auriga Albati equo Corace occupavere, primatum obtinuere, opponentes, effundentes, omniaque contra æmulos, quæ debuiſſent peritiſſimo auriga inſiſtente, facientes.* Hic plane animadvertis quatuor in quadriga illa victrice fuiſſe equos; neque enim cogitari poteſt equo ſingulari certatum; nihilominus victoriç titulus uni ſolum aſcribitur. Nimirum unus ex quatuor equis, cujus maxime præſidio vincebant agitatores, pro integra ſumi ſolebat quadriga, ſive equis quadrijugis. Obſervavit hunc morem Silius lib. 16. in deſcriptione ludorum equeſtrium, quos conſtituit Scipio in Africa. Manifeſtum eſt quatuor in eo certamine quadrigas cum totidem agitatoribus decertaſſe. Poeta tamen unum ſemper, ubi de ſingulis quadrigis loquitur, equum commemorat; & ad eundem duntaxat verba facientem inducit agitatorem. Priorem ad exiliendum locum tenuit quadriga Cyrni: & tamen Silius tribus aliis equis neutiquam facit nomina, & de ſolo Lampone commeminit.

Evolat ante omnes, rapidoque per aera curſu
Callaicus Lampon fugit.

Similiter poſtea totam deſignat Iberi agitatoris quadrigam, relato ſolùm equo Panchate. Non ſecùs currum Athlantis à ſolo commendat equo Campaſo:

Campaſus antiquo fidebat Athlante magiſtro.

Non aliam fuiſſe conſuetudinem Circenſium Romæ editorum demonſtrat vetus inſcriptio apud Salmaſium in Solin. cap. 45. *FORTVNATVS FACTIONIS VENETÆ IN VICTORE TVSCO VICTOR*, & paulò poſt: *IN ABIGEIO VICTOR EMINVIT*. Item in eadem: *IN BVBALO VICIT*, & ſtatim. *IN POMPEIANO VICTOR.*

9. Sequitur nunc ut deſignem, quis maxime equus, quemque in quadriga locum obtinens, & præſtantiſſimus ipſe eſſet, & ſuo privatim nomine tres ſocios, atque ipſam quadrigam indicaret. Fuit procul dubio funalis ſiniſterior. Cum enim meta ad ſiniſtram, ut dixi, eſſet circumflectenda, maximum profectò ad eum flexum afferebat momentum ſiniſter funalis. Quare ad eum locum nonniſi magnopere freno & imperio aurigæ docilem, ac cæteris doctiorem jungebant. Liquet id ex eodem Silio, apud quem aurigæ ſiniſtrum ſemper funalem appellant. Sic enim de Peloro funali.

docilis parere Peloras
Non unquam effuſum ſinuabat devius axem.
Sed lævo interior ſtringebat tramite metam.

Ibidem Arion funalis ſiniſter increpatur,

dum non cohibente magiſtro
Spargitur in gyros, dexterque enervat.

Debuit ſiquidem minime ſpatioſo & laxiore circuitu circumagi, ſed premere ſiniſtrum tramitem, & propiùs urgere metam ac ſtringere. Virgilius etiam, in certamine Nautico, quod Æneas ſtatuit in ludis funebribus Anchiſæ genitoris, ſummâ peritiâ imitans quadrigarum pugnam, ita ſcribit lib. 5.

Cum princeps, medioque Gyas in gurgite victor,
Rectorem navis compellat voce Menœtem:
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum:
Littus ama, & lævas ſtringat ſine palmula cautes.

10. Quamquam verò ſiniſterioris equi nomen præcipuo in honore eſſet, ut ipſe equus in pretio, adhuc tamen alii etiam quadrigarum equi propriis nominibus notabantur. Horum alia deſumi ſolebant ab eorundem colore, ut Corax, Maurus, Badius: à celeritate, ut Tigris, Volucris, Incitatus. Aliis demum eventus ipſi, vel Dominorum appellationes indiderunt nomina, aut è patria eadem mutuati ſunt, ut Cappadox, Parthus. Horum elenchum facile potes colligere ex ingenti copia Inſcriptionum veterum, quarum aliquas recenſet Dempſterus in Paralipp. ad Roſini lib. 5. cap. 5. Antiqq. Rom. Non omittam poſtremò obſervare à Roma veteri ad Romam novam, ſive Conſtantinopolim tranſiſſe Circenſes. Corippus lib. 1.

Et jucunda novæ Circenſia munera Romæ.

Ammianus: *Ingreſſus Conſtantinopolim, editis equeſtribus ludis, capiti Coracis aurigæ impoſuit coronam, ut Victoris.* De Byzantino, ſive Conſtantinopolitano Circo ſcripſit etiam opuſculum Onuf. Panvinus. Mediolanenſis porrò Circi meminit Auſonius:

Amplificata loci ſpecies, populique voluptas,
Circus.

Dicebantur paſſim ludi Circenſes Conſualia, à Conſo, ut ſuperius indicavi, qui Antiquis Neptunus fuit, cui fuerunt Circenſes ſacri. Feſtus: *Conſualia ludi dicebantur, quos in honorem Conſi faciebant.* Eorum originem alii ab Œnomao, alii ab Hercule ipſo repetunt. Sunt qui conſtitutos primùm in Latio ab Evandro exiſtiment. Certe à Romulo celebratos conſtat, & per eam occaſionem contigiſſe Sabinarum raptum. Tradit id Plutarchus in ejus vita per hæc verba: *Sparſerat jam*

ante rumorem reperiſſe ſe aram cujuſdam Dei ſub terra occultatom. Dei nomen Conſus fuit, ſive quod in conſultando juvoret, ſicut Latinis eſt conſilium, & Conſul: ſive is Neptunus equeſtris eſt: nam ara Conſi in Circo mojori reliquo tempore latens, Circenſibus ludis apparet: ſive, quod alii adſerunt, abdito conſilio, arcanoque, boud inconvenienter ſubterranea Deo ei ara tribuitur. Ea ergo ara prolata ſacrificium ejus nomine ſplendidum, & ludos, & ſpectaculum publicum edidit, convocatis ad hoc finitimis. Eadem breviùs habet Valerius Max. lib. 2. cap. 4. ubi ſic loquitur de Urbe Roma: *Uſque ad id tempus Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis Virginibus Sabinis, Conſualium nomine celebravit.* Io eandem ſenteotiam Virgilius lib. 8. io explicatione clypei, quem Æneæ Vulcanus paraverat:

Nec procul hinc Romam, & raptas ſine more
Sabinas
Conſeſſu caveæ, magnis Circenſibus actis,
Addiderat.

Livius autem lib. 1. de ludis quidem à Romulo ioſtitutis breviter: ſic eoim de Romulo: *Ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolemnes: Conſualia vocat.* Sed effuſiùs io Sabioarum raptum poſtea digreditur. Delibavi hæc per ſumma capita de ludis Circenſibus. Adi Bulengerum, & Panvinum Volumine ſingulari de Circo, Roſinum Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 5., & in eum Dempſteri Paralipp., Petrum Fabrum in Agon., ac præ cæteris Salmaſium ad Solin. cap. 45., ubi de poſitu & Ornamentis Circi, item de omoi ratione certaminis eruditiſſimè diſputat. Vide etiam apud Nos titulos *Aurigatio, & Agitatores*. Pertinere plurimum ad artem militarem Circenſes docet ſchema Gemmæ ſignatoriæ apud Fortunium Licetum cap. 130., ubi inter Circi pompam & decurſionem quadrigarum cernitur ſigoum Victoriæ alatæ in ſupremo faſtigio præſtantioris metæ, atque iterum ioter duas metas præcipuas viſitur bellator galeatus dorſo leonis inſidens, quæ certe omnia ſymbola ſuot notæque militares.

11. Et apud Romanos quidem certamen curule quadrigis committebatur. Noo ita apud Græcos Heroum tempore. Homerus ſiquidem non niſi jugales duos habuiſſe docet currum Menelai. Aliorum etiam bigas commemorat, quæ nonniſi ſiniſtrum habereot & dexterum jugalem. Trigis etiam depugnatum Thebani & Troici belli temporibus non eſt in dubium revocandum. Quarè ludos funebres equeſtres celebratos in Nemea ab Argivis io exequiis Archemori, nonoiſi bigarum fuiſſe vel trigarum credibile eſt. Imò verò Dionyſius lib. 7. tradit etiam Romæ ſervatum aliquando morem illum temporum Heroicorum, ut trigæ committerentur. Et quidem Statius lib. 6. nonniſi trigas inſtituiſſe ceoſendus eſt in ejuſdem Archemori certamine ludicro exequiali. Trigæ autem, ut ſuo loco expoſuimus, conſtabant duplici equo ſubjugo, & tertio annexo extra currum, qui ſuoalis dicebatur, Prodidit id apertè Statius io curru Admeti. Quooiam verò io ejuſdem deſcriptione certaminis commemorat Statius equos quadrijugos, reputandom eſt Poetam ad ſua tempora reſpexiſſe, ut ootat Salmaſius in Solin. cap. 45.

CIRCITES. Circulum ex ære exponit Feſtus. Verùm ex quavis etiam alia materia circuli in machinis dicuntur Circites ex Varrone.

CIRCITORES. Memorantur ab Ulpiano. Non contemoeodus eſt tam urbanæ, quam bellicæ dignitatis gradus, Illi ſiquidem hoc nomine memorantur in re urbana, qui urbem noctu circumeuot ad prohibenda incendia & ſures arcendos; habenturque veluti publici cuſtodes & vigiles Civitatum; & apud Romaoos quidem ab Urbis Præfecto, vel Triumviris ſolebant conſtitui. Sed in ſoro bellico ſic audiunt, quibus commiſsa eſt cura circumeundi recognoſcendique Vigilias, præcipue verò Caſtrenſes. *Ronde*. Vide quæ dicimus in voce *Vigilia*. Ex Polybii caſtrametatione habemus hoc munus equitibus fuiſſe traditum: cui congruit Livius lib. 20., ubi ioter prodigia belli primi Anoibalici memorat: *Circumeunti vigilias Equiti ſcipionem, quem manu tenebat, arſiſſe.* Statius etiam lib. 10.

monitu Ducis acer agebat
Amphion equites, noctem vigilataque caſtra
Explorare datus, primuſque per avia campi
Uſque procul (nec dum totas lux ſolverat umbras)
Neſcio quid viſu dubium, incertumque moveri
Corporaque ire videt. Subitus mox fraude reperta
Exclamat: cohibete gradum quicumque; ſed hoſtes
Eſſe patet.

Quandoque Centurionibus hoc onus fuit impoſitum. Tacit. lib. 2. Hiſtor. *Deflagrante paulatim ſeditione addit conſilium, vetitis obire Vigilias Centurionibus, omiſſo tubæ ſono, quo miles ad belli munia cietur.* Livius verò lib. 28. etiam à Tribunis Inſtratas vigiliss memorat: *A' cuſtodibus probra in circumeuntes Vigilias Tribunos jacta.* Nec ſemel ipſi Imperatores eo munere & onere perfuncti ſunt, ut de Mario, & Metello tradit Saluſtius; Joſephus verò de Tito io obſidione Hieroſolymorum. Sic enim ſcribit lib. 6. *Muro circumcluſa civitate, per caſtella cuſtodibus collocatis, primam quidem vigiliam noctis ipſe circumiens explorabat, ſecundam verò Alexandro permiſerat, tertia verò obtigit legionum Ducibus*, Apud Romanos miniſterium prius, poſtea militię gradus Circitores fuere. Veget. lib. 3. cap. 8. *Idoneos tamen Tribuni, & probatiſſimos eligunt, qui vigilias circumeant, & renuncient, ſiqua emerſerit culpa, quos circuitores appellabant: nunc militiæ factus eſt gradus, & Circitores vocantur.*

CIRCUITIO EQUESTRIS CONFLICTUS. Vix aliquod occurrit apud Scriptores equeſtre certamen, io quo de hujuſmodi circuitione non fiat mentio. Enucleatè tamen & clariſſimè Virgil. lib. 10. in pugoa Æoeæ & Mezeotii.

Ter circumaſtantem lævos equitavit in orbes,
Tela manu jaciens; ter ſecum Trojus Heros
Immanem ærato circumfert tegmine ſilvam.

Ubi obſerva circuitiooem equeſtrem io vero certamioe à dextra parte ad lævam agi ſolitam. Ex hac militari Circuitione ortam exiſtimant aliqui circumactionem qoadrigarum ad metas io ludis Circenſibus. Eam porrò ad imitationem bellicæ circuitioois ad lævam à dextera extitiſſe, multis Scriptorum, oumiſmatum, & lapidom teſtimoniis conatur oſteodere Fabrettus de Columna Trajani cap. 6. Nos etiam de ea circuitione alibi nonnihil diximus. Vide *Circenſes Ludi*. Magis liberum eſt aliud genus equeſtris circuitionis, quod eſt in uſu

apud

Digitized by Google

apud turmas equitum, cum in gyrum flexæ ad ſuppetias ferendas, vel ad hoſtem inopinatò adoriendum advolant. Decurſus hoſce flexuoſos Itali vocant *Caracolli*. Origq vocis Hiſpanica, aliis Arabica. Nam *Caracol* Hiſpanis eſt genus limacis vel cochleæ terreſtris. Hinc ſcalam, per quam in gyrum aſcenditur, dicunt alicubi in Italia *Caracò*. Utque memoratæ equorum decurſiones *Caracolli* à circuitu appellantur, ſic in gyrum equos agere dicimus *Caracollare*.

Circuitores. Vide *Circitores*.

Circumforanea domus. Ab Apulejo dicitur, quæ mobilis eſt, ambulatoria, & facilis ad circumferendum. Hujuſmodi procul dubio ſunt militum tentoria. *Padiglioni*, *Attendamenti*.

Circummunio, is. Ex omni parte munio. Plaut. Capt.

In vinculis cuſtodiiſque circummuniti ſumus.

Circummunitio, onis. Verbale à *Circummunio*, Cæſar. *Id ne fieri poſſet, obſidione oppidique circummunitione fiebat.*

Circummuranus, a, um. Ut bellum Circummuranum, quod circà muros geritur. Ammian. lib. 14. de Roma. *Circummurana pertulit bella.*

Circumsedeo, es. Aliis Circumſideo pro obſidere vel oppugnare. Liv. lib. 9. *Ut idem omnibus ſermo conſtet Legiones Samnitium in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copiis circumſidere, nec procul abeſſe quin vi capiant.* Idem lib. 1. Bell. Punic. *Saguntum veſtri circumſedent exercitus.*

Circumsessio, onis, Verbale. Cic. 3. in Verr. *Te hujus Circumſeſſionis tuæ cauſam & culpam in alios transtuliſſe.*

Circumsocius, a, um. Nationes circumſocias dixit Sextus Aurel., quę finitimæ ſunt & fœderatę. *Armeniam, nationeſque circumſocias.*

Circumstatio militum. Corona militum. Gell. lib. 7. cap. 4. *Eaque circumſtatio militum Corona appellata ſit.*

Circumvallo. In gyrum vallo vel munio. Cæſar 7. Bell. Gallic. *Oppidum biduò circumvallavit.*

Circumvallatio. Vide *Obſidio*, *Oppugnatio*, *Vallum*, & ſimiles titulos.

Cirratæ Vestes. Occurrunt apud Capitolinum in Pertinace: *Lacernas, & Chirodotas Dalmatarum, & Cirratas militares.* Vides indumentum fuiſſe militum peculiare. Sunt qui Cirratas interpretantur villoſas hirtaſque. Nam & apud veteres Gloſſas legimus veſtes militares bivilles, & bicirres, ideſt ex utraque parte habentes cirros vel villos. Ubi notà non legendum eſſe apud Iſidorum, & alios *bigerras vel bigeras*, ſed *bicirres* veſtes. Salmaſius tamen ad memoratum Capitolini locum Cirratas exponit fimbriatas, in quem ſenſum locutum fuiſſe exiſtimat Phædrum Auguſti libertum;

Cui tunica ab humeris linteo Peluſio
Erat deſtricta, cirris dependentibus.

Cirri itaque veſtium juxtà Salmaſium potius ſunt fimbriæ, quas ex pelle vel panno Antiqui per veſtium oras limboſque adſuebant. Minimùm proinde diſtare videbuntur Cirratæ militares Capitolini à fimbriatis lacernis militum, de quibus ita ſcripſit vetus Interpres Perſii: *Lacerna pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites velabantur.*

Cisium, ii. Vehiculum birotum, ut ait Nonius; atque hinc illi nomen à duabus rotis cæſis, quaſi ſit currus dimidiatus, ut conjectat Voſſius. Sed puto hujus originem nominis ulterius eſſe inveſtigandam. Non eſt obſcurum, ad iter celeriùs capeſſendum adhibita fuiſſe Ciſia; ut planè id Antiquis præſtiterint, quod nobis hodie præſtant currus item biroti, quibus utimur in itinere faciendo pro veredis, & equis diſpoſitis, & populari ſermone appellamus *Caleſſi*. Cic. Philipp. 2. *Inde Ciſio celeriter ad Urbem vectus.* Et pro Sext. Roſ. *Decem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuum Ciſiis pervolavit.* Incertum mihi eſt, utrum, & quem uſum habuerint in bello Ciſia. Noſtri hodie ſupremi militiæ Duces, aliique etiam bellici magiſtratus ea adhibent, ut ad indicta loca feſtinatis itineribus præſto ſint ad recognoſcendum, regendumque militem mox in aciem educendum.

Cisiarius, ii. Actor rectorque Ciſii. Ulpian. *Si Ciſiarius, ideſt, Carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, Ciſium evertit, & ſervum quaſſavit vel occidit, puta, ex locato in eum eſſe actionem.*

Cisterna. Vide *Puteus*, & *Aquæ curatio*.

Cithara, æ. Virgil. 12.

Augurium citharamque dabat, celereſque ſagittas.

Cretenſes, ut ſcribit Gellius, prœlia ingrediebantur citharis præcinentibus, greſſuſque moderantibus; Halyates autem Lydiæ Rex cum bellum Mileſiis faceret, fiſtulatores, fidicines, & tibicines habuiſſe in exercitu traditur. Citharam Hæbraicæ originis vocem eſſe contendit Voſſius. Plinius Amphionem, vel Orpheum, vel Linum ejuſdem facit inventores. At alii citharam ab Apolline, lyram à Mercurio tradunt repertam. Lyra, cithara, fides, chelys, barbitos promiſcuè ab Authoribus uſurpantur. Differunt tamen iſta non minimùm. Satis eruditè de hoc ſcripſit Scaliger filius in diſſertat. ad Sphæram barbaricam Manilii.

Citra pulverem: Meminit Horatius hujus parœmiæ;

Quis circum pagos, & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia, cui ſpes
Cui ſit conditio dulcis, ſine pulvere, palmæ?

Uſus adagii eſt de re facile parabili, quæque citra laborem contingit. Origo vel à bellico pulvere, quo milites decorè ſordeſcunt, vel à pulvere, quem Palęſtritę in ludicris colligunt certaminibus.

Civica corona. Ex Feſto & aliis Scriptoribus ea fuit apud Romanos, quam civis civi, à quo ſervatus in prœlio fuerat, hoſte dabat interfecto. Illæ autem conditiones ſervabantur ex Plinio lib. 16. cap. 4., ut civis ſervaretur à cive; ut hoſtis occideretur; ut ſervatus civis id fateretur, aliis nihil proficientibus teſtibus; ut daretur à cive ſervato. Privilegia ex eodem Plinio erant. Ludos ineunti aſſurgebatur etiam à Senatu: ſedendi jus proximè ad Senatum: vacatio munerum, non ipſi ſolùm, ſed patri etiam avoque paterno tradita. Sicinius Dentatus quatuordecim accepit coronas civicas, ut legimus apud Plinium, Gellium, & Valerium Maximum. Quoad frondem variatum eſt: ex ilice antiquitùs, poſtea ex eſculo, poſtremò fuit ex quercu, variatà, ut Plinius dicit, arbore, ſed cuſtodito ſemper honore glandis. Claudian. de Laud. Stilic. lib. 3.

Mos erat in veterum caſtris ut tempora quercus
Velaret, validis fuſo qui viribus hoſte,
Caſurum potuit morti ſubducere civem.

Licet autem civi à cive tradi eſſet ſolita Corona ci-

civica, adhuc tameo ad immenſam quandam gloriȩ amplitudinem Auguſtus à genere humano Civicam accepit, quaſi ſervato Orbe terrarum, poſt edomitos Duces æmulos & aſſertam ubique gentium pacis traoquillitatem. Id ſcilicet ſupra memorato io loco idem commemorat Plinius, & traditur à Svetonio in ejus vita. Moris etiam fuit in eorum domibus, qui civicam obtinuiſſent, pro foribus jaouarum eandem depictam vel ſculptam attolli, non alio fermè modo, quàm quo conſuetudinis noſtræ eſt Inſignia Principum Regumque domorum januis ſuperponere. Hinc Ovid. Faſt. 1.

Augeat imperium noſtri Ducis, augeat annos,
Protegat & noſtras querna corona fores.

Eleganter etiam Prudentius D. Laureotium Martyrem à eivica corooa ſic effert:

Sic, Sancte Laurenti, tuam
Nos paſſionem quærimus:
Eſt aula nam duplex tibi,
Hic corporis, mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus Urbi municeps
Æternæ in ara curiæ
Geſtas coronam civicam.

2. Quid autem cauſæ fuerit, quamobrem ex quercu maximè conficeretur corona eivica, multis diſputat Pierius Valerianus lib. 51. Sunt qui froodibus ramiſque ejus arboris honorem illum attribueriot, quoniam quercus ſacra fuerit Jovi, in cujus patrocioio terræ ſuot populique; ut meritò exiſtimatum fuerit ejus plaotæ froodibus donari ſervatores civium, quæ Civitatum tutelari Deo dicata eſſet. Opinati ſunt quidam factom id in Arcadum gratiam, qui glandibus antiquitùs veſcerentur; vel quoniam ipſi ab initio militea facilem promptumque cibum à quercu miniſtratum habuerint. Noo deſunt, qui commemoratum privilegium quercui afferant propter arboris vetuſtatem, quæ plantarum omnium princeps geoita fuerit, eademque populorum altrix, & cultrix Oraculorum. Gell. lib. 5. cap. 6. *Civica corona appellatur, quam civis civi, à quo ſervatus eſt in prælio, teſtem vitæ ſalutiſque perceptæ, dat. Ea fit è fronde querna, quoniam cibus victuſque antiquiſſimus quernus capi ſolitus ſit.* Vide apud eundem Pierium Veterum nummos, ubi corona eivica ex quercu contexta viſitur, & quandoque etiam ex ilice, vel eſculo.

3. Addit ſubinde idem Gellius ex Maſſurio Sabino eam inſuper conditionem ſervatam fuiſſe in præmio coronæ civicæ, ne pugnæ locum reliquerit qui eam meruiſſet: Tiberium verò Cæſarem conſultum utrum eivica donandus eſſet, qui cive ſervato, hoſtes etiam duos interfeciſſet, non retento tamen, in quo pugnabat, loco, reſcripſiſſe eum etiam omniob cohoneſtandum honore civicæ, *Quoniam appareret*, ut ſunt Gellii verba, *tam iniquo loco civem ab eo ſervatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retineri non quiverit.* Imponebatur autem hæc corona ab ipſo cive ſervato, qui ſervatorem ſoom oon ſolùm tanquam parentem per omnem vitæ curſum excolebat, verùm etiam eidem ad victum oeceſſaria ſuppeditabat. Id ſiquis detrectaſſet, compellebatur à Tribunis ad præſtandam alimoniam. Oſtendunt id apertè verba Ciceronis pro Plancio: *At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent Civicam, & ſe ab aliquo ſervatos eſſe fateantur: non quod turpe ſit protectum in acie hoſtium manibus eripi, (nam id accidere niſi forti viro, & pugnanti cominùs non poteſt) ſed onus beneficii reformidant, quod permagnum eſt alieno debere idem quod parenti.*

4. Circumfertur Auguſti multiplex oumiſma, ubi querna corona viſitur cum epigraphe OB CIVES SERVATOS. Io ejus laudis cooſortium ut veniret etiam Cicero, multis in Senatu contendit L. Gellius Cenſorius, qui Tullium Conſulem corona Civica donari à Republica cenſuit, quoniam ejus vigilaotià detecta & extincta eſſet conjuratio Catilinæ, quæ Reipublicæ exitialis futura fuiſſet, ut à Gellio ibidem ſcribitur. De hac Corooa vide plura apud Carol. Paſchal. Coronar. lib. 7. cap. 8. & ſeqq.

Clades. Propriè eſt ramorum detritio, à Græca voce κλάδος, quæ ramum ſignificat. Sic etiam ſtrages à ſtratis arboribus, calamitas à calamis comminutis appellatur. Ad homines tranſlata clades mutuus eſt cum multorum effuſo ſanguine & oece cooflictus. *Rotta, Sconfitta, Sconfittura.* Virgil. 12.

& ſubita turbaret clade Latinos.

Poſt acceptas clades nihil antiquiùs habuere magni Imperatores, quàm ut disjectarum copiarum reliquias cogerent, quibus tempeſtivè anteactum infortunium reparare poſſent. Idcirco non minorem illi laudem ſæpius promeruerunt, exercitus parte ſervata poſt internecioοem ſuarum legionum, quam ſi commodiùs aſpirante fortuna numeros hoſticos devieiſſent. Quare & præmagnis muneribus ea cauſa cohoneſtati ſæpe leguntur, ut de Sergeſto legitur in re ſimili apud Virgilium lib. 5.

Sergeſtum Æneas promiſſo munere donat,
Servatam ob navem lætus, ſociosque reductos.

Sæpe coim, ut alibi dixit Virgilius,

victis redit in præcordia virtus.

Nec quidquam magis Romanam potentiam patefecit, quàm uſque adeo Rempublicam ſuorum Imperatorum induſtriæ atque cooſilio fidere, ut ne poſt iteratas quidem ab Annibale clades acceptas expaverit; ut verè de Urbe Roma Claudianus dixerit:

Nunquam ſuccubuit damnis, & territa nullo
Vulnere, poſt Cannas major, Trebiamque fremebat.

Uſque adeo in extrema calamitate invictum illi robur ſuperfuit, ut audacia ſuperante fortunam, majora ex ipſis damnis incrementa conciperet, & fuſos exercitus Imperii latiùs propagandi auſpicium & opportunitatem interpretaretur. Sed quoniam nunquam periculoſiùs vacillare ſolet militum fides, quàm cum obtruncatos ſocios, cohorteſque integras occidione deletas inſpiciuot, eam ob cauſam nihil curatiùs proſpiciendum tunc ab Imperatore eſt, quàm ut quam maxima poteſt arte atque ſolertia eoſdem ſuſtentet. Profuerit autem potiſſimùm tegere vel imminuere cladem acceptam, ne dejectis animis conclamatum de omni bello reputantes Manipularii ſigna deſeraot, & imperia detrectent. Hac uſus dexteritate Æneas ſociorum animos corroborat, diſſimulata formidine præſeotis infortunii. Sic enim Virgil. lib. 1. Æneid.

curiſque ingentibus æger
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Quod

Quod ita reddidit perpetuus ejuſdem Vatis imitator Taſſus cant. 1.

Ma 'l provido Buglion ſenza ogni tema
Non è però, benchè nel cor la prema.

Nullum itaque conſternato militi aptius remedium, quàm vultus hilaris Imperatoris; quemadmodum proceloſo mari deprehenſi & naufragio proximi tunc vitę tuendę ſpem omnem abjiciunt, cum exalbeſcere & contremiſcere turbam nauticam, atque ipſum vident gubernatorem, cui cęteroqui ſciunt conſilia declinandæ tempeſtatis vel maxime explorata eſſe debere: contra verò vultus impavidus & confidentia aſſidentis ad clavum turbam inexpertam admodum reficit erigitque. Id verò ab Imperatore præſtandum non ſolum lætitia vultus & alacritate ſermonis, verùm aliis etiam artibus atque conſiliis, elevando præſertim atque imminuendo vim & incommoda illatæ cladis, atque omnia parata & in procinctu eſſe ad reparandas vires, bellumque redintegrandum, obviis quibuſque ſuadendo. Non poſtrema pars calliditatis Imperatoriæ in ejuſmodi infortuniis ducitur ſiniſtrorum eventuum nuncios clam milites ſuos habere, eoſdemque ſolerter occultare, ne anſam illis præbeant exiſtimandi res perditas, & in ſola fuga, vel ad hoſtes transfugio ſalutem eſſe quæritandam. Fuere qui eà causà lætabundis clamoribus perſonare buccinatores juſſerint, tanquam victoria penes ipſos fuerit. Alii eandem ob cauſam ad hoſtium diripienda ſpolia militem dimiſere, didito per omnes cohortes rumore reportatæ victoriæ. Equidem vix ulla clades tam atrox ferè contingit, quin dubiam ſaltem Imperator Martis aleam fuiſſe, & vim vi repulſam legionariis ſuis ſuadere poſſit: cum præſertim recens accepta clades minimè liquida & explorata eſſe ſoleat; confuſo ſiquidem Marte, & cadaverum recenſione in multos dies dilata. Ea ars ex Tacito proditur verbis illis lib. 15. *Talibus Vologeſis literis, quia Pætus diverſa tanquam rebus integris ſcribebat, interrogatus Centurio, qui cum legatis advenerat, quo in ſtatu Armenia eſſet, omnes inde Romanos exceſſiſſe reſpondit.* Intellexit id inter cæteros Annibal, qui nunquam tanta lætitia frontem explicaſſe legitur, quàm cum per certos nuncios de Aſdrubalis fratris nece cognoviſſet, ut gaudio & alacritate ſimulata ſuorum animos aut deciperet, aut confirmaret. Notum etiam illud Sertorii, qui, ut refert Frontinus lib. 2. ſiniſtri eventus nuncium interfici juſſit, ne in militum vulgus exitialis pavor pervaderet. Scipio etiam legitur inuſitata lætitia excepiſſe Legatus Syphacis, à quo auxilia petierat, tametſi nihil læti ab iis nunciari probè calleret. Scio à Tacito ſcriptum eſſe, nuncios cladis occultantes, ſtulta diſſimulatione remedia potius malorum, quàm mala ipſa differre; verùm id quemadmodum interdum pernicioſum, ſic longe frequentiùs multò maxime percommodum, partæque, conclamatis cæteroqui rebus, incolumitatis cauſa extitit. Tunc verò efficax infortuniorum diſſimulatio majorem vim obtinebit in milites, cum ipſe Imperator, rei Martiæ experientia edoctus, ſibi prius perſuaſerit ab uno vel altero iniquiore eventu non eſſe de toto bello judicium capiendum. Nihil quippe uſitatiùs contingit arma tractantibus, quàm ut pernoſcant bello victos, qui ſemel aut iterum prœlio fuere victores. Quod, ne reliqua exempla connumerem, liquidiſſimum fecit ferociſſimus ille Italiæ vaſtator Annibal, qui fuſis deletiſque Romanis ad Trebiam, Thraſymenum & Cannas, non equidem proinde triplici illo telo tam altè in Reipublicæ Romanę pectus deſcendit, ut eidem vigor & audacia non ſolum ad obſiſtendum, verùm etiam ad vincendum, & delendam Carthaginem non ſupereſſet.

Clamor militaris. Non in exiguam rei bellicæ partem Clamores veniunt. Ejus rei cauſas adducit Cæſar de Bell. Civil. lib. 3. cap. 82. *Non fruſtra antiquitùs inſtitutum eſt, ut ſigna undique concinerent, clamorem univerſi tollerent, quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimaverunt.* Deus ipſe Joſue cap. 6. juſſit, cum inſonuiſſet vox tubæ, conclamare omnem populum vociferatione maxima. Ideo ſuo quæque more atque concentu bellicoſæ gentes clamoribus indulgent in prœliis. Id Livius de Romanis paſſim, Tacitus de Germanis & Britannis, Plutarchus de Parthis, Cæſar de Germanis & Gallis teſtatum faciunt. De Hiſpanis verò hæc habet Silius lib. 10.

ritu jam moris Iberi
Carmina pulſata fundentem barbara cetra.

De Clamore militari Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. *Hoſtes committunt prœlium, utrinque clamore ſublato, excipitur rurſus ex vallo, atque omnibus munitionibus clamor.* Et Hirtius de Bell. Hiſpan. *Hic etſi virtute noſtri antecedebant, adverſarii loco ſuperiori defendebantur acerrimè, & vehemens fiebat ab utriſque clamor.* De Pœnis clamantibus Livius lib. 26. *Prœlium non ſolito modo clamore ac tumultu eſt cœptum, ſed ad alium virorum, equorum armorumque ſonum diſpoſita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ ſilenti nocte cieri ſolet, edidit clamorem, ut averteret etiam pugnantium animos.* Dę Gallis clamantibus idem Livius lib. 21. *Galli occurſant in ripam cum variis ululatibus, cantuque moris ſui, quatientes ſcuta ſuper capita, vibranteſque dextris tela, quanquam ex adverſo terrebat tanta vis navium cum ingenti ſono fluminis, & clamore vario nautarum & militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, & qui ex altera ripa trajicientes ſuos hortabantur.* Equidem ut fulminum è cœlo decidentium ictus mortales & ruinoſos ſplendidè commendant tonitrua inter fulgetra nubium latè reſonantia, ſic dimicantium ictus & illata vulnera augeſcunt magis & inclareſcunt adjuncta vociferatione terribili, quaſi tonitru excludente vel aſſociante fulmen ruiturum. Quare Plutarchus in Catone Majore opportunè monet à Romano illo bellatore & Duce non modò ſtrenuitatem in legionariis ſuis, verum etiam torvitatem vultus, & vocis fragorem quemdam truculentum & aſperum fuiſſe quæſitum.

2. Cujuſmodi autem clamor ille fuerit, aut in quæ verba ſe prodere conſueverit, divinandum potius eſt, quàm comperti quidpiam ſtabiliendum. Hiſpanos, *Hiſpaniam* in concertationibus congeminaſſe refert Plutarchus in Mario. Idem ſcribit à Romanis illud crebrò fuiſſe uſurpatum, *Feri.* Sed hæc erant clamantium verba in ipſo conflictu. Cæterum extra pugnam ſic ferè attemperabatur clamor militaris, ut muſicum concentum imitaretur. Habemus id ex Paulo Diacono lib. 18. *Clamorem bellicum, & carmina & jubilum, & impetum in alterutrum ſurgendi habere docebat.*

Ad-

Advertendum autem eſt, Clamorem bellicum non ſemper incertum & ex tempore temerè depromptum fuiſſe, verum certis verbis formuliſque ſæpe numero expreſſum atque concluſum. In uſu præcipue erant Formulæ quædam, in quas dimicantes Nationes privatim convenerant, ut expoſcerent auxilium à Cælitibus, quos maxime colerent. Efferebant præterea identidem ipſa Imperatorum nomina, ut eo magis incenderentur. Eam conſuetudinem conſecrarunt Chriſtiani milites clamore multiplici bellicoſo, quo vel opem atque victoriam peterent à ſupremo Numine, Deipara, aliiſque Cælitibus, vel proſperitatem eventuum iiſdem referrent acceptam. Sic autem Guntherus lib. 7. Ligur. de Friderico in Italiam exercitum tranſmittente:

Sic pulchro felix acies inſtructa tenore,
Carmine belligero longèque ſonantibus hymnis
Divinam ſibi poſcit opem.

Moris laudatiſſimi initium facilè repetendum à Conſtantino Magno Auguſto, qui, ejurato Jovis falſorumque Numinum cultu, & Chriſtianam Religionem amplexus, ut Deum Chriſtumque Dominum lætis clamoribus invocarent milites præſcripſiſſe legitur apud Euſebium in ejus vita. Formulæ autem Chriſtianorum illæ ferè erant: *Eja Deus: Deus adjuva: Deus vult: Noſtra Domina Burgundienſis Deipara: S. Petre: S. Dionyſi: Montis-gaudium: S. Jacobe: S. Georgi*, ſexcentæque aliæ ſimiles, de quarum nonnullis redibit apud nos prolixior ſermo. Adhuc antiquior clamoris hujuſce origo ab Hiſtoria Sacra facile proficiſcitur. Eligo locum Judic. 7. *Clamaveruntque; Gladius Domini, & Gladius Gedeonis.* Vide Cangium Diſſert. 12. ad Joinvill., & apud nos *Acclamatio*.

3. Militarem vociferationem inprimis utilem in conflictu & acie in hunc modum deſcribit & laudat Cæſar lib. 2. de Bell. Gallic. *Quædam animi incitatio atque alacritas innata omnibus, quæ pugnæ ſtudio incenditur, quam non reprimere, ſed augere Imperatores debent.* Moris quidem apud Romanos fuit, ut habemus ex Gellio, taciturno ſedatoque gradu ad hoſtem procul diſtantem procedere: verum iidem cum ad manus ventum eſſet, concitatiſſimum clamorem continuò extollebant, ut eo ſtridore, ac teſtimonio militaris audaciæ & hilaritatis hoſtem percuterent ac deterrerent. Idcircò Cæſar lib. 1. Bell. Civil. vehementer redarguit Pompejum, quoniam copias ſuas compoſito gradu ſilenteſque in aciem eduxiſſet. Profectò Romanorum clamorem militum uſque adeo paveſcebant hoſtes, ut in Palæſtino bello Joſephus, quemadmodum apud ipſum legimus, copiis ſuis imperaverit manu aures obſtruere, ne conciderent animis Romani Exercitus vociferatione ſublata. Id verò moris fuiſſe apud quaſque Nationes paſſim diſcimus ex Homero atque Virgilio, apud quos nulla fere leguntur certamina ſine prævio ſtrepitu & clamoribus armatorum. Virgil. 2. Æneid.

Exoritur clamorque virûm clangorque tubarum.

Et iterum ibidem:

In flammas & in arma feror, quò triſtis Erynnis,
Quo fremitus vocat & ſublatus ad æthera clamor.

Et lib. 8.

it clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Et lib. 9.

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro
Increpuit, ſequitur clamor, cælumque remugit.

Et mox:

undique clamor
Tollitur: invadunt, & foſſas aggere complent.

Atque iterum ibidem:

It clamor totis per propugnacula muris.

Nihil eſt neceſſe eam rem commemoratis exemplis divini Vatis urgere prolixiùs, apud quem non modo exercituum prœlia, ſed ne ſingulares quidem dimicationes ſine clamore leguntur peractæ. Imitandum hoc idem ſibi ex Latinorum Græcorumque optimis Scriptoribus propoſuerunt Vates Itali. Taſſus Cant. 9.

Dan fiato allora ai barbari metalli
Gl'Arabi, certi omai d'eſſer ſentiti.
Van gridi horrendi al Cielo, e de cavalli
Col ſuon del calpeſtìo miſti i nitriti.

Et Cant. 11.

All'arme all'arme ſubito ripiglia
Il grido univerſal di cento ſchiere.

Et Cant. 20.

Alzano allor dall'alta cima i gridi
Inſino al Ciel l'aſſediate genti.

De acclamante Exercitu hęc inter cętera habet Triſſinus Ital. Liber. lib. 1.

Così diſs'egli, e quelle genti tutte
Mandaron fuori un ſmiſurato grido
Approvando il voler del ſuo Signore.

Et iterum lib. 2.

Così diſs'egli, e tutte quelle ſchiere
Gridaron forte, che ſembravan'onde
Del mare intorno a un ſcoglio, che percoſſe
Sian quinci e quindi da rabbioſi venti.

Licet autem plerumque clangorem tubarum, & lituorum ſonitus ſubſequi ſoleret militaris clamor, & ab iiſdem exſuſcitari, interdum tamen, canora illa Inſtrumenta præcedebant ſublati clamores. Taſſus Cant. 3.

Quando il campo, che all'armi omai s'appreſta,
In voce mormorava alta e ſonora,
E prevenia le trombe, e queſte poi
Dier più lieti, e canori i ſegni ſuoi.

Nec verò mirum eſt incredibilem in hoſtes pavorem incuti à clamoribus aures ferientibus. Neque enim dubitandum certiſſima eoſdem eſſe indicia audaciæ atque ſecuritatis, ut indicat Virgilius lib. 9.

Teucri clamore ſequuntur,
Lætitiaque fremunt, animoſque ad ſidera tollunt.

Latè autem deceptum Solinum exiſtimo, qui Crœſi Perſarum Regis muti filii ad præſens jaculo petiti patris periculum, vocem illam, *Cave Crœſe*, ad pavorem detorſit filii amantiſſimi in extremo genitoris periculo. Neque enim puero timor aut formido, ſed eximia in patrem benevolentia diſſolvit linguæ vincula, quibus ab ipſo exortu fuerat compeditus. Conſtat nimirum non innumeris duntaxat exemplis, verum etiam ab ipſa Natura ratione deducta, timorem reprimere potius vocem, quàm illam efferre jactantiùs. Quamobrem Virgil. de Androgeo in medios hoſtes delapſo ita cecinit lib. 2. Æneid.

Obſtupuit, retroque pedem cum voce repreſſit.

Hinc etiam ad caſus eventuſque formidoloſos iteratus

ratus ſæpe apud eundem Vatem ille verſiculus:

Obſtupui, ſteteruntque comæ & vox faucibus hæſit.

Mirum eſt quod ſæpe legitur, ſolo clamore magnas ſtetiſſe victorias. Liv. l. 1. *fuſi primo impetu & clamore hoſtes*: & l. 25. *Primus clamor atque impetus rem decrevit*. Tacit. in Vit. Agric. *Ii ſunt quos proximo anno clamore debellaſtis*. Tam ferociter clamatum invenies, ut vocum fremitu interceptæ volantes aves quandoque in terram deciderent. Liv. l. 29. *Volucres ad terram delapſas clamore militum ait*. Idem legitur apud Plutarchum in vita Flaminii & Pompeii. Profuerit occupare jugoſa loca, & clamori reddendo volutandoque quomodolibet apta, ut major inde militum numerus appareat. Curt. l. 3. *Perſæ inconditum & trucem ſuſtulere clamorem. Redditur & a Macedonibus major, exercitus impar numero, ſed jugis montium vaſtiſque ſaltibus repercuſſus: quippe ſemper circumjecta nemora petræque quantamcumque accepere vocem, multiplicato ſono referunt*. Liv. l. 21. *Clamoribus diſſonis, quos nemora etiam repercuſſæque valles augebant, territi trepidabant*. Quod ſi noctis tenebræ & ſilentium accedat, eo magis terrorem affert clamor inter rupes reſonantes. Caſſius l. 37. *Montes cavi acceptum ſonitum quam maxime terribilem reddiderunt, quem ut Barbari nocturnum in deſertis locis accepere, vehementer animo dejecti ſunt*.

4. Tanti certè æſtimatus eſt apud omnes fere gentes clamor in prœlio, ut ab ejuſdem magnitudine, hilaritate vel mœſtitia, de pugnæ eventu judicium caperetur. Hinc Plutarchus ſubmiſſum clamorem, atque ſubtriſtem, pro augurio habitum fuiſſe ſcribit in clade Craſſi: *Cum is ſuos clamorem tollere juſſiſſet, mæſtitiam eorum accuſavit, quòd imbecillem & inæqualem edidiſſent*. Livius autem apertiſſimè lib. 4. *Clamor indicium primum fuit, quò res inclinatura eſſet. Excitatior crebriorque ab hoſte ſublatus; ab Romanis diſſonus, impar, ſegnis, ſæpe iteratus prodidit pavorem animorum*. Proinde aptiſſimè Catonem ſcripſiſſe legimus: *Verba plus quàm gladium, & voces quàm manum, hoſtes territare & in fugam vertere*. Videtur autem id naturæ quodam ductu magiſterioque contingere, ut intimos animi ſenſus, & quidem in prœliis præceptam animo aut ſpem, aut deſperationem victoriæ, voce ſonituque, quod eſt maxime obvium ac paratu facile indicium, turbæ prœliares oſtenderent. Quod ſi in ſola ſiſtere volumus gente Romana, ab initio Urbis conditæ ſingulare habuit robur in dimicationibus clamor. Liv. lib. 2. *Conſul nec promovit aciem, nec clamorem reddi paſſus*. Polybius lib. 1. *Ex more iis conſueto armis concrepuerunt, & unà clamantes invaſerunt hoſtem*. Idem lib. 12. de exercitu Scipionis: *Romani, juxta morem patrium, clamore ſublato, & gladiis ad ſcuta concrepantes invaſerunt oppoſitos*. Obſervat autem Vegetius lib. 3. cap. 18., non eſſe edendum clamorem, niſi cum ventum eſt cominùs, & utraque acies ſe conjunxerit. Nam quæ eminùs attolluntur vociferationes imbecilli potius ſunt animi, & plerunque ubi ad conferendas manus deventum eſt, elangueſcentis. Sic autem loquitur: *Clamor autem (quem barritum vocant) prius non debet attolli, quàm acies utraque ſe junxerit. Imperitorum enim vel ignavorum eſt, vociferari de longe, cum hoſtes magis terreantur, ſi cum telorum ictu clamoris horror acceſſerit*. Equidem ſublatas è longinquo voces jactationem puerilem potiùs, quàm virile robur interpretamur: cominus interminari & clamore geſtuque intentatis armis hoſtem percellere, virorum eſt, ut idem obſervat Vegetius ibidem: *Pars enim victoriæ eſt, inimicum turbare antequam dimices*. Homerus tacita quadam conſpiratione iniiſſe pugnam Achæos ſcribit:

Atque ibant taciti ſpirantes robur Achivi,
Inque vicem auxilium cupida ſibi mente ferebant.

Quid ad hoc ſilentium ardentiſſimus ille Romanorum militum clamor? Benè monet Gellius lib. 1. cap. 11. ſilentio opus eſſe, cum ad hoſtem itur procul diſtantem: cum verò prope ad manus ventum eſt, impetu idem propulſandus, & clamore terrendus.

5. Obſervo vetitum fuiſſe lixis, calonibus, aliiſque ſervis caſtrenſibus clamorem militarem uſurpare. Monſtravit id Marcellus, qui ad occultandam paucitatem ſuorum militum ſervos etiam conclamare juſſit, quaſi novo peregrinoque commento. Narrat id Frontinus lib. 2. cap. 4. *Marcellus cum vereretur, ne paucitatem ejus militum clamor detegeret, ſimul lixas, caloneſque, & omnis generis ſequelas conclamare juſſit*. Vide *Barritus*.

Clamor Panicus. Propriè clamor eſt militaris, quo ſe milites mutuò adjuvant animantque. Poſtea verò factum ut incuſſum verbis ſonituque terrorem Clamores Panici denotarent. Ejus rei originem tradit Polyænus lib. 1. Strat. *Cum Bacchus expeditione Indica in valle aliqua cava cum copiis eſſet, ex adverſo autem infinita hoſtium multitudo, fertur nonnihil in animo pertimuiſſe. Tum Panum ſuaſiſſe, ut noctu Dionyſii exercitus maximum clamorem tolleret, quem cum & petræ & valles exceptum referrent & augerent, hoſtes territos in fugam ſe dediſſe. Inde natum ut terrores ejuſmodi Panici appellentur*. Vide *Panici Terrores*.

Clango, is. Habemus hoc verbum à Græcorum κλάγγειν, vel κλάζειν. Eſt autem tuba canere. Ut enim clamor peculiaris eſt militum, ita Clangor tubarum. Valer. lib. 3. *Lectificùm clangente tuba*. Virgil. Æneid. 2.

Exoritur clamorque virûm, clangorque tubarum.

Nec ideircò ita clangor peculiaris eſt tubarum, ut de aliis etiam propriè non dicatur. De anſeribus, gruibus, & aquila notarunt alii: adiicimus nos de Harpyis. Virgil. 3. Æneid.

magnis quatiunt clangoribus alas.

culicem porrò clangere dixit Plinius.

Clangor, oris. Pro ſono tubæ. Vide *Clango*.

Clarasius, ii. Tubæ genus. Dicitur à claro, quem edit, ſono. Villelmus Malmesburienſis lib. 4. Hiſt. Anglie. *Claraſiorum melodia perſtrepente*. Ejuſdem ſignificatus eſt *Claro, onis*, apud Marcam Hiſt. Benearn. lib. 5. *Congregati ibidem per Præconem communem cum tuba, ſeu Clarone, prout moris eſt*. Ejuſdem eſt notionis apud alios *Clario, onis*. Henricus Knygthon: *Statimque clanſerunt Clariones & tubæ*.

Clarigatio, onis. Quintilian. lib. 7. cap. 4. *Opus eſt aliquando finitione obſcurioribus & ignotioribus verbis, ut quid ſit Clarigatio*. Dicitur Clarigatio à verbo *Clarigo*, quod eſt *clarè ago*, ut *litigo* eſt *litem ago*. Erat autem apud Romanos Clarigatio, miſſio Fecialium ad aliquem populum res repetitùm, cum belli denunciatione. Peragebatur id certis formulis & ceremoniis, de quibus abundè

nos verba fecimus ubi de Fecialibus; & plura ſuggerent tibi Gell. lib. 16. cap. 4. & Briſonius de Formul. lib. 4. Quippe cum alicui populo Romani bellum indicebant, Pater Patratus illuc profectus, & ſolemnia quædam verba præfatus, clara voce (unde clarigare eſt dictum) ſe ajebat bellum indicere, ob pecus abactum, vel agros vaſtatos, vel noxios receptos, vel læſos ſocios: qua denunciatione facta haſtam in eorum fines immittebat, quod erat belli principium. Unus autem ex legatis, qui Patrem Patratum comitabantur, Verbenarius dicebatur: nam Feciales facturi fœdera, vel bella indicturi, coronas ex verbena gerebant. Hæc ferè Servius ad illum locum Virgilii lib. 9.

jaculum intorquens emittit in auras
Principium pugnæ.

Plinius l. 22. c. 2. ubi de Verbena loquitur: *Ac ſemper & legati eum ad hoſtes clarigatum mitterentur, ideſt res raptas clarè repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur.* Eſt etiam hujus vocis alia notio apud Livium l. 8. *In Veliternos, veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum, & muri dejecti, & Senatus inde abductus, juſſique trans Tyberim habitare; ut ejus, qui cis Tyberim deprebenſus eſſet, uſque ad mille pondo Clarigatio eſſet; nec priuſquam ære perſoluto, is, qui cæpiſſet, extra vincula captum baberet.* Ex quibus verbis liquere videtur Clarigationem eſſe pignorationem, ſive taleam, utque vulgò dicitur *Ripreſaglia*. Græci vocant ἀνδροληψίαν. Vide plura de Clarigatione in hanc ſententiam apud Donatum Dilucid. in Liv. lib. 8.

Clarigo, as. Vide *Clarigatio*.

Clario, onis. Genus tubæ. Vide *Claraſius*

Clarissimus, i. Uſitatam fuiſſe certi Magiſtratus appellationem, cum imperio etiam militari, obſervat expenditque Pancirolus in Comment. ad Not. utriuſque Imperii. An verò ea dignitas viguerit ante Imperium diviſum ſuſpicari licet ex loco Lampridii in Alexandro: *Præfectis Prætorio ſuis Senatoriam addidit dignitatem, ut viri Clariſſimi & eſſent & dicerentur, quod antea vel rarò fuerat, vel omninò non fuerat*: Ex quibus verbis apparet ſub Alexandro Severo eam dignitatem initium habuiſſe. Etiam apud Spartianum Clariſſimi mentionem invenio. Sic enim ſcribit in vita Didii Juliani: *Factus eſt reus per quendam Severum Clariſſimum militem.* Ibi tamen Caſaubonus *Clariſſimum* interpretatur exponitque proprium militis nomen. Id ut vero proprius ſit non admodum depugno. Animadverte, & ſi libet, redde antiquæ lectioni locum Vopiſci in Aureliano: *Libet ipſius Senatus Conſulti formam exponere, quo libros inſpici Clariſſimi ordinis juſſit authoritas.* Olim legebatur *Clariſſimorum juſſit authoritas.* Impensè demiratur Salmaſius inuſitatam peregrinamque dicendi formam, ut Clariſſimi intelligerentur Senatores; atque adeo ex alio Codice locum emaculat, & pro *Clariſſimorum* legit Clariſſimi ordinis. Fugerat nimirum è Salmaſii memoria locus Lampridii ſupra commemoratus, ubi ad Senatoriam dignitatem promotos, Clariſſimos in poſterum appellari præcepit Imperator.

Claro, onis. Genus tubæ. Vide *Claraſius*.

Classicum, i. Apud Scriptores ævi deterioris quid fuerit docet apud Cangium Joannes de Janua: *Propriè Claſſicum eſt concentus & concordia omnium inſtrumentorum ſimul ſonantium, ſive ſint tubæ & cornua in bello, ſive ſint campana.* Verum apud Veteres Claſſicum eſt ineundæ pugnæ ſignum, quod tuba vel cornu dari ſolebat: ita dictum à calando, ideſt vocando, ut olim dicebant: quod milites convocaret & incitaret. Claſſicum quaſi Calaſſicum. Ex bovillis cornibus conſtructa fuiſſe Claſſica, atque iden etiam buccinas fuiſſe nuncupata, author eſt Dionyſius lib. 2. *Plebem miniſtri quidam cornibus bovillis, ideſt buccinis, inſonantes ad concionem cogebant.* Et Iſidorus: *Claſſica ſunt cornua, quæ convocandi causâ erant facta, & à calando Claſſica dicebantur.* Apud Livium etiam habetur lib. 5. *Vocatis ad concionem militibus.* Hinc Claſſici appellati ſunt, qui juſſu Magiſtratus ex arce, vel circum muros, populos cornu ad Comitium vocabant. Inter Imperatoris Inſignia recenſetur Claſſicum ex Vegetio: *Hoc inſigne videtur Imperii, quia Claſſicum canitur Imperatore præſente.* Idem author pro eadem re ſumit buccinam & Claſſicum; *Claſſicum appellatur, quod buccinatores cornu dicunt.* Seneca etiam in Œdipo: *Sonuit reflexo Claſſicum cornu.* Svetonius quoque in Vita Julii Cæſaris cap. 32. Claſſicum cum tuba confundit: *Raptâ ab uno tubâ, ingenti ſpiritu Claſſicum exorſus eſt.* Sed ibi fortè *claſſicum* eſt convocatio Militum.

Classis. Vix eſt dubium dici ab antiquo verbo *calo*, quod eſt vocare, concire, in unum cogere: hinc claſſis, quaſi calaſſis appellatur. Adjuvat hoc etymon claſſicum, quaſi calaſſicum; quoniam convocat ſonitu, & invitat milites ad prœlium. Huc accedit, quod claſſis non ſolum navium multitudinem, ſed exercitum, & coactos ſub ſigna milites ſignificat, ut apertè tradit Feſtus, qui claſſem clypeatam, & claſſem procinctam, exercitum inſtructum exponit. Idem clarè oſtendit Fabii Pictoris locus apud Gellium, ubi ait, claſſem procinctam viſam à Romanis extra pomœrium. Servius etiam illud Virgilii Æneid. 2. *Claſſibus hic locus*, exponit de exercitu terreſtri, & quidem de equitatu, & ad eandem formam illud l. 7.

quos frigida miſit
Nurſia, & Hortinæ claſſes, populique Latini.

Ubi procul dubio terreſtres ſunt copiæ, quæ dicuntur claſſes Hortinæ: cum Horta, hodie *Orte*, mediterranea ſit Civitas ad confluentes Naris & Tiberis, inter ipſos fines Etruriæ & Sabinæ. Eam claſſis acceptionem à Livio prorſus ignoratam fuiſſe apertè oſtenditur l. 4. ubi demiratur relatam fuiſſe in Annales pugnam ad Fidenas claſſibus pugnatam; quoniam ea Civitas procul à mari diſtaret, nec fluvio navigabili allueretur. Verba Hiſtorici ſunt. *Claſſibus quoque ad Fidenas pugnatum cum Vejentibus, quidam in Annales retulere; rem æquè difficilem atque incredibilem, ne nunc loco ſatis ad hoc amne, & tum aliquanto, ut à Veteribus accipimus, arctiore.* Hunc Livii lapſum adnotavit eruditiſſimus Tanaquil Fabro Ep. Critic. 47. Cæterum claſſis non ſolum pro navium multitudine, ſed pro una etiam navi quandoque ponitur. Demonſtrat hoc locus Virgilii 6,

claſſique immittit habenas.

Neque verò quidquam eſt cauſæ, ut habenas ibi eſſe putes ſunes nauticos, aut vela quædam, ut paſſim eum locum Interpretes explicant: cum minime ſit dubium pro habenis intelligi a Virgilio navis gubernaculum, quod abſciſſum caſu Palinuri, & in mare dejectum, reſtitutum deinde fuerat. Aptè verò Virgilius habenas vocavit navis guber-

gubernaculum : præſtat enim gubernaculum ad navim regendam idem ferme, quod habenæ ad moderandum equum. Sed quoniam exiſtimare quis poſſet figurate hic locutum eſſe Virgilium, & temonem navi, ut ita dicam, Prætoriæ affixum, claſſis, ideſt omnium Æneæ navium habenas nuncupaſſe : ex alio Virgilii loco fit apertiſſimum, claſſem pro una tantum navi dici poſſe: habes lib. 6. locum.

Lyciæ ductorem claſſis Orontem :

Explicavit ſeipſum Virgilius lib. 1. quid pro claſſe Orontis intelligeret:

Unam quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem.

Virgilii ſententiam in adducto hemiſtychio, *Claſſique immittit habenas*, primus, niſi fallor, detexit Gulielmus Modicius in opuſculo Virgil. Vind. Licet autem Bonciarius Opuſc. e. 1. tueri contendat expoſitionem Servii & aliorum de funibus nauticis veliſque, nihilominus, ſi rectè ponamus calculum, nihil inde ſatis commodæ ſignificationis eruitur. Quod enim ex Ovidio & aliis colligit *Immittere habenas* eſſe *relaxare*, ultrò ampleсtimur, ubi ſermo eſt de habenis in ſignificatione propria pro equorum retinaculis; minimè vero, ubi habenæ figuratè ponuntur pro gubernaculo. Oſtendendum erat Bonciario, Verbum *immittere* ſemper & ubique accipi pro relaxare, quod eſt à veritate alienum. Dicimus autem cuneum, clavum, digitum, manum quopiam immittere, pro indere, inſerere, vel injicere, & juxtà hanc acceptionem Virgilius dicit habenas immiſſas, ideſt gubernaculum inditum in anſulas, vel annulos ferreos in extrema puppis parte. Iterum ex Virg. verſibus

Cum pater amiſſo fluitantem errare magiſtro
Senſit, & ipſe ratem nocturnis rexit in undis,

conjici poſſe putat, ſubſtitutum fuiſſe aliud gubernaculum, priuſquam Æneas ſedere cæpiſſet ad clavum. Atqui conjectare potius licet, in re ſubita, caſuque inopinato, accurriſſe Æneam ad clavi ſedem, & longurio aliquo, conto, vel remo, qui ſe ad manus dederit, ſuppleſſe quoquomodo clavi vices, donec conquiſitum aliud gubernaculum apportaretur à Sociis navalibus. Poſtremò vanas Bonciario ſuppetias adducit Carus in verſione Italica:

Così piangendo diſſe, e naviganda
Di Cuma in ver l'Euboica riviera
Si ſpinſe a tutto corſo :

Ubi palam eſt Carum, nequè funes, aut vela, nedum gubernaculum tetigiſſe, locumque ancipitem tranſiliiſſe potius, quam enucleaſſe.

2. Qui verò primus inſtituerit parare claſſem, eaque depugnare, incertum eſt. Dum enim, quod in pleriſque magnarum rerum initiis uſu venire ſolet, eam laudem alii aliis adſcribunt authores, ut nimirum popularibus ſuis plauſibili commento blandiantur, rem cæteroqui antiquiſſimam vehementer obſcurarunt. Inter Græcos Minoen Cretæ Regem primum omnium claſſem inſtituiſſe proditum eſt, ut piratas, Ægei maris inſulas latè vaſtantes, coerceret. Plin. lib. 7. cap. 56. *Minos princeps claſſe depugnavit*. Quare & latiſſimum maris imperium obtinuiſſe idem Rex commemoratur, quod non ſolùm tradidit Strabo lib. 10. per ea verba : *Prius Cretenſes maris tenuerunt imperium, adeout proverbium in eos uſurpatum ſit, qui diſſimulabant eorum, quæ ſciebant, notitiam : Cretenſis mare ignorat* ; verùm etiam Diodorus lib. 5. *Dicitur magnam habuiſſe claſſem, qua ſubactis inſularum plurimis, Græcorum primus maris imperium ſibi vindicavit* : Et Ariſtoteles lib. 2. Politic. cap. 8. *Maris imperium Minos habuit, & inſularum quaſdam ſubegit, alias colonis frequentavit*. At verò alii ad Phœnices paratam antiquitus claſſem referunt. Mela lib. 1. cap. 12. *Mare navibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus, Regnum præliumque Phœnices commenti*. Certe Agenorem, qui primus omnium apud Tyrios imperavit, & Gedeoni perhibetur æqualis, Cadmum & Phœnicem filios non exiguis claſſibus inſtruxiſſe, eorumque alterum in Bœotia, alterum in Bithynia depugnaſſe, Euſebius aliique Scriptores teſtatum reliquere. Splendidiſſimam inventionem adhuc remotiùs alii accerſunt ab Aſſyriis. Sic enim Diodorus Siculus lib. 2. Antiqq. cap. 1. ſcribit de Semiramide, quæ Abrahami fuit æqualis : *Semiramis ubi ad Indum flumen pervenit, inventa Regis claſſe ad certamen parata, & ipſa ſuas naves electis militibus inſtruxit. Ibi durum certamen commiſſum, ac diu magnis utrinque viribus pugnatum eſt. Tandem ſuperata Indorum claſſe, qua in pugna ad mille naves ſubmerſæ ſunt, multique mortales capti, pontem, quo facilior eſſet tranſitus, ſupra flumen conſtruxit*. De aliis Græciæ Nationibus, quæ comparatis claſſibus & parto maris imperio antiquiſſimè claruerunt, videndus omninò eſt Joannes Schefferus de Milit. Naval. lib. 2. cap. 1., ubi Scriptorum veterum collectis affatim teſtimoniis hoc argumentum eruditiſſimè diſputat. Interim adverto eum Tirino ad cap. 28. Deuteron. ubi verba illa leguntur, *Reducet te claſſibus in Ægyptum*, à Moyſis tempore claſſes Hæbræis fuiſſe notas : mortuus autem Moyſes fertur ducentos annos & eo amplius ante expeditionem Argonautarum in Colchum. Vide *Navigatio* 3. & *Navis* 1.

3. Et memoratis quidem populis, ut confeſtim pro ſuis quiſque viribus & induſtria rem maritimam exercerent, ingens fuit opportunitas & incitamentum maris proximitas. Nam ad Romanos admodum ſerò ea cura pervenit, utpote magnopere diſtentos implicatoſque multiplici bello terreſtri, dum pollentes armis finitimos ſuperare ſatagunt, terráque quam latiſſimum poſſunt imperium nomenque ſibi conciliare. Polybius primo bello Punico ornatam à Romanis claſſem fuiſſe literis conſignavit. Licet autem Livius lib. 9. ante ea tempora eductæ à Romanis claſſis mentionem injecerit, Florus tamen lib. 2. c. 2. Polybio potius adſtipulatur : ſic enim ſcribit de Pop. Rom. *Appio Claudio Conſule, primum fretum ingreſſus eſt fabuloſis infame monſtris, æſtuque violentum. Sed adeo non eſt exterritus, ut illam ipſam ruentis æſtus violentiam pro munere amplecteretur. Statimque ac ſine mora Hieronem Syracuſanum Regem tanta celeritate vicit, ut ille ipſe ſe prius victum, quàm hoſtem videret, fateretur. Duillio Cornelioque Conſulibus etiam mari congredi auſus eſt. Tum quidem ipſa velocitas claſſis comparatæ auſpicium fuit. Intra enim ſexageſimum diem, quàm cæſa ſilva fuerat, centum ſexaginta navium claſſis in anchoris ſtetit*.

4. Jam verò quo navium numero conſtet juſta atque legitima Claſſis, eruditi quæritant. Sunt qui naves illi quinquaginta aſſignent, quod eo numero eductæ claſſes non paucæ commemorentur à Livio. Verum apud eundem Scriptorem triginta etiam atque adeo viginti navium claſſes leguntur. Vanum prorſus exiſtimaverim, ut de terreſtri

exercitu, ſic etiam de maritimo navium apparatu quidquam certi ſtatuere; cum univerſa navium comparatio & numerus non ad præfinitam aliquam legem, ſed potius ad aliarum rerum opportunitatem, ac potiſſimum ad vires hoſticas ſit exigenda. Quare prudenter, ut ſolet, Leo Imperator Tact. cap. 19. *Triremium ſingularum, militumque, qui in eis vehantur, numerum definire facile non eſt. Temporum enim ipſorum opportunitas ad copias hoſtium expugnandas, tum triremium numerum, tum militum etiam, omneſque res prætera ad bellum neceſſarias, indicabit*. Videtur tamen claſſis nomine donari non poſſe numerus navium, qui decem fere non comprehendat. Nam ſex naves longas appellari claſſem non poſſe disertè pronunciavit Florus lib. 1. cap. 11. *Extant & parta de Antio ſpolia, quæ Mænius in ſuggeſtu fori, capta hoſtium claſſe ſuffixit: ſi tamen illa claſſis, nam ſex fuere roſtratæ*. Non alio certe ea res examine perpendenda eſt, quàm dimenſione & norma exercitus terreſtris adhibiti. Ut enim non quilibet centuriarum aut ordinum numerus terreſtrem conflat exercitum, ſic etiam non quivis navium numerus legitimam conficit claſſem: niſi ſorte ſex aut octo navium apparatum non claſſem, ſed claſſiculam velimus dicere, quod Italicè exprimimus uſitata voce *Flottiglia*.

5. Illud etiam inter optima Romanorum inſtituta adnumerandum, ut comparatas ſemper expeditaſque haberent claſſes ad promptè occurrendum ingruentibus belli neceſſitatibus, inſerendumque in præſidia militem. Duas præcipuè habuerunt, quarum altera apud Miſenum degebat, altera Ravennatum littori præerat, ad cuſtodiam & tutamentum utriuſque maris. Vegetius lib. 4. c. 31. *Apud Miſenum ergo & Ravennam ſingulæ legiones cum claſſibus ſtabant, ne longiùs a tutela urbis abſcederent; & cum ratio poſtulaſſet, ſine mora, ſine circuitu ad omnes mundi partes navigio pervenirent*. De iiſdem claſſibus Sveton. in Octav. cap. 49. *Ex militaribus copiis legiones & auxilia provinciatim diſtribuit. Claſſem Miſeni, & alteram Ravennæ ad tutelam ſuperi & inferi maris collocavit*. De iiſdem Tacit. 4. Annal. *Italiam utroque mari duæ claſſes apud Miſenum, atque Ravennam, proximumque Galliæ litus roſtratæ naves præſidebant*. Vetus etiam inſcriptio apud Stewechium ad memoratum Vegetii locum: *IIS. QVI. MILITAVERVNT. IN. CLASSE. MISENENSI. QVÆ. EST. SVB. JVLIO. FRONTONE. &c.* Quare manifeſtæ hallucinationis redarguuntur, qui non *Miſenum* apud Vegetium, ſed Meſſenum, vel Meſſenam legunt; cum non alibi ea claſſis locata fuerit, quàm apud Miſenum, promontorium Puteolanum, cui nomen inditum à ſepulchro Miſeni, Æneæ tubicinis, de quo præter Virgilium meminerunt Solinus, Mela, aliique, & Propertius lib. 3. Eleg. 18.

Qua jacet & Trojæ tubicen Miſenus arenu.

Tertiam addidiſſe Græcorum claſſem Tiberius legitur apud Sveton. in ejus vita cap. 46. *Cum tribus claſſibus factis pro dignitate cujuſque, primæ ſexcenta ſeſtertia, ſecundæ quadringenta diſtribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum, ſed Græcorum appellabat*. Non parum verò torquet interpretes vera notio claſſis Græcorum à Tiberio conditæ apud Sveton. Turnebus Adverſ. lib. 14. c. 17., ut evitet ſcopulum, confugit ad conſuetam anchoram vitiatæ lectionis; ibique pro *Græcorum* legit *Gratorum*, quo nomine intelligit amiculos intimæ admiſſionis ad Tiberii genium factos, aſſentatores ut plurimum, & congerrones facetos atque dicaculos, quibuſcum jucundè ſoleret otium fallere, & bonas horas malè perdere. Verùm id durum mihi frigidumque, & contrarium optimorum codicum fidei. Marcellus Donatus Dilucid. in Sveton. ad præfatum locum conjicit claſſem Græcorum eam vocatam eſſe ab Hiſtorico, ubi Græci illi eſſent comites, quos Tiberius ſecum habuit in ſeceſſu Rhodienſi, de quo idem Hiſtoricus cap. 13. & 14. Ego verò nihil video cauſæ cur planiùs & ſimpliciùs ſermo eſſe non poſſit de iis Græculis, quos liquet fuiſſe in comitatu & clientela virorum principum. Cic. pro Mil. *Obviam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ut ſolebat*. Idem in Piſon. *Atque hoc quidem etiam iſti tui dicunt voluptarii Græci: quos utinam ita audires, ut erunt audiendi*. Adminiculatur huic explanationi idem Hiſtoricus cap. 56., ubi Græculis grammatiſtis & philoſophis inſueviſſe narrat Tiberium, eoſdemque argutulis quibuſdam propoſitis quæſtiunculis agitare ac torquere conſueviſſe. Sic enim ibi ſcribit: *Nihilo lenior in convictores Græculos, quibus vel maximè acquieſcebat*. Et c. 70. *Nam & grammaticos, quod genus hominum præcipue, ut diximus, appetebat, ejuſmodi fere quæſtionibus experiebatur: Quæ mater Hecubæ: quod Achilli nomen inter virgines fuiſſet: quid Sirenes cantare ſint ſolitæ*.

6. Adverte Svetonii lapſum in allato ſuperius loco, ubi ſcribit Auguſtum claſſem Ravennæ primum locaſſe. Occupaverat id ante Pompejus Magnus, & quidem auſpiciis Populi Romani. Cic. pro leg. Manil. de Pompejo loquens. *Italiæ duo Maria maximis claſſibus, firmiſſimiſque præſidiis adornavit*. Idem teſtantur Vegetius & Tacitus, quorum teſtimonia affert Cluverius. Ital. Antiq. lib. 1. A Claſſe Ravennæ collocata ejuſdem Civitatis pars ad mare vergens dicta eſt Claſſis. Tergeminam quippe Urbem Ravennam fuiſſe, cujus partes Civitas vetus, Via Cæſaris, ſeu Cæſarea, & Portus novus, ſive Claſſis dicerentur, teſtantur Sidonius Apollinaris l. 1. Ep. 8. Jornandes de Reb. Goth. & alii, quarum verba ibidem adducit idem Cluverius. Eam Ravennatis Urbis partem mirifice ornabat ſummæ celebritatis cœnobium venerabilis clariſſimique Ordinis PP. Camaldulenſium, magnificè excitatum ſub eodem Claſſis nomine, cum Templo ſplendidiſſimo in honorem D. Apollinaris dicato. Sed poſtquam anno 1515. Pontificiorum & Hiſpanorum exercitus, memorabili edita ad Ravennam pugna, inſigni clade affectus eſt à Gallis, Duce Gaſtone Foixæo, Monaſterium in interiore Urbis parte, non impari magnificentia, cum erecto in honorem D. Bartholomæi Templo, extructum eſt. Idem ampliſſimis immunitatibus, & honorum titulis poſtea condecoratum; ſed adhuc clarius Religioſorum Patrum virtutibus ad hanc diem viget, floretque; ut merito inter primaria Ordinis domicilia recenſeatur. Hæc de Claſſenſi Cœnobio obiter attigi, morem gerens flagranti in ſuum Ordinem ſtudio, & ſingulari in me voluntati P. Auguſtini Romani de Floribus, viri ab eximia probitate, doctrina, & omni vera laude ſpectatiſſimi. Vide *Profectio Claſſis*.

CLASSICULA, æ. Parva Claſſis. Cic. ad Attic. lib. 16.

Digitized by Google

16. *Caſſint cum Claſſicula ſua venerat*.

CLASSIARII. Qui in claſſe ſtipendia merent. Cæſar lib. 3. Bell. Civil. *Itemque per equites diſpoſitos aqua probibere Claſſiarios inſtituit*. Sed & illi etiam, qui remos agendo, aliiſque operibus nauticis inſerviebant, Claſſiarii dicti videntur. Iidem milites Claſſici appellati inveniuntur apud Lamprid. in Commodo. Sic etiam Hyginus de Caſtrametatione: *Mauri equites, Pannonii veredarii, Claſſici omnes ideò prætendunt, quod ad vias muniendas primi exeant*. Hoc quoque Claſſicorum nomine remiges vocitatos fuiſſe inſinuat Curtius lib. 4. *Tandem remis pertinaciùs everberatum mare, veluti eripientibus navigia Claſſicis, ceſſit*.

7. In Columna Trajanì obſervatum à nonnullis fuit geſtari à Claſſiariis ſigna, quæ cæteroqui ſunt propria Legionariorum. Refellitur id multis atque graviſſimis argumentis à Fabretto cap. 3. Enimverò non vetuſtis duntaxat inſcriptionibus, quæ ibidem referuntur, verùm etiam Scriptorum veterum teſtimoniis liquet, Claſſiarios ſordidum & extraneum extitiſſe militiæ genus, peregrinæ plerumque conditionis & infimæ ſortis. Quod ſi interdum ex urbanis ipſis conſcribebantur, poſtremi erant loci homines; utpote quibus ad dandum militiæ nomen tenuitas cenſus obſtabat. Eoſdem tanquam viliſſimos ſervos & calceis exutos legimus apud Svetonium in Veſpaſiano, ubi de eodem Cæſare & Claſſiariis hæc habet: *Claſſiarios verò, qui ab Oſtia & Puteolis Romam pedibus per vices commeant, petentes conſtitui ſibi aliquid Calcearii nomine, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, juſſit poſthac excalceatos curſitare; & ex eo ita curſitant*. Ex quo conſtat in Romanas Legiones, quæ ex civibus tantum conſtabant, qui legitimum cenſum poſſiderent, adſciſci non potuiſſe Claſſiarios. Legitur quidem deterioris hoc militiæ genus altiores quandoque ſpiritus induiſſe; imò etiam ad aquilas & ſigna quandoque aſpiraſſe. Verum ea temeritas irriſa ſæpe, aliquando decimatione etiam punita legitur à Cæſaribus. Sveton. in Galba cap. 12. *Cum Claſſiarios, quos Nero ex remigibus juſtos milites fecerat, redire ad priſtinum ſtatum cogeret, recuſantes atque inſuper aquilam & ſigna pertinaciùs flagitantes, non modò immiſſo equite disjecit, ſed decimavit etiam*. Quod autem in memorato Svetonii loco legitur de Claſſiariis à Nerone in militiam adſcriptis, id à Nerone & aliis etiam per indulgentiam quandam fuit indultum. Certè ſæpius apud Livium æquati militibus leguntur Claſſiarii & præcipuè lib. 45., ubi agitur de diviſione prædæ: *Duplex Centurioni, triplex equiti, ſociis nominis Latini, quantum civibus & ſociis navalibus* (ii ſcilicet Claſſiarii ſunt) *quantum militibus*. Claſſicos verò non unum fuiſſe militiæ genus ſatis conſtat. Pro Claſſiariis habitos ſuperius oſtendi. Pertinuiſſe aliquando ad terreſtrem Militiam indicat Livius 26. *Stare hinc legionarios Milites, hinc Claſſicos per Deos omnes paratos jurare magis, quæ velint, quam quæ ſciant*. Diſtinguit hìc Hiſtoricus Legionarios à claſſicis; quos conſtat poſteà ſuo nomine legionem nutaſſe. Tacitus Hiſtor. lib. 1. *Legioni claſſicæ diffidebat, infeſtæ ob cædem commilitonum*. Et iterum ibidem: *Legio claſſica, nihil cunctata, Prætorionis adjungitur*. Habes hinc maritimam claſſicos militiam interdum ſequutos; quandoque in terreſtrem aſcitos. Eoſdem militiam amnicam & fluvialem fuiſſe tradit Salmaſius in Vopiſci Aurelianum. Cum enim duplex genus claſſis eſſet apud Romanos, maris alterum, alterum fluminum, claſſem maritimam Liburnæ, fluvialem luſoriæ & lembi conficiebant. Claſſicos verò ipſiſſimos fuiſſe Lembarios docet Author præfatus; ſed quoniam nullis Scriptorum veterum documentis ſatis validis id affirmat, nutat hic apud me viri docti fides. Vide *Epibatæ*.

CLASSICÆ CORONÆ. Extat earum mentio in aliquot vetuſtorum lapidum inſcriptionibus apud Gruterum, & in Columna cochlide Trajano dicata. Fuere autem præmia militum, ſeu potius Claſſiariorum à Trajano Cæſare diſtributa poſt abſolutum bellum Dacicum. Utrum autem è lauro potius quàm oleâ intextæ fuerint coronæ illæ, in incerto relinquitur. Conſtat enim utramque frondem navali prœlio certantibus fuiſſe præmium apud Antiquos. Virgil. lib. 5. in ludis Navalibus hæc primum habet de lauro.

Tum ſatus Anchiſa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridique advelat tempora lauro.

De olea verò eodem libro ita ſcribit:

Quem modo navali Mneſtheus certamine victor
Conſequitur, viridi Mneſtheus evinctus olivâ.

CLASSICUS, a, um. Quod claſſis eſt, vel ad claſſem pertinet, quomodo bellum claſſicum pro navali poſuit Propertius lib. 2.

Et canerem Siculæ claſſico bella fugæ.

CLASSICI MILITES. Vide *Claſſiarii*.

CLASSICÈ. Chronicon Regum Gothorum apud Cangium: *Ad Africam claſſicè tranſire diſpoſuit*. Ideſt, cum claſſe, vel exercitu navali.

CLATHRUM, i, & CLATHRUS, i. Repagulum ex tignis vel virgis ferreis, quarum tranſverſæ rectas excipiunt colligantque, ad aliquid ſepiendum vel muniendum. Hujus generis feneſtræ ſunt, quas appellamus *Ferrate*. Horat. in Art.

Objectos caveæ valuit ſi frangere clathros.

Dicimus etiam *Clathrare*: ex quo feneſtra clathrata apud Plautum. In re noſtra uſitatum eſt portarum munimentum & repagulum in arcibus & Caſtellis ante ipſas januas. A' Latinorum raſtris vocantur Italicè *Raſtrelli*.

CLAVA, æ. Fuſtis genus; à clavo, in cujus ſimilitudinem eſt capitatum. *Clavam Herculi extorquere*: de iis dicimus, qui ſe potentiores aggrediuntur. Et quidem Heroum tempore creberrimus fuit clavarum uſus. Liquet id maxime ex memorabili pugna inter Heroes rivales Arcitam & Palemonem, quam deſcribit Bocc. lib. 8. Teſeid. in qua ſæpius ſit clavarum mentio.

Admeto ſopra Pholoen ardito
Seguì del buon Sicheo l'ardita ſchiera:
Con un baſton d'acciajo chiaro e forbito
Si fè conoſcer qual ne l'arme egli ero.

Et infra:

Quivi di ſpade e di baſton ferrati
Era sì grande la battaglia, e tale,
Che molti ve ne furon magagnati,
Nè ſtata era nel campo ancor cotale.

Et mox:

Li venne il buon Leontio Crimeone,
Et lo Epidaurio Dorieon ancora;
Et ciaſchedun di ferro un buon baſtone
Portava, e ben ciaſcun per ſe lavora.

A' Clava deducit Ferrarius originem vocis Italicæ *Giavarina* & *Giavelotto*; ut Javelina ſit

quaſi

quaſi Clavelina. Sed obſtat huic origini uſus & ratio ejus jaculi, quod nimirum oon tractabatur manu, ſed procul extorquebatur, ut refert Nicozius in Theſauro Linguæ Gallicæ: *Un Javelot à darder, inventè par le Romains, que les gens a cheval portoient, e les lancojent avant que de metre la main à l'epeè*, Idem indicatur verbis illis Joannis Villani lib. 8. cap. 78. *Con baleſtri, dardi, e Giavelotti a ſuſone*. A' prædicto jaculo, vel haſta *Javelot* minimùm diſtare exiſtimaverim jaculi genus illud, quod Itali vocant *Giannetta*. Pulc. Morg.

L'altro gli mena con una Giannetta;
Aſtolfo vide la punta venire,
E' con un colpo tagliò l'aſta netta.

2. Quemadmodum autem clava à elavo dicitur, quooiam ad hujus figuram capitata & obtuſior eſt in ſummitate; ita vox Italica *Mazza*, quæ eidem reſpondet, nequaquam fit à *Maſſa*, ut ſcribit Menagius, ſed à malleo, qooniam extrema ejuſdem pars in malleum ſere deſinit. Dantes Ioſern. Cant. 25.

Onde ceſſar le ſue opere biece
Sotto la mazza d'Ercole, che forſe
Glie ne diè cento, e non ſentì le diece.

Aptè proinde Academici Florentini vocem Italicam *Mazzapicchio* exponuot *Martello di legno*, Latinis *Malleolus ligneus*. Optaſſem autem ut eam mallei ſimilitudinem io extrema parte clavæ expreſſiſſent etiam in voce *Mazza*, ubi dicunt. *Mazza quel baſton noderuto e groſſo e ferrato, che ſi porta in battaglia*: Licet probè videam eam Clavæ proprietatem eos adumbraviſſe voce illa *Noderuto*, præſertim ſi oodus io ſummitate ſit, ut aliquam referat ſimilitudinem mallei. Inauditum tamen noo dimittam Antonium de Caſto, *Sogno di Fiorind.*, ubi cenſet vocem *Mazza* fieri à Græcorum Μάστιξ, quæ Latinis eſt ſerula: ex quo Maſtigophoros appellamus apparitores, ferula vel virga populum ſubmoventes in ſpectaculis. Verum ferula ſeù virga turbam arcentium longè diſtat à clava, & Italorum *Mazza*, quæ procul dubio brevior eſt craſſiorque baculus. Ad hunc modum à malleo etiam dicitur nodoſus ille fuſtis, quem flagellis coriaceis obligatum cum adnexis plumbeis vel ferreis pilis alibi obſervavimus: Italis *Mazzafruſto*. Sed & io nodum ad mallei ſimilitudinem deſinunt clavæ illæ argeoteæ, quæ Purpuratis Romanæ Curiæ Priocipibus, & Academiarum Rectoribus ſolent præferri. Cæterum de Clava io prœliis adhibita Cic. 5. in Verr. *Qui primo cum obſiſtere ac defendere conarentur, malè mulctati clavis ac fuſtibus repelluntur*. Et de Senect. *Sibi igitur habeant alii arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clavas, ſibi pilas*. Silius etiam lib. 8.

Aptabat dextris irraſæ robora clavæ.

Lucretius lib. 5. docet Clavam inter arma venatoria Antiquis fuiſſe:

Conſectabantur ſilveſtria ſecla ferarum
Miſſilibus ſaxis & magno pondere clavæ.

Ut graviores ictus afferrent clavæ, additum illis poodus auro indito legitur apud Joanoem Magnum de reb. Goth. l. 2. c. 6. *Clavam, quam more Giganteo geſtabat, auro infuſo ponderoſiorem effecit, eaque imminentem audacius capiti ſuo Sigthunium non ſolum repreſſit, verum multis ictibus contuſum occidit, non inutile documentum futuris Sueonum Regibus eo facto relinquens, quod plus aurum quam ferrum formidabile credant*. Vide *Fuſtis*.

Clava, æ. Invenio apud Plutarchum in vita Craſſi, inobſervatum facile aliis, inſtrumentum ſonorum, quo utebantur Parthi pro tuba vel cornu. Conſtabat percuſſis quibuſdam clavis, quas ab eodem accipe ſic deſcriptas. *Neque enim cornibus aut tuba claſſicum canunt, ſed clavas ex corio concavas æramentis intentas reſonantibus pulſant. Hæ fuſcum clangorem & dirum edunt, velut ululatu belluino, & tonitrui aſperitate miſtum*.

Clavatores. Plaut. Merc. *Egomet mihi comes, Clavator, eques, agoſo, armiger*. Idem Rud. *Ædepol eccum Clavator advenit*. Feſtus & alii exponunt ſervos militares manu elavas vel fuſtes geſtantes. Sed quoniam alius eſt Plauti verſus, ubi ſic legitur,

Cervum curſu vinceres, & clavatorem gradu,

hujus vocis ſignificatiooem aliò trahit Salmaſius ad Spartian. In Caracall. Et primùm quidem depravatam cenſet lectionem, ubi apud vulgatos Codices legitur *Grallatorem*, pro *Clavatorem*, ut contendit legi oportere ex vetuſtiſſimis Plauti exemplaribus. Addit poſtmodum Clavatorem apud Latinos fuiſſe Grallatorem, & clavas, grallas, ideſt fuſtes, quibus innituntur Grallatores. Verùm quidquid ſit de eo Plauti verſiculo, alia certè ex eodem Plauto ſuperiùs addncta teſtimonia ſatis videntur confirmare, quod Feſtus & alii ſcripſerunt, Clavatores ſervos eſſe militares. Id porrò minimè in dubium revocavit Laurentius Pignorius io accuratiſſimis Commentariis de Servis.

Clavioſr, a, um. Eſt fere Herculis epitheton. Ovid. Metam. 15.

illic lavere Bimembres
Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clavarium, ii. Tacit. lib. 3. Hiſt. *Seditioſæ militum voces terrebant, Clavarium (donativi nomen eſt) flagitantium*. Liquet ex his Clavarium genus fuiſſe donativi militaris. Turoebus Adverſ. lib. 4. cap. 7. putat reſpicere id donativum ad clavos militarium caligarum: clavis enim ſuffixæ erant militum caligæ, ut ſcribit Juvenal. Satyr. 16.

offendere tot caligatos
Millia clavorum.

Inſigebantur autem clavi in ea præſertim calcei parte, qua pedis planta contegitur, ut firmiùs ſolo pedes hærerent in pugna. Vopiſcus in Epiſtola Aureliani *Militis arma terſa ſint, ferramenta ſamiata, calceamenta fortia*. Et apertiùs Joſephus lib. 7. de calceis clavatis Juliaoi fortiſſimi militis, cujus locum retulimus io titulo *Caliga*. Addimus hìc ex Egeſippo de Excid. Hieroſolym. l. 5. narrationem ſimilem de eodem Juliano: *Hic Julianus, qui tergo imminebat hoſtium, dum alios perimit, & clauſtro coercet, ipſa alacritate incautior, confixum clavis calciamentum gerens, uſu militarium virorum, non conſideravit polito lapide ſolum ſtratum, quod cavendum foret, ſed quaſi in campo præliaretur, ſecurus labitur, & ingentem ſtrage ſua ſonitum dedit*. Vide *Calciarium*.

Clavſs. Apud Vitruvium & alios Architectos audiunt ligneæ aut ferreæ fibulæ, quibus capita trabium in opus adhibitarum firmantur ad colligationem & ſtabilitatem operis.

Clavesionati milites. Dicuntur milites Pontificii, qui claves Eccleſiæ depictas gerunt in veſtibus aut vexillis. Odoric. Raynal. an. 1228. apud Macros fratres. Memorantur in Actis Gregorii IX. & à Richardo à S. Germano. Sic autem eorum

men-

mentio fit tempore ejuſdem Pontificis Gregorii, ut apparest longe antiquius fuiſſe inſtitutum earum clavium in vexillis & veſtibus à Pootificiis militibus gereodarum,

Clepsydra, æ. Menſura eſt ex aqua, horas divideus, Dicitur Græco themate ab aqua ſubduceoda, quaſi illam ſuretur. Recenſebatur olim inter ioſtrumenta caſtrenſia. Ea ſiquidem Primipilus utebatur ad præfioiendum ac dividendum tempus vigiliis, Veget. lib. 5. cap. 8. *In quatnor partes ad Clepſydram ſunt diviſę vigiliæ*. Uſi ſunt Romani milites Clepſydra etiam Julii Cæſaris tempore, Slc enim Julius lib. 5. Bell, Gall. *Certis ex aqua menſuris breviores eſſe noctes, quàm in continenti videbamus*. Loquitur autem de Britannla Inſula, Plinius lib. 7. cap. 60. Clepſydram monſtraſſe Romanis Scipionem Naſicam perhibet. De Clepſydra in agendis cauſis Forenſibus, vide Hoſmannum; conſule etiam Steuvechium ad præſatum Vegetil locum, Aquarii bujuſce Horologii formam deſcribit Georgius de Sepibus, ubi de Muſæo Kirkeriano Collegii Romani. Sed operoſiùs de hac & aliis machiois bydraulicis agit Daniel Barbarus ad Vitruvii lib. 9. cap. 9., qui Clepſydræ inventum ad Cteſibium refert,

Clibanarii. Certum militlæ genus, cui à clibano, ideſt furno nomen. Mirandæ hujus originatioois cauſam explicat clarè Nazarius in Paneg. ad Conſtant. *Operimenta ferri equi atque bomines obſepti: Clibanariis in exercitu nomen eſt. Dicti clibanarii quoniam more teſtudinis, arcuatis armis, quæ clibani forma eſt, utebantur.* Quod autem dicit Nazarius de armis arcuatis, ideò magis de thorscis figura intellexerim, quod nimirum eorum loricæ ſolidâ laminâ conflarentur, eâque in medio protuberante atque adeo arcuatâ ad modum clibani vel ſurni. De iiſdem Ammian. lib. 16. *Sparſique Cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant Perſæ, thoracum muniti tegminibus & limbis ferreis cincti*, Conteodunt viri docti vocem *Clibanarios* oec Græcæ, nec Latioæ originis eſſe, ſed Perſicæ. Eos verò validè falli prudenter conjicit Salmaſius ad Lamprid. io Alex, Cum enim Clibanus Latiois Græciſque ſit ſornax, ubi hordeum coquitur, hioc loricas Perſarum, quæ non ſquamis contextæ, nec lamellis ferreis ad ſquamarum figuram compoſitæ eſſent, ſed ſoliferreæ & ex perpetuâ lamioâ æoeâ, ipſi quidem Perſæ alio vocabulo nobis ignoto nominavere; Grçci verò Latinique dixerunt Clibaoos, quooiam arcuati thoraces ſoliferrei ejuſmodi fornacularum imaginem referrent. Sunt autem Clibanarii Perſarum Cataphracti, omnibus nimirum membris armati, ſed laminis ferreis continuatis, non opere ſquameo, more aliarum gentium, atque adeo ipſorum Perſarum, qui utroque modo armabantur. Perpetuis verò è ferro laminis non equites duntaxat fuiſſe cootectos, verùm equos ipſos ſuperinductos, author eſt idem Nazarius io Paoeg. ad Conſtantin. Imp. *Quæ enim illa fuiſſe dicitur ſpecies, quàm atrox viſu, quàm formidoloſa, operimento ferri equi, atque bomines pariter obſepti? Clibanariis in exercitu nomen eſt. Supernè omnibus tectis equorum pectoribus demiſſa lorica, & crurum tenus pendens ſine impedimento greſsûs à noxa vulneris vindicabat*, Sequitur autem Conſtantini expooens excelſam indolem minimùm cooterriti equitibus illis equiſque Cataphractis: *Te tamen, Imperator, non terruit, nec quòd tanto numero duplicabat armatura terrorem, nec quòd vim armis numerus addebat, Illa armorum oſtentatio, & operti ferro exercitûs, qui imbelles oculos vulneraſſent, invictas mentes excitaverunt, quòd imbutus Imperatoris exemplo totis animis ejus miles ardeſcit, cum invenit boſtem, quem vinci deceret*. Subdit poſtea quem pugnandi morem ſervent Clibanarii: *His diſciplina pugnandi eſt, ut cum aciem arctaverint, ſervent impreſſionis tenorem, & immunes vulnerum, quidquid oppoſitum ſine hæſitatione perrumpant*. Poſtremò oſtendit quo artificio uſus Conſtantinus Clibanarios perdomuerit. *Sed tu, Imperator prudentiſſime, qui omnes bellandi vias noſſes, opem ex ingenio reperiſti, quod tutiſſimum eſt eludere, quod eſt difficillimum ſuſtinere. Deducta acie boſtes effundis, dein quos ludificandot receperas reductis agminibus includis. Nihil proderat contra tendere cum ex induſtria tua cederent. Flexum ad inſequendum ferrens rigor non dabat, Ita noſtri proditos ſibi clavis adoriuntur, quæ gravibus ferratiſque nodis boſtem vulneri non patentem cædendo defatigabant, ac maxime capitibus afflictæ, quos ictu perturbaverant, ruere cogebant. Tunc ire præcipites, labi reclines, ſemineces vacillare, aut moribundi ſedilibus attineri, permixta equorum clade implieiti jacere, qui reperto ſauciandi loco paſſim equitem effreni dolore fundebant. Ad unum interfecti, omnibus tuis integris borrorem armorum ad miraculum victoriæ tranſtulerunt, quod qui invulnerabiles babebantur, ſine tuorum vulneribus interjiſſent*. Nazarii locus iſte oihil ultra deſiderare oos ſinit ſupra Clibanariorum militia, & ratione modoque eos ſubigendi, claviſque mactaodi. Nullo ſatis firmo Veterum teſtimonio Alexander ab Alexandro lib. 6. Genial. Dier, cap. 22., & Lipſius lib. 3. de Milit. Roman. Clibanarios confundunt cum clupellariis. Equidem ex allatis Scriptorum locis ſatis cooſtat nihil diſcrepaſſe Clibanarios à Cataphractis. Quibus locis coogruit etiam Lampridius in Alexandro, ubi de Perſis loqueos, ita ſcribit: *Cataphractarios, quos illi Clibauarios vocant*.

2. Atqui eo tibi Ammiani teſtimooium, quo mire perturbantur quæ hactenus ſtatui de Clibanariis. Sic autem ille lib. 16. *Sparſique Cataphracti equites, (quos Clibanarios dictitant Perſæ) thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros, quos laminarum circuli tenues, apti corporis flexibus, ambiebant, per omnia membra deducti, ut quocumque artus neceſſitas commoviſſet, veſtitus congrueret, juncturâ cohærenter aptatâ*. Clibanarios militiam fuiſſe, quæ non laminis chalybeis continuis & arcuatis, ſed potius lamellis, opere ſutili, hamato, vel plumeo tegeretur, tam clarè hìc traditur, quam quod tradi poteſt clariſſimè, Quam verò rationem inibimus huic complanandæ verrucæ? Pertentandum planè aliquid, Quid ſi arma arcuata, quæ Nazarius aliique Clibanariis attribuunt, minime intelligamus thoraces, brachialia, ventralia, femoralia, quæ flexilibus fuerint è ferri circulis, ſed tantummodo ſcuta, quæ quoniam armis, ideſt humeris appenſa geſtabantur, prima antiquitus appellatione, dicebantur Arma; ut prolixè docui Titul. *Arma pro ſcutis*? Quid prohibet quin judicium, vel ſuſpicionem potius hanc meam inter conjectanea reponas? Id ſi veritati non diſſonum eſſe ſtatueris,

erit

Digitized by Google

erit omnino diſcedendum in ſententiam Lipſii & aliorum, qui eoſdem habent Clibanarios & Clupellarios. Nam Clupellarii à Clypeis facilè nominantur. Vide *Clupellarii*.

Cliens, entis. Apud Scriptores Latinobarbaros dicitur armiger. *Scudiero*. Villelmus Brito lib.6. Philipp.

Terdenoſque equites, & ſeptuaginta clientes.

Certum eſt fuiſſe Magnatum ſubditos, qui Dominos ſuos in armis ſequerentur. Nam in veteri Charta apud Cangium Cliens pro *Vaſſallo* legitur.

Climacis, idos; vel Climacion. Latinè reddas ſcalulam, vel gradulum. Pars eſt catapultæ & balliſtæ apud Vitruv. lib. 10. cap. 17. *Climacidos ſcapi longitudo, foraminum xiij*. De ea ad hunc modum Turnebus Adverſ. lib. 2. cap. 5. *Climacis ea eſt, quæ in catapulta vocatur ſyrinx, ideſt canalis: nam in balliſta nomen mutat propter amplitudinem & latitudinem, & Climacis, ideſt ſcalula vocatur*. Vide Vital. Lexic. Mathem.

Clitellæ, arum. Sellæ doſſuariæ, quæ jumentis imponuntur ad commodiùs geſtanda onera. Iis ſiquidem ſarcinæ colligantur, quæ ad uſum diſſolvuntur poſtmodum ad rei cibariæ & omnis generis utenſilium opportunitatem. Græcæ vox eſt originis, ut bene notat Voſſius. Nam ineptit Perottus, qui deducit à colendo, quaſi equorum ſint cultus & ornamentum. Liv. lib. 10. *Mulos, detractis Clitellis, cum cohortibus alaribus in tumulum conſpectum properè circumducere jubet*. Italis *Baſto*.

Clitellarius. Muli, jumenta, aſini clitellarii, qui onera clitellis colligata convehunt. Italis *Muli, Giumenti da baſto*. Plaut. Moſtel. *Nam muliones mulos clitellarios habent: ego homines habeo Clitellarios*.

Clunacula, æ. Culter, vel gladius; ſic appellatus, quoniam ad clunes dependeat. Memoratur à Gellio lib. 10. cap. 25. *Veruta, enſes, ſicæ, machera, ſpathæ, lingulæ, pugiones, clunaculæ*.

Clupellarii Milites. Occurrunt apud Tacit. lib.3., ubi alii legunt Crupellarii: *Adduntur è ſervitiis gladiaturæ deſtinatis, quibus more gentico continuum ferri tegmen [Clupellarios vocant] inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles*. Ex quibus verbis fit manifeſtum, fuiſſe Clupellarios in genere Cataphractorum, verùm armorum pondere prægraves, ut inferendis ictibus minus eſſent idonei. Hos Alexander ab Alex., & Lipſius pro clibanariis accipiunt; quos tamen Stenvechius refellit ad Vegetii lib.3. cap. 24. Ex quo verò ſic appellati fuerint, nihil certi habeo. Subit hìc conjectare ſic fuiſſe appellatos à clypeis, qui apud Latinos veteres etiam Clupei dicti, conſueto tranſitu y Græcorum in u Latinorum: ut Clupellarii dicti ſint quaſi Clypellarii. Certè Clupea, quæ aliis dicitur Clypea, oppidum eſt Africæ in provincia Zeugitana, ſic nuncupata à figura Clypei, quæ Græcanica clypei voce Aſpis etiam dicitur, de qua Silius lib. 3.

In clypei ſpeciem curvatis turribus Aſpis.

Clusella, æ. A' claudendo. Arx brevior, ſeu caſtellum probè concluſum. Statutum Raymundi Comitis Toloſæ: *Cluſellæ in locis ſuſpectis & diffamatis deſtruantur*.

Clypeum, ei. Liv. lib. 1. *Arma his imperata, galea, Clypeum, ocreæ, lorica*. Et

Clypeus, ei. Virgil. 2. Æneid.

Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.

Tegumentum corporis brachio innexum. Rotundi erant clypei, ſcuta oblonga & quadrata. Eorum materia ex ære, corio, oſſibus, piſcium ſquamis, pro gentium diverſitate: ex ligno etiam interioris Africæ & Indiæ populos ſibi clypeos vel ſcuta conficere eſt traditum. Clypeum à cluendo, ideſt ſplendendo dici nonnulli putant: favet illis uſus; propriè enim ex ære ſunt clypei; ideo ardentes clypeos dixit Virgilius. Alii à celando dictum cenſent ex Græco; quod corpora celet & tegat. A cælando ideſt ſculpendo item ex Græca origine veriùs appellari puto: ſculpturis enim ornabantur, quibus aut inſigne aliquod facinus, aut veteris proſapiæ originem indicabant. Quocirca apud Virgilium Turnus Inachum, Aventinus Hydram Herculis, clypeo inſculptam, præferebat. Apud eundem *parma inglorius alba* Helenor dicitur: juvenis quippe ipſe, & furtivo concubitu ex ſerva natus, nec ſuam ullam, nec parentum gloriam oſtentare poterat: quamobrem albam parmam, nudam ſcilicet geſtabat, nulliſque ſpectabilem cælaturis.

2. Licet verò rotundæ ferè figuræ clypei fuerint, obſervandum tamen eſt cum Fabretto exagonos etiam & octogonos dignoſci in Columna Trajani. Nec prætereundus, ut ibidem viſitur, mos equitantium, qui clypeum deferunt ſub dextero ephippii latere: quod etiam notavit Joſeph lib. 3. Excid. cap. 3. *Equitibus autem ad dexteram gladius erat longior, & contus in manu, tranſverſuſque ad equi latus clypeus*. Iterum licet Græcorum clypei minores eſſent ſcutis Romanis, adhuc tamen ea magnitudine fuiſſe clypeos legimus, ut remiges & navem ipſam tegerent. Stat. Theb. 5. *Pars clypeis munire ratem*.

3. Non Poetæ duntaxat, verùm etiam Hiſtorici ſcutum & clypeum promiſcuè habuerunt. Livius ſiquidem, qui ſcuta Triariis dedit lib.8. *Triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas tenentes*: clypeos iiſdem adſcripſit lib.22. *Conſulem lancea transfixit: ſpoliare cupientes Triarii objectis clypeis arcuere*.

4. Licet Romanorum ſcuta aliqua imbricata eſſent atque convexa, plerunque tamen plana fuere: Clypei ſemper convexi: ex quo non ſemel habemus clypeorum beneficio fortes milites enataſſe ex undarum æſtu. Legimus proinde in Anthologia Myrtilum quendam, cum clypei uſu incolumis evaſiſſet è terreſtri conflictu, paulò poſt feciſſe naufragium, atque iterum eodem apprehenſo, ſuper ipſo feliciter ex aquis emerſiſſe, eodem clypeo ſervatum terra marique.

Bina pericla unis effugi ſedulus armis,
Cum premererque ſolo, cum premererque ſalo:
Incolumem ex acie clypeus me præſtitit; idem
Naufragum & apprehenſus littora ad uſque tulit.

Non diſſimile quidpiam illud eſt Claudiani de Horatio Cochlite:

Trajecit clypeo Tibrim, quo texerat Urbem
Tarquinio mirante Cocles.

Aliud inſuper præſtabat militibus commodum clypei convexitas, quod eodem ſarcinulas ſuas & militiæ ſupellectilem poſſent convehere, præcipue in trajectu fluviorum, quod obſervavit ex antiquiſſima tabula marmorea Gulielmus Choul de Art. Milit.

5. Mi-

5. Hoc etiam iovenio diſcrimen fuiſſe inter Romanorum Græcorumque militiam, ut Romanis quidem maximopere ignominioſum fuerit extremoque ſupplicio puniri ſolitum haſtam vel gladium in prœlio abiicere vel deſerere, cum Græci longe potiorem curam atque ſolicitudinem collocarent in clypeo tuendo. Cenſebant prius eſſe, & diligentiùs cuſtodieodum, ſe ipſum ſervare, quam hoſti damnum inferre. Lethali vulnere affectus Epaminondas ad Mantineam, tum deoique paſſus eſt avelli ſibi defixum pectori ſpiculum, eum de ſuo clypeo percunctatus ſocios, eundem ſalvum eſſe intellexit. Quò etiam Laconicæ mulieris filium obarmantis effatum pertioet: *Aut cum hoc, aut in hoc*: de clypeo autem loquebatur, quem ita cuſtodieodum ſevera mater filio præcipiebat, ut vel illum reduceret victor ad patriam, vel illi ſervato impoſitus poſt mortem fortiter obitam reveheretur. Germanis etiam cumprimis flagitioſum fuiſſe clypeum deſerere ex Tacito intelligimus. Sed & ipſis Romanis id fuiſſe probro notatum oon ſemel legimus; ſibique id pudori atque dedecori duxit Horatius, ut cecioit Od. lib. 2. 5.

Tecum Philippos & celerem fugam
Senſi, relictâ non bene parmulâ;
Cum fracta virtus, & minaces
Turpe ſolum tetigere mento.

6. Fuere etiam clypei ornamenta ſignorum apud Romanos. Viſuotur alii ſupra alios, ad formam pilarum vel circulorum, ſublati in haſtis. Teſtes nummi veteres iodicati à Steuvechio ad Veget. l. 2. cap. 6. Neque enim oeceſſe eſt eos clypeos exponi imagines Imperatorum; cum cernantur in nummis etiam vigentis Reipublicæ, cum extante inſuper Aquila. Vide eum Authorem. Fuit enim mos apud Romanos antiquiſſimus imagines virorum illuſtrium io clypeis, diſcis, vel cyclis expreſſas conſecrare, in perpetuam ſignificationem virtutis, & ornamentum familiarum. Repetunt aliqui hunc morem ab Appio Claudio, quem ſecutos affirmant M. Æmilium & Q. Lutatium. Cæſarum vero tempore magis magiſque increbuit conſuetudo eoſdem Cæſares cohoneſtandi præfatis imaginibus clypeatis; quod à Senatu factum Auguſto, Tiberio, & aliis legimus apud Svetonium. Quemadmodum verò in ſtatuis, aliiſque honorum Inſigoibus contigit, ſic etiam in ejuſmodi diſcis, ſive clypeis uſuvenit, ut probroſiſſimis quibuſque Cęſaribus aſſentationis turpiſſimæ ſtudio deinceps dicarentur. Adverto in Cæſarum reditu, & occurſu poſt victorias præcipuam pompæ partem obtinuiſſe prælatas ejuſmodi clypeatas imagines. Sic autem Theodoſius in ſecunda Synodo Nicæna act. 1. *Nam ſi Imperatorum vexillis ſanctioribus, & imaginibus, in Civitates & Provincias miſſis, omnis populus obviam occurrit cum cereis, & ſuffimentis odoratis, quanto juſtius eſt in Eccleſiis Servatoris Dei, Matris intemeratæ, Sanctorumque omnium, & piorum imagines erigere.* Adſtrue Optatum Milevitanum. *Iconibus quæ mittuntur ad Civitates, vel Regiones, obvii adeunt populi cum cereis, & incenſis, non cera perfuſam tabulam, ſed Imperatorem honorantes.* Ubi obſerva cereos & odoramenta adhibita io cultum commemoratarum imaginum. Satis hæc de ejuſmodi clypeis fuerint; neqne enim quidquam cum re bellica commune habent, præter ipſum clypei nomen. De clypeis verò votivis, ſive de ritu affigendi templis ſcuta aliaque ſpolia hoſtibus direpta, vide quæ obſervavimus in Tit. *Arma*. 4. *Templum* 2. Vide *Scutum*.

Clypso, as. Clypeo tegere vel munire. Pacuvius in Harmonia apnd Nonium: *Currum liquit: chlamyde contorta aſtu clypeat brathium.* Ex quo

Clypeatus, a, um. Virgil. 7.

Inſequitur nimbus peditum, clypeataque totis
Agmina denſantur campis.

Clypei, orum. Apud Veteres audiebant imagines, quæ honoris cauſa publico plerunque decreto pooebantur. Tacitus 2. Annal. agit de clypeo aureo io honorem Germanici dedicando. Clypei nuncupabantur, quoniam tabulæ, ſive numiſmata erant rotundæ figuræ, ad modum clypei militaris. Lipſius io Tacit. Vide *Clypeus*. 6.

Clypeocentra. Memorantur à Scoto, ſive quicumque Author eſt Notitiæ Imperii, ſive libri de Dignitatibus civilibus & militaribus. Sunt autem pars media clypeorum, quæ variè pingebatur. De qua re vide Steuvechium ad cap. 18. lib. 2. Veget. Vide etiam quæ notavimus in dictionibus *Scutum*, *Parma alba*, *Inſignia*.

Cnooaces. Sic enim ſcribendum, non chodaces, meritò reputant Turnebus, Philander, Baldus, alii. Legitur ea vox apud Vitruvium lib. 10. cap. 6. *Et ferreos Cnodaces, ut ſubſcudes, in capitibus clavorum implumbavit.* Ad quæ Magiſtri verba, *Sunt*, ait Philander, *ferreæ ſubſcudiculæ in extremis ſcaporum vel axium capitibus implumbatæ adactęve.* Deſerviunt oon Catapultæ ſolummodo, ſed aliis etiam machinis bellicis apud Heronem. Vide Vital. Lex. Mathem.

Coactilia, orum. Andiunt in Foro Bellico loricæ ex villis & lana coacta, filtroſa: *di Feltro*. Vide *Lorica*.

Coactor Agminis. Poſtremi agminis Ductor. Vide *Uragus*.

Cochlea, æ. Vitruv. lib. 6. cap. 9. *Ipſum verò torcular ſi non cochleis torquetur &c.* Propriè eſt animal vel inſectum reptile, ſpiralibus obductum teſtulis. Ab hujus ſimilitudine eodem dicitur nomine apud Mechanicos & Machinarios organum celeberrimum ad ſublevaoda pondera. Conſtat ex cylindro erecto in torculari, ſtriis ad ſummum pau latim in ſpiram aſcendentibus. Per hunc tortilem ſcapum alia cochlea, excavatis opere contrario interiùs ſpiris, immiſſa ducitur, intra quam ipſe agitur & volutatur cylinder, ſeu ſcapus ſtriatus. Huic organo tractorio ſimilia apud multos opifices ex ære vel ferro conſtruuntur opera, ad multimodam variarum artium utilitatem. Alio nomine dicitur Helix. Itali machinam vocant *Vite*, *Strettojo*. Interiorem ſcapum dicunt *Maſtio*: exteriorem, qui excavatas habet ſtrias, *Vite femina*, *Madrevite*, *Chiocciola*. Porrò annulos ſpiræ, qui non perfecti ſunt circuli, ſeque ſic excipiunt, ut à poſtrema unius parte alter incipiat, ſi mares, ideſt ſcapi ſunt, nominantur *Pani*, ſi fœminę, *Vermi*. Uſus hujus organi apud Antiquos ad ſublevandas machinas. Eſt etiam

Cochlea, æ, vel Cochlis, idis, ſcalæ genus ſpirale, per quam aſcendimus in circuitum. Sic appellatur à figura, quam exprimit cochleæ reptilis. Percrebuit hodie plurimum harum uſus: nam & firmiſſimæ cæteroqui ſunt, & minimum ſpatium occupant. Harum duplex celeberrima Romæ viſitur; altera in Trajani, altera in Antonini Pii Columna Cochlide. Utranque Siſtus V. Pont. Max. ab injuriis temporum vindicatam Apoſto-

lorum Principibus dicavit, æneis horum Statuis deſuper in faſtigio collocatis. Vide Ciacconum, & Fabrettum, qui libro ſingulari eruditiſſimè explicat cælaturas Columnæ Trajani, quibus repręſentatur ad vivum bellum Dacicum adverſus Decebalum Regem geſtum. Exhibet ea Columna pontes, naves, turres, caſtra, & varia militum arma, quæ apud vetuſtos Scriptores obſcuriora erant. Inſuper prælargum eſt promptuarium & adminiculum ad cognitionem dilucidam & expreſſam machinarum, veſtium, atque universæ ſupellectilis militaris, ac veluti ſpeculum, quo ejus temporis militia oculis exhibetur. Non multum abſimilia ſunt, adjuvantque impendio Scriptores Polemicos, univerſamque diſciplinam militarem, quæ conſpiciuntur in Columna Cochlide Antonini, nbi ſculptæ ſunt memoriæ omnes belli Marcomannici. Sed de his vide etiam Grutherum. Interim nota per occaſionem, duplici modo dici columnam cochlidem: primùm quæ conſtructa eſt figurâ ſpirali, ad modum cochleæ reptilis. Iterum quæ æqualem habet ambitum, neque ſpiralis ipſa eſt; ſed ad ejus faſtigium aſcendimus per interiorem ſcalam cochlidem. Obſerva inſuper duplex etiam eſſe ſcalæ cochlidis genus. Quædam ſolidam habent in medio, in omnemque altitudinem procurrentem & aſſurgentem ſtructuram [animam, ſtylum, antennam vocamus] cui ſinguli nituntur gradus. Aliæ fulcimentum non habent, ſed gradus ipſi ad muralem ambitum ad ſe mutuò ſuſtentandum conſpirant. *Chiocciola, Lumaca.*

Cocula, aliis Coccula. Sagi villoſi craſſiorisque genus, quod Hibernenſium proprium fuiſſe traditur in Vita S.Cadoci Cambrenſis apud Spelmannum, ubi etiam veſtis genus illud deſcribitur: *Atque quot jubæ in sua Cocula [quod vulgariter vocatur quoddam genus indumenti, quo Hibernenſes utuntur, deforis plenum prominentibus jubis, ſeu villis, quæ in modum crinium ſunt contextæ] tot homines per te à pœnis perpetuis eruentur.*

Cocura, ſive Cocurra. Frequens eſt vocabulum pro pharetra apud Leonem Imp. in ſuis Tractatibus de Re Militari. Hujus originem vocis, ſi ignorare me candidè ſatear, non puto mihi vitio verſum iri. Scio cocurire apud Authorem Philomelę eſſe galli vocem emittere. Sed galli cantio cum pharetra perinde congruit atque ſus cum amaracino.

Codon, is. Codones Græca appellatione dicimus parvas campanas. Vide *Campana*.

Codon, is. Codones Græca voce dicimus orificia tubarum à replicatis & repandis per ambitum earum labris ad modum campanæ, Suidas. Vide *Campana*.

Coelum territat. Adagium à Gigantum in Superos bello ſumptum, quo in oſtentatores magniloquos utimur. Virgil.

& cœlum territat armis.

Cosnatica, orum. Vide *Menſores*.

Coequito, as. Simul equito. Liv. de Bell. Maced. *Coequitaverant autem ſex millia equitum.*

Cognitiones, um. Symbola picturata in ſcutis, vel ipſis militaribus ſagis, quibus viri nobiles arma exercentes, inter ſe & ab aliis diſcriminabantur. Id verò eſt quod Vegetius lib. 1. cap. 18. vocavit Græcè *digmata*, ſignificationes ſcilicet quaſdam & quaſi cognitiones. Sic autem ſcribit: *Diverſis coloribus diverſa in ſcutis ſigna pingebant, ut ipſi nominant, digmata, ſicut etiam nunc moris eſt fieri.* De cognitionibus juxta hanc notionem meminit Ordericus Vitalis lib. 13. *Petrus de Maulia, aliique nonnulli fugientium cognitiones ſuas, ne agnoſcerentur, projecerunt.* Et pari ſignificatu Matthæus Pariſ. *Cum viderent hoſtes Chriſti armis, vexillis, & cognitionibus picturatis, quas bene noverant, cum deriſionibus ſuperbire &c.*

Cognomenta Ducum ex Victoriis. Nequid humanis pectoribus penitus inſitum gloriæ ſtudium, amorque conciliandæ poſteritatis, intentatum relinqueret, poſt erectas Victoribus ſtatuas, trophæa excitata, ære & marmore inciſis Victoriarum titulos, quaſi evileſcerent Triumphales arcus cælaturis & emblematis devictarum gentium exornati, ipſis poſtremò Imperatorum nominibus, provinciarum, quas felici Marte domuiſſent, nomina inſervit, ut ſplendidiſſima cognomenta non ad brevem ſolummodo ætatis ambitum, verùm Scriptorum conſignata literis ad omnem recordationem futuri temporis eniteſcerent. Vetuſtiſſimum inde inſtitutum ſua provinciis conditis aut debellatis nomina mutuandi. Ut enim prætaream Europam, Aſiam, Africamque à viliſſimis puellis nomina ferè ſortitas, quò Juppiter aliique ſic perpetuam turpiſſimi amoris ſui memoriam redderent, [quæ nomenclaturæ ad Deorum potius dedecus & infamiam, quàm hominum gloriam pertinent] ut miſſam faciam Reginnem Americanam, quæ Orbis terrarum dimidiam ferè partem complectitur, ab Americi Veſpuccii nomine illuſtratam; certe vetuſtiora perſequens invenio Urbem Niniven à Nino Aſſyriorum Rege, Alexandriam ab Alexandro Magno, Antiochiam ab Antiocho Rege, Nicomediam à Nicomede, Demetriadem à Demetrio Expugnatore, Seleuciam à Seleuco item Rege, Romam ipſam à conditore Romulo, aliaſque non paucas à ſuis conditoribus, vel domitoribus civitates fuiſſe appellatas. Non recenſeo promontoria Miſeni & Palinuri, aliaque non pauca ad utranque oram ſuperi & inferi maris Italici: atque adeo Urbes ibidem conſitas, appellataſque nominibus Græcorum, vel Trojanorum Ducum, qui poſt Trojanam expeditionem novas ibi ſedes ſtabiliverunt. Maria ipſa invaſit ambitio. Hinc Tyrrhenus Rex Lydorum Tyrrheno mari, Ægeus Rex Athenienſium Ægeo, Erythra Erythræo, Icarus Dædali filius Icario, Heſperides puellæ Heſperio mari, Tiberi verò flumini, ut latè regnatorem fluvium mari aſſociem, Tiberinus Rex æternum indidit nomen. Verùm hæ urbium locorumque ſunt appellationes, quæ à Regibus, vel eximiis fere viris ſua mutuata ſunt nomina. Quemadmodum verò à viris illuſtribus ſæpè oppida & provinciæ, ſic etiam crebrò ab ipſis oppidis vel provinciis fortiſſimi vocitati ſunt Reges aut magnorum exercituum moderatores. Splendidæ huic libidini præ cæteris Nationibus Romani indulſere. Sub initium certè Romanæ libertatis C. Marcius à victis Coriolis, quod Latii oppidum eſt in Volſcorum finibus, cognomentum ſibi nobile adoptavit, Liv. Dec. 1. lib. 1. *Erat tum inter Primores juvenum in caſtris C. Marcius, adoleſcens & conſilio & manu promptus, cui cognomen poſtea Coriolano fuit.* Et Florus lib. 1. cap. 11. *Coriolus quoque, proh pudor! victus adeo gloriæ fuit, ut captum oppidum C. Marcius Coriolanus, quaſi Numantiam aut Africam nomini indueret.* Ex Metellis verò alius ſubacta Numidia Numidicus, alius Ma-

Macedonia & Balearibus inſulis in poteſtatem redactis Macedonicus & Balearicus; tertius à Creta inſula cognomentum Cretici meruit, ut tradunt Strabo, Plutarchus, Livius, aliique Scriptores. Sed & L. Mummius à ſuperata Achaja, Achaici, Fabius Allobrogibus devictis Allobrox, Valerius Corvinus, à Meſſana ſub jugum miſſa, Meſſana primùm & poſtea Meſſalla dictus. Et de Valerio quidem Senec. de brevit. Vitæ: *Valerius Corvinus primus Meſſanam vicit, & primus ex familia Valeriorum urbis captæ in ſe translato nomine, Meſſana appellatus eſt, paulatimque vulgo permutante literas, Meſſala dictus eſt*. Iſthuc reſpexit Ovid. Faſt. lib. 1.

Hunc Numidæ faciunt, illum Meſſana ſuperbum.

Ut reliquos prætercam major Scipionum gloria facit, quæ ſeſe ſcribenti obiicit. Et quidem ex gente Cornelia Scipio ille, qui adversùs Annibalem maxima vi, majore animo atque conſilio congreſſus Carthaginem demum & Africam ſubjugavit, longe nobiliſſimum Africani retulit cognomentum. Liv. 3. Dec. lib. 12. *Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit, an ſicuti Felicis Syllæ, Magnique Pompeii patrum memoria cœptum ab aſſentatione familiari ſit, parum compertum habeo. Primus certe hic Imperator nomine victæ à ſe gentis eſt nobilitatus: exemplo deinde hujus nequaquam victoria pares, inſignes imaginum titulos, claraque cognomina familiæ fecere*. In quibus verbis obſervat Tiraquellus ad Alexand. ab Alex. Genial. Dier. cap. 11. falſum eſſe Livium, ubi tradit Africanum Majorem primum omnium cognomentum ex debellata gente retuliſſe. Ut enim miſſum facias C. Marcium Coriolanum ſuperiùs indicatum, certè L. Sergius, à devictis Fidenatibus, Fidenas appellatus eſt annos fere ducentos ante captam Carthaginem. Sed non advertit Tiraquellus, non de Cognomento ab Oppidis ſingularibus, ſed à natione victa locutum Livium. Quod enim ſcribit, *nomine victæ à ſe gentis*, nationem & Regnum Africanum oſtendit. Neque porro Scipioni cognomentum Carthaginienſi fuit, ſed Africano. Animadverte ex verbis Livianis inſtitutionem & modum ea cognomenta aſciſcendi à favore militum, vel gratia populi antiquitùs manaſſe. Factum id poſtea ex decreto Senatûs, & judicio populari, donec ad Cæſares deventum eſt, cum ambitio diffractis verecundiæ modeſtiæque repagulis, bellica ejuſmodi cognomenta longe frequentiùs ex arbitrio Principum deteriorum invexit. Cæterum de Africano Majore, & Metello Cretico, ſic Martialis 1. Epigramm. 2.

Creta dedit magnum, majus dedit Africa nomen,
Scipio quod victor, quodque Metellus habet.

Hujus P. Scipionis frater L. Scipio cum primus Romanorum ſigna in Aſiam intuliſſet adversùs Antiochum, eo demum ſuperato Rege, ex Aſia perdomita reportavit Aſiatici cognomentum, ut habemus ex Livio 4. Dec. lib. 7., ex Plutarcho in vita Scipionis Africani, ex Valerio Maximo, & aliis. In Corneliorum familiam per adoptionem venit alius Scipio priore cognomento Æmylianus, qui poſt Africam & Numantiam bello domitas, Numantini & Africani Minoris cognomentum promeruit. Poſt libertatem exactam, cum infrenatus Cæſarum ambitus & publica aſſentatio in dies gliſceret, indita paſſim Principibus Cognomenta ex provinciis oppidiſque, quæ bello viciſſent. Licet autem id acclamante Senatu & decernente populo interdum contigerit, ſæpius tamen factitatum libidine Cæſarum. Hinc Armenici illi, Arabici, Germanici, Brittannici, Sarmatici, Parthici, aliiſque appellationibus devictarum gentium cohoneſtati; ut ſæpe non pauci ſua prægravarent onerarentque nomina, multarum ſuperimpoſito cognomento, & quaſi faſce provinciarum. Moderati animi exemplum Trajanus prodidit, qui detrectata appellatione Parthici, verecundè admiſit oblatam ſibi à Senatu populoque agnominationem Optimi. Plin. in Paneg. *Juſtis de cauſis Senatus populuſque Romanus Optimi tibi cognomen adjecit. Paratum id quidem & in media poſitum, novum tamen ſcias neminem adhuc meruiſſe*. Hoc genus oſtentandæ gloriæ peculiare fuit, ut dixi, Romanorum. Nam Græci ex virtutibus potius, rebuſque geſtis, quàm ex everſione provinciarum ſibi cognomenta indiderunt. Quare à victoria dicti Nicanores, cujuſmodi appellatione primus apud Strabonem legitur inſignitus Seleucus, vir maximus è gente Seleucorum. Poliorcetes alii dicti, ideſt expugnatores Urbium, quam appellationem inprimis promeruit Demetrius, ut ſcribit Plutarchus in ejus vita. Ut verò omittam de ſingulis dicere, Hercules ipſe à fortitudine, Græco vocabulo, Alcides eſt nuncupatus. Non parcam poſtremo ſaltem indicare, ipſis frequenter locis aptata nomina à claritudine facinorum militarium. Prætermiſſis verò reliquis, quæ recenſere immenſi eſſet operis, notum eſt à celeberrimis victoriis non pauca oppida, prioribus antiquatis nominibus, nova & honeſtiora duxiſſe. Ejuſmodi fuit Nicæa, non quæ Bythiniæ caput eſt, & appellationem habuit à Nicia uxore Lyſimachi; quæ Civitas celeberrimi eſt nominis poſt coactum ibi Concilium Œcumenicum adversùs ſectam Arrii: loquor autem de Nicæa, quæ urbs eſt non ita multum diſtans ab oſtiis Vari fluminis, & à portu Monœci: huic verò à Maſſilienſibus Nicææ nomen impoſitum ob relatam ab ipſis contra Ligures inſignem victoriam. Auguſtus etiam poſt ſuperatum Navali prœlio M. Antonium, & Cleopatram, Nicopolim Epiri oppidum ab eadem victoria nominavit; quæ hodie Civitas *Gallipoli*, aliis *la Preveſa* dicitur. Nicopolim aliam in Armenia Minori apud ipſos Cappadociæ fines Pompejus à ſe conditam, à victoriæ auſpiciis inſuper vocari voluit. Alia porrò in provincia Myſiæ condita Nicopolis à Trajano Cæſare, & nobilitata victoriæ nomine, poſt bello ſuperatum Regem Decebalum. Sed & non una alia Nicopolis per Aſiæ provincias, quas vide apud Michaelem Antonium Baudrand Lexic. Geogr., & apud Hoſmann. De quæſitis per felicitatem armorum honorificis cognomentis magnifica ſunt verba illa Latini Pacati de Theodoſio Cæſare: *An ſi ejus ſæcula mos ille vixiſſet, quo Romani Duces, Macedonici, Cretici, Numantini de vocabulis gentium ſubactarum adoptivum Inſigne ſumebant, nonne hodie pauciora in Annalium ſcriniis, quàm in veſtræ domus titulis cognomenta legerentur? Cum ipſe Saxonicus, ipſe Sarmaticus, ipſe Almanicus diceretur, & quantum tota Reſpublica habet hoſtium, tantum una familia oſtenderet & triumphorum*.

Cohors, ſive Chors, ſive Cors. Non à cohortando dicitur, ut quibuſdam viſum eſt, quaſi Tribu-

num hortantem cohortes audiant, vel ſe invicem milites cohortentur. Sed neque à coercendo hujus eſt derivatio nominis, ut Varroni placuit, quaſi circa eum locum pecus coerceatur. Sed vox eſt origine Græca, ut Heſychius & alii exponunt. Locus eſt circa ædes villicas perflatilis, graminoſus, & ſubdialis, ſed undique clauſus ſeptuſque ad cuſtodiam pecoris. Ibi enim aſſervantur gallinæ, anſeres, & alia altilia: pecudes etiam hircique domeſtici, & quidquid animalium ex uſu eſt villieæ habitationis, quæ interdiù omnioò clauſa ſervari commodè oequeunt. Ea loca Itali *Corte*, Galli *Cour* hodieque appellant. Hinc ſervorum multitudo, quæ ad domini uſus ab eodem alitur, Cors, vel Chors, vel Cohors eſt dicta: unde habemus vocem vernaculam *Corte*, *Corteggiano*. Nec mirum tibi videatur à multitudine avium cohortalium eos dici ſervos apud Italos, Gallos, & alias Nationes, cum iidem oon multo nobiliori vocis origine, latinè dicantur Aulici ah aula, qui locus eſt ante magnas ædes apertus, & à ſimilitudine Cohortis villicæ nomen habet *Cortile*. Hinc factum, ut quoniam Ædes Principum ampliſſima habent loca hujuſmodi ſubdialia ante clauſa ædificia, aula pro domo Regia dicatur. Tranſlatum deinde vocabulum ab aperto loco ad clauſum, aulamque paſſim dicimus, clauſum quidem, ſed amplum & conſpectiorem in Ædibus locum, *Sala*. De aula vacuo, ut diximus, & aperto loco loquitur Virgilius lib. 3. Æneid.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

2. Ut autem ad rem noſtram accedamus, quoniam Principis aluntur ſumptu, qui eidem in bello ſerviunt, idcircò copiæ militum Cortes, ſive Chortes, ſive Cohortes appellantur, ut expreſsè tradit Varro. Decem Cohortes in legione juſtæ fuerunt; conflabantque ſingulas milites quadringenti & viginti. Quod ſi plenior eſſet legio, ipſæ etiam cohortes ſuo augebantur militum numero: proinde Quingenarias & Sexcenarias etiam legimus. Quemadmodum autem equeſtres copiæ in turmas & decurias, ſic pedeſtres, ſive legiones in Cohortes & centurias erant diviſæ. Ut autem Roſinus obſervat, quælibet ex decem Cohortibus tres manipulos, manipulus verò duas cootinebat Centurias.

3. Peditum propriè cohortes erant. Hinc alicubi cohortes peditatæ. Additi poſteà peditibus equites in cohorte; ex quo cohortes equitatæ, quas Plinius junior equeſtres vocat. De equitatia præter Hyginum teſtes ſunt inſcriptiones aliquæ apud Gruterum. *L. Fl. T. F. Q. COHORTIS. PRIMÆ EQUITATÆ*. Utrum mixtæ eſſent cohortes ſingulæ ex Haſtatis, Principibus, & Triariis, an ex ſuis quæque copiis conſtarent, parum eſt compertum. De numero militum eas componentium variatum ſæpius, & ævo quidem Polybiano Cohortes promiſcuè ſumptæ cum manipulis: Quod ſi Livius alicubi eos ordines diſtinguit, ſcias Hiſtoricum minus cautè, & ex more ſuorum temporum eſſe locutum.

Cohors Amicorum. Occurrit apud Appianum, qui refert, Scipionem Numantiam profecturum ex fidiſſimis quibuſque coegiſſe cohortem, quam à ſe nunquam diſcedere pateretur. Voluntarios illos fuiſſe credibile eſt, & honeſtiſſimis coditionibus illectos. Illa porrò ſunt verba Appiani: *Voluntarios quoſque, & clientes, amicoſque ſuos Româ eduxit ad quingentos; quos in cohortem conſcribens appellavit Cohortem amicorum*. Vide *Cohors Sacra Thebanorum*.

Cohors Milliaria, quæ & prima cohors dicebatur. Conſtabat mille centum & quinque peditibus; equitibus verò loricatis centum quadraginta duobus, cum Aquila & imaginibus Imperatorum. Variatum tamen in ejuſdem oumero, ut obſervabo in Tit. *Cohors Prima*.

Cohors Prætoria. Non illa, ut Lipſio placet, è numero decem cohortum, quæ legionem explent, ſed alia eſt extra ordinem. Hujus originem à P. Scipione ſic repetit Feſtus: *Prætoria cohors, quòd à Prætore non diſcederet. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, & cætero militiæ munere vacarent, & ſexquiplex ſtipendium acciperent*. At Livius lib. 2. author eſt A. Poſtumium Dictatorem Cohortem delecta manu præſidii cauſa circa ſe habuiſſe, eamque Dictatoris Cohortem appellat. Cooiliabis facilè Livium cum Feſto, ſi dixeris Livianam Prætoriam ooo illis gaviſam fuiſſe privilegiis vacationis atque ſtipeodii, de quibus loquitur Feſtus. Licet autem antiquitùs unam ſolum Cohortem Prætoriam in ſui cuſtodiam Prætores vel Imperatores haberent, progreſſu tamen temporis, præſertim gliſcente ambitione Cæſarum, multiplicatæ illæ ſuut, obtentu maximè belli Civilis. Novem circa ſe Prætorias habuiſſe Auguſtus legitur: nec impari numero Prætorianos alii Cæſares aluerunt. Quamvis è prima ioſtitutione ſolis peditibus Cohors conſtaret, legitur tamen apud Ammianum, Saporem Regem Perſarum cum Cohorte Regia obequitaſſe; nimirum poſt multarun ſpatia ætatum oon rebus tantum, ſed vocabulis vitiatis. Fuit igitur Cohors prius electa bellatorum manus, atque adeo Imperatoris familiarium, qui circa ipſum pugnareot, nec ab ejus comitatu unquam diſcederent. Prætoria autem dicta eſt etiamſi Conſules vel Dictatores illa uterentur; quoniam Veteres, ut teſtatur Aſconius, omnem bellicum magiſtratum, qui exercitui imperaret, Prætorem nominabant. Conflabatur autem noo ſolùm ex civibus Romanis, aut milite legionario, verùm etiam ex ſelectiſſimis quibuſque Auxiliorum, ut obſervavimus in Titulo *Auxilia*.

Cohors Prima. Inter decem Cohortes ea dicebatur, quæ ſplendore ac dignitate reliquis novem præſtabat, licet numero reliquas non ſuperaret. Vegetius tamen expreſsè docet, Primam Cohortem numero etiam reliquis præſtitiſſe. Cooiliatur facilè Vegetius cum Scriptoribus magis antiquis. Ex prima nimirum inſtitutione, ut Lipſius oſtendit, decem cohortes legionis omnes numero pares fuerunt. Mutatum id verò poſtea Vegetii tempore: nihilque fuit facilius, quàm ut Cohorti Primæ reliquis prærogativis præcellenti, major etiam militum numerus adderetur. Quod autem hic de cohorte dicimus, idem moneo ut obſerves quocumque in loco de re militari oon ſolum varia ratione, ſed oppoſitis non ſemel ſeotentiis rixari videntur Scriptores. Cum enim non uno in loco aut tempore ars militaris ſit exercita, mirum quantum in ea diſciplina variatum eſt. Locorum, temporum, Ducum præcipue diverſitas innovavit ſubinde plurima; ut plane non res ipſas duntaxat, ſed appellationes rerum atque vocabula novi mores inſtitutioneſque corruperint. Ne-

ceſſa-

ceſſarium id factu fuit in arte ampliſſima, quæque è re nata, vel Ductorum arbitrio, novari ſæpius multa antiquari atque aboleri depoſcit. Quidni? Cum in recenti noſtra militia, quæ ſuperſtitlbus adhuc nobis floruit, variari non ita pauca viderimus. Ubi hodie graviores magiſque ponderoſæ fiſtulæ, quæ funiculo ſtupeo ignito, pulveri applicito, exploduntur, quæ ferè ſolum fiſtulatorum milltia erat Patrum noſtrorum noſtraque etiam memoria? Scillcet illis Fiſtulatoribus, *Moſchettieri*, illiſque fiſtulis majoribus, *Moſchetti*, ſucceſſerunt ſclopl leviores, qui attritu percuſſuque ſillcis exploduntur, *Fucili*: Viſumque eſt expeditius non onerare alteram militum manum ſtupeis funiculis, & furcatis bacillis, qui ſuſtinerent tubum ad collineandum; ſed rem urgere commodiùs ſclopis levioribus: *Fucilieri*. Quis autem putaſſet eò evadere potuiſſe militiam, ut fiſtulis manuariis, natis ſcilicet ad eminus nocendum ignitis globulis, etiam punctim cæſimque feriendo perniciem latiſſimam inferremus? Et tamen hoc pulcherrimum habemus Inter novitia artis inventa, excogitatâ ſicâ fiſtulariâ, quæ ſelopis indita ad modum gladii feriendo latè ſtragem diſpergit: *Bajonetta*. Quod ſi annorum non ita multorum ſpatio tantam diverſitatem inductam conſpicimus in armis & noſtrate milltia; quid eſt, per tuam, lector, fidem, reputandum de militia Veterum, quam pro tanta ætatum hominumque varietate longè diverſam rationem formamque habuiſſe neceſſe eſt? Id te ſemel præmonitum velim, ne ad configendos nlgro calculo veteres Authores excurras, ſicubi in hac diſciplina tradenda, vel in armorum deſcriptione, parum illos conſentientes offenderis.

Cohoas Regia, sive Reoalis. Hoc nomine audit apud Ammianum Cohors, qua exteri barbarique Reges ad ſui corporis cuſtodiam ntebantur. Huiuſmodi cohortes Romani Prætorias appellabant.

Cohors. Pro miniſtris, graduque milltum in officio Præfecti Prætorio. Vide *Apparitores*.

Cohors, vel Cors. Pro Ducis vel Regis tentorio. Uſurpatur à Cedreno, Anaſtaſio, Leone in Tact. & aliis apud Cangium. Hinc Cortinarii dicti à Pachymere lib. 4. cap. 29., qui Principis tentorium ſervant. Non aliunde habemus voces *Cortine*, *Cortinaggi*, pro lectorum umbraculis & ſepimentis. Idem ſtatuendum de loricis murorum, quas dicimus *Cortine*. Ut enim Chors pro area ruſtica, vel impluvio clauſo, locus eſt ex omni parte concluſus, ita tentorium ſepit lectum, & loricæ murorum claudunt urbem vel arcem. Theatri vero cortina, quæ legitur apud Virgilium in Ætna, & Cæli cortina, quam ex Ennio refert Varro, optime exponitur à Scaligero & aliis hemiſphærium, ſive pars Cæli & theatri concava & ſinuoſa. Eodem cortinæ nomine notamus ſuperiorem templi partem, quæ formam habet hemicycli, & appellatione Græca apſis dicitur. Giſanius in Collect. ad Lucret. & eum ſequutus noſter de la Cerda ad eum locum Virgilii lib. 3. Æneid.

Et mugire adytis cortina recluſis,

cortinam exponunt tripodis tegumentum. Mihi ibi cortina ipſe eſt tripus aureus, figuram habens in inferiori parte concavam & teſtudinatam. Neque enim ſuaderi mihi à quopiam ſinam à Virgilio tectorium ex pelle vel panno mugire dictum. Nutare, agitari, convelli illud etiam fortaſſe potuit, neutiquam vero, per ipſum Apollinem, mugitum edere. Scio Prudentium cecinisse,

Non tripodas cortina tegit;

ubi diſerte cortinam diſtinguit à tripode. Sed mihi non tanti eſt Prudentii authoritas, quanti Virgilianæ locutionis proprietas ſervanda & vindicanda. Accedit ipſo cortinæ nomine nuncupari vas æneum, quo infectores pigmenta & colores decoquunt; ut plane pro certo habeam ab hoc vaſe cortinam dici partem concavam Cæli, templi, theatri, & ſimilium, rotundam figuram vel hemiſphærii vel hemicycli formam habentium. De cortina vaſe vide Plinium l. 35. c. 11.

Cohors sacra Thebanorum. Cohortem ſe mutuò amantium, quam Socrates apud Platonem viviſſimis verborum pigmentis adumbratam expreſſit, verè & ſolerter inſtituit apud Thebanos Gorgidas, ut ſcribit Plutarchus in Pelopida. Ea Cohors Sacræ cognomentum retulit, quoniam nonniſi in extremo rerum diſcrimine reliquis ſuccumbentibus animo ſoleret educi. Ad quam formam ſacram dicimus anchoram, cui maximè fidimus, & quam conclamatis fere rebus extremum præſidium jaciunt Nautæ. Trecenti autem fuiſſe memorantur ex omni civitatis flore collecti. Annonam illis victumque de publico, commoda verò omnimodæ bellicæ exercitationis, & in ſumma arce habitaculum civitas ipſa præſtabat. Ex amiciſſimis quibuſque conflata hoſtibus terrori erat, civibus munimento. Neque enim acrius ullum ad rem in acie ſtrenuè gerendam incitamentum aut calcar, quàm ſumma inter dimicantes benevolentia, & arctiſſima conjunctione nexus atque conglutinatus cuneus bellatorum. Extat Pammenis facetum dicterium adversùs Neſtorem Homericum, quem in acie inſtruenda per curias tribuſque vehementer fuiſſe hallucinatum jactabat. Neque enim providendum erat, ut ſunt Homeri verba:

Curia curiæ ut auxilio, tribui tribus eſſet;

verùm potius juxta qui inter ſe amarent locandi; ex quorum neceſſitudine & ardore validiſſimum reliquis copiis accederet additamentum virium, & certiſſima victoriæ ſpes affulgeret. Tribules nimirum & omnis generis populares parum ferè commodam ſocietatem excolere, utpote inter quos diſcordiarum ſemina in cruentas ſæpenumero rixas & clades exitioſas deflagrare conſueſcant. Contra verò omni muro aheneo, omni tunica adamantina firmior eſt cætus amantium ſe mutuò; idemque & minimo negotio duriſſima quæque perrumpit, & nulla hoſtium vi impetuque diſſolvitur. Ejus porrò rei fidem aſſerult Jolaus Herculis amaſius, amatorem ſuum in qualibet alea & miniſterio peſtium excindendarum ſecutus, eidemque nonnunquam ad ſupremorum diſcriminum faciem opportuno auxilio opitulatus. Sacra Thebanorum cohors invicta perduravit uſque ad Cheronenſem pugnam, in qua trecenti illi, & pluſquam humana virtute præditi commilitones, Macedonum ſariſſis confoſſi, adverſiſque pectoribus prægnagna vulnera patefacientes, acervatim conglobati in complexu mutuo jacuerunt. Rem prodigio ſimilem demiratus, & inuſitatæ conſtantiæ novitate perculſus Philippus Macedonum Rex, exclamaſſe cum fletu dicitur: Malè pereant, qui tales tantoſque viros turpe quidpiam facere, aut pati potuiſſe ſuſpicati ſunt. Præclare & ſapienter à Philippo judicatum. Neque enim ullus poteſt eſſe conglutinandæ amicitiæ locus inter vitiorum inquinamentis fœde contaminatos.

natos. Agnovit id etiam per caliginem Ethnicæ ſuperſtitionis Cicero, cujus extat graviſſimum effatum de Amic. *Difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defeceris*. Sacrum hoc agmen diviſiſſe primò dicitur Gorgidas in ordines militares, & ante univerſam peditum aciem prætendiſſe. Eos verò poſtea Pelopidas indiſcretos perpetuò ſtatuit. Quemadmodum enim curribus jugati equi longe perniciore gradu feruntur, quàm ſeorsùm acti in diverſum, ſic amantium cohors illa nullo magis præſidio, quàm propinquitate & mutuo nexu valeſcebat.

Cohortalas, Cohortalini, & Curtalini. Appellabantur inferioribus ſæculis Miniſtri Præfecti Prætorio: interdum etiam miniſtri Rectorum Provinciarum. Adhæſiſſe illis id nominis non eſt dubium à cohorte, ideſt *Corte*, quæ pro aula ſumitur, ut a nobis eſt alibi indicatum; quoniam in Palatio, vel Prætorio ſervilem operam præſtarent. Paulinus Epiſt. 7. ad Severum: *Nos adeant & reviſant conſervuli & compallidi noſtri, non veſtibus pictis ſuperbi, ſed horrentibus ciliciis humiles, nec chlamyde Curtalini, ſed ſagulis palliati*. Vide *Apparitores*.

Cohortes equitatæ. Vide *Equitatæ cohortes*.

Cohorticula, æ. Parva cohors. Celius apud Cic. Epiſt. Famil. 116. *Cohorticularum neſcio quid amiſit*.

Colatorii equi, aliis Colatarii, aliis Colutarii: à Vegetio memorantur, & ab eodem diſtinguuntur à guttonariis. Iidem ſunt fere ac tolutares. Per metaphoram à colando dicuntur, quaſi eorum inceſſus ſit veluti humor e ſacco colatus; minutus ſcilicet & creber. Eadem fere metaphorâ dixit Plautus de inceſſu crebro & minuto, cum ſuccretum eſſe cribro pollinario. Verba Vegetii Veterin. lib. 4. cap. 6. ea ſunt. *Inter Colatorios enim, & eos, quos Guttonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media eſt*.

Colax, acis. Caſtellum, arx. Hoc enim nomen Arci Antiochenæ adhæſiſſe ſcribit Raymundus de Agiles. *In colle autem Septentrionali Caſtellum quoddam eſt, & in medio collis Caſtellum aliud, quod Græcâ linguâ Colax vocatur*. Quod autem ſcribit, Græcâ linguâ Colacem appellatam, non de Atticis & ingenuis Græcis id accipe, verùm de Græcia barbariſſante. Cæterum nomen Colax ad Saracenam & Turcicam originem aliqui referunt: dicunt enim turres populi illi Gulas, & Gulades. Vide Cangium in Gloſſ. Neque verò ſic peculiare fuit Arcis Antiochenæ nomen Colax, ut eodem indicare non licuerit arces alias & caſtella, & acropoles, præſertim excitatas in montium faſtigiis. *Rocche*.

Colla calcare. Antiquiſſimum eſt victoriæ indicium, & contemptus in victos. Michael Glycas Tom. 4. Annal. *Diogenes Imperator in hoſtium denique poteſtatem venit, & vinctus ad Sultanum deducitur. Ille verò ſolio ſuo deſiliens, pro more calcata Diogenis cervice; mox eum terra erexit, & amanter complexus eſt*. Eadem formula admodum frequens reperitur in Sacris literis. Liber Joſue cap. 10. *Cumque Reges ad eum captivi deducti forent, vocavit omnes viros Iſrael, & ait ad Principes exercitus, ite & ponite pedes ſuper colla Regum iſtorum*. Baruc. cap. 4. *Perſecutus eſt & inimicus tuus, ſed cito videbis perditionem ejus, & ſuper cervices ejus aſcendes*. Cum enim collum pars ſit corporis humani ſublimior & erectior, nota videtur eſſe exercitæ poteſtatis collum proterere. Hinc inflata, ſuperba, & intumeſcentia colla pro elatis animis paſſim dicimus; hinc formulæ illæ apud Veteres, *Dare colla*, pro bello victum eſſe. Propert. lib. 2. Eleg. 11.

India quin, Auguſte, tuo dat colla triumpho.

Colla ſubdere vel ſubiicere pro jactantiam deponere, & ſubire jugum victorum. Senec. Troad. 3. 17.

Non Argolicî præda triumphi
Subjecta feret colla trophæis.

Claudian. in Eutrop.

Vidit ſub pedibus leges, ſubjectaque colla
Nobilium.

Et quoniam in collo collocati ſunt nervi, qui corpus rigidum & erectum oſtentant, eam ob cauſam viros feroces & indomitos, homines duræ cervicis appellamus; & collum inflatum pro arroganti quadam temeritate ponimus. Cic. in Vatinium: *Inflato collo, tumidis cervicibus intuliſti*. Animadvertendæ etiam Formulæ illæ militares: *In cervicibus bellum eſt*, pro imminet bellum: *Deprimere hoſtium cervices*, pro ſuperbiam frangere. Cic. Bruto 15. de Octavio Cæſare: *Præſidium omne eſſet in puero, qui à cervicibus noſtris avertiſſet Antonium*. Idem Cornificio: *Brunduſium erat profectus obviam Legionibus Macedonicis, quas ſibi conciliare pecuniâ cogitabat, eaſque ad Urbem adducere, & in cervicibus noſtris collocare*. Adiice illa ejuſdem Philipp. 5. *Nullum erat conſilium publicum, nulla libertas: dandæ cervices erant crudelitati nefariæ*. Arces etiam impoſitæ cervicibus, hoc eſt ad comminuendam civium ſuperbiam leguntur. Curtius lib. 6. *Ratus eam Urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, ſuis impoſitam eſſe cervicibus*. Repellere etiam à cervicibus paſſim legitur pro *periculum avertere*. Cic. pro Milon. *P. Clodium interfeci; ejus furores, quos nullis jam legibus, nullis judiciis frenare poteramus, hoc ferro, & hac dextera à cervicibus veſtris repuli*. Idem loquendi color apud Italos Poetas paſſim occurrit. Petrarcha:

Dunque ora è'l tempo da ritrarre il collo
Dal giogo antico.

Collare, is, & Collarium. Armaturæ genus, qua collum militis tegitur. Villel. Brito lib. 2. Philipp.

Qua ligno junctum eſt, ferri tranſegit acumen
Per collare triplex, & per thoraca trilicem.

Thom. Archidiac. in Hiſt. Salonit. *Venitque ictus inter Caſſidem & Collarium, dejecitque caput ejus multum à corpore*. Italis *Collare*, *Collaretto*, *Collarino*. Et ſic quidem generatim dicuntur colli munimenta. Quoniam verò cervices militum non ſolum muniuntur ab eſtrema caſſidis parte, verùm etiam à ſuprema parte thoracis, vel loricæ, idcirco in ejuſmodi duplicis repaguli ſignificationem, diverſas adhibent Itali appellationes; & illam quidem loricæ partem, quæ collum armat, vocitant, *Camaglio*, à maculis, quibus lorica contexitur, nempe anſis, plagulis, vel annulis; infimam verò partem galeæ, quæ ad collum deſcendit, vocant *Goletta*, & *Gorgiera*.

Collecta, æ. Pro plebe & multitudine coacta ad vim repellendam vel inferendam, paſſim legitur apud ſequioris Latinitatis Scriptores. Capitula Caroli Calvi tit. 31. cap. 18. *Cum Collecta & ar-*

mis

mis venire. Leges Longobard. lib. 1. tit. 12. *Cum Collecta aſſilire*. Reliquas hujus vocabuli notiones notarunt affatim alii.

Collectitius, a, um. Dicitur de exereitu opera tumultuaria, & minimo delectu conflato Cic. Ep. 7. *Signa tyronc & collectitio excrcitu cum robuſtiſſimis legionibus contulit*.

Colligatio, onis. Fœdus, armorum ſocietas. Italis *Lega, Aleanza*. Occurrit frequenter apud Scriptores corruptæ Latinitatis. Charta Alexandri PP. anno 1258. *Ut Colligationes & coadunationes hujuſmodi facias omninò diſſolvi*. Dictas etiam invenio *colligantias*. Ericus Upſalienſis lib. 5. Hiſt. Svecicæ: *Principes Colligantiæ ſupradictæ*. In malum fere ſenſum accipiebantur colligatio, & colligantia. Neque à ligando dicebatur, ſed à legendo, vel colligendo; & indicabatur cœtus eorum, qui ſe adversùs Principem vel Ducem colligerent, & conjurarent. Facit id apertiſſimum verbum ipſum colligere, quod pro *conjurare*, ſæpius eſt per illa tempora uſurpatum. Lex Longobardorum lib. 1. tit. 17. §. 3. *Si pro quacunque cauſa homines ruſticani ſe collegerint, & conſilium & ſeditionem facere præſumpſerint*. Anaſtaſius Bibliothec. in Præfat. ad 8. Synodum: *Favebat autem his quidam Senator ſæcularis adminiſtrationis fungens officio, nomine Photius, qui ad Patriarchale conſcendere faſtigium affectans, cum eis ſeorſum colligebat*,

Collimo, as. Et

Collineo, as. Nam promiſcuè hæc verba Grammatici habent. Sunt autem qui apud Authores veteres legant ſemper *Collimo*, quemadmodum alii ſemper *Collineo*. Eſt oculos intendere in ſcopum. Id quoniam limis oculis videtur fieri, *collimare* dicitur: quoniam verò ad rectam lineam intenduntur oculi, dicitur *Collineare*. Cic. 2. de Divinat. *Quis eſt enim, qui totum diem jaculans non aliquando collimet?* Idem de Finib. 3. *Sicut propoſitum eſt collineare haſtam aliquò aut ſagittam*.

Collini, Sacerdotes Salii. Vide *Salii*.

Collo obtorto rapi, Dicitur de vi injecta minis & pœnarum propoſitione. Originem trahere à more veteri forenſi & judiciario, quo apparitores vel miniſtri, reorum veſte, ut conjectat Turnebus Adverſ. lib. 26. cap. 2. ad collum prehenſa, eorundem gulam fauceſque premerent angerentque, & ſic adſtrictos urgerent ac traherent, indicavit Plautus in Penul.

Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucē,
Priuſquam obtorto collo ad Prætorem trahor?

Ubi Lambinus: *Licebat trahere invitos ad Prætorem, ſiquis in manifeſto facinore deprehenſus eſſet, aut ſi teſtes adeſſent*. Ad eundem modum Cicero pro Cluent. obtorto collo ad ſubſellia reducere dixit.

Colonia, æ. Ab agro colendo dicitur. Colonias Imperii propugnacula vocavit Cicero. Sic enim ſcribit de Leg. Agrar. contra Rull. *Hoc in genere, ſicut in cæteris Reipublicæ partibus, eſt operæ pretium diligentiam Majorum recordari, qui Colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, ſed propugnacula Imperii eſſe viderentur*. Ut autem non unius generis Coloniæ fuere, ſic earum diverſæ produntur origines. Hoſtium campi armis occupati, & juſto Marte expugnata oppida tradita leguntur à Ducibus in præmium & laborum mercedem tam Romanis Civibus, quàm ſociis & exteris militantibus. Luculenter id tradit Hyginus lib. de Limit. Conſtit. *Finitis ergo ampliorum bellorum operibus, augendæ Reipublicæ cauſâ, illuſtres Romanorum viri urbes conſtituerunt, quas aut victoribus populi Romani Civibus, aut emeritis militibus aſſignaverunt, & ab agrorum novæ dedicatione culturæ, Colonias appellaverunt*. Frequentior tamen cauſa deducendarum Coloniarum fuit enormis eorum multitudo, quibus ob egeſtatem non ſuppetebat pecunia cenſui ſolvéndo. Ad exonerandam proinde Urbem egenorum turba, hominumque otioſorum, quod genus inimiciſſimum eſt publicæ quietis, Triumviri à Senatu creati ſtudiosè inveſtigabant, quibus potiſſimum in locis per provincias fœderatas munita oppida conſtitui expediret, ex quibus duplicem fructum Urbs caperet; nimirum exonerandi ſublevandique immoderatam incolarum copiam, atque inſuper magis magiſque ſtabiliendi Imperii, propagato per remotiſſimos fines cive Romano, In hanc formam pari cautione atque humanitate proviſum eſt, ne Roma incolis plus nimio prægravata laboraret; contra verò deducti ad meliorem aſpirarent fortunam. Accipiebant nimirum ſinguli duo, quatuor, & plura etiam agri jugera, quæ per otium excolerent, inventiſque paratis frugibus vitam ſuſtentarent. Eam cautionem in apibus videtur præmonſtraſſe natura, quæ nimia laborantes copia ad alias cellas & domicilia convolant, vel emittuntur. Ex enumeratis coloniis priores Militares, poſteriores Civicæ nuncupatæ ſunt. Vetuſti lapides nummique inter eas diſtinguunt Colonias: & Civicarum quidem ſymbolum aratrum faciunt, vel bovem & vaccam, militarium verò vexillum & aquilam.

2. Ea porrò deductio ſeu propagatio Civium in Colonias certa quadam peragebatur Juris ſolemnitate & pompa militari. Cum enim aut lege aliqua ſcitum à plebe, aut conſulto Senatùs eſſet decretum Coloniam quopiam deducendam eſſe, creabantur confeſtim Curatores, qui pro numero dicti Triumviri, Quinqueviri, Septemviri, Decemviri, qui cives illuc deducerent, eiſdemque agros attribuerent. Deducebantur autem militari forma ſub ſignis atque vexillis in morem commeantis exercitus, præeunte Duce prius delecto ab iiſdem agrariis Curatoribus. Poſtquam ad novas ædes agroſque erat deventum, Urbem agrumque circumſcribebant aratro, ut ſuam quiſque ædium agrique portionem conſequeretur, ut fusè traditur à Julio Frontino lib. 10. Quod enim ſpatium ab aratri circumductione relinquebatur incluſum, illud Urbs dicebatur. Urbs ſiquidem dicta ab urbe, quæ pars eſt aratri, ut tradit Pomponius. Agri porrò diſtributio fiebat captatis auſpiciis, quamobrem Pullarius curatorius adjungebatur. Quantalibet autem diligentia curaretur agri diviſio, ægrè tamen declinabant Curatores querimonias deductorum, Colonorumque recentium odium & invidiam, adnitente quolibet & opimioribus portionibus inhiante. Coloniarum Inſtitutio licet apud Romanos mirificè crebreſceret, adhuc tamen longè antiquior fuiſſe legitur. Poſt ſolutam quippe obſidionem Trojanæ Civitatis, occupatumque cum eadem Aſiaticum Imperium, Græci per diuturnæ ſpatia navigationis non paucas ſtabilierunt Colonias in Italia, præſertim apud Calabros, Brutioſque. Earum aliquas tetigit Virgilius lib. 3. Æneid. ubi illa leguntur verba Heleni ad Æneam,

Has autem terras, Italique hanc litoris oram,
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu,

Effu-

Effuge: cunctis malis habitantur mœnia Grajis.
Hic & Naricii poſuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa Ducis Melibœi
Parva Philoctetæ ſubnixa petilia muro.

Preterea deductam in Italiam ab Ænea Coloniam Trojanorum habes lib. 7.

.... ipſe humili deſignat mœnia foſſâ,
Moliturque locum primaſque in litore ſedes
Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit.

Verum expreſsè magis & graphicè Coloniæ originem, vel potius adumbrationem tradit idem Virgilius lib. 5., ubi Æneas ſoluturus in Italiam invalidæ & ignavæ turbæ novam in Sicilia & à ſe conditam Urbem tradit incolendam:

Tranſcribunt Urbi matres, populumque volentem
Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.

Et paulo poſt:

Interea Æneas Urbem deſignat aratro,
Sortiturque domos: hoc Ilium, & hæc loca Trojæ
Eſſe jubet.

Ubi etiam vides non omiſſam aratri mentionem juxta ritum deducendi Colonias apud Romanos.

3. Utque orbitatem Patriæ ſolarentur in Colonias propagati patria ſolebant nomina urbium, montium, fluviorum, novæ ſtructuræ oppidis indere. Hinc Colonia Agrippina Ubiorum, Auguſta Trevirorum, Toloſa aliæque à Romanis deductæ Coloniæ Capitolium habuiſſe leguntur. Item aliæ Palatium, Amphitheatrum, Circum Maximum, Campum Martium, aliaque præſtantia & inſignia urbis ædificia & monumenta. Id etiam tractum ex vetuſtioribus populis. Quemadmodum enim Græci victores, ſic etiam Trojani victi fugatique multis per Italiam excitatis Coloniis, iiſdem Urbis Trojanæ, ejuſdemque civitatis Arcis, & nobilium ædificiorum atque adeo fluminum nomina impoſuerunt. Virgilius ibidem de Ænea poſt inventum Helenum in Epiro, qui Trojanorum Coloniam illuc deduxerat.

Procedo, & parvam Trojam, ſimulataque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum
Agnoſco, Scææque amplector limina portæ.

Et paulo ante:

Solemnes tum fortè dapes & triſtia dona
Ante urbem in luco, falſi Simoentis ad undam,
Libabat cineri Andromache.

Ipſe etiam Æneas novæ parvæque Trojæ nomen urbi indidit, quam prope Tiberim poſt laborioſiſſimam navigationem molitus eſt. Idem Virgilius lib. 1. Æneid. eadem ferme narrat de Antenore, novam urbem regnumque condente in Italia.

Hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troja.

Legimus etiam apud Cæſarem lib. 6. Bell. Gallic. Gallos ultra Rhenum in Germaniam Colonias propagaſſe: *Fuit antea tempus, cum Germanos Galli ſuperarent virtute, ut ultrò bella inferrent, ac propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum Colonias mitterent.* Sed neque perpetuò obſervatum eſt, ut per traductionem Coloniæ fierent. Sępe impetratum ab amicis populis, indultumque iis humaniter à Romanis, ut Coloniarum jure gauderent.

4. Jam verò quid Coloniæ à municipiis differrent docet Gellius lib. 16. cap. 13. Dicebantur municipes, qui propriis quidem legibus & jure utebantur, ſed honorarii muneris communionem habebant cum Romanis, nullis cæteroqui adſtricti legibus Romanorum. Coloniæ verò non eorum erant, qui extrinſecus in Civitatem venirent; ſed contra ex civitate in exteras ſociaſque provincias mittebantur, jura omnia atque inſtituta populi Romani, nihil ſui retinentes arbitrii. Licet autem Coloniarum conditio magis eſſet obnoxia & minus libera, longe tamen præſtabat municipiis ſuo jure & libertate gaudentibus. Contingebat autem id, ut ſunt Gellii verba, propter amplitudinem majeſtatemque populi Romani, cujus iſtæ Coloniæ, quaſi effigies parvæ ſimulacraque eſſe quædam viderentur. Addit ibidem Gellius Hadrianum Cæſarem, in oratione, quam in Senatu habuit de Italicenſibus (eſt autem Italica Hiſpaniæ Bœticæ oppidum, cujus ipſe Hadrianus civis erat) mirari ſe, quod ipſi Italicenſes, aliaque item antiqua municipia, cum patrio jure ſuiſque legibus liberè agere potuiſſent, adhuc tamen jus Coloniæ poſtulaſſent. Eundem Cæſarem mox ſubdidiſſe docet Prænestinos maximopere à Tiberio Cæſare petiiſſe, ut ex Colonia in municipii ſtatum redigerentur. Vide titulum *Municipes*. Vide autem de Coloniis præter Julium Frontinum, Marcum Velſerum lib. 4. Sigonium de Antiqu. Jure Italiæ lib. 3. & Salmaſ. ad Solin. Laterculum verò ſeu ſyllabum ſparſarum ubique gentium Coloniarum exhibebit tibi Hoffmannus. Vide etiam apud nos Titul. *Miſſio*.

Coloni maritimi. Dicti ſunt apud Romanos, qui litorales agros colebant. Iidem diſpoſiti per præſidia ad propugnandas oras maritimas. Eam ob cauſam perpetuam habebant vocationem; nec eos licebat in aliam militiam adſcribere. Coacti verò interdum claſſes inſcendere, & navali militiæ dare nomina, appellabant ad Tribunos plebis & ſacroſanctam vacationem. Liv. lib. 27. *Colonos etiam maritimos, qui ſacroſanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant.* Idem lib. 36. *Cum cogerentur in Claſſem Coloni maritimi, Tribunos plebis appellarunt.*

Colophonius equitatus. Plin. Tantæ erat virtutis, ut quocumque acceſſiſſet, ſtatim ea pars lætum exitum & victoriam obtineret. Hinc locus proverbio: *Colophonem imponere*; ideſt benè auſpicatum finem facere.

Colophonem imponere. Vide *Colophonius equitatus*.

Colpus, i. Italis *Colpo*. Vox corruptæ Latinitatis pro ictu. Capitulum legis Salicæ: *Siquis ingenuus ingenuum fuſte percuſſerit, & tamen ſanguis non exierit uſque ad tres colpos.* Sunt qui deducant à colapho per eliſionem unius literæ, & mutationem aſpiratæ. Verùm non omnis ictus eſt colaphus. Licet autem apud Gallos dicatur *Coup*, non proinde reputaverim manare ab eorundem verbo *Couper*, quod eſt cædere vel ſecare. Neque enim omnis ictus corpus vel membra diſſecat. Ferrario magis probatur origo à voce Latina ſcopus: tanquam colpus primum fuerit deſignatus ictui locus ſive ſcopus: per uſurpationem poſtea dici cœperit ipſe ictus ſive percuſſio. Fit omninò ab Italorum ipſa voce *Colpo*: juxta regulam traditam in Tit. *Carrago*.

Colubrina, æ. Italis *Colubrina*. Unum ex recentis militiæ tormentis curulibus pulverariis. Inditum illi nomen à colubro, ſeu ſerpente, cujus longitudinem

Digitized by Google

dinem imitatur. Machinam Italicè ſic appellatam induxit in Latium Paulus Jovius, quem ſecuti Scriptores alii meritò non refugerunt dicere Colubrinam, vocem cæteroqui vetuſtæ purgatæque Latinitatis. Si enim Plautus ingenium callidum vafrumque non reformidavit vocare Colubrinum, cur nos commemoratam machinam militarem eadem appellatione non impertiamus? Sic autem Plaut. in Trucul. *Quonquam vos Colubrino ingenio ambæ eſtis*. Itali potius notandi eſſent, qui genus illud bombardæ Latino donarunt vocabulo, cum in promptu alia eſſent nomina, ut *Serpentina*. Verum *Serpentina* aliud notat tormenti bellici genus apud Italos, quos etiam protegit vox *Coluber* pro ſerpente, cujus meminit Dantes Paradiſ. Cant. 6.

Piangen' anchor la triſta Cleopatra,
Che fuggendoli innanzi, dal Colubro
La morte preſe ſubitano & atra.

Colum, i. Clava. Vox originis Germanicæ. Chronicon Andernenſe: *Plebeæ multitudini utriuſque ſexus relinquentes expoſuerunt, & vix de raſtris & flagellis, de furcis, colis, & baculis ſeſe ſubtrahentes.*

Columba. Signum, ſeu labarum, & vexillum Aſſyriorum. Origo ex Semiramide Babyloniorum Regina, à columbis enutrita, & poſt obitum in eandem avem converſa, ut vulgò eſt creditum. Tranſiit inde columba ad vexilla Aſſyriorum, eorumque fuit peculiaris, ut Aquila Perſarum & Romanorum. Hinc intelliges locutiones frequentes Sacræ Scripturæ: *Iram Columbæ: gladium Columbæ*. Et apud Hierem. cap. 38. *Facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ*. Quibus verbis notatur ira Nabucodonoſoris, & Chaldæorum, qui Columbam extollebant in labaris & vexillis. Quæ verò leguntur apud eundem Proph. cap. 50. *A facie gladii columbæ unuſquiſque ad populum ſuum convertetur*. Et iterum: *Fugient à facie gladii columbæ*, referenda ſunt ad Perſas, qui, devictis Chaldæis, ſignis patriis Aquilæ & Soli addiderunt columbam. Ad eundem modum Hierem. 46. *Revertamur ad populum noſtrum, & ad Terram nativitatis noſtræ à facie iræ columbæ*: Ideſt à facie Nabucodonoſoris Regis Aſſyriorum. Quod autem habemus in Oſea cap. 11. *Ambulabunt quaſi avis ex Ægypto, & quaſi Columba de terra Aſſyriorum*, ſic exponunt Interpretes Sacri, ut iis verbis indicetur ſecuritas, honor, & reverentia, qua redeuntes illos proſequentur Ægyptii & Aſſyrii, tanquam eſſent vexilla Aſſyriorum, quæ referebant Columbam, aut Ægyptiorum, quæ oſtendebant Ibin & Accipitrem.

Columba, æ. Minus probarim ex Græco appellatam, ut oſtendere nituntur Scaliger & Hermolaus. Arridet admodum mihi ut à colluendo dicatur; eſt enim aquarum & fontium amiciſſima, iiſque ſe frequenter perluit. De Columbis internunciis, quarum præcipuus uſus in deferendis ad oppugnatas urbes litteris, dubitare non poſſumus. Plinius & Frontinus in obſidione Mutinenſi eas valuiſſe ſcribunt. Sic autem Frontinus lib. 3. cap. 13. *Hircius columbis, quas incluſas antea tenebris & fame affecerat, epiſtolas ſetâ ad collum religabat, eaſque à propinquo in quantum poterat mœnibus emittebat. Illæ lucis cibique avidæ altiſſima ædificiorum petentes excipiebantur à Bruto, qui eo modo de omnibus rebus certior fiebat: utique poſtquam diſpoſito quibuſdam locis cibo, Columbos illuc devolare inſtituerat*. Sic autem plurimæ Nationes, præſertim Orientales, illas condocefaciebant, ut litteras alis conſutas ab uno in alium locum tranſvolantes fideliſſimè deferrent. Ælianus Variar. lib. 9. cap. 2. ſcribit, Tauroſthenem Olympionicem ex Olympia victoriam ſuam per Columbam internunciam patri ſignificaſſe, qui Æginæ degebat. Legitur etiam apud Anacreontem elegantiſſima Cantiuncula de Columba internuncia. Animadverſione dignum eſt, vetuſtiſſimam illam conſuetudinem ad multa ſæcula poſtea perduraſſe, ut Authores ſunt Paulus Æmilius de Geſtis Francorum lib. 4., & Jacobus Vitriacus Hiſtor. lib. 1. Idem etiam contigiſſe in obſidione Urbis Hieroſolymitanæ ejus belli Scriptores referunt. Nec omiſit Torquatus Taſſus pulcherrimæ conſuetudinis commemoratione ſuum Poema de captis Hieroſolymis illuſtrare.

Mentre il Campo a l'aſſalto, e la cittade
S'apparecchia in tal modo a le difeſe;
Una Colomba per l'aeree ſtrade
Viſta è paſſar ſovra lo ſtuol Franceſe,
Che ne dimena i preſti vanni, e rade
Quelle liquide vie con l'ali teſe.
E gia la meſſaggiera peregrina
Da l'alte nubi a la Città s'inchina:
Quando di non sò donde eſce un falcone
D'adunco roſtro armato e di grand'ugna,
Che frà 'l campo, e le mura a lei s'oppone;
Non aſpetta ella del crudel la pugna;
Quegli d'alto volando, al padiglione
Maggior l'incalza: e par, c'homai l'aggiugna;
Et al tenero capo il piede ha ſovra
Eſſo nel grembo al pio Buglion ricovra.
La raccoglie Goffredo, e la difende:
Poi ſcorge in lei guardando eſtrania coſa,
Che dal collo ad un filo avvinta pende
Rinchiuſa carta, e ſotto un'ala aſcoſa.
La diſſerra, e diſpiega: e bene intende
Quella, che'n ſe contien non lunga proſa
Al Signor di Giudea (dicea lo ſcritto)
Invia ſalute il Capitan d'Egitto.
Non sbigottir, Signor: reſiſti e dura
Inſino al quarto, ò inſino al giorno quinto,
Ch'io vengo a liberar coteſte mura:
E vedrai toſto il tuo nemico vinto.
Queſto il ſecreto fù, che la Scrittura
In barbariche note havea diſtinto,
Dato in cuſtodia al portator volante:
Che tal meſſi in quel tempo usò il Levante.

Nos etiam in hoc argumentum ſic olim cecinimus.

Dum fuſos latè ad Solymas via nulla per hoſtes,
Curſoris munus miſſa Columba ſubit.
Scriptas illa notas defert per inania, pennis
Inſideat quantum neſcia Mortis onus.
Ergo parum eſt, Aquilas torvo ſervire Gradivo?
Pars belli eſt, pudeat! Nuncia pacis Avis.

Sed in poſtremo Torquati verſu nota vitium ſententiæ repugnantis. Nam ſi verum notumque illud,

Che tai meſſi in quel tempo usò il Levante:

Quomodo cohæret illud,

Poi ſcorge in lei guardando eſtrania coſa?

Neſcire, inquies, id potuit Gotefridus, in eas regiones peregre advectus. Ne Phæaci quidem id ſuadebis. Nam primum ſatis ſuperque illi moræ fuit apud gentes varias exortivi ſolis, ut id poſſet reſciſcere. Iterum ritum conſuetum, magnique in obſidionibus urbium momenti, nec ab ullo ex popularibus, nec à quopiam ex comitatu, in tanti

Digitized by Google

præſertim temporis ſpatio illum inaudiſſe iocredibile eſt. Addo rem vulgo notam apud Europæos ignorare etiam prius non debuiſſe eum Ducem. Certe noo ſine aliquo Poetę vitio talium ignarus induci potuit Imperator. Ex his habes in bellicis præſertim tractationibus Columbas internuncias & miſſitias fuiſſe uſurpatas. Tutò ſiquidem & impunè tranſvolantes ex uno io alium locum, Duces bellicos certiores faciebant de ſtatu rerum, capienda deportabant conſilia, totamque ſeriem belli expediendi vel adminiſtraudi per litteras arcanis nntis exaratas explicabant imperabantque. Sæpiſſimè nobis plaudimus & gratulamur, quod in immenſum creverit ſagacitas atque dexteritas recentis militiæ ſupra machinationes & inventa Veterum. Fatendum tamen candidè eſt non ita pauca iogenioſè & præclarè inventa ad uſum militarem à Veteribus desjiſſe poſteriorum incuriâ: inter quę reponendas equidem non ultimo loco reputaverim Columbas Internuncias.

2. Legimus tamen in Belgica Hiſtoria ab Halermi oppidanis, cum anno 1572. ab Hiſpanis eſſent obſidione præcincti, per litteras à Columbis ſimili modo delatas certiores ſæpe factos fuiſſe Ollandos de rerum ſtatu in nppugnata Civitate; ac ſimilis commercii beneficio adjutam urbem ſupplementis militum, & idoneo cnmmeatu. Imò addit Regnierus Deſmarais in Notis Italicis ad Odas Anacreontis à ſe Etruſce converſi, etiam per hæc tempora mittendarum per columbas Epiſtolarum in Oriente conſuetudinem valeſcere. Subdit etiam qua ratione gentes illæ eas aves aſſueſaciant ad nuncins deferendos. Adducunt nimirum columbas alicubi natas enutritaſque, ad quas urbes ab iiſdem mox erit cum epiſtolis revolandum, ioſutiſque ſub earum alas litteris, dimittunt illas liberè, quæ paterni notique nidi memores ad relictas dnmos & turriculas rectà advolant; captæque, uti conventum eſt, litteriſque detractis ſuo munere perſunguntur. Nnn abſimile quidpiam legimus apud Herodotum Clio de Arpago, Aſtiagis Perſarum Regis Duce, cui cum facultas nnn eſſet propter egregiè cuſtoditos aditus certiorem faciendi Cyrum de rerum ſtatu in Aula Perſica, exenterato lepnri libellum indidit, ubi, quę opus erat, renunciabantur; reſutoque ejuſdem ventre, veluti ferinum munuſculum Cyro miſit per fidiſſimum ſervum, juſſum monere eundem Cyrum, uti remotis arbitris adaperiret leporem, cautèque exta conſuleret. Id verò ingentis fortunæ Regnique Perſici obtinendi initium & auſpicium Cyro fuit. Vide Caſaubonum in Athenęum lib. 9. cap. 11. & Scaligerum in Manil. lib. 5. ad illa verba

Volucres ad juſſa paratas.

Addo non ita deſiiſſe Columbas pro nuociis tranſmittendi morem, ut alibi etiamnum noo retineatur. Utuntur illis Ægyptii, qui Memphim vulgo *Cairo* incolunt. Præclarum de illis teſtimonium eſt Petri de la Valle Viagg. part. 4., cujus verba libenter adſcribo, quoniam rem ipſam luculenter diſtinctèque explicat, & tanquam oculatus teſtis de Columbis miſſilibus loquitur. *Una delle altre curioſità, che mi è occorſa in queſti giorni, è ſtata di aver trovato, che in queſte parti ſi uſa hoggidì ancora quel bel modo di mandare avviſi con preſtezza per via di Colombi, come apunto il Taſſo deſcrive nella ſua Gieruſalem; e degli antichi anche Plinio, frà gli altri ne racconta un caſo aceaduto in Italia trà Romani nell'aſſedio di Modona. Veniva i giorni addietro un Ciauſc. mandato al Baſcià del Cairo dal Primo Vezir, che ſtà in Aleppo con l'eſercito a domandar gente per la guerra di Perſia. Si ammalò il Ciauſc in una Città ſei giornate lontano di quà. e non potendo ſeguir oltre, ſpedì un' Arabo a piedi, che portaſſe al Baſcià le lettere; e nel medeſimo tempo il Beig del luogo ne mandò all'iſteſſo Baſcià l'avviſo con un Colombo. Venne il Colombo in un giorno, e ſi ſeppe ſubito la nuova; cioè la ſoſtanza di quel che portava il meſſo: l'huomo poi, che doveva arrivare in ſei giorni (che queſto e conto fatto, ſei giornate d'huomo a piedi, una giornata di Colombo) tardò per non sò che accidente un giorno ò due di più delli ſei a venir con le lettere; e però fece dubitar di ſe, ma pur al fin venne. Io mi ſon trovato preſente al tutto, e per mia curioſità volſi ſapere come và la coſa: e mi fù detto, che tengono per tutto colombaje a poſta, e quella del Cairo ſta in Caſtello, dove habita il Baſcià, con huomini diputati, che ne tengon cura. Ci ſono molte paja di Colombi, maſchi e femine, accoppiati già di gran tempo; ma di quando in quando li ſeparano, hor queſti or quelli, e ritenendo le femine nella colombaja, mandano con gabbie i maſchi di quà, e di là in diverſe Città, donde può occorrere di aſpettarſi avviſi, e quivi ſon conſervati da chi ne ha cura. E quando occorre mandare alcuno avviſo in Cairo, o in altra Città ſi piglia un di quei Colombi maſchi ſcompagnati, che quel che li governa, sà molto bene qual'è della colombaja del Cairo, o d'altra Città, dove l'avviſo biſogna mandare, e ſcritto brevemente in una cartuccia quelche occorre, ſi avvolge ſottilmente la carta, e s'incera di fuori per le pioggie, & altre acque, che potrebbero bagnarla, e ſi lega ſotto l'ala del Colombo; il quale la mattina, dopo haverlo ben paſciuto, accioche non ſi fermi altrove, ſi laſcia andare a ſuo talento, e ſubito ſe ne và a drittura alla ſua colombaja dove ſtà la ſua femina, e come diſſi, in un giorno fà il viaggio di ſei giornate d'huomo a piedi, e non ſi poſa mai. Se il camino è più lungo, ſi poſa quando ne hà di biſogno; ma pur và ed arriva ſecondo queſta ſteſſa rata di tempo. Giunto alla colombaja, il Cuſtode, che ſpeſſo la rivede lo conoſce ſubito, e preſolo a qualunque hora lo trovi, ſenz'haver ardire di toccar niente, lo porta immediatamente al Baſcià, overo Beig, o Governatore, che vi ſarà, ſecondo il luogo che è, e quello con le ſue mani taglia il laccio, legge la carta, e manda il Colombo a ripoſare, finche ſia tempo di rimandarlo un' altra volta fuori, acciocche torni con ſimile occaſione.*

Columen, inis. Propriè eſt calamus leguminum à radice uſque ad ſpicam. Ovid. 4. Faſt.

duræ culmen inane fabæ.

Id uſitata magis voce dicimus *Culmus*. Sed quooiam antiqui moris fuit culmis frumentaceis ædificiorum ſummitates contegere, ideo pro tectorum faſtigio culmeo accipimus. Et hioc in re ædificatoria ſuprema illa trabs, quæ, ut culmus ſpicam, tectum ſuſtinet, cuique innituntur trabes aliæ aſſereſque, culmen etiam vocatur. *Trave Maeſtra*, *Colmo*. In Machinis etiam culmen dicimus trabem, quæ ſimili, atque in ædificiis, officio fungitur.

Columna. Diſpoſitio aciei. Vide *Jugum*.

Columna Antonini Pii. Vide *Cochlea* pro ſcala.

Columna Trajani. Vide *Cochlea* pro ſcala.

Com-

Commos. Uunus ex quadrijugis equis Martis, ut refert Q. Calaber ex Homero.

Combustio Cadaverum. Vide *Funus*.

Comes, itis. Qui cum aliquo proficiſcitur, eumque in bello præſertim ſequitur: vox eſt compoſita à *cum*, & *eo*. Inter ſocium, comitem, & ſodalem hoc eſſe diſcrimen aliqui putant: quod comes in via & bello præcipue alium ſequitur, unde qui Duces in bellis ſequebantur, Comites vulgò ſunt dicti, quemadmodum à ductoribus copiarum habemus vocem Duces. *Conti*, *Duchi* Socius, qui in omni fortunæ eventu ab alio non diſcedit; Sodalis in voluptuoſis lætiſque rebus dicitur. Cic. *Epulabar cum ſodalibus omninò modicè*. Horatius.

Pompei meorum prime ſodalium
Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregi.

Comitum originem & officium apud Germanos accipe ex Tacito de morib. Germ. *Magnaque & comitum æmulatio, quibus primus apud principem ſuum locus: & principum, cui plurimi & acerrimi comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præſidium. Nec ſolum in ſua gente cuique, ſed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero ac virtute comitatus emineat. Expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipſa plerunque fama bella profligant. Cum ventum in aciem turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adæquare. Jam vero infame in omnem vitam, ac probroſum, ſuperſtitem principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ ejus aſſignare, præcipuum Sacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant; comites pro Principe*. Sed ut videas in appellatione Ducum, & Comitum quanta varietas inceſſerit, accipe de iis teſtimonium Marianæ de rebus Hiſpaniæ lib. 6. cap. 1. *Eſt autem ad obſervationem inſigne in Reccaredi rebus geſtis; & deinceps in Gothica Hiſtoria Comitum, & Ducum frequentem mentionem extare in civilis magiſtratus ſignificatione. Comites dicebantur, qui Provinciam aliquam cum Imperio gubernabant. Duces qui urbem aut regionem aliquam præſidio militari obtinebant. Ad hos quoniam ſumma rerum reſpiciebat, & cudendæ in ſtipendium ſcilicet monetæ facultatem habebant, factum, ut aureus nummus vulgo vocetur Ducatus. Neque ii modo, quibus reipublicæ moderatio erat demandata, Comites dicebantur; ſed etiam quibus in bello alicujus functionis cura impoſita erat, quique in Gothorum Regia honorem aliquem gerebant, eodem nomine cenſebantur. Unde Comites Cataphractarii, Clibanarii, Sagittarii, Tiuphadi in re militari caſtriſque*. Et paulo poſt. *Illud conſtat, Comites Duceſque hac ætate temporarii magiſtratus nomina fuiſſe; deinde Regum beneficio imminuta plerunque poteſtate & minutis oppidis definita, facta hæreditaria*. Ut porrò noſcas quanta olim ſimplicitate, rudique ritu Comites crearentur, adſcribam quæ habet idem Hiſtoricus. lib. 15. c. 20. *Oſorio amicorum Principi abs Rege Hiſpali datum, ut Traſtamaræ Lemoſii, atque Sarriæ Comes eſſet. Novum id exemplum fuit, nullis antea in Caſtellæ regno Comitibus. Rudi ceremonia honos delatus. Hiſpania Litteraturæ expers, moris omnis ignara. Tres offæ in vini poculo oblatæ. Cum inter ſe Rex Comeſque tertio invitaſſent, uter prior ſumeret, à Rege offa una ſumpta, à Comite altera. Jus caldariæ in caſtris; in bello vexilli propriis inſignibus diſtincti datum. In eam ſententiam confectis tabulis atque recitatis, conſequutus aſtantium clamor, plauſuſque læta fauſtaque novo Comiti ominantium*.

2. Dicti itaque primum ſunt Comites, qui Imperatorum proceres erant, & eorum intima admiſſione gaudebant. Spartian. in Adrian. *Cum judicaret, in conſilio habuit non amicos ſuos & comites ſolum, ſed Jure conſultos*. Romæ in vetuſtis lapidibus legitur: *NECESSARIUS AUGUSTORUM ET COMES PER OMNES EXPEDITIONES*. Alia inſcriptio: *COMES DIVI THEODOSII AUGUSTI IN OMNIBUS BELLIS ATQUE VICTORIIS*. Eorum nempe munus erat conſectari Principes, nec ab eorum latere diſcedere, ſeu domi moram facerent, ſeu bellicas ſuſciperent expeditiones. Ex Comitum ferè numero aſſumebantur, qui ad regendas mittebantur provincias: qui tunc non amplius Auguſtorum, vel Principum Comites, ſed Comites nuncupabantur provinciales, à provinciis, quibus cum imperio præerant. Ii porrò non modò cauſarum cognitores erant, & Judicum munus obibant in provinciis, verum etiam populares ſuos in prœlia & caſtra educebant, ubi belli neceſſitas id poſtularet. Vide plura de Comitibus apud Cangium in Gloſſ.

3. Alii verò ſic diſtinguunt inter Comites & ſocios, ut comites quidem ſint, qui ſequuntur, & Duci inferiores habentur, ſocii verò pares. Idcircò Imperatores in bello, cum milites alloquuntur, non Comites illos, ſed ſocios conciliandæ benevolentiæ gratià appellant. Hinc Æneas apud Virgil. 1.

O ſocii (neque enim ignari ſumus ante malorum)
O paſſi graviora: dabit Deus his quoque finem.

Licet autem de inferiori ſæpius dignitate dicantur Comites, adhuc tamen interdum longe præſtantiores; atque adeo Dii ipſi hominum Comites leguntur nuncupati. Sic enim Anchiſes ad Æneam lib. 1. Æneid.

Ceda equidem, nec nate tibi comes ire recuſo.

Ubi vides ſe patrem filio, ſenem juniori comitem dare. Numquid autem Juno, aliique Græcorum tutelares Dii Comites erant Græcorum, an potius duces & auſpices? Et tamen eos Virgilius lib. 2. Æneid. Comites appellat:

Arma, Deoſque parant comites.

Penates etiam Trojanorum Dii eodem nomine ab eodem Vate donantur ibidem:

Sacra Deoſque tibi commendat Troja Penates;
Hos cape fatorum comites.

In eandem ſententiam Cupidinem Deum Macri Comitem fecit Tibullus lib. 2. Eleg. 7.

Caſtra Macer ſequitur: tenero quid fiet Amori?
Sit comes, & collo fortiter arma gerat.

In cujus ſententiæ explicatione vehementer addubito deceptum fuiſſe Joſephum Scaligerum, qui Cupidinem, non militem hìc à Tibullo creatum, ſed potius caculam militarem, vel armigerum, idque in invidiam vitæ Caſtrenſis, exiſtimat. Deceptum autem crediderim verbis illis, *collo fortiter arma gerat*, cum conſtet armigerorum, ſive militaris ſervi munus fuiſſe dominorum ſcuta deferre. Verùm meo judicio miles ibi, comeſque militiæ, non miniſtellus aliquis Cupido depingitur. Id primùm oſtendit Poetæ formula: *Fortiter arma gerat*, quæ planè ad dignitatem contuberna-

nalis militis potiùs, quam ad ſervi miniſterium facit. Nec obſtant quidquam arma collo geſtata: Sic enim illa deferre omnibus erat commune militibus, eamque ob cauſam arma ab armis, ideſt humeris, ſunt appellata, ut à nobis eſt alibi fuſius explicatum. Redeo ad Deos quandoque mortalium Comites à Poetis ſactos; Propert. lib. 3, Eleg. 2.

At Muſæ comites, & carmina chara legenti
Et defeſſa choris Calliopæa meis.

4. Hoc etiam nomine audiebant, præſertim apud Scriptores Græcos recentiores, Centuriones & Tribuni, qui in exercitu Centurias vel turmas ducebant, ut docet Leo Imp. in Tact. cap. 3., & non uno in loco Conſtantinus Porphyrogenitus. Alia iterum notione dicti ita ſunt, qui militibus præerant in navigiis. Acta Alexandri III. PP. *Comites Galearum cum pecunia, quam ferebant, ad veſtigia Præſulis acceſſerunt*. *Comiti* iidem dicuntur. Sanutus lib. 2. part. 4. *Comiti & Naucleri in magno numero neceſſarii ſunt habendi*. Atque illi quidem initio, ut indicavi, militaribus præficiebantur copiis, & eximia dignitate pollebant in claſſe. Hodie verò Comitum ſeu potius Comitorum nomen & munus eviluit. Comitos enim dicimus, qui nauticæ turbæ præſunt, eamque in officio continent, animadvertendo verberibus in ſeſiantes, & incurioſos remiges. Italis *Camiti*. Hoc ævo Comites dignitatis eſt nomen; & ſic appellantur qui magnis Principibus ſunt obærati titulo feudali vel honorario.

Comes Castrensis. Præfectura erat & officium in Aula Principum Orientalium, quæ cum aliis recenſetur à Not. Imp., & à Pancirolo in Commentariis ad eandem. Urbanæ quidem erat dignitatis gradus, ſed appellatio militaris. Hujus miniſtri Caſtrenſiani, & Miniſteriani appellantur in Jure Civili, procurabantque res, quæ ad menſam & victum Principis ſpectabant. Invaluit autem cognomentum Caſtrenſis vel Caſtrenſianorum, vel quòd in caſtris degere plurimùm ſolerent cum Principe; vel quòd Principi in Aula inſerviebant, quemadmodum eidem in Caſtris miniſtrari ſoleret. Nos alibi monuimus nomina militaria in Aulis Principum Orientalium, & per quædam tempora etiam Occidentalium, fuiſſe recepta propter imaginem quandam & ſimilitudinem regiminis Caſtrenſis & Palatini. Tetigit eam conſuetudinem Tertullianus de Corona Militum.

Comites Limitarii. Peculiari nomine audiunt, qui caſtellis identidem extructis, limites Romani Imperii tuebantur. Sidonius Carm. 2.

Comitis ſed jure recepto,
Danubii ripas, & tractum limitis ampli
Circuit, hortatur, diſponit, diſcutit, armat.

Comites. Pro munere miniſteriali in officio Præfecti Prætorio. Vide *Apparitores*.

Comes Largitionum. Ex Jure Civili, ut indicat Pancirolus cap. 15. Comment. Not. utriuſque Imp. docemur, Principes Orientalis Inperii duas potiſſimum habuiſſe arcas nummarias. Altera privatum Principis aurum cuſtodiebat: altera ſervabat pecuniam, quæ in Fiſcum referebatur ex tributis, vectigalibus, aliiſque ſpeciebus, quæ in præſato Jure Civili dicuntur Canones largitionum. Poſtremæ huic arcæ Præpoſitus vocabatur Comes largitionum. Quam latè verò pertinuerit Palatina dignitas Comitis largitionum in Imperio Orientali, prolixè nec ſemel meminit præfatus Panicirolus. Obſervare nobis fuerit ſatis, non poſtremam ejuſdem Comitis fuiſſe curam, rem veſtiariam militum legionariorum. Ejus nimirum erat inſpicere in oppidanos & provinciales, certam militarium veſtium portionem, aut taxatam pro eadem pecuniam juſſos perſolvere. Vide quæ dicemus in dictione *Veſtitus militaris*.

Comes Stabuli, Comeſtabilis, Coneſtabilis, Conſtabularius. Initiò ſtabuli regii erat curator. Aimoinus lib. 3. Hiſt. Franc. cap. 71. *Regalium Præpoſitus equorum, quem vulgò Comeſtabilem vocant.* Vita S. Licinii Epiſc. Andegav. *Comitem ſui ſtabuli, & omnium equorum, eorumque cuſtodem conſtituit.* Quæ verò dignitas ab exordio ſuæ originis circa equos duntaxat & regium verſabatur ſtabulum, progreſſu temporum facta eſt militaris: eaque appellatione inſigniti militarium ordinum nobiliſſimi quique Ductores. Habemus id ex legibus Eduardi, ubi de Heretochiis: *Latinè verò dicebantur Ductores exercitus, apud Gallos Capitales Conſtabularii, vel Mareſcalli*. De multiplici horum jure & prærogativis non pauca colligit Cangius in Gloſſ. Turnebus Adverſ. lib. 28. cap. 2. *Qui apud nos ſummus eſt militiæ dux & magiſter, quem Conneſtabilem dicunt, non dubito quin Comes ſtabuli appellari debeat: præſertim cum & apud Ammianum Marcellinum Tribunum Stabuli legam: & apud Volaterranum reperiam in Aula Conſtantinopolitana Comitem ſtabuli fuiſſe*. Scipio Ammiratus lib. 1. Hiſt. Fiorent. *Intorno a queſti tempi* [756] *parimente incomincid ad apparire primieramente queſta nuova voce, e dignità di Conteſtabile: che ſecondo il ſuono e terminatione della Lingua Latina*, Comes ſtabuli, *cioè, Conte della Stalla fù chiamato*. Italis *Coneſtabile*; cujus officium *Coneſtaboleria*. Liv. dec. 1. *A queſta Coneſtaboleria aggiunſi due centurie di Carradori, e di fabri, e di Maeſtri, che ſenza arme ſerviſſero in tempo di guerra*. Hodie Comes Stabuli primariæ eſt apud Reges Europeos dignitatis locus. Alicubi antiquatus eſt is honoris titulus immodicæ potentiæ metu: alibi viget floretque.

Comitatenses. Numeri, vel legiones Comitatenſes dicebantur Theodoſii tempore, qui in ſacro Principum Palatio militabant, & ſuberant Magiſtris utriuſque militiæ. De his crebra mentio in Notit. Imper. Vide ibi Pancirolum. Memorantur porrò multis in locis in Codice, præſertim de Veteran. l. 11. *Comitatenſes & Ripenſes Milites atque protectores &c.* Appellati Comitatenſes à ſacro Principis Comitatu. Conjungi à Scriptoribus ſolent Ripenſibus; quoniam illi in Caſtris limitaneis, hi verò in ripis militabant. Vide Salmaſ. ad Probum Vopiſci.

Comitia Centuriata. Vide *Centuriata Comitia*.

Comitiati Tribuni. Pedianus ſcribit, Tribunorum Militarium duo fuiſſe genera, primum eorum, qui Rufuli dicuntur, & in exercitu creari ſolerent; alterum fuit Comitiatorum, qui Comitiis deſignarentur.

Cominus, atque eminus. Vox apud vulgum uſurpata ad prænotandum modis omnibus quidpiam peti; translata à prœliis, in quibus modo conſertis gladiis cominùs milites pugnant, modo eminùs contorquent tela de machinis, & longe ſtantes decertant.

Commanipulo, onis. Qui eſt ex eodem manipulo, ideſt certo militum numero. Spartianus in Peſcenn. *Idem ob unius gallinacei direptionem, de-*

cem

cem Commanipulones , qui raptum ab uno comederant , ſecuri percuti juſſit .

COMMANIPULATIO , oois . Societas ipſa militum manipularium . Spartian. in Peſcenn. *Juſſit ut denorum gallinaceorum pretia provinciali rederent decem , qui ſimul furto convixerant ; addito eo , ut tota in expeditione , in Commanipulatione nemo focum faceret .*

COMMANIPULARES . Milites ejuſdem manipuli . Tacit, lib. 20. *Prenſare Commanipularium pectora , cervicibus injecti .*

COMMASCULO , as . Animum virilem induo . Apul. 2. Aſin. *His cognitis animum meum commaſculo .*

COMMATA , um . Vide *Incilia* .

COMMEATOR , oris . Qui ultrò citròque commeat . Sequeſter . Internuncius . Apul. 11. Aſin. de Mercurio : *Illic Superûm Commeator & Inferûm* .

COMMEATUS , us . Abeundi facultas , quam Imperator , Tribunus , vel quicumque armorum Præpoſitus Militibus impertit cum certis aut nullis , ſi placet , cooditionibus . Ac propriè litteræ ſunt dimiſſoriæ, quibus milites à ſignis ad aliquod tempus dimittebantur . Exemplum Formulæ , qua hoc fiebat à Præfectis militaribus , ſuppeditat nobis Livius lib. 30. *Siquis veſtrum ſuos inviſere vult ; Commeatum do : Primo vere adſitis edico* . Erat autem conſtituta lis pœna , qui ad præſcriptum tempus non rediiſſent ad ſigna , ut habemus in Pandectis l. 1. de Re Militari : *Si ad diem Commeatus quis non veniat , perinde in eum ſtatuendum eſt , ac ſi emanſiſſet vel deſerviſſet* . Idcircò moris erat in Tabulas referri nomina , & præſcriptum tempus iis , qui diſcedendi facultatem impetraviſſent . Veget. lib. 2. cap. 19. *Quando quis commeatum acceperit , vel quot dierum , adnotatur in Brevibus* . De hujus nominis origine ita Feſtus : *Remeare eſt redire , ut Commeare ultrò citrò ire . Unde Commeatus dari dicitur, ideſt tempus , quo ire & redire quis poſſit* . Hinc habemus voces Italicas , qua diſcedendi veniam exprimimus . *Comiato , prender Comiato , Comiatare, Accomiatare* . Hinc Itali Poetæ Odarum ſeu Cantionum clauſulas vocant *Comiato* . Alloqui autem ibi ſolent ſuas ipſi Odas vel Cantiones, eiſque abeundi facultatem cum aliquo documento , vel expreſſiore animi voto concedunt . Exemplum hahes in illa Petrarcæ Cantione , quæ incipit *Spirto gentil* , ubi ea legitur clauſula commeatus :

Sopra il Monte Tarpeo , canzon , vedrai
Un Cavalier , ch'Italia tutta honora ,
Penſoſo più d'altrui , che di ſe ſteſſo ;
Digli ; Un , che non ti vide ancor d'appreſſo ,
Se non come per fama huom s'innamora ,
Dice , che Roma ognora
Cogl'occhi di dolor bagnati e molli
Ti chier mercè da tutti ſette i colli .

In quo genere illud eſt mirandum , eum tractum Odarum vocari *Comiato* , licet aliquando non diſcedendi facultatem Poetæ ſuis largiantur Cantionibus , ſed potiùs hortentur illas , ne quopiam diſcedant . Cujus rei exemplum eſt Commeatus ille Petrarcæ ad Cantionem

Se il penſier , che mi ſtrugge ,

qui ſic habet .

O' poverella mia , come ſe' rozza :
Credo che tel conoſchi ;
Rimanti in queſti boſchi .

2. Expedit verò attexere quæ habet Lucas Olſteoius in Martyrio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Ut multæ aliæ voces ex Caſtrenſi diſciplina ad ſacram Chriſti militiam traductæ , ita & Commeatus vocabulum . Eſt autem , auctore Feſto , tempus , quo iri redirique poſſit , ab Imperatore militibus dari conſuetum . Unde Apulejus lib. 2. Amatoriæ militiæ brevem commeatum indulſit . Et in Codice Milites datis Commeatibus , vel per commeatus dimitti dicuntur . Et hoc modo dimiſſi, Commeatales vocantur.* A commeatu habent etiam Itali vocem *Congedo*. Carolus Dati deducit à verbo *Concedo*; ut ſit facultas abeundi, ſive, ut Itali dicunt, *Concedimento*. Expeditiſſima quidem hæc origo ; ſed adhuc nihil divellor à priore ſententia , ut fiat à commeatu .

COMMEATUS , us , Cibaria omnis generis pro exercitûs alimonia : à commeando ; quoniam cum exercitu res omnis eſcaria militi congruens commeat , Hinc illæ apud Cæſarem Formulæ : *Trium dierum commeatus . Multorum menſium commeatus* . Vide Titulos *Buccellatum* , *Annona* , *Poſca* , *Menſa militaris* , & conſimiles . Providè ſatis fecerunt L. Poſthumius , & Q. Æmilius Romani Conſules , coacto rerum omnium commeatu in Erbeſum oppidum, cum adversùs Carthaginienſes in Sicilia dimicarent . Sed longè ſolertiùs actum ab ipſis Carthaginienſibus, qui miſſo ad ferendas ſuppetias Hanoone Duce , ipſum ioprimis Erbeſum expugnarunt , & ad extremas redegerunt anguſtias Romanos , qui commeatu ſpoliati de Sicilia deſerenda cogitabant . Polyb. lib. 1. *Erbeſum oppidum quod uſque in eum diem horreum populi Romani fuerat , per proditionem recepit, & facultatem Commeatuum, ac cæterarum rerum exercitui neceſſariarum hoſtibus ademit : quo factum eſt ut Romani non minus obſiderentur, quàm obſiderent : eo enim ob penuriam annonæ redacti ſunt , ut de diſſolvenda obſidione conſilium cœperint* . Non alio certe acriùs argumento uſus eſt Caſſius ad ſollicitandas legiooes Romanas adversùs Antonium & Octavium , quàm propoſitis horum anguſtiis rei cibariæ, & commeatus copia apud ſuos. Appian. de Bell. Civil. lib. 4. *Commeatus autem , quæ præcipua difficultas eſt in magnis exercitibus , illis ex ſola Macedonia petendi ſunt , regione montana, idque terreſtri ſubvectione, cum labore maximo . Nobis verò comportantur quotidie nullo labore per mare ex omnibus inſulis & provinciis ; idque nullo prohibente , cum nihil hoſtile à tergo ſit .*

CUMMEATUS , us . Iterum alia apud Latinos eſt notio Commeatûs , eaque omnium planiſſima , à commeando ſcilicet , qua ipſum iter , ſive navigationem notat . Cæſar de Bell. Gallic. lib. 5. *Obſidibus acceptis exercitum reducit ad mare, naves invenit refectas . His deductis , quod & captivorum magnum numerum habebat , & nonnullæ tempeſtate deperierant naves , duobus Commeatibus exercitum reportare conſtituit* . Vides omninò his verbis accipi commeatum pro navigatione , vel ipſo numero navigantium. Id ſcilicet nos dicimus *Convoglio , Caravana* . Sed clarè Cic. ad Heren. Commeatum poſuit pro itinere : *Ut ille qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquę intercluſiſſent.* Apertè etiam de commeatu pro die indicta ad navigaodum illud eſt ejuſdem Oratoris io Verrem: *Qui propter gravem morbum oculorum tum cum navigaret , juſſu ejus , qui poteſtatem habuit , in Commeatu Syracuſis remanſerit* . Vide *Caravana*.

COMMEATALES MILITES. Occurrunt in Pandect. & Codice Juſtin., ac ſæpe alibi. Ii verò dicebantur , qui vel abituri cum venia Imperatoris in ſtipendii par-

partem accipiebant alimenta pro itinere : vel qui commeatu, ideſt vacatione à militia, ad tempus accepto à Tribunis, ſua illis ſtipendia tradebant, Id genus fœneratitiæ negotiationis ſuſtulit Juſtinianus *Cod. de Offic. Præ. Africæ l.3.* Vide *Stellatura*, & *Tribunus militum*.

Commensus, us. Hoc Latino vocabulo Græcorum Symmetriam expreſſit Vitruvius lib. 3. cap. 1. *Ut etiam in operum perfectionibus, ſingulorum membrorum ad univerſam figuræ ſpeciem habeat Commenſus exactionem.*

Commentarius, ii. Item neutro genere Commentarium. Et in plurali Commentarii. Nam Commentaria neutro genere apud Gellium duntaxat, niſi fallor, legitur. Uſi ſunt tamen viri docti non ſemel. Id tamen & ſimilia imitari caveant tyrones, niſi forte neceſſitatis & metri causâ. Laude digniſſima inſtitutio eſt, ut quæ quiſque in vitæ curſu, in muneribus vel urbanis vel bellicis obeundis, & variarum cognitione rerum, memoratu digna obſervavit, earum memoriam ſcripturâ digerat, quæ ad proprium, aliorumque uſum poſtmodum proficere poſſit. Ut id verò majore ſtudio euraque faciant militiam exercentes, vel proficiſcentes peregrè ad diverſos gentium & provinciarum mores luſtrandos & inſpiciendos, propter uberiorem rerum animadverſione dignarum copiam, quibus ea vitæ genera redundant, æquiſſimum eſt. Hinc adoleſcentes nobiles & ingenui, ubi primùm militiæ dant nomina, ſumma cum laude laborem illum ſuſcipiunt, ut privatim adnotent in pugillaribus, quæ per ſingulos ferè dies præſertim relatu digna obvenire ſolent. Ea ſcripturarum genera appellatione Græca dicimus Ephemerides, ab adnotatione rerum per ſingulos dies geſtarum : item Enchiridia, quoniam libelli ſunt, qui ferè habentur ad manus. Eadem Latini appellant Diaria, & Acta diurna. Invaluit verò præ cæteris Commentariorum nomen; quod ſpectabile admodum fecit Julius Cæſar, qui negocia omnia militaria, quibus interfuit, Commentariis complexus eſt. Sunt autem Commentarii libelli, quos ſibi quiſpiam privatim adornat, domique continet, quaſi quoddam rerum, quas agimus, promptuarium. Aſcon. ad Cic. Verr. 3. *Moris fuit unumquemque domeſticam rationem ſibi totius vitæ per dies ſingulos ſcribere.* Conficiuntur autem memoriæ gratià; utque plenior aliquando narratio, atque adeo hiſtoriæ ſeries inde poſſit contexi. Eam ob cauſam ſumma capita tantummodo, & præcipua quædam conjicimus in Commentarios. Eminuit in hoc genere, ut dixi, Julius Cæſar, cujus Commentarii de Bello Civili & Gallico doctorum omnium manibus conteruntur. Terſiſſimi illi ſunt limatiſſimique; & ad Comicam ſimplicitatem atque candorem accedunt. Aſinius Pollio, ut tradit Svetonius in Vita Cæſaris cap. 56. parum veridicos, minimumque integræ fidei eſſe exiſtimat. Multa porrò cenſet ab aliis accepta & temere credita illuc Cæſarem congeſſiſſe, reſcripturum ſcilicet ex integro res ibi memoratas, & ſecundis curis, quæ diligentiores eſſe ſolent, plurima correcturum. Qui circumferuntur Commentarii belli Alexandrini, Africi, & Hiſpanienſis, eodem Svetonio teſte, incerti ſunt Authoris. Oppium alii, alii Hirtium eos lucubraſſe putant. Et hunc quidem octavum, qui ultimus eſt, Commentariorum librum de bello Gallico ſuppleviſſe apertè colligitur ex ipſius in eum librum præfatione ad Balbum. Ibi autem Hirtius de Cæſaris Commentariis ita loquitur: *Adeo probantur omnium judicio, ut prærepta, non præbita facultas Scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major noſtra, quàm reliquorum eſt admiratio. Cæteri enim quam bene atque emendatè, nos etiam quam facilè atque celeriter eos præſcripſerit, ſcimus.* Præſtat autem de eodem opere Ciceronis graviſſimum addere teſtimonium in Bruto : *Commentarios ſcripſit valde quidem probandos : nudi ſunt, recti & venuſti, omni ornatu orationis, tanquam veſte detracta. Sed dum voluit alios habere parata unde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui illa volunt calamiſtris inurere, ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit.*

2. Dicimus proinde Commentarium quidquid adſcriptũ memoriæ gratià aſſervari volumus, ubi ſumma capita adnotari ſolent, non plena narratio diſtendi. Sunt Commentarii quaſi præparatio & ſylva & obſervationes digeſtæ, temporum ordine ſervato, ex quibus plenior mox Hiſtoria conficitur. In hunc ſenſum Cicero ad Atticum lib. 1. *Commentarium Conſulatus mei Græcè compoſitum miſi ad te.* Quare non inſcitè obſervat Marcellus Donatus Dilucid. in Tacit. lib. 4. minus propriè Commentarios vocari explanationes, prolixioreſque lucubrationes in veterum Authorum ſcripta fusè exaratas. Licet enim Gellius ſcripſerit : *Qui Commentaria in Virgilium ſcripſerunt*: Et alibi : *Probi Grammatici Commentarium.* Et rurſus : *Taurus in primo Commentariorum, quæ in Gorgiam Platonis conſcripſit.* Obſtat tamen ejuſmodi Formulis proprietas caſtigati ſermonis. Equidem commemoratæ explanationes profuſæ & largiores magis latinè dicuntur Commentationes, quæ vox rem diu meditatam, non tumultuariò per ſumma rerum notatam indicat : atque in hunc modum cum Cicerone locuti ſunt ſemper purgatioris Latii Scriptores. Ego verò quemadmodum Donato meum continuò adjiciam calculum, ubi docet profuſas illas Authorum explanationes optime notari appellatione Commentationum, ſic ſevere nimium, & parum caute expungere atque proſcribere eum arbitror titulum Commentariorum. Commentarii ſiquidem dicuntur à verbo *Commentor*, quod eſt frequentativum verbi *Comminiſcor*. Cominiſci autem eſt idola quædam mente ingignere, & quaſi ſibi fingere in re dubia certum quidpiam. Et in hoc quidem vertitur totus, quantus eſt, Interpretum labor : nimirum ut movendo, pertentando, atque conjiciendo aſſequi contendant Scriptorum mentem, atque ſententias : ut plane Commentarii apud illos ſint, quod apud alios Grammaticos & Criticos Conjectanea, vel Divinationes, quales in Plautum habemus ex Acidalio; vel Veriſimilia, qualia ſcripſerunt Janus Guilielmus & Scioppius.

Commentariolum, i. Breve Commentarium. Cic. ad Q. Fratrem : *Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.*

Commentarienses. Occurrunt ſæpius in Notitia Imperii, & Jure Civili. Sic appellabantur in exercitu, quibus damnatorum cura committebatur. Proſpiciebant inprimis, ne in Carceribus viri cum fœminis miſcerentur. Expendebant varietatem delictorum, ſuggerebantque Judici identidem captivorum ſtatum, quos porro certa quadam alimoniæ portione ſuſtentabant. Habebant autem cuſtodes, item ſtratores & exceptores, & privatum ſcrinium cum tabulis. Neque enim aliunde, quàm

à Com-

Digitized by Google

à Commentariis nomeo ſuit Commentarieoſibus. Vide multa apud Paocirolum in Notitia Imperii cap. 13.

Commiles, is. Belli ſocius, quique ſimul militat. Cæſar lib. 2. Bell. Civil. *Commiliteſque nonnalli graviores ſermones militum vulgò duriùs accipiebant.*

Commilito, onis. Idem atque Commiles: & dictio quidem eſt uſitatior apud Scriptores. Cic. pro Dejot. *Hic verò adoleſcens, qui mens in Cilicia miles, in Græcia Commilito fuit.* Cooſtat ea ſe voce ſermooibus mutuis milites appellaſſe. Eodem oomioe alloquebantur ſæpiùs ſupremi Duces copias militares, ut iiſdem blandireotur, earumque inirent gratiam. Sveton. io Jul. cap. 67. *Nec milites eos pro concione, ſed blandiori nomine Commilitones appellabat.* Ea tamen compellatio tanquam remiſſior, & oonnihil officiens Imperatoriæ majeſtati diſplicuit Auguſto, poſtquam ſuperatis æmulis Imperium adeptus eſt. Sic eoim ſcribit Svetonius in ejus vita cap. 15. *Neque poſt bella Civilia, aut in coucione, aut per edictum ullos militum Commilitones appellabat, ſed milites. Ac na à filiis quidem, aut privignis ſuis Imperio præditis aliter appellari paſſus eſt: ambitioſius id exiſtimans, quàm aut ratio militaris, aut temporum quies, aut ſua, domuſque ſuæ majeſtas poſtularet.* Idem refert Author Hiſtoriæ Miſcellæ lib. 7. per hæc verba: *Avunculi quoque inventum vehementer arguebat, qui milites Commilitones novo blandoque more appellans, dum affectabat charior fieri, authoritatem Principis emolliverat.*

Commilito, as. Simul milito. Florus lib. 3. cap. 5. *Nocturna ea dimicatio fuit, & luna in partibus. Quippe quaſi commilitans, cum à tergo ſe hoſtibus, à facie Romanis præbuiſſet, &c.*

Commilitia, æ. Ipſa belli ſocietas. Apulejus Florid. lib. 3. *Commemoravit inter nos jura amicitiæ, ac commilitiæ ſtudiorum.*

Commilitium, ii. Idem. Tacit. lib. 1. *Cum auxilia pollicerentur, in Commilitium adſciti ſunt.* Plin. Epiſt. 243. *Parciorem me in laudando facit, quod ſpero tibi & integritatem ejus, & probitatem & induſtriam, non ſolùm ex ejus honoribus, quos in urbe ſub oculis tuis geſſit, verum etiam ex Commilitio eſſe notiſſimam.*

Commoda, orum. Commoda militiæ occurruot ſæpe apud priſcos Authores, ſed fere cum loquuntur de præmiis militum veteranorum, ut plane inſiouare videaotur eadem fuiſſe veteranæ militiæ commoda, & emeritum, ideſt diviſi agri poſſeſſionem, ut nos obſervabimus io Titulo *Emeritum*. Licebit tamen Commoda inſuper interpretari immunitates alias & privilegia militiæ veteranæ, quæ cooſectanea erant ad præfatam poſſeſſionem agri diviſi. De Commodis ita Sveton. io Aug. cap. 49. *Quidquid ubique militum eſſet ad certam ſtipendiorum prṃiorumque formulam adſtrinxit, definitis pro gradu cujuſque, & temporibus militiæ, & Commodis miſſionum, ne aut ætate, aut inopia, ſollicitari ad res novas poſſent.* Idem io Vitellio c. 15. *Delectum ea conditione in Vrbe egit, ut voluntariis, non modo miſſionem poſt victoriam, ſed etiam veteranorum, juſtæque militiæ Commoda polliceretur.* Ex his oon obſcure elicitur Commoda extitiſſe ſtabile quidpiam & diuturnum militum levamentum; ut nimirum attrito bellis robore, & ætate confecti houeſto fruereotur otio, & vitæ reliquum ſine egeſtate tranſigerent. Tetigit etiam ea Commoda Cicero Philipp. 12. *Multa enim falſa de me audierunt Veterani, multa ad eos improbi detulerunt, quorum Commoda, ut vos optimi teſtes eſtis, ſemper ego ſententia, authoritate, oratione firmavi.*

Communia, æ. Multitudo Oppidanorum, & Civitas ipſa collecta. Frequenter legimus, Communias in prœliis adfuiſſe, & ſumptis publicè armis dimicaſſe, præviis Presbyteris & Curionibus cum Eccleſiarum Vexillis. Id nimirum eſt, quod refert Ordericus Vitalis lib. 12. *Epiſcopi, & Comites, aliæque poteſtates Regni tui ad te conveniant, & Præsbyteri cum omnibus Parochianis ſuis tecum, quò juſſeris, eant.* Charta Communiæ Creſpiacenſis an. 1223. apud Cangium: *Et ipſi nobis debent exercitus & equitationes, ſicut aliæ Communiæ noſtræ.* Communiarum originem ad Ludovicum VII. Regem Fraucor. plerique referunt: quod ita exponit memoratus Ordericus Vitalis lib. 11. *Ludovicus inprimis ad comprimendam ejuſmodi tyrannidem prædonum & ſeditioſorum, auxilium totam per Galliam depoſcere coactus eſt Epiſcoporum. Tunc ergo Communitas in Francia popularis inſtituta eſt à Præſulibus, ut Preſbyteri comitarentur Regi ad obſidionem vel pugnam cum vexillis, & Parochianis omnibus.* Videſis plura de Communiis, ac de earundem cum oneribus, tùm immunitatibus apud præfatum Caogium io Gloſſ.

Communitio, onis. Uoum eſt ex ionumeris prætermiſſis vocabulis à Calepioo, etiam bis, terque auctiùs edito. Occurrit tamen apud Vitruvium lib. 10. cap. 19., ubi de Ariete loquens ita ſcribit: *Capiteque ejus ſummum murum continenter pulſantes, ſummos lapidum ordines dejiciebant; & ita gradatim ex ordine totam communitionem diſſipaverunt.*

Compagnia, æ. Ceoturia militum dicta eſt apud Latinobarbaros. Italis *Compagnia*. Petrus de Vineis lib. 2. Epiſt. *Compagniæ projiciunt ſymbola, ſumunt arma.*

Comparo, as. Non qoæro hujus verbi ootiones alias. Notat collato ſtudio, & agendæ rei capitibus expenſis, ſtatuere quæ cujuſque futuræ ſint partes. Tria hic ſunt obſervanda. Primum apponi ſolitam huic verbo adjectionem *inter ſe*. Iterum de pluribus tantum dici; ac fere uſurpatum in ſortitione munerum conſularium. Conſultabaot Conſules, & deliberabaot, quæ cuique aſſumenda eſſent munia. Si convenireot, dicebantur provincias ioter ſe comparare; ſin minus, ſortiebantur. Hinc formula Seoatus-conſultorum: *Compararent inter ſe Conſules, ſortirenturve.* Poſtremò obſerva huoc idiotiſmum Livii eſſe peculiarem. Eccos tibi locos Livianos l. 3. *Comparabant inter ſe Decemviri, quos ire ad bellum oporteret* l. 24. *Comparant inter ſe Conſules, uter Cenſoribus creandis comitia haberet* l. 8. *Comparant inter ſe Conſules, ut ab utra parte cedere exercitus cœpiſſet, indè ſe Conſul devoveret* 43. *Comparare eos inter ſe Italiam & Macedoniam.* Iterum l. 24. *Sortirentur Conſules compararentve inter ſe, uter Cenſoribus creandis comitia haberet.* Eandem vim habet comparatio. Idem l. 6. *Provincia Volſci ſine comparatione extra ordinem data.*

Compstentia, æ. Proportio io machinis & ædificiis. Gell. lib. 2. *Secundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus eſt.*

Com-

Compugno ; as . Simul pugno . Gell. lib. 14. cap. 5. *Clamantes , compugnanteſque illos reliqui .*

Concædes , ium . A' cædendo . Sepimenta ex cæſis arboribus ad itinera nbſtruenda , & alins uſus bellicos . Tacit. lib. 1. *Romanus agmine propero Sylvam eæſiam limitemque à Tiberio cœptum ſcindit , eaſtra in limite locat , frontem ac tergum vallo , latera Concædibus munitus .* Marcellin. lib. 16. *Concæde arborum denſa undique ſemitis clauſis .* Et lib. 17. *Exercitus eelſarum arborum obſiſtente Concæde ire protinus vetabatur .*

Cnncatenationes . In architectura tum bellica, tum eivili ſunt enlligatinnes , nexus , & fulturæ trabium , quæ vel renitendo ſe mutuò adjuvent , vel juxta regulas duplicatæ , & idnneis defixæ locis opus cnrroborant muniuntque: Vitruv. *Ea eoncatenationibus & transverſariis continetur .*

Concateno , as . Catenis , vel quolibet nexu colligo , conjungo . Min. Felix Oct. *Cum ita cobærentia connexa , concatenata ſint .* Lactant. Divin. Inſti. 3. 17. *Hamata eſſe oportee , ut poſſint invicem eoneatenari .*

Concatervatus , a , um . In eatervam ſtipatus . Ammian. lib. 31. *Steterunt improtecti pedites concatervatis manipulis .*

Cnncenturio , as . Centurin . In centurias digero . Plaut. Pſeud. *Dum concenturio in corde ſyeophantias .*

Cnncertn , as . Simul certn . Terent. in Adelph. *Quid iſthuc , Sannio , eſt , quod te audio neſcio quid eoncertaſſe cum hero ?*

Concertatin , nnis . Certamen . Plin. lib. 20. cap. 18. *Qua de cauſa magna concertatia extitie .*

Concertator , nris . Qui ſimul pugnat . Tacit. lib. 14. *Corbulonis Concereator .*

Concertatnrius , a , um , Cic. de Clar. Orat. *Hoe forenſe , Concertatorium , judieiale non tractavit genus .*

Cnncertativa . Quintil. lib. 7. cap. 3. *mutua accuſatio , quam Græci* ἀντικατηγορίαν *vocant , noſtri quidam conertativam .*

Concha , æ . Tuba dicitur, ſed propriè Tritonum , qui ſunt Neptuni tubicines : quòd ea ſit , vel ex cnncha , ideſt teſta piſcis teſtacei , vel ad hujus ſimilitudinem ſtriata , & in ſpiram convoluta . Virgil. 7.

Sed tum forte eava dum perſonat æquora Concba.

Cujus inventum fuerit , vide in Tit. Panici terrores .

Cnncilin , as . Amieum facio : ſed ferè de prius inimicis dicitur . Liv. 1. *Ut amicos Aborigenum ſibi eonciliaret .*

Conciliatin , onis . Actus eoneiliandi . Cie. Aead. 4. *Honeſtum autem , quòd ducatur à Conciliatione naturæ .*

Conciliatus , us . Idem . Lucret. 1.

Quoniam condenſo magis omnia conciliata
Arctari poſſunt .

Conciliatura , æ . Idem . Senec. Epiſt. 98. *Cum Clodius iiſdem vitiis gratioſus , quibus nocens, Conciliaturam exereeret in ipſa cauſæ dictione .*

Cnnciliatnr , nris . Qui conciliat . Liv. 7. *Conciliator proditionis .*

Conciliatrix , icis . Quæ conciliat. Cic. 1. de Legib. *Oratio Conciliatrix eſt bumanæ maximè ſocietatis.*

Cnnciliatricula, æ. Cic. pro Sext. *Nobilitate blanda Conciliatricula , commendatus .*

Concilium , ii . Vide *Conſilium .*

Concin , nnis . Tria ſignificat, ut docet Gellius l. 18. cap. 8. Primò locum ſuggeſtumque , ex quo quenquam allnquimur . Cie. in Oratinne , quæ inſcribitur eontra Concionem Q. Metelli : *Aſcendi in Concionem , concurſus eſt populi factus .* Idem in Oratnre docet , Concinnem etiam dici cœtum populi aſſiſtentis , paratique ad audiendum : *Concionres ſæpe exclamare vidi.* Tertiò indicatur hoc verbn Oratin ipſa. Evincit hoc primum Titulus Tulliani libri , qui inſcriptus eſt *contra concionem Q. Metelli.* Item Cic. in Epiſt. *Legi Concionem tuam, nibil illa ſapientius .* Quod autem facit ad rem militarem , Concinnes dicimus Allocutinnes militares , quæ recepto antiquitùs ritu à ſupremis Ducibus fieri ſolent ad milites, vel in caſtris , vel ante prœlium ad eoſdem animandns & inflammandos , vel quomodolibet flectendos enrum animos ad ea conſilia eapeſſenda , quæ ſummæ rerum, & Reipublicæ videntur cnnducere . Quam Ducum cnnſuetudinem imitati ſunt præſtantiſſimi quique Hiſtorieorum & Pnetarum, qui frequenter ejuſmodi conciones diſſeminant , quod vehementer facit ad jucunditatem ſplendnremque poetici vel hiſtorici Operis ; nec prnfectò minus ad legentium ſive audientium utilitatem & fructum . Vide *Allocutio Millitaris .*

Cnncitarium , ii . Donum Imperatoris ; ſic appellatum , quoniam milites concitat ad nbediendum & prœliandum . Referunt hoc vncabulum Ugutio , & Jnannes de Janua . Sed quoniam nullum afferunt teſtimnnium , licet addubitare deceptns eos mendnſo aliquo authngrapho , ubi *Congiarium* , non *Concitarium* ſcribi npnrtuit .

Conclusin , onis . Vitruv. lib. 5. Concluſinnes appellat obſidiones Urbium . Septo nimirum qundam & corona præcinguntur ab oſidentibus muri . In ipſos etiam nbſeſſos , & enrum munitiones , quibus vallantur & adſtringuntur , hoc vocabulum bellè caderet . Hujus ſimilitudine ea munimenta Itali dicimus *Rieinti* . Verba Vitruvii ſunt. *In concluſionibus reliqui omnes facilioris ſunt apparatus .*

Cnnclusura , æ . Extremæ partes , quibus figura vel machina clauditur & continetur. Vitruv. lib. 5. *Ad centrum reſpondent Concluſuræ .*

Concordia , æ . Vide *Amicitia .*

Cnncorpnrales . Sic appellantur ab Ammiano lib. 21. eommilitones , aliis cnmmanipulones , aliis Contubernales milites: *Præſidiarii milites vaſtantes agros propinquos, omnibus congruentibus abundabant , Raptorum pleraque Concorporalibus ſuis impertientes .* Dixit autem Concorporales ejuſdem Centuriæ vel contubernii milites , qun modo copias ipſas hodie nnminamus *Corpi , Corpo di guardia , Corpo di battaglia .*

Concratitii parietes . Idem ac cratitii , de quibus vide in Titulo *Aceratum* . De pariete Concratitio Papin. in l. ſi fratres prn Socin : *Si vieini ſemipedes inter ſe eontulerint , ut ibi eoneratitium parietem inter ſe ædificarent , ad onera utriuſque ſuſtinenda .* De eodem meminit etiam Ulpianus .

Concursator , nris . Qui ſimul , vel huc & illuc currit . Peditem concurſatorem dixit Livius lib. 2. Bell. Maced. *Ita nec eqnes Regius par erat , inſnetus ad babilem pugnam , nec pedes Concurſator .*

Concurro , is . Simul currn . In foro militari eſt conferre ſigna , & ad manus venire . Virgil. 1. Æneid.

audetque viris eoncurrere virgo .

Fre-

Digitized by Google

Frequenter etiam Imperſonale *Concurritur*. Idem 4. Georg.

Erumpunt portis; concurritur.

Et Horat. 1. Serm.

Militia eſt potior;quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Concurso, as. Frequentativum à Concurro. Cic. pro Sex. Roſc. *Qui armati noctes, dieſque concurſabant.*

Concursio, onis. Cic. de Finib. *Corpora individua propter ſoliditatem cenſet infinito inani ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohæreant.*

Concursatio, onis. Idem. Cic. pro Leg. Agr. *Quam acerba, quam formidoloſa, quam quæſtuoſa concurſatio.*

Concursus. Idem. Cic. ad Brutum: *Concurſus eſt ad me factus.*

Concursus, us. Pro certamine equeſtri. Chronicon Belgicum Anno 1294. *Unum ex præſentibus præcipuæ probitatis militem ad ſingularem Concurſum elegit.*

Concursatorius, a, um. Quam Latini Veteres magis caſtigatè dixerunt pugnam conſertam, Marcellinus vocavit Concurſatoriam. Sic enim ſcribit lib. 21. *Nunc ad concurſatorias pugnas militem inſtruens.* Et lib. 31. *Ad ſortem magis expeditionalium rerum, quàm ad Concurſatorias habilis pugnas.*

Condecurio, as. Quid ſit condecuriare in aciei inſtructione ſic exponit Ælianus. *Condecuriare eſt primæ decuriæ ſecundam ita apponere, ut lateri primi verſus decurionis decurio ſecundi verſus reſpondeat, & lateri ſubſtitis primi decurionis ſubſtes primus ſecundæ decuriæ; ac deinceps ad hunc modum.*

Condita, orum. Leguntur apud Spartian. in Adrian. *Laborabat præterea ut Condita militaria diligenter agnoſceret.* Item apud Lamprid. in Alex. *Cujus viri tanta in Rep. diſpoſitio fuit, ut nulla eſſet civitas limitanea potior, quæ non poſſet exercitum Rom. ac Principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido, atque hordeo, & paleis condita non haberet.* Conditorum nomine veniebant annonariæ ſpecies erogandæ militibus. Erant autem præter frumentum, vinum, acetum, laridum, hordeum, fœnum, paleæ. Aſſervari autem moris erat ea omnia in limitaneis civitatibus. Pars ſiquidem militum maxima, quibus erat eroganda annona, conſtituta erat in limitibus. Accipiebant verò milites duas alimoniæ partes à Conditis Limitaneis: ipſi tertiam humeris vectare cogebantur. Cum verò Imperator iter faceret per provincias, ad illum totius militaris annonæ ſpecimina afferebantur ex munitiſſimis Urbibus limitaneis. Lex Juliani Cod. Theod. de Erogat. militaris annonæ: *Sicut fieri per omnes limites ſalubri proſpectione præcipimus, ſpecies annonarias à vicinioribus limitibus provincialibus ordinabis ad caſtra conferri, ut in limitaneis caſtris, conſtituti milites duas alimoniarum partes ibidem de Conditis ſumant, nec amplius quam tertiam partem ipſi vehere cogantur.* Apud veterem Poetam ab uſu militari translatam hanc habemus vocem ad luporum conditoria, verſu pulcherrimo adagiali:

Sæpe condita luporum ſunt rapinæ vulpium.

Vide Caſaubonum, & Salmaſ. ad Spartian. in Hadrian. Sed quoniam apud Veget. lib. 4. cap. 8. legitur: *Ad arma facienda ferrum utriuſque temperaturæ & carbones ſervantur in conditis.* Ideo Condita non tantum ſpecies annonarias, arma, veſtes, & alia ad uſum militum, verum etiam harum rerum receptacula, horrea, & conditoria malim intelligi: præſertim cum ad eandem formam conſtet locutos eſſe Auſonium in Moſella, & Caſſiodorum Variar. 9. Vide Steuvechium ad Veget. lib. 3. cap. 3.

Conductitii Milites. Mercede conducti, & quibus ſtipendium exſolvitur; perperam à nonnullis dicti Stipendiarii. Nam hi potius ſunt, qui ſtipendia pendunt & exolvunt, ut alibi obſervavimus. Italis *Soldanieri*, *Aſſoldati*. Plaut. in Epid. *Quomodo oſtendam fidicinam Conductitiam.* Vide *Stipendium.*

Conductus, us. Teſſera liberi commeatus. Litteræ publicæ fidei ad liberam & indemnem cujuſpiam commigrationem, quæ Salvus Conductus interdum dictæ apud Scriptores ævi Longobardici, Italis *Salvocondotto*. Villelmus Brito Philipp. lib. 6.

Nec ſalvum præſtare viris, pendente querela,
Conductum, Juris ut poſtulat ordo, volebat.

Baldricus lib. 1. Hiſt. Palæſtin. *Ad hæc Imperator tranſitum abdicare, de cætero & mercatum, & Conductum polliceri.* Idem alibi: *Qui Fidei Chriſtianæ recalcitraverunt, Boemundi Conductu in terram ſuam remigrarunt.* Conductus etiam & conducere apud ejuſdem notæ Scriptores eſt inſtruere re cibaria. Hinc in Capitulis Caroli Calvi: *Conductum quærere: ad conductum redire.* Memoratus Baldricus lib. 1. Hiſt. Palæſt. *Clericalis ordo, & Laicalis ad conducendum Dei exercitum concordant.* Idem lib. 4. *Hi Turcos invenerunt ſexaginta, qui ante ſe multos conducebant homines, Saracenos, Turcos, & Arabes.* Ubi conducere eſt de ſuo alere per viam. Id etiam à memorati ordinis & ævi Scriptoribus dictum eſt conviare; Italis *Convogliare*: quemadmodum conductus ipſe *Convoglio*. A verbo autem conviare conjicere mihi aliquando venit in mentem, originem trahere Italicorum vocem *Vivanda*. Non ſum neſcius à vita, vel victu alios trahere. Adhuc tamen mihi magis arridet ut à prima inſtitutione rei cibariæ militaris per viam traditæ cibus ille dictus primùm ſit *Vianda*, poſtea *Vivanda*. Certe res eſcaria & alimonia militaris etiamnum vulgò dicitur *Provianda*; eamque vocem à via, quàm à providendo deduci omnino malim. De Formulis Conductùs vide Petrum de Vineis.

Confectura, æ. Clades. *Sconfitta*, *disfatta*. A conficiendo, quod ſæpe eſt occidere. Rigordus anno 1198. *In illa verò Confectura capti fuerunt viri nominati.*

Confector, oris. A conficiendo. Interfector. Quintil. Declam. 9. *Expectabam cruentum illum Confectorem.* Svetonius Confectores ferarum dixit in Auguſto, & Nerone. Cicero verò Epiſt. Planc. belli confectorem vocat, penes quem gloria eſt belli confecti.

Conferre manus, signa, Martem, Castra. Collatis viribus, ſignis &c. Formulæ ſunt militares notæ. Virgil. 9.

Et conferre manum, & procurrere longiùs audent.

Exempla ſuppetunt ubique affatim.

Conflictatio, onis. Gell. lib. 6. cap. 3. *Totius exercitus conflictatione oppugnatus.* Et

Conflictio, onis. Cic. in Partit. *Primus ille ſtatus,*

& quaſi Confliƈlo cum adverſario. Et

Confligium, ii. Quod propriè de undis uſurpatum eſt à Solino cap. 14. *Quæ fluƈtuum confligiis tunc adeſa ſunt*, Et uſitstiùs

Conflictus, us. Rixa, cértamen, ſed ferè majori rabie, quàm ordine exercitum. Fit enim à fliƈtu & attritu, quod dicimus de ventis, de nubibus, de undis, de lapide ignem ciente, & ſimilibus. Cic, de Divin. *Nubium confliƈtu ardor expreſſus*. In eo pugnæ genere explicando locupletior eſt lingua Italorum. *Riotta*: fit à Latinorum *Rixa*. *Zuffa*: fit ab Italorum item *Ciuffo*; quæ pars eſt capillorum ereƈtior: ex quo *Accinffarſi*, *&* *Azzuffarſi*. *Baruffa*. Quæ vel fit à barris, ſepimeotis caſtrorum ex palis, circa quos maxime ſic dimicatur: quaſi *Barruffa*; vel fit inverſis ſyllabis, *Rabuffa*, à *Buffa* Italorum, galea ſcilicet; quam adducere & premere ſoleot prœliantes. *Puntaglia*. Joann. Villan, lib. 6. *l'altra Puntaglia cra in porta S. Pietro*. Vide apud nos *Acus*. *Miſchia*. A miſcendo. Albertan. *L'huomo adiroſo incomincia le miſchie*. *Mislea*. Fit etiam à miſcendo. Jo: Villan. lib. 8. *Onde ſi cominciò una grande zuffa, e Mislea*. Ubi adverte, non proinde trahi à miſcendo voces Italorum illas *Misleale*, *Misleanza*, & *Dislcale*, *Dislcanza*. Ducuntur autem à ligando. A verbo *Ligo* habemus *Alcanza*, quaſi *Aliganza*, pro ſocietate vel fœdere: Ab eodem verbo dicimus *Misleanza*, *Disleanza*, pro diſſolutione fœderis vel ſocietatis. Vide *Rixa*.

Confligo, gis, Dimico. Cæſ. 7. bell. Gall. *Fore uti pars cum Civitatis parte confligat*.

Conflicto, as. Idem. Frequentativum. Terent. Phorm. *Nec cum hujuſmodi confliƈtares malo*.

Confodio, is. Fodio. Pro occidere: Liv. 4. Bell. Pun. *Ut cum in prætereuntem ſine armatis Regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus, quàm ſuccurri poſſet*.

Confoedusti. Apud Veteres dicebantur fœdere conjunƈti. Feſt. Scaliger legit Confiduſti; à *fidus fiduſtus*, ut *ab angus anguſtus*. Vetus & vulgata lectio magis arridet Voſſio; & meritò.

Congestitius, a, um. Ut terra congeſtitia: non ſolida, ſed emota; jaciendis fundamentis minime idonea, ſed ad ſubita munimenta paratu facilis, & opportuna tutamini, Colom. lib. 2, cap. 10. *Pinguibus arenis, vel congeſtitia humo proveniunt*. Dicimus etiam in re munitoria congeſtum vel congeſtionem terræ, aſſerum, ramalium &c. Cic. 2. de Divin. *herbam aſperam congeſtu avium*. Macrob. 5. Saturn. *Illam congeſtionem enumerationis apud Homerum*.

Congestio, onis. Et

Congestus, us. Vide *Congeſtitius*.

Congiarium, ii. Vellejus Paterc. lib. 2. *Populum Congiariis honoravit*. Ut Dooativum erat apud Romanos munus militibus attribui ſolitum, ſic Congiario Populus donabatur. Reperio tamen Congiario milites etiam interdum donatos. Lamprid. in Pio: *Congiarium militibus, ac populo de ſuo dedit*. Errant qui Congiarium nonniſi à Principibus tradi ſolitum prodiderunt. Cic. 2. Philipp. de Cæſare: *Muneribus, monumentis, Congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat*. Congiarium dicitur à Congio, quæ eſt liquidorum menſura. Antiquitùs vino & oleo Principes inibant à populo gratiam. Argento auroque id poſtea factum, ſed idem muneris retentum eſt nomen. De Congiario crebra mentio apud Svetonium & Scriptores Hiſt. Auguſtæ. Vide eorum Explanatores.

Conglobo, as. Verbum frequenter militare. Colligo, cogo, coaduoo, Liv. lib. 8. *Qui Latinorum pugnæ ſuperfuerant multis itineribus diſſipati, cum ſe in unum conglobaſſent, Veſcia urbs eis receptaculum fuit*. Idem lib. 10. Bell. Pun. *Haſtati Legionis undecimæ conglobant ſeſe*.

Conglobatio, onis. Tacit. de mor. Germ. *Nec fortuita Conglobatio turmam, aut cuneum facit*.

Congredior, eris, Virgil. lib. 12.

Vix hoſtem alterni ſi congrediamur, habemus.

Dicitur à gradibus: & propriè eſt quaſi pedibus convenire. In re militari eſt ad hoſtem proxime accedere. Id, quemadmodum à manu dicimus, *manus conſerere*, ita à pedibus appropinquantibus dicimus *Congredi*. Italis *Affrontare*. Habet etiam locum in re navali, cum proximiores factæ naves ad ultimum periculum veniunt. Id verò dicimus *Abordare*, à *Bort*, quod Germanis eſt ora, litus, & quæcumque extremitas vel margo. Sed melius fortè à prora Latinorum, Italis *Prora* & *Proda*: ex quo *Approdare* quod eſt proram littori appellere. Quod autem referunt Academici Florentini, *Approdare* interdum eſſe juvare vel prodeſſe, optime quidem conficiunt aliis quibuſdam allatis exemplis. Quod verò addunt ex Dante Purgat. Cant. 13.

E come agl'orbi non approda il ſole,

vereor ne illud *Approda* accipientes pro juvare, nonnihil venuſtatis detractum eant in Dantis carmine. Longe quippe nobilior fiet locutio, ſi ibi *Approdare* ſit appellere vel perveoire: ut ſenſus non ſit: luminibus caſſis ſol non prodeſt: ſed potius; ad cæcorum oculos lux ſolis non pervenit vel appellit. Nos verſiculum illum ita reddidimus *Similit. Dant. Traſport.*

Verberat ut cæcos oculos Sol lumine ſero.

Congressus, us. Pro confliƈtu. Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. *Noſtri in primo congreſſu circiter ſeptuaginta ceciderunt*.

Congruentia, æ. Svet. in Othon. *Primum inter amicos locum tenuit Congruentia morum*. A Scriptoribus rei ædificatoriæ & machinariæ paſſim ſumitur pro apta partium diſpoſitione & proportiooe totius operis. A Gruibus hoc trahitur vocabulum, quæ ſive voleot, ſive paſcant, non ſeſe disjungunt, Verbum Coogruo in germana ſignificatione accepit Solinus, ubi de Gruibus ita ſcripſit: *Concors cura omnium pro fatigatis, adeo ut ſi quæ defecerint, congruant universæ, laſſaſque ſuſtollant*. Vir cæteroqui eruditus ſugillaverat in noſtro carmine adjectivum *Congruus*, ut vocem minus Latinam. Ejus ſcilicet nullum in Theſaoro Linguæ Latinæ & Calepino exemplum legerat præter Claudiani locum, cui minimùm rebatur eſſe fidendum. Utaris licet tutò & fidenter. Ovid. Metam. 15.

Ora vacent epulis, alimentaque congrua carpant.

Et Tacit: *Congruum videtur primordia ejus aperire*.

Conisco, as. Aliter Coniſſo, & Conizo. Nonnullis à cono dicitur, qui ſuprema eſt galeæ curvatura, uhi criſtæ collocantur. Juxta horum arbitratum *Coniſco* eſt, curvatis frontibus & galeis impetere. Proprium id eſt equitum dimicantium, & ludicras Trojæ decurſiones agentium; ad quam formam, fronte & caſſide demiſſa, in adverſum concurreotes expromunt vetuſti lapides & picturæ.

io

In diverſum abeunt alii, quos ut ſequar recta admonet ratio. Trahunt autem hoc verbum à Græcorum κονις, quæ vox Latinis eſt pulvis: ut coniſſare ſit pulverem excitare, eoque ſe conſpergere; & in hanc ſententiam exponunt illud Ciceronis apud Quintil. lib. 8. *Caput oppoſuit cum eo coniſſans*. Et illud Lucretii lib. 2.

Et ſatiati agni ludunt, blandèque coniſſant.

Ubi tamen Obertus Giffanius Lucretii Interpres legit *coruſſant* à Græcorum κορυς, ideſt galea. Alii ibidem legunt *Coruſcant*; quod porrò aptum eſt; ſed obſtat Autographorum fides. Henricus Stephanus authoritatem advocat veteris Lexici, ubi *Coniſco* eſt *luctor*, quoniam luctaturi manus pulvere firmarent. Adduco Stephani verba: Κονίζω, *eſt luctor*, & *præparor ad bellum*. Ἀκονις. *Veteres enim cum luctari vellent, in manus ſpuentes pulverem accipiebant, ut fortiùs tenere poſſint*. Hæc etiam explicatio impendio eſt congruens: juvaturque à Coniſterio, quod locus erat ubi luctaturi poſt unctionem ſe pulvere conſpergebant, ne prenſiones lubricæ eſſent.

Conjugia Militum. Præſtetne commodo publico connubiis alligatos potius, an iiſdem ſolutos conſcribere milites, problema eſt utrinque diſceptatum à viris doctis. Dio Coccejanus lib. 40. author eſt Veterum lege cautum fuiſſe ne uxorati adlegerentur milites; idque indicatum aſſeverat à Tacito 14. Annal. *Milites ſine uxore, neque conjugiis ſuſcipiendis, neque liberis alendis ſueti orbas ſine poſteris domos relinquebant*. Contra verò duodecim tabulis liquidò præcipitur: *Cenſores equitum peditumque prolem diſtribunto: cœlibes eſſe prohibento*. Hinc factum, ut Auguſtus animadverteret in militem, quoniam in uxore ducenda antiquis Romanorum Legibus non paruiſſet. Cum verò in aperto ſit commemoratas ſanctiones ſibi invicem adverſari, idcirco ſic militaris conjugii ducenda eſt ratio, ut connubia bellatorum non conceſſa ſolummodo, verùm etiam imperata exiſtimemus antiquis legibus: eas verò poſterioribus temporibus reſciſſas & antiquatas, quamvis eaſdem in priſtinum poſtmodum reſtitutas, militeſque à cœlibatu abſolutos legamus apud Herodian. lib. 3. Licet autem tractandis armis paratiores videantur fore milites, quos graviſſimum connubii onus & alendæ ſobolis cura non prægedit, nihilominus io confeſſo eſt apud vel leviter verſatos in priſcis hiſtoriis volutandis memoriam relictæ domus, conjugis, & liberorum vim incredibilem addere prœliantibus, eorumque animos vehementer accendere, ut potiti victoriâ redeant aliquando ad domos patrias, opibus prædaque aucti, & præmiorum honeſtamentis inſigniti. Hinc militares Imperatorum allocutiones ad ſuos milites, revocato potiſſimum in eorum memoriam amore patrii ſoli, conjugis, & liberorum, validę & efficaces plerunque redduntur. Ad hunc modum Scipio congreſſurus cum Annibale ad ſuos milites apud Livium lib. 21. *Unuſquiſque veſtrum ſe, non corpus ſuum, ſed conjugem ac liberos armis protegere putet, nec domeſticas tantum cogitet curas, ſed identidem hoc animo reputet, noſtras nunc intueri manus populum Romanum*. Eodem ſtimulo utitur ſæpe cum Livius ipſe, tum alii frequenter Hiſtorici. Hos inter audiendus præcipue Tacitus, ubi de moribus Germanorum ita loquitur: *Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum eſt, non caſus, aut fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates, & in proximo pignora; unde fœminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. Hi cuique ſanctiſſimi teſtes, hi maximi laudatores*. Tetigit hunc morem Virgilius lib. 10., ubi ita de Turno:

nunc conjugis eſto
Quiſque ſuæ, tectique memor.

Et Stat. lib. 4.

de turre ſuprema
Reſpicit Argiam: hæc mentem oculoſque reducit
Conjugis, & dulces avertit pectore Thebas.

Et Lucan. lib. 7.

quiſquis patriam charoſque penates,
Qui ſobolem ac thalamos, deſertaque mœnia quærit,
Enſe petat.

Prælvit omnes Homerus commemorato non ſemel eodem more, ac præſertim Iliad. 15.

Meminerit verò ſinguli liberorum atque uxorum, facultatum ac parentum.

Præfatam verò coniugum ac liberorum curam ſiquis bellator ejeciſſet ex animo, meritò ille ferociæ ac truculentiæ deteſtabilis nota ſugillabatur. Liv. lib. 28. ſic inducit Scipionem ſuos objurgantem: *Ubi vos decedens confecta provincia Imperator relinquerem, Deûm, hominumque fidem implorare debebatis, quòd non rediretis ad Conjuges liberoſque veſtros. Sed horum quoque memoriam, ſicut patriæ, meique, ejeceratis ex animis veſtris*. Idem lib. 26. ſic loquitur de Romanis, quos ab iodignatione & furore concepto minime averterunt querelæ conjugum ac liberorum, contra omnem, non humanam duntaxat conſuetudinem, verum etiam morem ferarum: *Feras beſtias cæco impetu ac rabie concitatas, ſi ad cubilia, & catulos earum ire pergas, ad opem ſuis ferendam avertas. Romanos Roma circumſeſſa, conjuges, liberi, quorum ploratus hîc quoque exaudiebantur, aræ, foci, Deum delubra, ſepulchra Majorum temerata ac violata, à Capua non averterunt. Tanta aviditas ſupplicii expetendi, tanti ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis*.

2. Ego autem, quod attinet queſtionem de Conjugio obſtrictis, duo potiſſimum expendi poſſe conſtituo. Alterum; utrum conſultius ſit bono publico uxoratos quam innuptos conſcribi milites: Alterum, utri fortius ſint dimicaturi. Omnium conſuetudo temporum, ac nationum, ne huc adducam leges, quæ à militia nuptos ſæpè excluſerunt, validiſſimè ſancit præſtare, uxoratis domi relictis, innuptos arma ſumere. Id verò minimè proviſum eſt, propterea quod neceſſè ſit hebetari virtutem io Uxoratis, quaſi eos curæ domeſticæ, tum in liberos amor, & ſocietas conjugalis non parum atterant, ut io Orcano animadvertit Taſſus Cant. 10.

Ma or congiunto à giovinetta Spoſa,
E lieto omai de' figli, era invilito,
Ne gl'affetti di Padre e di Marito;

allud quippe Uxoratos, aliud Uxorios eſſe ſtatuo; ſed quoniam ratio publici ſtatus monet ſuadetque, ut hi potius alendis liberis, reique familiaris procurationi, ad hæc obeundis urbanis magiſtratibus reſerventur. Nec profectò aliud opinor fuiſſe cauſæ, quamobrem conjugiis illigatos militiam ſequi leges vetuerint. Quod ſi de ſtudio præliari, & ardore bellico judicandum eſt, ſic

etiam duo ſecernas oportet. Si præſens bellum & muris proximum exardeſcat, ut propugnanda tantum ab hoſtili aggreſſione ſint mœnia, nemini video dubium eſſe, quin ardentius atque conſtantius ſint patriam defenſuri, quibus uxores & liberi in conſpectu ſunt; cum amor patrius maximum in modum ſolicitare ſoleat, & exacuere vires etiam ferarum, ſic enim Cyaxares apud Xenophontem: *Scire debes non tam illorum uxores, ac liberos capiundi te cupidum eſſe, quam ipſi ſervandi ſint cupidi: Etiam ſues cogitato, poſteà quam viſæ ſunt cum natis fugere, ſi quis natos venetur, non jam amplius fugere, ſed venatorem invadere*. In eandem ſententiam Statius.

Ut lea, quam ſævo fœtam preſſere cubili
Venantes Numidæ, natos erecta ſuperſtat
Mente ſub incerta, torvum & miſerabile frendens.
Illa quidem turbare globos, & frangere morſu
Tela queat; ſed prolis amor crudelia vincit
Pectora, & in media natos circumſpicit ira.

Quam ſimilitudinem ita vertit Areoſtus:

Com'Orſa, che l'alpeſtre Cacciatore
Nella pietroſa tana aſſalit'abbia,
Stà ſopra i figli con incerto core,
E freme in ſuono di pietà e di rabbia:
Ira la ſpinge e'l natural furore
A ſpiegar l'ugnie e inſanguinar le labbia;
Amor l'inteneriſce, e la ritira
A rimirare i figli in mezzo all'ira.

Quod ſi ad remota loca Mars provolet navigetve, licet non diffiteor futurum, ut longinquitate ſoli patrii nonnihil uxoratorum vires relangueant, adhuc tamen, ſi robur, ætas, indoles, cæteraque, quæ expendi poſſunt debentque, æquentur cum innuptis, nihil ambigo & ſuorum memoriam penitus illos non remiſſuros, & eorum ingeneratum à natura ſtudium ad rem ſtrenuè gerendam pro firmiſſimo invitamento eſſe habituros. Vide Titulos *Amicitia*. *Cohors Sacra Thebanorum*. Scio tamen Ducem clariſſimum Epaminondam validiores fore innuptos exiſtimaſſe, cum interrogatus, quid utilitatis caperet vir innuptus, reſpondit: *Pro Patria mori non dubitare*. Cui effato vim addidit ipſe Imperator, quem conſtat Uxorem nunquam duxiſſe.

Conjuratio, onis. Unum erat ex tribus militiæ generibus apud Romanos. Erant autem tria illa genera; Sacramentum, Conjuratio, & Evocatio. De Sacramento, & Evocatione vide ſuis in locis. Conjuratio, ut ſcribunt Servius & Iſidorus, ex Livio, Gellio, & aliis, erat hujuſmodi. Cum ob vicini belli, Italici nimirum vel Gallici propinquitatem & periculum, non vacaret ſingulos interrogare, qui ducturus erat exercitum procedebat in Capitolium, ibique duobus vexillis, altero rubeo, quo pedites, altero cæruleo, quo equites invitabat, prolatis, ajebat: *Qui Rempublicam vult ſalvam eſſe, me ſequatur*. Tunc qui convenerant ſimul jurabant; eaque Conjuratio dicebatur. Quoniam verò, qui adverſùs Principem vel Rempublicam aſſurgunt, ſimul convenire ſolent ad conſilia ſocianda, idcircò factum eſt poſtea, ut in ſiniſtram acciperetur partem Conjuratio pro conſpiratione adverſùs legitimum Dominum. Italis *Congiura*, *Congiuramento*, *Congiuratione*: ex quo *Congiurare*, & *Congiurati*. Scilicet defectionem nefariam adaugere ſolent ſeditioſi homines obligata ſacramento fide, novoque ac deteriori ſcelere animis collaqueatis. Ubi vides, Conjurationem ſuapte origine accipi in bonam partem, nempe pro mutuo conſenſu, juramenti fide interpoſita, ad defendendam patriam; quæ prior & germana eſt hujus vocabuli notio. Cic. 2. de Divin. *Mirabile autem illud, quod eo ipſo tempore, quo fieret indicium conjurationis in Senatu, ſignum Jovis biennio poſtquam erat locatum, in Capitolio collocabatur*. Vide *Tumultus*.

Conjurati Milites. Cic. pro Murena. *Conjuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina ſciebam*. Vide *Conjuratio*.

Conjuro, as. Vide *Conjuratio*.

Cononi curæ fuerit bellum. Proverbium ortum à veteri Hemiſtichio:

curabit prælia Conon.

Uſus adagii in eos, qui ea curant negotia, quibus pertractandis impares vires habent. Fuit autem Conon longè peritiſſimus Dux Athenienſium, & multis maximiſque bellis ingenti cum gloria exercitus. Simile eſt illud Turni apud Virgilium:

Arma viri bellumque gerant.

Conquisitores. Nomen habent, ut vides, à conquirendo. Mittebantur ſiquidem in agros ad indagandam juventutem ingenuam, quæ ſuo vel parentum metu militaria pericula fugitans detrectanſque in illis deliteſcebat. Eoſdem poſtea in Urbem compellebant adducentes ante Tribunos & Conſules, à quibus in delectu conſcribebantur. Habemus ex Livio, Triumviros aliquando ad id creatos fuiſſe. Sic enim ſcribit in Punic. Bell. 2. *Creati Triumviri bini Conquiſitionem ingenuorum per agros habuerunt*. Nec tantum apud Romanos, verum etiam apud exteras nationes, Conquiſitorum nomen & officium polluit. Sic enim Livius de Annibale: *Magone fratre ad Conquiſitionem militum miſſo*. Atque alibi etiam idem Author externos commemorat Conquiſitores. De Conquiſitoribus Cicero pro Milon. *Italiæ delectus, ut nonnulli Conquiſitores dictitant, contra Milonis impetum armatus eſt*. Hi ſunt quos vulgo dicimus *Commiſſarii*.

Conquisitio, onis. Cic. de Provinc. Conſul. 3. *Exercitus conquiſitione collectus*.

Conscribere militem. Cogere: quoniam eorum nomina in tabulas referrentur ab Actuariis: ex quo habemus Formulam: *Nomen dare*. Vide *Scribere militem*.

Consecranei milites. Ad hunc modum milites appellat Maximinus apud Capitolinum in Gordianis; *Sacrati Commilitones, imò etiam mei Conſecranei, & quorum mecum plerique vere militatis*. Sic illos vocat, utpote eorundem ſacrorum participes; quæ eſt maxima religio, & arctiſſimum fidei vinculum.

Consecratio, onis. Vide *Apotheoſis*.

Consero, is. Conſerere manus, prœlium &c. Eſt pugnare cominus, & quaſi manum manui adjungere: Cic. pro Muren. *In Legatione duxit exercitum, manus conſeruit, ſigna contulit*. Liv. lib. 5. *Accenſis utrinque animis ad arma diſcurritur, & prælium conſeritur*. Hinc naves, acies, clypeos conſertos dicimus.

Consilium, ii. Inter Conſilium & Concilium notiſſimum illud diſcrimen Grammatici faciunt, ut conſilium quidem dicatur de ipſa ſententia conſulentis, diſceptantis, vel deliberantis; Concilium verò de conventu multitudinis, vel Optimatum

tuu

tum urbani tum bellici magiſtratûs, evocati ad aliquid deliberandum. Virgil. 10.

Conciliumque vocat Divûm pater atque hominum rex.

Tametſi etiam extra haoc ſignificationem concilium uſurpaverit Virgilius lib. 3. Æoeid., ubi ſic loquitur de Cyclopibus:

Cernimus aſtantes nequicquam lumine torvo
Ætneos fratres, cælo capita alta ferentes,
Concilium horrendum.

Adductum à Grammaticis diſcrimen ioter Conſilium & Concilium negat pro certo & inconcuſſo habendum eſſe Pierius in Comment. ad Virgil. lib. 1. Georg., & 11. Æneid.

2. Quoad etymon hujus vocis, ſi per literam *C* ſcribenda eſt, Feſtus trahit à concalando, ſeu potius à *con* & *calo*, quod verbum Aotiquis erat pro *voco*, ut coocilium factum deinde ſit ab antiquo *Concalium*. Iſidorus apud Gratianum I. à ciliis accerſit Concilium, quoniam qui in concilio ſunt id ſolum omoes ſpectant, eòque veluti dirigunt cilia, cujus causâ deliberant. Sic enim ille: *Concilium dictum eſt à communi intentione, eo quod in unum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum ſunt, unde qui ſibimet diſſentiunt, non agunt Concilium, quia non conſentiunt in unum.* Quod ſi Cooſilium dicatur per *S*, ſunt qui à cooſidendo trahant, quooiam in conſeſſu deliberatur, ut tranſitu literulæ *d* in *l* Conſilium dicatur quaſi *conſidium*. Alii à *con* & *ſalio*, quoniam deliberantes io unam ſententiam coeant, ſive ſaliant. Quidam poſtremò à *con* & *Sileo*, quooiam deliberationes optimæ nocturno fiunt tempore, quo latum eſt & commune ſilentium.

3. Quantum io re Polemica adminiſtranda vis mentis proficiat, adumbratum Veteres reliquerunt io Hieroglyphicis, propoſita cervi imagine. Magois quidem pavidiſſimum illud animal ſublatiſque cornibus aſſurgit, & horrificæ aſperitatis terrorem igoaris ingenerare poſſet. Sed minacem illam ſilvam, ſubnatam ex ipſa froote, gnari derident; deſpiciuntque arma ferocia viduata conſilio. Id porrò confirmat Cabriæ Athenienſium Imperatoris, & Philippi Regis effatum, cum dicereot; longe formidabiliorem eſſe Cervorum exercitum Leone duce, quàm Leonum Cervo ductore. Equidem ſiquis arma, vel machioas, pedeſtres item equeſtreſque copias, ad hæc anoooæ, commeatuum, & rei nummariæ affluentiam, ac demum quemcumque Martium apparatum anteferendum eſſe cooſilio cenſeat, næ ille de re militari atque caſtreoſi perperam prorſus atque præpoſterè judicat. Certiſſimam veluti oraculi cujuſdam vim fidemque habere exiſtimes, quod pronunclavit Tullius lib. 1. Offic. nimirum, *Parva eſſe foris arma, niſi Conſilium ſit domi.* Fatendum omnino non tam viribus & præſtantia corporum geri io Martia arena res magoas, quàm cooſilio atque ſapientia: maximas item Reſpublicas à junioribus labefactatas, à ſenibus fuiſſe reſtitutas: miſerrima demum naufragia fieri cum ad Reipublicæ gubernacula temerarii homines bonæque mentis inopes accedunt. Nimirum ubi, ut Virgilius loquitur lib. 7.

nulla datur cæcum exſuperare poteſtas
Conſilium,

ſtatim illud fit, quod adjungitur.

Multa Deos auraſque Pater teſtatus inanes,
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella.

Oportet plane meminiſſe pulcherrimæ animadverſionis Polybii lib. 1. ex Euripide, ubi loquitur de Carthagine admiraodum io modum aſſerta & vindicata ab ioteritu, Xantippi architectoois Lacedæmonii aſtu & ſagacitate: *Præterea quod olim ab Euripide ſapientiſſimè dictum fertur, unicum rectum conſilium magnam militum manum vincere, hoc tempore ex ipſo eventu fidem accepit. Siquidem unus homo atque una ſententia multitudinem armatorum, quæ antea invicta ſemper atque inſuperabilis fuerat, vicit ſuperavitque, ac profligatam urbem, & collapſos tot virorum animos inſtauravit atque erexit.*

4. Ne cæco ductu & improvido in medium conſuleretur, præſertim verò in decernendis negociis bellicis, ubi oon licet, ut ajebat ille, bis delinquere, ioeptumque atque importunum eſt, ut ajebat Scipio Africanus apud Valerium Maximum lib. 7. cap. 2. frigidam illam excuſatiunculam afferre, *Non putabam*, antiquiſſimi moris fuit nocturno maxime tempore de graviſſimis rebus cooſulere. Apertam ejus conſuetudinis commemorationem habemus apud Virgilium lib. 9.

Cætera per terras omnes animalia ſomno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrûm primi, & delecta juventus
Conſilium ſummis Regni de rebus habebant.

Confirmat id geminum apud Græcos proverbium, quod refertur à Ludovico de la Cerda in eum Virgilii locum: alterum, *Sapientibus in nocte Conſilium*: alterum, *Mens in nocte ad conſultandum melior*, Idem tetigit Valer. Flacc. 6. Arg.

Conſiliis dum nox vocat alta movendis,

Et clariùs Plutarchus in vita Themiſtoclis advocans vetuſtum carmen:

Nocti vocem attribue, nocti conſilium.

Nec aliam ob cauſam noctem Græci dixerunt Euphronen, ideſt prudentiæ aptam, & cooſiliatricem bonam. Quod ita invaluit, ut interdum Poetæ Græci noctem abſolutè conſiliatricem dicereot. Quod enim ex Sophocle in Elect. ex Græco ſic exponi ſolet,

Ut nox atra reliquit aſtra,

Si ad verbum reddas, ſic erit reddendum,

Atra Conſiliatrix reliquit aſtra.

Quamobrem idem Virgilius lib. 1. Æoeid. multa ſecum agitantem inducit Æneam:

At pius Æneas per noctem plurima volvens;

Fructum verò nocturnæ cogitatioois atque curarum mox ita reddit.

Ut primum lux alma data eſt, exire, locoſque
Explorare novos, quas vento acceſſerit oras,
Qui teneant (nam inculta videt) hominesne feræne
Quærere conſtituit, ſociiſque exacta referre.

Id ſcilicet eſt quod Homerus dixit Iliad. 2.

Non decet virum Principem dormire noctem totam.

Quam ſententiam ſic habes expreſſam ex Silio:

Turpe Duci totam ſomno conſumere noctem,
O Rector Lybiæ: vigili ſtant bella magiſtro.

Apertiſſimè verò Homerus loco iodicato, quò procul dubio reſpexit Virgilius,

Cæteri quidem apud naves principes omnium Achivorum
Dormiebant per noctem molli domiti ſomno.
Verum non Atriden Agamemnonem, paſtorem populorum,
Somnus tenebat dulcis multa animo volventem.

Ve-

Veriſſimum proinde, & vel maxime memoria dignum Sophiſtæ veteris effatum illud apud Philoſtratum lib. 1. *O nox, tu plurimum particeps es divinæ ſapientiæ*. Ea verò de cauſa capiendis conſiliis aptiſſima nox paſſim creditur, quoniam nihil tunc temporis turbulentum, nihil tumultuoſum; & quies ipſa communis, naturæque tranquillitas ſedatum in conſulendo animum pollicetur & præſtat. Non alia de cauſa conſtat Senatum illum & Magiſtratum perpetuum Areopagitarum nonniſi noctu & per tenebras Jus dicere conſueviſſe, ac de rebus Athenienſis Reipublicæ deliberare. Profectum inde putaverim vetus illud Græcorum adagium *In nocte Conſilium*. Cum enim nihil magis inimicum ſit recto conſilio, quam prava cupiditas, & mens quomodolibet perturbata, ideo optimè tempeſtivèque illud capitur nocturno tempore, cum tenebræ & ſolitudo ſubmovent præcipites impetus, rediguntque humores ad æquum temperamentum. Adjuvat opportunitatem ſilentium, à quo non deſunt, qui originem accerſant hujus vocis *Conſilium*. Adminiculatur etiam ſomnus, quo fit ut ſedatis animi motibus ſæpe expergefacti ſententiam in melius mutent. Huc porrò referas vetus effatum, quo admonemur, ſuper re qualibet graviori, ad deliberandum propoſita, eſſe condormiendum.

5. Mihi verò non eam duntaxat ob cauſam nox conſiliis idonea habetur, quoniam pacatiùs ſedatiùſque illa eliciat, verùm etiam quoniam magis libera & conſentanea veritati. Id ut credam eſſe veriſſimum vetus facit conſuetudo, ex qua ſatis conſtat, per noctem inter epulas & pocula Veteres Conſilia ſociaſſe, cognoviſſe de præſenti rerum ſtatu, & proſpexiſſe ſeriò in futurum. Nec verò Perſæ ſolum ſic inſtituti fuerunt, ut inter epulas in medium conſulerent, ut refertur à Strabone lib. 15. verum etiam Græci, ut oſtendit Plutarchus Sympoſ. lib. 7. qu. 9. & 10. adducto antiquiſſimo illo Græcorum verſiculo;

Conſilium melius capietur ventre repleto,

& Homeri teſtimonio: cum enim Græci Duces, militeſque multo ſe vino invitarent atque proluerent inter prandendum, tunc cœpit, ut Homerus loquitur,

Conſilium ſapiens primus contexere Neſtor.

Ejuſdem porrò prudentiſſimi Ducis illud fuit apud eundem Homerum Iliad. 1. documentum ad Agamemnonem:

tu cœnam ſenibu' præbe:
Collectis multis, qui conſulet optima, pare.

Atqui, inquies, neque ſatis honeſtum, & parum cæteroqui videtur commodum exiſtimare epularum hilaritatem, immodicam nimiamque ſpirituum elationem, garrulitatem etiam, quę interdum in proterviam & clamoſa jurgia degenerat, optima comparare Conſilia. Ut enim lippientes, quibus humorum abundantiâ oculi defluunt, minimè expeditum deterſumque eorum uſum habent, non aliter mens & ratio, ubi quis multo ſe vino ingurgitat, videtur hebeſcere atque deficere, ut nihil tunc quiſpiam ſobriè cogitare, ne dum ſeriò purgatèque conſulere poſſit. Verùm pulcherrimè iſthæc diluit atque profligat Plutarchus loco ſuperiùs indicato. Aliud nimirum eſt aliquanto largiùs vino indulgere, aliud ebrietate demergi. Ebrioſi quidem, meroque hauſto intemperanter fervidi, cubitum diſcedant, & hauſta dolia excoquant: nihil neceſſe eſt eos adhibere in conſilium, qui ſibi peſſimè conſulunt. At verò Bacchus non illiberaliter habitus eadem vi illa ſuaviſſima, qua viſcera calefacit, meatuſque blandè perrumpit, mentem etiam exacuit, animumque vegetat, novumque cogitationibus atque conſiliis robur affert & libertatem. Exſuſcitat quippe vinum, ut Plato loquitur, vires animi deſides, & torpidas ſæpe mentes inflammat. Quemadmodum enim thuri, aliiſque accidit odoramentis, quæ, cæteroqui concreta & craſſitie quadam languentia, igne ſuppoſito vel admixto fragrantiſſimum odorem expirant, ſic imbecilli quandoque dejectique animi, curarumque vel triſtitiæ pondere prægravati, ſi è poculis novus iiſdem vigor & ſtimulus, & quaſi nativi caloris, ut ita dicam, irrigatio accedat, non ad ſana optimaque ex tempore ſumenda tantum conſilia, verum etiam ad egregiè facta æſtu mirabili incitantur & incaleſcunt. Elegantiſſimè id expreſſit Ariſtophanes in Equit.

Quid? Tune vinum audes calumniarier,
Quaſi ad conſultandum nihil afferat boni?
An vino aliquid reperias ad agendum aptius?
Viden' quando bibunt vinum homines, ibi admodum
Diteſcunt, cauſas vincunt, lites obtinent, beati
Fiunt, & jam amicis commodant.
Age, effer huc mihi vini veteris congium,
Ut irrigem menti, & dicam aliquid utile.

Et paulò poſt.

Nam inebriatus ſpargam undique ratiunculas,
Sententiolas & conſultatiunculas.

Nihil porrò eſt cauſæ, ut de eo liquore ſoliciti ſimus, ejuſque impetus reformidemus, quoniam effervescentem lætitiam, jocoſque procaciores interdum pariat: ſolent enim qui ad ſpeciem vino lætantur, ubi ſeria vocant, maximè omnium ſobria atque frugalia conſilia ſuggerere. Id ſcilicet demonſtrat idem Plutarchus exemplo Philippi Macedonum Regis, qui cum inter amicos convivio aſſidens multa nugaretur, ut nonnullis etiam deſpiciendus, ac derìdiculo eſſet, ſimul atque conciliandi cum hoſtibus fœderis incidit mentio, laſciviore quolibet motu procul abdicato, vultu compoſito, contractiſque ſuperciliis, & recepit ſe illico in Principem, & graviſſimis verbis vehementer accommodatum reſponſum reddidit Athenienſibus. Ineſſe poſtremò vini hauſtibus occultam arcanamque efficaciam eruendę veritati, apertèque nec perturbatè intimos animi ſenſus aperiendi, vel populari uſu tritus ille ſermo teſtificatur: *In vino veritas*. Neque aliam ob cauſam Antiquitas Baccho liquoris dulciſſimi repertori illa indidit cognomenta, quibus Eubulen illum, ideſt bonum Conſiliarium; iterum Liberum, ideſt explicatæ indolis, clarique & ingenui ſermonis linguæque Deum appellavit. Lyſium porrò vel Luſium, hoc eſt, ut hoc verbo utar, ſolutorem nominavit, quoniam obductas quaſdam humanis mentibus nebulas atque caliginem diſſolvit, utque Euripides ſcripſit, edocet inſtigatque homines ad veritatem liberè nudèque proferendam. Sed non hæreho diutius in vini laudibus, qui adverſus Oden Anacreontis, qui potantes [vinum ſcilicet] commendat, ſcripſi Palinodiam in laudem potu aquarum utentium. Sed quid obſtat, quo minus ea carmina, evagationis gratia, ſubſcribam? Anacreontis Ode eſt:

Fœcunda terra potat;
Hanc arboreſque potant.

Et

Et potat æquor auras,
Phæbuſque potat æquor;
Ipſumque Luna Phæbum,
Quid ergo vos Sodales,
Potare me vetatis?

Palinodia, qua laudantur aquæ Potores.

Aquis redundat axis:
Aquis madetque tellus:
Tota eſt aquoſa Tethys.
Chryſtallinos liquores
Ergo decet frequenter
Haurire me, juvatque:
Ut Sobrios Alumnos
Sebethus erudire
Solet, venuſtus amnis.

Eandem ſic olim reddidi carmine Italico;

Sù le ſfere ſuperne
An l'acque fonti eterne;
D'acque ſalſe ed amare
Un lago immenſo è il mare;
E la terra ripieno
Hà tutto d'acque il ſeno.
Se, ovunque il Sol riſplende,
Ad acqua uſar s'apprende,
Amico Bacco, Addio:
Non più da Naſſo, o Chio
Vò cercar tuoi liquori,
Mantici di furori.
D'acqua chiara, e gelata,
Come dal fonte è nata,
Recami un nappo ſchietto,
Ch'el vò verſarmi in petto;
Si come inſegna a noi
Amati parti ſuoi,
Cinto d'illuſtri allori,
Più che d'erbette, e fiori,
Il mio gentil Sebeto,
Che al Mar, modeſto, e cheto,
Puri criſtalli mena,
Specchio alla mia Sirena.

6. Illud potius perſequar quanti ſemper in tractandis armis conſilia fecerint Duces optimi. Digniſſimum Cæſare apophthegma eſt, quod pronunciavit lib. 1. Bell. Civil. *Non minus eſſe Imperatoris conſilio ſuperare quàm gladio.* Ampliſſimum etiam illud Euripidis teſtimonium:

Nam Civitas prudentis conſilio viri
Bene temperatur, & domus: inque bellica
Vel plurimum conducit hoc re, ſcilicet
Multas manus conſilium vincit unicum
Bonum: damno eſt inſcitia multitudinis.

Item illud Homeri.

Namque alicui dono Divorum bellica virtus
Obtigit: aſt alium prudenti pectore juſſit
Pollere, ac mentis præclaris dotibus uti
Juppiter: atque hujus prodeſt ſapientia multis;
Adfert integris ſed & urbibus illa ſalutem.

Negat autem Cicero in libro de Senectute, vires & celeritatem corporum ad eximia facinora tantum afferre ponderis, quantum à præclaro conſilio iiſdem ſecuritatis accedit. Quid enim optime inſtructus exercitus, quid armorum, machinarum, reique cibariæ ubertas conferat ſi paratis uti neſciat Imperator. Magnitudo ipſa & rerum copia officit ſibi, perinde atque præmagna corpora in ictus magis pateſcunt, niſi mens optima rerum moderatrix ad ſuum ſingula dirigat finem. Veriſſimum illud Horatii Lyr. 3. 4.

Vis conſilj expers mole ruit ſua.

7. Id verò ſalutare preceptum in Carthaginienſium pectora tam altè deſcendit, ut nihil remorarentur, ut tradit Valerius Maximus lib. 2. cap. 7. extremo ſupplicio in eos animadvertere Imperatores, qui mente improba pravoque conſilio rem geſſiſſent, tametſi victoria potiti eſſent: hunc quippe jucundiſſimum fructum Deorum Immortalium beneficio attribuebant, quod verò inſcitè, vel nequiter res acta eſſet, ipſis imputabant authoribus. Cum verò multæ, tum illa inprimis certiſſima ejus rei cauſa cenſetur, quoniam cum incertiſſimi ſint Martis eventus, & immenſa quadam mole agantur exercitus, minima etiam neglecta, vel non proviſa maximas inducunt rerum converſiones, quæ quo majores ſunt, eò faciliùs copias militares profligant. Quod ſi potentiſſimarum nationum faſtos & annales excutias, quæ à ſummo potentiæ faſtigio in extremas poſtea calamitates ac ſervitutem detruſæ ſunt, non potiorem ullam funeſtiſſimarum mutationum cauſam offenderis, quàm vel improbitatem, vel inopiam conſiliorum. Nunquam memoria abjiciendum quod verè atque graviſſimè dixit Vellejus Paterculus; ineluctabilem fatorum vim, quorum imperium delere conſtituit, conſilia corrumpere. Animadvertit id etiam Ovid. de Ponto lib. 4. 12.

Crede mihi miſeros prudentia prima relinquit,
Et ſenſus cum re, conſiliumque fugit.

Si Maharbalis monitis & opportunis præceptionibus dicto audiens fuiſſet Annibal, & poſt cladem Cannenſem, exercitum ad Urbis mœnia confeſtim admoviſſet, brevi debellatum fuiſſet in Italia, actumque penitus de re Romana. Ipſi porrò Carthaginienſes ſi opportunitatem arripuiſſent oblatę pacis conciliandæ, convertiſſent in exitium Romanorum acerbiſſimam illam fati ſiniſteritatem, quæ poſtea Imperium Africanum peſſundedit.

8. Definitur autem optimè Conſilium à Cicerone Rhetoricorum lib. 2. faciendi omittendique aliquid recte excogitata ratio. Item in dignoſcendis rerum cauſis ſubtilis animi proſpectus. Experrectæ mentis ea vis & ſolertia, licet ubique elucere debeat, atque in omni excellere cauſarum examine apud Duces & primores armorum, neſcio tamen qua ratione majorem ſibi plauſum conciliat in iis conſiliis, quæ minimo armorum uſu ac laborum ſanguiniſque diſpendio proveniunt. Tanti fecesunt id Spartiatæ apud Plutarchum in Laconicis, ut ſi hoſtem callido conſilio ſuperaſſent, Marti immolarent bovem; ſin aperto prœlio & mutua ſanguinis effuſione rem conficerent, cæſum gallum offerre ſatis haberent. Majoris nimirum ſacrificii pretio potiorem notabant vim conſilio ſuperandi, quàm armis: ipſam verò conſilii naturam exprimebant bove mactato, cujus nimirum tardus eſt inceſſus, & quędam in omni motu maturitas. In hunc modum non modo ſine ſanguine, & ab omnibus cædibus illibati, verum longe procul à caſtris de ſuis hoſtibus triumphabant Romani, quos nimirum ſedendo vincere, vetus eſt ſermo. Ipſi ſcilicet Senatores ab Urbis otio, & ampliſſimi conſeſſu ordinis præmonſtrabant, præſcribebantque Imperatoribus atque Conſulibus bella gerentibus quid facto opus eſſet in omni armorum adminiſtratione. Quare Romanorum procerum non ita pauci, quos invidiæ ſtimulis vehementer urebat gloria Scipionis Africani, ad eam deprimendam ſolebant jactare, magnorum facinorum Scipionem nonniſi hiſtrionem eſſe, Lælium vero

vi-

Digitized by Google

virum ſapientiſſimum, cujus ille amicitia & vivendi conſuetudine mirificè capiebatur, actorem. Sapienter proinde à majoribus inſtitutum eſt, ut certi ſpectatæ fidei atque prudentiæ hominum conſeſſus in commune agerent de iis negociis, quæ ad ſervandum Reipublicæ ſtatum feliceſque armorum exitus faciunt. Virgil. lib. 11.

Ergo Concilium magnum, primoſque ſuorum
Imperio accitos alta intra limina cogit:

quò procul dubio reſpexit Claudianus de Bell. Getic.

primoſque ſuorum
Conſultare jubet, belliſque, annìſque verendos.

Cogebantur autem non in Urbibus duntaxat, verum etiam in caſtris per præcones, inſtitutione antiquiſſima. Homerus 2. Iliad.

Sed ille præconibus vocalibus juſſit
Accire ad concionem comates Achivos.

Accipiebat apud Romanos militare concilium Legatos ut plurimum & Tribunos. Et de Legatis quidem conjunctim cum Tribunis Livius lib. 9. *Ad Conſules mæſtos nec advocantes quidem in conſilium ſua ſponte Legati ac Tribuni veniunt.* De Tribunis verò Cæſar lib. 4. Bell. Gallic. *Labienus noctu Tribunis militum primiſque ordinibus convocatis.* Et iterum lib. 5. *Ad Conſilium rem deferunt. L. Cotta, compluresſque Tribuni militum, & primores ordinum Centuriones nihil temere agendum cenſebant.* Ubi nota cum Lipſio de Milit. Rom. lib. 2. Dialog. 8., etiam Primipilos vocari conſueviſſe. Eos quippe intelligit Livius appellatione Centurionum primorum ordinum. Omnes verò Centuriones advocare non tam veteris inſtituti, quàm arbitrii poſtea fuit. Eos autem omnes in Conſilium fuiſſe adhibitos à Cæſare, imminente prœlio adversùs Arioviſtum, ipſe teſtatur lib. 1. Bell. Gallic. Poſtremò equites ipſos cum dignioribus de rebus bellicis deliberaſſe conſtat ex Livio lib. 34. Quemadmodum enim in Urbibus multiplex eſt conventus ſive conſeſſus ad deliberandum; aliique ampliores ſunt, alii verò paucioribus conſtant ſelectiſſimiſque, ſic etiam in re caſtrenſi pro rerum gravitate, vel Imperatoris arbitrio, majore interdum numero, interdum minore conventus illi celebrabantur.

9. Cum enim anguſtis finibus circumſcripta vis humanę mentis atque ſolertia imbecillitate laboret ſua, ſapientiſſimè proviſum & excogitatum eſt, ut ad ſtatuendum de graviſſimis quibuſque rebus peritiſſimi cæteroqui Duces non ſatis fiderent ingenio ſuo, verùm alienæ prudentiæ atque dexteritatis auxilium, veluti novam affulgentem lucem accerſerent. Eo quippe adminiculo, & quaſi collatis plurimorum ſymbolis vehementer proficiunt, longèque validiùs communi quàm privato ſuffragio de rebus majoris momenti definiunt. Commonſtravit id nobis olim Antiquitas fabuloſo commento Argi, qui oculeus erat totus, ut Reges inde atque omnes privati Magiſtratus ediſcerent congeminandos eſſe oculos, & aliena ſapientia utendum in rebus, quæ probè cordatèque definiri plurimi Reipublicæ intereſſet. Hinc non Urbana duntaxat, verum etiam militaria concilia frequentari cœpta, eorumque uſus latè percrebuit apud omnes nationes, quæ patriæ rerumque ſuarum ſtatum atque conditionem incolumem ac diuturnam eſſe vellent. Inſtitutionem ſaluberrimam obnixè præ cæteris populis Romani arripuere. Ut autem miſſa hic faciam, quæ de hac conſuetudine perpetuò retenta in Urbicis negociis affatim proferenda ſuppeterent; nihil certe in caſtris à Romanis Imperatoribus, inauditis reliquis Magiſtratibus, & ſine aliorum Præfectorum calculo legimus ſtabilitum. Cæſar lib. 3. de Bell. Gallic. *His nunciis acceptis Galba concilio celeriter convocato ſententiam exquirere cœpit.* Et iterum: *Hac re ad concilium delata, ubi omnes idem ſentire intellexit, poſterum diem pugnæ conſtituit.* Et lib. 4. Bell. Gallic. *His conſtitutis rebus, & conſilio cum legatis, & Quæſtore communicato &c.* Nec prętererierunt laudatiſſimum morem indicare noſtri etiam Poetæ. Taſſus Cant. 1.

Vennero i Duci, e gl'altri anco ſeguiro,
E Boemondo ſol quì non convenne.
Parte fuor s'attendò, parte nel giro,
E tra gli alberghi ſuoi Tortoſa tenne.
I Grandi dell'Eſercito s'uniro
(Glorioſo Senato) in dì ſolenne.
Quì il pio Goffredo incominciò tra loro
Auguſto in volto, & in ſermon ſonoro.

Et iterum de terribili fœdiſſimoque malignorum ſpirituum cœtu evocato ab eorum Rege Tartareo Cant. 4.

Quinci havendo per tutto il penſier volto
A recar ne' Chriſtiani ultima doglia,
Che ſia, commanda, il popol ſuo raccolto,
(Concilio horrendo) entro la regia ſoglia.

Et paulo poſt:

Chiama gli habitator de l'ombre eterne
Il rauco ſon de la Tartarea tromba:
Treman le ſpatioſe atre caverne,
Et l'aer cieco à quel rumor rimbomba.

10. Acciri autem in concilium nonniſi provectioris ferè ætatis homines apud omnes ferè gentes moris fuit. Canities & ruga ſenilis ad perſuadendum longè maximam authoritatem conciliat. Veriſſimum enim illud: *Conſilia ſeniorum, arma juvenum.* Ætas porrò juvenilis tam ad parendum accommodata eſt propter inopiam experientiæ, quàm annoſior & longæva ad imperandum, juxta illud Ovidii Metam. 6.

ſeris venit uſus ab annis.

Habent nimirum hoc à natura beneficium ſenes, & ſimul ætatis ſuæ atque imbecillitatis ſolatium, ut quo reliquis infirmiores ſunt corporis viribus, eo iiſdem præſtent collecta diuturno vitæ uſu opinione ſapientiæ. Spartanæ proinde Civitatis Concilium appoſito vocabulo Lycurgus Gerontum, hoc eſt Seniorum nomine nobilitavit. Romanorum verò ordo ampliſſimus ad graviores Reipublicæ cauſas diſceptandas atque dijudicandas inſtitutus etiamnum Senatus appellationem gerit: eodem autem Ovidio teſte

A ſenibus nomen mite Senatus habet.

Obſervavit id inprimis Homerus Iliad.

Primum ætate graves, & forti pectore claros
Neſtoream ad navim conductos dicere juſſit,
Conſiliumque dare.

Apud eundem Poetam Agamemnon non Achilli, Diomedi, vel Ajaci, ſed Neſtori, ut Ennius loquitur, triſęcliſeni, decem ſimiles à Diis Immortalibus petit:

O conſultores mihi ſint bis quinque Pelaſgi,
Tales conſilio, qualis Nelida ſenex es.

Eundem morem cuſtodivit etiam Virgilius. Sic enim habet lib. 5.

Tum ſenior Nautes, unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaque inſignem reddidit arte,

Hæc

Digitized by Google

Hæc reſponſa dabat.

Idem Nautæ conſilium paulo poſt ita legitur ab Anchiſe laudatum Æneæ filio:

Conſiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat ſenior.

Augeſcit verò magis robur ſeniorum conſiliis, cum vires iiſdem non deficiunt ad fortiter executiooi mandanda, quę ab iiſdem ſunt deliberata prudenter. Affectant autem idipſum, novęque opportunitatem gloriæ ſtudioſè conquirunt præclari ſenes, iodigoantes, ut ait Plutarchus, florenti ætate partas coronas in ſenectute exareſcere. Moliuntur ſæpe potiua novi aliquid, ut veterum laudum gratia recentibus incrementis ſtabiliatur, ad eum plane modum, quo oavis Deliaea ad multoa perduravit ſæculorum circuitus, amotis identidem lignis, quæ vitium concepiſſent, inſertaque in detractorum locum robuſtiore materia.

11. Quamvis autem primum in tradendis Conſiliis locum occupaverit ſemper ætas maturior, adhuc tamen juniores non ſolùm io re gerenda fortiter, verum etiam in adaptandis rei locoque ſapienter conſiliis, laudem ſæpe eximiam reportarunt. Nec ſane excluſa à Conciliia optimatum ætas integra atque florentior. Sic enim Virgilius lib. 9.

Ductores Teucri primum, & delecta juventus
Conſilium ſummis Regni de rebus habebant.

Certe apud Sophoclem in Antig. Hæmon adoleſcens longe prudentiùa diſceptat conſulitque patre Creonte. Pompeji verò Magni ſingularem vel juvenis maturitatem judicii commendat Plutarchus io ejus vita, licet idem in vita Sertorii deſpectum ab hoc fuiſſe in Hiſpania ſcripſerit præ Duce Metello. Siquidem cum novas Metellus copias ad dimicandum attuliſſet, dirimi Sertorius prœlium, ſuoſque juſſit ab acie ſecedere, illud addens: *Ego puerum hunc, niſi ſuperveniſſet anus illa, verberibus caſtigatum domum remiſiſſem.* Quibua verhia Metellum anus nomine, Pompejum verò pueri appellatione ſignavit. Equidem nullæ leges aut inſtitutiones Civitatum ademerunt juniorihus facultatem juris dicundi conſulendique. Ut enim ſenes non ſemper præclare judicant, ſic juvenes interdum optima conſilia in medium proferunt. Huc faciunt ſenarioli illi apud Menandrum:

Spectare noli ſimne juvenis qui loquor,
Viri ſed utrum verba prudentis loquar.

Quò ſuſpicor reſpexiſſe Virgilium lib. 9., ubi de Niſo adoleſcentę ſic loquitur:

audite ò mentibus æquis
Æneadæ, neve hæc noſtris ſpectentur ab annis,
Quæ ferimus.

Et hæc quidem de juvenum præſtantia in conſulendo moderatè, ſobriè, & prudenter accipias. Plerumque enim fit ut juvenum ardor atque ferocia retinenda ſit & compeſcenda conſiliis ſeniorum. Expreſſit id optime Virgilius lib. 12., Latinum Regem annis gravem & rerum experientia inſignem ioducens ſic affari Turnum audacem juvenem, & præcipitem impellente cupiditate:

O præſtans animi juvenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto me impenſiùs æquum eſt
Conſulere, atque omnes metuentem expendere
caſus.

Juvenes ſiquidem ut plurimum inconſultam animoſitatem, exuberantia vota, cupiditatea vehementiſſimas habent. Quamobrem optimè ſcripſit Euripides io Phœniſs.

O fili, non omnia mala ſenectuti
Inſunt, Eteocles: ſed experientia
Habet aliquid ſapientiùs dicere quàm juvenes.

Item Seneca in Octavia.

Præcipere mitem convenit pueris ſenem.

Simile quidpiam habet Actius in Antigona:

Quanto magis te iſtiuſmodi eſſe intelligo,
Tanto, Antigona, magis me par eſt tibi
Conſulere.

12. Hactenua de ipſius Conſilii natura, ac de iis, qui in conſilium adhibendi, & quorum monitia obtemperare conveoit, diſſertavimus. Supereſt, ut de recte conſulendi modo ac tempore quædam ſummatim lectorem præmoneamus. Inprimia verò conſiderandam eſſe opportunitatem temporis nemini dubium eſſe poterit, qui ad Veterum exempla & præſcriptiones vel minimum mentem adjecerit. Otioſa primum ſunt atque irridenda Conſilia & monita, quæ proferuntur rebua jam perditis, & poſt clades acceptas. Seræ tunc potius pœnitentiæ locus, quàm ſalubritati conſiliorum. Id monent adagia illa Veterum: *Vanum eſt conſulere de Ilia capta*, &, *Dum Romæ conſulitur, Saguntus expugnatur.* Verè & eleganter Ovidius de Ponto lib. 2.

Cum poteram recto tranſire Ceraunia velo,
Ut fera vitarem ſaxa, monendus eram:
Nunc mihi naufragio quid prodeſt dicere facto,
Qua mea debuerat currere cymba via?

Pulchrum inſuper hujus rei documentum prodidit Virgiliua lib. 11. in Drance, quem extra tempus vaniſſima verborum jactantia conſulentem ita increpat Turnus:

Larga quidem ſemper, Drance, tibi copia fandi
Tunc, cum bella manus poſcunt, Patribuſque vocatis
Primus ades: ſed non replenda eſt curia verbis,
Quæ tutò tibi magna volant, dum diſtinet hoſtem
Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ.

Neque enim tunc temporia pulchra dictio & ornata locutio congruebat, ſed opus manuum & obſiſtendi alacritas. Aptiſſime proinde Saluſtius in Catilin. *Priuſquam incipiar conſulto; ubi conſulueris, maturè facto opus eſt.* Non eſt autem, ut multa verha faciam adverſùs eos, qui diditâ operâ & quadam animi perfidia, prava & exitioſa conſulunt. Meminiſſe oportet effati illius Plutarchi: *Neque cæcum ducem, neque amentem conſultorem eſſe audiendum.* Præterea uſus & experientia ſatia demonſtrat improbi Conſiliarii monita in ipſius maxime caput & perniciem recidere, ut contigit Buſiridi & Perillo, quorum atrocia ſuppliciorum inventa ipſia nimirum authoribus extremum exitium attulere. Utriuſque factum ſic poeticè deſcribit Claudiaoua in Eutrop. lib. 1.

Quam bene diſpoſitum terris, ut dignus iniqui
Fructus conſilii, primis Authoribus inſtet.
Sic multos fluvio vates arente per annos,
Hoſpite qui cæſo monuit placare Tonantem,
Inventas primus Buſiridis imbuit aras:
Et cecidit ſævi quo dixerat hoſtia ſacri.
Sic opifex tauri, tormentorumque repertor,
Qui funeſta novo fabricaverat æra dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Senſit opus, docuitque ſuum mugire juvencum.

Quanti verò publicæ ſecuritatis interſit occultare In medium conſulta, ac ſumma ope proſpicere ne in hoſtes diuvlgentur & diſpaleſcant, notavimus io Titulo *Arcanorum cuſtodia.* Silentium in

re Martia curâtius cuſtodiendum à primoribus belli, quam olim à miniſtris arcana Eleuſina. Horat. l. 3. 2.

vetabo qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaſelum.

Addiſce ſilentium à gruibus, quæ à Cilicia montem Taurum tranſmiſſuræ, ne voce prodantur, utque aquilas ea loca infeſtantes decipiant, injecto in os lapillo tutò tranſvolant. Futile, teſte Donato, vas erat in Sacris Deæ Veſtæ, Sed quoniam in iis ſacris aqua noo adhibebatur, ideo excogitatum eſt hoc vaſis genus, quod acuto eſt fundo, & ore patulo, atque ob eam cauſam inſtabile, ut nihil retinere poſſet; aquam vero, ſi iniiciatur, ſtatim effundat, ex quo Futile appellatur. Et quia duplex erat hujus vaſis vitium, ut vel non contineret aquam, vel ſtatim profunderet, ideo effutire geminum etiam notat vitium ſermonis, eorum, qui leves inaneſque ſunt, nihilque ſolidi pronunciant; & eorum, qui facile fidem frangunt, nec res ſuæ fidei commiſſas ſervant, quos plenos rimarum, & undique effluere dixit Terentius. Tu guttum potius, liquorem per ſtillas vix tandem extrudentem imitere, quam Futile; efficieſque adverſus importunos flagitatores, quæ eſt Plauti formula, ne guttulam hauriant ex guttulo. Auguſtus Horatium Poetam ſua menſa communicare, rhedaque exceptum ducere apricatum ſolebat. Noli quærere quid colloquiorum cum amiculo miſceret. De republica, de Principatu, de Sociis æmulis, de bellico apparatu ne gry quidem. Interogatiunculas Principis nugatorias accipe ex eodem Poeta Serm. 2. 6.

hora quota eſt? Thrax eſt Gallina Syro par?
Matutina parum cautos jam frigora mordent:
Et quæ rimoſa bene deponuntur in aure.

Poſtremò ſtrenuis viris metuendi quidam occurſus caſuſque prœliorum accidunt præter omnes humanas vires, nedum præter ipſorum expectationem, impeditiſſimi ac repentini. Hujuſmodi nexus, nonniſi ſolius beneficio conſilii explicantur. Elucet id maxime in conflictibus inter viros ſtrenuos & monſtroſæ magnitudinis Gigantes, qui à Poetis deſcribuntur. Ejuſdem generis ſunt magicis carminibus excantatæ ſilvæ, & erecta caſtella adamantinis munimentis præſepta, quæ ſcilicet nullo armorum, aut virium vel maximarum præſidio, ſed opportuni duotaxat opitulatione Conſilii ſuperantur. Hujus generis dimicatiooum exemplum nos produximus in Hercule adverſùs Hydram prœliante. Vide Titulum *Hercules*.

13. Ut egregiis cæteroqui conſiliis maximum in populi aut militum animos robur accederet, vafrè ſolerterque viri illuſtres commenti ſunt, eadem ſe à Diis accepiſſe. Equidem Sertorius, cum duriſſima quæque ſuis in Hiſpania imperaret, ſecundiſſimo obſequio obtemperantes atque morigeras copias habuit, quòd iiſdem callidè ſuaſiſſet, à Cerva candida, quæ Dea eſſet ejus loci, præſcribi ſibi, quæ utilia factu eſſent. Similia mentiti Duces alii milites imperiia etiam graviſſimis paratiſſimos habuere. Pari dexteritate uſi ſunt Urbium legislatores, quorum ſalutaribns monitis placitiſque quæſita ut plurimum eſt populorum obedientia ab ementito Numinis alicujus alloquio. Traditum id apertè eſt à Romanis Hiſtoricis de Romanarum legum cooditore Numa, qui ſuis legibus ſummam conciliavit reverentiam per ſimulatum cum Ægeria Nympha in obſcuro ſaltu colloquium. Similem in modum Solon Athenienſis Legislator à Minerva, Minos Cretenſium Legum conditor à Jove, aliique ab aliis cœlitibus ſuis præſcriptionibus fidem in vulgus & obſequium advocaverunt. Longè tolerabiliores illi, quam Lucretius l. 1. ubi præſtantis ingenii facultate abutitur ad omnem religioſi cultus memoriam ſubvertendam, noo minori impudentia, quàm falſitate profeſſus, incuſſum ex religione metum rem eſſe commentitiam & humanum ioventum: porrò mentitus, viros ſapientes antiquitatis, ut Principibus ac publicis Urbium moderatoribus ſuum conſtaret obſequium, Deos primùm eſſe finxiſſe, ab iiſdem promanaſſe humanæ Reipublicæ conſtituendæ præcepta, iotentato adverſùs tranſgreſſores metu excidii ſempiteroi; brutalis atque ſacrilegæ philoſophiæ figmentum illo demum claudens verſiculo, religioni & cœlitibus injurioſo:

Tantum relligio potuit ſuadere malorum.

14. Sed aſſociandum prorſus robur conſilio, & prudentia atque calliditas fortitudini fœderanda, ne mancam mutilamque militiam, ſed ſuis expletam numeris habeamus. Complexus omnia eſt Homerus, ubi Neſtor ſic alloquitur Achillem & Agamemnonem:

Qui quidem conſilio Danaos antecellitis, & pugnandi peritia.

Ubi conſilii vis ad Agamemnonem, pugnandi peritia & ardor ad Achillem refertur; quaſi neutra virtus ſibi ſatis ſufficiat, utraque alterius ſubſidio indigeat. Eòdem reſpexit fabuloſa Antiquitas, dum bellorum præſides conſtituit Palladem Sapientiæ Deam & Martem numen ferociſſimum. Sic gemini illi Heroes Fabius & Marcellus rem Romanam ab exitio vindicatam ad ſummum gloriæ faſtiginm provexerunt, & prior quidem conſilii maturitate, poſterior conſtantiæ robore; ut merito Romani Fabium clypeum, Marcellum verò Imperii ſui gladium dicerent.

Consiliarius, ii. Qui conſilium dat. Cicero Leotulo Epiſt. lib. 1. 9. *Ego te authore amiciſſimo ac ſapientiſſimo, & tu me Conſiliario fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem & benevolo certe uſus eſſes.* Ex quo potiſſimum ordine advocentur Conſiliarii bellici, quantique ad rerum ſummam eorum prudentia atque dexteritas conducat, diximns in Titulo *Conſilium*.

Consiliarius, a, um, ut Senatus Conſiliarius. Plaut. Epid.

Senatum convocabo in corde Conſiliarium.

Item amicus Conſiliarius. Plaut. Trucul.

magiſque
Adeo ei Conſiliarius hic amicus eſt, quàm auxiliarius.

Consiliator, oris. Qui conſilium dat. Conſiliarius Plin. Epiſt. 8. 2. *Ille in gerendis meis honoribus Conſiliator & rector.*

Consultor, oris. Tam qui dat, quàm qui capit conſilium. Pro dante conſilium, Saluſtius in Jugurt. *Simul ab eo petiit, ut fautor Conſultorque ſibi adſit.* Pro conſilium capieote Horat. Serm. 1. 1.

Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.

Consultrix, icis. Fœmina, quæ conſilum dat. Cic. 2. de Nat. Deor. *Natura non artificioſa ſolum, ſed plane artifex ab eodem Zenone dicitur, Conſultrix & provida utilitatum.*

Conspirati, orum. Conjurati. Dicti per ſimilitudi-

tudinem ventorum, cum ſimul atque conjunctim ſpirant. Sveton. in Cæſare: *Aſſidentem Conſpirati ſpecie officii circumſteterant*. Idem iu Domlt. *Cunctantibus Conſpiratis lavantewne, an cænantem aggrederentur*.

CONSPIRATIO, onis. Interdum pro Conjuratione improborum hominum, quandoque in bonam partem accipitur. In deterius traxit Brutus ad Cic. Epiſt. lib. 11. 13. *Ut quam paratiſſimi ab exercitu, reliquiſque rebus pro veſtra ſalute contra ſceleratiſſimam Conſpirationem hoſtium confligamus*. In bonam partem Cic. de Finib. 5. *Qualis eſt igitur omnis, quam dico, conſpiratio conſenſuſque virtutum, tale eſt illud ipſum honeſtum*.

CONSPIRO, as. Iterum in utramque partem accipitur. Sveton. in Cæſare. *Conſpiratum eſt in eum à ſexaginta amplius &c.* In bonam partem Cicer. pro Planc. *Omnium generum ordinumque conſenſus ad liberandam Rempublicam conſpiravit*.

CONSPIRATUS, us. Conſpiratio. Gellius lib. 1. cap. 11. *Sedenim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum tibiarumque concentu, verùm conſpiratu tacito nitibundos*.

CONSTITIT AJACIS CLYPEO SEPTEMPLICS TECTUS. Verſiculus Homeri proverbialis. Dicitur autem de Teucro fratre Ajacis Telamonii, cum ſagittas jaceret in Trojanos latitans ſub clypeo memorati Ajacis. Appoſitè in eos utemur, qui alieno auxilio freti aliquid egregium tentant.

CONSTRATÆ NAVES. Memorantur frequenter apud optimi Latii Scriptores. Cic. 7. Verr. *Erat enim ſola illa navis Conſtrata, & ita magna, ut propugnaculo cæteris poſſet eſſe*. Cæſar 3. Bell. Civil. *Ita ut ad unam Conſtratæ omnes numero ſexdecim eliderentur & naufragio interirent*. Idem 2. de Bell. Civil. *Appulſaque ad proximum litus trireme Conſtrata, pedibus Adrumetum profugerat*. Et lib. 3. *Naves incendit triginta quinque, in quibus erant viginti conſtratæ*. Viri docti dubitarunt olim quid Conſtratæ eſſent naves. Dubitationem illis omnem adimere poterat Hirtius de Bell. Alexand. verbis illis: *Magnoque impetu quatuor ad eam Conſtratæ naves, & complures apertæ contenderunt*. Conſtratis ſcilicet opponens apertas manifeſtiſſimum facit, Conſtratas pro tectis accepiſſe. Tectæ verò naves frequentiùs etiam quàm conſtratæ occurrunt apud veteres Scriptores. Cæſar 1. de Bell. Civil. *Naves longas expediunt numero ſeptendecim, quarum erant undecim tectæ*. Liv. Dec. 4. lib. 6. *Tertio die centum navibus, quarum ſeptuaginta tectæ erant, cæteræ apertæ profecti Phocæam petierunt*. Dixere autem Antiqui conſtratas, vel tectas naves (nam de apertis prona eſt in diverſum ſignificatio) quæ habebant cataſtromata, ſeu tabulatum editius ipſis tranſtris, ex quo concluſi aſſeribus milites depugnabant. Simile quidpiam id erat in navibus, ac in arcibus hodiernæ militiæ tumuli ſunt editiores, ſive ſcabella gradaria, erecta ante loricam; in quæ ſaltu progredientes milites explorant tutò hoſtium ſtatum, protectique tegmine loricarum impunè hoſtes majoribus ſclopis infeſtant. Obſervat optimè Iſaacius Voſſius Variar. Obſervat. ubi de conſtructione Liburnicarum, elevatius iſtud tabulatum non tota tranſtra, ſed fere media occupaſſe. Ipſa enim reſpirationis neceſſitas, in magna præſertim remigum multitudine, facit ut tectarum etiam navium majora ſpatia ſint aperta. Quod antem ſcribit Thucydides, pleraſque naves longas Græcorum caruiſſe cataſtromate, ſic eſt intelligendum; apertas eas fuiſſe ad uſum turbæ nauticæ diſcurrentis; ſua tamen habuiſſe exteriùs cataſtromata, in quorum projecturis milites conſiſterent. Id verò ita fieri etiamnum obſervamus in navibus longis, quas vulgò dicimus *Galee*, quas porro adumbraſſe veterum Liburnicas plerique ſtatuunt. Non hìc omittam animadvertere cum Polybio, nullas antiquitùs Conſtratas ſeu tectas naves habuiſſe Romanos. Qua verò ratione à Tarentinis, Locrenſibus, & Neapolitanis eas primùm commodato acceperint, cognitoque pulcherrimo rei uſu, ipſi poſtea paraverint, audire præſtat ex eodem Polybio: *Quare à Tarentinis, & Locrenſibus, præterea autem ab Eleatis, & Neapolitanis triremes, & quinquaginta remorum actuarias, cum commodatò accepiſſent, in his ſumma cum audacia milites traſvexerunt. Quo quidem tempore cum fortè Carthaginienſes circa fretum in Romanos irruerent, & navis quædam conſtrata reliquas omnes præcurreret, caſu impacta impeditaque in Romanorum ditionem venit. Eu itaque ut exemplo uſi, ſic ad illius ſimilitudinem claſſem ſuam univerſam ædificarunt*.

CONSUL. Princeps publici conſilii, annuus Reipublicæ adminiſtrator & tutor, ſupremum dignitatis faſtigium inter Romanos. Initium habuit à Junio Bruto poſt exactos Reges. Singulis quibuſque annis novi Conſules creabantur. Conſulem à conſulendo dici paſſim fertur: ſed hoc eſt à nomine ad verbum transferre quod quæritur: à *con*, & *ſileo* aliqui trahunt; quoniam uno loquente alii ſilent, vel conſilent; unde conſilium, quaſi Conſilentium. Commodius tamen meâ ſententia à *con*, & *ſalio* etymon ducitur, quaſi in eandem ſententiam multi ſimul ſaliant, vel conveniant: ſimili forma dicitur exul, & exilium, nimirum, quod extra ſaliat qui exul eſt, vel exilio mulctatur. Concilium nonnullis diverſæ notionis eſt à Conſilio: nam hoc Senatorum eſt, vel Judicum: illud quorumcumque conſeſſum propriè ſignificat à Verbo *Concieo*. Sed vetuſti Codices non obſervant hoc diſcrimen. Vide Voſſium, & apud nos *Conſilium* 1. 2. Nulli verò ſecundam fuiſſe Romæ Conſulum poteſtatem docent Svetonius & Plinius in Panegyrico, qui ſummam dicunt poteſtatem Conſulatus. Idem ex origine dignitatis intelligitur adhuc magis. Inſtituti quippe ſunt, ſucceſſeruntque exactis, ut dixi, Regibus: non faſcibus, non cæteris Majeſtatis inſignibus ab iiſdem diſcriminati; verum ſolo ab illi diſpares exercendi Imperii ſpatio. Conſulum quippe poteſtas finiebatur ad annum; Regum perpetua erat. Finis proinde Conſulatus honorum reliquorum: ſoluſque Conſul majeſtatem regebat Imperii: ſolus ad populum ferebat leges, ad legatos reponſa. Imo eſt obſervandum cum Salmaſio ad Spartian. in Adrian. etiam ſublatâ progreſſu temporis potentiâ Conſulum, penituſque imminuto enervatoque Imperii robore, manſiſſe tamen apud eoſdem priſtinum honorem, primique appellationem loci.

2.° Cresbantur Conſules comitiis Conſularibus, quibus plebem ſæpiùs interfuiſſe legimus. Et antiquitùs quidem habita inprimis ratio prudentiæ tum civicæ tum militaris. Verùm adoleſcente in dies potentia Cæſarum, ab iiſdem intentato armorum metu, occupatiſque animis opinione potentiæ, creati Conſules, vix umbra quadam priſci roboris retinente Senatu. Primus ejus rei per-

niciofiſſimnm Reipublicæ exemplum Auguſtus dedit, cum, obſeſſa legionariis curia, ſic conſulatum peteret, ut Cornelius Centurio gladii eapulum manu ſtringens non dubitaverit dicere: *Hic faciet, ſi vos non feceritis*. Sic autem Svetonius in Auguſto eap. 26. *Conſulatum vigeſimo ætatis anno invaſit, admotis hoſtiliter ad Urbem legionibus, miſſiſque, qui ſibi nomine exercitus depoſcerent. Cum quidem cunctante Senatu Cornelius Centurio Princeps legationis, rejecto ſagulo, oſtendens gladii eapulum non dubitaſſet in Curia dicere: Hic faciet, ſi vos non feceritis*. Id ipſum paulò aliter Dio his verbis commemorat: *Unus horum curiâ egreſſus, gladioque reſumpto* [*inermes enim ad Senatum introiverant*] *manu eum tetigit, & dixit: Si vos Cæſari Conſulatum non datis, hic dabit*. Et hoc quidem initium fuit Conſulatus bellico more quæſiti. Eò ſcilicet poſtea progreſſa eſt potentia Cæſarum, ut ſe ipſi primùm, deinde quos vellent, vix conſulto Senatu, Conſules decernerent. A' Diocletiano verum Cæſare in Julianum adempta eſt reliquis privatis ejus dignitatis communicatio; iiſque ſolùm attributa, qui Principes aliqua cognatione contingerent. Julianus tamen, ut narrat Ammianus, revocavit veterem morem, Collegamque ſibi in Conſulatu unum ex privatis pronunciavit. Et ab ipſo quidem conſulatus exortu inſtitutum ut penes unum tantum Conſulum faſces eſſent, ne, ut idem Livius notat l. 2. exactis Regibus non tam remotus, quam duplicatus terror videretur. Per hanc in dies alternationem exercita poteſtate conſulari refellit Bellarminus de Verbo Dei l. 1. c. 15. Sectarios Calvini, qui Machabæorum libros repudiant; quoniam l. 1. c. 8. affirmetur Magiſtratum à Romanis uni fuiſſe commiſſum: quod ipſi falſum exiſtimant. Verùm hæc de alterno imperio Conſulum, & alia permulta fusè diſputant, qui de Urbanis Romanorum dignitatibus ſcripſerunt.

3. Quoniam verò Conſules non ſolum participes Conſiliorum, urbiſq; erant moderatores; verùm etiam & adeunda bella pronunciabant ipſi, & ad eadem cum imperio adminiſtranda proficiſcebantur; de hac proinde parte dignitatis Conſularis præcipua quædam nos obſervare æquum fuerit. Recepti moris fuit ad externa bella & Martis regimen Proconſules, Legatos, aut Prætores cum exercitu ab Urbe mitti. Conſules verò ſæpe ſortiebantur inter ſe de profectione in caſtra, & bellorum moderatione. Alter ſæpe Conſulum relinquebatur Urbi præſidio, alter copiis præficiebatur à Senatu. Ad hanc formam diſcimus ex Saluſtio, Antonium à Senatu Catilinam cum exercitu perſequi juſſum, Ciceronem verò Urbi eſſe præſidio. Aliud ex Livio exemplum habes lib. 3. *Fabio, ut Auxium legiones duceret, datum: Cornelius ut Romæ præſidio eſſet*. Quod ſi ad plures Imperii fines Civitas ab hoſtibus laceſſeretur, vetus fuit inſtitutum ut Conſules provincias partirentur. Liv. lib. 3. *Alter Conſulum, poſtquam mœnibus Romanis jam pulſo hoſte periculum eſſe deſierat, & ipſe ab Roma profectus. Ita bifariam Conſules ingreſſi hoſtium fines, ingenti certamine, hinc Volſcos, hinc Æquos populantur*. Nam ut ad idem bellum uterque Conſul egrederetur, rari fuit exempli. Indicat id Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Conſules, quod ante id tempus acciderat nunquam, ex Urbe proficiſcuntur, lictoreſque habent ex Urbe, & Capitolio*. Ubi verò contingeret utrumque in caſtris eſſe, alternis diebus vim Imperii obtinebant. Liv. lib. 31. *Id vero indignum viſum ab tumultuario auxilia jam etiam caſtra Romana terreri, ut ea modo una cauſa, ne extemplò tranſirent flumen, tenuerit Romanos, quòd ſumma imperii eo die penes Paulum fuerit. Itaque Varro poſtero die, cui ſors ejus diei imperii erat, nihil conſulto Collega, ſignum propoſuit*. Obſervandum etiam ex Livio lib. 34., & Veget. lib. 2. eap. 4. Nonniſi binas leginnes ſolitas fuiſſe duci à Conſulibus: Reliquum copiarum ſub Prætoribus, Proconſulibus, aut Præſidibus ſtipendia faciebant. Id certe ſervatum ſecundo bello Punico, quod duodeviginti legionibus Romanorum bellatum eſt. Nec ab ea conſuetudine receſſum, etiam cum hoſtium undique ingruentium copia majorem adhuc numerum poſceret legionum, ut non ſemel ex Livio, ac præſertim lib. 34. docemur. Quemadmodum autem de rerum ſtatu, de hoſtium conſiliis, omnique adminiſtratione bellica Senatum certiorem Conſules faciebant; ex eoque ordine ad eoſdem reſponſa cum deliberationibus proficiſcebantur, ex quo vetus effatum: *Romani ſedendo vincunt*: ſic etiam Conſularis dignitatis rationem perpetuò habebat Senatus. Et primò quidem hortari, ut, nequid Reſpublica detrimenti caperet, providerent. Notatum id à Vegetio lib. 3. cap. 1. *Quod ſi infinita multitudo ex gentibus ferociſſimis rebellaſſet, tunc nimia neceſſitate cogente, duo Duces, & duo mittebantur exercitus cum ejuſmodi præcepto: Provideant, nequid Reſpublica detrimenti capiat*. Ejus verò Formulæ uſum adhibuiſſe Senatum legimus, ubi res gravior ſummique momenti contingeret, ut teſtatur Cicero Philipp. 5., & pro Milone, & Saluſtius in Catilina cum aliis. Livius verò lib. 2. apertiſſimè per hæc verba: *Tantumque terrorem incuſſere Patribus, ut (quæ forma Senatuſconſulti ultimæ ſemper neceſſitatis habita eſt) Poſthumio alteri Conſulum negotium daretur, videret nequid Reſpublica detrimenti caperet*. Cum verò Senatus ad Conſules ſcriberet, & quid deliberatum eſſet, ſignificaret, eorum dignitati dabat, ne mandare vel præcipere videretur, precariiſque potiùs, quàm imperativis uteretur Formulis. Ea præſertim exceptione addita, *ſi videretur*. Cic. Philipp. 5. *Senatui placere, uti C. Panſa, A. Hirtius Coſſ. deſignati, cum Magiſtratum injiſſent, ſi eis videretur, prima quoque tempore de his rebus ad hunc ordinem referrent*. Livius verò lib. 27. ſcribit decretum à Senatu, ut M. Valerius Levinus, cui in annum Imperium prorogabatur, *cum centum navium claſſe, ſi videretur ei, prædatum in Africam trajiceret*. Obſervavit id etiam Donatus in Terent. Adelph. act. 3. ad illa verba: *Fac, ſis, Soſtrata*. Ubi addit: *Honorificè additur verbo, ne quod imperativo modo pronunciatur, ſuperbum ſit. Deductum eſt autem à Senatuſconſulti Formula: Ubi enim Senatus Conſulibus injungit, addit, ſi eis videatur*. Vide Steuvech. in Veget. lib. 3. cap. 1., de Conſulis verò dignitate Roſin. Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 9. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 3., & Sigonium de antiquo Jur. Pop. Rom.

Consul Ordinarius. Ex hujus nomine annorum ſupputatio ordinabatur; & ejuſdem notabatur nomen in faſtis & litteris, Nam Cæſarum ætate multi ſufficiebantur Conſules extra ordinem per tres, vel quatuor menſes: ſed qui anni initio creabantur, honoratiores erant, & Conſules ordi-

dinarii dicebantur. Sveton. in Galba: *Mox Conſulatum per ſex menſes ordinarium geſſit*. Vide Commentar. Pitiſci ad hunc Svetonii locum. Item Seneca 3. de Ira. 31. *Dedit duodecim faſces? ſed non fecit Ordinarium Conſulem*. Conſule in hunc locum notas Lipſii.

Consul major. Feſtus majorem Conſulem exponit, vel eum, apud quem Faſces erant, vel qui prior factus eſſet Conſul. Verùm quoniam Faſces ipſi non apud unum ſemper, ſed alternis menſibus apud alterum erant Conſulum, ideo Ducerius majorem Conſulem eum dictum putat, qui faſces haberet prior: prior autem eos ſolebat ſumere, qui ætate erat provectior.

Consularis, e, ut ætas Conſularis, in qua Conſulem licebat eſſe, quæ erat annorum trium & quadraginta, ut perhibet Cic. Philipp. 5. *Quid Macedo Alexander cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nonne in tertio & trireſimo anno mortem obiit? quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quàm Conſularis*.

Consulares. Quamvis provinciarum propriè regimen curamque hæc reſpiciat appellatio; adhuc tamen rebus etiam militaribus præfuiſſe Conſulares non eſt in dubium revocandum. Tacit. lib. 17. *Inferiores Germaniæ Regiones diutiùs ſine Conſulari fuere, donec miſſu Galbæ Vitellius aderat*. At quoniam Conſularium notionem rem unam omnium obſcuriſſimam faciunt pugnantia Scriptorum veterum teſtimonia, fatendum eſt, ad rem implexam dilucidandam, operam impendio utilem navaſſe Salmaſium ad Spartian. in Adrian. Non eſt primum omnium Inficiandum eos interdum dictos Conſulares, qui Conſulatus dignitate eſſent defuncti. Sed nimium quantum abſunt à veritate, qui id ſemper obſervatum fuiſſe ſtatuunt. Iterum à vero quammaxime alienum eſt, quod doctiſſimi cæteroqui viri ſtatuerunt, ab Adriano inſtitutos fuiſſe Conſulares; eos nempe, qui Conſulari jure provincias regerent. Adducti ſcilicet in eam ſententiam ſunt ex loco Spartiani in Adriano: *Quatuor Conſulares per omnem Italiam judices conſtituit*. Equidem ex veterum Scriptorum monumentis liquet hujus originem nominis longè altiùs eſſe repetendam. Antiquiſſima provinciarum partitio Inſtituta legitur ab Auguſto. Et aliæ quidem Populo Romano ab eodem ſunt attributæ. Harum decem Prætoriæ dictæ; eas enumerat Strabo lib. 17. Duæ verò, nimirum Africa & Aſia, Proconſulares erant, earumque Præpoſiti nuncupati Proconſules. At alię non ita paucæ ſupererant provinciæ, quas ſibi Auguſtus reſervavit, ſuoque nomine ac jure ſuſcepit adminiſtrandas. In has triplicis claſſis homines Auguſtum miſiſſe legitur, ut idem Strabo indicat lib. 3. modò enim Conſulares viros illuc mittebat, qui ſingulari appellatione dicebantur Legati Conſulares, quoniam non à populo deſignati, ſed illuc à Cæſare miſſi eſſent, & ablegati. Modo Prætorios ad eaſdem regendas eligebat: iiſque nomen in provincia fuit Legatis pro prætore, vel prætoriis. Quos vero Auguſtus ad minores delegabat provincias, ii Præſidum, vel Procuratorum nomine cenſebantur. Ex miſſis itaque à Cæſaribus digniores erant Conſulares Legati: accedebant Legati pro Prætore: infimæ notæ erant Præſides & Procuratores. Et hæc quidem erat partitio Præfectorum, qui mittebantur à Cęſare ad ſuas adminiſtrandas provincias. Nam quæ ad populum ſpectabant provincias adminiſtrabant Proconſules, ſortitò illuc profecti miſſique ex antiquo more Reipublicæ. Placuit autem Præfectos provinciarum, quæ populi eſſent, dici Proconſules; quæ verò eſſent Cæſaris, appellari Legatos Conſulares, ad evitandam confuſionem inter Præfectos Provinciarum Populi, Cæſariſque. Præſtat hæc obſervatio temporum, ut quoties in antiquis nummis vel tabulis, aut quibuslibet monumentis legas Conſularem provinciæ, de Legato Conſulari Cæſaris ſemper intelligas; quoties verò Proconſules dictos offenderis Præfectos provinciarum, eaſdem noveris à populo adminiſtratas, Juriſque populi Romani fuiſſe. Factum tamen eſt potentia Cæſarum valeſcente, ut perpetua quædam contingeret mutatio provinciarum. Tranſcriptæ nimirum ſæpius Populo, quæ fuere Cæſarum; aſſumptæ à Cæſaribus, quę populo parebant; quam ob cauſam, quæ Conſulares erant provinciæ factæ ſunt Proconſulares, Prætoriæ, vel Præſidales. Item Prætoriæ vel Præſidales tranſiere in Conſulares, vel Proconſulares: cujus mutationis exempla apud Scriptores affatim ſuppetunt. Quod autem ſupra indicavi Conſulares provinciarum non ſemper conſulatu fuiſſe defunctos, oſtendunt mandata Cæſarum, qui ſæpe in provincias mittebant Prætorios, cum Inſignibus tamen & Jure Conſulari. Sic in veteri inſcriptione legitur *PLINIUS CÆCILIUS LEGATUS AUGUSTI PRO PRÆTORE IN PROVINCIA PONTI CONSULARI POTESTATE*. Adhuc etiam indulgentiùs id uſurpatum ætate Cæſarum poſteriorum, ut præponerentur provinciis Legati Conſularis nomine, qui Conſulatum nunquam geſſiſſent. Cæterum Inſignia Conſularium, eadem erant quæ Proconſulum: nimirum ſecures, faſces, ſella curulis, & imagines Principum. De Conſularibus inferiorum temporum videndus eſt Pancirolus in Comment. ad Not. Imper. cap. 96., ubi ex eadem Notitia exhibet Schedion provinciæ Conſularis Palæſtinæ, propoſitum tanquam exemplar reliquarum Conſularium provinciarum. Vide *Provincia*.

Consulatus, us. Officium & dignitas Conſulis. Dicimus autem Conſulatum capere, conferre, adipiſci, conſequi, gerere, inire, petere, & ſimilia. Cic. pro Mur. *Vultus erat ipſius plenus furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiæ: ſic ut etiam exploratus, & domi conditus Conſulatus videretur*.

Consulatus, us. Apud Scriptores ævi inferioris occurrit pro dignitate ſupremi rei maritimæ, & claſſium Præfecti. Villelmus Rishangerus an. 1272. *Admiralius Joppenſis, natione Saracenus, quæ dignitas apud nos Conſulatus vocatur*.

Consultabimus. Recenſetur inter dictiones proverbiales Homeri. Monet autem rebus gravioribus decernendis moram interponendam eſſe. Verbum eſt Achillis ad Phœnicem cum aliis Legatis ad gratiam reconciliandam miſſum ab Agamemnone.

Contarii milites. Qui conto armantur. Capitolin. in Maximin. *Cum ponte juncta in Germaniam tranſire Maximinus vellet, placuerat ut Contarii cum eo tranſirent*. Sed ſciendum, eam eſſe Turnebi lectionem, cum Codices alii habeant, *Contrarii*. Cæterum Conto armati dicuntur Contophori apud Jul. Pollucem.

Contemptus mortis. Vide *Fortitudo*.

Contendo, is. Dimico, pugno. Cic. pro Cluent. *Sic pugnavi, ſic omni ratione contendi*.

Con-

CONTENTIO, onis. Dimicatio. Cic. pro Seſtio: *Magna belli contentione terra marique ſuperatum*. A Latinorum *Contentione*, eliſa priore ſyllaba, fit nomen Italicum *Tenzone*, & breviùs *Tenza*. Petrarcha.

in nulla ſua Tenzone
Fur mai cagion sì belle..

Joann. Villan. lib. 8. *Il Re di Francia per la Tenza, che egli havea con la Chieſa*. Dicitur autem *Tenzone* & *Tenza* ſatis aptè ab utraque ſignificatiooe verbi *Tendo*. Propriè eoim tendere Latinis eſt extendere. Virgil. 3. Æneid.

Tendunt vela noti.

Juxta quam acceptionem dicimus tendere arcum, tendere funem. Et quoniam coocertantium genus eſt apprehenſum utrioque funem manu tendere, donec alter delaſſetur, & fateatur ſe ab adverſario ſuperatum: hinc optimè *Tenzone*, & *Tenza* ab hac acceptione verbi *Tendo* enaſcuntur. Tranſiit apud Latioos verbum *Tenda* ad ſignificationem pergendi; quoniam qui progrediuotur videntur iter extendere. Et quoniam alterum eſt ludi genus, exercere ſe curſu; juxta quam uſurpationem dixit Virgil. lib. 5.

Hic, qui forte velint rapido contendere curſu
Invitat pretiis,

idcirco ex hoc etiam capite commodam originem ducunt voces *Tenzone*, & *Tenza*.

CONTRUCIDO, as. Trucido. Cic. pro Sext. *Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, ſe abjecit exanimatus*.

CONTUBERNIUM, ii. Authore Feſto dicitur a tabernis, quæ fiebant ex tabulia, unde & taberoacula ſunt dicta, licet ex velis etiam & pellibus fierent. Complectebatur autem Contubernium undecim viros; nimirum decem milites cum ſuo capite, qui dicebatur Decanus, Decurio, & caput Contubernii. Veget. lib. 2. cap. 13. *Decem milites ſub una papilione degentes, dicebantur Contubernium, quibus præerat Decanus, qui caput erat Contubernii*. Idem lib. 2. cap. 25. de Carrobaliſtis loquens: *Quibus muli ad trahendum, & ſingula contubernia ad armandum, vel dirigendum, hoc eſt undecim homines deputantur*. De Contubernio paſſim Scriptores priſci. Cæſar lib. 3. Bell. Civil. *Depoſitis in Contubernia armis vallum relinquebant*. Licet confundi ſæpe ſoleat Contubernium cum manipulo, nihilominus antiquitùs rea fuiſſe diverſas, vel ex eo conjicit Steuvechius ad Veget. lib. 2. cap. 13., quòd Contubernia ſigno caruerint, quo manipuli decorabantur. Varro lib. 4. de L.L. *Manipulos, exercitùs minimas manus, quæ unum ſequuntur ſignum*. Itaque ad uſum & conſuetudinem poſteriorum temporum exponendus eſt Vegetius ibidem, ubi ſcribit: *Contubernium autem manipulus vocabatur ab eo quòd conjunctim manibus pariter dimicabant*.

CONTUBERNALES. Qui ſunt ejuſdem Contubernii, Cic. pro Ligario: *Domi unà eruditi militiæ Contubernales*.

CONTURMO, as. In turmam cogo. Ammianus lib. 16. *Cumque in ipſo præliorum articulo eques ſe fortiter conturmaret*.

CONTURMALES MILITES. Qui ejuſdem ſunt turmæ, ut commanipulares, qui ejuſdem manipuli. Ammian. lib. 23. *Adero vobis Imperator, & anteſignanus, & Conturmalis*.

CONTUS, i. Propriè haſta eſt longior duriorque, ac ferrum habens in capite. Hac utuntur nautæ ad vadoſa loca exploranda. Virgil. lib. 6.

Ipſe ratem conto ſubigit.

Apte Donatus à conto nautico deducit verbum percontor, quod eſt inquiro, & quaſi conto exploro vel prætento. Eſt verò etiam Contus haſta longior præfixa ferro ad ſimilitudinem lanceæ. Virgil. lib. 9.

telorum effundere contra
Omne genus Teucri, & duris detrudere contis.

Fuere verò Conti propriè equeſtres haſtæ Sarmatarum, & ex iis finitimarum gentium. Stat. Achill. lib. 2.

didici quo Pæones arma rotatu,
Quo Macetæ ſua geſa citent, quo turbine contum
Sauromates, falcemque Getes, arcumque Gelonus
Tenderet.

Ubi in nonnullis exemplaribus pro *Contum* mendosè legitur *Cæſtum*. Liquet enim ex aliis Poetarum locis Sarmatarum peculiarem Cootum fuiſſe. Valer. Flacc. lib. 6.

Celer mutator equorum
Mæſus, & ingentis frenator Sarmata Conti.

Claudian. etiam de Laud. Stilic. lib. 1.

non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getæ, non Sarmata conto.

Poſtremò Veget. l. 2. cap. 14. ubi Decurionem inſtruit, inter alia hæc habet: *Poſſit equitare fortiſſime, conto ſcienter uti, ſagittas doctiſſime emittere*. A conto trahunt oonoulli Etymologici vocem naviculæ, ſeu lintris, quæ apud Italos dicitur *Gondola*; quoniam ejuſmodi oaves contia potius aguntur, quàm remis. Alii verò propiùs ad veritatem trahunt à dictione Gondus, quæ ſcyphua eſt val patera; ex quo Gondulus, atque hinc *Gondola*. Et Gondos quidem inter navea bellicas retulit Aloyſius Pulcius Morgant. Cant. 15.

E brigantin, carovelle, e marrani
Lintti, Saettie, Gonde, ſpalmate.

Memini verò me alibi notare, non pauca navigiorum nomina habere Latinos à oominibus vaſorum. Scio, Macroblum lib. 5. cap. 21. à navigiia potiua vaſorum nomina facta eſſe, memoriæ tradidiſſe. Sic enim ſcribit: *Ac ſane animadverti ego apud Græcos multa poculorum genera à re navali cognominata; ut carcheſia ſupra docui, ut hæc cymbia, pocula procera, ac navibus ſimilia*. Verùm ego oppoſitum potius contigiſſe reputaverim. Conſtat ſiquidem longe antiquiorem fuiſſe vaſorum uſum, quàm navigiorum.

CONVALLO, as. Vallis Claudo. Gell. lib. 12. cap. 13. *Undarum ambitu terris omnibus convallatis*.

CONVASO, as. Vaſa, ideſt ſarcinas, furtim colligo. Terent. in Phorm. *Aliquid convaſaſſem, atque hinc me protinus conjicerem in pedes*.

CONUS, i. Summus & plumatus galeæ apex, à coni, ideſt pineæ nucis ſimilitudine. Virgil. 3. Æneid.

Et conum inſignis galeæ criſtaſque comantes.

Moris fuit galearum conos, non plumis duntaxat criſtiſque, verùm etiam leonum, dracoonum, aliarumque ſerarum extioctis capitibus ad terrorem exornare. Obarmabant etiam ſummitatem illam galearum reflexis ferarum cornibus. Atque hinc procul dubio origo eſt ſermonis Italici, Portare il *Cimiero*. *Cima* quippe Italis eſt cujuslibet rei ſummitas vel apex. Quoniam verò in ſummis galeis aut ferarum cornua, aut ex ipſo ære geminum hinc inde cornu ferratum ſolebat præferri, hinc Italis *Portare il Cimiero*, de iis dicitur, qui-

bus

Digitized by Google

bus per fœdam exprobrationem & atrocem contumeliam ſolemus obiicere ſtupidam patieotiam, qua uxorum ſuarum vulgari corpora, & pollui à thalamorum ſubſeſſoribus ſuſtinent. Nam quod cornua geſtarentur in galeis, & pro militari eſſent ornamento, docet inter alios Plutarchus de Pyrrho: *Agnitus tunc eſt inſigni criſta, & hircinis cornibus.* Extollebat autem Pyrrhus in galea illud Inſigne imitatione Alexandri Macedonis, qui & jactitabat ſe filium Jovis Ammonis, qnod numen arietis figurâ colebatur; & ejuſdem animalis cornua pro Inſigni ſuſtulit. De ferreis verò cornibus galeæ ita ſcribit Livius lib. 27. *In arborem illatus impetu equi, alterum cornu galeæ ad eminentem ramum perfregit.*

Convulnero, as. Vulnero. Plin. lib. 13. cap. 37. *Ipſe convulneratus & captus ſemel per cavernam latomiarum evaſit.*

Copia, æ. Pro oumero militum, vel exercitu negant hanc vocem ſatis bellè latioèque dici oon obſcuri nominis Grammatici. Cicero tamen optimæ latinitatis magiſter eam uſurpat ad Atticum lib. 8. *Ut Brunduſium ducerem hanc copiam.* Recepta etiam à Saluſtio de Conjuratione Catilinæ: *Poſtremo ex omni copia neque in prælio, neque in fuga quiſquam civis ingenuus raptus eſt.* Plautus etiam ex Formula militari dixit Aſin. Att. 1. ſcen. ult. *Experiar opibus, omni copia*: Adaggera Virgil. 2. Æneid.

Reſpicio; &, quæ ſit me circum copia, luſtro.

ut nihil neceſſe ſit adducere etiam Marcellinum lib. 19. *Ardens copia noſtrorum erupit, iras in hoſtem perfidum parans.* Iterum errant iidem Grammatici ubi ſtatuunt copiam pro abundantia carere numero multitudinis. Cic. 6. Verr. *Exponit ſuas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro.* Longe tamen frequentius pro numero militum dicitur multitudinis numero

Copiæ, arum. Multitudo bellatorum, exercitus. Origo nominis à *Copis*, & ea ipſa vox ab *ops*, *opis*, quà Latini dixerunt pecuniam & affluentiam rerum: cujus contrarium eſt inops, rerum indigus. Ut autem Veteres voce *Ops*, ſic pro eadem rerum abundantia uſi ſuot voce *Cops*, ex qua Copia, & Copiæ. Cic. 1. Tuſcul. *Copias magnas duxit ad Trojam. Copiæ in anguſtum redactæ*, Formula eſt popularis ad indicandum ſtatum rerum calamitoſum. Terent. Heauth. 4. 2.

Niſi me animus fallit, haud multum à me aberit infortunium:

Ita hacre in anguſtum oppidò meæ coguntur Copiæ.

Copiola, æ. Parva copia. Brutus ad Ciceronem 11. 13. *Recurri ad meas copiolas: ſic enim eas verè appellare poſſum, ſunt enim extenuatiſſimæ, & inopiâ rerum omnium peſſimè acceptæ.*

Copior, aris. Verbum Caſtrenſe, cui ſimilia ſunt lignor, pabulor, aquor. Significat inſtrui rerum copia, annona ſcilicet, milite, commeatu. Quadrigarius apud Gellium lib. 17. cap. 2. *Romani multis armis, & magno commeatu, prædaque ingenti copiantur.*

Copis, idis. Gladius in modum falcis inflexus. A' Græco vocabulo κόπτω, quod eſt cædo. Hinc Gallorum verbum *couper*, pro incidere: & *coupè*, vehiculi genus inciſi & dimidiati. Curt. lib. 8. Copidas ſic exponit: *Copidas vocabant gladios leviter curvatos, falcibus ſimiles.*

Coratium, ii, Thorax. *Corazza*. Sanutus lib. 2. *In maris navigia tot Coratia debent eſſe, cum collariis, & ferreis chirothecis.*

Corax, acis. Sunt qui hanc machioam, quæ uoa eſt ex arrectariis, confuudant cum corvo demolitore. Vitruvius lib. 10. omnes fere deſcribens machinas bellicas præcipue à Diade expoſitas, ait, hunc nihil ſibi putaſſe ſcribendum de Corace, quòd ea machina nullius eſſet virtutis. Cæterum Polybius lib. 1. multis explicat Coracem machinam: *Lignea Columna proris inerat, longitudinis quatuor ulnarum, latitudinis palmarum trium; in cujus apice rotam conſtituerant, huic præterea tabulę inhærentes ſcalas conficiebant, quarum latitudo erat pedes quatuor, longitudo ſex ulnæ. Foramen autem tabulati erat oblongum, & circumambibat Columnam poſt primas ſtatim ſcalæ duas ulnas. Habebat autem veluti ſepem ad utrumque oblangum latus, genu tenus altam. In ligni extremo ferrum erat, inſtar mallei peracutum: præterea annulus fune alligatus, ita ut hæc machina machinis frumentariis ſimillima videretur. Igitur ſimul ac navis hoſtium adventabat, laxato fune, ſcalæ demittebantur; ferrum pondere ac vi ligni ſuper hoſtium navim lapſu figebatur. Si adverſa prora erat, boni milites per ſcalas deſcendebant, duo primi præferentes ſcuta, reliqui latera ſcutis protecti. Sin verò abliqua erat hoſtium navis, in eam ex tota pariter navi deſiliebatur.* Si Polyhiana hæc veritati ſunt conſona, multis paraſangis diſtat Corvus à Corace, tametſi Corax dictione Græca ſit corvus Latinorum. Hic ſiquidem inter arrectarias potius machinas eſt adnumerandus, ille inter jaculatorias. Et tamen ſæpe confunduntur hæ machinæ apud Scriptores, ut in aliis ſimilibus diligentiùs notabo in voce *Harpago*.

Corax, vel **Coraces**. Nomen equi funalis ſiniſterioris, victoriſque in ludis Circenſibus ſæcularibus, editis à Claudio Cęſare. De Corace hæc habet Plinius lib. 8. cap. 41. *Excuſſo in carceribus auriga, Albati equo Corace occupavere, primatum obtinuere, opponentes, effundentes, omniaque contra æmulas, quæ debuiſſent, peritiſſimo auriga inſiſtente, facientes.*

Corbes. Genus ſunt tectorii munimenti, quibus oppugnatores arcium conteguntur, cum ad muros ſuffodiendos accedunt. Eſt autem munimentum contextum ex vimine, interiùs cavum, ut excipere poſſit terram aggeſtitiam ad foſſam opplendam. Intercedit aliquod inter crates & corbes diſcrimen; nam Corhes ſimpliciores ſunt, fartique terra congeſta. Crates latiores & ſpiſſiores, ut in iis quaſi per pontes milites ultra ad muros tranſiliant *Gabbioni*. Septum, loricam, ſeriem ex corbibus ductam dicimus *Gabbionata*. Vide *Crates*.

Corbita, tæ. Vaſorum nomina ad notanda navigia tranſiſſe ſæpius monui. A' Corbe vaſe vimineo appellationem habet ejuſdem formę navigium Corbita. Nam inde nuncupatam malim, quam à Corbe ſuſpenſa in ſummo malo. Præmagna eſt inter onerarias, & reliquis tardior. Nonius: *Corbita genus navigii tardum, & grande.* Plautus in Penul. *Tardiores multo quam Corbitę ſunt in tranquillo mari.* Idem ibidem: *Operam hanc celocem mihi, non corbitam date.* Ubi operam celerem, non lentam intelligit. Apud eundem in Caſin. verbum *Corbito*: *Novi illas ambas eſtrices; corbitant.*

bitant. Ubi *corbitare* figuratè iterum dicit pro *Ventrem implere*: ad quam formam, verbo à navibus generatim ſumpto, dicimus *Ventrem ſaburrare*. Adverte tamen ſuſpectum eſſe eum Plauti locum: Vide Editionem, & Notas Dionyſii Lambini. A Corbitâ Latinorum habemus vocem Italicam, & apud alias Europæ Gentes familiarem *Corvetta*, quæ item Navis eſt, ſed in oppoſitam ſignificationem detorta: *Corvette* vocamus ſummæ celeritatis exploratorias. Hinc verbum *Corvettare*, quod dicitur de equis, cum depreſſis clunibus, ſublatiſque anterioribus pedibus, iiſdem ad numerum micant. Utrum verò fiat id verbum à Corbita, quæ ſimili flexu per aquas feratur, an potius à Corvo ave, quæ ſimili corporis agitatione per aërem commigret, aut ex alio quocumque themate, noo ſatis diſpicio.

Corinthiis non indignatur Ilium. Elegans cumprimis adagium, expreſſumque à Simonide hoc Senariolo:

Incaſat haudquaquam Ilium Corinthias.

De iis uſurpatur, quorum opera minimùm ad aliquod facinus conducit, quique per ignaviam noo tam timentur ab hoſtibus quàm contemnuntur. Corinthii nimirum Achivorum copiis fœderati ad oppugnandam Trojam venerunt: Cum autem molliſſimi naturâ eſſent, & minimum idonei armis tractandis, ſuſtinendiſque laboribus belli, nulla illorum ratio habebatur à Trojanis.

Coriscus, ſci. Pro jaculi genere mendosè legitur apud Virgilium, ut obſervabimus in voce *Corytus*.

Cornicines. Dicti ſunt à cornu bubalo, quo perſonabant. Vegetius ſiquidem tria numerat inſtrumenta Caſtrenſia, ſeu ſigna vocalia, tubam, cornu, & buccinam. Tuba quidem directa eſt: buccina in ſe ipſam æreo circulo reflectitur: Cornu ex uris agreſtibus argento nectitur. Tametſi autem diverſa hæc ſint ioſtrumenta, accidit tamen non ſemel eadem confundi apud Scriptores, & ab ipſo quidem Vegetio aliquando Cornicines appellantur, qui ære curvo concinunt, qund eſt proprium Æneatorum. Peculiaris autem Cornicinum habitus fuit apud Romanos lorica inſerta hamis, cum leonino capitis tegmine pro caſſide, & chlamyde, ut præ cæteris Veterum teſtimoniis oculis judicandum exhibet Columoa Trajani: quę pari habitu inſignit etiam ſigniferos & vexillarios. Vide Fabrettum Columu. Trajan. cap. 7. Quodnam verò eſſet Cornicinum munus, & quando ipſis eſſet canendum ſic tradit Veget. lib. 2. cap. 22. *Habet prætcrea legio Tubicines, Cornicines, & Buccinatores. Tubicen ad bellum vocat milites, & rurſùm receptui canit. Cornicines & Buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingreſſu conflictus, & ejus reditu. Hi quoties canunt, non milites, ſed ſigna ad eorum obtemperant nutum. Ergo quoties ad aliquod opus exituri ſunt ſoli milites, Tubicines canunt, & ſoli milites ad ſigna eorum obtemperant. Quoties movenda ſunt ſigna, Cornicines canunt. Quoties autem pugnatur & Tubicines & Cornicines canunt.* Italis *Cornatore*. Liv. M. *Miſe i Trombatori, e Cornatori a Cavallo, e tutta notte gli fece Trombare, e Cornare*. Vide Alex. ab Alex. Genial. lib. 4. cap. 2.

Cornicularii milites. Quod io exercitu ſive acie eſt cornu, id in Cohortibus eſt Corniculum, ut docet Turnebus; ex quo Conicularii dicuntur, qui Cohortis corniculo præſunt. Marcell. Doonatus corniculum putat fuiſſe galeæ ornamentum, & inde dictos cornicularios. Alii ſimplicius expoount, qui corniculo, ideſt cornu inflando merebant. Idem Donatus Dilucid. in Livium lib. 10. ut nihil in hac materia intentatum relinqueret, non parcit innuere fuiſſe Cornicularios minores equitum præfectos, & quaſi miniſtros ejus militiæ magiſtrorum, qui etiamnum fortaſſe à duplici cornu ſigni militaris, quod extollunt, ejuſdem vexilli nomine dicuntur *Cornette*. Huc etiam trahit illud Vegetii: *Qui ſub una Corniculo militabant Centurio & ſui milites, ambo Cornicularii dicebantur*. Et illud Symmachi lib. 1. Epiſt. ad Theodoſium: *Prætorianus Urbanarum Cohortium miles ad Corniculariorum gradum inculpati laboris diuturnitate promoti*. Samuel Pitiſcus ad Svetonii Domitianum notat, Cornicula galearum Inſignia, non fuiſſe criſtas plumeas, ſectas in cornuum ſimilitudinem; ſed veras Cornuum imagines expreſſas ex ære, vel ferro. Fuiſſe autem Cornicularios genus militum honeſtiorum, ac fere tribunorum, vel Centurionum beneficiarios. Aſcon. in Cicer. *Accenſus nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, at nunc dicitur Princeps, vel Commentarienſis, aut Cornicularius: hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt*. Corniculariorum meminit Svetonius loco mox indicando, & Valerius Max. lib. 6. *Cui Cominius Tribunus plebis diem dixit ad populum, quod Cornicularium ſuum ſtupri causâ appellaſſet*. Cangius tamen in Gloſſ. Cornicularios fuiſſe exiſtimat exceptores, appellatoſque à corniculis, ideſt atramentariis: Vel quoniam eorum munus fuit ſedere ad cornua eorum, qui à ſecretis Principum erant: idque confirmat teſtimonio Firmici lib. 3. cap. 6. *Exceptores earum ſententiarum, quæ de hominum capitibus præferuntur, aut Cornicularii, aut Commentarienſes*: vel ab atramentario, atramenti, quo ſcribimus, receptaculo. Atramentarium ſiquidem ſæpe dictum eſt cornu. Villelmus Brito in Vocab. *Atramentarium dicitur vas, in quo reponitur atramentum; cornu etiam Scriptoris*. Charta Hervei de Stafford. *Ipſo Domino Radulſo teſtante, qui tenuit cornu, dum Scriptor notavit ſupradicta*. Nos verò in Titulo *Accenſi* notavimus eundem extitiſſe ſaltem aliquando dignitatis gradum Cornicularios & Accenſos; cum utrique curaverint ſpargere ac proferre per ordines Tribunorum aut Centurionum imperia, quod hodie genus vulgò dicimus *Curſori*. Peragebant fortaſſe id cornu oſſeo, æneo, vel argenteo concinentes, quod facilè collo vel humero ſuſpenſum geſtabant. Fuere igitur Cornicularii Tribunorum militarium miniſtri, qui eorum imperia corniculi ſonitu edebant, & promulgabant. Et in hanc quidem ſenteotiam aliqui exponunt locum Svetonii de Grammat. *Primò apparituram Magiſtratibus fecit: deinde in Macedonia cornicula, mox equo meruit*. Neque verò ea varietas tam à Scriptorum obſcuritate quàm à diverſitate temporum oritur. Eædem quippe ſæpe caſtrenſes voces pro ætatum diverſitate res omninò diverſas indicant. Inopia quippe vocabulorum minimè reſpondere potuit rei Martiæ mirum io modum progreſſu temporum diffictæ ac permutatæ. Quamobrem iiſdem vocabulis uti neceſſe fuit à poſterioribus, quæ in uſu fuerunt apud antiquiores, licet officia, munera, & miniſteria ipſa mirum in modum variata reperiantur. Profuerit hæc animadverſio ad

con-

concilianda diverſarum ætatum Scriptorum teſtimonia, quæ magnopere pugnant in acceptionibus nominum militarium. Nihil certè neceſſe fuit Grammaticis quibuſdam & Expoſitoribus in explicatione vocum Caſtrenſium obtorto collo Scriptores & Hiſtoricos variorum temporum ad eandem veluti lineam ejuſdem atque perpetuæ ſignificationis attrahere. Longè faciliùs & obvium fuerat obſervare diverſa tempora diſciplinæ militaris, quæ ſemper officia & gradus ex uſu & arbitrio Principum vel Imperatorum variare quidem potuit, rerum verò nomenclaturas propter vocabulorum inopiam, augere non potuit. Vide de Cornicularììs Joann. Baptiſt. Pium Annot. Poſter. c. 77., Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22., & Pancirol. ad Notit. Imper.

Corniculum, i. Eſt propriè Cohortium: ut enim legiones ſua cornua; ſic cohortes ſua habebant Cornicula. Sveton. de Illuſtribus Gramm. ſic ſcribit de Orbilio Pupillo Gramm. *In Macedonia Corniculo, mox equo meruit*, Sed Vide *Cornicularii*.

Corniculum, i. Inter præmia militaria refertur. Suſpicor autem ejus generis dona, diſtincta ebore & cælaturis ex opere anaglypho ornata fuiſſe. Et fortaſſe non verum cornu, ſed aliud erat ornamenti genus ad ejus ſimilitudinem. Liv. lib. 10. *Equites omnes ob inſignem multis locis operam, Corniculis, armilliſque argenteis donat*. Quid autem illa Cornicula fuerint, adhuc torquet vexatque eruditos, quemadmodum etiam quinam extiterit in militia gradus Corniculariorum, quibus omninò à Corniculo nomen. Pitiſcus in Domitianum Svetonii, ut diximus in voce *Cornicularius*, Cornicula exponit cornua in galeis expreſſa ex ære vel ferro. Ex quo exiſtimare poſſumus ejuſmodi cornua ornata magis & expolita Imperatorium fuiſſe munus. Certè Plautus Corniculariæ nomine inſcripſit Comœdiam, in qua miles Corniculis inſignem galeam geſtans traducitur. Ut autem Equites equo, ſic Cornicularii Corniculo merere ſcribuntur. Vide omnino *Cornicularii*.

Cornu. Inſtrumentum muſicum militare, quod olim conficiebatur ex cornu bubalo; poſtea verò ex ære conſtrui cœptum eſt, ut disertè tradit Varro. Virgil. lib. 8.

& rauco ſtrepuerunt cornua cantu.

Prima origo ab inſtituto Paſtorum, qui hujuſmodi cornibus armenta & greges cogebant. Columella: *Ad ſonum buccinæ pecus ſepta repetere conſueſcat*. Ex quo habes nihil diſcriminis fuiſſe antiquitùs inter buccinam, & Cornu, atque etiam Claſſicum; ut enim diximus in voce *Claſſicum*, promiſcuè illud inſtrumentum cum buccina ſumitur: & fortaſſe à cogendis & convocandis gregibus & armentis à priſcis dictum eſt, apud quos calare erat convocare. Licet autem poſtea cornu & buccina confuſa interdum inveniantur; ſunt tamen qui inter illa inſtrumenta aliquid diſtinguant, ut apertè facit Vegetius lib. 2. cap. 7. *Tubicines, Cornicines, Buccinatores: qui, vel tuba, vel ære recurvo, vel buccina committere prælium ſolent*. Eſt itaque Cornu inflexa tuba ex ære paulatim recurvo., ut tradit Artemidorus.

2. Illud etiam fabulas Myleſias vatum Italicorum per otium interdum volutanti accidit mihi, ut adverterem, privatorum certaminum in haſtiludiis tubis clangentibus indici ſignum. Cum verò privatim alius alium laceſſeret, non tubarum, ſed cornu duntaxat ſonitu arenam ſubibat, fortiſſimum quemque provocans ad certandum. Ne multa exempla congeram in rem non ita magni momenti, ſatis fuerit utriuſque animadverſionis teſtimonia adducere ex deſcriptione ludorum equeſtrium, quos à Carolo Magno Pariſiis celebratos deſcribit Bojardus Orland. Innam. Cant. 1. & 2. Et primò quidem de tubis paratos inſtructoſque ad conflictum equites animantibus:

Sonar le trombe, ogn' huom ſua lancia arreſta
E vengonſi a ferir quei duo Campioni.

Et alio loco:

Già ſuonovan le trombe d'ogni lato:
Entraro i gioſtratori al paragone.

Jam verò de Cornu cum alius alium laceſſit.

Poco lume moſtrava ancora 'l giorno,
Che Ferraguto armato fù apparito,
E con tanta tempeſta ſuona 'l corno,
Che par che tutt' il mondo ſia finito.

Et alibi.

Era poco di giorno, e molto tardi
Quand' egli giunſe al petron di Merlino:
Et ne la giunta poſe a bocca 'l corno
Forte ſonand' il Cavalier adorno.
Udendo 'l corno l'Argalia levoſſe,
Che giacea al fonte la perſona franca;
E di tutt'arme ſubito adobboſſe
Da capo a piedi, che nulla gli manca:
E contr' Aſtolfo con ardir ſi moſſe.

Adverte, Cornua antiquitùs peculiaria fuiſſe Barbarorum in prœliis, verùm ea bubula erant: & initiò quidem ex eadem materia apud Romanos, ut refert Dionyſ. lib. 2. Antiqq. Poſtea ex ære ſtructa: Ovid. *æris cornua flexi*. Ubi vides os bubulum in æs mutatum, retentam verò formam obtorti inſtrumenti.

3. Crebro autem cornu uſurpamus pro potentia, vel præſtantia virium. Occurrit is frequenter in Sacris Literis, & familiaris eſt Hæbreorum idiotiſmus. Pſ. 43. *Inimicos noſtros ventilabimus cornu*. Paral. 18. *Fecis ſibi Cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec conteras eam.* Pſ. 74. *Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua Juſti.* Tranſiit etiam ea cornu uſurpatio ad profanos Scriptores. Ovid. de Ebrietate:

Jam feror ad pugnas, & nondum cornua ſumpſi.

Vetus Interpres ad illud Horat. lib. 2. 19.

Te vidit inſons Cerberus aureo
Cornu decorum,

notat idcircò cornua affingi Baccho, quòd vino indulgentiores plerunque pugnacès ſint. Idem Hor. Epod.

in malos acerrimus
Parata tollo cornua.

Idem loquendi modus familiaris poſterioris ævi Scriptoribus, ut bene advertit Gaſpar Barthius Adverſ. lib. 56. cap. 17. Matthæus Pariſ. *Quondam dedit Anglis cornua Otho Romanorum Imperator, miles ſtrenuiſſimus*. Villelmus Brito lib. 4. Philipp.

Et fratrem noſtrum voluiſti tradere Parthis,
Ut mutilata ſuo lugeret Francia cornu.

Ubi *Cornu* dicit munimentum & præſidium Franciæ.

4. Ab eodem cornu animalium per uſurpationem & analogiam multa nominantur. Ut enim prætercam Cornua de Luna dici, de Altari, de

Cruce, de poculis, de antennis; pro certa quapiam capillorum ſeu cincinnorum textura inſuper adhiberi notat Lilius Gyraldus Syntagm. de Deis Gent., atque in hanc formam ſcribit circumferri in Numiſmatis Regem Lyſimachum. Minus tamen arridet, cum eodem pacto explicat, quod in Sacris legitur Literis de Cornuta Moyſis facie. Id potius referendum ad ejus vultum luce ſuffuſum ex repercuſſu & copia radiorum ad ipſum pertingentium à divino vultu affatuque: quamobrem ex conſortio ſermonis Domini ejus faciem legimus apparuiſſe cornutam. Non abſimili de cauſa minimè aſſentior Sophoclis Interpreti, ubi ita ſcribit de fluviis, quibus etiam cornua attribuuntur. *Fingebantur fluvii taurino capite, aut à mugitu, cum erumpunt in mare, aut à ſulcanda terra inſtar boum*. Arripuerunt ſtatim hanc explicationem alii ex aliis, quotquot fere cornutos amnes exponunt apud Poetas. Virgil. Georg. 4.

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus:

Et Æneid. 8.

Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum.

Mihi verò languidum eſt frigidumque, ut Cornigeri dicantur amnes à mugitu, ideſt à fragore, vel quoniam terram curſu excavant, ut boves aratro ſulcos aperiunt. Cornua illis adjungunt Fabulatores, ut indicent eorum impetum & violentiam, qua obvia quæque dejiciunt, diffringunt, diruuntque, ut tauri ſolent ſævire cornu, & obſiſtentes quoſcumque proſternere. Expreſſit id Taſſus Gieruſ. 9.

Sovra i rotti confini alza la fronte
Di Tauro, e vincitor d'intorno inonda:
E con più corna Adria reſpinge, e pare,
Che guerra porti, e non tributo al Mare.

5. Poſt evagatiunculam ad militaria redeo. Cornua de galeis non ſemel leguntur. Virgil. 12.

ſimul aptat habendo
Enſemque, clypeumque, & rubræ cornua criſtæ.

Ea porrò interdum vera fuere ex animalibus, in galeis ſublata, cujuſmodi ex hirco extuliſſe Pyrrhum ſcribit Plutarchus. Nihilominus plerunque figuratè dicuntur cornua in caſſide criſtæ ex plumis, diſſectæ ad cornu ſimilitudinem. Vide *Criſtæ* & *Cornicularii*. Cornu præterea pro ſagitta ſumitur à Poetis, quoniam ſagittæ cornu, ideſt oſſeis cælaturis ornarentur. Virgil. 11.

Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.

Et Eclog. 10.

libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula.

Ad hæc nihil uſitatius, quàm cornua accipi pro dextera & ſiniſtra exercitûs parte: nam quod inter utramque eſt, media vocatur acies. Terent. Eunuch. 4.

in medium huc agmen cum vecti, Donaxi,
Tu, Simalio, in ſiniſtrum cornu: tu Syriſce,
In dextrum.

Poſtremò cornua in enſibus ſunt excurrentes in tranſverſum virgulæ ferreæ in ipſo capulo, quo enſis apprehenditur. Vide Carol. Paſchal. de Coronis lib. 10. cap. 4. & 5.

Cornuarii. Exponuntur paſſim cornicines, vel Cornicularii, vel Sagittarii, ab arcu corneo. Nimirum à veteri Juriſconſulto Tubariis & Sagittariis junguntur. Locus eſt L. ult. §. de Jure immunitatis. Verùm ibi Cornuarii ſunt opifices cornuum, ſicut Tubarii opifices tubarum, & Sagittarii opifices ſagittarum; ac proinde deceptos noveris Lexicarios in hujus vocabuli explanatione.

Cornuo, as. Cornuare arcum dixit Nævius pro inflectere, donec arcus cornua coeant.

Cornuti Milites. Videntur appellari ab Ammiano lib. 31., qui in exercitus cornu cenſentur, vel merent. *Tribunum ſcutariorum cum ſuis, cornutiſque, ut aliis peditum numeris caſtra ponentem aſſiliunt*.

Cornuta, vel Corniculata opera. In recenti Hercotectonica, ſive architectura munitoria prætenturæ ſunt & præmunitiones, quæ, ut loquitur Matthias Dogen de Architect. Milit. lib. 1. cap. 15. *Antrorſum una cortina, & duobus propugnaculis dimidiatis conſtant, dextrorsùm verò ſiniſtrorſumque duobus magnis lateribus, jactum tormenti in directum æquantibus [ut à tranſverſis loricis diſtinguantur] quibus propugnacula ſua Urbi jungunt, clauſæ; ut hoſti propinquanti impedimento, Urbique firmamento evadant*. Idem Scriptor meritò laudari dicit, utpote uſu probatiſſima, ea opera. Cum enim parmulis & caſſidibus, ſive lunulis longe ampliora ſint, ſtructuræque validioris, carent incommodis illis, quibus commemoratæ præmunitiones aliæ ſunt obnoxiæ. Iterum quoniam magis protenduntur adversùs hoſtem, perſtringunt facile quidquid obvium inimicumque à fronte occurrit; expanſis verò lateribus Urbis propugnacula & munimenta minora aptiùs defendunt. Eorum ſchema habes apud præfatum Scriptorem, à quo inſuper diſces Canones & præcepta ſcitè extruendi Cornuta, vel Corniculata opera.

Corona, æ. Geſtamen & ornamentum capitis orbiculatum. A' choro, ſive choreis dicitur, eliſa aſpiratione; quia in Theatris coronati choreas agebant. Inter Jani inventa ponitur ab Athenęo: ſed Plinius tradit, Liberum patrem primum omnium capiti coronam ex hedera impoſuiſſe. Certe conſtat, quidquid fuit præſtantis olim inventi, ejus laudem omnem & gloriam ad Bacchum in Aſia, ad Janum & Saturnum in Italia Veteres retuliſſe. Fiunt autem coronæ ex lana, lino, frondibus, floribus, ſurculis arborum; omnique alia materia nexili, plicatili, vel tornatili. Prima Coronarum rudimenta fuerunt vincula ex contortis aliquot tæniis: eas Veteres, nondum invecto coronæ nomine, ſtroppos, & ſtrophia, ſeu ſtrophiola appellabant. Pauliſper in coronas conſerti rami, nexæ frondes, conſuti flores. Hinc plicatiles, pactiles, & ſutiles nuncupatæ, quæ vel ſcirpis nectebantur ex loto, myrtho, cyliſto, ſtruthia, & aliis pluribus: vel filo conſuebantur ex roſis, atque etiam ex nardo, luxu ſcilicet magis magiſque inoleſcente. Ex avium etiam pennis coronas eſſe textas, quibus Muſæ præſertim inſignitæ ſunt, docet Pauſanias. Indos verò & Bactrianos ſibi ex ſagittis eas ſtruxiſſe Prudentius teſtatur. Baleares autem, qui fundæ torquendæ peritiſſimi eſſent, ex iiſdem coronam ſibi ſtruxere. De his ita ſcribit Strabo: *Tres fundas circum caput habent; unam longioribus habenis ad longiores jactus; alteram brevioribus ad breviores; tertiam mediis ad medios*. Sed clariùs Curtius lib. 3. de Mardis gente Perſica: *Fundi vinciunt frontem. Hoc & ornamentum capitis, & telum eſt*. Plinius

ſte

eſt author à Sicyoniis manaſſe illas ornatiùs texendi, conſerendique artificium; ideoque ſerviæ poſtea & ſerta appellata ſunt. Factum eſt deinde, ut non temere & caſu aliquo, ſed certa ratione ex iis rebus conficerentur coronæ, quæ vel loco temporique magis congruerent, vel indicarent, quæ cuique in amore vel pretio eſſent; utque animi & beneficiorum ſymbola quædam & hieroglyphica eſſe inciperent, quæ prius ornatus duntaxat, & oblectamenti gratiâ commendabantur. Ad hanc expreſſionem & normam Saturnus coronam habuit ex ficis recentibus, Juppiter ex floribus, Bacchus è vite, pampinis, & corymbis, Dioſcuri ex arundine, Apollo ex arundine etiam primùm, mox ex lauro, Flumina ex arundinibus, Hercules è populo, Pan ex pino & ebulo, Lucina è dictamno, Gratiæ ex olea, Minerva item ex olea, Venus ex roſis, Ceres è ſpicis, Cybele ex turribus, Lares è myrtho & rore marino: Floræ coronas ex fructibus, quæ ſingulis anni tempeſtatibus proveniunt, variabant.

2. Idem honor præſtantibus viris eſt impenſus; fuitque ſæpius virtutis teſtimonium, interdum teſſera officii. Cæſares ex lauro geſtabant Coronam, Legati & Feciales ex verbena vel olea, Supplices ex myrtho, Poetæ ex lauro. Captivis etiam ſerviſque vænalibus Coronæ ſignum apponebatur. Verum ne res inſtitutione ſua illuſtris & ſplendida ſuis quandoque careret dehoneſtamentis, apud Athenæum legimus, coquis etiam, lenonibus, & ſcurris coronas fuiſſe traditas à Sybaritis: potores coronatos tradit Laertius in Xenocrate: Magos quoque ex myrica coronas habuiſſe refert Scholiaſtes in Theriac. Nican. Sanioris fuit inſtituti, nexis ex arborum frondibus herbiſq; coronis remunerari virtutem certantium in ludis Olympicis, Iſthmiis, Pythiis, & Nemeæis, de quibus vide Scriptores de ludis Gymnicis. Quod verò rem noſtram attinet, neſcio an ulli ſecundum ex præmiis militaribus Corona fuerit. Gellius lib. 5. cap. 6. *Militares*, inquit, *Coronæ multifariæ ſunt, quarum quæ nobiliſſimæ ſunt, has fermè accepimus: triumphalem, obſidionalem, civicam, muralem, caſtrenſem, navalem*. Militarium porrò congeriem Coronarum prolixè exhibet Zonaras Tom. 2. Annal. *Et is, qui triumphaturus erat, cum laudaſſet communiter & viritim quoſdam, dabat iis pecunias. Honeſtabat etiam ornamentis, & donis; & armillas quibuſdam, & haſtas puras dabat; & coronas aliis aureas, aliis argenteas, nomen cujuſque, & ſtrenui facti ſpecimen atque imaginem referentes. Si enim murum aliquis primus aſcendit, & muri ſpeciem Corona ferebat. Siquid expugnaſſet, id quoque Corona aſſimilabatur. Si mari viciſſet, aut navim ſcandiſſet, navibus ornabatur. Si equo viciſſet, equeſtre aliquid inſculpebatur. Qui verò Civem in prælio, aut alia periculo, ſive & obſidione liberaſſet, maxima in laude erat, donabaturque Corona è quercu facti, quæ longe & aureis & argenteis honoratior digniorque habebatur. Atque hæc non ſingillatim modò, & viritim conferebant, ſed in manipulos aut legiones totus*.

3. Nec verò prætereundum eſt, in parte non poſtrema officii gratulatorii veniſſe Coronarum oblationem. Illæ verò ut plurimum fuere aureæ ſeu inauratæ. Earum frequenter meminit Livius, cujus Hiſtorici illa ſunt verba lib. 3. *Inter hæc ab Latinis & Hernicis Legati gratulatum de concordia Patrum ac plebis Romam venerunt; donumque ob eam Jovi Opt. Max. coronam auream in Capitolium tulere*. Idem lib. 24. *Quas M Acilius triumphans de Rege Antiocho & Ætolis aureas tulit, dona ſociarum Civitatum*. Et iterum de Antiocho pulſo: *Non gratulatum modò venerunt, ſed Coronas etiam aureas pro ſuis quiſque facultatibus attulerunt*. Similia leguntur apud Xenophontem, Plutarchum, & alios Græcos Hiſtoricos, apud quos nulli fere leguntur feſtivi Civitatum & legatorum occurſus, qui Coronis careant in ſignificationem lætitiæ deportatis.

4. Sed & priſci moris fuit coronari exercitum in reditu poſt victoriam, eoque capitis ornamento ſignificare popularibus ſuis lætum belli exitum, & publicæ lætitiæ celebritatem indicere. Hinc apud Plutarchum in Mario coronatum legimus hujus exercitum poſt cæſos Teutones. Idem factitaſſe Ageſilaum poſt Thebanorum cædem narrat Xenophon lib. 4. Nam, ut coronati etiam pugnarent Lacedæmonii, ejus gentis vetuſta atque perpetua inſtitutio fuit. Quapropter non leviter demirari ſubit Homeri conſilium, qui, ut obſervat Athenæus lib. 1. Heroem nullum inducit coronatum. Ut etenim palam eſt flores herbaſque Coronarias ad vitæ mollioris ſignificationem indicandam ſæpenumero fuiſſe uſurpatas; nihilque occurrat frequentiùs, quàm adhibitæ in nuptiis, in conviviis & ſaltationibus coronæ omnigenæ; ſic virtute bellica conſpicuos Duces Viroſque militares ſuis etiam coronis ex omni lætiori fronde non caruiſſe mos fuit Græcorum omnium antiquiſſimus, quique ignorari plane ab Homero nequaquam potuit.

5. Cæterum, ut omittam in ſacrificiis potiſſimum Coronas adhibitas, imo nullam Sacrorum partem coronis caruiſſe, nego ullam extitiſſe mortalium claſſem, atque adeo actionem fere humanam ullam abſque Coronarum interventu, ornamentoque. Præcipuum illę obtinuerunt locum in conviviis, ubi omnia ad delicatulum voluptatis ingenium, & eruditum luxuriæ palatum comparata. Item in qualibet oſtentatione tam privatæ quàm publicæ lætitiæ geſtatas conſtat. Virgil. 8.

Quare agite, ò Juvenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas.

Ad ejuſdem ſignificationem lętitiæ pertinuit coronari januas, puppes navium, lectos nuptiales, pocula, fercula triumphalia. Cum tantopere pervagata apud Antiquos fuerit conſuetudo illuſtrandarum coronis frontium, eo magis mirum eſt Heroem nullum fuiſſe coronatum, nullumque ejus rei veſtigium, ut indicavi, apparere apud Homerum; qui cæteroqui hunc etiam indicare Heroum ornatum non neglexiſſet. Quod autem quidam adiiciunt ex Tertuliano de Hercule, qui quo ſolùm tempore amoribus eſſet deperditus, inceſſerit coronatus, id nos alibi negamus factum. Heroas vero deſpexiſſe Coronarum uſum, ideo plerique ſtatuunt, ne emollitos coronæ mores aut arguerent, aut inducerent. Non ita multò diſparem ob cauſam liquet nefas fuiſſe coronari, imò depoſitas coronas abjectaſque in luctu publico privatoque. Enim verò intempeſtivum habebatur, & vehementer abſurdum, in mœrore & luctu

oſtendere argumenta lætitiæ. Idcirco ſoror illa Romani bellatoris, qui Albanos milites ſuperavit, fratri coronato poſt ſui occiſionem ſponſi ferinum animum objectavit, quòd ſuſtinere poſſet in luctu domeſtico indicia illa hilaritatis; ut tradit Dionyſius Halic. lib. 3. Verùm de his, omnique re coronaria ſatis prolixè, & meditato ſtudio ſcripſit Carolus Paſchalius, qui diſerte admodum ac diligenter iſta proſequitur volumine eruditiſſimo *de Coronis*.

Corona Civica, navalis, roſtrata, vallaris, obſidionalis, triumphalis &c. Vide *Civica Corona*: *Navalis corona*: & ſic de reliquis.

Corona pro munimento. Arcium mœnia & munitiones Antiqui Coronas nominarunt: conjectare licet, quoniam flexo in gyrum ambitu forent conſtructæ: Virgil. 9.

Quærunt pars aditum, & ſcalis aſcendere muros;
Qua rara eſt acies, interlucetque corona
Non tam ſpiſſa viris.

Ariſtides etiam Rhodiorum urbem collapſam deſcribens ſcribit, concidiſſe pulcherrimam coronarum, nempe murum, quo Urbs præcingebatur. Porrò apud Propertium lib. 4. caſtra humo coronata legimus, ideſt vallata & munita; quoniam, quod circumdatum eſt atque præcinctum, idem opinamur validè tectum ſolidèque defenſum. Id verò eſt, quod indigitant Homerus Iliad. , & Heſiodus Theog. cum apud ipſos leguntur Urbes bene coronatæ, inſtructæ ſcilicet firmiſſimis munimentis.

Corona, æ, pro armatorum numero. Sunt, qui cœtum inermium Civium coronam dici putent, non verò militum armatorum. Eos apertæ falſitatis redarguit Livius lib. 28. agens de ſeditione Hiſpanica, quam compeſcuit major Africanus: *Exercitus, qui Corona concionem circumdederat, gladiis ad ſcuta concrepuit*. Item Ovid. Metam. lib. 13.

Conſedere Duces, & vulgi ſtante corona,
Surgit ad hos clypei Dominus ſeptemplicis Ajax.

Ubi Poeta vulgi nomine non populum inermem, ſed circumfuſos intelligit milites. Sed clariſſime Gellius lib. 7. cap. 4. *eaque circumſtatio militum Corona appellata eſt*.

Corona insignis, vel insignis Laurea. Occurrit interdum apud Livium, & alios Hiſtoricos. Corona erat aurea triumphalis in lauri ſpeciem, quæ decreto Senatûs, & ſumptu publico Ducibus donabatur: ſervus illam publicus eodem, quo Triumphator, curru vectus ſuper ejus caput geſtabat. Eandem Dux non domum referebat, ſed peracto triumpho religiosè aſſervandam deponebat in gremio Jovis, in Arce & Templo Capitolino. Silius lib. 5.

laurumque ſuperbam
In gremio Jovis excifis deponere Pœnis.

Vide Carol. Paſchal. ubi de Corona triumphali.

Corona obsidionalis. Vide *Obſidionalis corona*.

Corona obsidionalis. Alia notione ſumitur pro obſidione ſubita, ac fere tumultuaria, utpote qua duplici vel triplici militum ambitu urbs oppugnanda præcingitur, peditatu introrſum agente, ſcaliſque atque teſtudine urgente præſidiarios; equitatu verò extrorſum relicto ad agrum circumſpectandum, & pedites communiendos. Id genus dicitur obſidio per Coronam; ubi tota vis in ardore militum & celeritate aggreſſionis conſtituitur. Idcirco ſcalæ ſolummodo & ſcuta in teſtudinem denſata in uſu ſunt: neque enim in re præcipiti ullus relinquitur locus machinis gravioribus. De obſidione per Coronam frequens mentio apud Herodotum, Herodianum, & alios Græcos Hiſtoricos. De eadem inter Latinos ita Curtius lib. 9. *Excurſione facta, ducenta & quinquaginta ſtadia proceſſit; depopulatuſque regionem oppidum caput ejus corona cæpit*. Et infra iterum: *Caſtris inde poſitis, oppidum haud procul poſitum corona cæpit, obſidibuſque acceptis ſtipendium imponit*. Adde Silium:

Mœnia flexa ſinu, ſpiſſâ vallata coronâ
Alligat, & telis in morem indaginis ambit.

Apud Ammianum etiam habemus triplici Corona armatorum urbem circumdatam. De eadem Corona præfatus Curtius lib. 4. *Ergo receptui ſigno dato, poſtero die muros coronâ circumdari juſſit*. Et Liv. de Bell. Punic. lib. 3. *Ac dum inſtat laceſſitque, Coronâ undique circumdatis mœnibus, aliquot milites, & promptiſſimum quemque è muro turribuſque ictos amiſit*. Idem de Bell. Punic. lib. 6. *Signum receptui datum eſt: quod ſpem non præſentis modò à tanto certamine ac labore quietis obſeſſis, ſed etiam in poſterum dedit ſcalis & Corona capi urbem non poſſe*. Urbis obſeſſæ per Coronam ſchema habes apud Lipſium Poliorc. libr. 1. Dialog. 4.

Coronata opera. In architectura munitoria formæ ſtructuræque veteris eſſe, recentis verò uſus tradit Matthias Dogen de Architect. Milit. lib. 1. cap. 16., qui de operibus coronatis ita loquitur: *Hæ prætenturæ partes ſunt munitionum plerumque regularium, aliquando & irregularium. Conſtant enim ex duobus propugnaculis dimidiatis, uno integro, ad minimum (nam plura media propugnacula eſſe poſſunt, ſi locus tuendus ſit capacior) inter duas cortinas medio recepto, utrique duobus lateribus teli jactum æquantibus, ut cornutum, copulantur*. Coronata opera alia ſimplicia, alia multiplicia ſunt. Prima unum propugnaculum integrum intra duo dimidiata recipiunt; multiplicia plura propugnacula integra cum duobus dimidiatis admittunt. Utraque tam cortinis quàm propugnaculis præſtruuntur, & eorundem ſequuntur normam ſive regularis ſint, ſive irregularis ſtructuræ. Utilitas horum operum uſuſque in eo maximè vertitur, ut cuſtodiant metuque vacua reddant vicina arcibus loca editiora, colliculos nempe & propinquos clivos, qui ſæpe arcibus ſupereminent. Occupatis quippe illis & ſemel cum præſidio inſeſſis, minimo negotio ad arcem tutò appropinquant oppugnatores; collocatiſque inibi aggeribus tormentariis pro ſua libidine & ferocia urbem infeſtant. Huic incommodo occurrunt opera Coronata; nam Cornuta, ſive Cornicula a ad eam præcautionem minus ſunt idonea, utpote minus capacia, & longioribus æquo lateribus interdum protenta. Canones & præſcriptiones horum conſtruendorum operum, cum eorundem iconiſmo habes apud præfatum Matthiam Dogen.

Corpore effugere. Adagium de iis, qui periculum imminens dexteritate & felici caſu declinant. Translatum à certantibus, qui flexu corporis hoſtiles

ſtiles ictus effugiunt. Nam qui mœnibus aut valli objectu muniuntur, minus periclitantur: extremum autem periculum illis imminet, qui in aperta acie telis objecti ſolo corporis deflexu tueri ſe poſſunt.

CORPUS CASTRI. Pars caſtri ſepoſita in medio, editior & validior, quam vulgò dicimus *Maſchio*. Conſtitutio Petri Reg. Aragon. M. S. *Si verò Barones noſtri, vel milites guerram inter ſe habuerint, & ad expugnandum caſtrum vel fortitudinem inimicorum ſuorum venient, & in expugnando ipſo corpore caſtri vel fortitudinis, ſi ignem ſuppoſuerint, non teneantur pro pace fracta*.

CORREOII, VEL CONREDII MILITAS. Vide *Ordines Sacri Militiæ Equeſtris*.

CORTINARII MILITES. Vide *Cohors* pro Tentorio.

CORVUS. Inter arma, ſeu potius machinamenta navalia oppugnatoria recenſetur à Curtio, Polybio, & aliis. Exiſtimant plerique fuiſſe ferramentum triquetrum & acuminatum ad ſimilitudinem roſtri & unguium Corvinorum, ex quo Organo nomen: habuiſſe verò in ſummo capite ferreum annulum, ubi catena inſerebatur, cui annexus uncus ferreus jactu valido detinebat naves aut perforabat. Corvi inventorem Diadem facit Plinius, alii Tyrios; Polybius verò à Duilio repertum cenſet. Neceſſe eſt uno nomine non unum machinæ genus à priſcis Scriptoribus fuiſſe comprehenſum: uſque adeo in aſſignando Corvi uſu figuraque iidem variant diſcrepantque. Neque enim ſolum ſiſtebat naves, ut manus ferrea, ſed eaſdem diffringebat, ut conſtat apud Curtium lib. 4., ubi apertè diſtinguit manus ferreas, quæ navigia duntaxat detinebant, à Corvis. Sic enim ſcribit: *Ferreæ quoque manus, Corvique, & alia tuendis urbibus excogitata præparabantur*. Verùm idem infra videtur indicare Corvos Tyriorum non magis ac manus ferreas ad lacerandi uſum fuiſſe comparatos. Sic enim ſcribit: *Namque ad implicanda navigia, quæ muros ſubibant, validis aſſeribus Corvos, & ferreas manus illigaverant, ut, cum tormento aſſeres promoviſſent, ſubitò laxatis funibus injicerent. Unci quoque & falces ex iiſdem aſſeribus dependentes, aut propugnatores, aut ipſa navigia lacerabant*. Id Corvorum genus deſcripſiſſe videtur Tacitus lib. 4. Hiſtor. *Præcipuum terrorem intulit ſuſpenſum & nutans machinamentum, quo repente demiſſo, præter ſuorum ora ſinguli pluresque hoſtium ſublimè rapti, verſo pondere in caſtra effundebantur*. Alia videtur fuiſſe machina Corvi nomine, quam à Demade inventam deſcribit Vitruv. lib. 10. cap. 19., appellatque Corvum demolitorem, ſive gruem. Illam Philander eſſe eandem putat atque Helepolin Cilliæ apud Rhodios. Iterum longè diverſum, eodem Corvi nomine, inſtrumentum eſt, quod à Duilio repertum memoratur à Polybio. Prolixam hujus machinæ deſcriptionem & uſum habes apud eundem Polybium lib. 1., cujus verba attuli in Tit. *Corax*. Vide plura de Corvi machinis apud Raderum in Curtium lib. 4., & Schefferum de Milit. Naval. lib. 2. cap. 7.

CORVUS DEMOLITOR. Vide *Corvus*.

CORVUS VALERII ADJUTOR IN PROELIO. Vide *Aves*.

CORYCÆI. Ciancularii auſcultatores, exploratores. *Spie ſegrete*. Quam ob cauſam Corycæi in hujus officii ſignificationem tranſierint, exponit Suidas per hæc verba. *Sub promontorio in pelagus prominente habitabant illi, qui vocantur Corycæi, convenæ quidam, oppidulo condito, vicini Myonneſo. Ad mercatores autem in portu ſtationem habentes accedebant, quaſi merces empturi, vel navigationis comites futuri. Deinde cum cognoviſſent, & quid illi veherent; & quò navigarent, Myonneſiis renunciabant. Illi verò ipſos invadebant. Accipiebant autem & ipſi Corycæi partem pretii, quo ſe capti redimebant*. Meminit Corycæorum Cicero.

CORITUS, i. Theca ſagittarum, idem ac pharetra. Virgil. lib. 9.

queis tela ſagittæ,
Corytique leves humeris, & lethifer arcus.

Ovid. de Triſt. lib. 5. Eleg. 8. de Sarmatica gente ſic cecinit.

In quibus eſt nemo, qui non Coryton, & arcum
Telaque vipereo lurida felle gerat.

Silius etiam lib. 5.

Turba ruunt, ſtridentque ſagittiferi Coryti.

Stat. etiam 9.

cæleſtibus implet
Coryton telis.

Et alibi:

Terga Cydonæa corytos arundine pulſat.

Nota ex Servio non tam ſagittarum, quàm arcuum ipſorum thecas Cōrytos dici. Obſerva etiam in loco Virgilii ſuperiùs adducto pro *Corytique leves*, legere aliquos *Coriſcique leves*, omninò abſurdè & vitiosè. Miror autem Nonium inprimis in ea pervertenda lectione fuiſſe hallucinatum, ut probè animadvertit Erythræus ad vocem *Coryti*. Equidem niſi alius ſuppetat locus, qui prorſus meâ ſententiâ non ſuppetit, pro voce *Coriſcus*, quæ jaculi genus ſignificet, omninò rejicienda eſt vox illa, & ab omni Latio eliminanda.

COSTULATI BALTHEI. Occurrunt apud Trebell. in Gallien. *Auratos, Coſtulatoſque baltheos rapuiſſe perhibetur*. Legunt non pauci *Conſtellatos*: Verùm eos meritò refellit Salmaſius; neque enim quidpiam abſolutè dicitur conſtellatum, vel ſtellatum, ideſt formatum, ornatumque ad ſtellæ modum; ſed addi continuò ſolet materia, metallum, vel gemma indita ſtellato operi. Ad hunc modum Virgil. Æneid. 4.

ſtellatus jaſpide fulva
Enſis erat.

Verùm quid ſint conſtulati enſes eſt pervidendum: omninò dixerim exornatos fuiſſe eos baltheos coſtulis quibuſdam, ideſt lamellis, regulis, vel batillis aureis, argenteis, vel eburneis: cujus generis emblemata & cælaturas vocamus etiam Bullas & Puſtulas. Martial. 8. 51.

Et niveum candens Puſtula vincit ebur.

Et preſſius Plin. *Capuli militum, ebore faſtidito, cælantur argento, vaginæ batillis, balthei laminis crepant*.

COTA, æ. Non eſt dubium fuiſſe genus veſtimenti. Vocis thema à Crocota, alio indumenti genere, trahitur à Scaligero ad illud Virgilii, ut creditur, in Ciri:

tenui ſuccincta crocota;

Ubi Scaliger, *crocotam*, inquit, *etiam hodie decurtato nomine* Cotta *vocamus in Gallia*. Originationem Scaligeri commendant Cangius, Menagius, Ferrarius, & alii paſſim Etymologici. Mihi certe nec illa ſatis arridet, nec aptior occurrit animo. Hæret hodie hoc vocabulum iis tantum

Digitized by Google

tom veſtibus, quibus utuntur Ordinis Clericalis homines, & ex tenuiſſima carbaſo conficiuntur. Habet autem ea tunica laxiores manicas, & ad genua ferè protenditur; nec in uſu eſt Clericis amictus ille lineus, niſi cum ſacris ad Aram operantur, vel ad populum verba faciunt. Alexander IV. PP. lib. 6. Epiſt. *Clerici induti veſtimentis ſericis, aut ſuperpelliceis, ſive cotis, vadant proceſſionaliter*. Confunditur his verbis Cota cum ſuperpelliceo: utrum autem rectа id ratione fiat, examinant Macri Fratres in voce *Superpelliceum*. Tametſi verò Cota, vel Cotta ad ſolum hodie Ordinem Clericalem pertineat, liquet tamen nobile & pretioſum fuiſſe prius indumenti genus. Novell. Ant. 25. *Le promiſe di farle una bella Cotta*. Et iterum: *S'io aveſſi così bella cotta, com'ella*. Ex quibus teſtimoniis fœmineum indumenti genus conſtat fuiſſe. Sed & virorum extitiſſe legitur Cota. Joannes Villani 12. 4. *I giovani ſi veſtieno una Cotta, overo gonnella corta*. Item Liv. Dec. 3. *E donò loro Cotte dipinte inſieme con una piaſtra d'ottone nel petto*. Invenio etiam Cottum fuiſſe Antiquis genus culcitæ, ſtraguli, & opertorii craſſioris. Statuta Monaſterii Corbejenſis lib. 1. cap. 3. *Cappam verò de Sago, & pelliceam, cottum, aut lectarium, ſive ſagum in tertio anno accipiant*. Sed & Petrus Damian. lib. 2. Epiſt. 15. *Tune ille es, qui ſub cotto quotidie Completorium inſuſurras?* Vides Cottum, ſive Cotam, vel Cottam interdum molle & delicatum, quandoque verò rude & aſperum Antiquis fuiſſe indumentum. Peculiare verò Gallis Antiquis & militare fuit indumentum Cota: *Cottes d'armes*. Quod genus Itali veteres etiam adhibuere, & armis, ac præſertim loricæ ſuperinducebant. Sed & Cotæ aliud tegmen ſuperindutum interdum lego, quod *Sorcotto* appellat Joannes Villani lib. 11. *I Cavalieri veſtivano uno Sorcotta, overo guarnacca ſtretta, ivi ſuccinti, e le punte de manicottoli lunghe inſino in terra, foderati de Vaii & armellini*. Et quidem non modo picturatas, auroque & argento illuſas, verum etiam molliſſimarum pellium ornamentis inſignes fuiſſe Gallorum Cotas author eſt Cangius diſſert. 1. ad Joinvill. Exiſtimat autem commemoratus Author *Cottes d'armes* antiquitus quidem breviores fuiſſe, ut vix ad genua deſinerent, quò trahit Martialem lib. 1. 37.

Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

Poſtea verò longiores Cotæ, & uſque ad talos promiſſæ fuere in uſu. Fuit porrò apud Gallos Cota Inſigne virorum nobilium, paſſimque ipſa veſtimenta *Cottes d'armes* accepta pro equitibus: ut quemadmodum ex anulis miſſis ab Annibale cognoverunt Romani numerum equitum, quos Cannenſis clades abſumpſit, ſic Hiſtoricis Gallicis fuerit uſitatum ſcribere multos *Cottes d'armes* in prœlio cecidiſſe, cum multorum equitum internecionem indicatum irent. Sed & colores, quibus more veteri diſtingui ſolent nobilium familiarum Inſignia & Stemmata ab ipſis Cotarum coloribus originem habuiſſe multis eruditè diſputat præfatus Cangius, nec obſcurè idem inſinuat Villelmus Nangius in Vita Philippi III. *Franci verò ſubita turbatione commoti, mira celeritate ad arma proſiliunt, loricas induunt, & deſuper picturis variis, ſecundum diverſas armorum differentias, ſe diſtinguunt*. Nec alia plane opinor fuiſſe quæ Sanutus lib. 2. part. 4., & alii Scriptores appellant Superinſignia, quæ Scriptores Itali apto vocabulo reddunt *Diviſe*. Ab Italis Poetis, ut optimè obſervant Academici à Furfure, Cotta pro peculiari ferè ſumitur indumento Fecialium, & militarium Nunciorum. Arioſt. Fur. 27.

Già colla Cotta d'arme alla diviſa
Del Rè Agramante in campo venut'era
L'Araldo.

Et Taſſus Geruſ. 6.

Così gl'impoſe; & ei veſtiſſi all'hotta
La purpurea dell'arme aurata cotta.

Credas præfatos Poetas bibiſſe ex poculo Triſſini Ital. Liber. l. 6.

E ſi veſtì la bella cotta d' Arme
Di veluto roſin conſperſo d'oro,
Che un' Aquila dorata avea nel petto,
Ed un'altra n'avea dopo le ſpalle.
Così veſtito andò verſo'l Palazzo,
Ove alloggiava il Re colle ſue genti:
E quivi giunto l'animoſo Araldo
A lui non fece riverenza alcuna,
Ma diſſe audacemente in queſto modo.

Obſervare demum ſubit, à deſcriptione Cotæ militaris ex Villani, Cangio, & aliis ſuperius indicatæ non minimum diſcrepare Cotam, quæ exponitur ab Aloyſio Alamanni Avarchid. Cant. 20. ubi Lancillottus propriis armis equo & veſtitu cætero inſtruit Galealtum proximè pugnaturum.

La Cotta marzial poi dove ſplende
Il roſato color col bianco accolto,
Dall'homer manco per traverſo ſtende,
Si che'l braccio miglior ſi truove ſciolto.

P. Daniel de la Milice François: l. 6. c. 6. exiſtimat Cotas Gallicas, *Cottes d'armes* tunicas fuiſſe ſine manicis, iis ſimiles, quibus Diaconi utuntur in Sacris majoribus.

Cotarii, orum. Fabri erant in militiæ famulatu & miniſterio. Sic appellati à Cote, vel caute, cujus attritu nitida reddebant militum arma. Occurrunt in Gloſſ. Veter. Vide *Munditia armorum*.

Coterelli. Sic audit factio prædonum militarium in Hiſtoria Francorum. Marca l. 6. Benearn. dictos putat à majoribus cultellis, quibus erant armati. Alii thema hujus appellationis trahunt à Cotis, vel Cottis, quod militare fuit indumentum. Scias vehementer hos eſſe deceptos. Verum etymon tradit Gaſpar Barthius in Commentariis ad libros Philippidos Gulielmi Britonis. Coterellos autem, quaſi Scoterellos fuiſſe vocitatos exiſtimat, quoniam Brabancionibus, quibus conſtat ſæpe à Scriptoribus jungi Coterellos, permixti eſſent Scoti, ſive Hiberni. Equidem Brito Philipp. lib. 10. Scoterellos eoſdem nominat:

Nec mora Bituricas exercitus ibat ad oras,
Ut Scoterellorum vim ſævitiamque retundat.

Nihil autem vero propius, quàm Scotiæ vel Hiberniæ Latrones, trajecto mari, ſe ſuaque arma Brabantiæ prædonibus ſociaſſe. Id verò maxime conſtat, quoniam Mercaderium quidam Brabancionum Ducem, nonnulli verò Coterellorum faciunt, ut plane in aperto ſit nefariam illam hominum ſocietatem obtentu legitimæ militiæ, graſſationes in publicum exercentium, ex Brabantinis, & Scotis conflatam, quandoque Brabanciones, interdum vero à Scotia Scoterellos, & abjectâ literulâ, Coterellos fuiſſe appellatos. Confirmat id

Sca-

Digitized by Google

Scaliger filius, ubi in verſiculos illos de morte Claudii, qui Senecæ attribuuntur,

Et cæruleos
Scutabrigantes
Dare Romuleis
Colla catenis
Juſſit, ...

Ita corrigit, ut pro *Scutabrigantes*. Subſtituat vocem *Scatobrigantes*, ut nos latiùs expoſuimus in titulo *Brigantii*.

Cotia, æ. Navis Indica, de qua Maff. Hiſt. Ind. l. 10. *Naves incenſæ viginti, & Cotiæ, quas vocant, multæ, mercibus & commeatu cæſaque materia in ædificationem onuſtæ*.

Cotta, æ. Et

Cottum, i. Vide *Cata*.

Cotuca. Veſtis militaris, cujus meminit Thomas Valſinghamus in Eduard. 11. *Ad arma proſiliunt, & milites quidam ſuper armaturam Cotucas induerunt, vocatas Quarteloys*. Ubi Cangius legendum conjicit *Cottas*, Quartilatas appellatas, quoniam quadrifido diſtinguerentur colore.

Covinus, i. Currus fuit Gallorum veterum, Belgarum & Britannorum familiaris. Pomponius Mela de Britannis: *Dimicant non equitatu modò, aut pedite, verùm bigis & curribus Gallicè armati: Covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur*. Ex hoc Melæ loco vides currum fuiſſe axe falcato, ideſt ligno axis acuminato & recurvo ad modum falcis; quod etiam expreſſit Lucanus lib. 1. ubi Covinum roſtratum vocat.

Et docilis rector roſtrati Belga Covini.

Ex quibus arguitur minus propriè locutus Silius lib. 17. ubi Covinum dixit falciferum.

Agmina falcifero circumvenit arcta Covina.

Neque enim hoc genus vehiculi inſtructum erat æneis falcibus, quas deferret, & quam ob rem falciferum dici poſſet, cujuſmodi erant currus falcati Perſarum, de quibus latè Curtius, & nos proprio in loco. Et conſuetudo quidem pugnandi ex curribus, qui æneas haberent falces, nuſquam legitur apud Occidentis populos viguiſſe, verum in minore & majore Aſia duntaxat locum habuit. Id porrò nihil impedit, quo minus Covinus currus fuerit militaris, ut ſatis colligitur ex allatis Poetarum teſtimoniis. Verum hoc ipſum perturbat Martialis lib. 12. 21. ubi de hoc vehiculo loquitur tanquam de curru non ſolum urbano, verum etiam tecto & camerato, aptoque ad allocutiones privatas amicorum: quod minime convenit vehiculo prœliari & bellico, cujus generis erant aperta, ut bellatores inde ſe in pedes erigere, latèque enſem & arma in omnem partem circumferre poſſent. Verba Martialis ſunt,

O jucunda, Covine, ſolitudo!
Carrucâ magis, eſſedoque gratum,
Facundi mihi munus Heliani.
Hic mecum licet hic, Juvence, quidquid
In buccam tibi venerit, loquaris.

Vide Raderum ad hunc Martialis locum. Exiſtimo Covinum appellatum fuiſſe currum, certo quodam contextu conſtructum, ſive tectus ille fuerit, ſive adapertus: quemadmodum Ciſia, curruſque alii eandem apud nos appellationem habent, ſive tecti ſint, ſive non tecti, & ad hunc modum adverſantes ſibi Scriptores concilio.

Covinarius, ii. Auriga qui Covinum regit; vel bellator, qui ex covino pugnat. Tacit. in Vit. Agric. *Medii campi Covinarius & eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat*. Et paulò poſt: *Interim equitum turmæ fugere, Covinarii peditum ſe prœlio miſcuere, & quanquam recentem terrorem intulerant, denſis tamen hoſtium agminibus, & inæqualibus locis hærebant, minimèque equeſtris ea pugnæ facies erat, quum in gradu ſtantes, ſimul equorum corporibus impellerentur, ac ſæpe vagi currus, exterriti ſine rectoribus equi, ut quemque formido tulerat, tranſverſos aut obvios incurſabant*. Cæterum Covinus, & Covinarius voces ſunt Germanicæ originis, ut notat Voſſius.

Crates. Duplex eſſe Cratium, ſive operis Cratitii genus oſtendunt Scriptores Architecturæ militaris. Sunt autem Crates aliæ ad ſolum tegimen excogitatæ. Has verò lateribus tectoque firmatas eſſe oportet, ſtabilemque præbere aggerem, ut ad aliquod ſaltem tempus ſuſtineant frangantque impetum tormentorum, nec ita facilè dejiciantur. Aliud genus deſervit foſſis opplendis. Hæ verò Crates ſimpliciores ſunt, rarioreſque, redactæque in faſces, ut congeſtitiam terram recipere & continere valeant; eoque parantur numero, qui par eſſe judicatur explendæ complanandæque foſſæ. De his Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. *Magno Cratium, ſcalarum, Harpagonum numero effecto, ad campeſtres munitiones accedere: ac tum clamore ſublato, Crates projicere*. Idem paulo poſt: *Aggere & Cratibus aditus expediunt*. Eſt etiam crates ſupplicii genus Commemoratur à Tacito de morib. German. *Diſtinctio pœnarum ex delicto: proditores, & transfugas arboribus ſuſpendunt; ignavos & imbelles, & corpore infames cæno, ac palude, injecta inſuper crate mergunt*. Nota genus ſupplicii, & in infimæ ſortis homines adhibitum. *De eodem* Liv. l. 4. *Ad vociferationem eorum, quos necari ſub crate juſſerat, concurſu facto*. Viget etiamnum in Gallia Cratis uſus in ſuppliciis; nam eorum Cadavera, qui vel ſponte ſibi mortem conſciſcunt, vel proſcripta legibus monomachia occiſi ſunt, per vias, & plateas lutoſas Crati impoſita ad contemptum circumferuntur.

Cratitii parietas. Vide *Aceratum*, & *Crates*.

Creantum, & eadem notione *Grantum*. Solemnitas eſt præſtitæ fidei cum interpoſito ſacramento, ad cavendum aliquid, vel proſpiciendum. Ex quo Reges, Principeſque pacis inter alios conciliatæ ſequeſtres & arbitros vocamus *Garanti*. Statutum Philippi Auguſti Regis Francorum: *Faciant Creditoribus per fidejuſſores, vel per Vadia Creantum ſuum ſolvendi debita ad prædictos terminos*. Charta pacis inter Reges Franciæ, & Angliæ: *Si autem Hugo noluerit obedire ad Regem Angliæ cum terra, quam de Rege Franciæ tenet — oportebit Regem Angliæ facere Grantum Hugoni rationabiliter*. Hinc

Creantara, & Grantare. Interponere ſe, fidemque ſuam dicto ſacramento. Vulgo *Garantire*. Charta Roberti Epiſcopi Claromont. *Nos autem Creantavimus quòd Caſtrum illud bona fide cuſtodiemus*. Grantare autem non ſemel legitur apud Scriptores Latinobarbaros. Vide Cangium in Gloſs. Voſſius docet, Germanos *Warentam* dicere eum, qui alteri obſtringitur ad evictionem præſtandam. Leges Longobardicæ lib. 2. tit. 28. §. 5. *Siquis equum ſuum, vel cætera animalia, ſive rem ſuam ſuper aliquem repererit, & ipſe Warrentem dare dixerit; ſtatim juret ut ad certum Warrentem eum conducat: & ſuper tertium Warrentem & tertium comitatum non procedat*. Dubium ſitne ori-

Digitized by Google

origo à *Waren, cuſtodire;an Weren, defendere.* Ab illo participium *Warend,* cuſtodiens: Ab hoc *Werend, tuens, defendens*, accuſativus caſus Warentem, vel Werentem. Similiter *Warenta*, *Waranda*, *Waranda*, vel *Warandia*, obligatio ad accommodandam alteri ſuam in tuendo illo auctoritatem. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 15. *Si Warandam emptionis ſuæ producere potuerit, ipſe eas cum juramento duorum obtinebit, niſi per defectum in teſtibus, ſive in Waranda ſuccubuerit.* Atque hinc *Warandare*, pro alteri accommodare ſuam authoritatem. Item *tueri, patrocinari*. Ferrarius vocabula *Guarantire*, *Garantire*, *Garante*, *Garonzia*, & ſimilia accerſit ab Italicis dictionibus *Guardo*, & *Guardare*. Neque enim illæ ſolum oculorum conjectum notant; verum etiam ſignificant aſſervare, cuſtodire, defendere. Eam profectò vim habet vox *Guardiano*, quæ indicat pecoris, aut Monaſterii cuſtodem, vel defenſorem. Cuſtodiam certe & vigilias militares ſignificant voces *Guardia*, & *Guarda*. Eandem vim & ſignificationem habet apud Latinos verbum *Tueor*, quod non ſolum videre, ſed cuſtodire etiam ſignificat & defendere. Quæ ſiquidem cuſtodimus, aut defendimus, intentis oculis ſolemus aſpicere. Ex quo habemus etiam nomen *Tutor*, pro pupilli defenſore: quoniam cuſtos ille & defenſor, quaſi intentis oculis pupillum reſpicit, ut aptè obſervat Iſidorus.

Crebrisurum. Feſtus ſcribit ſignificare apud Ennium vallum crebris ſuris, ideſt palis munitum. Locus Ennii non adducitur a Feſto. Mihi verò ſuſpecta eſt lectio, & pro *Crebriſurum* legerem *Crebriſudum*; ut vox componatur à ſudibus, quos conſtat palos eſſe; nam ſuræ aliud ſunt apud Latinos.

Crematio Cadaverum. Vide *Funus*.

Crena. æ. Plin. lib. 11. cap. 37. *Poſtea arteria, & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis, quidquid appropinquat ventri.* In re ſagittaria duo ſignificat. Primum ſectionem in extrema ſagittæ parte, in quam inſeritur nervus. Iterum inciſuras in ſumma parte arcus, quę nervum recipit. Porrò in re univerſa machinali inciſiones omnes, quæ fiunt in trabibus tum arrectariis, tum tranſverſariis ad recipiendos funes, & ad quoſcumque alios tenſionum uſus, Crenæ appellantur. De Crenis autem Sagittarum & arcus hæc habet Hermolaus Barbarus in Commentariis Plinianis: *Crenæ ſunt inciſuræ, à quibus crenata herbarum folia vocantur, hoc eſt ſerrata, ſectaque per ambitum. Hodie quoque multis locis ſigna, quibus agreſtes numerum aliquem in ferulis deſcriptum habent, Crenæ appellantur. In ſagitta quoque partis extremæ ſectio, in quam nervus inſeritur, arcum tendere volentibus, Crena dicitur. Sed & in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent, in quibus collocatur ſedetque nervus.* Italis *Cocca*. Dant. Infern. Cant. 12.

Chiron preſe uno ſtrale, e con la Cocca
Fece la barba indietro alle maſcelle:

Poeticè etiam apud Italos *Cocca* pro ipſa ſumitur ſagitta, ut pars pro toto. Dant. Paradiſ. Cant. 8.

Siccome Cocca in ſuo ſegno diretta.

Ad eundem modum etiam Latini arundinem, quæ pars eſt ſagittæ pro ſagitta ipſa paſſim accipiunt. Virgil.

hæret lateri lethalis arundo.

Italorum etiam ſunt verba illa à *Cocca*, *Accoccare*, *Scoccare*.

Criodoche. Quod ſit machinamenti genus, accipe ex Vitruvio lib. 10. cap. 18. *Conſtituebatur autem in ea* (Turri) *arrectaria machina, quæ Græcè Criodoche dicitur.* Philander exponit trabem arietis; Turnebus machinam ex ariete & trabe; Baldus machinam, quæ arietem recipit.

Crista. Propriè plumatus eſt conus ille, ſive plumarum vel cartilaginum nervoſarum ſuggeſtus, in galli, aliarumque altilium vertice exſurgens. Petron. Afran. de gallo gallinaceo.

Candida Phœbæo præfulgent ora rubore,
Criſta riget radiis, ignea barba micat.

In re bellica eſt ornamentum ſummæ galeæ, ideſt cono, impoſitum; pinnæ erant, vel integrarum effigies avium: item aliarum ferarum imagines, & quidquid demum ad animi, affectionum, & præclarè geſtorum teſtificationem & ſymbolum cuiquam arriſiſſet exprimere. Notabile eſt quod ex loco Statii Theb. 9. colligitur; ſuggeſtus illos plumarum prægrandes interdum fuiſſe.

Spicula jam, clypeoſque leves, arcuſque remiſſos
Unda trahit, galeaſque vetant deſcendere Criſtæ.

Quot enim quantaſque criſtas eſſe opportuit, quæ mergi non ſinerent galeas æratas, præſertim cum antiquitùs prægraves illas fuiſſe conſtet. Idcirco jure hoſtibus detractas inter inſignia recenſebant ſpolia. Virgil.

Captivi pendent currus, curvæque ſecures,
Et criſtæ capitum.

Voſſius quod de bellatore ex familia Valeria traditur qui Corvi auxilio Gallum ſuperavit, fabuloſum putat, & à vulgo admirationis ciendæ gratià auctum per occaſionem corvi in galea Valerii ſublati ſculptique pro Inſigni. Græcos veteres criſtas è pilis equinis habuiſſe non uno in loco diſertè Homerus indicat. Romani teſte Polybio, pinnas tres adhibuere prælongas, purpureo vel nigro colore. Mirandum inprimis eſt, quod Florus lib. 4. cap. ult. narrat de Conidio Centurione, qui adversùs Myſas dimicans, jiſdem miraculo fuit, quòd ſupra galeam foculum haberet, quo flamma modò acrius, modò remiſſiùs exardeſceret. Vide Adrianum Turnebum lib. 28. Adverſ. cap. 6. in illud Virgilii de Turni galea:

Cui triplici crinita juba galea alta Chimeram
Suſtinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes.

Plutarchus etiam in vita Marii Cimbrorum equitum galeas plumis & horrendis hiantium animalium formis ſpectabiles deſcribit. Sed & Virgilius lib. 7.

fulvoſque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti.

Item ubi de Cycno Ductore.

Cujus olorinæ ſurgunt de vertice pennæ.

Frequentiſſimum certe eſt apud Poetas horridos ejuſmodi galearum ornatus perlegere; quos non ſolùm ad pompam facere, ſed non unam ſecum adducere utilitatem, non Vegetius ſolùm lib. 2. cap. 16., ſed ipſe docet Polybius: *Adornatur præterea miles ſimplici caſſide, cui lupi pellem imponunt, aut ejuſmodi aliquid, quod integumentum pariter inſigneque ſit, ne in prælio ſuos quiſque Præfectos ſtrenuè aut ignaviter ſe gerentes latere poſſint.* Equidem aſpectus ille criſtarum non pulcher modò atque jucundus, verum etiam hoſti formidoloſus. Duplici quippe titulo non contemnendum in modum ad prœlium & victoriam

riam

riam facit: nam & bellatoribus ab ornamentis illis animi creſcunt, & hoſtibus ab aſpectu terror incutitur. Quam ob eauſam omnes fere populi, nec verò cultiores, ſed Barbari etiam incultique io adornandis galeis ſumma conjunctione conſpiraot: nihil ſtudioſè magis ambitioſèque curantes, quàm ut illæ comptiſſimæ ſint, oculoſque ſpectatorum mirificè rapiant. Criſtarum Authores, Cares fuiſſe, Herodotus, Plinius, & Polyænus memoriæ tradiderunt. Vide *Galea*, & *Inſignia*. Criſta Italis dicitur *Cimiere*, quæ vox propriè ſignificat quod ſuperponitur galeæ: quapropter diſtioguitur ab Italis *Elmo* vel *Celata* à dictione *Cimiere*: Joann. Villan. lib. 7. c. 9. *E mettendoſi l'Elmo, una aguglia d'argento che v'era sù per cimiera li cadde in ſu l'arcione dinanzi*. Eadem diſtioguit Triſſinus: Ital. Lib. c. 15.

Queſti havea in teſta una celata fina
Col cimier tondo di purpuree penne
Tutte di Struzo, che traugugia il ferro.

Et l. 18.

Queſti portava a lui la lancia e'l ſcudo,
E l'elmo eletto col cimier del Sole.

Lucas Pulci Ciriff. Calvan. lib. 5.

E per cimiere in sù l'elmo ſi miſſe
Un cuor, che ſi ſtruggea ſopra una fiamma.

Cristula, æ. parva criſta. Colum. lib. 8. cap. 2. *Sint ergo matrices probi coloris rectis rutiliſque Criſtulis.*

Cristatus, a, um. Propriè dicitur de pullis, ac præſertim de gallis, qui criſtas habent. Martial. lib. 14.

Criſtataeque ſonant undique lucis aves.

Per translationem galeas etiam criſtatas dicimus. Liv. Dec. 1. lib. 10. *His arma inſignia data, & criſtatæ galeæ.*

Crochum, ci. In balliſta & ſimili machina id eſt, quo eadem tenditur. Saoutus lib. 2. part. 4. *Expedit etiam dari tendentibus baliſtas validas Crochorum bonorum auxilium, & largorum: præſertim quòd à parte poſteriori ſint ampla Crocha præfata, & quod prædictas balliſtas tendentes, utantur prædictis Crochis tam tendendo, quam etiam baliſtando.*

Crotalum. Vide *Nacara*.

Crucesignati. Vide *Bellum ſacrum*, & multa ſparſim in receoſione Ordinum equeſtrium.

Crudelitas. Vide *Sævitia*.

Crupellarii. Vide *Clupellarii*.

Crura. Quid ſint in Ariete librato in Teſtudine arietaria, ſic exponit Baroccius ad Heron. cap. 11. *Crura arietis hic appellat ea ligna, quæ ſuperiùs membra vocavit, quæ in figura hujus capitis manifeſta ſunt, quemadmodum in ſuperiori capite adnotavimus.*

Cruralia. Vita Ludovici Pii: *Habitu Vaſconum indutus, amiculo ſcilicet rotundo, manicis camiſiæ diffuſis, cruralibus diſtentis*. Italis *Gambiera*. Vide *Tibialia*.

Crux. Obſcurum Crucis etymon crucem figit Grammaticis. Nam qood à cruciando dicatur, inter nugalia eſt reponendum; cum ſit maoifeſtum à cruce nomine fieri potius verbum crucio. Voſſius, aliique ex Greco fonte conantur trahere; ſed conantur tãtùm. Crux non Barbaris ſolum, ſed etiam Latinorum antiquiſſimis dicta Gahalus, vel Gabulus. Nunius ex Varrone: *Nos Barbari, quòd nocentes in Gabalum ſuffigimus homines: vos non Barbari noxios abſolvitis*. Gabalus autem eſt ab Hæbreorum *Gabal*, quæ vox Latinis eſt ſtipes in agris erectus, ſive terminus. Liquet autem multorum teſtimoniis, Cruces, ideſt erectos ſtipites, coostitutas fuiſſe pro terminis io finibus agrorum. Tabularium Abbadiæ Conchenſis in Rutheois: *Poſt concava loca, & ſicut mons dividitur per cruces, quas manibus noſtris poſuimus & ibi conſtruximus*. Et clariùs Charta Caliſti Pontificis pro Eccleſia Matiſconenſi: *Infra quos videlicet terminos, ſicut per cruces juxta terræ conſuetudinem diſtincti ſunt, captiones, deprædationes penitus prohibemus*. Coogruit vetuſta Crucis acceptio pro arbore infelici, ideſt non ferente fructum. Liv. lib. 1. in Carmine horrendo: *Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito*. Huc etiam facit antiqua Crucis forma, quæ ligno ſimplici erectoque conſtabat, ut ſit exploratum apud Lipſium de Cruce lib. 1. cap. 5., allato potiſſimum teſtimonio Auſooii in Cupidine cruciſixo, cujus iconiſmum ibidem habes: verſus autem Auſonii ſunt:

Eligitur mæſto myrtus notiſſima luco,
Invidioſa Deûm pœnis. Cruciaverat illic
Spreta olim memorem Veneris Proſerpina Adonim.
Hujus in excelſo ſuſpenſum ſtipite Amorem,
Devinctum poſt terga manus, ſubſtrictaque plantis
Vincula mœrentem, nullo moderamine pœnæ
Affigunt.

2. Sed ut externa iſta mittamus, duo in rem noſtram Crux præcipue coſert: Genus ſupplicii, & quidem admodum frequeoter militaris; & decus ampliſſimum atque inſigne in vexillis militaribus, ac veſtimentis, omnique fere ornatu nobilium bellatorum. Præmittendum autem eſt, Crucem, ut Gretſerus, Lipſius, aliique docent, aliquando fuiſſe ſimplicem, aliquando compactam. Simplex uno duntaxat erectoque conſtabat ligno, ubi rei affigebantur; quemadmodum de Cupidine ex Auſonio ſuprà meminimus. Hoc autem facile fuit primum & antiquiſſimum genus Crucis, utpote facilè parabile obviumque, maxime verò ubi ratio diſciplinæ militaris depoſceret, ut de magno ſeditioſorum numero ſubitum præſenſque ſupplicium ſumeretur. Compacta poſterioris ſuit inveoti; eademque excogitata, ut brachia etiam explicarentur, nec ſuo carereot cruciatu. Hæc præterea duplicis iterum formæ fuit. Decuſſatam interdum ſtatuebant, in qua duo ligoa recta & æqualia obliquabantur ad figuram literæ X. quo Crucis genere diem ſuum fortiſſimè clauſit S. Andreas Apoſtolus. Commiſſam aliam dicunt, io qua ligno erecto longiori, brevius alterum tranſverſarium addebatur io ſummo capite in modum literæ T. Adſtruitur etiam tertium geous compactæ Crucis, quod vocant immiſſum. Conſtat autem recto ligoo longiore, cui alterum brevius in tranſverſum oectitur, non quidem in ſummo capite, ſed quod erectum longius ita ſecet, ut hujus pars ſuperior inferiori parte ſit brevior. Et hoc quidem triplex compactæ Crucis genus manu & arte factum eſt: ſimplex illud ex uno ſimplicique conſtans ligno non artis inventum eſt, ſed oaturæ. Porro in Compacta ſtipiti medio pegma, quaſi cornu quoddam prominens, erat infixum, cui inſiſtentes Cruci affigendi ſuſtinebantur. Suppedaneum etiam erat inferiùs poſitum, ubi pedes collocabant Crucem aſcenſuri. Sic in medio arrectario quaſi inequitantes explicabant brachia, quæ adſtringeban-

tur primùm funibus ; mox utraque manus clavis transfigebatur in tranſverſario. Conſtricti in eundem modum ad ſtipitem pedes in ſuppedaneo binis figebantnr clavis. In hujus formæ Cruce Jeſus Chriſtus Dominus Noſter pro nobis viliſſimis ſervulis emori dignatus eſt,

3. Longe diverſum ſupplicii genus apud Veteres erat patibulum. Hoc non à patiendo, ut vulgo creditur, ſed à patendo dicitur : ut enim à lateo latibulum, ſic à pateo fit patibulum : à patentibus nempe ramis & quaſi cornibus appellabatur. Intelligitur autem hoc nomine ſtipes rectus bifidus, in duo nempe deſinens cornua ad ſimilitudinem literæ Græcorum Τ. Eam ob cauſam omnino idem cum furca patibulum eſſe plerique exiſtimant. Furca autem ſupplicium dicitur à ſimilitudine furcæ, agreſtis ſudis ſeu baculi, quod eſt villicorum multis uſibus commodum inſtrumentum. Hujuſmodi patibuli, ſeu furcæ cornibus cervices inſerebant facinoroſi, ac ſervi pręſertim, qui flagitio aliquo comperto, geſtare furcam vel patibulum per viciniam à Dominis cogebantur; quod dum circumferrent, à pone ſequente caroifice, vel conſervis, cędebantur virgis, ac ſæpe etiam ita cæſi agebantur io crucem. Profectò patibulum & furcam ſic à cruce diſtingui clarè arguit Plauti locus in Carbonaria :

Patibulum ferat per Vrbem, deinde affigat cruci.

Nec proinde Lipſii criſim quaſi oſcitantem taxaverim, qui patibulum dici cenſet lignum crucis tranſverſarium; quam ſententiam non ſolum Saluſtii locus corroborat Hiſt. 4., ubi patibulo affigi apertè habet; ſed etymon patibuli ipſum adjuvat, quod aptiùs exponitur à brachiis in tranſverſo ligno explicatis & patentibus, quàm à patentibus ramis ſive cornibus ipſius furcæ, ut putat Voſſius.

4. Receptiſſimum verò ubique ferè gentium Crucis ſupplicium olim fuit. Sed neque io viliores duntaxat & ſervos illud exercitum, quamobrem ſervile paſſim ſupplicium oominatur, verum etiam in patritios atque adeo bellatores egregios, & prę̨fectos armorum conſpicuæ tum proſapiæ, tum ſtrenuitatis. Exempla de Judæis nnn parcè ſuggerunt Sacræ paginæ. Eo ſupplicio affecti qninque Reges Amorræi Joſue juſſu, quoniam Gabaonem urbem ipſi fœderatam obſediſſent. Sic autem de illis legitur Joſue cap. 10. *Percuſſitque Joſue & interfecit eos, atque ſuſpendit ſuper quinque ſtipites, fueruntque ſuſpenſi uſque ad veſperum.* Ejuſdem imperio in crucem adactus legitur bello victus Rex Hai : *Regem quoque ejus ſuſpendit in patibulo uſque ad veſperam & ſolis occaſum.* Affixi item Crucibus leguntur à Gabaonitis ſeptem filii Regis Saul Regum lib. 2. cap. 21. Sed & Aman Amalechita, tumens potenſque gratiâ Aſſueri Regis Perſarum, in crucem ſublatus eſt ob intentatam internecionem Mardochęo, & genti Judæorum, ut legitur Eſther cap. 7. Perſæ etiam eodem ſupplicio nſi adversùs ſeditioſos, ut ex Herodoto & Juſtino mnltis exemplis conficitur, ac præſertim ubi agitur de Polycrate Samlorum tyranno. Memorabile apud Trogum & Juſtinum lib. 22. illud legitur de Bomilcare Pœnorum Duce, qui medio in foro Cruci ſuffixus, qnod cum Agathocle adversùs Carthaginienſes conſpiraſſet, ex eadem cruce gentia ſuæ crudelitatem exprobrabat. Ad hæc infami ligno affixi Hiſtiæus Mileſius Darii Præfectus, & Sandox Præfectus Æolldis, flagrante Darii bello. Alexandrum verò Macedonem **duo millia Tyriorum crucibus confixiſſe teſtatur** Plutarchus in ejus vita, Eodem ſupplicio animadverſum fuiſſe à Scipione Africano devicta Carthagine in Romanos & ſocios, qui ad Punica caſtra tranſierant, tradit Valer. Max. lib. 2. cap. 7. in hæc verba : *Siquidem devicta Carthagine, cum omnes, qui ex noſtris exercitibus ad Pœnos tranſierant, in ſuam poteſtatem redegiſſet, graviùs in Romanos, quàm in Latinos transfugas animadvertit. Hos enim tanquam patriæ fugitivos crucibus affixit, illos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit.* Sed memorabile inprimis eſt, quod tradit Joſephus de Bello Judaico. In oppugnatione Hieroſolymorum Titus non modo captos hoſtes ſtipitibus affigebat pro muris, ut eo ſpectaculo territi præſidiarii maturarent deditionem; verum etiam pabulatum, aquatum, lignatum progreſſos captoſque eodem mortis genere confeſtim tollebat è medio. Tanto autem numero in dies comprehendebantur, ut jam ſpatia crucibus, cruces corporibus deeſſent. Romanis in uſu fuere Cruces ab ipſis Regni cunabulis. Parata ſiquidem in infami ligno ignominioſa mors Horatio, cum poſt extioctos Curiatios, ſororem gladin transfixiſſet. Sic autem Livius lib. 1. *Rex, ne ipſe tam triſtis ingratique ad vulgus judicii, ac ſecundùm judicium ſupplicii author eſſet, concilio populi advocato : Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent ſecundum legem, facio. Lex horrendi carminis erat : Duumviri perduellionem judicent : ſi à Duumviris provocarit, provocatione certato : ſi vincent, caput obnubito : infelici arbori reſte ſuſpendito : verberato, vel intra pomærium, vel extra pomærium. Hac lege Duumviri creati, qui ſe abſolvere non rebantur ea lege ne innoxium quidem poſſe, cum condemnaſſent : tum alter ex his : P. Horati, tibi perduellionem judico, inquit : I Lictor, iniiciebatque laqueum.* Libera tamen civitate in obſcuros duntaxat homines & ferè ſervos eſt Cruce ſævitum; qua de cauſa ſervile ſupplicium Crux nuncupatur.

5. Fœda & crudelis ad hanc pœnam proluſio erat verberatio. Infligebatur hæc in deſpectiores flagris, virgis in honeſtiores. Cędendi locus vel domi, antequam deducerentur, ubi columnæ alligati percutiebaotur; Plaut. Bacchid.

abducite hunc
Intrò, atque adſtringite ad columnam fortiter :

vel per viam, & ſub ipſa cruce. Eam certe verberationem præcedere conſuevisse maoifeſtum facit Lex & Formula feralis horrendique carmiois, ſemel & iterum ex Livio indicata : *Verbera intra, aut extra pomærium* : Et mox : *Arbori infelici ſuſpendito.* Cæterum in cruce confixis, vel à fame, vel à ſtillante è vulnerum conſciſſuris ſanguine, vel demum ab avium ferarumque laniatu, lenta qnidem, ſed ſupra omnem fidem atrox & immanis mors erat, Cauſam etiam irrogati ſupplicii, expoſitam in tabella, In ipſa cruce appendi conſueviſſe disertè tradit Dio lib. 54. Licet interdum, neglecta inſcriptione, ſatis duxerint præconis voce eandem populo nunciari.

6. Quæ verò ad multos ſęculorũ circuitus ſummi dedecoris nota, & Inprimis infame ſupplicium Crux fuerat, in argumeotum & Inſigne pluſquam mortalis gloriæ aſſurgere cœpit atque clareſcere. Enimvero Conſtantinus poſt memorabilem adversùs Maxentium victoriam reportatam Crucis auſpiciis, quam lucidiſſimis ornatam diſtinctamque

que

que notis, *In hoc vince*, in Cœlo viderat, non modo illud ſupplicium religionis & obſequii ergo antiquavit expunxitque; verum etiam io militum vexilla, ac præcipuè in ſigna Imperatoria ſublatam ſplendido ornatu crucem, triumphalem tranſtulit teſſeram. Idem Cæſareum diadema, ſtatuaſque ſibi erigi juſſas ejuſdem imagioibus inſignivit. Conſtantini exemplum qui cooſecuti ſunt Cæſares ad hanc diem, pro inſigni ſua in venerabile illud ſanctiſſimumque ooſtræ ſalutis ſignum reverentia, religioſè tueotur atque cuſtodiunt; quibus crucifer globus, quo univerſus terrarum orbis deſignatur, præcipuum meritò eſt Imperatoriæ dignitatis Inſigne. Initium ſigni ſalutaris ad novum cultum evecti à Conſtantini, ut dixi, victoria revocatur. Ea de re ita ſcribit Zonaras in Conſtantino: *Ambigenti & animo anxio figura ei Crucis media die, ſtellis efficta, apparuit in Cælo, & ſcriptura circa eam Romanis literis, In hoc vince. Igitur ex auro ſtatim ſubitario opere efformans Crucem, juxta ejus, quæ apparuiſſet ſpeciem, & hanc jubens prægredi exercitum, cum Maxentianis prælium commiſit.* Nec verò ſolom Romanis vexillis, maximèque Imperatorio, quod Labarum dicebatur, inſerta Crucis effigies latè radians purpureo velamento & gemmis intexta; verùm expreſſam eandem haſtis militaribus, atque iiſdem ſuperſtantem ſolido expreſſam formatamque auro Signiferi ſeu potius Cruciferi geſtientes deferebant. Expreſſit id Prudentius contra Symmachum, in hæc verba Romam alloquens:

Agnoſcas, Regina, lubens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies crucis aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

Idem alibi:

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum.

Nos etiam de ſigni triumphalis ornamento in vexillis Romanis recepto poſt Conſtantioi victoriam ſic olim luſimus Carmin. Tom. 2. Heroic. l. 1.

Hic tibi in Heſperios hoſtes fera bella paranti
Porrigit arma favor Superum; non ære rigentes
Tergemino clypeos, crebriſque nitentia flammis
Spicula; ſed Siculis ignota incudibus arma,
Emeritæ ſimulacra Crucis: micat advena cœlo
Pœna; diem, rutilo melius Titane, colorat
Nobile ſupplicium: extremas procurrit in oras
Zona ſinu niveo, cœlique oracula pandit,
Fatiferas inſcripta notas; Hoc auſpice ſigno
Victor eris: nova Cæſareis Inſignia caſtris
Hinc micuere Cruces: felix it teſſera belli
Carbaſeas intexta nives, clataque Cœlo
Sentit adorantes zephyros, dum Signifer auris
Ventilat argutis læti præſagia Martis,
Attollitque fidem Superùm: tum curvat ahenas
Relligio galeas; ſenſimque afflata recenti
Caſtra Deo; pietas ultra thoracas anhelat
Fervida, feſtivis nullæ ſine metibus haſtæ;
Et læti nulla ceſſant de caſſide fletus.

7. Quibus verò notis & qua figura efferri in haſtis ſoleret ſalutis ooſtræ ſimulacrum à Conſtantini victoria, ſcriptum reliquit Euſebius lib. 1. cap. 25. de Vita Conſtantioi: *Sublimis haſta auro circumveſtita, cornu tranſverſum habebat effictum in forma Crucis. Supra verò in ipſo culmine omnium, corona è lapidibus pretioſis & auro contexta infigebatur: juxta quam ſalutaris appellationis ſymbolum, duæ literæ Chriſti nomen exprimentes, per primos duntaxat characteres, literâ Græcanicâ P ſcilicet decuſſatâ & ſciſſâ per medium ipſo X.* Ejuſmodi verò haſtas cum Crucis figura & notis compendiariis vide delineatas apud Lipſium de Cruce lib. 3. cap. 15. Exornata eodem ſymbolo Cæſarum diademata docet Hieronymus Epiſt. ad Lætam. *Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas patibuli Salvatoris pictura condecorat.* Viſuntur ioſuper Theodoſii, aliorumque numiſmata globo Crucifero inſignita: tranſitque poſtea religioſus ritus ad Principes Byzantinos, ut tradit Joannes Curopalates lib. de Offic. Aulæ Cooſtant. Clypei etiam bellatorum æratæque galeæ eaodem oſtentabant teſſeram. Prudent. contra Sym.

clypeorum Inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis:

Nihil autem oeceſſe eſt prolixiori ſermone proſequi oobilium equitum palliis tuniciſque diverſi coloris Cruces aſſutas defixaſque, vel ex eorum dependeotes pectoribus, depictas eocauſto & renitentibus gemmis irradiatas. Hæc ſiquidem à oobis indicantur latius, ubi de inſtitutione Ordioom equeſtrium agimus: conſule etiam Titulum *Bellum Sacrum.*

8. Illud etiam auguſtiſſimi & ſalutaris ſigni exiſtimationem intendit, quod de bajulatis geſtatiſque Crucibus legimus, quarum objectu & reverentia veniam à victoribus ſupplices impetrabant. Conradus Abbas Uſpergeoſis: *Poſtremò Cives ad id devenere conſilii, ut ſe, & ſua Imperatoris traderent voluntati. Gladios itaque denudatos ſuper colla ponentes, Cruces quoque & alia Inſignia præferentes nudis plantis ad pedes Imperatoris miſerabiliter ſe proſtraverunt.* Clariùs idem explicat Guntherus lib. 8. Liguriol:

ex omnibus undique multi
Urbibus ac vicis aderant, querulоque ferebant
Innumeras clamore Cruces: hoc quippe querelas
More ſolent aperire ſuas.

Nec minus dilucidè Radevicus de Geſt. Frideric. lib. 4. cap. 5. *Vident autem multitudinem eorum, qui cruces bajularent (is enim Italorum mos eſt, ut habentes querelas Crucem manibus præferant) miſertus illorum ait &c.* Nec porrò inobſervatom relinqoam, eum maxime honorem cuilibet Sanctiſſimæ Crucis ſimulacro adhibitum, ut ad illud confugientibus pro aſylo fuerit locoque immonitatis jure donato. Coocilium Claromoot. Cao. 29. & 30. *Siquis ad aliquam Crucem in via perſequentibus inimicis confugerit, liber, ac ſi in ipſa Eccleſia permaneat. Quod ſiquis pro ſecuritate Eccleſiæ, vel prædictæ Crucis aliquod crimen peregerit, & ad Eccleſiam, vel Crucem confugerit, accepta ſecuritate vitæ & membrorum, reddatur Juſtitiæ.* Huc etiam pertioet eodem venerabili ſacroque Signo edictis ſuis, diplomatis, litteriſque publicæ fidei pondus & obſequium adiicere Reges, Cæſares, viroſque dignitatis loco præſtantes, atque adeo oon forenſium duntaxat, verum etiam militarium cauſarum adminiſtros. Charta Philippi Regis Franc. *Sicut uſus poſtulat, impoſita Cruce & meo ſigillo Regali, adſtipulationem literis confirmavi.* Charta Henrici II. Regis Anglor. *Has donationes & ordinationes confirmarunt & cruce ſignarunt Henricus Rex, & Mathildis Regina.* Aureis verò crucibus ſignare moris fuiſſe tradit Ingulfus: *Nam Chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea uſque ad Eduardi Regis tempora Fidelium præſentium ſubſcriptionibus, cum Crucibus aureis, aliiſque ſignaculis firma fuerunt,*

Digitized by Google

Normani condemnantes &c. Vide plura de hoc ritu apud Cangium in Gloſs. Poſtremò adnotare non prætermittam, poſt expunctum abrogatumque à Conſtantino Crucis ſupplicium, novum inductum fuiſſe patibuli genus, quod vulgò appellatur furca, licet à furca Veterum magnopere diſcrepet. Commune hoc tritumque ſupplicium non ſolum in Urbano foro, verum etiam caſtrenſi. Conſtat autem ex triplici ligno, in formam jugi veteris; ex duplici ſcilicet arrectario, alioque ad ſumma horum capita tranſverſo, ut referat Græcanicam literam Π, cui appenſis reis laqueo gula frangitur. Vide Lipſium & Gretſerum.

CRUX. Pro genere ordinationis militaris ad Crucis ſimilitudinem exactæ. Occurrit apud Laurentium Veronenſem de bello Balearico;

Inde viris nummi veniunt, Baleæque ruina,
Piſanos equites cunctos jugulare, ſimulque
Conſtitit in totis circumdare noctibus agmen:
Treſque cruces noctis, quibus alternare labores
Continuos poſſent, & ſe recreare quiete,
Sub tribus egregie generoſis diſtribuerunt.
Ergo Crucis primæ curam Gualandus habebat,
Gualando genitus, fuit, Ildebrande, ſecundæ
Tradita cura tibi, Otti pulcherrima proles,
Præſidet extremæ Leo, clara propago Leonis,
Hi loricati ſociis comitantibus ibant
Murales aditus crebro terrore petentes &c.

CRYPTÆ, & clariùs Cryptæ cœcæ, Opus fornicatum & occultum, quod ſub terreo aggere muris adiecto ad latera propugnaculorum ſubſtruitur. Uſus eſt ad clam detinendos equites, militeſque, ut prompti ſint ad ſubitas irruptiones. *Caſe matte*. Rejiciuntur tamen fere ab Architectis militaribus ejuſmodi cryptæ, tum quoniam ingentes ſumptus efflagitant, tum maxime, quoniam quaſſatæ atque diſcuſſæ impetu bombardarum ingentem ruinam faciunt, hoſtique facilem miniſtrant aſcenſum. Fumo etiam expletæ ſpiſſa quadam caligine machinatores & fabros impediunt, & propemodum obcœcant, ut nonniſi longo poſt tempore diſſoluta nube fumea expeditè ſua munia obire poſſint. Memorata receptacula vulgo dicimus *Caſe Matte*, corrupto vocabulo ex Latinis vocibus *Caſa armata*. Eas ſiquidem caſas, tuguria & receptacula armata recentes nominant Architecti. Schema propugnaculi cum cryptis vel caſis armatis exhibent Matthias Dogen Architect. milit., & Vitalis Lexic. Milit. Cryptæ etymon, à verbo κρύπτω, quod Græcis eſt *abſcondo*. Philander in Vitruv. ſcribit foſſas eſſe teſtudinatas ſub terra, ubi triticum aſſervatur. Verùm non granaria ſolum, ſed univerſè fornices & ſcrobes ſubterraneas cryptas vocari, oſtendit inter alios Juvenalis;

Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburræ:

Non eſt dubium à voce crypta habere nos vocabulum Italicum *Grotta*, ut bene trahit Menagius.

CUBA, æ. Sabinis Lectica, à cubando Authore Feſto. Scaliger Lecticæ militaris genus putat.

CUCULLIO, onis. Videtur fuiſſe capitis tegumentum ad modum galeæ. Eo certe nomine magis Latine dixerim munimentum illud capitis quod Itali dicunt *Barbute*. Pro pileo viatorio accipit Capitolinus in Vero: *Obtecto capite, Cucullione vulgari viatorio*. Idem in Heliogabalo: *Tectus Cucullione mulionico ne agnoſceretur*. Idem tegimen Feſtus dixit Tegillum ex authoritate Varronis. Cato tamen de re Ruſtica cap. 2., ambiguè obſcurèque ſcripſit de Cucullione, ut potius apud ipſum genus veſtis ruſticæ videatur fuiſſe: *Cum tempeſtates pluviæque fuerint, videto quot dies, quæve opera per imbrem fieri potuerint: dolia lavari, villam purgari, novoſque fieri centones, Cucullioneſque familiam oportuiſſe ſibi ſarcire*. Id certe capitis tegumentum, utpote quod totum caput obvolvens ſub mento facilè nectebatur, illud eſſe crediderim, quod Itali dicunt *Pappafico*. Ex quo verbum *Impappaficare* in facetis Canticis Matthiæ Franceſii:

Chi alle tempie ſi faſcia gl'occhiali,
Chi ſopra il berrettin s'impappafica,
Chi marron manda innanzi a far viali.

Id quidem opertorium capitis ex rudi panno vel centone, aut etiam pelle vel craſſiore lana fuit Antiquis; idemque conficiendæ galeæ militari præbuiſſe poſtea modulum, mihi eſt exploratum.

CUCULLUS, i. Sunt qui veſtem cum tegumento capitis, ſunt qui capitis duntaxat tegumentum eſſe putent. Quo pacto militibus olim fuerit uſui, vide in voce *Bardocucullus*. Juvenal. Satyr. 3.

Contentuſque illic Veneto duroque cucullo.

CUCULLATUS, a, um. Vide *Cucullus, a, um*.

CUCULLUS, a, um. Locus eſt Columellæ lib. 1. cap. 8. *Quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibuſque confectis, vel ſagis cucullis*. Ejus loci variæ ſunt lectiones. Legunt aliqui *Sagis Cucullatis*, alii *Sagis, aut Cucullis*, alii, quibus magis aſſentior, *Sagis Cucullis*, ut Cucullus ibi ſit adjectivum pro *cucullatus*.

CUCURUM, i. Pharetra. Repoſitorium ſagittarum. Capitulare de Villis. *Unum quoque carrum, ſcirtum, & lanceam, Cucurum & arcum habeant*. Vox fuit in uſu apud Græcos inferioris ævi; uſurpata ſæpius à Conſtantino in Tacticis.

CUDO, onis, & CODO, onis: Nam utroque modo ſcribi notat Turnebus Adverſ. lib. 1. cap. 13. Galea eſt pellicea, ſeu operimentum capitis confectum ex pellibus. Silius lib. 8.

caput bis cudone ferino
Stat cantum;

Idem lib. 16,

Scipio contorquens haſtam cudone comantes
Disjecit crines.

Coriaceis, ſive rudibus hujuſmodi pellibus, quæ capitum ſunt tegumenta, opponuntur Udones, qui ex eadem materia ſunt calceorum genus: utque illi lupinam pellem in capite, ſic hi lupinam pellem pedibus quomodolibet contegendis præſtant; ex quo qui iiſdem calceamentis utuntur apud Græcos appellantur λυκόποδες. Vide quæ obſervavimus in dictionibus *Galerus*, & *Galea*. Hujus vocis origines Voſſius affert plurimas; ſed Græcum thema probat præ cæteris, Salmaſius tamen ad Capitolin. in Pertinace idem eſſe contendit Cudonem, & Udonem; addique ſolitam literam c plurimis vocibus, ut Aulon & Caulon, Coſroes, & Oſroes, aliiſque. Dictos autem Cudones, vel Udones à cudendo, quod eſt tundere, quoniam conficerentur ex coactis inculcatiſque pilis hircorum; & quidem promiſcuè accipi tum pro galero, tum pro peduli. Vide eum Scriptorem loco indicato, & apud Lampridium in Alexandr.

CULTELLUS, i. Diminutivum à cultro. Recenſetur inter arma bellica à Rigordo an. 1214. *Habebant cultellos longos, graciles, triacumines, quolibet acumine indifferenter ſecantes à cuſpide uſque ad manubrium, quibus utebantur pro gladiis*. Hodie verò fabrile duntaxat eſt inſtrumentum, multiſ-

que

Digitized by Google

que urbanis & domeſticis uſibus paſſim deſerviens. Arma militaria ejus formæ ſicæ potius vocantur.

Cultellarii milites. Qui cultellis inſtructi militabant. Eorum mentio fit in Statuto Raymundi Comitis Toloſæ, ubi tamen pro ſicariis potius ſumuntur: *Siquis aliquem hominem malum, quem Cultellarium dicimus, cum Cultellis cuntem nocte cauſâ furandi occiderit, nullum damnum patiatur propter hoc*. De his à nobis alibi dictum eſt voce *Coterelli*.

Cultellatæ vestes. Inciſæ erant ſciſſæque in ligulas; ideoque propter luxum & mollitiem à Scriptoribus paſſim damnatæ, præſertim in Clericis. Improbatas etiam lego in militibus in vita S. Gerlaci Eremitæ: *Milites de percuſſione & ſciſſura veſtium arguebat*.

Culter, tri, & etiam Cultrum apud Propert.

Cum fallenda meo pollice cultra forent.

Si primario eſt vomer aratri, ut habes apud Plin. lib. 18. cap. 18. trahitur ab agro colendo: ex quo habemus Cultellare agrum; ſi ſermo eſt de eſcario, vel menſario, proximum eſt thema à colendo, ideſt nutriendo corpore. *Res eſt ſub cultro*: parœmia eſt de præſentaneo periculo, ſimilis illis: *In acie novaculæ: Inter ſacrum & ſaxum: Inter malleum & incudem*. Sumitur autem metaphora à victimis jam jam cultro feriendis, Horat. Satyr. lib. 1. 9.

fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit.

Plane culter inter bellica inſtrumenta recenſendus; licet urbanis uſibus ſit accommodatior. Satis hoc indicat locus Spartiani in Adriano: *In Achaja quidem illud obſervatum ferunt, quòd cum in ſacris multi cultros haberent, cum Adriano nullus armatus ingreſſus eſt*. Uſus autem cultrorum non erat ſolum in ſacris ad victimas feriendas, quod erat officium Sacerdotum, verum etiam ad tutelam ab occultis inſidiis, ut notat Caſaubonus. Vide *Cultellus*.

Cum Diis pugnare. Parœmia, qua uſus eſt Cicero de Senect. Dicitur de illis, qui adversùs fatalem neceſſitatem luctantur. Sumpta à Gigantum fabula, qui adversùs Deos per ſummam inſaniam decertarunt.

Cum hasta et scuto. Proverbium, cujus meminit Ariſtophanes. Uſurpatur ad notandum rem omnibus viribus agi. Sumpta metaphora à milite omnibus armis inſtructo.

Cum Jove ego sane nolim certamen inire. Verſus Homeri proverbialis, quo monemur non eſſe inferiori certamen ſuſcipiendum cum potentiore, & qui nocere plurimum poſſit, nihil autem detrimenti accipere.

Cum Larvis luctari. Vide *Jugulare mortuos*.

Cunctatio in bellis. Vide *Celeritas*.

Cuneus, i. Virgil. Georg. 1.

cuneis ſcindebant fiſſile lignum.

Una eſt ex quinque, ſic enim appellant, potentiis, in quibus tota vertitur ars machinaria. Inſtrumentum inferiori parte acutum, ſuperiori amplum, quo facile rimam intret, & mox lignum diducat. Incredibile robur obtinet in ſolidis divellendis: nam quæ omnî conatu, & multis adhibitis inſtrumentis neutiquam ſcindi poſſunt, valida ictus expreſſione interjectus cuneus diſſilire cogit. Agunt de hoc inſtrumento Ariſtoteles in Mechanicis, Hero, Pappus, & inter Neotericos, Guidus Ubaldus. De Cuneo mechanico nihil ſcripſit Vitruvius. Italis *Conio, bietta, cavicchio, zeppa*. Bernardinus Daniellus ad memorata Virgilii verba: *Cuneis ſcindebant fiſſile lignum*:

Allhor fù ritrovato il duro ferro,
E la ſtridente lama de la ſega;
Che pria ſfender ſolean con zeppe il legno.

Cuneus pro dispositione aciei. Per hæc verba deſcribitur à Vegetio lib. 3. cap. 19. *Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta acie, primò anguſtior, deinde latior procedit, & adverſariorum ordines rumpit, quia à pluribus in unum locum tela mittuntur: quam rem milites vocant Caput Porcinum*. De Cuneo etiam Gellius lib. 10. cap. 9. *Vocabula ſunt militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet, frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ſerra, alæ, turres*, more ſuo indicans potius, quam exponens veterum Latinorum vocabula. Tranſiit Cuneus ad ſignificationem ordinum explicatorum per agnationem & ſimilitudinem Cunei fabrilis, quo inſtrumento ligneo, vel ferreo ad ſcindendum utimur, vel dividendum; de quo eſt dictum Titulo præcedenti. Hic autem Cuneus globus eſt armatorum primò anguſtior, deinde latiùs expanſus, ad irrumpendum idoneus. Commendat eam ordinationem iterum Vegetius lib. 1. cap. 26. *Tertiò præcipiendum, ut quadratam aciem repente conſtituant: quo facto in trigonum (quem Cuneum vocant) acies ipſa mutanda eſt. Quæ ordinatio plurimùm prodeſſe conſuevit in bello*. Quibus verbis docet Magiſter tribus angulis conflatum fuiſſe Cuneum militarem. Quod enim Græci Trigonum appellant, Latini triangulare vel triangulum dicimus. De eadem inſtructione ſic Ammianus lib. 17. *Deſinente in anguſtum fronte, quem habitum Caput Porcinum ſimplicitas militaris appellat*. Idem latiùs & graphicè exponit Agathias, relatus à Suida: *Erat iis forma aciei velut in roſtrum. Litera enim Δ aſſimilabatur. Et anterior pars, qua in acutum deſinebat, tecta & denſa erat, quia ſcutis undique muniebantur. Dixeris caput eos porci ſtructurâ eâ efformaſſe. Crura autem utrinque ſecundum ordines & cohortes in profundum compoſita, & pleraque parte in obliquum extenſa, paulatim disjungebantur, donec in maximam latitudinem progreſſa deſinerent: ita ut medius locus vacuus relinqueretur, & terga militum nuda per ordinem conſpicerentur*. Meminit Cunei militaris Livius lib. 8. *Tantaque cæde perrupere Cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hoſtium*. Virgil. etiam lib. 12.

Cuneis ſe quiſque coactis
Agglomerant.

Quod autem addit Vegetius loco ſuperiùs indicato eam figuram appellari etiam *Caput Porcinum*, inde ortum eſt, quoniam porcinum ipſum caput ab acuto roſtro incipiens paulatim craſſeſcit. Eadem translatione à Cuneo fabrili Cunei dicebantur in Theatro ſedilium ordines, qui quò magis accedebant ad caveam anguſtiores erant; ex quo theatrum ipſum cuneatum appellatur. Auſon. in Urbibus;

Circus, & incluſi moles cuneata theatri.

De themate verò vocis Cunei non eſt fidendum Auguſtino lib. de Ordine cap. 18., ex quo verba illa habet Iſidorus lib. 9. cap. 3. *Cuneus eſt collecta in unum militum multitudo. Unde propterea quod in unum coit nominatus eſt, quaſi Couneus, eo quod in unum omnes coguntur*. Voſſius Auguſtini, & Iſi-

Digitized by Google

Iſidori originatione poſthabita, ſcribit Cuneum militarem metaphoricè dici à Cuneo fabrili: ipſum autem fabrilis Cunei etymon inexplicatum relinquit. Martinius Græcam originem agnoſcit.

Cuneolus, i. Parvus cuneus. Cic. de Univerſ. *Crebris quaſi Cuneolis injectis unum efficiebant ex omnibus corpus.*

Cuneo, as. Firmare cuneis, vel compingere ad modum cunei. Plin. lib. 16. cap. 40. *Siquid cuneandum ſit in ligno clavisque figendum.* Idem lib. 3. ſcribit, anguſtiis quibuſdam Hiſpaniam cuneari. Livius verò in deſcriptione cujuſdam ſcuti hæc habet lib. 9. *Forma erat ſcuti, ſummum latius qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio æquali, ad imum cuneatior mobilitatis cauſâ.*

Cuneatim. Per cuneos. Cæſar 7. Bell. Gallic. *Hoſtes re nova perterriti, muro turribusque dejecti, in foro ac locis patentioribus Cuneatim conſtiterunt.*

Cuniculus, i. Animal notum, ex leporis genere, cujus olim in Balearibus Inſulis ea percrebuit copia, ut, excavatâ per longiſſimos meatus humo, non modo meſſes corrumperent, verum etiam domos atque adeo oppida ipſa ſubruerent. Sed præſtat audire Plinium lib. 8. cap. 55. *Leporum generis ſunt, & quos Hiſpania cuniculos appellat, fœcunditatis innumeræ, famemque Balearibus Inſulis populatis meſſibus afferentes.* Et paulò poſt: *Certum eſt Balearicos adversùs proventum eorum auxilium militare à Divo Auguſto petiiſſe.* Eadem fere tradit Strabo lib. 3. A' ſimilitudine hujus animalis, occultis ſub terra meatibus, non unam peſtem inferentis, procul dubio eodem nomine appellatur in re militari meatus ſubterraneus ſuffoſſuſque, cujuſmodi opportunè excavatis utitur Architectura militaris, tum ad arces expugnandas, tum etiam, qui apud Veteres fuit uſus frequentior, ad hoſtiles machinas ex improviſo labefactandas & diruendas. Feſtus: *Eſt foramen ſub terra occultum, aut ab animali, quod lepori ſimile eſt, appellatum, quod ſubterfoſſa terra latere eſt ſolitum; aut à cuneorum ſimilitudine, qui omnem materiam intrant ſindentes.* Quod addit de cuneo, putidum illud eſt & nimis remotum, ut multa ſæpe apud Feſtum in vocum originibus indagandis.

2. Diſtinguendi verò primùm ſunt Cuniculi veteris militiæ à Cuniculis noſtrorum temporum. De his poſtea. Simpliciores illi; nec fere aliud, quàm viæ ſubterraneæ à foſſoribus adapertæ, ut earum beneficio proſilire poſſent oppugnatores intra mœnia Urbium obſeſſarum; ſubitoque impetu præſidiarios, nihil tale metuentes, imparatoſque perterrefacere, & obtruncare. Id verò ipſum genus aliquando, quemadmodum expoſui, ſimpliciſſimum fuit; interdum admiſit trabes, quæ ad breve tempus ſuſtinerent muros ſuffoſſos; tum etiam ramalia, & ſarmenta, quæ incenſa, dejectis muris, aperirent aditum irrumpentibus. Advertit id Vegetius lib. 4. cap. 24., ubi duo diſtinguit Cuniculorum genera. De primo autem ſic loquitur: *Aliud genus oppugnationis eſt ſubterraneum atque ſecretum, quod Cuniculum vocant à leporibus, qui cavernas ſub terris fodiunt, ibique conduntur. Adhibita ergo multitudine ad ſpeciem metallorum, in quibus auri argentique venas Beſſorum rimatur induſtria, magno labore terra defoditur, cavatoque ſpecu, in exitium Civitatis inferna quæritur via: quæ fraus duplicibus operatur inſidiis. Aut enim penetrant Urbem, & noctu non ſentientibus oppidanis egrediuntur per cuniculum, reſeratiſque portis ſuorum agmen ducunt, hoſteſque in ipſis domibus perimunt ignorantes &c.* De altero autem in hunc modum: *Aut certe cum ad murorum fundamenta pervenerint, ſuffodiunt eorum maximam partem, & appoſitis ſiccioribus lignis ruinam muri tumultuario opere ſuſpendunt. Sarmenta inſuper jungunt, aliaque fomenta flammarum. Tunc præparatis bellatoribus ſubter ignis immittitur, combuſtiſque columnis ligneis atque tabulatis, muro ſubitò corruente, irruptioni aditus reſeratur.*

3. A Rhodiis primùm repertos fuiſſe militares cuniculos, teſtis eſt idem Vegetius eodem lib. 4. ubi ita ſcribit: *Cum Rhodiorum Civitas oppugnaretur ab hoſtibus, & turris ambulatoria ſuper murorum altititudinem, ac turrium pararetur, Mechanici ingenio inventum eſt tale remedium. Per noctem ſub fundamento muri Cuniculum fodit, & illum, ad quem die poſtero turris fuerat promovenda, nullo hoſtium ſentiente, egeſtâ terrâ cavavit intrinſecùs, & cum rotis ſuis moles impulſa fuiſſet, tanto pondere, ſolo cedente, ſubſedit, ut nec jungi muris, nec moveri ulterius potuerit: ita Civitas liberata eſt, dejectaque machina.* Frequens porrò apud Veteres Hiſtoricos ejuſmodi Cuniculorum mentio. Curt. lib. 5. *Urbem Cuniculo cœpit. Barbaris ſimile monſtri viſum eſt: quippe è media fere Urbe è terra exiſtebant, nullo ſubfoſſi ſpecus ante veſtigio facto.* Cæſar lib. 7. Commentar. *Aggerem cuniculis ſubtrahebant, eo ſcientius, quod apud eos magnæ ſunt ferrariæ, atque omne genus Cuniculorum notum eſt.* Idem lib. 3. ſingularem agendi Cuniculi peritiam attribuit Aquitanis. Adde Claudianum lib. 2. de Rapt. Proſerp.

Ac velut occultus ſecurum prodit in hoſtem
Miles, & effoſſi ſubter fundamina campi,
Tranſilit eluſos arcano limite muros;
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces,
Terrigenas imitata viros.

Hoc genere Cuniculorum oppugnavit Theſeus magnopere communitam Urbem, & Regiam Amazonum, quod ita refertur apud Bocc. Theſeid. lib. 1.

Era di ciò Theſeo molto crucciato,
E ſempre nel penſier giva cercando
Come poteſſe abbatter loro ſtato.
Un dì avvenne ch'eſſo cavalcando
A la terra d'intorno, fù avviſato
Ch'ella s'harebbe, ſotto ben cavando:
Perche havendo Maeſtri di tal'arti,
Cavar la fece d'una delle parti.

Occurſum autem ſtatim fuit oppugnationi ſubterraneæ oppoſito ab Amazonum catervis muro:

Quando la donna del cavare inteſe,
Molto dubiò; e di mura novelle
Un cerchio ſtretto dentro più compreſe,
Il qual fer toſto e donne e damigelle.

Exprobratum inſuper id fuit per litteras Theſeo ab Hippolyta Amazonum Duce & Regina:

Mà poſcia ch'hai le forze tue provate,
E lo penſiero tuo trovato vano,
Diverſe vie ſotterra hai ritrovate
Per havermi prigione a ſalvamano.
Mà non ſarà così: che in veritate
Ci hò preſo uno rimedio aſſai ſovrano;
E di combatter per oſcura parte
Non è di buon guerrier meſtier, nè arte.

Suum

Digitized by Google

Suum tamen Theſeus factum Hippolytæ ſic purgat ac tuetur;

Chi uccide lo mio popolo e diſcaccia
Da le ſue terre, a me fà villania,
Però ſe adopro ben quì le mie bracia
A far vendetta, grande honor mi fia:
Nè viltà alcuna lo mio core impaccia,
Se io cerco ſottoterra da far via,
Per tuo orgoglio voler ſolo abbaſſare,
Mà faccio quel, che buon guerrier ſol fare.

4. Duo animadverſione digna ſunt in memoratis locis. Primùm antiquiſſimum fuiſſe Cuniculorum uſum. Iterum verò apud Antiquos illos vix unquam mentionem fieri de materia igni concipiendo opportunâ. Rem totam ſubfoſſores murorum agebant, qui excavata humo, aut intercipiebant hoſtium machinas hiante ſolo; aut aditum aperiebant ad irrumpendum. Cuniculos tamen tignis ac trabibus fultos, congeſtâque opportunâ ad ſuſcipiendum ignem materia oneratos, quorum uſus fuerit ad effringendos muros, legimus apud Hegeſippum, qui ex Joſepho, ut aſſolet, ita ſcribit: *Joannes princeps ſeditionum Cuniculum ſuffodit, & Romanorum opera ſuſpendit; ignorantibus his, quid latenti Cuniculo Judæi moliti forent, quia fulturâ tabularum, materiâ æquè ſubjectâ, ſuperiora Cuniculorum ſuſpenderat, fraus omnis latebat. Itaque ubi opportunitas viſa, ignem appoſuere, qui adjutus ſulphure & pice, quibus illita erat materies, quæ fulturam Cuniculo dabat, ligna omnia facile conſumpſit; incendium ſubjectorum ruina ſecuta eſt. Itaque Romanorum opera ſubitò lapſa, ſonitum ingentem dedere: pulvere & fumo repleta omnia plurimum tenebrarum obduxerant, majoremque terrorem induxerat latens cauſa. Deinde ubi conſumptis alimentis cæteris; quibus prima opertus erat, liber ignis erupit, dolum prodidit.* Similem Cuniculum ſub muros Cumarum egit Narſes, ut narrat Agathias lib. 1. Apud antiquioris etiam ævi Scriptores Cuniculorum ignes eructantium aliqua occurrit ſpecies & adumbratio. Seligam illud Cæſaris lib. 5. Comment. *Eſt animadverſum fumare aggerem, quem Cuniculo hoſtes incenderant.*

5. Longe verò validiſſimus, atque adeo perniciosiſſimus eſt modus & ratio, qua præſens militia Cuniculos agit. Conſtipantur meatus illi ſubterranei doliolis nitrati pulveris. Per exiguum verò ſulcum ad os relictæ rimulæ, ſeu ſpiramenti, admoto igne, exhalantes violenter cuniculi, firmiſſima quæque munimenta diffringunt; ſubitâque ruinâ editâ, munitiones integras cum armatis propugnatoribus in ſublime efferunt atque diſpergunt. Pulveris nitrati lineam humi ductam ad ſuſcitandum incendium vulgò dicimus *Seminella*; vel quoniam, ut conjicio, pulvis leviter pugillo conſpergitur, ad modum ſementem in areis cultioribus facientium; vel propterea quod pulveri ſupponi ſolet furfur ad terram complanandam, ejuſque humorem attrahendum. Quoniam verò furfur Italis dicitur *Semola*, inde tractus ipſe pulverarius dicitur *Seminella*, quaſi *Semolella*. Cardanus de Subtil. lib. 2. teſtatur Georgium Senenſem cuniculi inventorem fuiſſe, Ubi figuram etiam exhibet cuniculi, eodem Georgio Authore, ſuffoſſi ad excindendam arcem Lucullæam Neapolitanam, vulgo *Caſtella dell' Ovo*; additque methodum eundem cuniculum extruendi ex Geometrica præſcriptione.

6. Non te celaverim admirabile, novumque in aquis agendorum Cuniculorum genus. Conſtruuntur verò hujuſmodi Cuniculi in repandis planiſque navigiis; & ſic comportantur ad bellica opera disjicienda, hoſteſque infeſtandos. Repertum hoc genus à Friderico Jambello, uſurpatumque ab eodem Antuerpiæ, ad ſubruendum firmiſſimum pontem ab Alexandro Farneſio conſtratum. Sed malim rem integram accipias à Famiano Strada, qui dec. 2. lib. 6. de Bell. Belgic. ita ſcribit: *Naves ille quatuor, planis carinis ac lateribus prealtis, ſed utriſque ultra ſolitum craſſis firmiſque fabricatus, cuniculos in aquis fodere, in hunc modum commentus eſt. Principio in navis alveo murum ex calce ac lateribus, ceu ſolum ac fundamentum poſuit, uno altum pede, quinque latum: eumque quantum navis in longum porrigebatur, extendit: dein parietibus quaquàverſùs pro fundamenti modo ſuperſtructis, atque opertis, cuniculum formavit, latum æquè atque altum pedibus omninò tribus, indiditque prælargè bellicum pulverem, quæſitiſſimâ perfectum operâ, ſibique unicè notâ. Operimentum ex lapidibus pleriſque ſepulchralibus, atque ex frumentariis molis, ſaxiſque immanibus fuit. Hoc ſuper operimento tectum extulit, concameravitque ex grandibus quoque lapidibus molaribuſque in culmen, acutumque in angulum proclinatis, ut ſtrages non rectà tantum, ſed etiam ſparſim, & in utranque partem latè funderetur: congeſtis conſtipatiſque intra tecti cameram globis ferreis marmoreiſque, catenis, uncis, clavis, cultris, & quidquid nocentiùs homo dirè ingenioſus adinvenit. Poſtremò quantum patebat inter latera navis, & parietes tectumque cuniculi, coagmentatis in quadrum lapidibus, & commiſſis ferro trabibus, explevit, atque arctavit.* Quatuor omninò naves, ſive lembos prægrandes cuniculis ad enarratum modum atrociter armatis in Farneſianum pontem extructos idem tradit Hiſtoricus. Aſſociatæ illis aliæ tredecim mole & opere incendiario minores. Ad indictum opportunumque tempus educta in amnem ferox claſſicula, quæ exiguo navium numero ingentium claſſium vim & impetum ad ruinam edendam latèque proferendam æquaret. Minores illæ tredecim vel flatu ventorum adverſo, vel ab hoſticis machinis interceptæ, aliæ vadoſis in locis hæſere, aliæ nullo ſatis digno tantæ operæ pretio evaporantes in ſe ipſas duntaxat nocendi rabiem verterunt. Simile infortunium tres majores tenuit. Quanta verò ſtrage debacchata fuerit una ſuperſtes, ex eodem Hiſtorico, qui rem graphicè & eleganter ob oculos ponit, audire ſatiùs fuerit: *Ferale navigium horrendo uſque adeo fragore concrepuit, ut ruere cælum, miſceri ſuperis infera, ipſa quati terrarum moles videretur. Nam ejecto, inter fulgura tonitruaque, lapidum, catenarumque, & globorum nimbo, ea ſecuta eſt admirabilis ſtrages, quam non aliter evenire potuiſſe quis credat, niſi quia evenit. Caſtellum, cui tartarea navis incubuit, pontis ſepta Marianam verſùs arcem, proximum caſtello navalem pontem, milites, nautas, duces, tormenta ubique multa, arma ac tela, uno omnia involuta impetu in ſublime violenta vis rapuit, diſperſitque quaſi ventus folia. Scaldis prodigiosè dehiſcens, fundi ima patefacere primùm viſus mox ſuper ripas effuſus, atque aggeribus æquatus, Marianam munitionem uno pede altior implevit, terræ ſubſultantis motus ad novem paſſuum millia viret, ac metum extendit. Lapides & quidem ſe-*

ſepulchrales, ac prægrandes, mille paſſus procul à flumine reperti, hamo palmis alicubi quatuor infixi. Sed nulla, quàm hominum miſerabilior clades fuit: quorum alios inferna vis ignium, aut illicò peruſſit, aut ſecum ipſos furiali occurſu colliſuque commiſit: aut inter lapides, ac ligna ſublimes evibravit, mox projecit atque afflixit ad terram, aut in aquis extinxit. Alios peſtifer halitus, extera incolumes exanimavit: non paucos ſublatus amnis ardentium aſperſione aquarum diu torſit: multos redeuntium ſaxorum tempeſtas oppreſſit, ac non neminem ſepulchrales ipſi lapides proſtraverunt ſimul ac tumularunt.

7. Summa celebritas, quam obtinuit apud poſteros peregrinum hoc genus aquatici, vel navalis cuniculi, cujus impetu diffractam disjectamque retulimus molitionem pontis Farneſiani ad Antuerpiam, ſalivam movit Nicolao Orlandioo ut eandem deſcriberet machinam in Annal. Societ. Jeſu. Eam hic deſcriptionem ſubjicere proſuerit etiam ad comparandum ſtylum gemini è noſtra Societate Hiſtorici longe clariſſimi: *Nova excogitantur Diabolo architecto navigia: neque enim tale inventum excogitare humana mens poterat. Horum ea conſtructio & fabrica fuit, ut honorarii formam tumuli, feraliſque urnæ referrent. Erant in navis alveo tranſverſæ trabes lapideſque in quadrum coagmentati, & ad foros uſque ſurgentes. Alveus autem ipſe molaribus & generis cujuſquo lapidibus ita refertus, ut & varii cuniculi in ſpiram acti pulvere ſulphureo pleni relinquerentur, & pars ſumma cippis, immenſiſque lapidibus tegeretur. Latebat inſuper fiſtula, fomentario igni relicta, igniarioque ita librato, ut non ante pulveres inflammaret, quàm navis ipſa in cratet ac pontem propemodum impegiſſet. Fori autem, & navis tabulata, ſive ad terrendos timidos, ſive ad opprimendos incautos, ſparteis manipulis pice, reſina, ſulphureque oblitis, ac malleolis conflagrabant. Quibus artificiis ac machinis cum primùm remiſit æſtus, tetris ardens tenebris ex Urbe navis emittitur. Quod hoſtile portentum dum procul adventare noſtri conſpiciunt, continuò e caſtris una cum Principe, in omne eventum expediti ad ripam fluminis, pontemque convolant. Interea dum quidam per audaciam vel navim ipſam conſcendere, vel uncis remorari contendunt; ecce tibi repente conceptus ignis ingenti fragore ſaxa quatere, torquere trabes, tempeſtates ac tonitrua ciere, immanes lapides, ignitoſque globos in cœlum vomore, ſtationarios & claſſicos in undas mergere, partem pontis evertere, nemini denique parcere, qui vel propiùs acceſſiſſet, vel etiam longiùs abeſſet. Lamentabilis omnium gemitus erat, funeſtus multorum Principum exitus, aliorum vel mutilatione vel funere: ducentos prope homines lapidum procella contrivit. Princeps ipſe Parmenſis, quanquam Hiſpani cujuſdam impulſu, vix ſeſe à periculo eripuerat, tamen vehementi aeris agitatione concuſſus, unà cum Marchione de Peſchara in terram concidit, propiùſque factum eſt nihil, quàm ut uterque militarium corporum mole, quæ lapidum proſternebat imber, opprimeretur. Vicarius etiam Principis, & totius Equitatus Magiſter: aliique clari viri fluctibus periere. Alii per aerem viſi ſunt ad paſſus aliquot volitare, alii flammis, pulveribuſque cremati, fœdo ſane horribilique ſpectaculo.* Semina quædam & non ita rudem adumbrationem Antuerpiani Cuniculi navalis obſervare poteris tum in incendiariis navigiis Romanorum adversùs naves Ægyptias in prœlio navali ad Leucaten, tum expreſſius in incendiario item navigio Tyriorum, ad diruendum aggerem, quem Alexander Magnus excitavit in oppugnatione Tyri. De his conſule Titulum *Naves Incendiariæ*. Aquaticis iſtis & navalibus Cuniculis ſunt omninò perſimiles incendiarii lembi, quos Gallico vocabulo appellamus *Brullot*; de quibus iterum in Titulo *Naves Incendiariæ*.

8. Res cumprimis magni momenti eſt, callidè prænoſcere, atque irritos facere ſerpentes Cuniculos. Ænea primum vaſa ad id deprehendendum excogitata ſunt à Tryphone Alexandrino, quemadmodum narrat Vitruvius lib. 10. cap. ult. *Apollonia quoque cum circumſideretur, & ſpecus hoſtes fodiendo cogitarent ſine ſuſpicione intra mœnia penetrare: id autem eum à Speculatoribus eſſet Apolloniatibus renunciatum, perturbati nuncio propter timorem, conſiliis indigentes, animis deficiebant, quod neque tempus, neque certum locum ſcire poterant, quo emerſum facturi fuiſſent hoſtes. Tum vero Trypho Alexandrinus, qui ibi fuerat Architectus, intra murum plures ſpecus deſignavit, & fodiendo terram, progrediebatur extra murum duntaxat citra ſagittæ emiſſionem, & in omnibus vaſa ænea ſuſpendit. Ex his in una foſſura, quæ contra hoſtium ſpecus fuerat, vaſa pendentia ad plagas ferramentorum ſonare cœperunt. Ita ex eo intellectum eſt, qua regione adverſarii ſpecus agentes, intra penetrare cogitabant.* Facilius eſt tutiuſque remedium à pelvibus aquà plenis, ac tympanis militaribus, quæ piſa aliquot, fabas, vel talos, vel ſimile quidpiam impoſitum habeant. Hæc ſiquidem, ubi inſidiantis proximèque vim intentantis Cuniculi ſuſpicio eſt, ſparſim diſſeminata, foſſorum ſolertiam eludere, locumque acti Cuniculi ſolent detegere. Urgentibus quippe opus ſuum ſub terra foſſoribus, criſpari aqua ſolet in pelvibus terræ concuſſu; piſa vero vel tali ſubſilire in tympanis. Hoc inventum Jovius Hiſtor. lib. 28. refert ad Germanos, qui primi illud uſurparunt, à Solimano Turcarum Imp. obſeſsâ Viennâ. Creberrimus etiam uſus eſt, oppoſitis meatibus ſubterraneis, adverſos Cuniculos agere, hoſtileſque intercipere, eoſque irritos reddere, crebro adaperto aditu erumpenti incendio ad evaporandum citra damnum & exhalandum. Livius etiam de Bell. Macedon. lib. 8. novum refert & ingenioſum Commentum, quo Ambraciotæ apud Illyricos conniſi ſunt irritos facere Cuniculos Romanorum, incenſo dolio plumis oppleto, quarum fœtore diffuſo abruptum opus deſerere coacti ſunt Romani foſſores: *Nova & haud magni operis adversùs eos, qui in Cuniculo erant, excogitata res eſt. Dolium à fundo perfuſum, quà fiſtula modica inſeri poſſet, & fiſtulam ferream, operculumque dolii ferreum, & ipſum pluribus locis perforatum fecerunt. Hoc tenui pluma completum dolium ore in cuniculum verſa poſuerant. Per operculi foramina prælongæ haſtæ, quas ſariſſas vocant, ad ſubmovendos hoſtes eminebant. Scintillam levem ignis inditam plumæ folle fabrili ad caput fiſtulæ impoſito, flando accenderunt. Inde non ſolùm magna vis fumi, ſed acrior etiam fœdo quodam nidore ex aduſta pluma cum totum Cuniculum compleſſet, vix durare quiſquam intus poterat.* Invenio inſuper ab Avarici præſidiariis fruſtratos Cuniculos Cæſaris injecta pice & ponderoſorum molarium jactu.

Sic-

Sic autem Cæſar de Bell. Gallic. lib. 7. *Apertot Cuniculos præuſta & præacuta materia, & pice fervefacta, & maximi ponderis ſaxis morabantur, mœnibuſque appropinquare prohibebant.* Eminuit Maſſilienſium ingenium, cum ingenti foſſa adaperta circa muros Civitatis hoſtiles Cuniculos ruina nbruerunt. Vitruv. lib. 1n. cap. 22. *Totam, quæ fuerot ante murum, foſſam altiori preſſura depreſſerunt. Ita ſpecus omnes exitus in foſſam habuerunt; quibus autem locis foſſa non potuerat fieri, intra murum barathrum ampliſſima longitudine & amplitudine, uti piſcinam, fecerunt contra eum locum, quà ſpecus agebantur, eamque aquâ è puteis & è portu impleverunt.*

9. Noo prætermittam autem illud inprimis obſervare, Cuniculos Veterum lnnge ampliores extitiſſe iis, quos recens Architectura aperit maliturque. Argumento fuerit priſcorum formula, qua ſpecus agere dicebant, quemadmodum animadvertere poteris ex allato ſuperiùs teſtimonin Vitruvii. Validè proinde operi Veteres incumbebant ſolo effodiendn; adituſque cavernis nihil abſimiles efficiebant, labore diuturno, magnnque numern conductis foſſoribus, qui terrarum abſtruſa demolirentur & patefacerent. Eoimverò ſi eo propoſitn Cuniculi agebantur, ut muris Civitatum ſubrutis in earundem partem aliquam ab armato milite eſſet aperte proſiliendum, minimn negotio deprehendi poteſt admodum capacia receptacula, ac vere ſpecus effodi nportuiſſe. Sin verò ſuffodiendis mœnibus occulta Cunicolariorum npera locabatur, alia aderat ratio, quæ præamplos anfractus & ſubterraneas vias depaſcebat. Cum etenim tormentarin pulvere carerent Veteres; nec niſi congeſta magna vi picis, reſinæ, olei, omoiſque materiæ, quæ facile ignem conciperet, affluerent, continuò poteſt intelligi nnnniſi ſpatioſo in loco tot tantaque ignis notrimenta & pabula congeri potuiſſe, quæ ſatis eſſent ad muros ſæpe turritos, dilacerandos & ſubruendns. Sed nihil magis evincit palamque oſtendit amplitudlnem Cuniculnrum veterum, quam pugnæ crebræque dimicatinnes ſub iiſdem ſpecubus frequenter commiſſæ. Appian. de Bell. Mithrid. de Lueulli Conſulis copiis, adversùs Mithridatem Pooti Regem oppidum Themiſeyram oppugnantibns, ita ſcribit: *Hi contra Themiſcyrenſes turribus utebantur & aggeribus, & Cuniculos tam umplos ſodiebaut, ut in eis pugnæ committerentur ſubterraneæ.* Livius dec. 4. lib. 8. pugnatum in Cuniculis narrat inter Ambracienſes & Romanos: quo inſuper teſtimonio artem & ſolertiam commemorat Ambracienſium, qui aure terræ admotâ deprehenderunt Romanorum Cuniculum. Sic autem ſcribit: *Itaque cum aperta vi parum procederet Conſuli res, cuniculum occultum, vineis ante contecto loco, agere inſtituit. Et aliquandiu cum dies noctoſque in opere eſſent, non ſolum ſub terra fodientes, ſed egerentes etiam humum, feſellere hoſtem. Tumulus repeute terræ eminent, index operis oppidanis fuit. Pavidique ne jam ſubrutis muris facta in Urbem via eſſet, foſſam intra murum è regione ejus operis, quod vineis contectum erat, ducere inſtituunt. Cujus ubi ad tantam altitudinem, quantæ eſſe ſolum infimum Cuniculi poterat, pervenerunt, ſilentio facto, pluribus locis aure admota, ſonitum fodientium captabant. Quem ubi acceperunt, operiunt rectam in Cuniculum viam. Nec fuit magni operis. Momento enim od inane, ſuſpenſo ſulturis ab hoſtibus muro, pervenerunt. Ibi commiſſis operibus, cum è foſſa in Cuniculum pateret iter, primò ipſis ferramentis, quibus in opere uſi erant, dein celeriter armati etiam ſubeuntes occultam ſub terrom ediderunt pugnam.* Simile certamen in terræ viſceribus initum à Romanis militibus Sylla Conſule, & Atheoienſibus præſidiariis Duce Archelan, refert Appianus de Bell. Mithridat. *Hi* [Aggeres Romannrum] *ab Archelao diu cuniculis clam ſuffoſſi, tandem ſubſidentes prodiderunt rem. Romani verò maturè ſubductis machinis eos repleverunt. moxque ipſi eodem modo Cuniculos egerunt ſub mœnia: coeuntibuſque foveâ ſubterraneâ, pugna inter foſſores commiſſo eſt, quontum fieri potuit in tenebris.* Nec proinde exemplis caret pugna in coniculis apud militiam ſuperiorum temporum. Sic dimicatum io nbſidinne Daventriæ ſcribit Fam. Strad. Dec. 2. l. 1. *Eratque perquam atrox, ſi unquam alias, cruentumque pugnæ genus intra eas anguſtias, ac ſubterraneos ſpecus, repente occurrere ſibi milites cunicularii immiſtos, atque oblongis haſtilibus, mox cominus gladiis, non fallente ictu inferre vulnera, & coacervatis impedito cæcoque in loco cadaveribus, nec fugæ ſpatium reperire, nec quidquam reliqui habere, præter effoſſa jam humo ſepulturam.*

10. Habemus hinc formulas illas militares: Admovere Cuniculum: Cuniculum adverſo cuniculo excipere: Oppugnare Cuniculis, quod adagii loco de iis dicimus, qui dolo rem gerunt: cui eſt diverſum: Oppugnare machinis: ideſt palam apertaque vi dimicare. Hinc Catulli Luctatii dictum in Senatu Romano de Cæſare apud Plutarchum: Non jam Cuniculis illum, ſed machinis Rempublicam tollere. Vide iconem Cuniculi Navalis apud Famian. Dec. 2. lib. 6. Vide *Mina*.

Cunicolarius, ii. Qui ſub terra cuniculos agit vel fodit. Foſſor Cunicularius. Veget. lib. 3. cap. 11. *Hæc enim præcipua erat cura, ut quidquid exercitui neceſſarium videbatur, nunquam deeſſet in caſtris; uſque eo ut etiam Cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris Cuniculo, muriſque intra fundamenta perfoſſis, improviſi emergerent ad Urbes hoſtium capiendas.*

Cuniculatim. Ad modum cuniculi. Plin. lib. 9. c. 13. *Cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.*

Cupido. Idem Amor à Veteribus dictus. Ioeertæ fuit originis. Plato Cupidinem parentibns caruiſſe affirmat. Heſiodus in Theogooia à Chao procreatum docet. Supra memoratus Plato aliam de Cupidinis origine fabulam affert in Sympoſin, ubi ſcribit ex Poro abundantiæ Deo, & Penia Dea paupertatis natum eſſe Cupidinem. Poſtremò Simooides eundem Martis & Veneris filium facit. Verum nns hæc, quemadmodum reliqua de Cupidine, quæ ad bellicum forum nnn pertinent, reiicimus ad Mythologos. Recenſendum hic nnbis illum putavimus, ooo quia filius Martis, vel propterea quod face, ſagittis, pharetra, & ut nnnnulli ſcripſerunt, etiam gladio armatus deſcribitur, verum quoniam tantum pnteſtatis tantumque Cupidini, ſive potius Cupidinihus (nam complures fuiſſe Cupidines vetuſti Scriptnres teſtatum faciunt) audaciæ & felicitatis eſt attributum, ut hominum ac Deorum latè victor ille ab omnibus ferè celebretur. Id egregiè explicatur in veteri Epigrammate.

Digitized by Google

Exuviis Superûm læti decorantur Amores.
Alta quibus Cęli eſt jam ſpoliata domus.
Extorſere Jovi fulmen, Phœboque ſagittas,
Alcidæ Clavam, Marſque caret galea.
Mercurio deſunt talaria, faxque Dianæ:
Sic Baccho thyrſus, ſic pelagoque trident.
Nec mirum eſt jaculis homines quoque cedere Amorum,
Queis ſua vel ſuperi ſceptra dedere Dei.

Quam ſententiam iiſdem fere coloribus expreſſit Petrarcha:

Non poria mai di tutti il nome dirti:
Che non homini pur, mà Dei gran parte
Empiono 'l boſco degli ombroſi Mirti.
Vidi Venere bella, e con lei Marte,
Cinto di ferro i pie, le braccia, e 'l collo;
E Plutone, e Proſerpina in diſparte.
Vidi Giunon geloſa, e 'l biondo Apollo;
Che ſolea diſprezzar l'etate, e l'arco,
Che gli diede in Teſſaglia poi tal crollo.
Che debb'io dir? in un paſſo me'n varco:
Tutti ſon quì prigion i Dei di Varro;
E di laccinoli innumerabil carco
Vien catenato Giove innanzi al Carro.

Quot autem diſcordiis, quot contentionibus, quanto demum ſanguine genus humanum compleviſſe credendum eſt Puerum illum qui tam amplè & arroganter de Diis omnibus triumphavit? Equidem ſi veras cauſas bellorum omnium perquirere volumus, frequenter occurrent hujus veneficiis, dolo, & impulſu florentiſſimæ provinciæ devaſtatæ, Regeſque potentiſſimi imperio dejecti. Indicare licebit ſolùm bellum Trojanum, quod à fortiſſimis Aſiæ Græciæque Ducibus per decennium immenſo effuſo ſanguine, multiſque Regnorùm perturbationibus ob unius fœminæ raptum bellatum eſt. Hunc verò Veneris ſpurciſſimæ fœminæ filium improbum & crudeliſſimum inter primi ſubſellii Deos referre ſuſtinuit, cęco numine cęcutiens magis, Antiquitas. Adeo ſtultiſſimorum hominum mentes alta quædam errorum caligo obſederat, & obtenebraverat. Verè proinde furor potius & inſania appellandus ille, quàm Deus: ut enim ſapienter dictum eſt à Phocydide

Non Deus eſt Amor, at cunctorum noxia cura.

Otioſum fuerit ſtrages & perniciem latè diffuſam, & innumera recenſere funera, quibus de omni mortalium genere Puer improbulus triumphavit. Nihil frequentius quam ab illo acceptas clades Poetarum miſerrimæ referunt Cantilenæ. Equidem acerbiſſimis ſtragibus in noſtrum genus graſſari Cupidinem, ejuſque mellita jacula ferreis ſagittis bellacium populorum nocentiora eſſe venuſtè, ut ſolet, memoravit Anacreon Od. 16.

Thebana bello cantas,
Trojana cantat alter:
Meas at ipſe clades.
Me non eques, pedeſve,
Non perdidere naves;
Aliud novum ſed agmen,
Dominæ inſidens ocellis,
Et indè tela mittens.

Quam oden ſic nos diffinximus in noſtro Anacreonte Recantato.

Ad Amicum, Turcarum ad Viennam cladem carminibus celebrantem.

Polonicum Gradivum,
Lotharumque, Bojumque,
Æquas ducem canendo.
Metum, fugamque narras
Tu decoloris Iſtri,
Plus mille fœtus armis,
Qui Ponticas ad undas
Non invenire callem,
Septemfluo reluctans
Queritur volutus ore.
Tu Biſtonum Viennæ
Refixa ſigna campis:
Ænotriam metuque
Longo canis ſolutam.
Ignava turba fruſtra
Sed Boſphori ſuperbo
Caremus hoſte: nobis
Si nequior Tyrannus
Malus imperat Cupido;
Victoris & timendi
Jugo redempta colla
Puelluli pudendis
Adſtringimus catenis.

Eandem olim Italicè ſic reddidimus:

Ad un Amico, che ſcrive le guerre d'Ungheria.

Tu con guerrieri carmi
Canti l'impreſe e l'armi
Del Sarmatico Marte,
Che da remota parte
Moſſo non giunſe tardi
Co' ſpiegati ſtendardi
A' liberar l'altera
Città, ch'all' Auſtria impera;
A cui baciar ſi vede
Fiume Reale il piede.
Per te l'età futura
Saprà, che l'alte mura
D'Alba la Grande al piana
Steſe il Duce Sovrano,
In cui virtù non langue
Del Bavarico Sangue.
Per te, la vaga Aurora
Ovunque i Campi indora,
E dove ſtanco poſa
In grembo a Teti algoſa
Il biondo Dio le chiome,
Fia noto e ſparſo il nome
Del gran Lorena invitto,
Da cui domo e ſconfitto
Fù lui, che col penſiero
S'aprì largo ſentiero
A ſoggiogar co' chiari
Lampi de fini acciari
Non Vienna pur, ma doma
La bella Italia, e Roma.
Dirai ch'a regger tante
Membra reciſe, e infrante,
E in queſta parte e in quella
Notanti aſte e quadrella,
Non hà vigore eguale
L'Iſtro, che tanto vale:
E che all'immenſo pondo,
Tinto dì ſangue immondo
Il corſo arreſta; e appena
Fuor dell'uſata lena,
I paſſi lenti ſtende
Al mar, che invan l'attende.
Dirai gettate al vento
Da cento Rocche e cento
Lacere le bandiere

Del-

Delle Biſtonie ſchiere,
E le tremanti lune
Fuggir pallide e brune.
Ma che giovan l'eſtinte
Temute ſquadre e vinte,
E tener Traci e Sciti
Lontan da i noſtri liti,
Se, più crudel Signore,
Ne tiranneggia Amore,
E da un lacciuolo ſciolti
Reſtiam nell'altro involti,
Tanto più vile e indegno,
Quanto men forte e degno
E' un vincitore ignudo,
Cieco fanciullo e crudo?

Poſtremò, ut nullus relinquatur locus ad dubitandum Deorum longe nocentiſſimum eſſe Cupidinem, eundem omnis generis armis ad vim inferendam inſtruxit Antiquitas fabuloſa. Ut enim præteream quod eſt notiſſimum, arco, ſagittis, & face eundem armari, galea etiam clypeoque contegitur, ac bina contorquet ſpicula, ut oſtendit Fortunius Licetus Hieroglyph. Gemmar. annul. cap. 36. & ſeqq. prolato ejuſdem Cupidinis ſic armati ſchemate. Gladio etiam eundem inſtruit Dantes Canz. lib. 3. 1.

El m'ha percoſſo in terra, e ſtammi ſopra
Con quella ſpada, onde egli uccise Dido,
Amore; a cui io grido
Mercè chiamando, ed umilmente il priego;
E quel d'ogni pietà par meſſo al niego.

Gladio item Cupidinem armat Euſtathius Philoſophus in Fabula Amorum Iſmenii, cujus locum reddo ex Italica verſione Lelii Carani: *Haveva queſto Garzone l'arco in una delle mani, e nell'altra teneva una fiamma di fuoco; oltre che a i fianchi aveva la faretra & una ſpada togliente d'ambidue i lati.* Etiam fulmine armatum Cupidinem habes apud Athenæum l. 9. c. 13. Ubi eo ſymbolo ornatus legitur Clypeus Alcibiadis, ad notandam ejus viri ſtrenuitatem ſimul & effœminatam indolem.

Curis. Sabinorum linguâ haſta eſt. Hinc Romulus Quirinus, quaſi Curinus dictus, quoniam haſtam ferret. Ovid. Faſt. 2.

Sive quod haſta Curis priſcis eſt dicta Latinis.

Curopalata, æ. Evagrius Græcus Author fatetur vocem hanc Latinam eſſe, licet à Græcis adoptatam. In aliis vocibus idem eſt à nobis alibi animadverſum. Græci ſiquidem Scriptores inferiorum temporum, & præſertim Cæſarum Byzantinorum æquales, plurima Latinorum vocabula græciſſando ſua fecere. Dicitur autem Curopalata Præfectus Palatii Imperialis, quaſi Curator Palatii. Spectatiſſima ea dignitas, & omnium maximè excellens ſecundùm Imperatorem fuit, eâque interdum inſigniti Cæſares ipſi, nimirum Orientalis Imperii ſucceſſores & candidati. Neque verò eadem dignitas & præfectura intra cancellos ſtetit Urbanæ adminiſtrationis: leguntur paſſim Curopalatæ duxiſſe Exercitus Auguſtales, & Ordinibus militaribus præfuiſſe. Eximius eorum gradus ita deſcribitur à Caſſiodoro, qui ſic inducit Imperatorem alloquentem Curopalatam recens creatum lib. 7. Variar. cap. 5. *Illud quoque conſidera, quâ gratificatione tracteris, ut aurea virga decoratus inter obſequia numeroſa ante pedes Regios primus videaris incedere, velut ipſo teſtimonio vicinitatis noſtræ agnoſcamus tibi palatia commiſiſſe.*

Curroorepanus. Vocem hibridam reddes, *Currus falcatus*. Memoratur & exponitur ab Anonymo de Rebus Bellicis adjecto Notitiæ Imperii. Ubi duplex indicatur ejus generis currus: alius ad formam aliquam quadrigæ falcatæ apud Curtium, de qua à nobis ſuo loco eſt dictum: alius clypeatus, nempe tectus clypeis ad modum Teſtudinis militaris. Uterque currus levior eſt falcatis Curtianis; nam alter duobus equis, unico alter tantummodo agitur. Nonnulla tamen gravitate non carent propter armaturam quâ agitatores, atque ipſi etiam equi muniuntur. Utriuſque Iconiſmum exhibet Steuvechius ad Veget. lib. 3. c. 24.

Currus militaris. Non ita liquidum eſt cujus inventio fuerit. Cicero ad Minervam hoc refert inventum. Plinius verò lib. 7. cap. 16. ad Phryges, & Erichthonium: *Bigas primùm junxit Phrygum Natio, quadrigas Erichthonius*. Virgil. 3. Georg.

Primus Erichthonius currus, & quattuor auſus
Jungere equos.

Dicitur autem Erichthonius currum inveniſſe, ut ſic abſconderet velaretque crurum vitium & turpitudinem. Tertullianus verò *de Spectacul.* aliter ſentit, & Trochilum ejus facit inventorem: *Trochilus Argivus author eſt curris: primò Junoni ad opus ſuum dicavit*. Idem iiſdem verbis habet Iſidorus. Conſtat autem antiquiſſimis temporibus non ex equis, ſed ex curribus viros illuſtres decertaſſe. Sic enim Homerus non Heroes duntaxat, verum etiam Deos certantes inducit. Marti certè non Homerus ſolùm, verùm Poetæ fere omnes currum attribuunt. Virgil. lib. 8.

Parte alia Marti, currumque, rotaſque volucres
Inſtabant, quibus ille viros, quibus excitat Urbes.

Idem Homerus de Junonis curru, & Hebe eidem aurigante, ita ſcribit lib. 5. Il.

Lucentes auro velox Saturnia Juno
Aptat equos: Hebe curruſque rotaſque volucres
Æratas circumferrato ſubligat axi.

De eodem Curru Junonis ſic Virgil. lib. 1. Æneid.

hîc illius arma,
Hic currus fuit.

Dicit autem aſſervari eum currum Carthagine: cui congruit Ovid. 6. Faſt.

Pœniteat quod non fovi Carthaginis arces,
Cum mea ſint illo currus & arma loco.

Neptunus curro vectus palàm dicitur à Poetis. Virgil. 1. Æneid.

cæloque invectus aperto,
Flectit equos, curruque volans dat lora ſecundo.

Proteum apud eundem Poetam, item alios Deos, minimè vel parum militares, nihil moror. Berecynthia currum habet. Idem lib. 6.

qualis Berecynthia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per Urbes.

Sed & Bacchus ad Indicam expeditionem profectus, curru vectus ducitur, qui a leonibuſne, an potius tigribus, vel lyncibus tractus fuerit, Mytologi variè deſtinant. Heroes verò, & eximii nominis bellatores de curribus prœliari conſueviſſe cum Homero omnes fere Poetæ conveniunt. Satis mihi fuerit quoſdam indicare ex Virgilio. Sic autem de Achille loquitur lib. 1. Æneid.

Namque videbat, uti bellantes Pergama circum
Hàc fugerent Graii, premeret Trojana juventus;

Hac Phryges; inſtaret curru criſtatus Achilles.
Idem de Haleſo lib. 7.
Hinc Agamemnonius, Trojani nominis hoſtis,
Curru jungit Haleſus equos.
Et de Hippolyto ibidem:
Unde etiam Triviæ templo, luciſque ſacratis
Cornipedes arcentur equi, quod litore currum,
Et juvenem monſtris pavidi effudero marinis.
Idem de Rhœteo lib. 10.
curruque volutus
Cædit ſemianimis Rutulorum calcibus arva.
Et ibidem de Lucago:
Interea bijugis infert ſe Lucagus albis
In medios.
Et lib. 11. de Peothesilea:
ſeu cum ſe Martia curru
Pentheſilea refert,
Et lib. 12. de Turno:
bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Aotiquitatem præterea militaris conflictus è curribus aſſerunt Sacræ litteræ ex quibus fit manifeſtum, Nationes Aſiaticas eam dimicandi formam fuiſſe amplexas ex vetuſtiſſimo inſtituto. Satis habeas hoc tibi indicari ex aliquot duntaxat locis, quæ occurrunt Exod. cap. 14. *Cumque perſequerentur Ægyptii veſtigia præcedentium, repererunt eos in caſtris ſuper mare: omnis equitatus & currus Pharaonis &c.* Et paulò ſuperiùs: *Tulitque ſexcentos currus electos.* Et infra: *Et glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus, & in curribus atque equitibus ejus.* Et iterum: *perſequentesque Ægyptii ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus ejus, & equites per medium maris.*

2. Imò receptum erat Reges ad bellum profectos, aut primarios copiarum Duces ſecundario etiam curru uti, qui prope, & vacuus ſequebatur: ut ſi neceſſe eſſet, in eum deſilirent. Legitur id de Joſia Paralip. lib. 2. cap. 35. *Ibique vulneratus à ſagittariis dixit pueris ſuis, Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus ſum: Qui tranſtulerunt eum de curru in alterum currum, qui ſequebatur eum more Regio.* Currûs autem ſecundi vel ſecundarii vacui uſum, qui etiamnum viget io comitatu primarlæ notæ Principum, fuiſſe item antiquiſſimum extra bellum in Regiis Civitatibus, oſtenditur exemplo Pharaonis & Joſephi Geneſ. cap. 41. *Fecitque eum ſedere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genuflecterent.* Reſpergi autem ſanguine inter depugnandum, deturparique currus paſſim videbantur in prœliis, & nos aliquot exempla congeſſimus In Titulo *Currus Triumphalis*. Id verò oon ſolùm Homerus disertè indicat in Hectore ab Achillis curru raptato, ſed atrociori etiam exemplo docet Virgilius lib. 12. in Turno, qui barbarum in modum ex eodem ſuſpenſis occiſorum hoſtium amputatis capitibus, illum exornavit.
curruque abſciſſa duorum
Suſpendit capita, & rorantia ſanguine portat.
Videtur autem mos ille è curribus dimicandi intra Heroica duntaxat tempora ſtetiſſe. Paulatim nimirum in deſuetudinem abiit res majoris ſcilicet moliminis pompæque comperta, quàm fructus. Quot autem equis agi ſolerent currus militares, vide in Titulis *Biga*, *Triga*, *Quadriga*. Tauros interdum pro equis junctos curribus vel quadrigis bellicis, & quidem Heroum tempore id factitatum ſuadet mihi Bocc. Theſeid. lib. 6., ubi curru à quatuor tauris ducto invectum ioducit Agamemnonem pugnaturum in certamine Athenis indicto ioter Arcitam, & Polemonem, & Heroes utriuſque partis ſtudioſos. Neque enim ſic induxiſſet Ducem Græcum Boccaccius, niſi id peculiare extitiſſet temporum Heroicorum, in quorum cæteroqui ritibus explicandis exhibet ſe perpetuò author ille obſervaotiſſimum:
Sopra un carro da quattro aſſai gran tori
Da Teuaro tirato Agamennone
Lì venne, accompagnato da pulſori,
Armato tutto a guiſa di Barone.
Ornato demum tam ſumptuoſo, tam eleganti opere, ac durabili materia conficiebantur currus, ut ad pnſteros longa ſucceſſiooe pervenirent. Condecorarl eoſdem moris erat ſtatuis, emblematis & monimentis victoriarum iociſis, aſſervarique ad ſplendorem & nobilitatem generis oſteotandam. Juvenal. Satyr. 8.
pictoſque oſtendere vultus
Majorum, & ſtantes in curribus Æmilianos.
De palma & lauro currus militares ornante, vide Titul. *Currus Palmatus*. Sic autem certabatur è curribus, ut alio dimicante, auriga eidem aſſideos currum regeret. Exempla habes apud Virgilium affatim. Vide *Auriga*.

Curriculum, i. Parvus currus. Curt. lib. 8. *Turbati equi in amnem præcipitavere Curricula.*

Currus falcati. Vide *Falcati currus*.

Currus palmatus. Apud Virgil. lib. 7. de Aventino ſic legitur.
Poſt hos inſignem palmâ per gramina currum,
Victoreſque oſtentat equos ſatus Hercule pulchro,
Pulcher Aventinus.
Interpretes ad eum locum *currum inſignem palmâ*, exponunt inſignem victoriâ, ut frequeos eſt locutio apud Poetas. Optimè tamen Cerda veris eum currum palmis ornatum fuiſſe conjicit. Decertaverant quippe equi illi, & victores in prœlio fuerant, ut Poeta teſtatur. Adjuvat coojecturam non infrequens apud Scriptores uſurpatio currûs laureati; ut facilè fuerit, illos Aventini palmâ fuiſſe exornatos, quæ perinde ac laurus, ſymbolum victoriæ eſt habita. Meminit autem laureati currus Svetonius io Auguſto: *Videre viſus eſt filium, mortali ſpecie ampliorem, cum fulmine, ſceptro, exuviiſque Jovis Opt. Max., ac radiatâ coronâ ſuper laureatum currum bis ſenis equis candore eximio trahentibus.* Stat. etiam lib. 8. Theb. currus Amphiarai vocat laurigeros:
Interea vittis, lauroque inſignis opima
Currus.
Plutarchus verò laureatorum curruum memioit in Ariſtide, ſicut & laureatarum navium in Lucullo. Adſtipulatur etiam Cic. Philip. 6., ubi meminit ſtatuæ palmaris ideſt palmam manu geſtantis.

Currus Triumphalis. Ut omittam fabuloſa illa & commentitia de Baccho, qui curru tigribus juncto de Indis triumphum egit; & ad Romanos, qui legitimam triumphi ſpeciem primi intulerunt, ſermonem convertam, Romulus ipſe de Vejentibus primus omnium curru vectus triumphavit, ſi fides adhibenda eſt Dionyſio Halicarn. lib. 2. nam Plutarchus in vita Romuli, ſine curru actum ab eo triumphum commemorat. Paſſim certe creditur Tarquinium Priſcum, aut certe, quemadmodum alii ſcribunt, Valerium Publicolam primum fuiſſe, qui de Thuſcis ſuperatis curru triumphali pompa de-

deferretur. Aureus vero plerunque erat triumphalis currus. Ovid. 1. de Art.

Quattuor in niveis aureus ibis equis.

Et clariùs lib. 1. Amor. Eleg. 2.

Ibis inauratis aureus ipſe rotis.

Adde Propert. lib. 1.

Cujus inaurati celebrabunt limina currus.

Et Horat. Epod. Od. 8.

Io triumphe; tu moraris aureos
Currus, & intactas boves.

Argento etiam atque ebore cælabantur: quandoque gemmis aſperi, & operoſiùs incruſtati. Criſtallino jugo inductos fuiſſe aureos & eburneos currus perhibet Sidon. in Epithal.

Cui dederant cryſtalla jugum, quæ frigore primo
Strinxit Hyperboreis Tanaitica cruſta pruinis.
Perforat hunc fulvo formatus temo metallo:
Splendet perſpicuo radios rota margine cingens
Marmaricæ de fauce feræ.

Moris autem fuit, à triumphantibus deduci ſecum eodem curru, quos maxime diligerent, præcipue ex propinquis. Sveton. de Tiberio in ejus vita: *Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo, cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur.* Appianus de Bell. Punic. currum triumphalem deſcribit eleganter depictum; pueros puellaſque in eodem ſeſſitantes; adoleſcentes verò, agnatos, propinquoſque jugalibus equis ſublatos. Hinc Cicero pro Murena ſcribit, antiqui & Imperatorii moris fuiſſe, in equis triumphantium prætextatos ſedere pueros. Etiam Claudiani tempore id obſervatum, qui ita ſcribit Panegyr. 6.

cum tu genitoris amico
Exceptus gremio, mediam veherere per Urbem,
Velaretque pios communis laurea currus.

Miniſter publicus, atque adeo ſervus ponè triumphantem eodem vehebatur curru. Geſtabat autem coronam auream gemmis diſtinctam; eamque ſuper triumphantis caput, ita ſuſpenſam atque libratam gerebat, ut à tergo ſubinde iteraret ſalutaria illa monita, quæ leguntur apud Tertull. in Apolog. *Reſpice poſt te: Hominem memento te:* Factum ſcilicet ſaluberrima inſtitutione, ne qui maximum præmiorum, ſummumque gloriæ apicem conſecutus eſſet, ſecundiſſimo afflatu felicitatis elatus mortalem ſe eſſe obliviſceretur. Id ſcilicet aperte prodidit Juven. Satir. 10.

Quid ſi vidiſſet Prætorem in curribus altis
Extantem, & medio ſublimem in pulvere Circi
In tunica Jovis, & pictæ Serrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto cervix non ſufficit ulla?
Quippe tenet ſudans hanc publicus, & ſibi Conſul
Ne placeat, curru ſervus portatur eodem.

Quo etiam reſpexit Horat. Satyr. lib. 1. 6.

Et fulgente trahit conſtrictos gloria curru
Non minus ignotos generoſis.

Eòdem ſpectabat flagellum, & nola currui appenſa, quibus indicabatur, in eas porrò calamitates poſſe recidere, qui triumphali pompa condecorabantur, ut flagellis cædi, extremoque etiam ſupplicio affici poſſent. Nolas ſiquidem ſolebant geſtare, qui ad publicum ſupplicium trahebantur, ut earum ſonitu admonituque procul ſe ageret populus, qui eorum contactu pollui ſe, & piaculo obſtringi rebatur. Jam verò quod equos attinet, qui triumphalem ducebant currum, conſtat binos, ternos, quaternos, ſenos interdum fuiſſe adhibitos. De ſejugo quidem curru perrarum eſt exemplum, ſi excipias Caligulam ſenis equis triumphantem, quod legimus apud Dionem lib. 58. Curru trijugo vectus eſt Fabius, Fabii Maximi avus, ut docent Plutarchus in hujus vita, & Pomponius Lætus in Compend. Rom. Hiſt. Extra controverſiam eſt Camillum primum omnium curru quadrijugo triumphaſſe. Tradit id expreſsè Plutarchus in ejus vita: *Triumphum duxit cum aliàs ſuperbum, tum quòd curru quatuor juncto equis albis ſit invectus Romam, nullo exemplo, vel priorum, vel inſequentium Imperatorum.* Licet verò certiſſimum ſit, currum quadrijugum à Camillo primum fuiſſe ductum, non idcircò aſſentior Ludovico de La Cerda, qui in Comment. ad Virgil. lib. 8., ſic exponit Plutarchi verba, ut neutiquam apud poſteros principes triumphantes exemplum habuerit currus quadrijugus. Cum enim ibi Plutarchus Camillum affirmet primum omnium junxiſſe currui quatuor albos equos, nihil neceſſe eſt, ut ea verba de equorum numero potiùs, quàm colore exponamus. Imo potius legitimus numerus quatuor equorum fuit, ut Ovid. docet lib. 1. de Art.

Quando erit ille dies, quo tu, pulcherrime rerum,
Quattuor in niveis aureus ibis equis.

Quod autem Camillus albos equos induxerit, factum id ſcilicet oſtentatione quadam faſtuque, & imitatione Jovis, cui albæ quadrigæ ſunt attributæ. Obniſi nimirum triumphantes in præſtantiſſima illa pompa, alia etiam Jovi aſſignata ornamenta deſcribere. Et quidem Liv. Dec. 1. lib. 5., aliique Scriptores tradunt populum Romanum crimini atque ſuperbiæ vertiſſe Camillo equos albos; quaſi minus fuerit religioſus, qui ſe Jovi eâ pompâ æquiparatum voluiſſet. Nec proinde deſtitum ab aliis ejuſdem coloris equos geſtari in triumphis. Tibull. lib. 1. Eleg. 7.

At te victrices lauros Meſſala gerentem
Portabat niveis currus eburnus equis.

Et Claudian. Panegyr. 4.

Aſt ego frenabam geminos, quibus altior ires;
Electi candoris equos.

Quod tibi etiam pro exemplo fuerit bijugi currûs triumphalis. Eum Veterum morem ſecutus Petrarcha Amoris triumphantis currui quatuor appingit equos albos:

Quattro deſtrier viu più che neve bianchi:
Sopra un carro di fuoco un Garzon crudo
Con arco in mano, e con ſaette a fianchi.

Elephantos etiam curru junctos in triumphis ſæpe legimus. Et Pompeji quidem Magni currum ſubiiſſe tradit Plinius lib. 8. cap. 2. Additque ex Procilio ſic junctos portam ingredi nequiviſſe. Idem poſtea honoris decretum eſt Gordiano, ut ſcribit Capitolinus in ejus vita: *His in Senatu lectis, quadrigæ Elephantorum Gordiano decretæ ſunt, ut qui Perſas viciſſet, triumpho Perſico triumpharet.* Præter inſtitutum factum à M. Antonio, cum triumphali currui Leones jugavit. Narrat id Plinius lib. 8. cap. 16. per hæc verba: *Leones jugo ſubdit, primuſque Romæ ad currum junxit M. Antonius. & quidem Civili bello, cum dimicatum eſſet in Pharſalicis campis: non ſine quodam oſtento temporum; generoſos ſpiritus jugum*

Digitized by Google

gum ſubire illo prodigio ſignificante. Idem Plinius lib.11. cap.49. tradit, ſui ideſt monſtroſiſſimi ingenii exemplo Equas Hermaphroditas currui Neronem junxiſſe. Non impari vecordia quaternos canes jugavit Heliogabalus, ut ſcribit Lampridius in ejus vita. Adhuc tamen impudentiùs & immaniùs Seſoſtris Ægypti Rex Reges devictos, & ſnrte ductos compulit currum agere. Lucan. lib. 10.

Venit ad Occaſum, mundique extrema Seſoſtris,
Et Pharios currus Regum cervicibus egit.

Idem poſtea à Tigrane factitatum fuiſſe per truculentiſſimam quandam Inſaniam perhibet Plutarchus in Vita Luculli. Verùm hæc ſuperbiæ portenta, & bellulnæ potius ferociæ exempla fuerint. Currum triumphalem, non ebore, auro, vel gemmis inciſum & illnſtratum, non equis albis, non Leonibus, aut Elephantis junctum, ſed longè ſplendidiorem, & ad omnium ætatum recordationem præſtantiſſimum adornavit L. Quinctius Cincinnatus. Is, ut legimus apud Diodorum, quemadmodum ex aratro in aciem profectus ſuerat, ſic poſtea triumphaturus jugum boum equis impoſuit, ſtivamque manu tenens omni auratorum curruum apparatu ſortiter neglecto, adhuc tamen ſpecinſiſſimè triumphavit. Fnrma currus triumphalis fuit ferè rotunda, eaquo in ſpeciem turris, quemadmodum Turnebus adnotavit ex Zonara. Laureis pnrro iidem currus exornabantur ſertis, ut indicavi in Titulo *Currus Palmatus*. Conſpergebantur quoque non raro hoſtili ſanguine. Virgil. lib. 11.

Ducunt & Rutulo perfuſos ſanguine currus.

Quod eſt à Marone dictum imitatione Homeri Iliad. 11.

Axis totus ſanguine erat perfuſus.

Adiice Statium Theb. 6.

crudelibus ambo
Exuviis, diroque imbuti ſanguine currus.

Et Theb. 2. de Laio.

Ut verò excelſis ſuamet juga nixa columnis
Vidit, & infectos etiamnum ſanguine currus.

Cæterum tametſi Romani curruum pompà triumphos præ cæteris nationibus illuſtraverint, ritus tamen ille ab Heroicis temporibus eſt repetendus, cujus adumbrationem habes aliquam apud Homerum in Achille, ubi curru raptat victum Hectorem. Sed & Perſarum eam fuiſſe conſuetudinem indicat Curtius lib. 4. *Darius, qui modò non bellantis more, ſed triumphantis, curru ſublimis vehebatur*. Plinius lib. 35. cap. 10. Græcis & Macedonibus eum morem attribuit. Sic enim habet de Apellis pictura: *Item Belli imaginem, reſtrictis à tergo manibus, Alexandro in curru triumphante.* Etiam Heroum tempore triumphalem currum inſcendere conſueviſſe præſtantes Duces diſcimus ex Theſeo, qui primùm ſic exceptus fuit ab Athenienſibus poſt Amazones ſuperatas, atque iterum poſt devictum cæſumque Creontem Thebanorum Regem. De primo curru ita loquitur Bocc. Theſeid. lib. 2.

Gl'altri ſuoi Cittadini apparecchiare
Gli fera un Carro ricco e trionfale,
Il qual fecer dov'egli era menare,
Et altro mai non funne a quello egnale
Veduto per alcuno, & appreſtare
Gli fer con eſſo feſta imperiale,
Et corona d'allor ſignificante
Che venia per vittoria trionfante:

Non ita multis interjectis in hunc modum deſcribit alterius currûs pompam ſolennem, ubi etiam triumphantium ritus alios ſcitu dignos intelliges:

Et gli Atheneſi un Carro gli menaro
Più ricca aſſai che'l primo, e tutti quanti
Generalmente inverſo lui n'andaro
Con allegrezza e con ſolenni Canti,
Et di Vittoria doppia il commendaro,
E'n cotal guiſa andandogli davanti
Entrorono in Athene, e quivi Egeo
Suo vecchio padre incontra gli ſi ſeo.
Egli davanti al Carro ſuo fè gire
I Baron preſi Arcita, e Palemone,
A quali tutti gli altri fea ſeguire,
Che preſi havea nel campo egli a pregione,
Et dietro al carro trionfal venire
Di prede carco ogni commilitone,
Et le parti del carro ſi vedeano
Di Donne pien, che feſta aſſai faceano.
A così bel magnifico alto honore
Theſeo vegnendo, Hippolita Regina
Gli venne in petto, e l'alto ſuo valore
Moſtrando più che mai quella mattina,
La qual il vide con allegro core,
Et Emilia con lei Roſa di ſpina
Con altre donne e malte e cavalieri,
Li quali hora nomar non fà meſtieri.
Con gran feſta e con lieta aſſai ſembiante
Fù recevuto Theſeo & honorato
Da tutti e ſuoi, e così trionfante
Quaſi per tutta la Città menato.
Come al tempio di Marte fù davante
A lui piacque che lì foſſe arreſtato
Il Carro, & a terra ſubito diſceſe,
E'n quello entrò, che à tutti fù paleſe.
Et feſſi dare l'armi, che a Creonte
Nel Theban Campa havea diſpogliate,
Et a Marte l'offerſe, e da ſua fronte
Con man le fronde di Penea levate
Diè ſimilmente, e con parole pronte
Da lui de le vittorie già acquiſtate
A Marte rendè grazie capioſe
Offerendogli Vittime pietoſe.

Cussus, us. Inter militaria exercitia non ultimum obtinet locum. Decurrendo ſcilicet membra corrobnrantur, & mirum in modum vires corporis confirmantur. Neque porrò onus diuturni & laborinſi itineris refugient milites, qui ad multa paſſuum milliaria curſu conficienda obduraverint. Præcipit hoc exercitii genus Vegetius lib. 1. c. 9. cujus verba inſra referam. Eleos primos omnium inter Gymnica certamina Curſum inſtituiſſe, Pauſanias refert. Intermiſſum in Neemiacis & Iſthmicis currendi morem Hadrianus Imperator reſtituit. Curſnres lienem ſibi inurendum curaſſe, ne celeritatem impediret, Plinius tradit. Quatuor gymnicus curſus ſpecies habuit: ſtadium, dolicum, diaulum, & armatum, in quorum poſtremo (nonnihil de hoc ex Vegetio dicam inſrà) bis Callicratem viciſſe, ſcribit idem Pauſanias. De ſtadio, dolico, & diaulo alibi erit ſermo. Curſûs exercitatio atque certamen in ludis pręſertim exequialibus apud priſcos eminuit, de quibus præter allata alibi teſtimonia ex Homero & Virgilio, videndus eſt etiam Bocc. Theſcid. lib. 11., ubi inter alia de ludis ſunebribus celebratis ab Ægæo in honorem Arcitæ, hæc habet de Curſu:

Et

Et à ciò che l'honor foſſe maggiore
Molti be' giuochi furono ordinati ,
Ne quali e' Rè moſtrar molto valore ,
Mà infra gli altri nel correre honorati
E primi furono Ida , e'l buon Caſtore
Come in quel corſo molto eſercitati ,
Coſtoro adunque di Virtute eguali
Di lor Vittoria pari hebber ſegnali .
Peròche a ciaſcheduno fù donato
Per premio del valore un duono charo ,
Ciò fù un caval per uno covertato
Di nobili coverte .

A curſu autem Romani eum vel maxime fructum percipiebant , ut ferociùs inirent prœlia , quibus nonniſi procurſu alacri faciebant initium . Et Cæſar quidem lib. 3. Bell. Civil. Pompejum notat , quòd vetuiſſet in pugna Pharſalica ſuos procurrere ; ſed juſſiſſet potius excipere hoſtium adorientium impetum : ſic autem addit : *Propterea quod eſt quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus , quæ ſtudio pugnæ incenditur . Hanc non reprimere , ſed augere Imperatores debent . Neque fruſtrà antiquitùs inſtitutum eſt , ut ſigna undique concinerent , clamoremque univerſi tollerent ; quibus rebus & hoſtes terreri , & ſuos incitari exiſtimaverunt .*

2. Nihil porrò hujus exercitationis aut laudi , aut utilitati detrahit Galeni teſtimoaium lib. de parvæ pilæ exercitio cap. 3. *Curſus igitur minime laudaverim , quippe qui corporis habitum extenuent , hominemque ad fortitudinem nullatenus aſſuefaciant ; non enim celeriter fugientibus victoria debetur , ſed his , qui ſtando fortiter pugnant ; neque quòd celerrimè currerent Lacedæmonii plurimùm potuerunt , ſed quod hoſtes perſiſtendo trucidarent .* Neque eoim , ſi pedum pernicitate ignaviſſimi quique abutuntur ad fugam , idcircò ſua curſui laus decreſcit aut deperit . Præſtat enim curſus teſte Vegetio lib. 1. cap. 9. *Ut loca opportuna celeriter , cum uſus advenerit , occupent , vel adverſariis idem facere volentibus præoccupent : ut ad explorandum alacriter pergant , alacriùs redeant : ut fugientium terga faciliùs comprehendant .* Et paulò poſt . *Præterea in ipſo conflictu ac dimicatione bellator cum curſu ſaltuque veniens adverſarii perſtringit oculos , mentemque deterret , priuſque plagam infligit , quàm ille ad cavendum , vel ad reſiſtendum certè ſe præparet .* Idem lib. 2. cap. 23. oon expediti duntaxat corporis & oneribus vacui curſum commendat , verùm etiam armati prægravatique ſarcinis : *Currere etiam armatos cum ſarcinis ſuis frequentiſſimè convenit ; ut quotidiani laboris uſus in pace , difficilis non videatur in bello .* Non eqoidem erravit Plato , qui corporum agilitatem inter maxima militum præſidia oumeravit : oon Chiron Achillis inſtitutor , de quo ita ferox diſcipulus apud Statium Achill. lib. 2.

Nunc docet ingenti ſaltu me jungere foſſas ,
Nunc caput aerii ſcandentem prendere montis ,
Quò fugitur per plana gradu ;

Noo Homerus , qui poſtquam narravit Clytomedem pugnis ſuperatum à Neſtore , & Anceum luctâ , illud addit tanquam magis eximium , Iphidum ab eodem pedum celeritate fuiſſe devictum . Achillem certe idem Poeta ab hac currendi laude perpetuò oomiðat , de quo illud etiam habet Iliad. 23.

Et hoc Achilles poſuit præmium ſuis ſociis ,
Quicumque leviſſimis pedibus velociſſimus eſſet .

Quem locum imitatus Virgilius lib. 5. ita cecinit:

Hic , qui forte velint rapido contendere curſu ,
Invitat pretiis animos , & præmia ponit .

Catullus de Achille Græcorum velociſſimo , illa habet de Nupt. Pel.

Qui perſæpe vago victor certamine curſus
Flammea prævertet celeris veſtigia cervæ .

Quibus verbis perſimile eſt illud Virgilii lib. 7. de Camilla :

Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina , nec teneras curſu læſiſſet ariſtas :
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter , celeres nec tingeret æquore plantas.

Quod procul dubio imitatus eſt Claudianus 3. Conſul. Honor., ubi loquitur de equis , quos Arcadio & Honorio Cæſaribus pueris Neptunum paviſſe comminiſcitur :

Vobis Jonia virides Neptunus in alga
Nutrit equos, qui ſumma freti per cærula poſſint
Ferre viam , ſegetemque levi præcurrere motu ;
Neſciat ut ſpumas , nec proterat ungula culmos.

Ejuſdem coloris ſunt illa de Ida Piſæo apud Bocc. Theſeid. lib. 6.

Queſti nel corſo tanto era leggiero
Et veloce , che mai nulla ſaetta
Da Partico , ò Cidone , o d'altro arciero
Mandata fù da nervo con tal fretta ,
Che lenta non pareſſe , e che diriero
Non gli foſſe rimaſa per diſpetta ,
E tanto tal fiata eſſo correa ,
Ch'à gli occhi de miranti ſi toglìea .
Queſti ſaria nel fiuttuoſo mare
Qualhora inverſo il Cielo è più crucciato ,
E ſtende i ſuoi maroſi col gridare ,
Correndo con aſciutte piante andato ,
Ne gli ſaria paruto grave a fare
L'eſſer traſcorſo ſenza haver guaſtato
Alcuna ſpiga ſopra li tremanti
Campi ſpigati per Eolo ſonanti .

Nec verò pepercit Silius lib. 2. ab hac etiam pedum celeritate concelebrare Africanum ſuum :

ſæpe alite planta
Ilia perfoſſum & campi per aperta volantem
Ipſe pedes prævertit equum .

Efficit id ut minus ſuſpiciam inſtitutionem Perſarum , qui curſûs celeritate præſtantes Regio faſtigio exornabaot; aut Ægyptiorum conſuetudinem, qui pueris quodcumque genus edulii negatum irent , oiſi ſingulis diebus non ita pauca ſtadia curreodo confeciſſent . Poſtremò authores ipſi hujus exercitationis oimium quantum eidem pretii & nobilitatis adjungunt . Licet enim Pauſanias Eleos primos omnium inſtituiſſe certamen curſûs aſſeveret , oon defuere tamen , qui eam prærogativam ad Apollinem retulerint , qui Mercurium ſecum de curſu certantem præverterit, vel ad Herculem ipſum , qui Ellam Amazonem pedum velocitate ſuperaverit . Vide plura de curſu apud Gaſparem Barthium Animadverſion. in Statii Theb. lib. 6. ad illos verſus :

Palladios non inſcius hauſtus
Incubuit , pinguique cutem fuſcatur olivo .

Coofule etiam Carolum Paſchal. Coronar. lib. 6. cap. 14. Petrum Fabrum in Agooiſt. , & Hieronym. Mercurial. de re gymnaſt. Accipe pro corollario vetuſtiſſimam apud Græcos inſtitutiooem curſus eqoorum in ludis Olympicis , quem hippodromiam vocarunt . Et primum quidem unico

equo

equo certatum: acceſſerunt poſtea quadrigæ. Propoſita verò præmia ex corona oleagina equorum domini referebant, licet ipſi curſui mioime interfuiſſent: Et quidem feruntur interdum excuſſo etiam auriga reportaſſe palmam equi, ùt legitur apud Plinium lib. 8. cap. 42.

Cursores. Apud Leonem Imp. in Tacticis ſunt qui aciem antecedunt in prœliia, vel qui præcurrunt Regium comitatum, & impedimenta per vias obſtantia removent. Horum caput dicitur Præfectus Curſorum, & Protocurſor. Moris autem erat eoſdem Dominorum ſuorum inſignia in cingulis, vel cinctoriis depicta geſtare. Licet autem militiam exercerent, poſtremæ tamen bellatores notæ erant. Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio, de Curſoribus hæc habet: *Nuncii peditantes; quorum officium eſt pedibus tranſire, qui inſuper portant arma Dominorum ſuorum in pixidibus depicta, pendentibus in ſuis cingulis ſive cinctoriis ſupra renes; & iſti poſſunt eſſe milites propter peritiam in officiis habitam, non tamen ſunt nobiles, & vocantur milites Caligati.*

Cursoriæ naves. Expeditiſſimæ ſunt, utpote a curſu appellatæ. Villelmus Brito Philipp. lib. 7.

Septuaginta rates, quibus eſt curſoria nomen. Rigordus pag. 212. *Iſa ſubito irruentes in navibus Curſoriis, occupaverunt naves noſtras, quæ diſperſæ erant per littora.* Et quoniam Piratæ citatiſſimis ejus generis navibus maria infeſtant, eam ob cauſam vulgò apud Italos dicuntur *Corſari*.

Cursus publicus. Herodotus lib. 8. meminit Curſus publici, ejuſque inventum refert ad Perſas. Congruit Xenophon Cyropæd. lib. 8., qui eam inſtitutionem attribuit Cyro. Et ſua quidem origine nihil aliud ſuit, quàm certæ curſorum cum expeditis equis manſiones in via publica dimenſo itinerum ſpatio ordinatæ. Uſus erat, ut quidquid bellici eventus, exortæ ſeditionis, vel cujuslibet rei majoris momenti & ponderis in ampliſſimo Regno contigeret, pervenire continuo poſſet ad aures Regis, beneficio Curſorum, & veredorum, qui in memoratis manſionibus, ſeu ſtationibus curſoriis, equos ſubinde vel veredos mutarent, aut alii aliis Curſoribus nuncios & litterarum faſciculos committerent, & ſic citatiſſimis itineribus ad Regem ſtatim pervenirent, quæ eundem ſcire Regni ſecuritatis intereſſet. Id genus cursùs Perſæ dicebant Angarias. Planè ſimillimum quid erat iis ſtationibus, quæ per certa intervalla diviſæ hodie dicuntur *Poſte*. Rem utiliſſimam in Imperio Romano Auguſtus poſtea conſtituit, qui per vias militares certas conſtituit ſtationes cum vehiculis, rhedis, & equia curſoribus, quorum ope ad ſe referrentur à nuncils acta provinciarum, ac præcipue quæ in Romanis exercitibus per Provincias gererentur. Sveton. cap. 49. *Et quò celeriùs, ac ſub manum annunciari cognoſcique poſſet quid in provincia quaque gereretur, juvenes primò modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula diſpoſuit. Commodius id viſum eſt, ut qui à loco eidem perferrent litteras, interrogari quoque, ſiquid res exigeret, poſſent.* Id ſcilicet eſt, qood expreſſit Symmachus Epiſt. 10. *Licet vehiculo publico cum cæteris, quæ ex more mittuntur, omnia neceſſe ſit rursùs ad ſerenitatis veſtræ notitiam pervenire.* Et Ammianus lib. 14. *Inde decem vehiculis publicis, ut præceptum eſt, uſus, celerare gradum compellebatur.* Conſequentes poſtea Romani Cæſares innumeris ferè præſcriptionibus ordinaſſe Curſum publicum leguntur; juſſis potiſſimum oppidanis, paganiſque, & proviocialibus equos ad Curſum deſtinatos propria pecuniâ alere.

2. Equidem dubitari poteſt profueritne magis Auguſtus publicis rebus, an Urbi, Italiæ & provinciis magis incommodaverit inſtitutione publici Cursûs. Licet enim ingens commodum & utilitas à ſolicita rerum ootitia ad aures Principis proveniret; par tamen eorum calamitas erat, qui neceſſaria ad eas evectiones perſolvere cogebantur. Et Nerva quidem id onus remiſiſſe Italis legitur, ut diſcimus ex veteri inſcriptione: *VEHICULATIONE ITALIÆ REMISSA. S. C.* Trajanus verò mitiſſimi cæteroquin iogenii hoc genus præſtationis ſeveriùs exegit. Sic enim de illo loquitur Aurelius Victor: *Simul noſcendis ociùs, quæ ubique è Republica gerebantur, admota media publici curſus. Quod equidem munus ſatis utile in peſtem Romani Orbis vertit, poſteriorum avaritiâ inſolentiâque.* Profectæ inde ſunt conſtitutiones illæ, quæ ad ſublevandum curſum publicum promulgatæ, leguntur paſſim in Jure Civili: ut neceſſe fuerit Severo abolere poſtea onera illa provincialia, & ad Fiſcum transferre, ut diſcimus ex Spartiano: *Poſthæc cum ſe vellet commendare hominibus, vehicularium munus à privatis ad Fiſcum traduxit.* Sed libet hic attexere, quæ de Curſu publico habet Procopius: *Romani Imperatores, qui antea fuerunt, modum excogitarunt, quo cuncta ſibi quam celerrimè poſſent nunciari, & ut ſcirent, quæ ubique inter hoſtes agerentur, & ſiqua in Civitatibus ſeditio, vel quid aliud improviſum è Præſidibus, vel aliud quomodocumque oriretur, & ut annua tributa velociter, & tutò tranſmitterentur: Publicum ergo, & celerem quendam ubique curſum hoc modo inſtituerunt; viro expedito ad iter diei ſtationes conſtituerunt quandoque octo, quandoque pauciores, non tamen minus quinque, quod plurimum eveniebat: quadraginta vero equi in ſingula manſione ſtabulabantur, & ibidem hippocomi ad curandos quos poterant equos erant deſtinati; ſuccedentibus verò ſibi ad ſtationes probatiſſimis equis, qui eos agebant, decem fermè dierum iter viciſſim conficiebant, agentes quomodo ſignificavimus.*

3. Inſtitutio quidem prima publici curſus ad uſum Principum ſuit, videlicet, ut quanta maxime poſſet celeritate de proviociarum eventibus, ac præcipue militaribus fierent certiores. Id quoniam percommodum initio viſum eſt, extendi placuit evectiones publici Curſus ad convectandas ſpecies annonarias tum civicas, tum militares. Cumqoe à principio ſolis Cæſaribus, & Principibus deſerviret Curſus publicus, indultum poſtea eſt, coocceſſumque illuſtrioribus privatis, ut ex eodem ad proprios uſus, & rei domeſticæ compendia facienda vecturarum fructum perciperent. Hinc habemus ad prægmagna ſubvectanda onera, non equos ſolùm conſtitutos, verùm etiam mulos, mulas, camelos, burdones, boves; item omnis generis vehicula, carra, & plauſtra. Item Præſides obeuntes proviocias, nedum Cæſares ipſi, Duceſque omnis generis militares in longiſſimis itineribus ad hujuſmodi curſus publici manſiones, ſeu ſtationes divertebant. Id ſcilicet eſt, quod indicat Divus Ambroſius de obitu Valentiniani Imperatoris. *Ecce litteræ de inſtruendis manſionibus, invectio ornamentorum regalium, aliaque ejuſmodi, quæ ingreſſurum iter* Im-

Imperatorem ſignificarent. Ea porrò loca non ſolum ſtationes & manſiones, verum etiam, à mutandis equis vel veredis, dicebantur mutationes. Illuc reſpiciens Caſſiodorus ſcripſit, Julianum Sabam cognoviſſe mortem Juliani Apoſtatæ, licet plus quàm viginti mutationes ab eo loco uſque ad illius exercitum eſſe viderentur. A numero verò dicebantur prima, ſecunda, tertia manſio, vel mutatio, & ſic de reliquis. Lamprid. in Alex. *Itinerum dies publicè proponebantur, ita ut Edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet: Illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, in prima manſione manſurus. Deinde per ordinem manſiones, deinde ſtativa, deinde ubi annona eſſet accipienda*. Inde Bona manſio, nomen oppido contigit, ubi Valentianus ad Victorem Magiſtrum militum ſcripſit, quoniam ibi equi, cibaria, utenſilia, & reliqua optime eſſent comparata. Proprius autem animalium curſus, & plauſtrorum evectio, per vias erat militares, quæ à Græcis Perſico vocabulo dicuntur Angariæ. Accidebat tamen interdum ex copia ſarcinarum, ut extra limites curſus publici dirigenda eſſent itinera. Ea verò Parangaria dicebantur. Latini tamen evectiones per vias militares appellant Curſum publicum: quæ verò fiebant per tranſverſa itinera, dicunt Angarias; quoniam ſubvectiones illæ primę fiebant pecunia ſumptuque Fiſci; alterę vero expenſis, & mulctatitià oppidanorum & provincialium pecunià, ad quam ſolvendam cogebantur, quæ vis eſt verbi *Angariare*. Poſtremò Curſus publicus aliis appellationibus dictus eſt Curſus rhedarius, vehicularius, clavularius. Vide quæ nos habemus in dictione *Angaria*, & quæ ſcribunt Pancirolus cap. 7. Comment. Notit. Imperii, Caſaubonus, & Salmaſius ad Spartian. in Hadrian., & ad Capitolin. in Antonino Pio. Notandum etiam eſt, Curſum Publicum dictum etiam fuiſſe Curſum Fiſcalem. Spartian. in Hadrian. *Statim Curſum Fiſcalem inſtituit, ne Magiſtratus hoc onere gravarentur*. Ubi Curſus Fiſcalis eſt, qui fiebat impenſa ſumptuque Fiſci, vel Principis. Factum autem id ab Hadriano, ut nihil prætermitteret ad Senatorum gratiam captandam, & ad ſublevandos Magiſtratus, qui per provincias mittebantur, ex quorum pecunia multa prius curabantur, quæ ad Curſum publicum erant neceſſaria. Boleslaus Poloniæ Rex publicum in Polonia curſum ad Romani ſimilitudinem inſtituit: Sed grave pondus provincialibus habitum antiquari cæpit. Martin. Cromer. de reb. Polon. l. 3. *equorum quoque diſpoſitio, & ſubvectio oppidis injuncta, per quam celerrime Regi, ſi quid cognitu dignum aut neceſſorium uſquam in Regno extitiſſet, nunciaretur, & Rex viciſſim quæ vellet juberet.*

Curtana, æ. Ænſis S. Eduardi Regis Angliæ. Vide *Durendal.*

Curtellerius, ii. Culter, Cultellus. Vide *Guarniamentum*.

Cuſpis, idis. Non videtur accepiſſe nomen à cęſpite, ut ſcribit Iſidorus, ſed potius à *cuſu*, quod eſt à *Cudo*. Ut enim à *cædo* & *cæſu* fit cęſpes, ſic a cudo & cuſu fit Cuſpis. Virgil. lib. 10.

Vibranti cuſpis medium tranſverberat ictu.

Cuſpidem in gladio, haſta, clavo, & ſimilibus dicimus extremam partem, quæ deficit exitque in acumen, ac proinde à fabris preſſius cuditur. *Per haſtæ cuſpidem currere*, adagium eſt, dici ſolitum de iis, quibus in maximo diſcrimine verſantibus ſumma opus eſt diligentià.

Cuſpido, as. Cuſpidem inducere, cuſpide inſtruere. Plin. lib. 11. cap. 37. *Alii præfixa bis pila cuſpidant.*

Cuſpidatim. Ad ſimilitudinem vel formam cuſpidis. Plin. lib. 17. cap. 40. *Donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus*.

Cuſtodela, æ. Delectatus hac voce mirùm eſt Apulejus. Seligo locum ex lib. 2. Aſin. *Ecquæ, dic ſodes, cuſtodela iſta feralis?* Ab antiquis tamen melius dicebatur

Cuſtodia, æ. Duplex etymon hujus vocis adducitur: utrunque aptiſſimum. Cuſtodiam ſive cuſtodem trahunt quidam à cura. Alii à *con*, & *adſto*, ut cuſtodire ſit quaſi coadſtare. Propriè eſt ſervandi, vel cuſtodiendi actus. Hinc religionis, ſalutis, aliarumque rerum cuſtodia apud Ciceronem & alios ſæpe legitur. Sed quoniam ipſi etiam homines juſſu Principum cautè aſſervari ſolent, ubi quidpiam deliquerint, donec de cauſa cognoſcatur, & abſolutoria in eoſdem vel damnatoria feratur ſententia; idcircò præter ipſum actum reos cuſtodiendi, tria inſuper alia indicantur Cuſtodiæ nomine: locus ipſe, quo quis aſſervatur, nempe carcer; rei cuſtos, & ipſe poſtremum reus. De eo, qui cuſtoditur ſic legitur in Digeſt. *Si Cuſtodia ſe interfecerit, vel præcipitaverit, militis culpæ adſcribitur*. Nec minus clarum eſt teſtimonium Svetonii in Domit. *Secretò atque ſolus pleraſque cuſtodias, receptis quidem in manu catenis audiebat*. Pro loco, ubi quis cuſtoditur, Plin. lib. 21. cap. 3. *Eductum cuſtodia bibere juſſit*. Et diſertè Cicero, licet methaphorà utatur: *Tibi Publi, & piis omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis*. Pro ipſis cuſtodibus Cic. 2. in Catil. *Veſtra tecta cuſtodiis vigiliiſque defendite*. In re autem ipſa militari tum locus, ubi Cuſtodes agunt excubias, tum Cuſtodes ipſi, vigiles, vel præſidiarii dicuntur Cuſtodia, vel Cuſtodiæ. De loco quidem Cicero: *In urbe, ſi ſic licebit, manebo. Hæc mea ſedes eſt, hæc vigilia, hæc cuſtodia, hoc præſidium ſtativum*. Idem 1. in Catil. *Illam Coloniam meis præſidiis, Cuſtodiis, Vigiliiſque munivi*. Quia verò non rei tantum à ſatellitibus, & Urbes a præſidiariis, ſed Principum quoque corpora a electis militibus cuſtodiuntur, ideo Cuſtodiæ pro Principum ſtipatoribus, & Prætorianis ſæpe uſurpantur. Vide Titulum *Cuſtos corporis*. Quod autem attinet Cuſtodes reorum, non eſt ignorandum eum morem occupaſſe Cæſarum tempore, ut rei militibus cuſtodiendi traderentur. Hæc autem illa propriè eſt cuſtodia militaris, de qua ſæpe fit mentio apud Juriſconſultos. Certè pro foribus carcerum excubaſſe milites, & reorum fuiſſe cuſtodes apertiſſimum fit ex Act. Apoſt. c. 12. *Quem cum apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.* Et paulò poſt: *In ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem*; Sed & profani Scriptores nihil obſcuriùs idem indicant. Nam & Ulpianus L. in eadem, ff. ex quibus cauſ. docet, reos à militibus ſtatoribuſque aſſervari ſolitos. Et Tacit. lib. 3. ſcribit: *Servos Lepidæ, cum militari cuſtodia haberentur, tranſtulit ad Conſules*. Plinius verò Epiſt. lib. 20. Trajanum Cæſarem conſulit utrum præſtet per milites potius, quam per publicos Civitatum

Digitized by Google

ſervos, reos aſſervari. Sic autem ſcribit: *Rogo, Domine, conſilio me regas hæſitantem: utrum per publicos civitatum ſervos, quod uſque adhuc factum, an per milites aſſervare Cuſtodias debeam. Vereor enim ne & per ſervos publicos parum fideliter cuſtodiantur; & non exiguum militum numerum hæc cura diſtringat. Interim publicis ſervis paucos milites addidi. Video tamen periculum eſſe, ne id ipſum utriſque negligentiæ cauſa ſit: dum communem culpam hi in illos, illi in hos regerere poſſe confidunt.* Cui Trajanus in hanc ſubinde ſententiam reſponſum dedit: *Nihil opus eſt, mi Secunde cariſſime, ad continendas cuſtodias plures commilitones converti: Perſeveremus in ea conſuetudine, quæ iſti provinciæ eſt, ut per publicos ſervos cuſtodiantur. Etenim, ut fideliter hoc faciant, in tua ſeveritate ac diligentia poſitum eſt. In primis enim, ſicut ſcribis, verendum eſt, ne, ſi permiſceantur ſervis publicis milites, mutuâ inter ſe fiduciâ negligentiores ſint. Sed & illud hæreat nobis, quam pauciſſimos milites à ſignis avocandos eſſe.*

Custos corporis. Locum habet in omni liberali diſciplina tum Civica, tum Militari. Custos juventutis pro morum magiſtro. Virgil. lib. 5.

Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Juli
Æpytidem vocat.

Pro curatore, vel tutore. Horat. Satyr. 1. Ser. 4.

Dum cuſtodis eges:

Per occaſionem autem hic obiter noto locum illum apud Horat. lib. 1. Od. 36.

memor
Actæ non alio rege puertiæ;

Sic paſſim explicari, quaſi ibi ſermo ſit de cuſtode morum, ſeu pædagogo, vel juventutis moderatore. Addunt à regenda adoleſcentia reges eos nominari. Conjectura quidem nominis non mala eſt: verum ſententia & res ipſa vehementer eos interpretes falſos habet. Non igitur de magiſtro ibi Horatius loquitur; verùm de rege ludicro & temporario; quem pueri ejuſdem ætatis, aut viciniæ, per jocum ſolent eligere per ſuffragia, ſibique veluti moderatorem imponere: nimirum ut habeant quem ſequantur, & cui obtemperent, ad vitandam confuſionem in multitudine puerili. Meminit ejus ludi Pollux, item Martinius & alii. Preſſius ad rem noſtram cuſtodes corporis dicuntur milites fere Prætoriani, qui Ducis vel Principis corpus tuentur. Iidem ſatellites, ſtipatores, & ſpeculatores à nonnullis appellati. Gruterus tamen prolatis vetuſtorum lapidum inſcriptionibus Cuſtodes corporum à ſpeculatoribus ita disjungit, ut hi quidem inter milites, illi inter officia potius domus Auguſtæ ſint centuriandi. Armati quidem fere Principem circumſtant. Aliquoties tamen in vetuſtis numiſmatis, ac præſertim in anaglyphis Columnæ Trajanæ inermes deprehenduntur. Factum id ad oſtentandam populorum vel militum benevolentiam in Principem vel Imperatorem, juxta memorabile effatum Ageſidis apud Plutarchum in Apopht. *Quivis enim Princeps & Rex ſine ſatellitio regnare poteſt, qui ſic ſubditis imperet, ut filiis pater.* Congruit pulcherrimum illud Claudiani:

Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila,
Quàm tutatur amor.

Ad alia etiam officia militaria indicanda eadem utimur appellatione. Cuſtodes enim dicimus caſtrorum, urbium, turrium, & ſimilium.

Custodes, pro magiſtris militarium exercitationum. Vide *Campidoctor*.

Cutellus. Pro cultello ſæpe dicitur à deterioris ævi Scriptoribus, præſertim à Poetis ob carminis commoditatem. Villelmus Brito lib. 5. Philipp.

nudis agitur res dira cutellis.

Idem lib. 11.

mortifero horrebat cui dextra cutello.

Cybæa, æ. Navis nomen à Tullio ſic memoratæ in Verrinis, ut ad uſum militarem videatur extructa: fuiſſe enim triremi ſimilem ſcribit in hæc verba: *Navem verò Cybæam maximam, triremis inſtar, pulcherrimam atque ornatiſſimam palam ædificatam ſumptu publico &c.* Idem tamen Author, licet hic ſcribat triremi fuiſſe ſimilem, non ſemel tamen poſtea vocat onerariam. Dicitur autem Cybæa quaſi Cypæa: ex quo cupa nomen vaſis apud Latinos. Notum quippe eſt tenues literas in medias paſſim mutari. Quemadmodum autem cupa vas, ſic Cybæa navis rotundæ erat figuræ.

Cybele. Deorum mater, eadem Berecynthia, Ops, Bona Dea, Rhea ab antiquis dicta. Curru vehi perhibetur à Leonibus tracto, barbaro turrium coronamento inſignita. Adſcribuntur autem eidem turres, vel quòd prima illas oſtenderit, vel quòd illas extollat diruatque, cum tellus, ipſa nimirum Cybele, motibus furioſis concutitur. Et hæc de Cybele delibaſſe ſufficiat. Reliqua quæ non ſunt noſtræ indaginis vide apud Gyrald., Natal. Comit. Arnobium, Fulgentium, & alios Mythologos.

Cyclopes. Cæli ac Terræ filii, enormi corporis magnitudine, à rotundo oculo, quem unum atque peramplum geſtabant in fronte ſic appellati, ut cecinit Heſiodus in Theogonia:

Hæc eadem peperit Cyclopas deinde ſuperbos,
Argem magnanimum, pariter Brontem, Steropemque,
Qui fulmen, tonitrumque Jovi gravia arma parabant.
Cætera Diis ſimiles fuerant: ſed fronte rotundum
Lumen geſtabant media; hinc ſunt nomen adepti.

Apollodorus lib. 1. tradit Cyclopes ſtatim natos, quoniam adversùs patrem arma ſumpſiſſent, in Tartarum dejectos fuiſſe; liberatos autem à vinculis, reductoſque in lucem a Jove & Plutone; quamobrem galea illos Plutonem donaſſe, quam ſiquis haberet, à nemine videri dignoſcique poterat: ex quo adagium: *Plutonis galea*: cui ſimile eſt illud *Gygis annulus*. Fama eſt illos memorato bello defunctos in Terra Sicilia regnum obtinuiſſe, primoſque mortalium rationem inveniſſe cudendi æris: quam ob cauſam dicti ſunt Vulcano præſtitiſſe operam in armis Diis Cœleſtibus fabricandis. Tridentem illi Neptuno, Jovi verò fulmina feruntur miniſtraſſe: Petrarcha

Soſpira, e ſuda all'opera Vulcano
Per rinfreſcare l'aſpre ſaette a Giove.

Virgil. autem lib. 8.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro
Brontesque Steropesque, & nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus jam parte polita
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo
Dejicit in terras.

Singulari inter Cyclopas corporis proceritate fuit Polyphemus, qui Ulyſſis dolo atque verſutia morti traditus, & in immani ſpelunca immanior ipſe projectus merito à Cicerone tanquam ſtolidæ ferociæ

rociæ typus indicatur. Nihil enim deformius, nihil in viro bellatore contemptibilius, quam in vaſta corporis mole nulla ſolertiæ veræque virtutis ſignificatio. Vide plura de Cyclopibus apud Natal. Comit. Mytholog. lib. 9.

Cyclus. Latinè Circulus. Pro ſcuto ponitur à Trebellio in Triginta Tyrann. *Accipiens ab his ſceptrum, coronam, cyclum, picta omnia de Muſeo.* Sic enim locum prius hiantem & depravatum ferruminat marginatque Salmaſius: ubi porrò Cyclum ſcutum exponit. Vide plura apud Magnum Criticum, ubi ſtrenuè tuetur hujus loci emaculationem ſuam.

Cycnorum effigies in puppiaus navium. Vide *Anſeres*.

Cycnus, i. Nomen equi apud Stat. lib. 6. in ludis funebribus Archemori.

rapidum Danejus Augur
Aſcheton increpitat, meritumque vocabula Cycnum.

Ubi ineptit vetus Interpres: *Cycnum: de colore randenti nomen accepit, quia igneus fuit.* Oſtendit ignorare ſe candentem oon mious de ignito ſeu ferventi, quam de albo diei. Cycous oon eſt candens, quia eſt igneus; ſed eſt candens, ideſt albus.

Cylindai. Pro Inſtrumento ad repugnandum. Vide *Rota*.

Cyllarus, i. Nomen equi Pollucis, ſeu veriùs Caſtoris. Nam Caſtor equorum fuit domitor. Virgilius enim ubi ſcribit,

domitus Pollucis habenis
Cyllarus:

Fratrem pro fratre poſuit, ut monet Servius.

Cymbalum, i. Fit à Græcorum κύμβος, quæ vox concavitatem ſonat. Habemus hinc etiam Cymbia vaſa, & Cymbam navim. Inſtrumentum eſſe Muſicum nemo ignorat; cujuſmodi verò fuerint Antiquorum cymbala, vix etiamnum liquet. Vetuſtiſſima ejus vocabuli uſurpatio io Sacris Cybeles, Deûm matris. Eruenda proinde ejuſdem notio à Scriptorum veterum locis, qui de ejuſmodi ſacris, cæteroque Cymbalorum uſu veteri meminerunt. Virgil. Georg. 4.

Tinnituſque cie, & Matris quate cymbala circum.

Equidem tinnitum peculiarem fuiſſe Cymbalorum, docet Catullus Epith., ubi etiam diſtinguit cymbala à tympanis; & hæc quidem pulſatione, illa tinnitu ciere ſonum ſcribit:

Plangebant alii proceris tympana palmis,
Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant.

Adjice Ovid. 1. Faſt. 3.

Ecce novæ coeunt volucres tinnitibus actæ,
Quoſque movent ſonitus æra, ſequuntur apes.

Idem Metam. 3. in eandem ſententiam loquitur de ſonitu cymbali per colliſionem, flictumque & concuſſionem.

Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, veſtras
Attollit mentes? Pentheus ait: æra-ne tantum
Ære repulſa valent?

Clarè præterea Apulejus lib. 8. *Eximiè Deum reverens tinnitu cymbalorum, & ſonitu tympanorum.* His Veterum teſtimoniis nixus Pignorius *de Servis* opinatur cymbalum inſtrumentum fuiſſe æneum, rotundumque ad modum catini; quod tamen nullo ſuperinducto corio vel pelle, non pulſaretur manu, vel digitis, ſed neque radio aliquo, vel bacillis, ut ſolent pulſari tympana: tradit autem flictu duntaxat & colliſione atque concuſſu à cymbalis cieri ſonitum. Fiebat autem id utrâque manu apprehenſis cymbalis [erant enim ad intimam partem vel ad extimam coovexitatem manubriata & anſata] Sic autem apprehenſa ſimul collidebantur certis quibuſdam concuſſionis regulis; ex qua colliſione creabatur cymbali modulatus. Fum porrò flictum ſimilem eſſe colliſis humanis lablis ad ciendum ſooum tradit Amalarius Fortunatus lib. 3. *Cymbala invicem tanguntur, ut ſonent; ideo à quibuſdam labiis noſtris comparata ſunt.* Non contemnendum robur ſuæ adſtruit ſententiæ Pignorius prolato ad pag. 85. non uno iconiſmo cymbalorum, quæ teſtatur ſe Romæ vidiſſe in ſculpturis, ubi ſacra Bacchanalia referebantur: nam cymbala Baccho etiam Bacchiſque deſerviiſſe notum eſt. Idem mihi de Cymbalis Veterum opportune confirmat oculatus Teſtis Petrus della Valle Viagg. di Perſ. p. 1., ubi etiamnum ea Cymbala in Perſide adhiberi teſtatur his verbis: *Facevano grandiſſimi ſtrepiti con gridi, con canti, e con ſuoni, particolarmente sbattendo inſieme certi lor bacini, o tazze di metallo, fatte quaſi a punto della forma e della grandezza delle noſtre ſottocoppe: delle quali, tenendoſi una per mano, per certo manico, che han giuſto come piede delle ſottocoppe, e percotendoli sì forte inſieme, ſi fà sbattere il largo tondo di eſſe un pochetto concavo, uno coll' altro, che fà grandiſſimo romore: ed io tenga per certo, che queſti ſtrumenti ſiano que'* Corybantia ærà *della Madre Cybele, che dice il noſtro Poeta.* Fauet huic acceptioni nomen ipſum. Sunt enim Cymbala quaſi cymbia, ideſt vaſa ænea. Hæc ſi ita ſe habent, ſatis liquet plurimum diſtare cymbala Veterum ab inſtrumento muſico, quod Itali vulgò dicimus *Cembalo*, Etruſci *Buonaccordo*, *Gravicembalo*, corrupta videlicet voce à Latiuorum clavicymbalo. Eſt antem hoc Pſalterium jacens cum ſundo ligneo, pulſaturque digitis comprimentibus aſſulas, per eaſque excurrentibus. Sed neque cymbalum vetus illud eſſet inſtrumentum, quod Etruſci vocant *Cembalo*, vulgò *Tamburrino*, quod eſt circulus è ligno tenui, ex una tantùm parte contectus ovilla pelle, ſonumque edit pulſu digitorum motantium lamellas ex orichalcho, quæ ejuſdem circuli forulis ſunt inſertæ. Muliebre id muſicum inſtrumentum Latinis *Cruſma* dictum. Martial. l. 6. 71.

Edere laſcivos & Bætica cruſmata geſtus.

Sed neque cymbalo veteri congruit equeſtre tympanum, quod bacillis pulſatur, *Timballo*, ut exiſtimat Nicolaus du Mortier, eoque trahit illud in ſacris paginis 1. Paralip. 15. *Heman, Aſaph, & Ethan in cymbalis æneis concrepantes.* Poſtremò longe abſunt à priſco cymbalo campanæ noſtrorum temporum, & cujuſvis generis tintinnabula, quæ pulſantur interiori malleo, ut incaſſum contendit oſtendere Hadrianus Junius 3. Animad. 11. Nimirum hæc omnia inſtrumenta muſica, vel interius malleo, vel exterius manu, digitis, vel bacillo pulſantur; Ad hæc pleraque tecta ſunt ſuperinducto corio vel pelle; quæ omnia minime congruunt cymbalo Veterum, juxta explicationem Pignorii. Sed ecce tibi rem claram obtenebrant teſtimonia Scriptorum aliquot; ex quihus conficitur pulſatione editum fuiſſe ſonum à priſcis cymbalis: clariſſimè Auſonius Epiſt. 25.

Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni,

Digitized by Google

In numerum quoties radiis ferientibus ictæ ;
Reſpondent dociles moderato verbere Pelves .
Et Stat. 1. Achill.
paulùmque exercita pulſu
Æra tacent .

Et ego quidem memini me aliquando cernere in Picturis non ſolum ſlictu, ſed etiam bacillis pulſata cymbala Sacerdotum Berecynthiæ . Quod ſi pulſatione edebatur ſonus à veteri cymbalo , neceſſe eſt factitatum id fuiſſe vel interiori malleo, vel manu digitis & bacillis exterius pulſantibus ſuperinductam pellem vel corium , ac proinde non admodum videbitur falſus Mortier , ubi tympana equeſtria exponit cymbala Veterum ; & Junius,ubi eadem interpretatur tintinnabula, noſtrorum temporum campanis non diſſimilia . Si in re obſcura meum deſideras calculum; omninò exiſtimaverim vetuſtiſſima illa Berecynthiæ Bacchique cymbala , utpote rudia & inculta , concuſſu ſolum ſlictuque edidiſſe ſonum . Quoniam verò animadverſum poſtea eſt , rem eſſe laborioſi conatus utraque manu æneas pelves attollere & collidere , adinventum poſtea , ut manu vel malleo pulſatæ facilius cierent ſonum ; utque porrò is fieret argutior , uſu & experientia breviorem ſcilicet & commodiorem monſtrante viam , appoſita inſuper coria, pelleſque ad figuram multiplicis inſtrumenti muſici , de quibus ſuperiùs ſermonem fecimus . Illud certe extra omnem dubitationem eſt , deceptos latè fuiſſe , qui cymbala cum ſiſtris confundunt . Eam opinionem inter alios ſequuntur Heſychius , Beroaldus , & Martinus de Roa Singul. lib. 5. cap. 18. Eſt nimirum plane exploratiſſimum inventa Romæ in effoſſis Veterum ædificiis & ruderibus ſiſtra Ægyptiorum longe aliam exhibere figuram ac cymbala . Conſtant ſiquidem illa, ut fuſius explicamus ſuo loco , majori virgula ærea circulari , quæ ad infimam partem jungitur coitque ad modum capuli ; trajectaſque habet minores virgulas item æneas, quæ manus concuſſu ſonum edunt . Ejuſmodi ſiſtri ſchema proponit commemoratus Pignorius , & non multum abſimile ſiſtrum aſſervatur Romæ in Ædibus Gentis Strozziæ , nobiſque eſt non ſemel oſtenſum à Leone , humaniſſimo ejus familiæ Præſule . Ut autem in confeſſo eſt apud eruditos , ſiſtrum Ægyptiis , aliiſque Orientis nationibus pro tuba fuiſſe, juxta illud Propertii :

Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro :

ita in dubium revocari non poteſt adhibita antiquitus in acie & pugna fuiſſe cymbala ab iiſdem populis . Diodor. lib. 3. *Scribunt etiam mulierum multitudinem in exercitu circumduxiſſe , uſumque eſſe tympanis cymbaliſque , nondum repertâ tubâ .* Loquitur autem ibi Diodorus de Baccho : de quo iiſdem fere verbis Polyenus lib. 1. *Et tympanis ac cymbalis ſignum dedit loco tubæ .* Appianus in Parthicis , Plutarchus in Craſſo aliis Orientis populis cymbala attribuunt , de quibus etiam Pomponius lib. 3. c. 10. *Nocte crebri ignes micant , & veluti caſtra latè jacentia oſtenduntur ; crepant cymbala & tympana .* Indos præſertim cymbalis uſos in prœlio disertè tradit Arrianus lib. 8. *Expeditionis Dionyſii in Indiam Niſa Urbs Indiæ non obſcurum monumentum eſt ; tympana præterea & cymbala , quibus in prælio utuntur .* Mundi cymbalum facetè appellabat Tiberius Apionem Grammaticum , hominem virtute quidem & ſapientiâ vacuum , ſed oſtentatorem ſui ac perpetuum veluti buccinatorem . D. verò Paulus Corinth. 1. Virum quantævis facundiæ copia inſtructum, ſi amoris ſuperni præſidio deſtituatur, Cymbalo comparat tinnienti . Addo verba illa Iſaiæ cap. 18. *Væh terræ, quæ eſt cymbalum alarum* , explicari à Tirino de Claſſibus Æthiopum , quæ ſonum inanem redderent ſiſtris aliiſque muſicis inſtrumentis , ſed præter ſonum nihil validi præſidii afferrent . Vide præter præfatum Pignorium, Dempſter. Paralip. ad Joan. Roſin. antiqq. lib. 2. cap. 4. Vide apud nos *Tympanum . Nacara . Crotalum .*

Cymbalistes. Qui pulſat Cymbala. Apul. de Deo Socrat. *Barbaro autem ſtrepitu Cymbaliſtarum & Tympaniſtarum &c.*

D. a. Li-

D

D. Δ. Litera Græcanica militaris, ad cujus figuram inſtructas ſæpe acies legimus. De qua ſic Agathias lib. 2. *Erat iis forma aciei velut in roſtrum: litera enim Δ aſſimilabatur*. De ea figura dictum eſt in Titulo *Cuneus*.

DAGGERIUS. Pugio vel ſica, quam vulgo dicimus *Daga*. Henr. Knyghton in Edu. III. *Habentes cultellos, quos Daggerius vulgariter dicunt*. Statuta Villelmi Regis Scotiæ: *Habeat arcum & ſagittas, & Daggerium, & cultellum*. Thomas Valſingham. Daggardum vocavit: *extracto cultello Daggardo ejus cerebrum perforavit*. Etymon à Dacis trahitur à Cangio. Sed origo eſt Germana.

DARDUS, i. Jaculum. Origo vocis ex quercu, vel robore, quæ Cambro-Britannis dicitur *Dar*. Abbo lib. 1. de bellis Pariſiac.

At turris nocturna gemit dardis terebrata.

Et infra:

dardumque ferent caſtella petivit
Illorum.

DARDIARII MILITES. Qui dardos geſtant. Vide *Dardus*. Occurrunt apud Albertinum Muſſatum lib. 5. de Geſtis Italic.

DARES ENTELLUM PROVOCAT. Sermo popularis, ſumptus ex Virgilio, ubi Dares fretus feroxque robore juvenili non reformidavit ad certamen vocare Entellum, ſenem illum quidem, & jampridem à dimicationibus ſeriantem, cæterum viribus adhuc in ſenili corpore præpollentibus, plurimiſque comparatis victoriis ab adoleſcente inexperto metuendum. Uſus adagii eſt ubi inferior eum provocat, qui multum eidem præſtat.

DEARMO, as. Armis ſpolio. Apul. lib. 5. Aſin. *Pharetram explicet, & ſagittam dearmet*. Ex quo Dearmatus Liv. lib. 4. *Conſul triumphans in Urbem redit Civilio Volſcorum Duce ante currum ducto, prælatiſque ſpoliis, quibus dearmatum exercitum ſub jugum miſerat*.

DEBELLO, as. Propriè eſt bellum abſolvere, in quo ſenſu ſæpius eleganter uſurpatur à Livio. Sic enim lib. 8. Bell. Maced. *Quod cum Antiocho una prælio debellatum eſſet*. Significat etiam hoſtem ſuperare. Et proprie debellari dicuntur homines, ut expugnari caſtra vel arces. Virgil. lib. 6.

Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

DEBELLATO. Sæpe vim habet adverbii, & ſignificat abſoluto bello, re confecta. Liv. lib. 10. Bell. Punic. *Scipionem, velut jam debellata, Uticæ oppugnandæ intentum avertit fama redintegrati belli*.

DEBELLATOR, oris. Victor. Stat. 9.

debellatorque cruenti
Gurgitis.

DEBELLATRIX, icis. Lactantius de Falſa Relig. lib. 1. *Libidinem vincit pudoris ac famæ Debellatricem*.

DECANUS. Decem militibus præpoſitus. Idem caput contubernii dicebatur; præerat enim decem militibus, degentibus ſub eodem tentorio. Veget. lib. 2. 13. *Ut decem militibus ſub uno papilione degentibus unus præeſſet Decanus, qui caput contubernii nominatur*.

DECANIA, æ. Manipulus decem militum, cui præeſt Decanus. Lex Viſigoth. *Si Decanus relinquens Decaniam ſuam, de hoſte ad domum ſuam refugerit &c.*

DECARCHUS. Decanus. Latinè decem militibus Præpoſitus.

DECARCHIA. Decania. Latinè Præfectura in decem milites.

DECEMJUGES. Vide *Sejugi*.

DECEMPEDA. Vide *Groma*.

DECEMREMIS, is. Navis decem conſtans remorum ordinibus. Plin. lib. 7. cap. 56. *Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminus: Sex ordinum Xenagoras Syracuſius: ab ea ad decemremem Mneſigetan*.

DECEMVIRI. Magiſtratus decem Electorum, Romæ inſtitutus ad ſedanda Conſulum & Tribunorum diſſidia; utque allatas à Græcia per legatos leges Atticas conſcriberent. Id quidem à Decemviris præſtitum, legibus in XII. Tabulas digeſtis. Sed læta initio, & accepta populo poteſtas Decemviralis non ultra triennium manſit, ob impotentem Decemvirorum, ac præſertim Appii Claudii, ſuperbiam & laſciviam. Livius lib. 3. Flor. lib. 4. Dionyſ. lib. 10. Certè à Decemviris, ut ſunt Livii verba, *Nihilo militiæ quàm domi melius Reſpublica adminiſtrata eſt*. Suſceptum quidem ab iis bellum adversùs Sabinos & Æquos, ſed exitu infortunatiſſimo, tantoque terrore perterrefacta Urbe, ut habendas Romæ vigilias, ſtationibus muniri portas, omnes arma capere Patres cenſuerint.

DECERNO, is. Ferro & armis judicare, juxta ea, quæ diximus in Titulo *Cerno*. Liv. lib. 1. *Obviam egreſſi, ut potius acie decernerent, quam incluſi de tectis dimicarent*. Virgil. 2. Æneid.

Ipſum armis, ipſumque jubet decernere ferro.

DECRETORIUS, a, um. Arma decretoria dixit Seneca Epiſt. 118. quibus omni contentione pugnatur: *Remove iſta luxuriæ arma: decretoriis opus eſt*.

DECERTO, as. Certo, Prœlior. Cæſar 2. Bell. Civil. *Hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur*.

DECERTATIO, onis. Dimicatio. Cic. 11. Philipp. *Cum harum rerum omnium decertatio Conſulibus optimis & fortiſſimis commiſſa & commendata ſit*.

DECIMATIO, VEL DECUMATIO, onis. Non erat militum

Digitized by Google

tum privatorum, ſed Centuriarum, atque etiam cohortium pœna. Sicubi enim Centuria, vel Cohors, vel quælibet pars exercitus ſigna per ignaviam deſeruiſſet, tradidiſſet arma hoſtibus, ſeditionem conflaſſet, vel ſimili quopiam ſe commaculaſſet flagitio, quoniam in omnes morte ſævire parum humani atrociſque conſilii eſſet, in conſpectu totius exercitus cogebatur Centuria illa, vel Cohors; ex qua decimum quemque ſeligebant, quem Tribunus fuſte tactum traderet militibus conficiendum. Reliquis verò, ut præter terrorem, eo ſpectaculo animis ingeneratum, aliquâ etiam pœnâ afficerentur, hordeum pro frumento dabatur. De hac re prolixè & exactè Polybius lib. 6. *Quod ſi aliquando hæc eadem circa plures fieri contigerit, & ſigna aliqua junctim perſuaſione ducta deſeruerint locum, omnes fuſte cædere aut interficere non approbant, ſed rei ſolutionem inveniunt utilem pariter terribilemque. Quippe convocato exercitu, Tribunus productos in medium deſertores accuſat, invehiturque acerbè: deinque quinque aut octo, interdum etiam viginti, atque in totum habita ratione multitudinis, ut decima ad ſummum exiſtat pars delinquentium, hos ex omnibus illis, qui timidè ſe geſſerint, ſorte eximit, & fuſte cædit, ut ſupra dictum eſt, nulla deprecatione admiſſa, reliquos, hordeo eis pro tritico demenſo extra vallum munimentaque tendere jubet. Ergo periculo ac ſortis formidine æquè omnibus imminente, quandoquidem caſus in incerto ſit, exemplo autem doti hordei ad omnes pertinente, id, quod eſt receptum conſuetudine, facit inſuper ad terrorem correctionemque delictorum.* Ejus pœnæ inventorem fuiſſe tradunt Appium Claudium Conſulem; primumque ab eo decimationis exemplum traditum, non multos annos poſt Reges exactos. Sic res narratur à Livio lib. 2. *Appius Claudius Conſul, advocata concione invectus haud falsò in proditorem exercitum militaris diſciplinæ, deſertorem ſignorum, ubi ſigna, ubi arma eſſent, ſingulos rogitans inermes milites, ſigno amiſſo ſigniferos, ad hoc Centuriones, duplicarioſque virgis cæſos, ſecuri percuſſit, cætera multitudo, decimus quiſque ad ſupplicium lecti.* Ferox certe ſpecies atque terribilis, in omnium copiarum conſpectu incertis animis atque ſuſpenſis pavitare: ſub ictum mortis, & expectationem ipſa morte duriorem omnes eſſe: ſuorum manu inclementer perire: nullum ſolatii genus, nullam commiſerationem conſequi: cum gauderent potius reliqui, converſo in paucorum capita omnium ſupplicio. Sub oculos id ponit Plutarchus in Craſſo: *Nam, & dedecus tali morti ineſt, & fiunt multa, quæ terrorem, & triſtitiam gignunt circa ipſam punitionem in omnium conſpectu.* Ejus utilitatem pœnæ, ſic porrò expreſſit Cicero pro Cluentio: *Statuerunt majores noſtri, ut ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret.* Ubi etiam animadverte per ſortitionem decimos quoſque mulctandos fuiſſe eductos. Id autem apud aliquas nationes fiebat injectu brevium, quibus nomina militum continebantur, in galeam, ex qua qui delictum admiſerant ſuam ipſi mortem educebant. Idem tradidit Appianus, Cæſarem ſic loquentem inducens: *Vter lege patria, & Nonæ legionis, quoniam ea ſeditionem maxime cœpit, decimum quemque ſorte ad mortem ducam:* Mitius quandoque in publica militum flagitia animadverſum, & pro Decimatione Viceſimatio, vel Centeſimatio ſubrogata: utriuſque meminit Capitolin. in Macrino: *Cum ſeditiones militares pateretur, multò ſæpius decimavit, aliquando etiam centeſimavit, quod verbum proprium ipſius eſt, cum ſe clementem diceret, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decimatione atque viceſimatione.*

Decimo, as. Quod Livius & alii dixerunt decimum quemque mulctare, vel ſupplicio afficere, Svetonius & poſteriores alii dixerunt etiam Decimare. Sveton. in Cajo cap. 48. *Vixque à tam præcipiti cogitatione revocatus, inhiberi nulla potuit modo, quin Decimare velle perſeveraret.* Idem in Auguſto: *Siquæ ceſſiſſent loco, decimatas hordeo pavit.* Vide *Decimatio*.

Decumani milites. Quos Cæſar aliique decimæ legionis dicunt milites, Decumanos illos dixere Tacitus, Svetonius, & alii. Sveton. in Julio cap. 70. *Decumanos autem Romæ cum ingentibus minis, ſummoque etiam urbis periculo miſſionem, & præmia flagitantes &c.* A primo quippe numero incipientes legiones Romani nominavere. Amatos autem cultoſque præcipuo quodam ſtudio Decumanos, ſeu decimæ legionis milites præ cæteris legionariis à Cæſaribus memoriæ tradunt. Quantum illis fideret Cæſar ipſe narrat lib. 1. Bell. Gallic. *Se cum ſola decima legione iturum, de qua non dubitaret, ſibique eam prætoriam cohortem futuram. Huic legioni Cæſar, & indulſerat præcipue, & propter virtutem confidebat maxime.* Et infra: *Princeps decima legio per Tribunos militum ei gratias egit, quod de ſe optimum judicium feciſſet, ſeque eſſe ad bellum gerendum paratiſſimam confirmavit.* Et iterum infra: *Cæſar, quod nec colloquium interpoſita cauſa tolli volebat, neque ſalutem ſuam Gallorum equitatui committere audebat, commodiſſimum eſſe ſtatuit omnibus equis Gallis, equitibus detractis, legionarios eis milites legionis decimæ, cuique maximè confidebat, imponere.* Apud Appianum lib. 11. dolet Cæſar, quòd tumultus quidam excitatus fuiſſet à Decumanis, quos ipſe ſingulari ſemper benevolentia eſſet proſecutus. Id ipſum tradit Dion. lib. 38. *Præcipuam verò Decimanam legionem fecit, quia benevolam erga ipſum Cæſarem ſe habebat. Ita enim Civiles legiones ſecundùm delectûs ordinem nominabantur.* Quæ poſtrema verba referas ad obeſervationem ſuperiùs factam de nominibus legionum, numerali ordine & ſucceſſione delectûs. Nec apud Cæſarem duntaxat, verùm etiam apud alios Auguſtos præcipua ſemper ratio habita eſt Decumanorum. Vopiſc. in Prob. *Ut ſcias quanti te faciam, Decumanos meos ſume, quos Claudius mihi credidit. Iſti ſunt, qui quadam felicitatis prærogativa Præſules niſi futuros Principes habere non norunt.*

Decumana porta. Præcipua, patentior, & frequentior erat in caſtris, à poſtica ipſorum parte. Vide *Caſtrametor*.

Decumana scuta. Vide *Albeſia*.

Decures. Antiquis erant Decuriones. Feſtus. Vide *Decuria*.

Decuria, æ. Manipulus decem militum, vel aliorum quorumlibet. Nam etiam Monachos ſuo tempore fuiſſe diſtributos in decurias, & iiſdem Decanos præfuiſſe, docent Sanctus Auguſtinus, & Sanctus Hieronymus. Cic. Verr. 4. *Hic alteram*

Decu-

Decuriam Senatoriam Judex obtinebit?

Decurio, as. Eſt in decurias diſtribuere conſcriptos milites. Cic. in Sext. *Cum vicatim homines conſcriberentur & decuriarentur.*

Decuriatio, onis. Deſcriptio & diſtributio in Curias vel Decurias. Cic. pro Planc. *Decuriatio Tribulium, deſcriptio populi, ſuffragia largitione devincta.*

Decuriatus, us. Decurionatus. Dignitas Decurionis, vel ipſa Decuriatio, vel ipſa decuria. Liv. 1. Bell. Punic. *Ubi ad Decuriatum, & Centuriatum conveniſſent, ſua voluntate ipſi inter ſeſe Decuriati equites, Centuriati pedites conjurabant, ſeſe fugæ atque formidinis ergo non abituros.* Ex quibus Livii verbis indicatur decuriari ſive diſtribui in decurias equitum fere peculiare eſſe, quemadmodum Ceoturiari vel diſtribui in Centurias peditum. Pro dignitate decurionis: Macrob. lib. 2. *Cum rogaretur ut Decurionatum privigno expediret.*

Decurio, onis. In turma equeſtri decem militibus præerat, quemadmodum decem peditibus in Centuria. Cic. ad Attic. lib. 2. *Neque te in decurionibus habebam.* Tres autem io turma equeſtri Decuriæ totidem habebaot Decuriones, ex his qui primus erat electus, habebatur duobus aliis honoratior; nec ſuæ tantùm decuriæ, verum etiam turmæ erat ductor, ut habemus ex Polybio. Idem primus Decurio ampliore titulo appellabatur Præfectus: Cie. pro Marcell. *Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.* Hirtius de Bell. Hiſpan. *Cæſar ob virtutem turmæ Caſſicanæ donavit millia tredecim, Præfecto torques aureos duos.* Conſtituebant autem ſibi in militia equeſtri decuriones totidem adiutores, qui Optiones, vel Uragi dicebantur, ad eandem planè formam, quam explicavimus in Titulo *Centurio.* Io Coloniis verò & municipiis Decurio pro Senatore vel Priocipe Civitatis habebatur. Ex horum numero legebantur Decemviri, qui præerant Tributorum exactioni. De ejuſmodi Decurionibus loquitur Cicero pro Sext. *Recita quæſo, P. Sexti, quid decreverunt Capuæ Decuriones.* Quod verò fuerit diſcrimen inter decurionem Colonicum ſive municipalem, & equitem Romanum diſcimus ex Plinio Juniore Epiſt. lib. 1. 19. *Eſſe tibi centum millium cenſum ſatis indicat, quod apud nos Decurio es. Igitur ut te non Decurione ſolùm, verùm etiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equitis Romani facultates trecenta millia nummûm.* Vide Laurent. Valla lib. 6. cap. 32. Decurio Italis eſt *Decurione*, & Daoti quidem Poetæ Latinitatem affectaoti etiam *Decurio*: ſic enim ſcribit Infero. Caot. 22.

Draghignazzo anche l volle dar di piglio
Giù dalle gambe; onde'l Decurio loro
Si volſe 'ntorno intorno con mal piglio,

Item *Caporali*: Joannes Villani lib. 7. cap. 12. *Con gente oſſal a piede, e con certi Caporali Ghibellini.* Item *Copodieci.* Pataff.

Egl'è 'l gran Ser Mazzeo, e Copodiece.

Decursio Campestris. Vide *Campicurſio.*

Decursiones Equestres. In otio quidem pacis fieri ſoleot; ſed iis decertandi peritia, ſerìoque arma tractandi, citra periculum comparatur. Vulgo dicimus *Torneamenti.* Præludium ſunt, rudimentum, & præparatio artis militaris. Fiunt ad virium oſtentationem, actis in gyrum equis, & ad curſum inſtructis. Interdum veris armis; ſæpius hebetibus, lanceiſque abſque ferro celebrantur. Apud Anglos Galloſque repertæ primum hujuſmodi Decurſiones, in Italiam facilè tranſierunt; collatoque nobilium juvenum ſtudio peragi ſoleot in præcipuis ſolemnitatibus, potiſſimum verò ad militaria, & jucunda hoſpitibus exhibenda ſpectacula. Vide Cangium in Gloſſ., & diſſertatiooe 7. ad Jolnvillam.

2. In parentalibus virorum illuſtrium ſpleodidiſſimæ pompæ militum decurſiones ioterveniebaot. Inſtituebantur illæ ad lugubrem tubarum clangorem, equitibus, peditibuſque in ſuos ordines turmaſque diſtributis, qui ter curſitando pyram ambirent; & ſic mœſtitiam ſuam ſignificarent. Procurrebant autem in lævam partem. Curſus ſiquidem in lævum ductus doloris erat indicium, quemadmodum lætitiam & gratulationem notabat quem in dextram partem ceptabant. Stat. lib. 6. Thebaid.

Tunc ſeptem numero turbis centenus ubique
Surgit eques, verſis ducunt inſignibus ipſi
Grajugenæ Reges luſtrantque ex more ſiniſtro
Orbe rogum.

Adverſum morem notat vox Dextratio apud Solinum c. 45. *Relicto certamine ad Capitolium proſiliit, nec ante ſubſtitit, quam Tarpejum Jovem tertia dextrotione luſtraret.* eſt autem decurſio luſtralis circa aram, vel templum, in qua dexter gyrus erat interior, ſiniſter exterior. Sic ita circumibant, ut dextera iotra circulum, ſiniſtra extra eſſet. Contrario modo in decurſiooibus Circenſibus, quadrigæ flectebantur, & io decurſione fuoebri luſtrabaotur rogi. Nam hic in decurſu dexter gyrus exterior, ſiniſter interior erat. Cæterum uſitatiſſimam fuiſſe in funeribus militarem decurſionem plura plurimorum Scriptorum teſtimonia ubique clamant. Albioovanus de morte Druſi:

Armatæque rogum celebrant de more cohortes,
Aſt pedes exequias reddit, equeſque Duci.

Audiendus inprimis Virgilius lib. 11.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœſtum funeris ignem
Luſtravere in equis, ululatuſque ore dedere.

Ubi etiam nota à militibus decurrentibus editos ululatus in teſtificatiooem mœroris· imo etiam inter decurrendum alii gladium, alii baltheum, atque id genus dona militaria coniiciebaot in ignem, iotemperaotiam quandam exprimeotes inuſitati doloris. Ipſum porrò decurrendi modum deſcribit Livius lib. 10. *Mos erat, luſtrationis ſacro peracto, decurrere exercitum, & diviſas bifariam acies concurrere ad ſimulacrum pugnæ.* Sed omnia eleganter præſcribit Valerius Flaccus lib. 3. Argon.

Inde ter armatos Miniis referentibus orbes
Concuſſi tremuere rogi: ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba; jecere ſupremo
Tum clamore faces.

In Auguſti funere decurſionem adhibitam ſic memorat Dio lib. 56. *Poſtquam cadaver rogo impoſitum in Campo Martio fuit, primùm omnes Pontifices id circumierunt; deinde equites, tum Legionarii, reliquique milites, & demum qui cuſtodiæ præfuerant.* De Syllano funere eadem fere memorat Appianus. Apud Livium verò legimus lib. 25. Tiberium Gracchum Proconſulem in veſtibulo Caſtrorum Punicorum cæſum, ab armato exercitu decurrente, cum tripudiis Hiſpanorum, & armatorum motibus pro earum gentium more

ho-

DED

honeſtiſſimam tumuli pompam habuiſſe; ipſo Annibale cum honorifico virtutis teſtimonio exequias celebrante. Vide plura apud Turneb. lib. 5. Adverſ. eap. 8. Viguiſſe autem eam eonſuetudinem uſque ad Claudii tempora teſtatum faeit Svetonius in ejus vita: *Exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret*. Qui inſuper locus ſatis elare indicat antiquum ritum funeris anniverſarii. Vide *Torneamenta*, *Troja*, *Juſta*.

Dedisti ensem, quo se oeeideret. Proverbiali ſermone dicitur de muneribus, quæ extremam perniciem ſunt allatura. Origo adagii ab Ænea, qui Didoni gladium dedit, quo illa demum interiit.

Dedititii, orum. Qui ſponte, vel oppugnati armis alienæ ſe voluntati & imperio permittunt. Cic. ad Brutum: *Itaque id Senatusconſultum plerique interpretontur etiam ad tuos, ſive eaptivos, ſive Dedititios pertinere*. Ubi aliquid diſcriminis ponitur inter Captivos, & Dedititios, eos præſertim, qui ſponte ſe dedunt; nam cum captivis, ſeu vi captis jure armorum acerbiùs agitur. Vide *Captivus*. Inprimis decet victores exemplis humanitatis atque elementiæ in Dedititios ſuam nobilitare victoriam; ac feriò eogitare nihil elarius latiuſque victorum illuſtrium famam ad poſteros propagare, quàm documenta manſuetudinis atque pietatis. Habendum ſemper ob oculos illud Æneæ apud Virgil. lib. 11.

Pacemne exanimis, & Martis ſorte peremptis
Oratis? equidem & vivis concedere vellem.

Quod ſi aliquid deliquerint oppidani, nihil neceſſe fuerit omnium indiſcriminatim effuſo ſanguine eonſpurcari Imperatorias manus: cum imitari potius fulmina debeant, de quibus à Seneca lib 1. de Clementia ſie dictum eſt: *Sicut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu; ſic animadverſiones magnarum poteſtatum terrere debent latiùs, quàm nocere*. Non inficior à recta ratione non eſſe alienum illud Senecæ in Troad.

Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit:

Sed ſcio non veriſſimum modò, verùm etiam naturæ vel maxime conſentaneum eſſe illud Horatii l. 1. Epiſt.

Vendere cum poſſis eaptivum, occidere noli.

Conſtat porrò nonniſi ob victorum clementiam, qui non omnimoda legum ſeveritate in Dedititios agunt, eoſdem dictos fuiſſe ſervos à ſalute ſervata, quod à nobis eſt alibi fuſiùs explicatum. Ego certe inter ſapientiſſima Ciceronis effata recenſendum puto, quod ſcripſit in Orat. pro Balbo. *Eſt aliquid, quod non oportet, etiam ſi licet*. Cum verò ex captivis ſeu Dedititiis ſint, qui ſponte ſe nulliſque pactis conditionibus victori permittunt; alii verò quædam ante deditionem paciſci ſoleant, io certaſque leges ſe dedere, manifeſtum eſt non utrobique eundem tenorem eſſe ſervandum, ſed longè majorerm Imperatoris indulgentiam eluceſcere oportere in eos, qui nulla armorum vi eoacti in ejuſdem jura & poteſtatem eonceſſerunt. Enituit inprimis ea humanitas in Alexandro, de quo ita ſcribit Curtius lib. 6. *Moverat eos Regis non virtus magis, quàm elementia in devictos Scythas: quippe eaptivos omnes ſine pretio remiſerat, quo fidem faceret, ſibi cum ferociſſimis gentium de fortitudine, non de ira fuiſſe certamen*. Quo improbanda magis ac devovenda eorum ſævitia eſt, qui præſtantiſſimis Ducibus, atque adeo potentiſſimis ipſis Regibus ad monſtroſam teterrimæ indolis ferocitatem ſunt abuſi, nihil regii faſtigii dignitatem reverentes, quominus eoſdem catenis implieitos, & eaveis more ferarum incluſos eircumferrent, dejectiſque eorum eervicibus ad inſiliendum in equos pro ſcabello ſubpedaneo uterentur, quod de Sapore Perſarum Rege, & Tamberlane Rege Scytharum ampliſſimi Scriptores literis eonſignarunt. Omnem verò inhumanitatem ſuperat nihil penſi ſanctique habere pactiones ſacramento eonfirmatas conceſſaſque leges reſcindere ac violare, quod per ſummam omnium gentium atque ipſius Martis injuriam, nulla reeèns exorta injuria laceſſente, à quibuſdam eum horrore legimus factitatum. Equidem neſcio an uſpiam magis eniteat, majoremque ſui pompam explicet humana fides, quàm cum in honeſtas leges pacta Urbium obſeſſarum deditione, inſpieiuntur præſidiarii tympanis reſonantibus, explicatis vexillis, funieulis ſeloporum accenſis, per ipſa dejectarum munitionum rudera, & coæquatos acervos ſaxorum ex oppido vel arce decedere, ſervato eommigrandi ordine; ut planè non tam quaſi victi ad tuta & munita loca confugiant, ſed potius tanquam victores inter plauſus & Pæanas deferantur, meritaſque ſibi laudes & præconia depoſeant pro laribus foeiſque patriis fortiter propugnatis. Relicta arce, & bona fide victoribus tradita, eum quantalibet eopia tormentorum nitratique pulveris, eives ipſi patrium ſolum vertentes, eitra fraudem omnemque injuriam procul deducuntur à parte hoſtilium copiarum, quæ depoſitis odiis cuſtodiam & patrocinium ſuſcipit obſeſſorum, indicente ſibi interim avaritia militum legem duriſſimam, ne quidquàm ex auro argentoque, aliaque ſupellectili tranſportata delibet; earris inſuper aut oavigiis ad tranſvectionem à victore exereitu comparatis. Nuſquam certe, quàm in ejuſmodi deditionibus pulchriorem auguſtioremque ſui ſpeeiem Mars ferox ingenuæ fidei aſſociatus oſtentat.

2. Gnarus ſum non modo non ſemper fuiſſe receptos, qui ſeſe dedidiſſent, ut legitur de Græeis, conjunctis Perſarum eopiis in pugna ad Granicum: & de Uſpenſibus apud Tacitum lib. 12. Annal. qui veniam liberis eorporibus orantes, eam non obtinuerunt, exiſtimati cadere Jure belli, quoniam aſpernati eſſent victores: verum etiam ſævitum quandoque, & capitali ſupplicio animadverſum adversùs acceptos in deditionem. Legimus apud Tacitum, Galbam decimari juſſiſſe, quos deprecantes in fidem acceperat. Silla etiam Samnites, Cæſar Numidas dedititios ſævitiæ victorum reliquere. Quanam potiſſimum juſta legitimaque cauſa contingere id potuerit, & quatenus tolerabilia ea ſint exempla, & imitatione digna, vide apud Grotium de Jure belli, & pacis lib. 3. cap. 4., & 11. Accedo ad antiquas deditionum formulas. Harum exemplum habes ex Livio lib. 1. *Rex interrogavit; Eſtiſne vos legati oratoreſque miſſi à populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos, populumque Collatinum, Urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani deditionem? dedimus.* Similis Formula apud eundem legitur lib. 7. de Campanis dedentibus ſeſe per legatos Pop. Romano in hæc verba: *Quandoquidem noſtra tuerì*

ad-

adverſùs vim, & injuriam juſta vi non vultis, veſtra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delabra Deûm, divinaque humanaque omnia in veſtram, Patres conſcripti, populique Romani deditionem dedimus, quidquid deinde patiemur, Dedititii veſtri paſſuri. Habemus etiam deditionis Formulam ex Plauto in Amphitr.

Convenit, victi utri ſint ea prœlia,
Urbem, agrum, aras, focos, ſeque uti dederent.

Et infra:

Poſtridie in Caſtra ex *urbe ad nos veniunt flentes Principes;*
Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum:
Deduntque *ſe, divina humanaque omnia*
In deditionem atque in arbitratum cuncti Thebana Populo.

3. Moris autem dedititiorum fuit arma abjicere, & tradere victoribus. Cæſar lib. 3. de Bell. Civil. *Prima luce omnes eos, qui in monte conſederant, ex ſuperioribus locis in planitiem deſcendere, atque arma projicere juſſit. Quod ubi ſine recuſatione fecerunt, paſſiſque palmis projecti ad terram, flentes ab eo ſalutem petierunt, conſolatus conſurgere juſſit.* Idem lib. 3. de Bell. Gallic. *Legatos ad Craſſum mittunt; ſeque in deditionem ut recipiat, petunt. Qua re impetrata, arma tradere juſſi, faciunt.* Idem lib. 7. *Hedui manus tendere, deditionem ſignificare, & projectis armis mortem deprecari incipiunt.* Liv. lib. 6: *Volſci abjectis armis ſeſe dediderunt.* Et lib. 40. *Donec cladibus omnibus belli coacti in deditionem venerunt, armaque tradiderunt.* Sed & coronam interdum à Dedititiis oblatam iis, quorum ſe poteſtati permittebant, legimus apud Polybium. Pacta etiam. & conditiones occurrunt ſæpe vel imperatæ à victoribus, vel à victis propoſitæ, & acceptæ. Liv. lib. 22. *Cæterum ab omnibus, labore, vigiliis, vulneribus etiam feſſis, maturior ipſius ſpe deditio eſt facta. Pacti, ut arma atque equos traderent: in capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in ſocios ducenis, in ſervos centenis: & ut, eo pretio perſoluto, cum ſingulis abirent veſtimentis.* De obſeſſa verò Nuceria ab Annibale, ita ſcribit lib. 23. *Eam cum aliquandiu circumſediſſet, ſæpe vi, ſæpe ſolicitandis nequidquam, nunc plebe, nunc principibus, fame demum in deditionem accepit: pactus, ut inermes cum ſingulis abirent veſtimentis. Deinde, ut qui à principio mitis omnibus Italicis, præter Romanos videri vellet, præmia atque honores iis, qui remanſiſſent, ac militare ſecum vellent, propoſuit.* Illa verò apud Hircium de Pactis deditionum, de Bell. Hiſpan. *Oppidanorum legati, qui antea exierant, Cæſarem adierunt, ſi ſibi vitam concederet, ſeſe in ſequenti die oppidum eſſe dedituros. Quibus reſpondit, ſe Cæſarem eſſe, fidemque præſtaturum.* Et in eodem libro: *Victi, & deſerti à Pompejo, tua virtute ſuperati, ſalutem à tua clementia depoſcimus; petimuſque, ut qualem te aliis gentibus præſtitiſti, ſimilem in civium deditione præſtes.* De pœna dedititiorum alicubi obſervata, ſi quando ad certum diem juſſi adeſſe à victoribus, & ea facultate dimiſſi, non ſtarent promiſſis, vide quæ diximus in Titul. *Chirotheca.* 2. Obſervandum denique eſt, quoties in hoſtium poteſtatem dedendos aliquos Senatus ſtatueret, id certis factum ceremoniis, certâque formulâ. Ejus rei exemplum eſt apud Liv. lib. 9. *Prægreſſi Feciales, ubi ad portam venere, veſtem detrahi pacis ſponſoribus jubent; manus poſt tergum vinciri. Cum apparitor verecundiâ Majeſtatis Poſthumium laxius vinciret, Quin tu, inquit, adducis lorum, ut juſta fiat deditio? Tum ubi in cœtus Samnitium, & ad tribunal ventum Pontii eſt, A. Cornelius Arvina fecialis ita verba fecit: Quandoquidem hice homines injuſſu populi Romani Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem, quo populus Romanus ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo.* Vide plura apud Briſſonium de Formul. lib. 4. Vide *Supplices*, *Manus dare*.

Deditio, onis. Actus ipſe permittendi ſe alienæ poteſtati. Cic. Philipp. 13. *Locum alicui reliquum non modo ad pacem, ſed ne ad deditionem quidem facere.*

Dedo, dis. Pro tradere ſe, & permittere alienæ voluntati. Cæſar lib. 2. Bell. Gallic. *Si prius quam aries murum attigiſſet, ſe dedidiſſent.*

Defectio, onis. Receſſio eſt, ut ſcribit Valla, aut militum, aut Civitatis à ſupremo Duce vel Principe. Liv. lib. 1. *Solicitatis ad defectionem animis voluntarios traxere.* Vide *Seditio.*

Defector, oris. Qui ab Imperatore vel Principe deficit. Sveton. in Nerone: *Revocatiſque ad pœnitentiam Defectoribus, ſequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ jam nunc ſibi componi oporteret.* Vide *Seditio.*

Defensio, onis. Prius eſſe in re bellica ſeipſum protegere quàm hoſti damnum inferre, ipſa clamat natura. Hujus inſtinctu ſuaſuque monemur nos ante & noſtra ſervare, quàm de inferendis injuriis, & proterendis æmulis cogitemus. Inditum id mortalium pectoribus ab eadem illa vitæ cupiditate & amore ſoli natalis, ac privatarum cujuſque fortunarum, quem procul dubio hauſimus ab ipſo libatæ lucis exordio. Quare optimo jure expertiſſimi quique rei militaris magiſtri monere & inculcare non deſinunt, ne Imperator aut inconſulta temeritate abreptus, aut prædæ victoriæque vana ſpe irretitus, prius hoſtes adoriatur, aut arces oppugnatione circumſideat, quam optime, quantaque maxime poſſit ſecuritate res ſuas componat, propriæque conſulat incolumitati. Opulentiſſimum ejus rei documentum præſtitit Artemiſia Cariæ Regina. Cum enim à Rhodiis claſſe & bello maritimo obſideretur, ad prærupti litoris curvaturam celata claſſe popularium, juſſiſque militibus & claſſiariis in intima navium parte deliteſcere, ubi primum comperit ad invadendam Urbem læto clamore ſublato exſcendiſſe hoſtes, juſſit Claſſiarios ſuos in inſidiis latentes tranſilire in naves hoſticas, quibus ipſa ſuiſque navibus inſtructa Rhodum navigans, Urbem vacuam & imparatam minimo negotio occupavit, contrucidatis in ipſo Urbis foro copiis Rhodiorum, quibus procul abſtracta claſſe nullus ſuperfuit reditus aut effugium ad propria navigia. Pulcherrimum facinus Vitruvius prodidit per hæc verba: *Poſt mortem Mauſoli, Artemiſia uxore ejus regnante, Rhodii indignantes mulierem imperare civitatibus Cariæ totius, armata claſſe profecti ſunt, ut id regnum occuparent. Tum Artemiſiæ cum id eſſet renunciatum, in minore portu abſtruſam claſſem celatis remigibus, & epibatis comparatis, reliquos autem cives in muro eſſe juſſit. Cum autem Rhodii ornatam claſſem in portum majorem expo-*

ſuiſſent, plauſum juſſit ab muro bis darent, polliceriqne ſe oppidum tradituros: qui cum penetraſſent intra murum, relictis navibus inanibus, Artemiſia, repente foſſa facta, in pelagus eduxit claſſem ex portu minore, & ita invecta eſt in majorem. Expoſitis autem militibus & remigibus, claſſem Rhodiorum inanem abduxit in altum. Ita Rhodii non habentes quò ſe reciperent, in media concluſi, in ipſo foro ſunt trucidati. Ita Artemiſia in navibus Rhodiorum ſuis militibus & remigibus impoſitis, Rhodum eſt profecta. Rhodii autem, cum perſpexiſſent ſuas naves laureatas venire, opinantes cives victores reverti, hoſtes receperunt. Tunc Artemiſia Rhodo capta, principibus occiſis, trophæum in Vrbe Rhodo ſuæ victoriæ conſtituit. Divina omnia & humana Jura præcipiunt ut ſua quiſque, atque aden impenſiùs ſe ipſum ab nmni vinlentia & injuria tueatur. Id porrò eſt, quod & belli neceſſitatem primum induxit, nec tolerabile duntaxat, verùm etiam neceſſarium fecit arma tractare. Cic. prn Milon. *Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus; ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis:* Et mox: *Hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacumque ope poſſent à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent.* Cajus Juriſconſultus: *Adversùs periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.* Florentinus Juriſconſultus: *Jure hoc evenit ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimetur.* Quanti referat defenſionem non negligere monet Serpentis fabula, qui cum ſupplex apud Jovem homines reos faceret, quod ſe obvium premerent. At tu, reſpondit Juppiter, ſero quereris, ſi enim eum qui te primus preſſit, morſu interfeciſſes, idem audendi aliis non fuiſſet audacia. Fortitudinis prnpugnatoriæ miracula fuere Horatius Cncles, qui tntum hoſtium agmen donec pons abrumperetur, ſolus ſuſtinuit; ut diſcedentes Etruſci dicere potuerint, ſe viciſſe Romanos, ſed ab Horatin victos: Sceva Centurio, qui ſcuto centum & viginti ictibus perfoſſo ſuper hnſtlam ſtragem ferox procubuit: Et Cynegirus Athenienſis, qui bello Perſico dextera primum manu; mox etiam ſiniſtra amputata, navem morſu retinuit. Cogitanti ſæpe mihi utramque Martis aleam nppugnatoriam & propugnatoriam, tametſi expugnatarum Urbium cæſorumque exercituum laus pulcherrima viſa ſit, & populi ſtudio magis plauſibilis, nihilominus neſcio quid ſolidum magis firmumque in præclaræ defenſionis gloria deprehendi arbitratus ſum. Demiratus præterea nnn leviter ſum res humanas, & imbecilla ſæpe judicia mnrtalium. Cum enim conſpicuis ducibus Affricani, Aſiatici, Numantini, Balearici, aliaque ab expugnatis Urbibus vel provinciis cognomenta popularis favor indiderit, vix ullæ ab iiſdem ſtrenue propugnatis recenſentur appellatinnes illnſtres; ut ſolus fere Manlius ab aſſertn Capitolio Capitnlini cognomento donatus inveniatur. Nec verò diſſiteor faſtidiviſſe me interdum Romæ judicium, quæ Fabium illum qui res perditas reſtituit, tenui præconio Cunctatnrem vocare ſatis habuit; mallem eum virum dixiſſet prnnunciaſſetque Romanum. Alexandrum Farneſium plurimis clariſſimiſque in Belgio auctum victoriis merito omnes ſuſpiciunt. Mihi verò longè clarior ſummus Imperator ſemper eſt habitus poſt geminas in Galliam expeditinnes illas, quibus Lutetia & Rhotomago adverſus Navarræos prnpugnatis, florentiſſimum Regnum fere ab exitio vindicavit.

Defensnres. Militiæ genus, de qun ſit mentio in Notit. Imp. Orient. cap. 39. A Marcellino lib. 20. appellantur Defenſores mœnium. Oppida nimirum defendenda, nmnemque tuendæ pacis curam in ſe recipiebant. Defenſorum etiam nomine eos indigitat milites Conſtantinus Porphirog. de Themat., qui centurias, vel cohortes, cnncitatn curſu hnſtem inſequentes, eminùs prntegunt, ut, ſi forte in fugam vertantur, eoſdem excipiant, ac defendant. Proprium Defenſorum inſigne & ſymbolum duo erant angues, complicati in formam caducei, capitibus ad oſculum coeuntibus, quns geſtabant in parma cærulea. Explicatur hoc ſymbolum à Pierio Valer. Hierog. lib. 55. Serpens quippe vetus Imperii teſſera eſt: duplex autem complicatus cnncnrdiam nſtendebat utriuſque Imperii Cæſarum, & quandoque duorum Conſulum militantium. Defenſores porrò à Leone Imp. in Tacticis, aliiſque Græcanicis Scriptnribus dicti ſunt in ejus temporis Græcorum militia, qui ſubſequebantur curſores, ut eos defenderent, ſi eoſdem ab ingruentibus hnſtibus appeti aut damni quidpiam ſubire perſpexerint. Subdefenſores verò dicebantur, qui à defenſoribus ad ſuas vices agendas delecti ad eandem formam militabant. Scheda Gregorii VII. PP. *Oilardo quoque Subdefenſori prædictæ poſſeſſionis.*

Deformatio, onis. Pro detractinne formæ, & venuſtatis uſurpant Veteres hanc vocem. Liv. lib. 9. *Vt ſuæ quiſque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majeſtatis, velut à nefando ſpectaculo averteret oculos.* Vitruvius deformationem vocat primum rei, quam molimur, ſpecimen & exemplar, quod ſit in papyro vel tabula per lineas prn cujuſque artis inſtituta. Eſt autem in parvn operis rudimentum, quod ex illius inſpectione poſtea perficitur, *Schizzo, Diſegno.* Verba Vitruvii extant l. 3. *Venti, qui ſint, & ex quibus regionibus ſinguli ſpirent, deformationibus grammicis oſtendi.* Diſtinguunt autem diligentiores Architecti inter deformatinnem, lineatinnem, ſeu delineatinnem, & deſignationem. Lineatin ſiquidem, ſive delineatio ſignificat extimas duntaxat lineas, ſeu rectæ illæ, ſeu curvæ ſint, ſeu quomodolibet opus conſtruendum ambiant. Id nimirum Architecti vocant Icnographiam, Pictores *Conturnationes*, vulgn *Conturni*. Spectat autem hoc opus maximè ad Opticam. Deſignatio verò integram notat nperis adumbrationem, & dicitur *Diſegno*. Hnc inquam plerique obſervant, licet ab aliis paſſim confundi iſta ſoleant.

Delectus. Nequis Imperatorum, aut Principnm de indicendo prius inferendoque cogitet bello, quàm ad deligendum conſcribendumque militem naviter cogitationem adjecerit, ipſa primùm omnium admonet ſumma Veritas & Sapientia Parabola illa Lucæ 14. *Aut quis Rex iturus committere bellum adversùs alium Regem, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe?* Quod erit omninn nbſervandum, ſeu conjuratione & tumul-

tu

tu fiat delectus, ſeu potius ſacramento vel evocatione. Atque eo diligentiùs & accuratiùs providendum eſt de probè peragendo delectu, quòd nihil ferè acerbius magiſque odioſum civibus eſſe ſolet, quàm ubi cogendi militis urget neceſſitas. Eam ob cauſam freqnenter minime vacui à periculo, & indigniſſimis inſultibus obnoxii eſſe ſolent Conquiſitores, cum, ut inquit Virgilius lib. 8.

undique cogunt
Auxilia, & latos vaſtant cultoribus agros.

Ut enim calamitoſum, ſic inviſum maxime eſt arva deſeri, & in enſes inſtrumenta ruſtica commutari, juxta illud ejuſdem Virgilii lib. 2. Georg.

non ullus aratro
Dignus honos; ſqualent abductis arva colonis,
Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem.

Quod etiam expreſſit Silius lib. 12.

At Lybici ducis ut fulſerunt ſigna per agros,
Deſolata metu cuncta, & ſuadente pavore,
Vallo ſe clauſere.

Et iterum Virgil. lib. 11.

ſat funera fuſi
Vidimus, ingentes & deſolavimus agros.

Cicero etiam pro lege Manilia, ad primos bellorum exortus deſeri agricultnram conqueritur. Hinc terribile illud & conſternationis publicæ pleniſſimum apud Livium lib. 21. *Inſtare delectum, quo liberi à parentibus, fratres à fratribus veluti ſupremùm dividantur.* Non proinde bellici Magiſtratus in habendo delectu obliviſcuntur, rem ad populi ſenſum delicatiſſimam ſeſe agitare. Equidem ab humanitate prorſus alienum vetus illud fuit Gallorum inſtitutum, qui, ut refert Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. diriſſimis affectum cruciatibus eum necabant, qui ad militarem delectum, dandumque nomen omnium noviſſimus acceſſiſſet. Adhuc dirius quiddam & immanius Herodotus lib. 4. memorat de Dario Rege Perſarum, quem cum Oebazus ſenior militiæ vacationem pro uno ex tribus filiis rogitaſſet, reſpondit ille omnes ſe eo vinculo ſoluturum, & confeſtim interfectos miſerrimo patri atrociſſimum ſpectaculum, reliquis verò ferinæ ſævitiæ præbuit documentum.

2. Delectus militum per Conquiſitores fiebat, quorum erat Imperatoris authoritate illos conſcribere. Referebantur in numerum etiam inviti, ſi magnum eſſet rerum diſcrimen; ſecus iis erant contenti, qni ultrò dabant nomina. Licet autem militem deligere & conſcribere Conquiſitorum ferè curatio fuerit, invaluit tamen interdum, ac præcipue ſi gravior caſus urgeret, ut ſinguli ſingulos, quorum virtus ſibi perſpecta eſſet, adlegerent. Notavit id Petrus Victorius Variar. lect. lib. 18. cap. 19. ubi etiam veterum Scriptorum teſtimonia conglobat, qnæ huic opinioni adſtipulantur; atque id eſſe ait, quod frequenter apud Priſcos legitur, *Virum virum legere*. Sic autem Liv. lib. 9. *Et ad Vadimonis lacum Hetruſci lege ſacrata, coacto exercitu, cum vir virum legiſſet, quantis nunquam aliàs antea, ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt.* Et Tacit. lib. 17. *Apud frequentem militum concionem Imperatoria brevitate adoptari à ſe Piſonem more Divi Auguſti, & exemplo militari, quo vir virum legeret, pronunciat.*

3. Ne verò admixtione Capitecenſorum, & Proletariorum militiæ nomen ſordeſceret, certatum eſt à Pop. Rom., ut ſponte nomina darent, ſeſeque bellicis laboribus impigrè offerrent. Advertit id Valerius Max. lib. 2. cap. 3. *Laudanda etiam populi verecundia eſt, qui impigrè ſe laboribus & periculis militiæ offerendo, dabat operam ne Imperatoribus Capitecenſos ſacramento rogare eſſet neceſſe, quorum nimia inopia ſuſpecta erat, ideoque his publica arma non committebantur.*

4. Qui delectu indicto non reſpondebant, tanquam libertatis proditores redigebantur in ſervitutem, ut habemus ex Menandro ff. de Re Milit. l. 4. Addit Livius virgis etiam cæſos non reſpondentes ad delectum. Sic enim lib. 7. *Acerbitas in delectu non damno modo civium, ſed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincula ductis inviſa erat.* Legimus etiam apud Valer. Max. lib. 6. cap. 3. M. Curinm divendi juſſiſſe cum ſuis bonis atque ſortunis adolaſcentem, qui vocatus non reſpondiſſet. Ajebat autem, nihil opus eſſe eo cive, qui parere neſciret. Nec admodum difficile Romanis erat pernoſcere incurioſos, nec accedentes die præſcripta ad danda nomina. Ut enim tradit Dionyſius lib. 4., Servius Rex, quò ſibi compertum eſſet de numero Civium Romanorum, & quo quiſque die aut natus eſſet, aut vita decederet, conſtituit ut in cujuſque ortu inferretur à conſanguineis certa pecunia in Arcam Junonia Lucinæ, in obitus verò die eadem repræſentaretur in Æde Veteris Libitinæ. Illud etiam obſervatum fuit à Romanis in habendo delectu, ut qui primi exirent bonum facerent omen ſuis nominibus. Cic. lib. 1. de Divinat. *In delectu Conſules obſervant, ut primus miles fiat bono nomine.* Notavit id Feſtus: *Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur eruendus ominis boni gratiâ: ut in delectu cenſuve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius.*

5. Quod in reliquis facultatibus, omnique humana, & ingenua diſclipina eſt obſervandum, ut optimi quiqne ad publica munia deligantur, diligentius eſt proſpiciendum in militia, quoniam damnis publicis gravioribus, & inexplicabili exitio luitur qnidquid in ea facultate à principio delinquitur. Nemini eſt dubinm ſeniores, & veteranos in militia tales fere futuros, qnales è juventute centuriantur, & conſcribuntur. Non itaque ad arma tractanda vocandi omnes promiſcuè; cum nihil ſit magis expoſitum ad cædem, quàm vilis, & indocta multitudo: Sed collocanda inprimis opera eſt, ut præclara indole, cæteriſque animi corporiſque dotibus ſpectabiles tyrones ad militaria ſigna tranſeant: Id ſcilicet dicitur Delectus militaris, in quo prora & puppis benè adminiſtrandi conficiendique belli continetur, omniſque vertitur cardo publicæ ſecuritatis, cui ſolum arma deſerviunt. Eſt autem Delectus, ut prudenter ſcribit Lipſius, multitudo apta armis tractandis ſub certa lege. Duo ibi animadvertenda; ut, & optimi eligant, & nonniſi maxime idonei eligantur. Utrunque ſumma laude præſtitere Romani, donec ejus Urbis diſciplina ad aliarum gentium invidiam floruit. Sic autem eligendi munera diſtributa erant, quemadmodum operosè docet Polybius, ut Conquiſitores juventutem indagarent, & cogerent, Tribuni eligerent, Conſules præeſſent. Præcipuam itaque Delectus partem obibant Conſules, qui Tribunis eligentibus præſidebant. Habebant autem delectum illum, ut ſcribit Plinius poſitis ſellis, ideſt in curulibus ſuis, quadam Magiſtratus ſpecie, ut ipſa electio-

nis forma, & majeſtatem ſpiraret, & rem ſummi momenti inibi tractari, omnibus opinionem induceret. Adde eandem electionem fieri ſolitam in Capitolio, auguſto nimirum ſacroque apud ipſos in loco, ubi religio, Joviſque ac Deorum ſimulacra ante oculos verſarentur. Sic autem Livius de Marcello Conſule: *Ipſe dimiſſis Siculis in Capitolium ad Delectus diſceſſit*. Vides quanta opera, ac dignitate rem unam omnium graviſſimam Romani olim curarent. Erant porrò ad mannm tabnlæ, in quihus ſingulorum nomina, ætates, opes doteſque reliquæ erant conſcriptæ: ac nominatim citahantur voce præconis. Signum etiam ex arce Capitolina extolli ſolitum, ut eam ſolemnitatem adderent: Dionyſius lib. 8. *Propoſuerunt belli ſigna, & copias urbanas conſcripſerunt*: additque duplex fuiſſe vexillum, ruſſeum aliud, aliud cærulenm, illud ad pedites, hoc ad equites convocandos. Vide *Ruſſata*.

6. Quod autem eos attinet, qui eilgebantur, ætas primum in iis ſpectabatur, quæ erat annorum decem & ſeptem. Vide *Ætas militaris*. Opes etiam atque fortunæ æſtimabantur: neqne enim rebantur conducibile ut opifices ac viliſſimi quique de plabe ad bellicos uſus evocarentur, quaſi militia aſylum eſſet egeſtatis: ſed honeſtos ac divites depoſcebant, ut & propria cujuſque conditio, ac privatæ rationes arctiùs electos Reipublicæ alligarent. Id verò commodè peragebatur, Populo Romano, ut indicavi, jam olim à Servio Tullio in claſſes diviſo, inſtitutoque cenſu, quo uniuſcujuſque opes fortunæqne eſſent moderatoribus cognitæ. Proinde ſexta claſſis, cui minimum aderat ſortunarum, procul a militia arcebatur. Non ſum neſciua, infimæ ſortis homines atque adeo ſervos, & capitecenſos fuiſſe quandoque in militiam adſcitos. Verùm id vel ſubitæ graviſſimæque neceſſitatis fuit, & ſuit poſtca progreſſu temporis emendatum; vel collapſa jam veteri diſciplina contigit. Vide *Cenſus*, & *Proletarii*. Non deſunt, qui honeſtiori conditione viros, ſortunaque commodiore uſos, bello parum idoneos reputent: quoniam inter lautioria vitæ illecebras educati ſolem, & algorem, aliaque militiæ incommoda, victus præſertim tenuitatem ac dinturnam defatigationem, minimum ferre poſſuut: eoſque luxum invehere in caſtra, quo militiæ nihil eſt magis inimicum, non pauci ſtatuant. Verùm qui talia obiicinnt, Romanæ diſciplinæ ſeveritatem ignorare ſe prorſus indicant. Sic enim Romani veteres nobilem opulentamque juventutem habebant in caſtris, ſic illam in officio continebant, nt nihil minus, quàm memoratæ deliciæ in Romanorum tentoriis, timeretur. Sicubi verò rigor ille ac ſeveritas diſciplinæ deſluxit, apud eos ſcilicet non ſum dubius, luxum, delicias, omnemque in caſtris mollitiem invalituram. Præſtare etiam tunc exiſtimaverim, ut de plebe ruſticana potius, paganique homines armia gerendis addicantur. Luxus etenim deliciarumque neſcii ad omnem laborem ac tolerantiam aſſueti ſunt. Solent nimirum minimum mortem extimeſcere, qui vitæ illecebras non perſenſerunt: ipſa verò durities corporis, molliorisque cultua ignorantia non gravem laborem ullum: non Jocum aſperum, non demnm hoſtem, aut mortem ipſam reddit formidoloſam. Sed & ſtaturæ juſtæque corporis magnitudinis rationem habebant: Vide *Incomma*, & *Statura militaris*.

7. Quandoque etiam non vocati ad delectum, ſed ſorte, & quidem per tribus extracti ſunt milites Liv. lib. 4. *Delectum baberi non ex toto populo placuit: decem tribus ſorte ductæ; ex bis ſcriptos juniores, duo Tribuni ad bellum duxere*. Eam variationem, ut non delectu, ſed ſorte milites ſcriberentur, enatam primum bello Hiſpanico, L. Lucullo Conſule, docet Appianus: *Et exercitum ſorte ſcripſerunt in Hiſpaniam, tunc primum loco delectus*. Idem autem peractum, vel per occaſionem tumultùs, ubi rem trahi delectu curioſo non expedit, vel ob nimiam Conſulum aut Tribunorum indulgentiam, quemadmodum obſervat idem Appianus: *Cum enim multi accuſarent Conſules, quod injuſtè, & inique delectus baberent, & quoſdam ad leviores, aut minus periculoſas expeditiones caperent, viſum tunc Senatui ſorte milites ſcribere*. Neque porrò ea ſortitio ſemel uſurpata ſemper manſit: quinquennio nimirum poſt ad vetus delectus inſtitutum fuiſſe rem revocatam idem eodem loco autbor eſt Appianus. Notandum eſt etiam, ſpontaneos ſæpe convolaſſe ad danda nomina. Multiplici id causâ factum. Interdum ob Ducis præſtantiam, ut de Q. Fabio memorat Livius: *Concurſus inde ad Conſulem factus omnium ferme juniorum, & pro ſe quiſque nomina dabant. Tanta cupido erat ſub eo Duce ſtipendia faciendi*. Quandoque emolumenti, lucrique ſpes extimulabat ad militiam ſpontaneam, delectu non expectato. Id obſervat Livius de bello Perſico lib. 62. *Licinius veteres quoſque ſcribebat milites, & multi voluntate nomina dabant, qui priore bello Macedonico, aut adverſus Antiochum in Aſia ſtipendia fecerant*.

8. Detrectantibus dare nomina pro arbitrio Tribunorum, ut ſuperius tetigi, mulctæ pœnæque irrogatæ. Et quidèm apud Livium lib. 4. contortum repugnantibus collum donec ducerentur perlegimus: *Hoc decreto Conſul armatus, cum paucis appellantibus Tribunum, collum torſiſſet, metu cæteri Sacramento dixere*. Virgæ certè non ſemel expeditæ intentatæque. Legimus etiam apud Dionyſium direpta eorum bona, qui militiam detrectaſſent. Sed, & apud Varronem ſcriptum habemus eoſdem interdum in ſervitutem fuiſſe venundatos. *Curius Conſul, in Capitolio cum delectum baberet, nec citatus in tribu civis reſpondiſſet, vendidit tenebrionem*.

9. Illud etiam eſt animadvertendum, cum, diſciplina veteri paulatim decidente, omnis generis mortales ad militiam intruderentur, ſolitos eos fuiſſe ſtigmatibus in cute compungi, ut diſertè tradit Vegetius lib. 2. cap. 5. *Victuris in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti, jurare ſoliti*. De punctis ſeu notis, quæ tyronum brachiis inurebantur fit mentio in conſtitutione Arcadii, & Honorii Cod. de Fabricenſibus: *Stigmata, boc eſt, notæ publicæ Fabricenſium brachiis, ad imitationem tyronum, infligantur, ut boc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci*. Sic proinde compuncti impreſſique tyrones ſervis æquabantur, licet illi in brachiia notas, hi verò geſtarent in fronte. De iiſdem Aetius Medicus, vetua Scriptor Græcanicus apud Naudæum de Studio Militari lib. 1. *Stigmata appellant, quæ ori, aut alteri cuipiam membro inſcripta ſunt, qualia ſunt in militum manibus*. Ex quo intelligimus non brachiis duntaxat, verùm etiam manibus militum

tum imprimi ſolere eas notas. Quid autem illis inſcriberetur, res eſt indicatu difficilis, ac de iis divinandum potius eſt, quàm ſatis certi quidpiam ſtatuendum. Id ſcilicet etiam pertinet ad oſtendendum quam diligenter ac neutiquam temere Romani delectum militum facerent. Quod ſi à Romanis expeditio præter modum laborioſa & periculis redundans eſſet ſuſcipienda, tunc non ſolum nullos recens adſcribebant milites, verùm etiam non minima parte adſcriptorum, iis nimirum, quorum ſenio vel morbis debilitatæ vires eſſent, exonerabant exercitum. Solerter id factum ab Annibale, qui ſeptem millia Carthaginienſium dimiſit ubi primum ſaltus præaſperos, & editiſſimas Italiæ alpes ingrederetur. Æneas etiam non paucos dimiſit, quos diuturnæ navigationis ſocios habuerat, cum Italiæ proximior fieret; relictiſque in Sicilia copiis invalidorum, ſelectiſſimos ſecum in Italiam rapuit ex conſilio ſenioris Nautæ, cujus ea ſunt verba apud Virgil. lib. 5.

Huic trade, amiſſis ſuperant qui navibus; & quos
Pertæſum magni incæpti, rerumque tuarum eſt;
Longævoſque ſenes, ac feſſas æquore matres,
Et quidquid tecum invalidum, metuenſque pericli eſt,
Delige: & his habeant terris ſine mœnia feſſi.

Afflatu hortatuque Divini Numinis ad domos ſuas multos ablegaſſe Judam Hebræorum Ducem fortiſſimum Sacra narrat Machabæorum Hiſtoria lib. 1. cap. 3. *Et dixit his, qui ædificabant domos, & ſponſabant uxores, & plantabant vineas, & formidoloſis, ut redirent unuſquiſque in domum ſuam ſecundum legem.* Arguere profecto ex his licet, quàm naviter ſerioque Delectum curaverint. Certe qui in ordines & album adſcriptos ſæpenumero dimittebant, eoſdem neceſſe eſt nonniſi experrectæ indolis, ingentis animi, & virium validarum tyrones creaſſe. Non igitur tumultuario adlegebantur, ut, audito ſtrepente tympano, coirent ad danda nomina cerdones, ſellularii, adhuc è popinis & muſteo lacu fervidi, temulenti ſcilicet, aleatores, purgamenta Urbium, plebiſque colluvies, & quiſquiliæ: ejus denique generis homines, quorum vita, nedum opus & labor, minoris etiam æſtimari poſſet, quam pecuniola illa, cujus illecti pretio ad danda nomina indiſcriminatim advolant. Qnid, amabo te, bonæ frugis aut ſpei ex ea nebulonum fæce alluceſcere poteſt Reipublicæ, aut Imperatori, cum innumera belli incommoda perferenda, cum ſitis, inedia, vigilia, ærumnæque aliæ & labores ſuſtinendi, cum opere & miniſterio caſtrenſi ſolidi exigendi dies ſub dio; caleſcente cælo, vel ventis horrido imbribuſque, dum, ut uno verbo dicam cum Virgilio, *Animis opus eſt & pectore firmo?*

10. In habendo delectu ſiqui à Conſulibus vi cogerentur ad arma ſumenda, appellabant ad Tribunos plebis. Livius lib. 34. *Cum milites, qui in legionibus Urbanis erant, Tribunos plebis adiiſſent, uti cauſas cognoſcerent, quibus aut emerita ſtipendia, aut morbus cauſa eſſet, ne militarent.* Idem lib. 36. *Cum cogerentur in claſſem Coloni maritimi, Tribunos plebis appellarunt.* Interdum tamen Tribuni plebis eam cognitionem rejecerunt ad Conſules. Liv. lib. 42. *Duo ex Collegio M. Fulvius Nobilior, & M. Claudius Marcellus ad Conſules rejiciebant: eorum cognitionem eſſe debere, quibus Delectus, quibuſque bellum mandatum eſſet.*

11. Non poſtremo in loco habendam eſſe patriæ ſolique natalis rationem in Delectu militari omnes admonent Scriptores Polemici. Quemadmodum enim tepenti mitique ſub cælo aromata, omniſque generis odoramenta mira fertilitate proveniunt; eoſdem verò fragrantium arborum ſurculos fruſtra inſeras excolaſque ſub axe glaciato & fœdo imbribus: contra verò apud Boreales populos incredibili excelſitate arborum ſylvæ grandeſcunt, multiſque obdurato ſæculis robore ipſam laceſſunt æternitatem; eas verò ut in parem altitudinem adoleſcant in Africa, quantavis diligentia repugnantem humum ſollicites fatigeſque, neutiquam obtinueris: ad eundem fere modum aliæ præ aliis Regiones accommodatiora Martiis operibus ingenia, & ad caſtrenſes labores corpora robuſtiora progignunt. Europæos indole bellicoſa, conſiliiſque, & ſolertia, quæ maximam partem conficit facinorum bellicorum, multis paraſangis Aſiaticis anteſtare minimè ambigitur; licet molliores & elanguidi mores Aſiaticorum noſtrarum ſæpe provinciarum florentiſſimas copias eliſerint, peſſumque omninò dederint. Notum eſt illud Livii teſtimonium Dec. 4. lib. 8. in oratione Cn. Manlii prœlium udituri adversùs Gallogræcos: *Vobis mehercule Martiis viris cavenda ac fugienda quamprimùm amœnitas eſt; tantum hæ peregrinæ voluptates ad extinguendum vigorem animi poſſunt; tantum contagio diſciplinæ moriſque accolarum valet.* Peregrinis item illis moribus atque deliciis labefactatam Romanorum veterum diſciplinam nervoſque ſucciſos queritur Saluſtius in Catil. *Ibi primum inſuevit exercitus populi Romani amare, potare, ſigna, tabulas pictas, vaſa cælata mirari; ea privatim ac publicè rapere, Delubra ſpoliare, ſacra profanaque omnia polluere.* Nec proinde Aſiaticis quidquam per hæc è veteri ſua gloria ademptum iri volo, quos probè ſcio, Aſſyriorum & Perſarum imperio, quod longus ſæculorum ambitus comprehendit, & eximios bellatores progeneraſſe, & mirum in modum rerum bello geſtarum laude eluxiſſe. Jam verò Africanis pernicitatem potiùs ad conquirendas prædas, & diditum vagè terrorem Martis deſultorii attribuerim, quàm verum ſolidumque præconium, aut belli ſolerter adminiſtrandi, aut ſtatarii prœlii fortiter atque conſtanter ineundi & perferendi. Verùm illos res à Carthaginienſibus geſtæ, & æmulatio adversùs Urbem Terrarum Reginam ad eum honoris apicem extulit, ut invidiam etiam aliarum Nationum per ea tempora provocaverit. Europæi non per aliquot duntaxat ævi ſpatia, aut viciſſitudine quadam ad militarem gloriam enitentium nationum, ſed omnium fere gentium temporumque perpetuo tenore ſervato, tot prodidere experimenta Martiæ indolis, ut nemini prorsùs ſit in dubium revocandum, & ſuam apud illos ſedem fixiſſe Martem, & comparatam ab iiſdem gloriam omnibus aliarum gentium faſtis atque memoriis induxiſſe caliginem. Ut enim prætercam Thebas, Spartam, Athenas, quibus nullum aut exercendi belli gymnaſium nobilius eſt adapertum, aut ſplendidius victoriarum theatrum eſt explicatum: ut reticeam quantum magnorum operum confectum eſt, quantique commonſtrati primi ſubſellii Imperatores Trojani Thebanique belli temporibus: ut tacitus porrò tranſmittam

ro-

Digitized by Google

robur Macedonum, Græciæque & Peloponneſi res geſtas ad omnem futuri temporis recordationem valituras: his, inquam, prætermiſſis, ſola Romanorum potentia atque celebritas tanti eſt, ut ad ejuſdem faſtigium adæquandum, aut ad ejuſdem laudem aſpirandi nullis Nationibus audacia fuerit. Licebit his minimo negotio conjicere, quanti referat ex iis potius Regionibus accerſere militem, quarum populis non mollis diſciplina; non ullus, aut labor inſolens, aut metuendus hoſtis videatur. Præclarum fuit Cyri judicium atque reſponſum ad ſuos milites rogitantes ut in magis frugiferam Regionem deducerentur: at ille: Mollis, inquit, terra molles demiſſæque indolis homines gignit; nec ejuſdem Regionis eſt, fructus uberes, & viros edere generoſos. Aptè porrò Lucanus lib. 8. diſcrimen ſtatuit inter incolas exortivi Solis, & populos Boreales. Sic autem ſcribit:

Quidquid ad Eoos tractus, mundique teporem
Labitur, emollit gentes clementia cæli:
Omnis in Arctois populus quicumque pruinis
Naſcitur, indomitus bellis & Martis amator.

Quare non immeritò in ſupinæ cujuſdam incuriæ crimen vocatur Pompejus Magnus, qui cum Cæſare dimicaturus auxilia Aſiatica Romanis Legionibus adjunxit; quos ille populos, utpote diuturno ſibi bello cognitos, devictoſque, luxu atque deliciis in tranſverſum abreptos, & à militari diſciplina excidiſſe diſſimulare non poterat. Conſultius ſibi ſuiſque proſpexiſſet copiis, ſi in Hiſpaniam profectus Nationem impigram & bellicoſam ſuis ordinibus aſſociaſſet. Ejuſdem Pompeii liberi, qui in Hiſpaniam traducto Marte ad extremas anguſtias Cæſarem adegerunt, plane documento fuere, quam latè eorum genitor in ſua & publica commoda peccaverit neglecta Hiſpania, & evocatis auxiliis Aſiaticis. Neque minus illud eſt ſeriò reputandum, longè faciliùs optimam educationem contingere ſub Cœli plaga bellis idonea, quàm apud gentes elanguidas; ut optimo ſint documento Spartani, qui glaciatis Eurotæ undis infantium robur durabant, & vires experiebantur, demerſuri liberos in aquas, ſiquibus lacrymulis, aut levi doloris ſignificatione indolem degenerem teſtarentur. Getis verò tam propitium ad arma tractanda Cœlum contigit, ut de illis ſcripſerit Jornandes cap. 5. *Adeo fuere laudati Getæ, ut Martem, quem Poetarum fallacia Deum belli pronunciat, apud eos fuiſſe dicant exortum, unde & Virgilius:*

Gradivumque patrem Geticis, qui præſidet arvis.

Iidem verò tam rigidè ſeverèque leguntur educati, ut enſes pro Numinum ſimulacris coluerint, teſte Solino.

12. Indicare hic ſaltem non fuerit pœnitendum validiſſimis rationum momentis diſceptatam quæſtionem illam, in liberiſne civitatibus commodiùs ſoboleſcant ingenia militaria, quàm in oppidis, aut provinciis, Principum Regumque poteſtati & imperio obnoxiis. Equidem ſuffragium pro civitate vel regione ſui juris favorabile & decretorium ſtabilire vel ſola poſſit Romana Reſpublica, ad cujus amplitudinem gloriæ bello partæ, nullos perveniſſe Principatus aut Regna notius eſt, quàm ut longiorem ſermonem deſideret. Id verò eam maxime ob cauſam contingere ſtatuerim, quoniam liberarum urbium bellatores, pro ſua, non pro aliena gloria labores & pericula ſuſcipiunt. Iterum ſiquid partum eſt vel Imperii propagati, vel amplioris prædæ, ejus partem ſaltem aliquam ad ſe pertinere exiſtimant. Contra verò ubi imperium & poteſtas penes unum eſt, ad labores & pericula vocari ſe quidem milites intelligunt, minimè verò ad fructus victoriarum, & ſpem fortunæ amplioris; præſertim cum liqueat nimis efflorescentem ſubditorum gloriam, & opes paratas, ſuſpectas atque ingratas eſſe Principibus. At qui unius potentiæ obærati naſcuntur, maximo illo ad honeſtiores gradus aſſequendos offendiculo carent, æmulatione plurium, & æqualium invidia. Omnibus autem viribus & pro virili contendunt unius ſibi promereri gratiam, quem ſuæ quiſque fortunæ auſpicem & authorem agnoſcit. Quodſi excellentiſſimorum in armis Ducum numerum ineamus, etiamſi longiſſimam eorum ſeriem ſola abſorbet Reſpublica Romanorum, adhuc tamen innumeri fere ſuperſunt, quos magnorum Principum imperium extulit. Antiquiſſima illa tranſmitto de Aſſyriorum, Medorumque, ac ſubinde de Cyri Regis, Perſarumque regno, ac potiſſimum de Philippi Macedonis virtute, & Alexandri fortuna, quæ latiſſimum maximorum in armis Ducum ſeminarium ac theatrum extitere. Certè admirandarum illi virium equites, qui Paladinorum nomine in Gallia, & antiquiores fortiſſimi bellatores, qui in Anglia ex aula Pandragonis & Arturi prodierunt, vel maximo iis adminiculo ſunt, qui ad non imparem liberis civitatibus gloriam eos progredi poſſe ſtatuunt, qui unius imperio exoriuntur addicti. Quamvis etenim multa fictitia eorum facinoribus aſſuerint fabuloſi Scriptores, adhuc tamen non eſt inficiandum, eos nonniſi eximia virtute præſtantes cæteroqui viros ſuis carminibus exornandos ſuſcepiſſe: ad quem modum Herculem, Theſeum, Achillem, Æneam, & alios Heroes Poetæ veteres celebrarunt. Nec invalidum porrò argumentum elicitur à multiplici bello Hieroſolymitano, ex quo tot bellicarum laudum titulis conſignati faſtis Duces, velut ex equo Trojano prodierunt. Nam de eximiis illis exercituum Ductoribus, qui noſtra vel avorum noſtrorum memoria Regum ſuorum ad ſummam amplitudinem provexere faſces & dignitatem, reticere ſatius duxi, quàm eorum gloriam impari eloquio atterere. Vide Livium, ubi agit de Ducibus, quos Romana Reſpublica potuiſſet opponere Alexandro Magno, & apud Muretum Variar. Lect. lib. 13. cap. 14. præclara quædam ab Hippocrate diſputata ſuper quæſtione utrum Urbes liberæ fortiores viros educent ſervituti obnoxiis civitatibus.

13. Quæ de cognoſcenda tyronum patria, legendiſque ex optimo ſolo novis quaſi Martis germinibus diximus, neceſſaria illa quidem & utilia exiſtimamus; nec tamen proinde ita certum ex patria optimæ indolis bellicæ ſumitur argumentum, ut non oppidò ſit exploratius ſub quocumque demum cælo etiam deterioris notæ ingenia & imbelles animos progenerari. Celebrantur equi ex Hiſpania, vel Regno Neapolitano prognati, quæ tamen provinciæ degeneres etiam & vitioſos ferunt. Non continuò eximii præſtanteſque ſunt canes, quos Sparta, non apes, quas Sicilia producit: Fruges ipſæ & vel optimi ſoli arbores nos ſæpe decipiunt, quibus corrumpendis multa crebrò adveniunt agricolis incogitatò juxta illud Horatii l. 3. od. 1.

Non

Non verberatæ grandine vineæ,
Fundusque mendax, arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sydera, nunc hyemes iniquas.

Philoſophi etiam præſtantiſſimi ingenii in Græcia commemorantur, verùm ea regio ſuos etiam Margites habuit. Ad eundem modum ne te in latiſſimè fluente argumento diutiùs detineam, ſtrenuos ignavoſque vel probatiſſimæ regiones progignunt. Proinde optimum factu fuerit, ſi ad patrii cæli conſiderationem & examen ſuum etiam calculum atque ſuffragium adjungat Phyſiognonomia. Non aliter certe, ſi Jamblicho credimus, ſuorum ingenia atque indoles diſcipulorum ſciſcitari atque explorare ſolebat Pythagoras. Non aliter Indi de recèns ducendis uxoribus judicabant. Nec ſane temere Chryſis ancilla Circes dicit apud Petronium Satyric. *Nec auguria novi, nec mathematicorum cælum curare ſoleo: ex vultibus tamen hominum mores colligo.* Non id animadvertere prætermiſit Vegetius in milite deligendo, ubi ſcripſit: *Qui Delectum acturus eſt vehementer intendat, ut ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos eligat, qui implere valeant officium bellatoris.* Laudantur autem in tyronibus vividi acreſque oculi, crura non tam carnoſa, quàm in nervos muſculoſos collecta, pectus amplum, cervix erecta, humeri latiores. Eam dignnſcendi milites facultatem ex vultu & lineamentis inprimis calluit Cæſar authore Plutarcho. Quamobrem deſpiciendos cenſuit Antonium & Dolabellam: neque enim ut dicebat, pingues iſti crinitique ſunt magnopere pertimeſcendi. Contra verò ſuſpectum habuit Caſſium, utpote macie extenuatum & pallore ſuffuſum. Verùm de arte & peritia hominum propenſiones moreſque dignoſcendi ex colore atque habitu vultuum, ſcripſit multa eruditè Joannes Baptiſta Porta Phyſiognon. Noveris tamen, quæ ex Phyſiognonomia petuntur judicia ſæpe fallacia inveniri. Qnamobrem non eſt admodum fidendum facultati in conjectura poſitæ; ſed petenda aliunde firmiora adminicula ad delectum. Utrumne demum ex agris præſtet quàm ex Urbibus militem deligere & educere, examinamus prolixius alibi.

Delinaatio. Vide *Deformatio*.

Delphicus gladius. Proverbium ab inſtrumento militari ductum. Dicitur de re ad diverſos uſus accommodata. Delphicus enim gladius, ut refert Ariſtoteles, ad eum modum erat ſabrefactus, ut eodem Sacerdotes victimas mactarent, & lictores extremo ſupplicio reos afficerent.

Delphin, ſive Delphinus. Inter arma vel machinas navium recenſetur à Suida: *Delphinus bellicum eſt inſtrumentum pertinens ad pugnas navales.* Schefferus de Milit. Naval. lib. 2. cap. 5. exiſtimat fuiſſe maſſam ferri vel plumbi ponderoſi, in Delphini fortaſſis effigiem conformati, quæ ex antenna, vel potius malo navis, funibus rotuliſque religata, dejiciebatur cum impetu in hoſtica navigia ad eadem demergenda, vel perforanda. De navali boc inſtrumento militari ita ſcribit Scholiaſtes Ariſtophanis: *Delphinus ferreum eſt inſtrumentum aut plumbeum, in Delphini effigiem formatum. Hoc in Antenna mali prælium commiſſuri ſuſpendunt, dejiciuntque in navem hoſtilem, eamque ſubmergunt. Apparet ex Pherecrate in agris, quando dicit, Delphinus eſt plumbeus, quem geſtat antenna, hic perforat carinam, cum in navim incidit, navimque ſubmergit.*

Demolitio, onis. Cic. Sumitur frequenter in re Bellica pro everſione vel dejectione munitionum, & arcium. Id autem fieri ſolet dupliciter: primum ubi inter alias conditiones conciliatæ pacis illud etiam victis imperatur, ut oppida quædam vel Civitates munimentis denudent; nimirum ut è medio tollantur opportunitates, & offendicula, quæ iterum bellum exſuſcitare poſſint, pacatumque rerum ſtatum diſturbare. Hodie nihil frequentius cernimus, quàm eas arcium demoliendarum conditiones concordiæ paciſque ſarciendæ tractatibus apponi. Adumbratinnem ejus rei aliquam habemus apud Veteres in Carthagine. Hanc urbem cum Cato pro inexpiabili in eam odio delendam eſſe putaret; Scipio verò Naſica ſervandam arbitraretur, ne, ut inquit Florus lib. 2. cap. 15. *metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas urbis inciperet;* Senatus medium elegit, ut nimirum præmunita Civitas deleretur quidem, ſed alium in locum transferretur, ubi nec ſatis roboris in munimentis haberet, nec à maris proximitate opportunitatem nocendi: *nihil enim*, ut ſubdit præfatus Author, *ſpecioſiùs videbatur, quàm eſſe Carthaginem, quæ non timeretur.*

2. Sed frequentiſſimus Demolitionum uſus eſt flagrante bello in oppugnatoriis machinis. Id autem noſtra ætate longè facilius, quàm apud Veteres, præſtatur beneficio pulveris tormentarii. Iteratâ ſiquidem atque perpetuâ tormentorum quaſſatione perfringuntur facilè duriſſimi quique aggeres lapidei. Iidem etiam cuniculorum adminiculo, & incredibili impetu incluſi obſtrictique ignis in ſublime aguntur, diſtractis operum commiſſuris, & loricis cementitiis non una ex parte diſcerptis, & procumbentibus. Equidem Veteres minus commodè, & procul dubio laboriosius, licet majori fortaſſe ſolertia ſuas ad muros perfrigendos dejiciendoſque machinas adhibebant. Id autem conſequebantur multiplici ratione. Nam Teſtudines foſſorias admovebant primùm eruendis muris; in quibus Demolitores, ſive Foſſores incluſi, ligonibus, aliiſque inſtrumentis, ac præcipue terebra multifariam mœnia perforabant: ſtipabant deinde aridâ materiâ conſciſſuras illas ſive foramina, quibus applicitus poſtea ignis, præcluſo ſæviendi aditu ab exteriori margine, ut fermè accidit in noſtris cuniculis, vim tantam atque impetum concipiebat, ut diſſilire muros cogeret: adhibitis etiam urnis uſtoriis, de quibus vide ſuo loco. Rem totam accuratè exponit Hero de Machinis bellicis cap. 8. *Cum autem ordinatim ipſius muri frontes perforati fuerint, replentur foramina ab extrinſeca facie ad interiores partes non juxta totam craſſitiem, ſed juxta pedem tantum lignis ſiceis, ſciſſis, non quadrangulis (quòd ſecundum latitudinem ſibi invicem congruant) verùm quaſi rotundis, veluti palis craſſitiem habentibus baſim versùs ad plus trium digitorum, ad verticem autem anguſtioribus ad ſuſtentandum murum operationis tempore. Et ſi contingit, tædæ pali ſint: ſin minus, ligna ſicca pice, vel ſulphure trito unà cum liquida pice, ſive oleo peruncta, ubi ignis penetrans, ſurſumque converſus accendatur, haudque à denſitate ſuffocatus extinguatur. Cum autem cuncta foramina repleta fuerint ad pedem uſque, ſecundum profunditatem, quemadmodum dictum eſt, rurſus in eadem recta linea juxtà medium interjecta intervalla ordinatim ex*

æqua-

Digitized by Google

æquali verſus priora forentur: ipſa verò poſtrema foramina ad utramque partem abliquentur, ut ad priora poſteriorum conſoratio perveniat. Atque hæc etiam raſuris, vel fruſtis ligneis, aut iis, quæ runcina in levigatione tabularum abradantur, ſiccis ac facilè combuſtibilibus virgultis, ſive lignorum fragmentis impleantur: in quibus ignis operans, celerem efficit combuſtionem. Conſultò itaque pali ſuperficiem æqualem non habent, ſed majores inferius ſunt; ut ignem retinere, ſpiranteque vento accendi poſſint. Quod ſi ventorum tranquillitas in operationis tempore, ſeu lacs eſſet: calami introrſum omnino conforati commiſceantur (quales ii ſunt, quos ipſi venatores avium habere ſolent) quippe qui follibus fabrilibus ſufflentur. Nam ad quemlibet quiſpiam voluerit locum, folles ipſi transferuntur, ignemque accendunt, cum ferreum tubulum ante ignem habeant. Hoc verò genus dejectionis per combuſtionem præcipuè locum habet in muris lateritiis; qui, cum ſint molliores atque fungoſiores, inanes reddunt ictus arietum, ad quorum percuſſionem, & impetum commodiùs projiciuntur atque diſſiliunt muri lapidei; utpote quorum ipſa durities obſtando vim ferri adjuvat, efficitque ut majori edita ruinâ munitiones perfringantur. Aliud Demolitionis genus apud Antiquos erat per Arietem. Concutiebat ille muros, vel libere, & in aperto libratus, vel incluſus Teſtudinibus arietariis. Sed de hac machina videndum eſt ſeparatim. Balliſtis quoque impetebantur muri. Neque enim organa illa petraria adversùs confertos hoſtes ſolùm vim inferebant; verùm ab iiſdem muros, turreſque concuti conſueviſſe paſſim licet apud Scriptores diſcere, ut nos ubi de Balliſta agimus obſervare non prętermittimus. Vide apud Heronem c.6.7.& 8.figuras murorum, per combuſtionem, & terebram corruentium.

Demolitor Corvus, Vide *Corvus*.

Dendrophori. Qui fuerint in comitatu caſtrenſi addubitant ſane non pauci, & multa movent in irritum rei inveſtigandæ. Titulus eſt in Cod. Theodoſ. de Centonariis, & Dendrophoris, ubi ſtatuitur, *ut in quibuſcumque oppidis Dendrophori fuerint, centonariarum atque fabrorum corporibus adnectantur; quoniam hæc corpora frequentiâ hominum multiplicari oportet.* Rem aliis ignoratam, liquidam fecit Turnebus Adverſ.29. cap.16., ubi docet fuiſſe in caſtris Collegium Dendrophororum, qui materiam ad bellicas machinas adveherent. Junguntur fere illis centonarii, qui ſcilicet confarciebant centones, quibus obſeſſi utebantur adversùs arietem, & obſeſſores integebant vineas, ne ab oppidanis incenderentur. Dicti autem Dendrophori à ligno ferendo, vel arbore ex Græco, quoniam machinas, ut dixi, turreſque ligneas, atque adeo tabernacula militum conficerent. Alia eſt notio veterum Dendrophororum, qui in honorem Numinum ruſticorum, ac præſertim Silvani, exciſas à ſtirpe arbores humeris ferebant per urbem, quos Artemidorus lib.2. c. 42. ſcribit

Arboris exciſæ truncum portare per urbem.

Virgil. Georg. l. 1.

Et teneram ab radice ferens Silvane cupreſſum.

Et vetus Inſcript. *SILVANO DENDROPHORO*. De iiſdem meminit etiam Codex Theodoſianus Tit. de pag. & templ. l. 20. *Omniaque loca, quæ Frediani, quæ Dendrophori, quæ ſingula quæque nomina & profeſſiones gentilitiæ tenuerunt epulis vel ſumptibus deputata, fas eſt hoc errore ſubmoto compendia domus noſtræ ſublevare.* Virgilius Dendrophorum Polyphemum inducit, geſtantem ſcilicet pro baculo avulſam arborem:

Trunca manum pinus regit, & veſtigia firmat.

De ejuſmodi Dendrophoris vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. & Scholiaſten Ariſtophanis. Ex iiſdem porrò lymphatico more arbores & ramalia per urbes geſtantibus traxere originem Ruſtici Etruſci, qui prima menſis Maji nocte ramum ſolent defigere ad oſtia domorum, ubi eorum habitant puellæ amaſiæ: qui eam ob cauſam rami apud ipſos dicuntur Maji, & eorum linguâ tritum eſt populari ſermone proverbium: *Appiccare il Majo ad ogn'uſcio*, quod eſt undique occaſionem captare amoris conciliandi ſignificandique. Aloyſius Pulc. Morgant. 5.

A ogni caſa appiccchereſti il Majo,
Che come l'aſin fai del pentolajo.

Eodem Maji nomine apud Etruſcos dicitur arbor illa, quæ ineunte Majo ſtatui ſolet in foro ramis amputatis, & ſummo duntaxat frondente faſtigio; quam arborem ſevo inſuper vel ſapone imbutam conantur aſcendere plebeii homines, & fallente per lubricum veſtigio in terram devoluti turbæ affluenti creare delicias.

Depaciscor, eris. Paciſcor. Sunt qui *Depeciſcor* ſcribant; quemadmodum & *Depectus* pro *Depactus*, ut diſcrimen ſtatuant inter *Depango*, & *Depaciſcor*. Eſt autem depaciſci, pactione tranſigere. Depaciſci cum hoſte abſolutè dicitur. Cic. 2. de Invent. *Quidam Imperator cum ab hoſtibus circumſederetur, neque fugere ullo modo poſſet, depactus eſt cum eo, ut arma & impedimenta relinqueret, milites educeret.* Accuſativo jungit idem Cicero pro Roſcio Amerino. *Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt.* Etiam præpoſitione addita uſurpatur cum accuſativo. Cic. 5. Verr. *Neque ante dimiſſum, quàm ad conditiones ejus depactus eſt.* Ambiguus tamen is locus, cum poſſit non regi à verbo *depactus eſt* illud *ad conditiones ejus*. Cum ablativo copulat Terentius Phorm.1. *Jam depaciſci morte cupio.*

Depopulo, as. Populo. Collecta manu & quaſi populatim diripio. Hirtius de Bell.Hiſpan. *Agros, veſtramque provinciam veſtro impulſu depopulavit.* Sed uſitatiùs dicimus.

Depopulor, aris. Cic. 5. Verr. *Qui eum agros maximos ac feraciſſimos per Apronium, Verrem alterum, depopularentur.*

Depopulatio, onis. Direptio & vaſtatio armata manu, nec niſi de multis propriè dicitur. Cic. pro Front. *Provincia à Thracum populatione defenſa.*

Depopulator, oris. Vaſtator & direptor. Non collectivo duntaxat, verum ſingulari etiam dicitur nomine. Cic. pro domo ſua: *Depopulator fori, obſeſſor patriæ.*

Deprædor, aris, Depopulor, vi, & armis expolio. Unum eſt ex verbis non ita paucis, quæ recenſentur à Lexicariis ſine ulla Veterum authoritate. Id tibi ſemel aut iterum à me in hoc opere indicari ſatis fuerit, juxtà monitum traditum & explicatum in Titulo *Audentia*, ubi verba feci de nucto Linguæ Latinæ vocabulario à Patribus Societatis Jeſu Collegii Romani. Occurrit autem hoc verbum digeſt. lib. 47. Tit. 13. de Abigeis: *Abigei propriè habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur.* Adde Juſtin. l. 24. c. 6. *Macedoniæ agros deprædatur.*

Deprehensa, æ. Genus pœnæ militaris, & animadverſio in eos, qui in certo errore deprehenſi fuiſſent. Major autem fuit pœna caſtigatione, minor ignominia. Feſtus.

Deprœlior, aris. Prœllor. Horat. lib. 1. 9.

qui ſimul
Stravere ventos æquore fervido
Deprœliantes.

Depugno, as. Pngno. Liv. lib. 7. *Depugnatum haud quaquam certamine ambiguo eum Gallis.*

Depugnatio, onis. Veget. lib. 3. cap. 20. *Depugnationum ſeptem ſunt genera vel modi cum inſeſta ex utraquc parte ſigna confligunt.*

Desertores, Qui locum, ſtationem, præſidium deſerunt, vel à ſignis receduot injuſſu Imperatoris, nulloque genere honeſtæ miſſionis excuſati. Modeſtin. de re milit. *Deſertor eſt qui per prolixum tempus evagatus reducitur.* Cæſar 6. Bell. Gall. *Qui ex iis ſecuti non ſunt in Deſertorum ae Proditorum numero dueuntur.* Virgil. 11.

Aut bae Dardonium dextra ſub tartara mittam
Deſertorem Aſiæ.

In quem locum mihi Servlus mirè frigeſcit, ubi ita ſcribit: *Deſertorem Aſiæ, ut,*

Exulibuſne datur ducenda Lavinia Teucris.

Impendio quippe alienum eſt, & ab ejus loci ſententia, & à divini vatis ingenio, ut deſertor ibi pro exule tantùm accipiatur, quo nihil poteſt eſſe remiſſius,& languidius: præſertim cum ibi verba faciat Turnus conviciator, & criminator armatus, ſuamque in Æneam amariſſimam mordacitatem vel maxime expromens. Neque obſtat quidquam adductus verſiculus de Trojanis exulibus: quis enim ita ſit ſtupidus, ut nequaquam videat, non continuò ad id, quod ſemel de Ænea, & Trojanis dictum eſt, reliqua etiam violenter, & obtorto collo eſſe revocanda? Itaque deſertor ibi eſt verè deſertor, & proditor; exprobratque Æneæ Turnus patriam in extremo periculo derelictam, terga verſa natali ſolo, fugamque ab Ilio deſidem, & ignavam.

2. Locus eſt apud Lampridium in Commodo de bello deſertorum: *Et ante bellum deſertorum Cœlum arſit.* Excitaverat bellum illnd Maternus militiæ deſertor: idem ab Herodiano latè deſcribitur. Ejuſdem præterea meminit Spartianus in Peſcennio Nigro: *Peſcennius Severo, eo tempore, quo Lugdunenſem provinciam regebat, amiciſſimus fuit: nam ipſe miſſus erat ad comprehendendos deſertores, qui innumeri Gallias tune vexabant.* Cæſarem mitiſſimi cæteroquin ingenii Imperatorem, vindicem acerrimum conſtat fuiſſe in deſertores. Svetonius in ejus vita cap. 67. *Delicta neque obſervabat omnia neque pro modo exſequebatur: ſed deſertorum, ac ſeditioſorum, & inquiſitor, & punitor acerrimus, connivebat in cæteris.*

3. Neque verò ſolum qui belli tempore abeſſent à ſignis deſertores ſunt habiti; verum etiam qui longinquiùs ſecederent, quàm unde ſignorum cantns audiri poſſet; cujus rei teſtis eſt Appianus de Bell. Punic. Præterea qui militiam, & dare nomina detrectabant nulla impediti legitima honeſtaque cauſa, lege caſtrenſi, pro deſertoribus accipiebantur. Quod verò attinet de pœnis adversùs deſertores militari jure ſtabilitis, vide primùm Titul. *Pœnæ militares*: obſervandum etiam non unum diſcrimen, quod inter deſertores poteſt intercedere. Equidem qui in pace deſerebant; ſi equites eſſent, gradu pellebantur; ſi verò pedites, militiam mutabant. Idem verò crimen in caſtris capite puniebatur. Habita ratio eorum eſt, qui ſoli nec aſſociati deliquiſſent; aut qui authores reliquis deficiendi non fuerint; ſpectata item anteactæ vitæ fides atque ſtrenuitas, item dignitas ordinis militaris vel præfecturæ, gradus militiæ, & generis claritas. Juxta præfatam graduum rerumqne diſtinctionem, diverſi generis deſertoribus diverſa ſunt irrogata ſupplicia. Plutarchus in Ageſilao ſcribit, Spartanos deſertores rejectos primùm ab omni bellico Magiſtratu; tum verò ad matrimonia noo admiſſos. Itaque ſqualidi abjectique, & barba partim corraſa, palliiſque ex panniculis coloris diverſi conſutis, circuibant miſerè civitatem, fœdiſſimamque obviis conditionis ſuæ imaginem ingerebant. Apud Romanos certè inevitabile fere ſuit deſertorum ſupplicinm, mors obita gladio vel ſecuri. Polibius lib. 1. *Mors pœna eſt iis, qui in bello locum, in quo conſtituti ſunt, reliquerint, aut aliquo modo è caſtris fugerint.* Quamobrem legimus apnd Svetonium in Auguſto, non manipulares modo, verùm etiam Centuriones deſerta ſtatione, capitali animadverſione punitos. Vide ejuſmodi ſupplicii militaris exempla alia apud Tiraquell. in Cqmment. ad Alexand. ab Alexaod. Genial. dier. l. 2. cap. 13.

4. Homerus in Iliade Achillem loducit vehementi irâ commotum adverſus Agamemnonem Ducem Græcorum, tum propter Chryſeida, cujus ad Apollinis Sacerdotem tranſmittendæ author fuerat, tum propter Briſeida, quam ſibi prædam ex Trojanorum manubiis ademturum ſeſe Græcus Imperator fuerat iotermlnatus; atque iis porrò de cauſis heroem indignantem oppugnationem Ilii deſerere comminiſcitur. Is porro, ubi ad extremum caſum res Græcorum reciderant, revocatur ad urbis oppugnationem. Pulcherrimum hoc figmentum, quo heros præcipuus ab acie abſcinditur ac divellitur, ad eandem iterum revocandus ut ſupremam bellicæ expeditloni manum imponat, arripuerunt avidè oon pauci magni nominis Poetæ præſertim Italici. Quæſieris autem utrum Achilles, atque conſimiles bellatores alii, ſponte diſcedentes à ſignis & aliò tranſmigrantes, deſertores fuerint, deformique transfugarum notà exiſtimationem ſuam, nomenque polluerint. Reſpondco aliquâ fortaſſe criminis parte in illo à caſtris diſceſſu eorum Ducum aliquos non vacaſſe; minimè verò deſertorum maculam ſubiiſſe. Ut enim omittam, voluntarios eos extitiſſe bellatores; nec ſacramento, aut ſtipendio obæratos ſuis Imperatoribus, liberare etiam videtur eoſdem ab hujuſce ſuſpicione criminis enunciatio palam jactata diſceſſionis ſuæ, & ipſis quidem Ducibus ejuſdem conſciis. Iterum eoſdem abſolvit eorundem Imperatorum conſilium de iiſdem revocandis, quod cum ſingulari benevoleotiæ teſtificatione, & præſtanti munerum largitate ſactitatum eſt. Id autem oſtendam prolatis Poetarum locis, ubi ejus generis bellatores ſponte abſcedunt, ac revocati laudantur. Et de Achillis quidem diſceſſu hæc habet Homerus Iliad. lib. 1.

Talibus huic contra reſpondit rex Agamemnon:
Quod ſi tanta fugæ te cœpit, Achille, cupido,
Tolle moras, ac te fugitivum trade marinis
Fluctibus, haud ego te ſupplex me propter inertem
Orabo ut maneas. Alii ſunt denique mecum

Argolici proceres, per quos dignabor honore,
Præcipuè Superùm rector Saturnia proles.

Idem Achilles poſtmodum redux ſic affatur ducem Agamemnonem.

tum ſurgit Achilles,
Et ſtans, Rex Atrida (inquit) quo tempore nobis
Incidit ira Deûm, quo nos diſcordia vecors
Diſiunxit, quàm tunc ſatius meliuſque fuiſſet
Omnibus his, nobiſque etiam, ſi Diva puellam
Illam quæ nobis inſani cauſa furoris
Irarumque fuit, volucri Diana ſagitta
Fixiſſet.

Reſponſum autem ab Agamemnone retulit per hæc verba:

Sed mihi magnanimo nunc eſt & geſtit Achilli
Reſpondere animus, mea dicta attendite Graii;
Sæpius his mecum proceres de rebus Achivos
Certantes memini quorum tamen ipſe nec author
Et neque cauſa fui: ſed Juppiter, & grave fatum
Et furor in tenebris habitantis Erynnios atræ,
Hi mihi perſuaſere nefas, cæcumque furorem,
Quando ego præripui Bryſeida ſtultus Achilli
Formoſam. Sed quid facerem? Deus omnia nutu
Dirigit æterno: Jovis eſt facienda voluntas.

Homerum ſplendide imitatus eſt Aloyſius Alamanni io *Avarchide*, quod eſt Etruſcum Poema prænobile, quo canit à Britannis, Rege Arturo, obleſſum Avaricum, oppidum provinciæ Bituricenſis in Gallia, *Bourges*. Inducit autem Lancillotum propter diſturbatas nuptias cum Claudiana recedentem cum indignatione à Britannorum caſtris; revocatum verò poſtea, conclamata fere oppugnatione ejuſdem Avarici. Sic autem Alamannus de profectione Lancillotti:

Laſciatemi pur voi povero e ſolo,
Con l'arme, e coi penſier ch'io porto in ſeno,
Che s'io non potrò far troppo alto volo,
Nella mia libertà ſtarommi almeno:
E poiche quanto più v'adoro e colo,
Tanto ſon più ſchernito da Gaveno,
E meno il mio ſervir ſempre v'agrada,
Non intendo per voi cinger più ſpada.
Coſa che ſenza colpa io poſſo fare,
Non eſſendo tenuto a giuromenta
Nè di cavalleria, nè d'oltro affare:
Che d'ogni nodo libero mi ſento.

In reditu autem ejuſdem Lancillotti ita loquitur.

Hor nel coſpetto lor l'alto Guerriero,
Poiche baciato havea la Regia mano,
Così dicea; Gran Rè, di cui l'Impero
Hà di gloria ripien preſſo e lontano
Il terren Gallo, il Betico, e l'Ibero,
Il nobil ſeno Italico, e 'l Germono;
Eccovi il traviato Lancilloto,
Ch' al ſuo dritto cammino è ricondotto:
Onde i poſſi torcea, non per orgoglio,
Mà menato (credea) da giuſto ſdegno;
Nè per tema maggior di quel, ch'io ſoglio,
Al gran Seggio Reale humile vegno,
Mà perche tardi homai troppo mi doglio
(Che del pio core human paſſato hò il ſegno)
Di laſſar tanta ſtuol laſſo perire,
E ſi honorati Duci a morte gire.

Et pauld poſt.

E però tutto humile a voi ritorno
Ogni ſdegno primier poſto in oblio,
Pregando, ch'a voi piaccia in tal ſoggiorno
Prender trà i peggior voſtri il brando mio.

Ad idem exemplum Georgius Triſſinus in Etruſco item admirandoque poemate, *Italia Liberata*, in quo Homeri perpetuum imitatorem agit feciliter, omniſque antiqui optimique moris cultorem accuratiſſimum, comminiſcitur, procul a ſignis & Duce Belliſſario exilium capeſſere Corſamontem, graviſſimè indignantem impediri ſibi Elpidiæ nuptias à rivali Aquilino: quem pariter ad ſigna ille poſtmodum revocat, rebus arctis magnanimi Ducis neceſſitatem facientibus. Hæc autem habet Triſſinus in digreſſione Corſamontis:

Queſto diſs'egli; e Corſamente a lui.
A che debbio ridir quel, che m'offende,
Se t'è paleſe, e ſe vedeſti il tutto?
Mà ſe ti cal di me, come ſon certo,
Monta a cavallo, e dipartianci inſieme
Da queſta gente perfida, e ingrata,
Che harà biſogno anchor del noſtro ajuto,
Quando da i Gotti fia cacciata, e vinta;
Alhor mi cercheran ne i lor ſermoni,
Dannando ſeco la vergogna, e l'onta,
Che mi fan ora, e chiameranmi indarno.

Ubi verò in caſtra remigrat hæc habet.

Illuſtre Capitanio de le genti,
Ben conoſch'io, che ſaria ſtato il meglio
Non eſſer nata la diſcordia noſtra;
Ma poi, ch'è morto quel che ne fu cauſa,
Del cui morir però molto mi duole,
Ch'egli era un huom di ſmiſurato ardire,
E di forza moggiore aſſai che ſenno,
Hor ch'egli è morto, e quella donna è preſa,
Per cui ſon ſtati queſti acerbi mali,
Depongo l'ira, e vengo a ſottopormi
Al voſtro excellentiſſimo governo.

Cui in hanc ſententiam Belliſſarius reſpondet:

Io dirò Corſamonte quel, che hò detta
Più volte a queſti cari miei fratelli.
Non sì può mai fuggir quel, ch'el ciel vuole,
Ne per conſilio human, ne per fatiche,
Ch'indi dipendon l'opre de i mortali;
Il Ciel fu quello, il Ciel, che coſi volſe,
Ch'io vi privaſſi di sì cara donna,
Contra la buona mia primiera voglia;
Ch' alhor certo penſai dentro 'l mio petto
Di voler darvi Elpidia per mogliera,
E volea ſol, che s'induggiaſſe alquanto,
Ma non sò come il Ciel privommi in tutta
Di quel fermo voler, ch'avea nel cuore.

Poſtremo ex eodem fonte conſtat bibiſſe Torquatum Taſſum in poemate Italico, *il Gofredo*, ubi procul à ſignis Gotefridi Supremi Ducis removet Rinaldum, frementem ſcilicet quæri ſe ad anguſtias fœdi carceris poſt interemptum Gernandum: revocatur autem ille poſtea ad excantatum oemus cædendum. Et de ejus quidem profectione ita ſcribit Torquatus:

A i lor conſigli la ſdegnoſa mente
De l'audace Garzon ſi volge, e piega:
Tal ch'egli di partirſi immantinente
Fuor di quell'hoſte a i fidi ſuoi non nega.

In hanc verò formam pudibundus Ducem alloquitur in ſuo reditu.

Giunto Rinoldo, ove Goffredo è ſorto
Ad incontrarla, incominciò. Signore,
A vendicarmi del Guerrier ch'è morto
Cura mi ſpinſe di geloſo honore:
E s'io n'offeſi te; ben diſconforto
Ne ſentii poſcia, e penitenza al core.

Hor

Hor vegno à tuoi richiami : e ogni emenda
Son pronto a far , che grato a te mi renda .
A lui ch'umil gli s'inchinò , le braccia
Steſe al collo Goffredo , e gli riſpoſe .
Ogni triſta memoria homai ſi taccia :
E ponganſi in oblio l'andate coſe .
E per emenda io vorrò ſol , che faccia ,
Quai per uſo fareſti , opre famoſe :
Che 'n danno de' nemici , e 'n prò de noſtri
Vincer convienti de la ſelva i moſtri .

5. De pœnis Deſertorum navalium hæc habet Demoſthenes in Oratione de Corona : *Miror ego, cum nautas Deſertores iſti & vinciant , & plagis afficiant , cur Trierarchas , qui claſſem deſerunt , non eodem modo tractetis .* Poſteriorum etiam temporum exemplum aliud legimus apud Cedrenum , ubi ita ſcribit de Narſete præfecto claſſis contra Agarenos : *Imperator dicto citius Deſertores iſtos conquiſivit , ac reliquorum terrendorum cauſa ſimulavit , ſe eos ſuppliciis afficere . Triginta quippe de captivis , qui in prætorio aſſervabantur Saracenis , faciem fuligine oblitos in circum produci , ibique flagris ignominioſè cæſos in Peloponneſum emitti , tanquam ii fugæ authores reliquis fuiſſent , atque iſthic unde profugiſſent , interfici juſſit . Ergo Deſertorum loco in palos ſuffixis in Peloponneſo triginta iſtis Saracenis , Romanos claſſiarios omnes ingens metus inceſſit, omnique mollitie excuſſa ultrò Ducem orabant , ut ſe in hoſtes duceret .*

DESSIGNATORES DIVERSORIORUM. Sic hodie nuncupatos video qui militaribus tentoriis locum capiunt & diſtribuunt : *Quartier Maſtro* . Apud Veteres Deſignatores appellabantur , qui funebri pompæ conſtituendæ præerant , ſuum cuique incedendi locum præſcribentes. Cic.ad Attic. lib.4. *Deſertus à ſuis vix jam decimum Deſignatorem , vix Gellium retinet .* Vide *Menſores* .

DESOLO , as . Eſt propriè ſolum relinquere , & vaſtitatem inducere. Virgil. 11.

ingentes & deſolavimus agros .

Ubi autem ibidem dixit :

Diſiectique Duces , deſolatique manipli ,

Manipulos intelligit non tam militares ordines , quàm ſigna ipſa militaria deſerta .

DESPERATIO. Nullum telum deſperatione militum terribilius , & magis cavendum . Eſt autem deſperatio , ut illam definit Tullius lib. 4. Tuſcul. Quæſt. *Ægritudo ſine ulla rerum expectatione meliorum .* Nuſquam non occurrunt experimenta quibus docemur immenſas quaſdam vires habere incenſam deſperatamque iracundiam . Aoimo oimirum tunc in præceps acto , cœcique furoris impetu rationi ac melioribus conſiliis quandam veluti nebulam obtendente , homo , qui cæteroqui animal eſt ferociſſimum , ſe toto utitur . Mirum enim quantum noſtras vires attenuat reputatio periculi , & ſuperſtes timori locus . Eo proinde veluti freno excuſſo , impos ſui animus , in re arcta ſubitaque ad extrema convolat , nihilque faciens reliquum , virium ſuarum nativum robur ingeminat , & ferarum more carceribus clathriſque perruptis inſoleſcit . Veriſſimum plane illud Curtii lib.5. *Undique ergo Macedonum armis fulgentibus , ancipiti malo oppreſſi , memorabile tamen prælium edunt . Ut opinor , ignaviam quoque neceſſitas acuit , & ſæpe deſperatio ſpei cauſa eſt .* Eam ob cauſam prudentiſſimum fuit conſilium Julii Severi apud Dionem lib. 69. *Hic nulla ex parte auſus eſt cum hoſtibus apertè congredi , multitudine ipſorum atque deſperatione cognita .* Perpulchrè etiam Arator lib. 2. Hiſtor Apoſt.

labor ultimus omnia ſecum
Si deſperet , habet : ſola eſt via vincere victis ,
Formidare nihil .

Ipſa nimirum deſperatio timidos efferat , & mirifice virtutem extimulat ad hoſtes comprimendos ; ut oihil plane ſit formidandum magis à ſagaci expertoque copiarum moderatore , quàm extremæ hoſtium anguſtiæ , vitæque contemptus . Hinc ſolertiſſimè, ut ſolet, Tacitus Hiſt. 3. *Antonius docuit eſſe adhuc Vitellio vires , ambiguas ſi deliberarent , acres ſi deſperaſſent .* Ut enim ſcribit Heliodorus lib. 2. ſagaciſſima eſt conſiliorum ioventrix atque magiſtra neceſſitas . Non rarò ſiquidem contigit ut ſumma pericula virtuti militari quaſi pro cote deſervireot , & mirificè exacuerentur animi , & ad ardua quæque pertentanda incaleſcerent , quos antea fortuoa deterior planè proſtraverat. Innuit id non obſcure Virgilius lib.2.Æneid. memorabili effato :

Una ſalus victis nullam ſperare ſalutem .

quod prius mutata locutione ſic dixerat :

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Rem compertiſſimam multiſque vulgatam experimentis, ſuis copioſè teſtimooiis Scriptores optimi nobilitarunt . Juſtinus lib. 20. de Locrenſibus : *Nec alia cauſa victoriæ fuit , quàm quòd deſperaverunt .* Apud Vegetium etiam lib.3. cap.21. legimus : *Clauſis ex deſperatione creſcit audacia , & cum ſpei nihil eſt , ſumit arma formido . Libenter cupit commori qui ſine dubio ſcit ſe moriturum .* Et iterum ibidem : *Cæterum clauſi licet exigui numero & infirmi robore , hoc ipſo tamen ſunt hoſtibus pares , quia deſperantes ſciunt aliud ſibi licere non poſſe .* Adducit porrò collaudatque ſenteotiam Scipionis , qua profatus eſt viam hoſtibus ad fugiendum non relinquendam ſolùm eſſe , verùm etiam muniendam . Cui ſententiæ ſimile eſt quod pronunciatum legimus à Carolo V. Cæſare : *Hoſti fugienti pontem aureum eſſe ſternendum .* Idcircò Themiſtocles nihil magis ſe pertimeſcere affirmabat , ut narrat Juſtinus lib. 2. , quàm ne ioterclusi hoſtes deſperationem in virtutem verterent . Pyrrhus etiam Epirotarum Rex illud ſolebat crebris uſurpare ſermonibus , ut ſcribit Frontinus lib. 2. non eſſe pertinaciùs inſiſtendum hoſti , ne exaſperatus neceſſitate , fortiùs obſiſtat . Scitu porrò dignum eſt, quod Saluſtius de bello Jugurtino memorat de Sylla , qui ſuos alloquens ab hoſtibus undique obſeptos , tutiores illos fore dixit , quo vitæ ſuæ minorem curam ducerent , ſortiſſimoſque , ſi deſperaſſent . Veriſſimum nimirum eſt illud Senecæ Natural. lib. 2. cap. 59. , nullum eſſe perniciosiorem hoſtem , quàm quem audacem anguſtiæ faciunt . Glorioſiſſimum verò illud Silii Ducis apud Tacitum 11. Annal. , qui periculorum remedium optimum pericula ipſa ducebat . Non parcam huic ordini accenſere quod Vellejus lib.2. elegantiſſime ſcripſit de militibus Q. Metelli pulcherrima victoria potitis auctiſque poſt diuturnam hoſtis gravemque formidinem : *Tantum effecit mixtus timori pudor , ſpeſque deſperatione quæſita .* Hinc graves illæ ſententiæ apud Senecam primùm in Theb.

unica Oedipo eſt ſalus ,
Non eſſe ſalvum .

Digitized by Google

Et iterùm in Med.

Qui nil poteſt ſperare, deſperet nihil.

Nam quod Petrarcha dixit Sonet. 201.

E l'alma diſperando hà preſo ardire,

ab Horatio videtur deſumptum, ubi ita loquitur de Cleopatra:

Deliberata morte ferocior.

Et quod iterum Petrarcha cecinit capit. 6.

E per diſperation fatta ſicura,

tractum apparet à veriſſima Latini Pacati ſententia, ubi de proxime afficiendis extremo ſupplicio loquitur: *Magno quidem fateor pectoribus humanis, atque adeo maximo lux amori, interitus horrori eſt; ſed quatenus aut illa optari poteſt, aut iſte vitari. At ſi ultima ſupra caput ſteterit hora, & veniet dies nunquam reverſurus, ac ſe confeſſa mors fuerit, non timentur extrema, cum certa ſunt. Hinc reorum uſque ad damnationem metus, poſtea attonitus ſtupor, & ex deſperatione ſecuritas, & ad locum ſupplicii voluntaria carnifice non trahente properatio.* Cæterum nihil expreſſiùs ponit ob oculos, quanta audere & perpetrare deſperatio poſſit, quàm uſus ſtratagematum fraudumque bellicarum, ad quas excogitandas ſolertiſſimi Imperatores exciti ſunt à rerum anguſtiis, ſtatuque rerum trepido & periculoſo. Illud atrox & metuendum habet deſperatio, ut omnia convertat in inſtrumenta furoris ſui, & deridendia cæteroqui armis jaculiſque magna cum ſtrage graſſetur. Enimvero tunc, quemadmodum ſcribit Virgil. lib. 7.

quod cuique repertum
Rimanti telum ira facit.

Et lib. 1. Æneid.

Jamque faces & ſaxa volant: furor arma miniſtrat.

Expreſſit id Claudianus Epigrammate peculiari:

In jaculum, quodcumque gerit, dementia mutat.
Omnibus armatur rabies pro cuſpide ferri.
Cuncta volant dum dextra ferox in vulnera ſævit.
Pro telo geritur quidquid ſuggeſſerit ira.

Tam acrem verò tantamque vim deſperationis eſſe ſcientiſſimi quique Imperatores intellexerunt, ut ex compoſito diditâque operâ naves dimitterent, vel caſtra dirui juberent, ut exuti milites fiduciâ tuti receſſus acriùs obſtinatiuſque prœlium continuarent. Et de dimiſſa quidem claſſe exemplum habemus apud Appianum de Bell. Hiſpan. in Catone Romanorum Duce, qui exſcenſione facta in Hiſpaniam continuò naves omnes Maſſiliam miſit: *Per aliquot dies militem ſuum in exercitatione continuit, cumque pugnam committere cogitaret, naves, quas ſecum habebat Maſſiliam miſit, ne alii conſervari niſi victores poſſent.* De caſtris verò dirutis & aggeribus complanatis ante committendum certamen exemplum habemus apud eundem Appianum de Bell. Civil. lib. 2. in Cæſare adversùs Pompejum pugnam commiſſuro: ſic autem ibidem Cæſar loquitur: *Ante omnia, ut ſciam vos pollicitorum memores, aut mortem optare, aut victoriam, exituri vallum convellite, foſſaſque complete aggere, ut nihil vobis reliquum faciamus præter victoriam, & hoſtes videndo nos carere caſtris, neceſſario ſuis uſuros intelligant.* Neque porrò dubium eſt, non poſtremum obtinere locum inter technas & fraudes militares ſimulatam deſperationem. Veget. lib. 4. cap. 26. *Frequenter dolum excogitant obſidentes, ac ſimulata deſperatione longiùs abeunt: ſed ubi poſt metum, murorum vigiliis derelictis, requievit incauta ſecuritas, tenebrarum ac noctis occaſione captata, cum ſcalis clanculum veniunt, muroſque conſcendunt.* Commemorata felicitatis exempla in deſperantibus in præſenti fortuna nihil obſtant, quominus longe frequentius exitio ſibi fuerint deſperantes. Teſtatum id reliquerunt geminæ magnique ob eam cauſam nominis in Hiſpania civitates, Numantia & Saguntus. Et Numantini quidem poſtquam diuturnæ obſidionis labores & tædia defatigati toleraſſent, cum Publii Scipionis Africani vehemens indignatio intolerabiles pacis conditiones præſcriberet, ad unum trucidari & pro patria fortiter extremum diem claudere ſatius duxerunt. Saguntini verò poſtquam Carthaginienſium oppugnatio arctiùs procedebat, & pollicita à Romanis auxilia in dies vaneſcerent, ſe, ſuoſque cum omni pretioſiore ſupellectile & ornatu domeſtico conjecerunt in flagrantem pyram, quam in foro conſtruxerant.

Destina, æ. Trabs dicitur firmior ad modum columnæ. Vox eſt deſita. Fit ab antiquo verbo *Stano* vel *Stino*, quod erat *ſto*, ex quo habemus verbum *deſtina*, quod eſt *figo* & *determino*. Non Lucilius ſolùm Deſtinæ meminit; verum etiam Arnobius lib. 2., ubi Atlantem cœli tibicinem & Deſtinam appellat.

Desultores. Qui ex uno in alium equum, nullis tamen inſtructum ephippiis, mira, ut docti ſunt, pernicitate tranſiliunt. Varro 2. de Re Ruſtic. cap. 7. *Aliter quadrigarius, ac deſultor.* In Ludis Circenſibus, bigis vel quadrigis ad metam dirigentibus curſum, præcurrere ſolebat equus, cui eques inſidens incitabat aurigas, palmam manu, vel coronam efferens demonſtranſque, ut videre eſt frequentiſſimè in Veterum nummis, & deformationibus Circi Maximi. Præcurrentes illos equos Deſultorios dicebant, ipſos verò equites Deſultores. Livius de Deſultore lib. 44. *Semel quadrigis, ſemel Deſultore miſſo.* Redeo ad Deſultores equites, qui facili ſaltu equos permutant, in eoſque ſubinde inſiliunt expeditiùs pugnaturi. In hoc genere pollent mirificè Barbari, qui perniciſſimis utuntur equis, & ex feſſo in recentem armati tranſcendunt. Excelluerunt verò Numidæ, ut refert Strabo lib. 17. & Livius 3. Dec. lib. 3. per hæc verba: *Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus Deſultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam, in recentem equum ex feſſo tranſultare moris erat. Tanta velocitas ipſis, tamque docile equorum genus eſt.* Idem pugnandi genus viguit apud Indos teſte Herodoto lib. 7., alioſque Barbaros, de quibus ſic loquitur Ælianus: *Valet hoc inſtruendi genus potiſſimùm contra Barbaros, qui loca amni Iſtro vicina incolunt, quos amphippos cognominant, à mutatione equorum, ex aliis enim equis in alios tranſilire conſueverunt.* Manilius lib. 5. Aſtronom. de Deſultoribus:

Nec non alterno deſultor ſidere dorſo
Quadrupedũ & ſtabiles poterit defigere plantas,
Per quos vadit equos, ludet per terga volantum,
Aut ſolo vectatur equo, nunc arma movebit:
Nunc licet in longo per curſus præmia Circo,
Quidquid de tali ſtudio formatur, habebit.

Propertius de Deſultore l. 4. 2.

Eſt etiam aurigæ ſpecies Vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Ex

Ex quibus verbis novam habes etymologiam & indicatioaem Vertumni Dei, nimirum à vertendis & immutandis equis. Poſtremò obſerva tam ſingulari peritia præditos quoſdam fuiſſe Deſultores, ut non ſolum binos, ſed quaternos etiam atque adeo ſenos eqnos tranſilirent. Certè de quaternis tranſcenſis mentio eſt apud Homerum, atque apud Florum de quodam Teutobocho. Vide plura de Deſultoribus apud Dempſterum Paralipp. in Roſin. Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 24. Ex prænarrato more deſultoriè militandi, per translationem eodem vocabulo utimur, ubi levem & incoſtantem notare volumus: hinc ſtylum & ſcientiam deſultoriam dixit Apulejus.

Desultorii equi. Notione ſuperiùs explicata in voce *Deſultores*, ii dicuntur, in quos Deſultores tranſiliunt. Memorantur à Cicerone pro Murena: *Qui neſcio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Conſularem, quaſi Deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere.* Ubi comparat virum prætorium candidatum ad Conſulis dignitatem, cum equo Deſultorio, qui poſtquam præclare ſuum munus ſingularis obiit, bigis, vel quadrigis jungitur in ludo Circenſi. Ex quo conſtat equos Deſultorios non tanti fuiſſe pretii atque virtutis, quanti erant bijugi, vel quadrijugi. Meminit etiam Deſultoriorum Svetonius in Cæſare: *Circenſibus ſpatia Circi ab utraque parte producto, & in gyrum Euripa addita, quadrigas, bigaſque, & equos Deſultorias agitaverunt nobiliſſimi juvenes.* Et Caſſiodorus lib. 3. Epiſt. *Biga quaſi lunæ, quadriga ſolis reperta eſt, & equi Deſultorii, per quos Circenſium miniſtri, miſſos denuntiant exituros, Luciferi præcurſorias velocitates imitantur.* Iidem equi dicuntur apud aliquos ſingulares, quoniam non jugati junctique currui, ſed ſoli in ludum vel aciem progrediuntur. Vide de Deſultoriis Salmaſium ad Vopiſcum in Carino, & apud nos *Deſultores*, & *Amphippi*.

Desultorius, a, um. Martianus Capella fortunæ levitatem Deſultoriam dixit.

Desultura, æ. Actus deſiliendi ex equo. Plaut. Milit. 2. 3. *Ego iſtam inſulturam & Deſulturam nihil hic moror.*

Detendo, is. Cæſar lib. 3. Bell. Civil. *Signo profectionis dato, tabernaculiſque detenſis.* Detendere hic planè ſtupidè pro extendere exponunt, qui auctiorem Calepinum ediderunt. Similiter explicant locum Livii lib. 1. Dec. 5. *Nautici detendunt tabernacula.* Utrobique detendere eſt evellere, refigere tabernacula, Italicè *Diloggiare*, & vulgo *Sloggiare*, *Stendare*. Non illis verba Livii impoſuiſſent, ſi integrum legiſſent retuliſſentque locum, non mutilatum. Hæc Livii ſunt verba: *Terra, marique trepidatur. Nautici detendunt tabernacula, commeatumque in littore expoſitum in naves rapiunt.* Notum eſt, particulam *de* augere quandoque ſenſum, ut in *Detexo*, *detergo*, & aliis. Sed eadem ſæpius ad contrarium ſententiam rapit, ut in *Dediſco*, *depleo*, *dehoneſto*, *deſpero*, & ſimilibus. In horum claſſe locum habet *Detendo*. Idem eſt obſervandum in conſimili adiectione *e*, quæ interdum ferè otioſa eſt, nec in adverſum, vel aliò ſignificationem trahit, ut in verbis *enumero*, *enuntio*, *enudo*, *eneco*. Quandoque autem in adverſam ſententiam ducit originarium verbum, ut in verbo *Enado*, *Enata*, & aliis. Hujuſmodi eſt verbum *Enitor*, quod ſæpè pro ſimplici ſumitur *nitor*, vel *conor*. Saluſt. in Jugurta: *Ab adoleſcentia ita ſe enixum, ut ab optimo quoque probaretur.* Interdum verò eſt conatum vel laborem ſuperare, & præcipuum habet locum in partu mulierum; eſt enim eniti, edito partu, parturientium laborem & conatum ſuperare. Verùm quò dices iſthæc frivola, & grammatiſtis reliquenda? Nimirum, ut Famianum noſtrum vindicem à ſugillatione Scioppii in propudioſiſſimo libello, quem ipſe quidem putavit inſcripſitque Famiani, optimus verò quiſque lector ipſius Scioppii putat Infamiam. Legerat hic apud præfatum Hiſtoricum: *Emendicantium Ordinum Religioſi.* Et prægeſtiens, ut aſſolet, tanquam deprehenſo in fiſcella Erichtonio: *Non intellexit*, ſcripſit, *Famianus tantundem inter mendicare, & emendicare, quantum inter arare & exorare, blandiri, & eblandiri, palpari, & expalpari, intereſſe.* Quibus præjactis Thraſonico per ſex paginas egreſſu, adversùs Jeſuitas in Aulis Principum non ſolum palpantes, verum etiam expalpantes, Baſilicè, & quod eſt magis timendum, Scioppiacè excurrit. Laborem ſibi illum tot conferciendi paginas, longum verò tædium ſtomachumque lectori poterat compendifacere, ſi *Emendicare* etiam pro *mendicare* probè latinum verbum eſſe didiciſſet à Svetonio in Aug. cap. 9. *Stipem quotannis die certo emendicabat à populo.* Idem de Auguſto tradit Dio lib. 54. per hæc verba ex latina ejus loci redditione: *Audivi etiam eum ex oracula quodam, aut ſomnio, quotannis certa die argenti nonnihil ab iis, qui fortè in eum incidiſſent, quaſi emendicantem accepiſſe.* Scio omnes ferè Lexicographos verbum *Emendica* de iis exponere, qui mendicantium more, aliquid petunt. Verùm adducta ab iiſdem teſtimonia prorsùs contrarium evincunt, indicantque non eum, qui petit, ut mendici faciunt; ſed eum potiùs, qui petendo, ſeu mendicando aliquid obtinet. Verùm hoc unicum fuerit ex innumeris exemplis, quibus imperiti quidam Lexicarii plurima ex vetuſtis Scriptoribus per craſſum ſtuporem inſcitè explicarunt. Ad aſſerendum Famianum, ſatis eſt memoratus Svetonii locus: ex quo habes verbum *emendico* cjuſdem prorſus eſſe naturæ ac verbum *Enitor*: nimirum interdum idem ſignificare, ac ſimplex *mendico*, quandoque verò mendicando obtinere.

Detergo, is, vel **Detergeo**, es. Formula eſt Livii: *tergere machinis pinnas murorum.* Eſt autem perfringere, comminuere, non evertere, ut quidam ſcripſerunt. Tergeo enim, ſive tergo, fit à verbo *tero*, ut bene notat Scaliger in Conjectaneis. Eandem vim habet formula *detergere remos*, quod eſt abſcindere in conflictu. Cæſ. l. 1. Bell. Civ. *Remos tranſcurrentes detergere ſi poſſent, contendebant.* Hirtius de Bell. Alex. *Ut in diſpari numero nullius remi detergerentur.*

Determino, as. Verbum eſt ad rem Auguralem, & Gromaticam, & per quandam affinitatem ad militarem propriè ſpectana. Eſt autem certis terminis vel limitibus quidpiam deſignare vel concludere. Liv. lib. 1. *Proſpectu in Urbem agrumque capta, Deos precatur, regiones ab Oriente ad Occaſum determinavit.* Plaut. in Pœn. *Ejus nunc regiones, limites, confinia determinabo.* Per uſurpationem dicitur paſſim pro concludere vel definire.

Determinatio, onis. Determinandi, ideſt, limites aſſignandi vel terminis quidpiam concludendi actus.

Google

actus. Cic. 2. de Nat. Deor. *Extrema ora & determinatio mundi*.

Devasto, as. Vaſto. Liv. 2. Bell. Punic. *Marſos inde, Marrucinoſque, & Pelignos devaſtat*.

Devinco, is. Vinco. Cic. de Seneƈt. *Qui Pœnos claſſe primus devicerat*.

Devoveo, es. Prætermiſſis uſurpationibus pro addicere ſe alicui; vel contra Diris & imprecationibus cuipiam malum optare, quę nihil habent militaris indaginis; devovere etiam eſt morti ſe addicere certis quibuſdam ritibus, & conſtituere ſe quaſi hoſtiam Diis Manibus, ut ſervetur Reſpublica, vel imminens infortunium arceatur. Cic. de Seneƈt. *Qui quinquennio ante eum Conſulem ſe pro Rep. quarto Conſulatu devoverat*. Itaque cum ingens aliquod impenderet periculum, Deoſque placandos eſſe Aruſpices nunciarent, prodibat ex fortiſſimis Romanorum aliquis, qui ſe pro ſuo exercitu, pro patria, pro Principe Diis Manibus devoveret. Si, qui devotus eſſet, moreretur, rite factum, Deoſque rebantur placatos: ſi vitam non amitteret, ſignum ſeptem pedes altum in terram defodiebatur, & pro piaculo ille habebatur locus.

2. Ad Romanos pro exercitu vel pro patriæ ſalute ſe devovendi ritus à Græcis fluxit. Menœceus pro Thebis, Anchurus pro Celænæis ſe devovit. Vellejus Paterculus Codrum pro Athenienſibus ſe devoviſſe in hunc modum ſcribit: *Eodem fere tempore Athenæ ſub Regibus eſſe deſierunt: quarum ultimus Rex fuit Codrus, Melanthi filius, vir non prætereundus: quippe cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent, reſpondiſſetque Pythius, quorum Dux ab hoſte eſſet occiſus, eos futuros ſuperiores; depoſita veſte regia, paſtoralem cultum induit; immiſtuſque caſtris hoſtium, de induſtria imprudenter rixam ciens, interemptus eſt*.

3. Non eſt prætereundum quod fusè memorat Livius de duobus Deciis, patre & filio, ſe pro populi Romani victoria dovoventibus. Cum enim M. Valerium Pontificem rogaſſet Decius, ut verba de more præiret, quibus ſe pro legionibus devoveret, Pontifex eundem togam prætextam ſumere juſſit, & velato capite, manu ſubter togam ad mentum exerta ſuper telum ſubjectum pedibus ſtantem producit, ſic dicens: *Jane, Juppiter, Mars Pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Novenſiles, Dei indigetes, Divi, quorum eſt poteſtas noſtrorum, hoſtiumque, Deique Manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque uti Populi Romani Quiritium vim victoriamque proſperetis, hoſteſque Po. Ro. Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro Rep. Quiritium exercitu, Legionibus, auxiliis, Po. Ro. Quiritium Legiones, auxiliaque hoſtium mecum Deiſque Manibus, Tellurique devoveo*. Quibus abſolutis ſubiicit Livius, Decium incinctum cinctu Gabino, armatum in equum inſiluiſſe, pugnaſſe acerrimè, ac tandem confoſſum inter confertiſſimorum hoſtium ſtragem, ſuis victoriam reliquiſſe. Notandum licere Conſuli, Dictatori, vel Prætori non ſe duntaxat, ſed quemcumque voluerit ex Legione Romana devovere.

4. Sed, & alia occurrit Formula apud Macrobium lib. 3. Saturn. qua ſe urbes integræ devovebant. Ea autem eſt hujuſmodi: *Diſpater Vejovis, Manes, ſive vos quo alio nomine fas eſt nominare, ut omnes illam Urbem Carthaginem, exercitumque, quem ego me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis, quique adverſum legiones, exercitumque noſtrum arma telaque ferent, uti vos eum exercitum, eos hoſtes, eoſque homines, Urbes, agroſque eorum, & qui in his locis, regionibuſque, agris, Urbibuſque habitant, abducatis, lumine ſupero privetis: exercitumque hoſtium, Urbes, agroſque eorum, quos me ſentio dicere, uti vos eas Urbes, agroſque, capita ætateſque eorum devotas, conſecrataſque habeatis, ollis legibus, quibus quandoque ſunt maxime hoſtes devoti; eoſque ego vicarios pro me, fide, magiſtratuque meo, & pro populo Romano, exercitibus, legionibuſque noſtris do, devoveo, ut me, meamque fidem, Imperiumque, legiones, Exercitumque noſtrum, qui in his rebus gerundis ſunt, bene ſalvos ſiveritis eſſe: ſi hæc ita faxitis, ut ego ſciam, ſentiam, intelligamque, tunc quiſquis votum hoc faxit, ubi ubi faxit, rectè factum eſto: ovibus atris tribus, Tellus mater, teque, Juppiter, obteſtor*. Velato autem capite devovere ſe ſolitos non Livius duntaxat, verùm Cicero etiam docet lib. 2. de Nat. Deor. *Apud majores tanta religionis vis fuit, ut quidam Imperatores etiam ſe ipſos Diis Immortalibus, capite velato, verbis certis pro Republica devoverent*. Cur autem capita devoventes velarent, non potiorem allam cauſam judicaverim, quam ut amictu illo perturbationem omnem vultus, ſiqua forte è frequentiſſimi præſertim populi conſpectu oboriretur, contegerent. Id, ut credam, facit Lucanus, qui ob eandem cauſam canit, Pompejum Magnum caput obvolviſſe, antequam feriendam cervicem traderet: Sic enim legimus lib. 8

[illegible] *ut vidit cominus enſes,*
Involvit vultus: atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput, tunc lumina preſſit,
Continuitque animam, nequas effundere voces
Poſſet, & æternam fletu corrumpere famam.

Devotionum formulas a Veteribus dictas fuiſſe carmina poſtremum adnota; non tam quoniam metro, ut ſunt Poetarum verſus, quam quoniam certis quibuſdam numeris, & lugubri cantilena efferebantur. De Carminibus devotionum occurrit mentio apud Tacitum lib. 2. & lib. 4. apud Svetonium in Caligula cap. 3. Plinius antem lib. 28. cap. 2. ita ſcribit: *Durat immenſo exempla Deciorum patris, & filii, quo ſe devovere carmen*. Virgilius etiam carminum voce vim magicam intellexit in Pharmac.

Ducite ab Urbe domum, mea carmina, ducite
Daphnim.
Carmina vel Cælo poſſunt deducere Lunam.

Devotio, onis. Pro religioſo, & pio in Deum, & res Divinas affectu acceperat olim familiaris meus, novitiam vocis aliàs probæ latinæ ſignificationem tutatus verbis Lampridii in Heliog. *Dicebatque præterea Judæorum, & Samaritanorum Religiones, & Chriſtianam devotionem illuc transferendam*. Perperam autem, & inſcitè ſic expoſuit devotionem: ubi devotio ſumitur pro execratione potius, & deteſtatione, ſeu maleficiis Chriſtianorum ex Ethnici Imperatoris, Ethnicique Hiſtorici ſenſu. Sed quoniam Devotio pro addictione animi, & affectu clarè uſurpatur à Petronio in Satyr. *Laudata eſt ſpecies muneris; commendata manus artificis acceptata devotio donantis*, ideo, nulla habita ratione loci Lampri-

dia-

Digitized by Google

diani, tutò licebit uſurpare devotionem pro affectu erga res ſacras. Acceptiones latinæ veteres hujus vocis ſunt. Pro execratione; Sveton. in Calig. cap. 3. *Ut Piſoni non prius ſuccenſere in animum induxerit, quàm veneficiis quoque, & devotionibus oppugnari ſe comperiſſet*. Pro deſtinatione vel deliberatione mortis ultrò adeundæ, mala publica, vel etiam privata infortunia averruncandi ſtudio. Cic. 3. de Nat. Deor. *Tu autem etiam Deciorum devotionibus placandos Deos eſſe cenſes*.

Devoto, as. Devoveo. Cic. In Parad: *Quæ Patrem Decium, quæ filium devotavit*. Hæc germana lectio ejus loci. Iu vulgatis tamen exemplaribus legitur nunc *devovit*. Expavit ſcilicet ad eam vocem putidiuſculus aliquis Grammatiſta, & Tullii locum corrupit. Scias tamen adhuc verbum Devoto non carere exemplis. Accius: *Patris exemplo me dicabo, atque animo devotabo hoſtibus*.

Devotissimus, a, um. Sveton. in Tul. 67. *Devotiſſimos ſibi milites reddidit*.

Daus adjuva. Formula fuit clamoris militaris, peculiaris Gallorum. Ordericus Vitalis lib. 10. *Et ſignum Normannorum Deus adjuva, fiducialiter vociferati ſunt*. Formulam inclamati auxilii Divini per hæc verba referunt Fulcherius Carnotenſis, & allii Scriptores Gallici ad tempora belli Sacri Palæſtini; ejuſque authorem fuiſſe exiſtimant S. Andream Apoſtolum, qui per cauſam obſeſſæ Antiochiæ monuerit Cruce-ſignatos, ut eo carmine fidenter uterentur in prœliis: fore etenim ut nunquam illis cœleſte præſidium eſſet defuturum.

Deus nobiscum. Formula militaris clamoris, uſurpari ſolita à bellatoribus, ad ſeſe alioſque incitandos in prœlio, propoſita ſibi cauſæ æquitate, & ope ſupremi Numinis implorata. Memoratur à Vegetio lib. 3. cap. 5. ubi expendit genera ſignorum militarium; *Vocalia dicuntur, quæ voce humana pronunciantur, ſicut in Vigiliis, vel in prælio pro ſigno dicitur: ut puta, victoria, palma, virtus, Deus nobiſcum, triumphus Imperatoris, & alia quæcumque voluerit dare is, qui in exercitu habet maximam poteſtatem*. Eadem formulà, *Chriſtus nobiſcum* inclamare conſueviſſe in conflictu milites Chriſtianos, legimus apud Annam in Alexiade, & alios Græcos Scriptores, ut obſervat Cangius diſſert. 11. ad Joinvill.

Deus vult. Formula, ſeu genus clamoris bellici, præſertim in bello ſacro militantium. Robertus Monachus lib. 1. Hiſt. Jeroſol. *Erit univerſis hæc ex parte Dei una vociferatio: Deus vult, Deus vult*. Vide Cangium Diſſertat. 11. ad Joinvillam.

Dextræ, arum. Meurſius Exercit. Critic. part. 2. cap. 14. obſervat, unum ex militaribus ſignis fuiſſe dextras; eaſque aliquando ſimplices, interdum verò binas implicitaſque. Indicabatur dextris ſublatis amicitiæ firmitas, ſocietas ſœderum, atque adeo ipſum robur armorum, & virium præſtantia. Elatas in ſignis militaribus dexteras inſpici in antiquis nummis, inſcriptionibus, ac præſertim in Columna Trajani idem notat Meurſius. Amicis hinc legionibus mittebant ſociæ Civitates militaria ſigna cum dexteris. Tacit. 1. Hiſt. *Miſerat Civitas Lingonum, vetere inſtituto, dona legionibus dextras hoſpitii Inſigne*. Idem Annal. 11. eandem inſtitutionem innuit: *Inter quæ ab Rege Parthorum Artabano Legati venere: miſerat amicitiam ac fœdus memoraturos, & cupere renovari dextras*. Idem ibidem: *Centurionemque Siſennam Dexteras, concordiæ inſignia, Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos ferentem variis artibus aggreſſus eſt*.

Dextram dare. Iſidorus: *Dextera vocatur à dando: ipſa enim pignus pacis dicitur; ipſa fidei teſtis atque ſalutis adhibetur*. Item Plinius: *Ineſt & aliis partibus quædam religio: ſicut dextera oſculis averſa appetitur, in fide porrigitur*. Hinc Terent. in Andr.

Quod ego per hanc te dexteram oro, & Genium tuum,
Per fidem tuam.

Meritò idcirco dexteram Fidei à Numa Pompilio fuiſſe conſecratam ſcribit Livius: *Dextram Numa Pompilius Fidei conſecravit: Dextra ſe Antiqui venerabantur, per dexteram jurabant tanquam fidei ſedem & virtutis miniſtram*. Pulcherrimum illud Ciceronis pro Dejotaro: *Per dexteram te iſtam oro, quam Regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti: iſtam, inquam, dexteram non tam in bellis & prœliis, quam in promiſſis & fide firmiorem*. Apud omnes fere Nationes ſacra quædam fideiſponſio habita eſt dextrarum porrectio. Neque fere aliter, quàm complicatis invicem dextris conditiones & pacta ſanciebantur. Concilium Audomarenſe: *Hanc conſtitutam pacem per ſacramentum, vel dextræ dationem in manu Epiſcopi ſui confirment*. Fredegharius cap. 87. *Omnes Primates exercitus dextras invicem dantes, ut nullus Rudulfo vitam concederet*. Vetuſtiſſimi id moris fuiſſe habemus ex Ariſtophane, & Xenophonte. Statius etiam lib. 1. Theb.

Jam pariter coeant animorum in pignora dextræ.

Claudianus in Rufino lib. 1.

ſociat perituro fœdere dextras.

Virgil. lib. 6.

Quique ob adulterium cæſi, quique arma ſecuti
Impia, nec veriti Dominorum fallere dextras.

Ubi Servius dextras fallere idem eſſe docet ac deeſſe fidei promiſſæ. Accipe illa ex Ovid. Epiſt. ad Demophoon.

Jura, fides, ubi nunc? commiſſaque dextera dextræ?

Adde querelas Ciceronis Philipp. 11. *Dextræ, quæ fidei teſtes eſſe ſolebant, perfidià ſunt & ſcelere violatæ*. Addit Livius, inſtitutum fuiſſe à Numa Pompilio, ut manu uſque ad digitos involuta Fidei ſacra peragerentur, ad indicandum Fidei ſedem in dextra locatam eſſe. Idem comprobat lib. 45., ubi Perſeus P. Æmilio ſe ſubmittit: *Conſurrexit Conſul, & juſſis ſedere aliis, progreſſuſque paulùm, introeunti Regi dextram porrexit, ſubmittentemque ſe ad pedes ſuſtulit, nec attingere genua paſſus, introductum in tabernaculum advocatos in concilium ſedere juſſit*. Expreſſiſſime autem Virgil. lib. 3. Æneid.

Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus
Dat Juveni, atque animum præſenti pignore firmat.

Perpende etiam illud Curtii lib. 5., ubi de Dario morti proximo, ita loquitur: *Alexandro hoc Fidei Regiæ unicum dextræ pignus pro me dabis. Hæc dicentemque accepta Polyſtrati manu vita deſtituit*. Eòdem ſpectant illa Taciti de obitu Germanici lib. 2. Annal. *Juravere amici, dextram morientis contingentes*. Pacta etiam atque conventiones traditis tactiſque dexteris, tanquam ſolidiſſimo

Fidei

Digitized by Google

Fidei vinculo & pignore firmari, fuit antiqui moris, ut obſervat interpres Ariſtophanis in Nubib.

2. Dextras dare, vel tendere alia notione, eſt ſe victum, & adverſarium victorem agnoſcere, Virgil. lib. 12.

viciſti, & victum tendere palmas
Auſonii videre.

Ovid. Metam. lib. 5.

Confeſſaſque manus obliquaque brachia tendens
Vincis, ait, Perſeu.

Iterum Virgil. lib. 1. Æneid.

Tendentemque manus Priamum conſpexit inermes.

Ubi obſerva, arma projici ſolere à victis, & ſupplicibus. Idem lib. 11.

Optemus pacem, & dextras tendamus inermes.

Eundem morem commemorat Livius lib. 28. *Patefactâ repente portâ frequentes ex oppido ſe ejecerunt, ſcuta præ ſe tenentes, ne tela procul conjicerentur, dextras nudas oſtentantes, ut gladios abjeciſſe appareret.* Animadvertit hunc morem S. Hieronymus in Dialogo Luciferiani, & Orthodoxi: *En tollo manum, cedo, viciſti.* Apud Chriſtianos etiam Divinam opem implorantis, & proprias deteſtantis noxas indicium eſſe manus in ſublime elatas, adnotavit S. Eligius Epiſcopus Noviomenſis Homil. 8.

Dextralia. Vide *Dextrocheria*.

Dsxtrarii et Dextrales equi. Nobilioris erant notæ cataphracti, vel equeſtribus ſellis & ſtragulis inſtructi. Dicti Dextrarii, quoniam ducebantur dextrà famulorum, vel armigerorum, & Dominis tradebantur, cum id eorum imperium aut prælii neceſſitas poſceret. Hoc etymon tradunt Ugutio & alii, quos refert & ſequitur Cangius. De dextrariis, Villelmus Neubrig. lib. 2. cap. 11. *Equo ejus militari, quem dextrarium vocant ablato &c.* Radulphus de Diceto: *Dextrarii capti ſunt ducenti, quorum ſepties viginti cooperti fuerunt ferro*, Arnoldus Lubecenſis dixit dextralium: *Vidit igitur Principem ipſius caſtri in fervido equo, quem dextralium dicunt, eminus venientem.* Hiſt. Gaufredi Ducis Normanniæ: *Tubæ multiplicis varia vox intonat: dant Dextrales hinnitus diſſonos.* Congruit vox Italica *Deſtriere*. Voſſius de Vit. Serm. à dexteritate ſeu motus agilitate putat appellatum. Idem cenſuerunt Academici à Furfure Vocabul. *Deſtriere. Cavallo detto così dalla ſua deſtrezza & agilità.* Sed non proinde dimoveor à retinenda eorum ſententia, qui Dextrariis id nominis adhæſiſſe cenſent, quoniam famulorum dextrà ad uſum Dominorum ducerentur. Miror hoc etymon non arriſiſſe commemoratis Academicis, quorum ſententia ab Italica voce *Deſtriere*, fit verbum *Addeſtrare*, quod eſt ad equum viris illuſtribus inſervire: Matthæus Villani lib. 5. *Ove fù riceuto con grand' honore &c., e addeſtrato al freno, e alla ſella da gentili Cavalier di Firenze.* Joannes Villani lib. 10. *E'l Prefetto di Roma ſempre andandoli innanzi, addeſtrato da ſopradetti quattro capitani*,

Dextrocherium. Hibridam vocem ex Græca & Latina dictione conflatam legimus apud Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, Capitolin. in Maximin. *Erat magnitudine tanta, ut octo pedes digito videretur egreſſus: pollice ita vaſto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.* Ornamentum erat & tegumentum in genere armillarum, quod Latini aliquot inferioris notæ dicunt etiam dextralia. Hoc quoque, ut de armillis diximus, inter militaria refertur dona. Crediderim armillas quidem ſiniſtri brachii fuiſſe ornamenta, ut dubitari non ſinit Hiſtoria Sabinorum, de qua ſic Florus lib. 1. cap. 1. *Sabinis proditæ portæ per Virginem: nec dolo: ſed puella pretium rei, quæ gerebant in ſiniſtris petierat: dubium clypeos, an armillas. Illi ut & fidem ſolverent, & ulciſcerentur, clypeis obruere;* Dextrocheria verò, ſive dextralia, ut ipſum prodit nomen, ornaſſe dexteras. Non à viris ſolùm, verum etiam à fœminis geſtata fuiſſe refert Iſidorus: & diſertè teſtatur S. Ambroſius de paſſione Agnetis: *Diſcede à me, quia jam ab alio amatore præventa ſum, qui mihi ſatis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei ſuæ ſubarruvit me, longe te nobilior & genere & dignitate. Ornavit me inæſtimabili dextrocherio: dextram meam & collum meum cinxit lapidibus pretioſis.* Gemmis porro ornata dextrocheria interpretatur vetus Scholiaſtes Juvenalis ſuccina illa grandia, quorum meminit Satyr. 9.

En, cui tu viridem umbellam, cui ſuccina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit.

Arculphus, Scriptor non editus Salmaſii tempore, ut idem Salmaſius teſtatur ad Capitolin. in Maximin. Arculphus, inquam, diverſa fuiſſe ſtatuit dextrocheria & brachialia: *Ornatu virgis ferreis, brachialia, deſtrocheria, murenæ, monilia &c.* Diverſitas ex ipſis nominibus eruitur. Animadverte mendoſum eſſe locum Iſidori, ubi dextrocheria vocat *dextras*; ibique ex vetuſto codice à Salmaſio aptè ſubſtitui *dextralia*. Quod autem dicit Iſidorus: *Dextrale eſt commune virorum & mulierum, quia utriuſque ſexus dextræ ſunt*: item quæ ſequuntur: *Ampla & ante manicam portantur, & poſſunt ibi jungi clavo uno*, Hæc, inquam, ab imperito aliquo & inepto in Iſidori textum irrepſiſſe, notat Salmaſius ibidem.

Diabathra. Feſtus exponit ſoleas Græcanicas, quas mulierum eſſe peculiares ſcribit Turnebus in Varronem: Ex quo Diabathrarii apud Plaut. in Aul. ſunt hujuſmodi calceorum confectores. Uſurpatur etiam frequenter hoc vocabulum pro Scalis, ſed fere nauticis. Vide *Anabathra*.

Diacopi, orum. Vide *Incilia*.

Dieta, æ. Neminem latet pro cœnaculo accipi Diætam, vocemque à Græcia Latios optimæ notæ Scriptores aſcitam uſurpaſſe. Sed planè novitium eſt, quod ſæpè occurrit apud Latinobarbaros; Diætam nimirum accipi pro itinere unius diei. Gulielmus Tyrius lib. 3. cap. 13. *Reliqui omnes dextram tenentes, illam complevere Diætam, & vix à prædictorum caſtris, duobus diſtantes milliaribus caſtra compoſuerant.* Matthæus Pariſ. *Cum progreſſi fuiſſent Reges per circiter unam Diætam, receſſerunt ab invicem, & dixerunt verba ſecreta & amicabilia.* Petrus Bleſenſis epiſt. 14. *Cum jam Diætam illam aut totam, aut fere totam noſtri præambuli peregiſſent, mutata voluntate Rex aliò divertebat.* Saltem Dietam ſic acceptam ſine diphthongo, ut oportuit, ſcripſiſſent.

2. Verùm pro cœnaculo, ſive loco apto ad convivia celebranda ab Antiquis accipi Diætam notum eſt. Plin. Epiſt. 41. *Hinc turris erigitur, ſub qua Diætæ duæ.* Hinc alicubi, ac præſertim in Polonia Diætæ dicuntur aulæ, ſeu laxiora cubicula, quo collecta Nobilitas convenire ſolet ad de-

Google

decernendum de Regni, vel Reipublicæ negociis tum bellicis, tum Urbanis. Et Diætæ quidem dicuntur antiquo more: nam inter epulas fere agere ibidem ſolent, & pertractare quæ faciunt ad ordinationem publici ſtatus. Sic antiquiſſima tennit conſuetudo apud veteres Philoſopbos, viroſque ſapientiâ præſtantes, ut inter convivia eruditos ſermones conſererent, & controverſias literarias explicarent. Ex quo more habemus apud Plutarchum & alios Sympoſiacas quæſtiones, ſeu libros convivaliom diſputationum. Non alia ratione de publicis negociis tum civicis tum militaribus deliberare conſueviſſe Germanos veteres, tradit Tacitus de moribus Germanorum: *Sed & de reconciliandis invicem inimicis, & de jungendis affinitatibus, & adſciſcendis Principibus, de pace & bello plerumque in conviviis conſultant. Tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat. Gens non aſtuta, nec callida, aperit adhuc ſecreta pectoris licentiâ loci. Ergo detecta & nuda omnium mens, poſtera die retractatur, & ſua utriuſque temporis ratio eſt. Deliberant, dum fingere neſciunt: conſtituunt, dum errare non poſſunt.* Etiamnum non in Polonia ſolum, ut ſuperiùs indicavi, Patriciorum & Procerum cœtus Diætæ vocitantur: ſed eodem nomine Germanorum etiam Principum concilia, præſertim quæ Ratiſbonæ habentur, item publicos Helvetiorum conventus appellamus.

DIAGRAMMA, atis. Notione Græca eſt figura rudíter expreſſa per lineas. Occurrit apud Vitruvium, qui quòd alibi dixit deformationem grammicam, dicit quandoque etiam Diagramma. Eſt autem exemplum rude operis faciundi quod Sculptores, aliique opifices contemplantur; & ex quo diriguntur, ut ad abſolutam poſtea operis conſummationem perveniant. *Schizzo*, *Diſegno*. Vide *Deformatio*.

DIASOSTES. Ducem, vel Exercitus ductorem exponunt Macri Fratres, & Cangius. Legitur in Novell. Juſtin., & apud Luithprandum in Legat. *Civitate cum Diaſoſta meo egreſſus*. Trahitur à διασώζω, quod eſt *libero*, *defendo*, *cuſtodio*. Quamobrem Nicolaus du Mortier Etymol. Sacr. optime advertit, Diaſoſten eſſe potius Liberatorem, & Servatorem, ac prope convenire cum voce *Soter*. Diaſoſtarum militia legitur etiam apud Georgium Pachymerem, & à Poſſino in Gloſſ. creditur conſtitiſſe peditibus, qui aderant in prœliis equitibus Cataphractis, eoſque in periculo verſantes, adjuvabant atque ſervabant; ac proinde optimè Mortier Diaſoſtas appellat Servatores. De eadem militia multa habet Rigaltius, quæ vide apud eundem Poſſinum ibidem.

DIASPHENDON, onis. Vide *Ceſtroſphendona*.

DIAULUS. Fit à δὶς & αὐλὸς quæ vox inter alia ſignificat figuram productam in longitudinem ad modum ſtadii. Diaulus dicebatur, qui curſu aliquid nunciabat, eàdem viâ reverſurus. Ut enim ſcitè eruditèque advertit Hofmannus, Gymnaſtica curſus exercitatio triplicem primùm diviſionem habuit, in curſum videlicet ad anteriora, ad poſteriora, & per orbem. Additi ſunt poſtea ex Galeno gemini alii curſus, Dolicus, qui erat curſus duplicis ſtadii, rectâ perpetuâque curſurâ; & Diaulus, qui ejuſdem ſtadii erat curſus reflexus, cum quis idem ſtadiom curreret, & recurreret. Qui ad eum currebant modum dicebantur *Diaulodromi*; Eleganter autem Philo hoc epitheton Lunæ attribuit, eandem viam ſubinde remetienti. Vide Mercurial. de Art. Gymn. l. 2. c. 10. & Carol. Paſchal. Coron. l. 6. c. 10. Scaliger Poet. Diaulon vocat verſum, qui per eaſdem literas recurritur, ut eadem reddat verba, ab initiali vel terminali nota perlectus.

DICABALLI. Vide *Singulares*.

DICCUS. Agger, ſeu locus editior ad inſiſtendum. Gallucc. de Bell. Belgic. *Super extantem viam (Diccum appellant) adverſus eos graviter dimicavit.* Vocem eſſe Belgis familiarem notat alibi idem Hiſtoricus. Hinc facile appellatio Urbium, quæ in Gallia & Belgio deſinunt in *dicus* vel *diccus*: atque adeo vox Gallorum *Digues*, aggeres nempe ſtructi ad continendas aquas, ne in agros effundantur.

DICELLA æ. Genus enſis vel jaculi, quod biſariam cædit. Rhodiginus ex Theone. Vox eſt Græcanica.

DICROTA, orum, & DICROTÆ, arum. Utroque enim genere adhibentur à Scriptoribus Græcis, ut ex Appiano & aliis optime advertit Gyraldus. Ex quo corrigas Baifium, qui apud Hirtium *Dicrota octo*, non *Dicrotas* putat legendum, ut habetur in vulgatis. Sunt autem ipſiſſimæ naves longæ, ſeu biremes Latinorum. Occurrunt apud Ciceronem Epiſt. ad Attic. lib. 16. *Ipſe Domitius bona habet plane Dicrota*. Idem ad Attic. lib. 5. *Aphracta Rhodiorum, & Dicrota Mitylenæorum, & aliud cataſcopium*. Vide *Biremes*, & *Naves longæ*.

DICTATOR, oris. Extraordinarius, idemque ſummæ poteſtatis magiſtratus apud Romanos. Non à populo vel Senatu per ſuffragia, ſed à Conſule, raró per literas, viva plerunque voce creabatur. Ideo Varro Dictatorem nominatum putat, quòd à Conſule diceretur: vel quod ejus dicto omnes audientes eſſent. Ceſſabant enim Dictatore creato reliqui Magiſtratus, exceptis Tribunis plebis. Nonniſi in extremo Reipublicæ diſcrimine Dictatorem nominabant. Cauſæ præcipuæ erant ſeditiones populares, & neceſſitas externi belli. Deligebatur è numero virorum Conſularium ſpectatæ virtutis. Semeſtris illi poteſtas; licet Camillo, L. Papyrio Curſori, & Q. Fabio Maximo, neceſſitate ſuadente, ad annum legatur prorogata. Notum eſt tamen, plures decimoquarto, vel quinto die, poſtquam Dictaturam adepti fuerant, illam depoſuiſſe. A T. Largo, qui primus omnium dictatura functus memoratur, ad L. Corn. Syllam, ut ſcribit Dionyſius, quadringenti fluxerunt anni. Hujus ſævitiâ & proſcriptionibus factum, ut quod erat ſupremum Reipublicæ malis remedium, ejuſdem excidium fieret. Et quemadmodum olim Regnum poſt tyrannidem Tarquiniorum, ſic poteſtas dictatoria poſt Sullana, atque etiam Juliana tempora, in extremum populi odium degeneravit. Utque Regnum Valerii inſtituto, ſic Dictatura lege Antoniâ abolita eſt & antiquata. Legitur tamen apud Vellejum Paterc. Auguſto ea dignitas oblata à populo pertinaciter, ſed ab eodem conſtantius recuſata. Dictator olim Magiſter populi etiam dictus, ſicut eum quem ſibi ſocium aſciret Dictator, Magiſtrum equitum nominabant. Vide Pompon. Læt. de Magiſtr. Roman. cap. 16., Roſin. Antiqq. lib. 7. cap. 17., & Hofmann. qui ſupra memoratis addit inſuper ſeriem Dictatorum. Suggerit ſæpe Livius exempla creati Dictatoris, ubi inopinati eventus, ſubituſque terror Patres invaderet.

deret. Ex cujus porrò Hiſtoriei prolatis Formulis, Dictatorem à dicendo appellatum tibi liquidum ſuerit. Sic autem ſcribit lib. 4. *Quæ ubi, tumultu majore etiam, quàm res erat, nunciantur Romam, Senatus extemplò, quod in rebus trepidis ultimum conſilium erat, Dictatorem dici juſſit.* Idem lib. 6. *Trepidi Patres ad duo ultima auxilia, ſummum imperium, ſummumque ad civem decurrunt, Dictatorem dici placet.* Et lib. 9. *Terror Patres invaſit, Dictatoremque dici placebat.*

Dictatrix, icis. Plaut. Perſa: *Tu hic eris Dictatrix nobis.*

Dictatorius, a, um. Quod ad Dictatorem pertinet. Liv. 6. *Dictatorium fulmen in ſe intentatum.* Idem alibi juvenem Dictatorium dixit Dictatore patre natum.

Dictatura, æ. Dignitas Dictatoris. Liv. lib. 7. *Eodem tenore duos inſequentes conſulatus geſſi: eodem hæc imperioſa Dictatura geretur.*

Dies. Pro conflictu militari, vel die ipſo conflictus, Italis *Giornata*, ſæpiſſime legitur apud Scriptores Latinobarbaros. Nec deſunt in eandem notionem teſtimonia ex veterum & optimorum Authorum Scripturis. Livius lib. 4. *Cannenſem diem* vocitat pugnam ad Cannas editam. Diſertè etiam Florus lib. 2. cap. 6. *Non fuit major ſub Imperio Romano Dies, quàm ille, cum duo omnium & antea & poſtea Ducum maximi, ille Italiæ, hic Hiſpaniæ victor, collatis comminùs ſignis direxere aciem.* Lucanus lib. 7.

Teſtor Roma tamen magnum, qua cuncta perirent
Accepiſſe Diem.

Idem ibidem;

Sed retro tua fata tulit par omnibus annis
Æmathia funeſta dies.

Hinc apud Italos *Far giornata*, pro *committere prælium*. Editus in Gallia Liber eſt hoc Titulo: *Les Journées memorables des François.*

Diffugium, ii. Deſerendi actus. Tacit. *Proximorum Diffugia, languentibus jam ſtudiis.*

Digmata. Vide *Cognitiones*.

Dignitas, atis, pro ipſo Duce, vel Præfecto. Veget. lib. 3. *In arduis expeditionibus, per capita militum, magis quàm per Dignitates ab Antiquis præbebantur annonæ.*

Diloricn, as. Diſcindo. Propriè loricam diſſolvo: ut *diffibulo* fibulam ſolvo. Cic. de Orator. *Non dubitavit ejus Diloricare tunicam.*

Digladior, aris. Compoſitum à gladior, quod non eſt in uſu. Gladio certare, vel percutere. Italis *Accoltellare*. Cic. 3. de Leg. *Quibus Digladiarentur inter ſe Cives.* Per metaphoram pro diſſidere. Cic. 4. Tuſc. *Digladientur illi per me licet, cui nihil eſt neceſſe &c.*

Dimachæ, arum. Memnrantur, & deſcribuntur à Curtio lib. 5. *Itaque delectis equitum ſex millibus, trecentos, quos Dimachas appellabant, adjungit. Dorſo hi graviora arma portabant: cæterum equis vehebantur: cum res, locuſque poſceret, pedeſtris acies erat.* Genus itaque militiæ fuit, quod nunc pedeſtre, nunc equeſtre iniret prœlium, ad utrunque dimicationis genus eruditum, & exercitum: Latinè dixeris duplici arte, vel modo pugnantes, & quaſi ambimilites, neque enim habemus vocem ſatis aptam ad id exprimendum, ob inopiam Latinæ linguæ, de qua jure conqueritur Raderus in explanatione hujus loci. Ii ſunt, aut certè iis minimùm diſſimiles, quos Dracones Latini dixerunt: ſimiliores etiam, quos hodie Itali dicimus *Dragoni*. Cæterum Dimacharum inventorem fuiſſe Alexandrum Magnum tradit Pollux per hæc verba: *Erat & aliud equitum genus, Dimachæ dicti, ex inventione Alexandri, armorum apparatu inſtructi leviore, quàm qui eſt peditum gravis armaturæ, graviore verò, quàm qui eſt equitum: exercitati in utranque, & pedeſtrem & equeſtrem pugnam. Ut enim in locis equitatui aptis equis utantur: & ut ne ſi in loca devenirent iniqua, & minus apta, omninò ad pugnandum inepti eſſent, idemque experirentur, quod Lydis quandoque accidit. Equos autem apprehendebat, ac cuſtodiebat famulus aliquis, qui in ſolum eum uſum una ſequebatur. Ita qui ex equo deſcenderat, confeſtim inter pedites armatos pugnabat.* Vide Tiraquell. ad Alex. ab Alex. Genial. lib. 6. cap. 22. memoratum Rader. in Curt. Rhodigin. lect. antiqq. lib. 21. cap. 31. & apud nos Titulum *Dracones*.

Dimico, as. Prœlior. Origo verbi non à micando, ideſt lucendo, vel renitendo, quoniam gladii, & arma in prœlio reniteant; ſed omninò eſt à micando digitis. Pertinet autem digitorum micatio ad contrnverſias dirimendas. Vide Voſſium Etym. Eſt porrò ea micatio ludi genus, qui fit digitorum jactu, cum compreſſis aliis alios expandimus, addita per vocem divinatione numeri, qui à prolatis digitis exſurgit, Italis *Mora*, & vulgò *Morra*: cujus Italicæ vocis originem rejectis originationibus Danielis Sorterii accerſit Menagius à voce Latina micatura in hunc modum: *Micatura, Miatura, Miura, Mura, Mora.* Cæſar 7. Bell. Gallic. *Ne contra ſuam voluntatem dimicare cogeretur.*

Dimicatio, onis. Prœlium. Liv. lib. 2. *Omnium ſuperiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet conſiſtere.*

Dincmitæ. Salmaſio Diogmitæ. Genus fuiſſe conjicitur expeditiſſimi equitatus, ad inſequendum Latrones & fugitivos. Leguntur apud Capitolinum in M. Antonino: *Latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ milites fecit. Armavit & Diocmitas.* Sunt quidem qui aliter legunt: ſed veteris ſcripturæ fidem tuetur locus Ammiani lib. 27. ex quo etiam leviſſimæ, ut dixi, armaturæ milites fuiſſe cognoſcitur: *Adhibitis ſemiermibus paucis, quos Diocmitas appellant; unum graſſatorum cuneum, ſi patuiſſet facultas, adoriri eſt conatus.* Salmaſius multa movet ut ad Græcanicam originem trahat vocem exoticam. Refellit autem Scaligerum, qui pro *Diocmitis* legit *Docimitas* à Docimeo Phrygiæ oppido. Origo vocis omninò eſt à Græcorum [illegible] quod eſt *perſequor*. Videntur fuiſſe ex genere cohortum, quas forte ductas collocabant Romani per ſingulas provincias contrà Latrones, quos ad ſubitas incurſiones avaritia & inopia conglobant, ut conjicit Caſaubonus ad præfatum locum Capitolini.

Diomedea necessitas. Adagium origine militari, de iis, qui non ſponte, ſed vi duraque neceſſitate compulſi aliquid faciunt. Ajunt autem cum Diomedes Ulyſſe ſocio palladium ſuſtuliſſent, noctuque incederent, Ulyſſem, ut ſolus ipſe ſublati palladii gloriam ſibi uſurparet, præcedentem cum palladio Diomedem, & per noctem iter facientem, ſublato poſt tergum enſe occidere voluiſſe. Verùm Diomedes ad lunæ lumen animadverſa gladii umbra, & compertis Ulyſſis inſidiis,

vul-

vulneri ſe ſubduxit, Ulyſſem verò vinculis alligatum præcedere compulit, lato gladio ipſius tergum ſubinde cædens. Utitur hoc adagio Plato 6. de Rep. Refertur etiam à Suida, & Zenodoto,

DIOMEDIS & OLAUCI PERMUTATIO. Militare adagium, uſurpandum pro inæquali commutatione, cum deteriora pro melioribus reddimus. Ex Homero ortum, qui Iliad. 6. inducit Glaucum Lyciorum Ducem oſtentatorem magis bellicæ virtutis, quam bellatorem, dimicaotem cum Diomede, Ducem pugnaciſſimo ſimul callidiſſimoque, qui Glaucum ſuper majorum ſuorum origine multa ſuperbè vendidaotem dexteritate ſua, amicitiæ nimirum, hoſpitaliſque fœderis componendi colore quæſito, eò compulit, ut aurea, quibus induebatur, arma cum æreis, qualia ipſe geſtabat, permutaret. Ab hujuſmodi ſtupidi hominis & arrogantis armorum permutatione deductum proverbium, ut quoties deterioris notę quidpiam cum pretioſis commutamus, Diomedis & Glauci permutationem facere dicamur. Eadem parœmia aliter ſic effertur: *Aurea pro æreis*. Ejus dicti mentionem faciuot Plato in Phędro, Ariſtoteles 5. Moral. Plutarchus, Cicero, Gellius, & alii, & Martialis in Epigrammate:

Tam ſtupidus nunquam nec tu puto, Glauce, fuiſti
χρύσεα, donanti χάλκεα qui dederas.

DIOPTRICA. Recenſetur inter facultates mathematicas: & conſiderat radios lumiois refractos in tranſitu per corpus diaphanom. Hanc etiam Matheſeos partem callere debent idooei machinarii.

DIRÆ, arum. Noo dicuntur quaſi Deorum iræ, ut Feſto & aliis placet; ſed mutatioоe literulæ vox eſt Græcanica: ejuſdem enim apud Græcos notionis ſunt Δεῖναι. Io re augurali ſumuntur pro inauſpicatis occurſaculis. De iis dictum io Titulo *Prodigium*. Propriè ſunt Acherontis & Noctis filiæ. Servius ad illud Virgilii lib. 12.

Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ,

docet eaſdem eſſe, quæ aliis oominibus appellantur Furiæ vel Eumeoydes: Diras verò io Cœlo dici, in terris Furias, Eumenydes io inferis. Ubique idem earum eſt officium: animos occultorum ſcelerum conſcientiis exagitare, & ſurdo verbere contineoter cædere; ut luculenter eognoſcitur apud Euripidem exemplo Oreſtis. Hinc vetus dictum *Semper Virgines furiæ*: quo admonemur, ut ex Sophocle docet Suidas, ultrices maleſactorum Deas corrumpi ooo poſſe, quo minus pœnas de ſceleſtis ſumaot. Verùm de his otioſè aguot Mythologi, quibus neutiquam locum præreptum velim. Ab harum natura, & imitatione quadam, Diras etiam dicimus, carmen imprecatorium, ſive execrationum Formulas, quas Itali vocant *Diſperate*. Harum exempla habes ex Catone io Battarum, ex Horstio io Canidiam, apud Ovidium in Ibio, apud Catullum io querimonia Ariadnæ. Luculentiſſimum eſt illud apud Virgilium Dirarum exemplum, ubi hæc inducitur Dido adversùs Æneam per effrenatum dolorem jactans lib. 4. Æneid.

Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus author,
Perfide; ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

Et paulò poſt.

I, ſequere Italiam ventis, pete regna per undas.
Spero equidem mediis, ſiquid pia Numina poſſũt,
Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Dido
Sæpe vocaturum. Sequar atris ignibus abſens:
Et cum frigida mors animâ ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero: dabis improbe pœnas:
Audiam, & hæc manes veniet mihi fama ſub imos.

Quæ ita reddidit Taſſos Cant. 16.

Ne te Soſia produſſe, e non ſei nato
Dell'Attio ſangue tu: te l'onda inſana
Del mar produſſe, e 'l Caucaſo gelato,
E le mamme allattar di tigre Hircana.

Et infra;

Vattene pur crudel, con quella pace,
Che laſci a me: vattene iniquo homai.
Me toſto, ignudo ſpirto, ombra ſeguace,
Indiviſibilmente a tergo havrai.
Nova furia co' ſerpi, e con la face
Tanto t'agiterò, quanto t'amai.
E s'è deſtin, ch'eſca del mar: che ſchivi
Gli ſcogli, e l'onde; e ch'alla pugna arrivi,
La tra 'l ſangue, e le morti egro giacente
Mi pagherai le pene, empio guerriero.
Per nome Armida chiamerai ſovente
Ne gli ultimi ſinghiozzi: udir ciò ſpero.

Verum hæc ut ex Virgilio Torquatus, ſic Virgilius ex Homero Iliad. 16.

Non utique tibi pater eques Peleus,
Nec Thetis mater. Cæruleum autem te peperit mare,
Petræque altæ, quia tibi mens eſt ſæva.

Jam verò Dirarum, & execrationum uſum apud veteres bellatores perinde invenies, atque devotionum. Repete autem primum non pauca ad hanc materiam pertineotia ex titulo *Devoveo*. Adſcribam verò hic ſingularem Plutarchi locum in vita Craſſi, quem Ducem ad bellum Parthicum ſuſcipiendum ſiniſtra omnia adverſi Martis auſpicia rapuere. Cum autem importuna quadam illectus gloriæ prurigine abreptus eſſet ad bellum genti inferendum, quæ oulla tunc iojuria Romam laceſſiverat, inanique fiducia inflatus ac perditus longè anteceſſurum ſe Luculli adverſus Tigranem, & Pompeji Magni adversùs Mithridatem res geſtas jactitaret, oboitendum adhuc tamen vehementer illi fuit adversùs Attejum Tribunum, qui nihil iotentatum reliquit, ut Craſſum à periculoſi belli ſententia deflecteret. Poſtremò, Diris etiam iotentatis, ad execrationem feralem, tanquam ad extrema remedia coofugit Tribunus. Sed præſtat ejuſdem conatus, & denunciationes Dirarum accipere ex eodem Plutarcho in memorata Craſſi vita: *Attejus verò occurrens Craſſo primùm verbis monuit, obteſtatuſque eſt, ne proficiſceretur: deinde viatorem miſit; qui eum retineret. Hoc cum reliqui Tribuni non permitterent, neque tamen viator Craſſum miſſum faceret, ad portam accurrit Attejus, focumque eum prunis ardentibus poſuit: atque advenit Craſſus, odoramentis in ignem projectis, ac libato, Diras horrendas, atroceſque ei obnunciavit, Deos quoſdam terribiles & inauditos nominatim ciens atque invocans. Has execrationes arcanas, atque vetuſtas eam ferunt habere vim, ut nemo unquam, cui eæ fuerint obnunciatæ, exitium effugerit.* Ejuſmodi Atteji Dirarum meminere Cicero lib. 1. de Divinat., Vellejus Patercul. lib. 2., & Lucanus lib. 4. per hæc verba:

Craſſumque in bella ſecutæ

Sæva Tribunorum voverunt prælia Diræ.
Nec te ſugiat adnotare ex verbis Plutarchi ritum illum Diras obnunciandi, præſenti foculo cum ardentibus prunis. Id autem reor pertinuiſſe ad religioſam conteſtationem; cum ignis apud Romanos in ſacrificiis, auſpiciis, & re ſacra maximam vim obtinuerit. Sed neque Latini Scriptores de Diris obticuerunt. Illud quippe eſt carmen execrabile, quod præiviſſe Sacerdotes memorat Livius lib. 31. Eæ ſunt diræ deprecationes, quarum meminit Plinius lib. 28. cap. 2. De iiſdem Vellejus Patercul. lib. 2., ubi de Merula ita ſcribit: *Deor in execrationem Cinnæ, partiumque ejus precatus, optime de Republica meritum ſpiritum reddidit.* Imprecationum verò atque dirarum frequentiores illæ erant formulæ, quibus rogabant, ut quoſpiam Dii perderent. Terentius in Heautontimor, Act. 4. Scen. 5.

Ut te quidem omnes Dii, Deæque, quantum eſt, Syre,
Cum tuo iſto invento, cumque incœpto perduint,

Cæcilii verò ea occurrit formula apud Nonium, quæ etiam non ſemel à Planto uſurpata: *Dii te infelicitent.* Deos iratos etiam ſolebant nunciare. Plautus in Amphitr. Act. 2. Scen. 2.

te, ſumme Juppiter,
Quæſo, Amphitruoni ut ſemper iratus ſies.

Diras verò, imprecationeſque, & execrationes averruncandi & avertendi illi erant modi formulæque. Ut ſiniſtræ illæ denunciationes in Authorum capita redirent, precabantur. Virgil. 8.

Quid memorem infandas cædes? quid facta tiranni
Effera? Dii capiti ipſius, generique reſervent.

Inde locutio vulgatiſſima, qua evenire hoſtibus rogabant infortunia, de quibus ſermo haberetur. Horat. 3. Od. 27.

Hoſtium uxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis auſtri.

Et Ovid. Heroid. Epiſt. 15.

Hoſtibus eveniant convicia talia noſtris.

Verùm hæc notiora ſunt, quàm ut pluribus exemplis indigeant. Vide Briſſon. de Formul. lib. 1.

DIRIBITORIUM. Fit à *diribeo*, quod eſt *diſtribuo*. Ex quo Diribitores apud Varronem, qui tabellas miniſtrabant ad ferenda ſuffragia, Ampliſſimum Romæ fuit ædificium, Agrippæ opus. De eo hæc habet Dio lib. 55. *Diribitorium ipſe Auguſtus publici juris fecit. Erat domus, omnium earum, quæ unquam uno culmine fuiſſent, maxima. Nunc omni ejus tecto diruto, quia rurſus committi non potuit, aperto faſtigio conſpicitur. Illam Agrippa imperfectam reliquerat: nunc verò ad finem perductum fuit opus.* Ejuſdem meminit Plin. lib. 16. 40. & Sveton, in Claud. cap. 18. Creditur locus fuiſſe, ubi exercitus recenſebantur, & numerari ſolebant ſtipendia militibus. Sic arbitrati ſunt Rhodiginus, Voſſius, & alii, quos recenſet Samuel Pitiſcus ad memoratum caput Svetonii.

DISCINCTI. Contrarii ſunt Accinctis, ut diximus in voce *Accingo*: appellatique ita ſunt apud Antiquos, qui deſidia & ignavia molliores eſſeut. Diſcinctos inhabiles eſſe militiæ ſcribit Servius. Liv, lib. 5. Bell. Maced. *Nihil primo aſpectu contemptius, equi homineſque pauluii & graciles, diſcincti & inermis eques.* Invenio Diſcinctos pro armis exutos ab hoſtibus. Liv. lib. 7. de Bell. Punic. *Detractis gladiis Diſcinctos deſtituit*, Vide *Accingo*. *Cincti*, & *Cinctus Gabinus*. De pœna autem cinguli depoſiti Vide *Cingulum*.

DISCIPLINA MILITARIS. Vide *Severitas diſciplinæ militaris*.

DISCOBOLOS. Latinè, jactator diſci. Quintilian. lib. 2. cap. 14. *Quid tam diſtortum & elaboratum, quàm eſt ille Diſcobolos Myronis.* Vide *Diſcus*.

DISCUNEATUS, a, um. Plin. lib. 9. cap. 30. diſcuneatas appellat, ideſt, quaſi immiſſo cuneo diductas & patefactas conchas, in quas polypi lapillum iniiciunt, ut carnes extrahant. Verba Plinii ſunt: *Conchæ ſe contrahunt, ſed fruſtra diſcuneatæ.* Apulejo etiam excuneati dicuntur in Theatro, quibus locus non erat ſedendi in cuneis, ſed excluſi redigebantur ad caveam. Excuneatos, vel diſcuneatos milites eleganter dixeris, disjectos, diſſolutoſque, ac veluti diſruptos eorum ordines, cuneoſque,

DISCUS, ci. Diditur à δίκω, ideſt jacio. Una eſt, eaque militaris exercitatio pentathli, ſive quinquertii. Notat autem Diſcus in ſoro Gymnaſtico orbem ferreum, æneum, lapideum, aut ligneum, quem exercendi corporis gratia ſic projiciebant certatores Gymnici, ut victor ſalutaretur, qui illum aut altiùs in ſublime jactaſſet, aut longiùs in tractu, aut propiùs ad metam deſtinatam. Mercurialis ex Dioſcoride lentis figuræ perſimilem Diſcum deſcribit; ſic nempe rotundum, ut ſublato paulùm umbilico utrinque intumeſcat. Addit fuiſſe trium vel quatuor digitorum craſſitudine; longiorem verò paulò plus pede; idque oſtendit multiplici producta icone ex antiquis ſtatuis, Projiciebatur autem longe diverſa ratione miſſuque, ac ſervari ſolebat in mittendis jaculis. Pendebant quippe brachia jacula emittentium, quæ mox iidem introrsùm vi facta impellebant. Contra vero Diſcus manu ad pectus adducta, atque reducta extrorſum jaciebatur, Sed & diverſas extitiſſe formas diſcorum; ac nonnullos in medio foramen habuiſſe, ibique amentum inſitum, quo Diſcus ageretur, oſtendit Petrus Faber in Agoniſt., & idem Mercurialis ex nummis M. Aurelii Imperatoris, Notum eſt verò alia quædam Diſci nomine indicari, Nam & Diſcum ab explicatæ figuræ ſimilitudine Græci Solem vocant. Clypeum etiam eodem nomine nuncupatum legimus. Sic etiam appellari conſtat ſcutellas, vel patinas cibis inferendis idoneas; juxta quam acceptionem S. Joannis Baptiſtæ caput Saltatriculæ oblatum in Diſco fuiſſe legimus. Qui verò ſic epulas inferebant, ob eam cauſam dicebantur Diſcophori; quemadmodum qui Diſco pugnabant, à jaciendo, Diſcobolos nominatos accepimus. Meminit eorum Plinius lib. 34. cap. 8., ubi loquitur de Artemone ærario artifice. *Fecit & canem, & Diſcobolon, & Perſea.* Jam verò non ingenuos duntaxat pueros, verum etiam virgines Spartanas nondum adultas Diſco exercitas docet Xenophon in Republ. Lacedæm., Plutarchus in Vita Lycurgi, & Propert. lib. 3.

Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat.

Nihil verò magis ejus celebritatem ludi demonſtrat, quàm fabula Hyacinthi, quem Phœbus per ejus occaſionem ludi interemit. Tetigit infelicem caſum Martialis lib. 14. Epigramm. 73.

Flectit ab inviſo morientia lumina Diſco
Oebalius, Phœbi culpa dolorque, puer.

Eam verò pugnam latius deſcribit Ovid. Metam. lib. 10., cujus illud eſt initium.

Corpora veſte levant, & ſucco pinguis olivæ
Splen-

Digitized by Google

Splendeſcunt, latique ineunt certamina Diſci.

Quæ Ovidii verba apertiſſimum faciunt lapſum Petri Fabri lib. 2. Agon., ubi negat Diſcobolos ante Diſci exercitationem fuiſſe inunctos. Neque enim unctos ſolùm Ovidius, verùm etiam nudos producit. Ad eandem Hyaciothi fabulam reſpexit Martialis illis verſibus.

Splendida cum volitant Spartani pondera Diſci,
Eſte procul pueri, ſit ſemel ille nocens.

Meminerunt etiam Diſci præter Homerum & Pindarum apud Joannem Brodæum Miſcell. lib. 2. cap. 26. Horat. lib. 1. Od. 8.

neque jam livida geſtat armis
Brachia, ſæpe Diſco;
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.

Et lib. 2. Satyr. 2.

Seu te Diſcus agit, pete cedentem aera Diſco.

Et Art. Poet.

indoctuſque pilæ, Diſcive, trochive.

Claudian. lib. 2. in Eutrop. amento è crinibus facto Diſcum indicat fuiſſe contortum.

Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet, vertat quis marmora crine ſupino.

Scio Claudiaoi verba à quibuſdam oon de Diſco, verùm de alio puerili exercitamento intelligi. Statius lib. 6. fusè deſcribit Diſci certamen in exequiis Archemori. Sic autem incipit.

Tunc vocat, emiſſo ſiquis decernere Diſco
Impiger, & vires velit oſtentare ſuperbas.
It juſſus Pterelas, & ahenæ lubrica maſſæ
Pondera, vix toto curvatus corpore juxta
Dejicit. Inſpectant taciti, expenduntque laborem
Inachidæ.

Placidius Luctatius ad Statiaoa illa verba, quæ mox ſequuntur;

fixa ſignatur terra ſagitta,

monet moris antiqui fuiſſe, ut defixa figoaretur ſagitta locus, in quem Diſcus decideret. Licet autem non ſolùm in ſublime emiſſum, ſed etiam per terram rotari conſueviſſe Diſcum aliqui ſcripſerint, videtur id tamen idonea Scriptorum veterum authoritate deſtitui: nam per terræ tractum globus ſimilis violenter immiſſus Harpaſtum dictum fuit Antiquis. Non eſt prætereundum emitteodi Diſci ſingulari præſtantia præditis, non vulgares duntaxat honorum ſignificationes, verum ſtatuas etiam fuiſſe dicatas, Certum id habemus ex Vitruvio lib. 7. cap. 5., ubi Licinius quidam Mathematicus dicaci ſcommate irridet Alabandeos, quooiam in gymnaſio ſtatuas Cauſidicorum, in foro verò ſtatuas Diſcobolorum ordine præpoſtero collocaſſent. Cæterum impensè adamatam fuiſſe concertationem Diſci à viris militaribus oſtendit Homerus Iliad. 2. ubi Achilles Agamemnoni iratus milites ſuos ab exercitu Græcorum & pugna ſemotos exerceri Diſco juſſit per oras maritimas. De coronis verò, aliiſque minoris notæ præmiis, quas laborum mercedem & pretium ſæpe ſanguinis obtinebant certantes Diſco, aliiſque Gymnicis exercitamentis, Vide Paſchalium Coron. lib. 6. cap. 54. Meminit quoque de Diſco Boccaccius lib. 11. in ludis funebribus Arcitæ celebratis ab Ægeo.

Hebbevi ancor Evandro molto honore
Con Sarpedone al Deſco allhor giocando,
A cui per merto del ſuo gran valore
Venne un forte elmo al ſubito commando
D'Fgeo, e bello, e'n forma di paſtore
Sù vi ſedeva lo Dio Pan ſonando
In quello vera forma, che gli danno
Gli Arcadi allhor che figurar lo fanno.

DISPALO, as. Sunt qui à *palàm* fieri reputent. Meritò id rejicitur ab optimis Etymologicis. Voſſius quæritat fontes Græcos. Mihi fruſtra eſt. Vox ipſa loquitur ſe à palis prognatam. Eſt autem Diſpalare, disjicere, diſſipare, Siſenna apud Nonium: *Diſpalatì, ab ſignis digreſſi omnes, ac diſſipati.* Militarem hujus verbi originem omnes agnoſcunt. Bonâ omnium veniâ aliter ſentio. Trahunt illi etymon bellicum à palis caſtrenſibus, qui huc illuc transferri ſolent. Duxerim potiùs à palis agreſtibus vinearum, Equidem nou ſatis diſpicio quamobrem disjectum aut diſſipatum quidpiam dicatur, quoniam huc illuc transfertur. Libros, tabulas, & hujus generis multa transferimus; nec proinde illa disjicimus. Exadverſum ſi ventus, iogreſſus ignis, vel quid ſimile vioeæ palos diruat, qui reliqui ſunt pali, verè propriêque disjecti ſuperſunt diſſipatique. Quid ſi non à palis huc illuc translatis, quò tamen liquet Grammaticos unicè reſpexiſſe; ſed à palis aggerum, ariete, vel hoſtium impetu disjectis *Diſpalo* verbum accerſas? Narro tibi, ne ſic quidem quidquam profici. Antiquius enim fuit exſcindi palos vinearum quàm aggerum; quemadmodum nemini eſt dubium priores extitiſſe ruſticos, quàm caſtrenſes palos. Poſtremò fulcitur ooſtrum etymon à verbo ſimplici *Palo*, à quo habemus compoſitum *Diſpalo.* Apertiſſimum verò eſt palare, dici de fultura & munitione vitium, ut ex Columella & Scriptoribus rei ruſticæ in confeſſo eſt apud omues Lexicarios. Adjungere demum libet poſtremæ racemationis & ſicilimeoti gratiâ, palari & diſpaleſcere duci à palis vinearum, minimè vero caſtrenſibus huc illuc translatis, ut alii contendunt. Et palari quidem non eſt quoquomodo vagari: ſed vagari ſine ordine & lege, & per globos & catervas disjectas. Hoc autem neutiquam congruit palis caſtrorum huc illuc translatis; adamuſſim verò exciſis tempeſtate palis vinearum, Diſpaleſcere eſt divulgari. Hoc ipſum minus commodè adumbrant pali caſtrenſes translati: aptiſſimè verò repræſentatur à palis agreſtibus. Ut enim dirutis vinearum palis, qui quaſi cuſtodes ſunt vitium, continuò pateſcit vinea: ad eundem modum diſpaleſcere dicimus, quæ ſilentii amotis veluti repagulis divulgantur.

DISPENSATOR, oris. Feſtus: *Diſpenſatores dicti ſunt, qui æs penſantes expendebant, non annumerabant.* Ex quo intellige vim aliarum vocum *expenſa, compenſo, diſpendium, compendium*: quæ omnia dicuntur à pendendo, quoniam pecunia non numeraretur, ſed penderetur. Nihil videtur eſſe diſcriminis inter Diſpenſatores, & Tribunos ærarios, qui cuſtodes, & erogatores erant pecuniæ militibus diſtribuendæ. Vetus Inſcriptio apud Reineſium: *DISPENSATOR AD CENSVS PROVINCIÆ LVGDVNENSIS.* Tacit. 1. Hiſtor. *Diſpenſator Argius de prioribus ſervis.*

DISPENSATORES CASTRORUM. Fabrettus cap. 2. in Columnam Trajani putat eoſdem fuiſſe ac menſores frumenti militaris. Affert initium hoc veteris Inſcriptionis: *ASTVS DISPENSATOR CASTRORVM.*

DISPLODO, is. Eſt cum ſonitu jacere vel emittere. Fit à plodo, vel plaudo, quod propriè dicitur de ſoni-

Google

ſonitu manuum alliſarum. Facit vel maxime hoc verbum ad indicandam emiſſionem noſtrorum fulminalium : fiſtulas, majores bombardas, tormenta campeſtria, muralia, explodi dicimus, ideſt cum fragore emitti concluſas pilas ferreas. Horat. 1. Serm.

Et veſica ſonat quantum diſploſa, pepedi :
ubi figuratè Poeta dixit veſicam diſploſam pro vento vel aere diſploſo à veſica diſrupta. Et quoniam Hiſtorici ad poeticam libertatem, ut alibi etiam obſervavi, proximè accedunt, idcirco non ſolum commode, verum etiam eleganter diſploſa & exploſa tormenta fulminalia paſſim dicunt pro pilis ferreis ab iiſdem exploſis. Eam locutionam tanquam vitioſam notavit in Famiano Gaſpar Scioppius. Venia mihi dignus eſt purus & putus Grammatiſta, qui figuratos ejuſmodi idiotiſmos jure, ut ſic dixerim, quodam ſuo ignoravit,

DITIO, vel DICIO, onis, Eſt jus, poteſtas, imperium. Cavendum ne uſurpetur pro regione vel provincia alicujus poteſtati ſubjecta. Meritò ſane Gaſpar Scioppius de Styl. Hiſtor. arguit Lipſium, qui Epiſt. Centur. 8. 2. ſcripſit : *In ditione Leodicenſi diutius ſubſiſtam* : & Caſaubonum, qui in eadem ſignificatione uſus eſt hac voce in Contraſcripto, quod Angliæ Regis juſſu adversùs Cardinalem Peronium edidit. Simili nota afficieodus eſt Ægidius Menagius, non indiligens cæteroqui Grammaticus Orig. della Ling. Ital. ad vocem *Landa*. *Landa appreſſo i Tedeſchi ſuono propriamente Paeſe, Provincia, terra, e quel che da Latini ſi diſſe ditio*. Dicendum illi fuit *Regio* vel quid ſimile. Aperte diſtinguit inter duas commemoratas ſignificationes Virgil. 1. Æneid.

Qui mare, qui terras omnes ditione tenerent.
Sic autem fere conſtruitur : *Venire, accipere, dedere ſe in ditionem*. Pro certo habeas allucioari Calepinum, Nizolium, Voſſium, & alios, qui vocem *ditio* trahunt à *dis*, vel *dives*; quaſi ditio ſit dite ſolum. Ducitur omoiod à Græco nomine *δίκη*, quo notatur jus vel poteſtas; & optimi quidem Codices habent *dicio*. Ditio autem poſtea dicta eſt propter familiarem Latinis mutationem *c* in *t*, ut liquet in *tralaticium*, & aliis oppidò multis.

DIVINATIO, onis. De vaticiniis, quæ ad auſpicia, & rem auguralem pertinent, definitè ad tractationem noſtram affatim diximus in Titulis *Augurium, Auſpicium, Extiſpicium*. Sermonem hic inſtituimus de præſagiis, quæ in vitæ exitu bellatores præſerim viri minantes funditant apud Poetas. In Euripidis Hecuba Polymeſtor morti proximus Agamemnoni quidem & Caſſandræ calamitoſum interitum, ipſi verò Hecubæ converſionem in canem prænunciat. Apud Homer. Iliad. 16. Patroclus moriturus occiſori Hectori præſagit obeundam necem Achillis manu.

Verum hoc nunc dictum tibi habe : quod pectore in imo
Condere te jubeo : nec enim tibi vita ſuperſtes
Iſta diu; nec virtutis flos ille manebit.
Jam te fata vocant; tibi jam lux ultima vitæ
Imminet; invicto quam mox ſub Achille ſubibis.

Apud eundem Poetam Iliad. 22. Hector Achilli percuſſori parem vitæ terminum præcinit à Paride & Phœbo.

Norā equidē, non te precibus lacrimiſve moveri,
Quandoquidem eſt animus tibi ferreus : at mihi pœnas
Tu quoque perſolves; namque hæc tibi fata recludam,
Quæ monet ira Deûm : cum Scææ ad limina portæ
Te Paris, & præſens arcu configet Apollo.

Orodes Mezentii mortem ſic divinat apud Virgil. 10.

Ille autem expirans; non me, quicumque es, inulto
Victor, nec longùm lætabere : te quoque fata
Proſpectant paria; atque eadem mox arva tenebis,
Ad quem ſubridens miſta Mezentius ira,
Nunc morere : at de me Divûm Pater, atque hominum Rex
Viderit.

Quem locum verbum fere pro verbo ita reddidit Taſſus Gieruſ. Cant. 9.

Non tu, chiunque ſia, di queſta morte
Vincitor lieto havrai gran tempo il vanto :
Pari deſtin t'aſpetta, e da più forte
Deſtra a giacer mi ſarai ſteſo a canto.
Riſe egli amaramente : e di mia ſorte
Curi il Ciel diſſe : hor qui tu mori intanto.

Non miſſum faciam Machaonem apud Calabrum lib. 6. ubi Eurypylum interfectorem, ſic alloquitur.

nec longum tibi diem fata protrahent :
Adventat nimirum Parca lethum ferens
Ad Trojæ campos, ubi ſcelerata committit prælia.

Lucanus lib. 7. hæc habet de Domitio lethali vulnere percuſſo, at Cæſari infelicem obitum vaticinante.

Non te funeſta ſcelerum mercede potitum,
Sed dubium fati Cæſar, generoque minorem
Aſpiciens, Stygias Magno Duce liber ad umbras
Et ſecurus eo. Te ſævo Marte ſubactum,
Pompejoque graves pœnas nobiſque daturum,
Cum moriar, ſperare licet.

Lucano & aliis amœbæum canit Triſſinus lib. 18.

Così diſſe il ſuperbo : e quel meſchino,
Ch' haveo la morte già vicina a i denti,
Riſpoſe : Tu non già, ma la mia ſtella,
Turriſmondo crudel, m'hà poſto al fine.
Hor' io ti dico; e chiudilo nel cuore,
Che Corſamonte ancor frà pochi giorni
Ti darà morte ſopra queſti campi.

2. Hæc militaria. Alia quædam ſubtexam, ut hujuſce moris, inolitæque apud Antiquos opinionis de morientium vaticiniis exempla tibi largiter ſuppetant. Dido gladio ſe transfixura, imprecantis ſpecie, Æneæ mortem, Carthaginienſium in Romanos odium, horumque clades ab Annibale viſa eſt prænoſcere apud Virgil. Æneid. 4.

dabis, improbe, pœnas,
Audiam; & hæc Manes veniet mihi fama ſub imos.

Et infra.

Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor,
Qui face Dardanios ferroque ſequare colonos.

Pulcherrima illa ſunt Socratis morituri apud Platonem in Apolog. Socrat. *Sum jam eo loci, quo homines maxime vaticinantur in vitæ exitu. Denuncio autem vobis, ò viri, qui me eſtis interfecturi, ultionem ſtatim vobis affore poſt mortem meam, multo certe acerbiorem morte, qua me abſumitis.* Admiratione pleniſſimum eſt, quod ex Poſſidonio tradit Cicero lib. 2. de Divin. *Divinare etiam morien-*

rientes illo exemplo confirmat Poſſidonius, quo affert, Rhodium quendam morientem ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinceps moriturus eſſet.

3. Recenſitis exemplis congruunt ſuffragia Philoſophorum, potiſſimum verò è Platonis Sectariis, qui vim divinandi proxime morituris attribuunt. Id continuo elicias ex Platone & Socrate, cujus verba ſuperiùs attuli: atque adeo ex Cicerone, ubi ſupra de Poſſidonio. Idem tanquam Veterum dogma receptiſſimum ex Artemone Mileſio docet Euſtathius ad Homer. Iliad. 16. Quibus explanatis duo ſe offerunt obiter perquirenda. Primum, quibus rectæ rationis adminiculis fulti viri ſapientes in eam opinionem diſceſſerint. Alterum, quatenus eam doctrinam veritati conſentaneam eſſe ſit reputandum. Stabiliri autem primùm illa videtur, quoniam in moribundo corpore propinquior ſuæ origini eſt animus; lætuſque diſſolutione & diſceſſu à mortali carcere, in libertatem ſe paulatim aſſerit: fruiturque mutatione inſtantis vitæ immortalis. Huc disertè referuntur verba Aretæi, Medici Græcanici antiquiſſimi de morbis acutis lib. 2. cap. 4. Is poſtquam lethaliter ægrotantibus, & in extremo vitæ ſpatio conſtitutis, puriſſimum ſenſum, intelligentiam ſubtilem, cognitionem divinatricem adſcripſit, ita ſubdit loquens de moritura: *Prius enim in ſordibus erant, in fæcibus, ac tenebris. Ut autem morbus hæc exhauſit, & caliginem ab oculis ademit, dicunt quæ ſunt in aere, & nuda jam anima fiunt veri vates. In tantam videlicet humorum tenuitatem perveniunt, evaneſcente animali virtute.* Ejuſdem ſententiæ ſunt illa apud Tertull. de Anim. 53. *Solicitiore obtutu, extraordinaria loquacitate, dum ex majore ſuggeſtu, jam in libera conſtituta, per ſuperfluum, quod adhuc cunctatur in corpore, enunciat, quæ videt, quæ audit, quæ incipit noſſe.* Platonicorum hæc fere etiam reliquorum ſunt. Quibus ut majorem fidem concilient, duplici ajunt vehiculo animam uti; altero quidem oſtraceo, cum degit immerſa corpori; alterò verò æthereo & cœleſti, cum agit à corporis laqueis expedita. Igitur in vitæ divortio exſolvi ſenſim extriearique animam ab oſtraceo vehiculo, transferrique in æthereum: Hinc illi longe açutior mentis acies, & divinandi facultas.

4. Ut verò ego ad alteram diviſi hujus Thematis partem aggrediar; haud equidem inficiabor primùm argutè iſthæc eſſe & ingenioſe quæſita, atque adeo non parum plauſibilia in vulgus & vendibilia: longe verò majorem habere ſpeciem quàm veritatem, habeo perſuaſiſſimum. Gemina illa humanis animis tributa vehicula æquo animo amplectar, modo liceat mihi bona Platonicorum venià eadem per allegoriam interpretari. Facilè illis aſſentiar, ſi pro curru oſtraceo non detrectent percipi anguſtis corporum cancellis circumſcriptas animas, nec liberè actitantes, ſed ſubſequi juſſas modulum ac veluti præſcriptiones multiplicis organi, quo compacta ſunt ſepta corporea: æthereum verò vehiculum ad eandem referatur animam, cum emancipata manuque miſſa, & corpore valere juſſo, ſuæ ſit poteſtatis, nec repagulis ullis vel inſtitis præpeditur. Non abnuam vehiculum oſtraceum mortale corpus, æthereum verò vehiculum aptè appellari idem corpus redivivum, mortis expers, mira præditum agilitate, luce clariſſima circumfuſum, non labori, non laſſitudini, non dolorum aculeis obnoxium. Nec gravatè iterum accipiam vehiculum oſtraceum pro corrumpendo mox corpore; æthereum verò pro religioſè pièque factis; omniumque Chriſtianarum virtutum exercitamentis, quæ noſtros animos in cœlum ſublevant, efferuntque ſempiternis gaudiis potituros. Profecto hac uſurpatione non Platonica ſolùm vehicula, verùm alas inſuper, quod ipſum eſt Platonis inventum, animis humanis impertiar. Huc verò referas illa Petrarcæ:

Amor, ch'a ſuoi le piante, e'i cuori impenna,
Per farli al terzo Ciel volando ir vivi.

Et alibi pulcherrimè:

Coſi carco d'oblio,
Il divin portamento,
E'l volto, e le parole, e'l dolce riſo
M' haveano ſi diviſo
Da l'imagine vera,
Ch'io dicea ſoſpirando:
Quì come venni, e quando?
Credendo eſſer'in Ciel, non là dov'era.

Quibus illa non diſſonant:

Levommi il mio penſier in parte, ov'era
Quella, ch'io cerco, e non ritrovo in terra:
Ivi frà lor, che'l terzo cerchio ſerra
La rividi più bella, e meno altera.

Item illa:

Da volar ſopra'l Ciel gl'havea dat'ali
Per le coſe mortali,
Che ſon ſcala al Fattor, chi ben l'eſtima.

Poſtremò vehiculum æthereum non abſurde figurata locutione nominaverim illibatiſſimum corpus Deiparæ Virginis, aliorumque, qui, licet non ita ſingularis beneficii nota, morum tamen integritate viſi ſunt ab omni contagione cænoſi hujus repaguli, quod circumferimus, aſſerere animos. Petracha.

Anima, che di noſtra humanitade
Veſtita vai, non come l'altre, carca.

Exadverſum currum oſtraceum iis attribuam, de quibus Horatius Serm. 2. 2.

quin corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoque prægravat unà;
Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

Certe curru oſtraceo vel æthereo humanos animos vehi, ſi res nudè verèque ſumatur præter omnem allegoricam acceptionem, rem eſſe compertiſſimæ falſitatis, ne Platonicos quidem cenſuerim in dubium revocaturos, modò Eliam Thesbiten excipiant, quem curru flammeo in aerem abreptum Sacra tradit Hiſtoria.

5. Quod autem ajunt, appetente obitu, noſtros animos adipiſci facultatem divinandi, quoniam ſui veluti juris eſſe incipiunt, avulſi deterſique à concretione corporis, quod morbi gravitate paulatim exoleſcit ac deficit, præterquamquod ab Ariſtotele & Peripateticis validè refellitur; nullo probæ rationis adminiculo conſtare ſatis poteſt. Defige parumper oculos in laborantem extremo languore. Ut vultus decidunt! ut rigeſcunt artus! ut membra contremiſcunt! intus retruſi oculi: macie genæ diffluunt: expilatum pateſcit cranium. Non color flacceſcenti carni, non vigor eliſis nervis ſuperat. Ingruentium febrium aſſultus, mordaciſſimi dolorum aculei ita diſcruciant ſemianimem, ut omnia queſtu miſerrimo, & ejulatu perpetuo compleat: nec interim aut acerbiſſimi laboris tolerans, aut ſui ſatis com-

pos,

Digitized by Google

pos, ſubſilit, furit, proximos quoſque appellat injurioſè: exanimatum planè diceres, niſi rabies & iracundia vivum proderent. Hujuſce conditionis ſtatuſqua homines ſiquis divinatorum prærogativà contendat excellere, alterum ex duobus ut ſanciat, neceſſe habet. Vel enim haudquaquam ab anima progigni fremitus illos, illam indignationem, motuſque, atque perturbationes à doloris acerbitate commotas ſtatuendum eſt; vel fatendum omninò binas ſaltem animas ſingulorum corporum clauſtris adſtringi, quarum altera eorum motuum ſit effectrix & procreatrix, otiante interim altera inter Halcedonia pacatiſſimæ tranquillitatis, proximum ex corporis anguſtiis abſceſſum meditante, ac veluti tyrocinium quoddam atque proluſionem vitæ liberioris nacta vim divinandi. Atqui utrolibet modo ſic exiſtimantes apertiſſimi erroris redarguuntur: cum re ipſa abſurdum & abſonum ſtatim appareat, quod fuit in diviſione primum; alterum verò pronunciatum à Sacris noſtræ Fidei præceptionibus non ignoremus eſſe proſcriptum. Equidem cum S. Thomas 1. P. Queſt. 89. art. 4. ſejunctas animas à corporum involucro neget pernoſcere quæ in rerum natura accidunt ſingillatim, niſi forte ex eo ſint genere, quæ eaſdem privatim afficiant; ſtupidi profectò ingenii ſuerit judicare, eaſdem vel vaticinia prodere dejectas & involutas corporum ſarcinis; imò vero debilitato proſtratoque maxime corpore, quo cæteroquin unicè utuntur adjutore & adminiſtro ſuorum operum. Ad banc formam obſitos animos perinde credas vaticinia forteſque poſſe depromere, ac ſiquis citatiſſimo curſu ſe devehi contenderit, ſtrigoſo equo & macilento, vel curru lacero carioſoque inſidentem. At, inquies, Divinationes in vitæ diſceſſu teſtatiſſimas exempla faciunt. Nimirum fors id caſuſque interdum tulit. An factum quandoque nequiter, ut clam comperta pro præſagiis venderentur? Nam præter hujus tractationis indaginem vides, lector, eſſe ſepoſita, quæ ſanctimoniâ præſtantes viri, divini Numinis afflatu, ſupraque omnem naturæ niſum, vaticinia prodiderunt. Sed neque negotii quidquam faceſſunt allocutiones moriturorum, ſapientiâ nonnunquam doctrinâque pleniſſimæ: ad hæc piæ ſupplicationes, monita, alloquia, preces enixæ, non uſitatam pietatem, conſtantiam, Religionem teſtificantes: cujuſmodi nullas tam acri animi ſenſu, tantaque contentione anteactus vitæ curſus expreſſit. Iſtam ſiquidem ſummi vigoris intelligentiam, & inuſitatæ pietatis ſignificationes procreant ſupremo conatu collectæ vires, reputatio proximi trajectus ad ſempiternæ felicitatis, vel perditionis manſionem, cæleſtia præſertim auxilia, quibus in extremo illo rerum articulo amantiſſimum Numen ſervulis ſuis, imò verò filiolis, licet ſæpe transfugis ac deſertoribus, præſto eſſe non deſinit. Non multum diſpari ratiociuatione diluitur quod ex Platonis ingenio aſſeverat Cicero: ſenes nimirum idcirco mentis uſu & conſilio præſtare junioribus, quoniam eorum animi corporibus nexu laxiore junguntur. Diuturna rerum experientia, uſus vitæ longior, morum inveterata cognitio; ea ſcilicet ſunt cauſa, quamobrem minoribus natu ſapientia antecellera videantur. Pretereo multa juniorum conſilia & pronunciata ejuſmodi eſſe, quæ ab ipſis profecta vileſcunt, à ſenioribus accepta pro oraculis haberentur. Quo ſane modo magnæ potentiæ hominum effata etiam diobolaria viliſſimi aſſentatores excipiunt admirabundi, & buccis follicantibus in Cœlum efferunt: eadem ab aliis audita deſpiciunt irridentque. Tanti eſt, quod ajebat Satyricus:

præcedere quattuor annis

aut pauxillum ab aliis diſtare fortunæ beneficio.

6. His in hunc modum compoſitis facili negotio aſſequi potes quid ſit definiendum de alio Platoni item adſcripto vaticinio, quod genus quamdam eſſe ſtatuitur furoris divini. Notum eſt Platonem in Phędro, Ficinum in Platonis Jonem, alioſque ejus magiſtri aſſeclas quatuor Furoris divini genera agnoſcere: Amorem, ſtudium Poeticum, Vaticinium, & Myſterium. Vida Lucam Belli Comment. *ſopra il Convito di Platone* c. 6. Ad Vaticinium facit illud Virgilii 6.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur Vates, magnum ſi pectore poſſet
Excuſſiſſe Deum.

Hunc itaque furorem Divinatorium, ſi per allegoriam interpreteris ardorem & ſtudium divinæ Sapientiæ imitandæ, amplectaris licet: ſin minus, & planè, ut verba ſonant, ram accipias, noveris neutiquam congruere noſtris animis, niſi favor divinus futura illis denudet, luce, quæ omnem humani ingenii aciem longe ſuperet, iiſdem oboriente. Nec ſecus decernendum de reliquis divinis furoribus, ac præcipue de Studio Poetico, ſuper cujus intelligentia vide Dialogum ſingularem Hieronymi Frachettæ. Cæterum de Divinatione moriturorum vide Jacobum Mazonium diſeſ. di Dant. P. 2. l. 3. c. 21. & l. 4. c. 76. Jacobum Spondanum Comment. ad Homer. Iliad. in locis ſuperiùs allatis. De la Cerda in Virgil. 10. ubi ſupra, & Stephanum Menocchium Stuor. Centur. 8. c. 75.

Doctores armorum. Vide *Campidoctor*.

Doctrina. Vide *Literæ*, *Matheſis*, *Eloquentia*, & aliarum Facultatum Titulos.

Dolabra, æ. Inter bellica Inſtrumenta, & quidem oppugnatoria meritò recenſetur. Italis *Piccone*. In Columna Trajani crebrò viſitur ejus forma. Ea vero eſt ſecuris, acie unica & ſimplici, acuminata in modum mucronis ex altera parte. Duplex proinde uſus: nam acie lignis cædendis; mucrone verò diruendis muris ſerviebat. Liv. lib. 21. *Cum muros defenſoribus nudaſſet, tum Annibal occaſionem ratus, quingentos ferme Afros cum Dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit.* Tacit. verò lib. 3. Hiſtor. Dolabras à ſecuribus clarè diſtinguit: *Mox converſus ad ſingulos, num ſecures, Dolabras, & cætera expugnandis Urbibus ſecum attuliſſent, rogitabat.* Nempe in oppugnationibus, poſtquam ad muros perventum erat adminiculo vinearum, Dolabris eoſdem ſubruere ceptabant. In hujus inſtrumenti uſu & frequentes Romani erant in caſtris, & idem ad conficienda bella referre plurimum axiſtimabant. Hinc memorabile effatum Cobulonis apud Frontinum: *Hoſtem dolabrâ vincendum eſſe*. Marius etiam dolabra in caſtris meruit, cædendus à Centurione, ſi tardius opera procederent. Juvenal. 8.

Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Ex his locis ſit apertum, dolabram inſtrumentum fuiſſe operarum caſtrenſium, quæque mercenariæ conductæque aciem ſequebantur. Itaque cum legis apud Curt. lib. 5. de Alexandro: *Primuſque*

Rex

Rex dolabra glaciem perfringens iter ſibi fecit; noveris per regiam demiſſionem id factum; aliiſque exemplo incitandis. Obſerva Calepinum, Nizolium, Paſſeratium, alios, ubi dolabram exponunt pro aſcia, quæ eſt fabrile inſtrumentum ad lignorum aſperitatem exæquandam, recte facere: incautè verò nimis inſcitèque; cum ejuſmodi expoſitioni comprobandæ afferunt loca Livii, in quibus de militari non fabrili dolabra Hiſtoricus apertè loquitur.

Dolichon. Genus menſuræ itinerariæ. Vide *Stadium*.

Dolichus. In re Gymnaſtica eſt curſus duorum Stadiorum ſine recurſu. Pollux docet, Dolichon curriculum fuiſſe omnium maximum, in quo qui certabant Dolichodromi dicebantur.

Dolichonaomi. Vide *Dolichus*.

Dolium, ii. Vas vinarium omnibus notum. Neutiquam tamen ad vini uſum ejus hic mentionem facimus: cum potius Romanis, aliiſque paulò cultioribus populis interdictum vini potum in militia alibi dixerimus. Quæ recenſemus dolia, adnumerantur ab Antiquis inter inſtrumenta ad repugnandum & obſiſtendum hoſtilibus machinis. Ea igitur farcire ſolebant ſaxis, atque agere in declive, ut concepto impetu, hoſticas machinationes diſpergerent, atque ipſis bellatoribus perniciem inferrent. Non ſum ignarus non admodum vetuſti inventi rem eſſe. Recenſetur tamen à Dione Caſſio lib. 56. *Dalmatarum alii lapides multos aut fundis emittebant, aut manu devolvebant: alii rotas, alii currus totas petris plenos, alii arcas ſive dolia rotunda, facta more gentis, & lapidibus referta demittebant*. Refertur etiam ab Ammiano lib. 20. *Et vimineæ crates cum procederent confidenter, eſſentque parietibus contiguæ, dolia deſuper cadebant, molæ, & columnarum fragmenta; quorum nimiis ponderibus obruebantur pugnatores*. Hoc etiam genus inter alia repugnantia picturâ expreſſum oculis ſubiicit Lipſius lib. 5. Poliorc. Dialog. 4. Alio modo uſurpata ſunt ad repugnandum Dolia diſſecta, & aquis oppleta ad extinguendum ignem applicitum veſtibus Præſidiariorum, quod his verbis refertur à Boſio l. 27. *Poſte s'erano non molto da parapetti lontane alcune botti ſegate per mezzo, piene di acqua, nelle quali ſpeſſo dentro ſi vedeva attuffarſi alcun Cavaliero, o ſoldato per liberarſi ad un' tratto dal fuoco artificiato, quando a veſtimenti ſe gli appiccava, rimettendoſi poi ſubito così bagnato alla poſta ſua da combattere*.

Doliola, orum. Vacua doliola ad ligneas machinas in aquis ſuſtinendas commentus eſt Pompejus Targonus, Archiducis Auſtrii Machinarius in Oſtendæ obſidione. Gallucc. de Bell. Belg. l. 15. *Eis abſolutis circumfodiebatur arena, & complura ad utrunque latus doliola vacua appendebantur, quorum beneficio affluentibus aquis ſupernatabant, inde Ergatis, ſeu tractoriis inſtrumentis, ad aggerem agebantur, eumque ſubductis doliolis depreſſæ continuabant*. Vulgo ea doliola appellata fuiſſe *Tonelli* ſcribit idem Author.

Dolones. Authore Donato tela ſunt, à lædendo dicta, origine Græcanica. Varro Dolonem exponit ingentem contum cum ferro breviſſimo. Servius vero ad illud Virgilii 7. Æneid.

Pila manu, ſævoſque ferunt in bella dolones,

Flagellum fuiſſe exiſtimat, intra cujus virgam lateret pugio. Servii opinionem confirmat Alphenus Juriſconſultus lib. 9. ff. tit. 2. lib. 52. §. 2. *Flagello, quod in manu habebat, in quo Dolon inerat, verberare tabernarium cœperat*. Sive lignum illud fuerit, ſive flagellum, ubi ferrum contegeretur, cum opus fuerit, eximendum, equidem videntur Dolones dicti à dolo, ideſt à fallendo; quam ob cauſam à Plutarcho in vita Gracchorum dicuntur arma latronum, & tecti gladioli. Heſychius exponit gladiolos latentes in ligno, quos Itali dicimus *Verdughi*, & nos de illis agemus in Titulo *Verutum*. Equidem ignobile fuiſſe teli genus oſtendit Svetonius in Claud. *Reperti & equeſtris ordinis duo in publico cum Dolone ac venatorio cultro*. Ludovicus de la Cerda ad indicatum verſiculum Virgilii lib. 7., duo relatu digna adnotat. Coniicit primùm ſimile telum Dolones fuiſſe, ac tela ſubalaria, quorum meminit Cornelius Nepos in vita Alcibiadis: *Ille autem ſonitu flammæ excitatus, quod gladius ei erat ſubductus, familiaris ſui ſubalare telum eripuit*. Dicitur ſubalare telum, quoniam ſub axilla conditum geſtatur: ad quam formam Italorum *Stampella* Lampridius vocat fulcrum ſubalare. Alterum oppoſita teli genera fuiſſe Dolones, & angones. Quemadmodum enim in Dolone nihil ferri apparebat, ſic in angone nihil, aut minimum ligni. Ita verò de Angone ſcribit Agathias lib. 2. *Hic pleraque ſui parte ferro eſt obductus, ut nihil ferè ligni appareat*. Longè diverſæ ſignificationis ſunt Dolones apud Livium lib. 36. *Polixenidas enim ut virtute militum haud dubiè ſuperare ſe vidit, ſublatis dolonibus, effuſè fugere intendit*. Ubi Dolones omninò ſunt armamenta navalia, & Donatus ad eum Livii locum genus veli minoris interpretatur.

Dolus, i. Non dicitur à deludendo, ut Iſidoro placuit, non à dolando, ideſt minuendo, quod fabri materiarii faciunt, ut ſcribit Donatus ad Terent. Eunuch.; ſed planè Greca vox eſt δόλος, quæ idem ſignificat. Diſtinguunt Latini dolum bonum, & dolum malum: malus dolus fraudem & fallaciam ſonat, & ſi verbis conficitur, mendacium nuncupatur, ſi re ipſa peragitur, dicitur ſimulatio. Dolus bonus, authore Feſto, ſæpe accipitur pro ſolertia, quæ in re bellica præcipuam obtinet laudem; eaque callidè in primis uſus eſt Annibal ad Romanos decipiendos. Antiquitùs verò in dolo capiendis hoſtibus eminuiſſe Spartanos notat Plutarchus, majoremque ab iis victimam immolatam, qui aſtu, quàm qui aperto Marte rem feliciter geſſiſſent. Idem Scriptor Cretenſes laudat, quoniam dolis furtiſque bellicis ſimplicem & antiquum belligerandi morem primi miſcuiſſent. Apud Homerum certè dolis ubique Ulyſſes redundat, ſapientiſſimus cæteroqui Ducum, qui ad Trojanum bellum profecti ſunt. Idem Poeta præcipit nocendum eſſe hoſti,

Sive dolo, ſeu vi manifeſta, clàmve palàmve.

Quod a Virgilio redditum lib. 2. Æneid.

dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?

Quibus verbis ſimilia ſunt Pindari illa.

Quidvis agendo ſcilicet hoſtica
Delenda vis eſt.

Silius etiam dolum bellicum virtuti ipſi militari præferre auſus eſt.

Bellandum eſt aſtu: levior laus in Duce dextra.

Apud noſtrates verò Areoſtus Cant. 15.

Fù il vincer ſempre mai laudabil coſa
Vincaſi per fortuna ò per ingegno.

Digitized by Google

Contra verò apud Imperatores ac milites indolis generoſitate præſtantes ut omne genus fallaciarum & falſiloquii repudiarent, effecit ſæpe, ſupra excolendæ juſtitiæ ſtudium, eximia quædam celſitudo animi, cum nonnulla propriarum virium fiducia, ad magni nominis propagationem conjuncta. Verè proinde Mamertinus in Paneg. ſcripſit: *Mira eſt in Principe noſtro mentis linguæque concordia. Non modo humilis & parvi animi, ſed & ſervile vitium ſcit eſſe mendacium, & vere cum mendaces homines aut inopia, aut timor faciat, magnitudinem fortunæ ſuæ Imperator, qui mentitur, ignorat*. Hinc meritò Plutarchus Ariſtidem, Probus verò Epaminondam effert, quòd ita veritatis ſtudioſi fuerint, ut ne per jocum quidem rem falſam dixerint. Ælianus verò de Romanis teſtatum reliquit non per aſtum illos & vafritiem, ſed virtute duntaxat auſpice & comite gloriam quæſiviſſe. Tacitus de iiſdem ita ſcripſit; *Non fraude neque occultè, ſed palàm & armatum populum Romanum hoſtes ſuos ulciſci*. Non aliam ob cauſam Tragici demordent paſſim Ulyſſæę militiæ genus, quod nonniſi furtim prævalet; ipſumque Ulyſſem, tanquam lucem in ſuis facinoribus edendis refugerit, nocturnum appellant militem; quibus congruunt Ovidii verba lib. 13. Metam,

ſua narret Ulyſſes,
Quæ ſine teſte gerit, quorum nox conſcia ſola eſt.

Neque porrò tanti æſtimanda eſt cujuſvis mendacii utilitas, ut honeſtum quiſpiam reputare poſſit ea cauſa mentiri, ut ſibi non ita pauci perſuaſum habuere. Ejus rei exemplum habemus ex Plutarcho in Stratocle, qui bello navali ſuperatis Athenienſibus, lætiſſimam populo victoriam nunciavit. Itaque indictæ ſupplicationes Diis Atticæ Præſidibus, decretumque publicum epulum populo geſtienti: biduo poſt rei falſitate comperta, cum adversùs Strstoclem mirà Civitas invidià conflagraret, *Quid*, inquit ille, *ſuccenſetis mihi, Viri Athenienſes, qui duorum vobis dierum lætitiam attuli*. Dolum militarem illuſtrem à fraudibus hominum facinoroſorum egregiè diſtinguit Bernardus Taſſus Amad. cap. 64.

Vincete con aſtutia, e con inganno,
Come i più ſaggi Capitani fanno.
Non dico inganno col mancar di fede;
E non ſervare i già promeſſi patti,
Perche queſto l'onore impiaga, e fiede,
E fà men chiari, e glorioſi i fatti;
Ma quell' inganno, ch'ogni dì ſi vede
Uſarſi frà nemici, onde disfatti
Più ſono ſtati Capitani illuſtri,
Che la terra non ha gigli, e liguſtri.

Refugiunt proinde bellatores ingenui dolos pravos atque nefarios, & qui mendacio, perjurio, & violatá fide ſordeſcunt: Solerter, fictè, ſimulateque agere non dedignantur. Eas artes laudat in Meliſſo Pindarus Iſthm. Od. 4.

Ille animo ſimilis eſt
Leoni acriter frementi in venatu;
Sed ſolertia eſt vulpes,
Quæ inverſo jacens corpore Aquilæ
Impetum deludit. Fas eſt quoquomodo
Adverſarium vexare.

Huic loco perſimile eſt Lyſandri dictum; qui cum ſibi, ex Herculea ſtirpe proficiſcenti, objectaretur inſidiarum uſus in bello, reſpondit, teſte Plutarcho: *Si leonina pellis non ſufficit, vulpina eſt addenda*. Gens Romana à ſuis primordiis dolos malos abhorruit. Teſtes miſſi ad Pyrrhum legati, quibus moneretur ut ſibi caveret à Timochare medico, qui veneno tollere illum de medio eſſet pollicitus. Fateor virtutis priſcæ Romanos Martem apertum, non verſutias & fallacias coluiſſe. Liv. de Tarquinio lib. 1. *Minime arte Romana, fraude ac dolo Gabios aggreſſus eſt*. Quibus congruunt illa ejuſdem Hiſtorici de Rege Perſeo. *Hæc ut ſumma ratione acta magna pars Senatus approbabat; Veteres, & moris antiqui memores negabant, ſe in ea legatione Romanas agnoſcere artes. Non per inſidias & nocturna prælia, nec ſimulatam fugam, improviſoſque ad incautum hoſtem reditus, nec ut aſtu magis quam vera virtute gloriarentur, bella Majores geſſiſſe*. Verum hic ipſe Livii locus fatetur hoſtem decipiendi artes paulatim Romanos arripuiſſe. Idem indicat Cæſar de Bell. Gall. lib. 1. *Se ita à Patribus Majoribuſque ſuis didiciſſe, ut magis virtute quam dolo contenderent*. Polybius etiam lib. 13. ubi hoc problema graviſſimè expendit, Romanos ad bellicarum fraudum uſum deflexos fateri cogitur. Sunt qui hanc controverſiam ſic dirimant, ut in bello liceat dolis uti, neutiquam vero in privatis conflictibus. Huc trahunt fœdum Ulyſſis flagitium, qui Orſilochum noctu & inſidiis ſe interfeciſſe jactat apud Homerum Odyſſ. 13. Mihi fruſtra hæc diſtinguuntur, Nam ſicut pravus dolus & facinoroſus ubique turpitudinem ſuam circumfert, ſic dolus innocens & ingenioſus nunquam viro ingenuo poteſt eſſe dedecori.

DOMESTICI, orum. Apud Ammianum lib. 14., & alios Scriptores uſurpantur pro militibus Prætorianis; erantque non inter pedites ſolum, verum etiam inter equites adnumerati. A Nicephoro Præfectus Cohortium militarium Domeſtici nomine eſt vocitatus. Ex Anaſtaſio item habemus Domeſticum Thematum, ideſt legionum Orientalium, vel Occidentalium. Ea vox, ut de reliquis non ita paucis eſt alibi obſervatum, tranſiit poſtea ad expreſſionem urbanæ dignitatis. Et Procopius quidem lib. 1. de Bell. Wandalic. Domeſticum Principis, arcanorum ſocium appellat, quem hodie dicimus *Secretarium*. In officio, ſive apparitura Præfecti Prætorio non obſcurum dignitatis locum Domeſtici habuere, quorum amplitudinem ſic explicat Fortunatus lib. 7.

Vidit ut egregios animos meliora mereri,
Mox voluit meritos amplificare gradus.
Inſtituit cupiens, ut deinde Domeſticus eſſes,
Creviſti ſubitò, crevit & aula ſimul.

Ex horum numero & claſſe eligebantur, qui urbana & militaria negocia per provincias tractarent; omneſque ſuberant Magno Domeſtico, de quo à nobis agitur in Titulo *Megadomeſticus*. Paſſim proinde leges apud ævi Juſtinianæi Scriptores Domeſticos menſæ, Domeſticos rei domeſticæ, Domeſticos murorum, Domeſticos legionum, & Domeſticos ſcholarum, ideſt tyronum, qui in Aulis Principum ad militiam erudiebantur in Ephœbæis.

DOMINA, æ. Machina oppugnatoria. Cujuſmodi fuerit ignoratur. Recenſetur à Richardo de Sancto Germano in Chronico inter blidas & mangonellos: *Ingeniaque, blidæ, Dominæ, & mangonelli fiunt, Imperatore mandante*.

DOMO, as. Hic etiam ridendæ ſunt ſubtilitates Grammaticorum, qui domare dicunt eſſe ſub domo, vel po-

poteſtate alicujus quidquam facere. Habemus procul dubio hoc verbum à Græcorum *δαμάζω*, facili tranſitu literulæ *α*, in *o*. Domari autem dicuntur, qui vi, aut armis ſubjiciuntur alteri. Cic. pro Sext. *Non eſt paſſus ille vir, qui ſceleratiſſimos cives, qui acerrimos hoſtes, qui maximas Nationes, qui Reges, qui gentes feras atque inauditas, qui prædonum infinitam manum, qui etiam ſervitia virtute victoriaque domuiſſet, qui omnibus bellis terrâ marique compreſſis &c.*

Domator, oris. Qui domat. Tibullus lib. 4.

Te duce non alius converſus terga domator.

Domitor, oris. Verbale aliud. Ovid. de Triſtib.

Quid tibi de tetrico referam domitore Chimeræ?

proprie autem *domo*, *domitor*, *domitura*, dicuntur de equis, translatè de viris magna exerta vi reſiſtentibus. Virg. l. 7.

Picus equûm domitor.

Idem ibidem.

Lauſus equûm domitor.

Idem l. 9.

At Meſſapus equûm domitor.

Domitura, æ. Domandi actio, ſed ferè ſumitur de equia, aliiſque animalibus perdomandis. Colum. lib. 6. *Exiguus in domitura labor.*

Domitus, us. Domandi actus. Cic. lib. 2. de Nat. Deor. *Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedam vectiones.*

Domitrix, icis. Verbale fœmininum. Virgil. 3. Georg.

domitrixque Epidaurus Equorum.

Domito, as. Frequentativum à domo. Virgil. 1. Georg.

Et prenſos domitare boves.

Domefacio, is. Domo. Petronius in Satyr.

Aſt ubi ex aratro domefacta tellus nites.

Dona militaria. Innumera penè ſunt, quæ tradi ſolent in teſtimooium virtutis. Promotiones ad militiæ gradus, laudes, coronæ, ſtatuæ, trophęa, triumphi; ut indicare hic omittam, armillas, phaleras, vexilla, pila, haſtas puras, & donaticas, tum torques aureas, catellas, & quidquid flexilis & obtorti oroamenti dependet a ſummo pectore: ſed & coronæ çivicæ, murales, vallares, navales, aliaque ejus generis, non modo privatim ob fortiter navatam operam militibus tradi ſolebant, verùm etiam publicè, ac pręſertim per occaſionem triumphorum. Aſſervabantur autem ea domi in Larariis, tanquam generis ornamenta ad poſteros tranſmittenda, & hoſpitibus oſtentanda. Cic. io Catil. *In animis ergo noſtris omnes triumphos noſtros, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, inſignia condi volo.* Ajebam per occaſionem triumphi ea præcipuè diſtributa dona. Ovid. lib. 2. de Pont. Eleg. 1.

Atque ita victorem cum magno vocis honore
Bellica laudatis dona dediſſe viris.

Vopiſcus io Aurelian. *Valerianus Imperator coronas quatuor murales donavit, coronas vallares quinque, coronas navales duas, haſtas puras decem, vexilla bicolora quatuor fuerunt, argento texta & auro.* Saluſtius etiam in Bell. Jugurt., haſtas, vexilla, phaleras in donis militaribus numerat. Luculenter autem Zonaras: *Triumphali autem habitu ornatus, armillis ſumptis, laurea redimitus, & ramum dextra tenens populum convocabat; & militibus publicè, quibuſdam etiam ſeorſim laudatis pecuniam donabat, & ornamenta, armillas, haſtas ſine ferro, & coronas, aliis aureas, aliis argenteas, expreſſo in iis nomine, & facinore viri.* Liv. lib. 39. *Fulvius multos eo die, priuſquam in Urbem inveheretur, in Circo Flaminio Tribunos, Præfectos, Equites, Centuriones Romanos, ſocioſque donis militaribus donavit: militibus ex præda vigintiquinque denarios diviſit, duplex centurioni, triplex equiti.* Pecunia oimirum ex pręda diviſa militibus frequentiſſimè legitur apud Hiſtoricos. Agri jugera, electio captivorum, equi ornati & phalerati inter dona militaria publicè tradita paſſim recenſentur. Nihil eſt neceſſe pluribus exemplis inniti in re admodum trita, & vulgatiſſima apud Scriptores. Addam ſolùm ex Poetis Silium lib. 15.

phaleris hic pectora fulget,
Hic torque aurato circumdat bellica colla.

Et Juvenalem Satyr. ult.

Ut læti phaleris omnes, & torquibus omnes.

Non prætermittam denique obſervare, priſcis temporibus, militaria fuiſſe dona bina jugera, aut quantum agri uno die quis circumaraviſſet. Plin. lib. 18. cap. 3. *Dona ampliſſima Imperatorum ac fortium Civium, quantum quis uno die plurimum circumaraviſſet.* Quartarii, aut heminæ farris ampliſſima dabantur dona, & pro lętiſſimo fructu, & laborum atque periculorum pretio accipiebantur. Ab ea farris largitione, ut Plinius ibidem & Feſtus docent, factum eſt oomeo adoreæ, quod primùm quidem libum fuit farreum. Virgil. 7.

Inſtituuntque dapes, & adorea liba per herbas
Subjiciunt epulis;

poſtea verò tranſiit in victoriæ nomen. Horat. lib. 4. Od. 4.

Quid debeat, o Roma, Neronibus,
Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal
Devictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma riſit adorea.

Adorea autem pro laude bellica non dicitur ab adorando, ut ineptè ſcripſit vetus Interpres Horatii, quaſi gloria militaris victores adorandos reddat: nec quis far, quod a Priſcis ador dicitur, omnium rerum abundantiam adducat, ut ſupinè & oſcitanter tradidit Feſtus; ſed quoniam eo munere affici honorificum inprimis reputabatur, ut nos animadvertimus in voce *Adorea*. Cæterum plura de Donis militaribus repete a Sigonio de Antiq. Jur. Rom. lib. 1. cap. 15. ab Alex. Neapolit. Genial. dier. lib. 4. cap. 18. a Roſin. Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 26. & Bulenger. de Triumph. cap. 12. Vide apud oos dictionem *Præmia*, & multa etiam paſſim ſparſa propriis in locis.

2. Sunt etiam dona, quæ oon pro rebus fortiter geſtis in præmium; ſed obſequii vel honoris gratiâ offerri moris fuit. Munera certè mitti ſolita à Regibus, & præſtantibus Civitatibus, cum aliorum ſocietatem & amicitiam expoſcerent: item à legatis, cum aut implorarent auxilium adversùs hoſtes, aut de victoriis gratularentur, aut de cooeiliandis fœderibus agerent, ubique fere legimus. Et Livius quidem lib. 42. Eumeni Regi inter alios à Senatu honores habitos, ampliſſima illa recenſet munera, ſellam curulem, & ſcipionem eburneum. Idem lib. 30. memorat Maſſiniſſam Regem à Scipione donatum tunicâ palmatâ, togâ pictâ, aureâ coronâ, & paterâ, ſellâ item curuli, & eburneo ſcipione. Tacitus lib. 4. *Cognitis Ptolemæi per id bellum ſtudiis, ex vetuſto more miſſus è Senatoribus, qui ſcipionem eburneum,*

Digitized by Google

togam pictam, antiqua Patrum munera daret, Regemque & ſocium, atque amicum appellaret. Legati verò quacumque demum de cauſa, quæ nonniſi maximæ graviſſimæque ſolebant eſſe, ultrò citròque commearent, nunquam ſere dimittebantur indonati. Contra verò Legati ipſi, oblatia ad extremum muneribus, ſuo munere & legatione ſungebantur, ut à nobis latè ſuo locn traditum eſt.

DONATICA HASTÆ. Vox ipſa monſtrat fuiſſe præmium militare. Quid diſtent ab haſta pura docebo in Tit. *Haſta*: Hic addo conſueſſe Romanos Equites aureis vel argenteis haſtis donare tyrones nobiles, De aureis Dio, ubi ſcribit de Cajo & Lucio Principibus Juventutis ab Auguſto renunciatis: *Haſtæ aureæ, quas ab Equitibus Tyrones acceperant in Curia repoſitæ ſunt.* Idem exponit vetus Inſcriptio apud Lipſium Comment. in Tacit, Annal. l. 1. verum ea argenteas eas ſuiſſe haſtas teſtatur. *EQUITES. AUTEM. ROMANI. UNIVERSI. PRINCIPEM. JUVENTUTIS. CAJUM. HASTIS. ARGENTEIS. DONATUM. APPELLAVERUNT*, Viſuntur & nummi cum Lucii & Caii effigie, clypeos & haſtas habentium.

DONATIVUM, i. Tacit, lib. 30. *Adventu Quintanorum, Quintadecimorumque auctæ Legiones Donativum poſcunt.* Eſt autem Donativum nomen militare, ſignificans id, quod Imperatnr militibus erogat ob victoriam, vel propter auſpicia imperii, Opponitur congiarin, quod eſt largitin à Principe ſacta populo. Hoc diſcrimen nptimi quique Scriptores diligenter conſtanterque ſervarunt. Tacit. iterum lib. 12. *Adlictum nomine ejus Donativum militi, congiariam plebi.* Sveton. in Neron. cap. 7. *Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi Donativum propoſuit*, Plin. in Paneg. *Datumque congiarium populo, & datum totum, cum donativi partem milites accepiſſent.* Incurioſè proinde & oſcitanter fecit Capitnlinus in Antonino Pio, ubi ſcripſit: *Congiarium militibus ac popula de proprio dedit.* Oſcitanter, inquam, potiùs, quàm inſcitè fecit, utpote qui paulò infra probe illa diſtinxerit per ea verba: *Congiarium populo dedit, militibus Donativum addidit.* Legitur quidem apud Cicerouem Epiſt. ad Attic. lib. 16., ubi de Macedonicis loquitur legionibus: *Hæ congiarium ab Antonio accipere uolueraut.* Verùm aptiſſimè ibi congiarii, non Donativi factam eſſe mentionem notat Fabrettus Column. Traj. cap. 2. Ea quippe largitio non ab Imperatore militibus, ſed tanquam à ſeditioſo cive populo fuit oblata, ut eundem ad ſua ſigna pelliceret.

2. Ad vitandam verò confuſionem in Donativo, accedebant ad illud milites nominstim acciti, Sulpitius de Vita S, Martini: *Julianus Cæſar coacto in unum exercitu apud Vangionum Civitatem, Donativum cœpit erogare militibus, ut eſt conſuetudinis. Singuli citabantur, donec ad Martinum ventum eſt.* Accedebant autem laurea coronati, Tertullian. de corona militia: *Laurea meliùs coronatus Donativum Chriſti in carcere expectat.* Aliud verò Donativum apud Romanos fuit, aliud præmia militaria, Ad illud vocati promiſcuè fortes, ignavique, non virtutis habita ratione, ſed numeri. Præmia, coronæ ſcilicet, armillæ, haſtæ puræ, baltheoli, torques, phaleræ, & his ſimilia bellatorum erant ſpectatæ virtutis. Eos porrò merito laudum præconio exornatos, productoſque in medium ante omnium conſpectum Imperatores ipſi præmiis condecorabant. Hirt. de Bell. Hiſpan. *Poſtero die, re divina facta; concione advocata, in conſpectu oppidanorum, milites collaudat, totumque exercitum veteranum donavit præmiis, ac fortiſſimo cuique ac benemerenti pro ſuggeſtu tribuit.*

DORMIENTIS RETE. Adagium in eos, quibus feliciter res obveniunt ſine ullo ipſorum conatu: ortum vel ab eventu, cum dormientibus aliquando piſcatoribus piſces ſponte ſe in retia conjicerent; vel à quodam Timotheo, Duce Athenienſi, cujus ſummam in bello felicitatem, nullà ipſius operà, expreſſit quidam Pictor, Fortunam delineando, Urbes & ſceptra ad rete cogentem, ipſo Timotheo juxta dormiente. Terent. in Adelph.

Credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos?

Tullius in Verr. Act. ult. *Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati ſunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur,*

DORSUALIA. A dorſo. Pelles, vel ſtragula quibus equorum aliorumq; animalium terga inſternuntur. Trebellius in Gallieno: *Proceſſerant etiam altrinſecus centeni albi boves; cornibus auro jugatis, & dorſualibus ſericis diſcoloribus præfulgentes.*

DORSUALIS, le. Quod ad durſum pertinet. Ut nota dorſualis, quæ ad diſcrimen creandum ferro equis inuritur. Apul, lib. 2. Aſin. *Equum notæ dorſualis cognitione recuperaverunt.*

DORSUARIUS, a, um. Equus, vel aſellus, qui dorſo aliquid gerit. Varro de re ruſtica lib. 2. *Qui e Brundiſio, aut Apulia aſellis dorſuariis comportant ad mare oleum.*

DORYPHORÆ. Occurrunt apud Curtium lib. 3. *Hæc vero turba muliebriter propemodum culta, luxu magis, quam decoris armis conſpicua erat, Doryphoræ vocabantur.* Quod genus militum fuerit apud Perſas reticent interpretes Curtiani, atque aden ipſe Raderus. Joannes Baptiſta Pius Annot. poſter. c. 131. haſtatos interpretatur à voce Græca Δορυ,

DRACONARII. Qui dracones, ſigna nempe militaria ferunt, in quibus Draconia effigies viſitur. Veget, lib. 1. cap, 20, *Quid ipſi Draconarii atque Signiferi, qui ſiniſtra manu haſtas gubernant, in prælio facient?* Et lib. 2. cap. 7. *Signiferi, qui ſigna portant, quos nunc Draconarios vocant*, Vopiſc. in Aurelian. *Cum vexilliferis, & Draconario, cornicinibus, & liticinibus diripuerunt templum.* Vide *Dracones*.

DRACONES. Veget. lib. 1. cap. 23. *Papiliones tendunt, Dracones & ſigna conſtituunt.* Militaria vexilla antiquiſſima, a Dracone in velo depicto, in memoriam Pythonis anguis ab Apolline interfecti. Claudian. lib. 2. in Ruffin.

Manſueſcunt varii vento ceſſante Dracones.

Et in Nuptiis Honorii &c.

Stent bellatrices aquilæ ſævique Dracones.

Et iterum:

ferventeſque tument poſt terga Dracones.

Et iterum in Ruffin.

latèque videres
Surgere purpureis undantes anguibus haſtas.

Et Sidonius Panegyr. ad Anthemium.

Hic primùm noſtras aquilas provincia vidit.
Deſiit hoſtiles confeſtim horrere Dracones.

Trebellius in Gallienis: *Vexilla centena, & præterea, quæ collegiorum erant, Dracones, & Signa templorum, omniumque legionum ibant.* Hinc

Draco-

Digitized by Google

Draconarii milites, qui ſub eo merebant ſigno, ut ſcribit Alexand. ab Alexandro. Vegetins tamen legionis generale ſignum Aquilam fuiſſe tradit, Dracones verò vexilla ſingularum cohortium; & Draeonarios, ſigniferos vocat, qui Draconis ſignum deferrent: ita ut ſingulæ legiones unum Aquiliferum, decem Dracooarios numerarent. Hoc hodie in vexillis Inſigne abolitum eſt; nomen tamen Draconariorum, ſive, nt vocant, Draconum manet vigetqne. Nec ſigniferi illi ſunt apud nos; ſed certus ordo bellatorum lectiſſimi roboris. Medium quiddam obtinent inter equites & pedites, ad utrorumque ſormam & inſtitutionem, ut res poſtulat, pugnaturi. Ideo non cataphracti equis inſident, ſed rudiori ſagulo caput & corpus operiunt. Flagrante pugna deſiliunt ex equis, ilſque tanquam aggere protecti poſito altero genu, ſclopos in hoſtes exploduot, eoſque facilè fuodunt fugaotque. Dracones appellamus vel ab aſpectus torvitate, vel à cucullatis gauſapinis, quihus teguntur, quarum manicas ad formam alarum efferunt, in humeroſque reiciunt. Sclopum proinde vulgarium *Archibugio*, *fucile*, geſtant in equis, cujus manubrium à dextra equi parte paulo ſublatum ad equi ventrem fibula inſeritur. Sicam porro fiſtulariam anteriori cingulo appendunt. Ad latera hinc ſclopum minorem manuarium, *Piſtola*, illine ſecurim deferunt. His armis inſtructi draconis effigiem habes apud P. Daniel. De la Milice Françoiſe lib. 12. Sic autem armatos Drácones in Gallicam militiam induxiſſe Carolum Coſſeum Mareſchallum de Briſſac author eſt idem P. Daniel. Pugnatum verò nonnunquam fuiſſe ab equitibus, qui ad omnimodam Draconum ſimilitudinem alati cernerentur, dubitari non ſinit Scriptor adjectus memorato ſæpius libro Notitiæ Imperii, ex quo ieonem Equitis alati deſcripſit exhibetque Steuvechius in deſcriptione currus drepani clypeati; quem vide ad Veget. l. 3. c. 24.

2. A Græcis in ſuis ſignis militaribns Dracones fuiſſe uſurpatos negat Lipſius, quod nuſquam ejus rei mentio occurrat apud Hiſtoricos. Fa tamen inſignia, ſive vexilla Curopalates Aſſyriis, & Medis adſcribit. Indos quoque adhibuiſſe in ſignis Dracones tradit Scriptor incertus apud Suidam: *Indi, gens barbara. Quibus in bello erant ſigna, iu quoſque milla equites Draco extenſus iu pertica. Ejus caput ex argento factum erat, dentibus reſtrictis, & nudis, minace rictu: reliquum corpus ſericeo textu, longitudine, & craſſitie & varietate coloris in verum draconem.* In quibus Suidæ verbis mendum agnoſcit Lipſius: neque de Indis id traditum à Scriptore opinatur, ſed de Sindis, qui ſunt Scythiæ populi: quam gentem in ſuis ſignis Dracones uſurpaſſe ſic alibi docet Idem Author: *Signa Scythica, quæ ferunt in bello, ſunt vela textilia colore variegata, quæ in ſpeciem maxime ſerpentium aſſimilata ſunt & ſuſpenſa e mediocribus baſtis*. A Scythis eas Draconum effigies in vexillis hauſere Daci, qui non aliis fere Inſignibus in bello uſi ſunt, ut facit teſtatiſſimum Columna Trajani. A Dacis eum morem ad Romanos fluxiſſe ot credam, inclinat animus. Ex ſupra pnſitis liquet, ſi minus Græcos, certè Romanos, exteraſque alias gentes in ſuis ſignis militaribus Draeones extuliſſe, Dubium tamen non ita facilè dirimendum relinquitur, otrum hujuſmodi Dracones textu ſericeo depicti eſſent in plaois vexillis, ſeu flammulis, an potius toto iotegroque potius corpore ſimulati ac ſublati io haſtis. In ſupra memorata Trajani Columna oon depictæ, vel acu textæ, ſed integræ ſolidæque atque undique extantes & prominentes Draeonum viſuntur effigies. Hoc plane videtur indicare Sidonius:

jam textilis anguis
Diſcurrit per utramque aeiem, eui guttur adactis
Turgeſcit zephyris, patnlo mentitur hiatu
Iratam pictura famem; pannoque furorem
Aura facit, quoties craſſatur vectile tergum
Flatibus, & nimium jam non eapit alvus inane.

Nec abludit Ammianus, ubi loquitur de ingreſſu Conſtantii in Urbem: *Alios purpureis ſubtegminibus texti circumdedere Dracones, haſtarum aureis gemmatiſque ſummitatibus illigati, ac biatu vaſto perflatiles, & ideo velut ira pereiti ſibilantes, eaudarumque volumina relinquentes in ventum.* Eadem ſorma dracones habes apud Suidam allato ſuperius loco. Depictos in aliarum gentium vexillis Dracones viſos, non eſt dubitandum.

3. Tranſiit autem poſtea in res ſacras, & ſolenoes celebritates in Eccleſia Romana Draconum expreſſio in vexillis. Dicti porrò etiam Draconarii per quædam tempora milites, qui Pontificem comitabantur in publicis ſolemnitatihus. Licet alii ſigniferos duntaxat ſic appellatns ſtatuant, quod in vexillis Draconis ſignum portarent, interdum ſuper ipſo Crucis ſigno inſculptum, interdum inferius collocatum. Quemadmodum luporum figuræ, atque adeo aliorum animalium in memoratis vexillis ſacris, in Urbanis, publiciſque feſtis, leguntur expreſſæ. Id verò contigit non tam imitatione veteris profanique moris, ut aliqui prodiderunt, quàm gratiſſima erga Deum & Cœlites inſtitutione, quorum ope & auxilio Chriſtianorum provinciæ, & civitates liberatæ eſſent à præfatis animalibus, quæ infenſas illas & obnoxias habebant. Non deſuere tamen qui etiam poſteriorem uſum Dracones geſtandi attollendique in vexillis referrent ad Inſignia & ſymbola Draconum, quæ in teſſeris gentilitiis Principum delineata, horum juſſu, vel aſſentatione ſubditorum, in vexilla publica poſtmodum tranſierunt. Certè ſub initium Pontificatûs Clementis IV., qui imperium obtinnit ad annum 1265. eundem Pontificem legimus Factioni Guelfæ præcepiſſe, vel indulſiſſe, ut ſymbolum Draeonis, quem ipſe domeſtico habebat ſtemmati inſertum, in ſuorum transferrent teſſeram vexillorum. Narrat id Joannes Villani: ſed rem totam exſcripſit ex Hiſtorico Ricordano Malaſpina, qui cap. 176. de eodem Pootifice ita ſcribit. *Volle ebe per ſuo amore la Parte Guelfa portaſſe ſempre la ſua arme propria in bandiera, & in Sugelli; la quale fù un campo bianco eou uu aquila vermiglia ſopra un Serpente verde, la quale portavano li detti Gnelfi, e teunero ſino à preſeuti noſtri tempi.* Ex quo Macri fratres corrigunt Alphonſum Ciacconium, qui pro gentilitio ſtemmate Clementis IV. ſex effert lilia: cum omnlnò ſtandum ſit opinioni Malaſpinæ, qui fuit Hiſtoricus cjuſdem Pontificis æqualis. Vide plura apud eoſdem Macros Fratres. Vide *Dimache*.

Dromades. Græca eſt dictio à velocitate curſus, Camelorum genus indicans, qui ſtaturâ quidem minores ſunt, ſed curſu pollent velociſſimo. Præclarum argumentum de horum peroicitate legitur apud Strabonem lib. 15., ubi refert, ab Alexan-

xandro Macedone miſſos Ecbatana ad Parmenionem conficiendum milites cum Dromadibus undecim diebus peregiſſe iter dierum amplius triginta. Iiſdem uſam fuiſſe Zenobiam cum Romanos fugeret, narrat Vopiſcus in Aureliano per hæc verba: *Victa igitur Zenobia, cum fugeret Camelis, quos Dromadas vocitant, atque ad Perſas iter tenderet, Equitibus miſſis eſt capta atque in Aureliani poteſtatem deducta*. Neſcio quid majoris momenti Dromades in prœliis obtinuiſſe, licet conjicere ex Livio lib. 7. Bell. Macedon. *Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant Dromades.*

Dromedarii, ſive ala Dromedariorum. Equitatus erat, cujus fit mentio in Notitia Imp., & recenſetur à Pancirolo in Commentariis ad eandem. Refertur autem inter turmas in Africa militantes, à ſumma, qua pollebat, velocitate ſic appellatus.

Dromones. Naves ſunt, ſic dictæ à celeritate ex Græco: aptæ curſui fugæque. Latinè cum Iſidoro exponas Curſorias. Caſſiodorus in lib. Variar. de iis loquitur tanquam de onerariis. Scribit enim idoneas eſſe ad rem frumentariam convehendam, earumque navicularios ab iiſdem dici Dromonarios. Procopius tamen lib. 3. de Bell. Goth. de iiſdem verba facit quaſi de militaribus navigiis: additque addita illis fuiſſe propugnacula à Belliſario ad hoſtes arcendos: ac ſæpe aliàs de Dromonibus tanquam de bellicis loquitur. Sed omnem adimit dubitationem Juſtinianus in lib. 2. Cod. de Offic. præf. præt. Afr. *Milites conſtituas, qui poſſint & ipſum trajectum ſervare, & omnia quæcumque in partibus Hiſpaniæ, vel Galliæ, ſive Francorum aguntur, viro ſpectabili Duce denuntiare. In quo trajectu etiam Dromones quantos provideris ordinari facias*. Ex quibus Dromones meritò exiſtimantur eſſe, quæ alio nomine à Græcis Celetes, a Latinis Celoces vocantur. Joannes Magnus Hiſt. Got. Procopium, ut ſolet, ſecutus hæc ſcribit l. 9. c. 20. *ſunt autem Dromones verbo Græco, Gothico autem ſermone Promones, naves ſubductiores, tabulatis undique ad propugnaculi caſtellive ſpeciem communitæ.*

Dromundus,. Inter naves bellicas recenſetur à Gaufredo Malaterra lib. 2. cap. 8. *Noſtri denique tantummodo germundos, & galeas; Sicilienſes verò cattos, & golafros, & Dromundos, ſed & diverſæ fabricæ naves habebant.*

Drumus, i. Pro hoſtium globo poſuit Vegetius lib. 3. 16. *Scire Dux debet contra quos Drumos, hoc eſt globos hoſtium quos equites oporteat poni*. Sed ibi vitiatam lectionem Critici emaculant, leguntque *Drungos*.

Drungus, gi. Vopiſc. in Probo: *Omnium gentium Drungos, uſque ad quinquagenos homines ante triumpham duxit*. Veget. lib. 3. cap. 16. *Scire Dux debet contra quos Drungos, hoc eſt, globos hoſtium, quos equos oporteat poni*. Sunt autem Drungi, Drungiſti, & Drungarii voces militares, quæ non ſemel occurrunt apud Scriptores Tacticos. Videndi præſertim Leo Imp. de Bellico Apparat. cap. 3., & Mauritius Imp. lib. 4. Drungum non Barbaram eſſe vocem, ſed probè Græcam contendit Salmaſius, exponitque certam militum multitudinem diſpoſitam cuneatim atque roſtratim: nam Drungus Græcè roſtrum eſt. Minimum videtur diſtare à diſpoſitione illa militari, quæ alio nomine dicitur Caput porcinum, ubi frons agminis in anguſtum deſinit ad modum roſtri ſuilli: Numerum verò bellatorum certum Drungus non habet. Duceni ſic interdum; quandoque pauciores, tres etiam Drungus appellantur. Vide Caſaubonum, & Salmaſium in Probum Vopiſci. Addo Drungarium non modo Drungorum Præfectum in terreſtribus fuiſſe copiis; verùm etiam navium claſſiſque Ducem. Et magno quidem Drungario ipſe Thalaſſiarchus, vulgò *Ammiraglio* ſuberat. Notavit id Meurſius in Gloſs. *Amiralius non erat ſummus maris Præfectus, ut hodie, ſed ſubjectus magno Duci, & magno quoque Drungario claſſis.*

2. Aliis tamen Drungus dictio eſt Græcobarbara, in eaque neſcioquid Saxonicum agnoſcit Spelmannus, qui tradit, confertam multitudinem *throng* apud Anglos appellari. Verùm Leunclavius in Onomaſt. Turcic. ita Græcis nuncupari ait baculum Tribuni, quem inſtar ſceptri gerit, & quem Itali vocamus *baſton di commando*: ex quo facilius eſſet etymon, ut Druncus quaſi truncus dicatur. Adulto jam Imperio Romanis hæc vox innotuit; apud quos primitus non de ſuis, ſed de gentium militibus fuit in uſu. Idem Leunclavius milites non pauciores quàm mille Drungo contineri ſcribit. Ut plaue Drungarii iidem ferme ſint, ac Tribuni, ſeu Chiliarchæ. *Capitani d'un Reggimento*. Et quidem Leo Imperator in Tacticis hoc ordine militiæ gradus numerat: Imperator: Merarchæ, Drungarii, Comites, Centuriones, Decani, Quintani, Quartani.

Drungarii. Tribuni, Chiliarchæ. Vide *Drungus*.

Druidæ, arum. Conſtat antiquiſſimos fuiſſe Sacerdotes Celtarum atque Gallorum, de quibus fusè agunt Cæſar lib. 6. Bell. Gallic. & Ammianus lib. 10. Vide etiam Stephanum Forcatulum de Imper. Gallic. lib. 1. Utrum vero militare illi conſueverint, an rebus ſacris otiosè vacare, rem dubiam faciunt oppoſita teſtimonia, quorum alterum occurrit apud Cæſarem loco commemorato per hæc verba: *Druidæ à bello abeſſe conſueverunt: neque tributa una cum reliquis pendunt: militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem*. Alterum verò Taciti lib. 14. *Druidæque circum, preces diras ſublatis ad cælum manibus fundentes, novitate aſpectus perculere militem, ut quaſi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent*. Donatus Dilucid. in Tacit. ut conciliet diſſidentes Hiſtoricos, ait Druidas alioquin à militia vacantes, in extremo tamen patriæ diſcrimine ſuis præſto fuiſſe. Addo corroborari Donati conjecturam ex ipſis Cæſaris verbis, ubi tradit non abhorruiſſe eos à militia, verùm tantùm militare non conſueviſſe. Cæterum etiam Sacerdotes Militiæ dediſſe nomina habemus ex Hiſtoria Sacra in Banai Paralip. 1. c. 27. & in Mathathia ejuſque filiis, Juda, Jonatha, Simone, & aliis Machabæis: Machab. 1. cap. 2. & ſeq. Idem in Italia antiqua viguiſſe inſtitutum conjectare licet ex Virgilio lib. 7. ubi in recenſione militari Umbronem Sacerdotem adnumerat.

Quin & Marrubia venit de Gente Sacerdos,
Fronde ſuper galeam, & felici comptus oliva,
Archippi Regis miſſu, fortiſſimus Umbro.

Idem lib. 10.

Nec procul Æmonides Phœbi Triviæque Sacerdos,
Inſula cui ſacra redimibat tempora vitta;
Totus collucens veſte atque inſignibus armis.

Et iterum lib. 11.

Forte ſacer Cybele Chloreus, olimque Sacerdos,
Inſignis longe Phrygiis fulgebat in armis.

Ducarii. Pro Ducibus ſumuntur à Scriptoribus ævi poſteriorum Cæſarum, ut advertit Salmaſius in Lamprid.

Ducenarii. Occurrunt in Jure Civili. Et primò quidem notione caſtrenſi ii erant, qui ducentos homines regebant; quemadmodum centenarii qui centum. Ævo poſteriore Ducenarii & Centenarii in Palatio Principum Orientalium miniſterium erat & gradus proximus Principi Agenti in rebus. De his conſule Pancirolum in Comment. Nnt. Imp. De ducenariis Veget. lib. 2. cap. 8. *Primus Haſtatus duas Centurias, ideſt ducentos homines ducebat in acie ſecunda, quem nunc Ducenarium vocant.*

Ducenaria, æ. Munus Ducenarii, ſeu præfectura duplicis Centuriæ. Apul. lib. 7. Aſin. *Nam procuratorem Principis Ducenaria perfunctum eoram fueram aggreſſus.*

Duces. Vide *Comites*.

Duces solidam noctem non dormiunt. A Plutarcho & aliis hoc habemus adagium, quo ducemur vel inter præcipuas Ducis laudes commemorari ſolicitudinem & vigilantiam. Virgilius Æneam, reliquis ſomno indulgentibus, non modo inſopitum, verùm etiam multa animo agitantem facit:

At pius Æneas per noctem plurima volvens.

Et iterum:

Ænea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?

Præclara illa Humeri ad Agamennonem;

Belligeri Atridæ proles dormiſne Agamennon?
Perpetuam noctem dormire haud principe dignum eſt,
Cui populi commiſſi, & tanta negotia curæ.

Jovem idem Homerus ſcite prudenterque inſomnem fecit;

Tum reliquos omnes Divoſque, viroſque tenebat
Pernox ſomnus, at inſomnis Saturnius unus
Pectore ſolicito.

Hujus rei præclariſſimum documentum reliquit Epaminondas, qui feſto quodam die, ſolutis in voluptates & compotationes reliquis Civium militumque ſolus luſtrare & obambulare mœnia cœpit, addens eò magis neceſſariam ſibi ſobrietatem, & vigilantiam, quò reliqui temulenti magis erant atque ſomniculoſi.

Duco, cis. Ducere exercitum, vel copias dicitur, ut ſæpe legitur apud Livium, & alios veteres Scriptores. Ducere bellum dixit Virgilius lib. 8.

Hi bellum aſſiduè ducunt cum gente Latina.

Italis *Capitanare*, *Capitaneggiare*.

Ducto, as. Ejuſdem notionis. Saluſt. *Huc accedebat quod Lucius Sylla exercitum, quem in Aſia ductaverat — luxurioſe nimiſque liberaliter habuerat.* Ubi nota ductare exercitum eſſe imperare, non rapere, vel trahere copias in aliquam Provinciam. Dicit enim Lucium Syllam in Aſia ductaſſe exercitum, non in Aſiam.

Ductito, as. Aliud frequentativum ejuſdem notionis. Terent. in Adelph. *Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis.*

Ductor, oris. Dux, Imperator. Cic. 1. Tuſc. *Quoties non modò Ductores noſtri, ſed univerſi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrere.* Dicitur autem totius exercitus Ductor, *Condottiere*, *Conduttore*, ò *Capitan generale*: primi agminis vel frontis copiarum Ductor, *Capitano della Vanguardia*: extremi agminis ductor, *Capitano della Retroguardia*. Item Ductor velitum, ſagittariorum, cataphractorum &c.

Ductores itinerum. Memorantur Liv. lib. 1. Italis *Guide*, *Guidatori*, *Scorte*. Iidem itinerum & viarum Duces & perductores. Non poſtremum habet locum inter curas Imperatorias diligenter proſpicere, ut ſint in exercitu & caſtris, vel affatim à finitimis accerſantur itinerum locorumque, ubi bellum exercetur, homines experientiſſimi, quorum multiplex ſæpe uſus & neceſſitas incidit. Non exiguo comparantur pretio præſertim in ſubitis & difficillimis expeditionibus, ubi explorandus eſt in anteceſſum ſtatus hoſtium, locorum atque munitionum poſitura; item viarum compendia, invia ſaltuum, prærupta montium, & quidquid militi commeanti periculum, vel moram poteſt injicere. In horum dexteritate & fide multorum ſæpe facinorum occaſiones vertuntur: nam corrupti ab hoſtibus ſæpe Ductores, & mala fide præſtantes ducatum cauſa fuere, ut in hoſtium inſidias ſe copiæ induerent.

Ducator, oris. Pro Duce. Uſus eſt hac voce Alphenus Juriſconſultus apud Ulpianum in L. Quemadmodum §. ſi navis ff. ad L. Aquiliam: *Si navis alteram ad ſe venientem obruiſſet, aut in Gubernatorem, aut in Ducatorem, actionem competere damni, injuriæ Alphenus ait.* Sed vereor ut mendoſa in eum textum lectio irrepſerit, & genuina fuerit *Ductorem*. Legimus tamen *Ducator* expreſsè apud Tertulianum, & alios deterioris notæ Scriptores.

Ducalis, le. Ad Ducem pertinens. Vopiſc. in Aurel. ex Epiſtola Valeriani Imperatoris: *Tunicas Ducales ruſſas quatuor.*

Ducaliter. Imperatoriè. Neceſſe eſt hoc adverbium aliquando fuiſſe in uſu, cum ducaliùs legatur apud Sidonium lib. 8. Epiſt. 6. *Quo ferunt nullum rem militarem præſtabiliùs, neque Ducaliùs adminiſtraſſe.*

Ducatus, us. Adminiſtratio copiarum cum imperio. Sveton. in Tiberio: *Sibi ac Majoribus ſuis in omni Ducatu expertiſſimo.*

Ductus, us. Præfectura militum, & adminiſtratio rei militaris. Liv. lib. 4. *Ductu Fabii, cui fortè ea provincia evenerat, nihil dignum memoratu actum.* Quid autem Ductus ab auſpiciis differat in re militari alibi expoſuimus. Italis *Capitanato*, *Capitaneria*, *Capitananza*, *Condotta*, *Conducimento*.

Duelles, ium. Sic hoſtes dicti à duello, quod Priſcis erat bellum: ex qua voce habemus aliam compoſitam *Perduelles*, Arnobius lib. 1. *Cur Duelles eum perenut &c.*

Duellona, Vide *Bellona*.

Duellum, i. Liv. 6. Bell. Maced. *Quòd populus Romanus eo tempore duellum juſſiſſet cum Rege Antiocho eſſe.* Cic. de Orat. *Antiqui nomina contrahebant, quod eſſent aptiora, ut Duellum bellum.* Ad eandem formam *duis* dicebant *bis*, & *duidens* hoſtia pro *bidens*, & *duonum* pro *bonum*. Dicebant autem Veteres Duellum, quoniam inter duas partes dimicabatur; licet partes ipſæ multis copiis conſtarent; non verò quoniam inter duos, quod certamen eſt monomachia, exerceretur, ut parum cautè arbitratur Voſſius, Horat. Epiſt. lib. 1. 2.

Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Græ-

Græcia Barbariæ lento colliſa duello,

Stultorum Regum & populorum continet æſtus. Scio, hodie hoc Indicari nomine ſingulare certamen, ſive conflictum duorum. Verùm id non obſtat quominus Antiquis duellum inter duas partes, vel exercitus bellum fuerit. Deſitum quidem diù fuit, & vix poſtea auditum in Latio duellum pro bello. Verùm mediæ & infimę Latinitatis Scriptores archaiſmos putidè affectantes, Inter alia vocabula à melioribus antiquata, & ab ipſis reſtituta, hoc etiam revocandum putarunt. Dietmarus lib. 2. *Sed exorto mox in eos Duello, proh dolor, noſtri victi ab hoſtibus atque proſtrati ſunt.* Cæterum de Duello, quod eſt duorum conflictus, omnium ferè Principum, Regumque legibus proſcriptus atque damnatus, videndæ ſunt obviæ eruditiſſimorum virorum tractationes, librique ſingulares, qui omnium manibus conteruntur. Noſtri enim inſtituti ratio eſt non rixas privatas, & jure vetita ſingularia illa dimicationum portenta, ſed legitimi juſtique belli, bellicarumque rerum titulos explicare atque pertexere. Vide *Monomachia*.

Duellio, onis. Singularis certaminis provocator. Skenæus ad Reg. Majeſt. l. 3. c. 29. *Cum Duelliones hinc inde chirothecas offerunt*.

Duellator, oris. Miles, dimicator. Plaut. Capt. Prolog. *Domi bellique Duellatores optimi*.

Duellicus, a, um. Ad Duellum, ſeu bellum pertinens. Plaut. in Epid. *Nempe quem in adoleſcentia memorant apud Reges armis arte duellica divitias magnas ſibi adeptum*.

Dunio, onis. Caſtellum in collis faſtigio ædificatum: Lambertus Ardenſis: *Ardenſem Dunionem pontibus, portis, & neceſſariis communivit ædificiis*. Fit autem Dunio à voce *Dunum*, quæ Gallorum veterum lingua ſignificat collem. Ex quo pleraque oppida, quæ collibus ſunt inædificata, appellatione in *dunum* terminata apud Gallos indicantur, ut Lugdunum & ſimilia. Hinc etiam Dunas dicimus ſabuli & arenæ cumulos ad Flandriæ, Hollandiæ, atque adeo ipſius Angliæ littora, *Dunes*. Annales Francorum: *Ut aggeribus arenarum illic copioſis, quos Dunas vocitant, ferè conſequentur*. Italis etiam *Dune*.

Duodevicesimani. Milites duodevigeſimæ legionis. Tacit. 3. Hiſt. *Duodevigeſimanos, & Primanos lævum cornu compleſſe*. Scio Beatum Rhenanum correxiſſe *Duoetvigeſimanos*, ſed reclamant Codices vetuſtiſſimi.

Duplares. Vide *Duplicarii*.

Duplaris, re, ut armaturæ duplares apud Vegetium. Vide *Duplicarii*.

Duplarii, orum. Vide *Duplicarii*.

Duplicarii. Quodnam antiquitùs fuerit militum genus ſic enarrat Varro lib. 4. de L. L. *Duplicarii, quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur, inſtitutum*. Memorantur etiam à Livio lib. 2. *Signo amiſſo ſigniferos, ad hoc Centuriones, duplicarioſque, qui reliquerant ordines, virgis cæſos, ſecuri percuſſit*. Ab eodem explicantur lib. 7. *Milites, qui in præſidio ſimul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in præſentia ſingulis bobus donati*. Idem lib. 24. *Hiſpanis duplicia cibaria dari juſſa, operaque eorum forti ac fideli perſæpe Reſpublica uſa eſt*. Fuere proinde milites ſelecti optimæque notæ ob expertam fidem & fortitudinem, utpote quibus frumentum, cibaria, ac forte etiam ſtipendium duplicabatur, ex quo duplici laborum ſuorum fructu iiſdem nomen fuit. Liquet fuiſſe ſpectatæ virtutis, quoniam apud Livium cum ſigniferis & centurionibus conjunguntur. Appellati iidem ſunt Duplarii, ut conſtat ex tabula marmorea in Ædibus Cardinalis Genuenſis juxta viam Salariam, cujus inſcriptio affertur à Marcello Donato Dilucid. in Livium lib. 2. *M. AVRELIVS MVCIANVS. V. A. XXXV. NAT. TRAX MILIT. ANN. XV. IN COH. II. PRÆT. III. VENATORIS DVPLARIVS JVLIANVS HÆRES FECIT BENEMERENTI*. Qui, Varroni, Livio, Cæſari, aliiſque antiquioribus dicti ſunt Duplicarii, & in lapidibus Duplarii, ævo poſteriori Duplares audiunt. Vegetius lib. 2. cap. 7. Duplares armaturas vocat: *Armaturæ duplares, quæ binas conſequuntur annonas, ſimplares, quæ ſingulas*. Idem paulò poſt diſtinguit torquatos duplares à torquatis ſimplaribus. Ubi verò mox addit Duplares duas, ſimplares unam, Steuvechius vetuſtorum Codicum fidem appellans pro *Simplares*, legit Sexquiplares, qui ſcilicet unam ſemis annonam conſequerentur. Vide Donatum Dilucid. in Livium lib. 2. Antiquiſſimæ ſanè inſtitutionis fuiſſe viris magnis cibaria duplicari honoris teſtificandi ſtudio, diſertè tradit Xenophon, ubi agit de laudibus Ageſilai. Refert autem inſtitutum Spartanorum, quo in conviviis duplex portio apponebatur Regibus, non tam ob ſatietatem, quàm ut alterà humaniter impertità honore poſſent digniores afficere, Idem tradit Herodotus lib. *6*.

Durasuna. Vide Sona.

Durenda. Gladius Rulandi, aliis Orlandi. Vulgò *Durindana*. Turpini de hoc gladio longiuſcula eſt expoſitio, & laudatio cap. 23. de Geſt. Carol. Magn. *Habebat ipſe adhuc quandam Spatham ſuam ſecum opere pulcherrimam, acumine incomparabilem, fortitudine inflexibilem, mira claritate reſplendentem, nomine Durenda. Durenda interpretatur durus ictus: cum ea namque prius deficiet brachium, quam Spatha. Quam cum evaginaſſet, & manu eam teneret, intuitus eam lacrimoſis vocibus dixit. O enſis pulcherrime, ſed ſemper lucidiſſime, longitudinis decentiſſimæ, latitudinis congruæ, fortitudine firmiſſime, capulo eburneo candidiſſime, cruce aurea ſplendidiſſime, ſuperficie deaurata, pomo beryllino deaurate, magno Dei nomine inſculpte, quis amplius te poſſidebit! quis tenebit, quis habebit te! Qui te poſſidebit erit invictus, non attonitus, non formidine inimicorum perterritus, non ullis phantaſiis pavidus, ſed ſemper erit divina virtute fretus, auxilio divino circumdatus: per te Saraceni deſtruuntur, gens perfida deſtruitur, lex Chriſtiana exaltatur, laus Dei, & gloria, & celeberrima fama acquiritur. Quoties Domini noſtri Jeſu Chriſti inimicos peremi! Quot Saracenos per te trucidavi! Quot Judæos, ac perfidos pro Chriſtianæ fidei exaltatione deſtruxi! Per te Dei juſtitia adimpletur, pes manuſque latrocinio aſſueta amputatur: O ſpatha feliciſſima, acutiſſimarum acutiſſima, cui ſimilis non fuit, nec erit. Qui te fabricavit, nec ante, nec poſt conſimilem fecit. Si miles ignavus, aut timidus te habuerit, ſi Saracenus, aut aliquis perfidus, valde dolet. His itaque dictis timens, ne in manus Saracenorum deveniret, percuſſit Spatha lapidem marmoreum trino ictu: à ſummo uſque deorſum lapis dividitur, & gladius biceps illæſus* educi-

Digitized by Google

educitur. Tradit Areoſtus, enſem illum antiquitus fuiſſe Hectoris: ſic enim ſcribit Cant. 34.

Non porto ſpada, nè baſton, che quando
L'arme acquiſtò, che fur d'Ettor Trojano,
Perche trovò che lor mancava il brando,
Gli convenne giurar (nè giurò in vano)
Che finche non togliea quella d'Orlando
Mai non porrebbe ad altra ſpada mano:
Durindana ch'Almonte hebbe in gran ſtima,
E Orlanda hor porta, Ettor portava in prima.

Cæterum quàm inuſitati roboris ille fuerit gladius habemus apud eundem Poetam Cant. 9.

Rotta la lancia, quella ſpada ſtrinſe,
Quella, che mai non fù menata in fallo;
E ad ogni colpo, ò taglio, ò punta, eſtinſe,
Quando huomo a piedi, e quando huomo a cavallo,
Dove toccò ſempre in vermiglio tinſe,
L'azurro, il bianco, il verde, il nero, e'l giallo.

Et prolixiùs Cant. 12.

Nuda havea in man quella fulminea ſpada,
Che poſto ha tanti Saracini a morte,
Dunque chi vuol di quanto turba cada
Tenere il conto, hà impreſa dura e forte.
Roſſa di ſangue già correa la ſtrada,
Capace a pena a tante genti morte,
Perche nè targa, nè cappel difende
La fatal Durindana, ove diſcende;
Nè veſta piena di cotone, ò tele,
Che circondano il capo in mille volti.
Non pur per l'ario gemiti e querele,
Mà volan braccia, e ſpalle, e capi ſciolti.
Pel campo errando và morte crudele
In molti varii, e tutti horribil volti:
E tra ſe dice: in mano a Orlando valci
Durindana per cento di mie falci.

2. Locus hic admonet, ut alia quædam gladiorum nomina referam, quæ ab Etruſcis fabulatoribus, inprimis verò ab eodem Areoſto, memorantur. Crebercima apud eum Vatem mentio occurrit Fusbertæ, qui fuit Rinaldi gladius. Sic autem de illo loquitur Cant. 2.

Ecco Rinaldo con la ſpada addoſſo
A Sacripante tutto s'abbandona:
E quel porge lo ſcudo, ch'era d'oſſo
Con la piaſtra d'acciar temprata e buona.
Taglia Fusberta oncorche molto groſſo
(Ne geme la foreſta, e ne riſuona)
L'oſſo, e l'acciar ne và che par di ghiaccio,
E laſcia al Saracin ſtordito il braccio.

Illuſtrem inſuper famam obtinet enſis Rugerii *Baliſardo*, de quo hæc habet Cant. 26.

Mirava quelle horribili percoſſe,
Miravale non mai calare in falla.
Parea che contra Baliſarda foſſe
Il ferra carta, e non duro metallo.
Gl'elmi tagliava, e le corazze groſſe,
E gl'huomini fendea fin ſul cavallo:
E gli mandava in porti uguali al prato,
Tanto da l'un, quanto da l'alto lato.

De *Altachiera*, gladio Marchionis Olivecii hæc habet Bojardus Orl. Inn. Lib. 6. Can. 7.

Cavalli e Cavalier vanno a traverſo,
E queſte uccide, e quel getta per terra;
Mena Altachiera adritto, e a roverſo.

Et infra.

Tra lor durò la battaglia niente;
Che'l Marcheſe Olivier moſſe Altachiera,
Trà occhio e occhio, e l'un e l'altro dente,
Partendo in mezzo quella faccia nera.

Apud Pulcium præclari eſt nominis gladius Danenſis, Gallici Paladini, cui nomen gladio *Cortana*, quo uſus legitur Orlandus, eoque ſuperaſſe Gigantes Paſſamontem, & Alabaſtrum, qui Abbatem Claromontanum, & ejus Cœnobitas acerbiſſimè infeſtabant, poſtquam ex ejuſdem manibus Durendam, vel Durindanam gladium excuſſerat Olivecius, cum, inſpectante Carolo Magno & ejuſdem aulicis, præceps rueret ad confodiendum Ganum. Sic autem Pulcius Morgant. Cant. 1. de Enſe *Cortana*:

Ad Hermellina moglie del Daneſe
Tolſe Cortana, e poi tolſe Rondello.

Et paulò poſt:

Orlando havea Cortana ignuda in mano,
Traſſe alla teſta, e Cortana tagliava:
Per mezzo il teſchio partì del Pagano,
E Paſſamonte morto rovinava.

Et Cant. 2.

Dimm'al Daneſe, caro Imbaſciatore,
Che in Francia a queſti tempi non m'aſpetti,
E dì, ch'io hò Cortana, e'l corridore,
Acciò che forſe di ciò ignun ſoſpetti.

Fuit item *Curtana* enſis Sancti Eduardi Angliæ Regis; eratque obtuſa cuſpide & acie, & quaſi decurtatus, ex quo illi Curtanæ nomen; idque ad indicandam clementiam; qua uti Reges deberent in Subditos. Ambigo an *Cortana* diſceſſerit potius ab Hiſpanorum *cortar*, quod eſt *truncare*. Idem enſis à Comite Ceſtrenſi præferri conſuevit in auguratione Regum Anglicorum: Matth. Pariſ. de apparatu nuptiarum Henrici III. *Comite Ceſtriæ gladium Sancti Eduardi, qui Curtein dicitur, ante Regem bajulante*. Traditur autem præferendi ejuſce gladii jus pertinuiſſe etiam ad Ducem Lancaſtriæ: Proceſſus in coronatione Regis: *Ut Dux Lancaſtriæ ad gerendum principalem gladium Domini Regis vocatum Curtana* &c. Recenſet Saxo Hiſtoricus alia gladiorum nomina præſertim apud Reges Danicos: ſic autem legitur lib. 2. *Biarco utebatur præſtantis acuminis, inuſitatæque longitudinis gladio, quem Lovi vocabat*. Et lib. 4. *Erat Regi inuſitati acuminis gladius Skrep dictus, qui quodlibet obſtaculi genus uno ferientis ictu medium penetrando diffinderet*. Et lib. 7. *Haldenus avitos à Matre gladios recepit, quorum alter Liuſingus, alter Huyntingus ob collimati acuminis nitorem vocabulum habuit*. Celebritatem porrò obtinuit gladius Villelmi Comitis Inculiſmenſis, nomine *Duriſſimus*. Adſtrue gladium Caroli Magni nomine *Gaudioſa*. Turpin. Hiſt. cap. 8. *Tunc Carolus ſtans pedes cum duobus millibus Chriſtianorum peditum evaginavit ſpatham ſuam nomine Gaudioſam, & trucidavit multos Saracenos per medium*. Item gladium Regis Agricanis nomine *Tranchera*: Bojard. Orland. Innam. Cant. 16.

Era ancor già rivolto il franco Conte
Contra il Nemico con la mente altera;
La Spada ha in mano, che fù del Rè Almonte;
Così tratto Agricane havea Tranchera.

Et iterum ibidem:

Con tai parole alla ſiniſtra ſpalla
Mena Tranchero il ſuo branda arrotato:
La gran percoſſa lo ſcudo non falla,
E più di mezzo lo gettò ſul prato.

Et iterum Cant. 18.

Nè più parole: ma traſſe Tranchera;
E verſo Orlando con ardir s'affronta.

Demum recenſeo gladios duos Roderici Diaz famigeratiſſimi bellatoris Hiſpani, cognomento *Cid*, quæ vox apud Arabes Ducem magnum ſignificat, Coladam ſcilicet, & Tizonam: Joſeph de Moret Hiſtor. del Reyno de Navarr. *Su eſpada celebrada con el nombre de Tizona, como ſe vè en ella miſma, y vinculada en el mayorazgo de los Marqueſes de Falces, que la conſervan en ſu palacio de Maſcilla*. De Colada verò paſſim eſt apud antiquos Scriptores Hiſpanos mentio.

Duumviri navales. Occurrunt apud Livium lib. 9. *Et duo Imperia eo anno dari cœpta per populum, utraque ad rem militarem pertinentia: unum ut Tribuni militum ſenideni in quatuor legiones a populo crearentur, quæ antea, perquam paucis ſuffragio populi relictis locis, Dictatorum & Conſulum fermè fuerant beneficia. Alterum, ut Duumviros claſſis ornandæ, reficiendæque cauſa idem populus juberet*. Præfecto claſſis conſiliis aderant, utque unanimi conſenſu rem bellicam navalem adminiſtrarent, eidem attribuebantur. Vides ex Livio peculiarem quidem Navalium Duumvirorum fuiſſe curam reficiendis inſtaurandiſque claſſibus præeſſe: Nec proinde perpetua Duumvirorum ea curatio fuit, Siquidem ex ipſo Livio non ſemel licet cognoſcere pertinuiſſe etiam id muneris ad Prætores Urbanos. Sic enim ſcribit lib. 34. *M. Fulvio Prætori Urbano negotium datum eſt, ut quinqueremes novas quinquaginta faceret*. Et ibidem: *Prætoribus Fulvio, & Scribonio, quibus ut jus dicerent Romæ provincia erat, negotium datum, ut præter eam claſſem, cui Atilius præfuturus erat, centum quinqueremes pararent*. Indiſcriminatim proinde ad eam adminiſtrationem vocati ſunt Prætores Urbani, & Duumviri navales: niſi potiùs malimus exiſtimare extra ordinem deſignatos fuiſſe Duumviros ad exercendam curam comparandarum claſſium & reficiendarum, cum propriè & uſitatiùs navalibus præeſſent Urbani Prætores. Jam verò pecunia, quæ parandis navibus, aut reficiendis erat neceſſaria, ex ærario deſumebatur. Quodſi illud ingruentium bellorum calamitatibus eſſet exhauſtum, in ſe illud onus recipiebant privati ditiores. Apertè id oſtendit Polybius factum fuiſſe primo bello Punico: *Neceſſarii ſumptus ad id propoſiti Reipublicæ non erant, verùm privatim cives pro ſuis quiſque facultatibus contribuentes, plures unam ſimul quinqueremem ædificabant, & neceſſarios ad eam ſumptus ſubminiſtrabant*.

Dux, cis. Ampliſſimo ſignificatu gaudet, ut *Duco* verbum. Præteritis aliis uſurpationibus, Ducem dicimus Præpoſitum copiis militaribus, reique bellicæ ipſa exercitatione adminiſtrandæ. Conſulari ævo etiam Imperator dicebatur. Sed primùm à triumphantibus, mox à Cæſaribus eo prærepto titulo, exercituum Præfecti rariùs Imperatores, Duces frequentiùs audire cœperunt. Non totius tantùm exercitus Moderatores, quos Græci Strategos vocant, ſed inſignis etiam magnæque partis exercitus Præfectos, Duces nuncupamus. Ii Græcis Merarchæ ſunt. Ideo ſupremum Ducem ſolemus dicere, cum diſtinguere illum volumus. Inferioris autem militiæ Magiſtratus ubi Duces vocamus, aliquid addimus; ut Dux Cataphractorum, Triariorum &c.

2. Illud potiſſimum Ducis eſt peculiare, quod bellum non ductu ſolum, ſed ſuis etiam gerat auſpiciis. Vide *Auſpicium*. Id verò adeo fuit obſervatum, ut Legati licet pulcherrimas victorias obtinuerint abſente Imperatore, nunquam tamen triumphum egerint; quoniam triumphare eorum ſolùm eſſet, qui non ductum duntaxat in bello, ſed ſua etiam haberent Auſpicia. Duces verò, vel ipſi Reges, vel Conſules, vel Principes erant; vel qui ab illis cum imperio reliquis præficiebantur. Sæpe propter ſingulare aliquod facinus, & inſignem victoriam à militibus acclamati Duces leguntur. Appianus lib. 2. Bell. Civil. ſcribit obſervatum eſſe antiquitùs, ut nonniſi magnis rebus geſtis acclamaretur. Idem Scriptor ſua etiam ætate decem millibus occiſis fuiſſe acclamatum tradit. Hinc Cicero: *Magnum numerum hoſtium cæcidimus, Caſtella munitiſſima cepimus, incendimus, Imperatores appellati ſumus*.

3. Nullis finibus circumſcriptam Imperatoris poteſtatem ſic effert Tullius lib. 1. de Orator. *Si forte quæreretur, quæ eſſet ars Imperatoris; conſtituendum putarem principio, quis eſſet Imperator, qui cum eſſet conſtitutus adminiſtrator quidam belli gerendi, tum adjungeremus de exercitu, de caſtris, de agminibus, de ſignorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu, de inſidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus, quæ eſſent propriæ belli adminiſtrandi: quarum qui eſſent animo & ſcientia compotes, eos eſſe Imperatores dicerem*. Jus autem in caſtris ab Imperatore potiſſimùm fuiſſe dictum, cognitas militum controverſias, & extremis etiam ſuppliciis vindicata crimina, tradit perſpicuè Gellius lib. 7. cap. 1. ubi de Scipione ita ſcribit: *Scipio quodam die jus in caſtris ſedens dicebat, tum è militibus, qui jure apud eum ſtabant, interrogavit quiſpiam ex more: in quem diem locumque vadimonium promitti juberet? Et Scipio manu ad ipſam oppidi, quod obſidebatur, arcem protendens: perindie, inquit, ſeſe ſiſtant illo in loco: atque ita factum. Die tertio, in quem vadari juſſerat, oppidum captum eſt: eodem die in arce oppidi jus dixit*. Idem diſcimus ex Juvenal. Satyr. 16.

Legibus antiquis caſtrorum, & more Camilli
Servato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul à ſignis.

Graviores verò cauſas cum aliis communicabat conferebatque in cœtu aliorum Magiſtratuum, ut diximus in Titulo *Conſilium*.

4. Hinc meritò fecerunt ſæpe maximi cultiſſimæ quæque Nationes, quem potiſſimum copiis Imperatorem præficerent; verèque Livius lib. 2. ſcripſit, rem Romanam Ducibus quàm exercitu fortiorem in immenſum creviſſe. Adde Flori teſtimonium lib. 2. cap. 18. *Tanti eſſe exercitum, quanti Imperatorem verè proditum eſt*. Nihil enim turpius vel abſurdius, quàm reliquis congruenter quæſitis, Ducem in exercitu deſiderari. Reliquarum quippe rerum inopia privati ſingulariſque eſt incommodi; neque enim ſi annona deficiat, eam ob rem arma deſunt vel machinæ: neque ſi copiæ pauciores ſint, ad cibaria vel ſarcinas pars inde ulla detrimenti derivatur. At verò ſi Duce deſtituatur exercitus, latiſſimam inde perniciem omnia ſentiunt; non minus quàm ex cerebro, vel corde conſauciato, reliqua corporis membra in mortem certiſſimam elangueſcunt. Copiæ militares à Xerſe Perſarum Rege ad Græciam invadendam conſcriptæ pedeſtri agmine, claſſibus, annona, omnique paratu bellico affatim valeſcebant. Juſtin. lib. 2. *Jam Xerſes ſeptingenta millia de Regno*

arma-

Digitized by Google

armaverat, & trecenta millia de auxiliis paraverat, ut non immeritò proditum ſit flumina ab exercitu ejus ſiccata, Græciamque omnem vix capere exercitum ejus potuiſſe. Naves quoque decies centum millia habuiſſe dicitur. Sedenim prævaſtum hoc corpus, &, ut Vegetii vocabulo utar, ingentiſſimum, Polyphemo, admirandæ quidem ſtaturæ Cyclopi, ſed exſecto oculo vacillanti ac nutabundo, ſimile dixeris. Non aliam fuiſſe Perſici exercitus imaginem diſcimus ex eodem Juſtino, qui ita proſequitur: *Huic tanto agmini Dux defuit. Cæterum ſi Regem ſpectes, divitias non Regem laudes, quarum tanta copia in Regno ejus fuit, ut cum flumina multitudine conſumerentur, opes tamen Regis ſupereſſent. Ipſe tamen primus in fuga, poſtremus in prælio ſemper viſus eſt: in periculis timidus, ſicubi metus abeſſet, inflatus. Denique ante experimentum belli, fiducia virium, veluti ipſius dominus, montes in planum deducebat, & convexa vallium æquabat, & quædam maria pontibus ſternebat, quædam ad navigationis commodum per compendium ducebat: cujus introitus in Græciam quàm terribilis, tam fædus ac turpis diſceſſus fuit.*

5. Quanta verò ſocietas nexuſque virtutum exornare Imperatoris animum debeat, oſtendit Schema veteris gemmæ anularis, quam ex Pierio Valeriano, & Petraſancta inciſam exhibet Fortunius Licetus de Gemm. Anul. cap. 36. Viſitur autem in gemma, ſeu lapillo onyce argumentum inſculptum capite equino, facie humana cum barba in pectus decidente, gruinis pedibus, cauda gallinacei, adjectis literis F A B, ex quo conjicitur anulum fuiſſe Fabii Maximi Cunctatoris. Percipitur autem ex commemorato argumento, & deſignatur in equino capite alacritas & fortitudo militaris; barba prolixior prudentiam indicat, gruini pedes cunctationem & vigilantiam, pulli verò gallinacei explicata cauda victoriam. Inter alios præſtantes Duces, Metellum bellicas laudes & prærogativas immortali cum gloria, & præclariſſimo exemplo miſcuiſſe, author eſt Saluſtius de bello Jugur. Hujus Hiſtorici, atque adeo Plinii teſtimonio mox afferendo diſces, quibus præcipue virtutibus ornari debeat dignitas Imperatoria. *Sed in ea difficultate Metellum, non minus quàm in rebus hoſtilibus, magnum & ſapientem virum fuiſſe comperio, tantâ temperantiâ inter ambitionem, ſævitiamque moderatum. Namque edicto primum adjumenta ignaviæ ſuſtuliſſe dicitur: ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixæ exercitum ſequerentur: ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum, aut jumentum haberet. Præterea tranſverſis itineribus quotidie caſtra movere: juxta ac ſi hoſtes adeſſent, vallo atque foſſa munire, vigilias crebras ponere, & eas ipſe cum legatis circuire: item in agmine in primis modò, modò in poſtremis, ſæpe in medio adeſſe, ne quiſquam ordine egrederetur: ut cum ſignis frequentes incederent, miles cibum & arma portaret. Ita prohibendo à delictis magis, quàm vindicando, exercitum brevi confirmavit.* Nec puto fructu ſuo cariturum operam, ſi adſcripſero luculentiſſima, quæ habet Plinius in Panegyrico Trajani de virtutibus Imperatoriis: *Hæc tibi apud hoſtes veneratio, quid apud milites? quam admirationem quemadmodum comparaſti, cum tecum inediam, tecum ferrent ſitim, cum illa meditatione campeſtri militaribus turmis imperatorium pulverem ſudoremque miſceres, nihil à cæteris niſi robore ac præſtantia differens, cum libero Marte nunc cominus tela librares, nunc librata ſuſciperes, alacer virtute militum, & lætus quoties, aut caſſidi tuæ, aut clypeo gravior ictus incideret. Laudabas quippe ferientes, hortabariſque ut auderent. Jam cum ſpectator, moderatorque ineuntium certamina virorum arma componeres, tela tentares, ac ſiquod durius accipienti videretur, ipſe vibrares. Quid cum ſolatium feſſis, ægris opem ferres? Neu tibi moris tua inire tentoria, niſi commilitonum ante luſtraſſes; nec requiem corpori, niſi poſt omnes dare. Tribunus verò disjunctiſſimas terras teneris adhuc annis viri firmitate luſtraſti, jam tunc præmonente fortuna, ut diu penituſque perdiſceres, quæ mox præcipere deberes. Neque enim proſpexiſſe caſtra, brevemque militiam quaſi tranſiſſe contentus, ita egiſti Tribunum, ut eſſe ſtatim Dux poſſes, nihilque diſcendum haberes tempore docendi. Veniet ergo tempus, quo poſteri viſere, viſendumque tradere minoribus ſuis geſtient, quis ſudores tuos hauſerit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ ſomnum ſaxa prætexerint, quod denique tectum magnus hoſpes impleveris.* Abſolutiſſimum optimi Imperatoris exemplar exhibebunt tibi Xenophon in Cyropæd. Cicer. prò Leg. Manil. Onoſander Strateg. cap. 1. ubi caſtum inprimis depoſcit & temperantem, *ne voluptariis diſtractus cupiditatibus rerum maximarum curam negligat.* Et infrà. *Nam intemperantis animi motus ſemel admiſſi liberas mentes ſubigunt, & feruntur in libidines impotentes.* Vide etiam Claudianum in iis, quæ ſparſim habet de Honorio, Stilicone, aliiſque militarium copiarum moderatoribus.

6. Cæterum apud Romanos de Duce eligendo, & tradendo Imperio diſpar fuit ratio. Electio quippe Imperatoris pertinebat ad Senatum; Imperium eidem à populo tradebatur. Appellabant autem Imperium Romani poteſtatem cogendi copias, belliqne gerendi, juxta illud Ciceronis Orat. 5. in Antonium: *Demus imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellum geri non poteſt.* Idcirco ubi Senatus decreviſſet provincias, populus per curias coactus cogebatur in forum, ibique lex ferebatur de imperio mandando. Ea porrò comitia à coactis curiis curiata dicebantur: juxta quam ſententiam Livius dixit, comitiis curiatis contineri rem militarem. Cicero in Rullum: *Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.* Et Conſules quidem, ſive Prætores à Senatu deſignatos, imperium verò à populo demandatum complexus eſt Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *In reliquas provincias Prætores à Senatu mittuntur: neque, quod ſuperioribus temporibus acciderat, ut de eorum imperio ad populum referatur.* Conſuetudo verò deſignandi Conſulibus provincias, ubi bellum eſſet gerendum, triplicem in modum contingebat. Sortitione primùm. Liv. lib. 27. *Conſulatum ineunt C. Claudius Nero, & M. Livius iterum, qui quia jam deſignati provincias ſortiti erant, prætores ſortiri juſſerant.* Iterum comparatione. Dicebantur autem Conſules provincias inter ſe comparare, cum de iiſdem inter eos conditione pactoque amicabili conveniſſet. Livius lib. 32. *Decreverunt Patres, ut provincias Macedoniam, atque Italiam Conſules compararent inter ſe, ſortirenturque.* Et lib. 38. *Conſulibus, alteri Piſæ cum Liguribus, alteri Gallia provincia decreta eſt:*

Digitized by Google

romparare inter ſe, aut ſortiri juſſi. Sed frequentior eligendi modus fuit deſtinatione Senatus. Liv. lib. 37. *Lælius, cum Senatus aut ſortiri, aut comparare inter ſe provincias Conſules juſſiſſet, elegantiùs facturos dixit, ſi judicio Patrum, quàm ſi ſorti eam rem permiſiſſent*. Deſignatâ à Senatu provinciâ, Imperioque tradito à populo lege curiatâ, iterum decernebat Senatus viaticum & comitatum Imperatoris, ſtipendium militibus erogandum, & reliqua ad ſumptus quotidianos neceſſaria. Sic verò inſtrui abiturum Conſulem, & Imperatorem, dicebatur antiquâ formulâ *Ornare provincias*, ſive *provinciarum ornamenta*. Itaque Imperatoris electio ſortitione, comparatione, ſeu conventione mutua, vel Senatus deſignatione fiebat: populus curiata lege tradebat imperium: ornamenta provincialia iterum à Senatu decernebantur, quibus poſtremo acceptis Imperator vel recentes copias conſcribebat in Urbe, vel a ſuo deceſſore exercitum in provincia accipiebat.

7. Ducis Romani Inſignia præcipua habentur Lictores cum faſcibus, atque ii quidem paludati. Sic enim ad bellum egrediebantur Imperatores. Silius lib. 9.

Ipſe at Varronem procul inter prælia vidit,
Et juxta ſagulo circumvolitare rubenti
Lictorem; noſco pompam atque inſignia, noſtro,
Flaminius modo talis, ait.

Sed & ipſe Imperator paludamento ornatus prodibat. Liv. lib. 3. *Conſul paludatus egrediens in veſtibulo omnem gentem ſuam videt*. Quod verò attinet patriam Imperatoris, utrum præſtet externum aſciſcere, an propriis uti, res in utramque partem diſceptatur à Polemicis Scriptoribus. Strabo Scriptor cæteroqui graviſſimus magnopere peccare eos exiſtimat populos, qui bellicum regimen externorum Ducum fidei committunt. Refert autem lib. 6. Geograph., parum ſapienter Tarentinos Civitatem ſuam rexiſſe, quod ſuorum exercituum regimen peregrinis Ducibus tradidiſſent. Enumerat poſtea eos Duces Molotum, Archidamum filium Ageſilai, Agathoclem, & poſtremò Pyrrhum, ſuſcepto bello adversùs Romanos. Verùm ab externis etiam aſcitis Ducibus rem militarem optimo conſilio, ſumma ſtrenuitate, exitu feliciſſimo fuiſſe adminiſtratam, omnium fere gentium Annales fatentur: Nos quoque non pauca ſuper hoc argumento collegimus, ubi de externorum militia ſcripſimus. Ducem Itali dicunt *Capitan generale*, *Condottiere*, *Duce*, atque etiam *Duca*. Dant. Paradiſ. Cant. 5.

e così ſtolta
Ritrovar puoi lo gran Duca de Greci.

Loquitur autem de Agamennone. Boccacc. Theſeid. lib. 1.

L'alto Duca Theſeo con tempo eletto
Al ſuo viaggio lieto navigava.

Fœminam verò Ducem, *Duchessa* Etruſci dixerunt; Bocc. Theſeid. lib. 1.

Fugianſi adunque in quel caſtello tutte,
Et dietro ad eſſe la Ducheſſa loro,
Et ſopra l'alto mur ſi fur ridutte
Armate ſenza fare alcun dimoro.

DUX BONUS, AC MILES PRÆPOLLENS VIRIBUS IDEM. Verſus Homeri proverbialis, quo Agamemnon Græcorum Imperator laudatur. Plutarchus (ſi modò ipſius eſt liber de Fortuna Alexandri) refert, Alexandrum in convivio hunc Homeri verſiculum præ cæteris probaſſe, cum propoſitum à Sapientibus in eo eſſet, cui potiſſimum ex Homericis verſibus palma eſſet attribuenda.

DYNASTES. Vide *Regulus*.

E

E-Pharetra dies. Ab inſtrumento militari ortum adagium, quo admonemur, de felicitate hominis nnnniſi poſt obitum ſincerum poſſe ferri judicium. Plutarchus author eſt, Scythas prius quam cubitum diſcederent, ſi dies ille jucundus fuiſſet, album in pharetram calculum immittere conſueviſſe, ſi moleſtus extitiſſet dies, nigrum. Poſtremò cum quis è vita decederet, ejuſdem pharetram depromebant, numeratiſque albis nigriſque calculis, ſi plures candidos reperiſſent, felicem hominem pronunciabant; contra, ſi nigri ſuperarent, infelicem.

Ecphore, arum Vitruv. l.6.c.2. *Columnarum projecturæ, mutulorum Ecphoræ*. In opere Architectonico tum bellico tum civili idem ſunt ac projecturæ, ut notat idem Vitruvius lib. 3. cap. 2. Vide *Projecturæ*.

Edecumatus, a, um. Selectus: quaſi e decem lectus. Macrob. 1. *Probavere omnes Q. Aurelii judicium, quo edecumatos elegit ſodales*. Hac voce & ſimilibus ex Macrobio ſi rarò utaris, rectè feceris; ſi nunquam, meliùs.

Edicere diem, vel locum militibus. Poſtquam tyrones in militum album apud Romanos erant adſcripti, ita ſuberant bellicis Magiſtratibus, ut certa die locoque adeſſe cogerentur, pro militarium expeditionum rerumque opportunitate. Formulę autem diem locumque militihus edicendi fermè erant hujuſmndi. Liv. lib. 3. *Edicimus, ut omnes qui in verba juraſtis, craſtina die armati ad lacum Regillum adſitis*. Idem lib. 22. *Legionibus ſcriptis Tibur diem ad conveniendum edixit*. Et lib. 23. *T. Sempronius militibus diem ad conveniendum edixit*. Et lib. 42. *Conſuli cui Macedonia provincia obvenerat, denunciatum, ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum*. Idem ritus apud exteras quoque viguit Nationes, ut liquet ex edicto Annibalis apud eundem Livium lib. 21. *Primo vere edico adſitis, ut, Diis bene juvantibus, bellum ingentis gloriæ prædæque futurum incipiamus*. Variatum proſteriorum Cæſarum ævo in Formulis ejuſmodi edictorum. Sic enim Spartianus loquitur de Alex. Sever. *Tacebantur ſecreta bellorum; itinerum autem dies publicè proponebantur, ita ut edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet: Illa die, illâ horâ ab Urbe ſum exiturus; & ſi Dii dederint, in prima manſione manſurus*. Conſule Briſſon de Formul. lib. 4.

Edomo, as. Domo Cic. pro Syll. *Improbi & perditi cives edomiti atque victi*.

Efforcium, ii. Latinobarbaris fuit exercitus vel copiæ militares: ex quo Galli habent vocem *Force*. Acta Innocentii III. PP. *Familiares regis ad Summum Pontificem clamare cœperunt, ut eis cum Efforcio mitteret protectorem*. Hinc *efforcialiter*, cum copiis militaribus: legitur apud Matthæum Paris: *Tu ita efforcialiter venias cum equis & armis*. Origo vocis a latino vocabulo *Fortis*: ex quo *Fortia* dicebatur munimentum, vel arx apud Latinobarbaros, & inde *Forcia*, & *Efforcium*.

Efforcialiter. Vide *Efforcium*.

Effugium, ii. Actus aliquid evitandi. Liv. 9. *Itaque ægrè perpaucis effugium patuit*. Pro loco, ad evadendum opportuno Tacit. 3. *Qui effugia inſederant*.

Ejaculo, as. Jaculor Gell. 16. 19. *Se in ſalum ejaculaverat*. Et

Ejaculor, aris. Jaculor. Ovid. Faſt. 1.

repentinas ejaculatus aquas.

Elephantus, i. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. *Elephanto belluarum nulla prudentior*. Et

Elephas, antis. Cic. de Senect. *Nec tunc quidem vires deſidero adoleſcentis - non plus quàm adoleſcens tauri, aut elephantis deſiderabam*. Animal, ut Plinius loquitur omnium terreſtrium maximum. In India ferè ſolùm & Africa naſcitur. Vix ullum eſt aut ingenio magis docile ac tractabile, aut diſciplinæ capacius. Maxime in eo demirandum, quod ſummam ferociam cum æquali manſuetudine, ac prnpe humanitate coniungat. Idem inceſſu tardum ſuapte natura; ex inſtitutione tamen ita velox & rapidum, ut ejus curſum, ne concitatiſſima quidem animalia reliqua æquare poſſint. Verum de Elephantnrum natura, & miris proprietatibus, præſertim in uſu proboſcidis, a qua, ad anguis modum flexili, enſdem anguimanos Lucretius nominavit, videndi ſunt Plinius lib. 8. Plutarchus de Induſt. Lipſius Epiſt. Miſcell. 1.50. præcipuè verò Chriſtophorus Acoſta, Tavernerius, aliique Itinerariorum, & rerum Indicarum Scriptores. Quod autem hujus nominis etymologiam attinet, primum omnium ne fide Cariſio, qui *Elephantus* ſcribendum eſſe autumat, non *Elephas*. In quo in tantum fallitur, ut potius Elephantus, a genitivo *Elephantis*, vocis *Elephas* aptè ducatur. Ad hunc modum alia nomina ex aliorum obliquis nova & recta ſunt facta. Sic Titanus dicitur à genitivo *Titanis*, vocis *Titan*, & hebdomada à genitivo *hebdomadis*, vocis *hebdomas*, ut ſcitè obſervat Voſſius in Etymol. Plerique vocem *Elephas* Græcanicam eſſe ſtatuunt. Verùm eidem Vnſſio arridet magis, Græcos illam à Tyriis vel Arahibus accepiſſe.

2. Bello ſerviunt, & in aciem ducuntur, quod interdum accidit feliciſſimè, ut commodis adductis rationibus docet Vegetius lib. 3. cap. 24. *Elephanti in prœliis magnitudine corporum, barritûs horrore, formæ ipſius novitate homines, equoſque conturbant*. Animadvertit id Florus lib. 1. cap. 18.

Ma-

Maximus Barbaris terror Elephanti fuere immanitati gentium pares. Ingenti tamen periculo productos ſæpè legimus. Nam facilè rerum novarum objectu inardeſcunt reſiliuntque, & in ſuas partes dant impetum, avertuntque facilè victoriam ad victos. Diſertè id tradit Florus ibidem; *Sed tunc ad totam victoriam exitum, quem datura Virtus fuit, caſus dedit. Nam prodactis in primam aciem rurſus Elephantis, unum ex his pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit: qui quum per ſtragem ſuorum percurrens, ſtridore quereretur, mater agnovit, & quaſi vindicatura exiluit: tum omnia circa quaſi hoſtilia gravi timore permiſcuit, ac ſic eædem feræ, quæ primam victoriam abſtulerant, ſecundam parem fecerant, tertiam ſine controverſia tradidere.* Simili eventu & ſuorum ſtrage edita, poſtquam furentes in fugam converſi ſunt, ſuas acies protrivere apud Appianum de Bell. Hiſpan. *Unus Elephantorum gravi percuſſus ſaxo furere atque effrenatè ferri cœpit; inque amicos horrendo clamore furens ſe conjecit, quemvis obvium trudens ac proterens. Similiter & reliqui Elephanti illius clamoribus exterriti fecerunt. Quod quidem ſæpenumero ſolent, cum inſaniunt, quemvis ob inimicum accipientes. Ob quam eorum perfidiam à quibuſdam communes hoſtes ſunt appellati.*

3. Antequam Macedones ad occupandam Aſiam tranſirent, ignotam reliquis gentibus belluam ſola India, & Africa, & finitimæ aliquot regiones habuere. Oſtendit id Pauſanias lib. 1. Attic. qui Alexandrum Macedonem primum habuiſſe Elephantos refert poſt Indos, & Porum eorum Regem edomitos. Poſt Alexandrum verò Antigonus, aliique Principes eoſdem in aciem produxiſſe paſſim leguntur. Oſtendit eas primus Italiæ Pyrrhus in Lucania ad Heracleam Urbem, & fluvium Sirim. Ita enim legendum eſt apud Florum, ut optimè notarunt viri eruditi, & non Campaniæ fluvium *Lirim*. Sic autem Florus de vi & terrore latè didito ab Elephantis ſcribit: *Actum erat, niſi Elephanti converſi in ſpectaculum belli procurriſſent. Quorum cùm magnitudine, tùm deformitate, & novo odore ſimulac ſtridore conſternati equi, cum incognitas ibi belluas amplius quàm erant ſuſpicarentur, fugam ſtragemque latè dederunt.* Sed & Annibal ingenti terrore Alpinos populos, & Italiam occupavit tum adductis Elephantis, tum enormis magnitudinis ejus generis belluam ipſe equitans. Juvenal. Satyr. x.

O qualis facies, & quali digna tabella,
Cum Getula Ducem portaret bellua luſcum.

Bojard. Orl. Inn. Lib. 6. C. 5.

armato e tutto dal capo alle piante
E per deſtriere hà ſotto un Elefaute.

Et lib. 2. c. 1.

Porro egli hà nome, ed è sì gran gigante,
Che non trova nel Mondo alcun deſtriero,
Ma ſempre mai cavalca un Elefante.

Percrebuerunt in Italia non ſolum in acie dimicantes per occaſionem multiplicis belli Punici; aut in ipſam Urbem adducti oſtentui, & pompæ triumphantium curribus juncti, ut nos notare non parcimus in dictione *Currus Triumphantium*; verum etiam ex Africa accerſiti ad luxum & delicias populo faciendas. Iſthuc reſpexit Juvenal Satyr. 12.

Quatenus hic non ſunt nec venales elephanti,
Nec Latio, aut uſquam ſub noſtro ſydere talis
Bellua concipitur: ſed furva gente petita
Arboribus Rutulis, & Turni paſcitur agro
Cæſaris armentum, nulli ſervire paratum
Privato: ſiquidem Tyrio parere ſolebant
Hannibali, & noſtris Ducibus, Regique Moloſſo.

In bellico verùm uſu aderant iis belluis in acie Rectores, de quibus plura ſcribit Ælianus. Turres etiam earum dorſis imponebantur, ex quibus armati milites tela dimicantes jaciebant. Clarè de illis Juven. Satyr. 12.

ac dorſo ferre cohortes,
Partem aliquam belli, & euntem in prælia turrem.

Bojard. Orl. Inn. lib. 6. c. 5.

Da mezzo dì, dove la batte il mare,
Era ordinato un naviglio infinito:
Da terra gl'Elefanti hanno a menare,
Di torri e di beltreſche ogn'un guernito.

Earundem turrium meminit Florus lib. 1. cap. 18. ubi de Pyrrhi Regis Elephantis: *Itaque & in ipſas pila congeſta ſunt, & in turres vibratæ faces tota hoſtium agmina ardentibus ruinis operuere.* Et iterum in calce ejuſdem capitis: *Sed nihil libentiùs populus Romanus aſpexit, quàm illas, quas timuerat, cum turribus ſuis belluas, quæ non ſine ſenſu captivitatis, ſubmiſſis cervicibus victores equos ſequebantur.* Sed graphicè rem ante oculos ponit Polybius lib. 5. *Claſſicum canentes primum cum Elephantis ſe mutuò invadunt. Pauci ex iis, quos Ptolemæus habebat, in adverſos feruntur. Ex quibus optimam certè faciebant milites pugnam, jacientes haſtas, & ſe mutuis vulneribus afficientes.* Addam & Hirtii teſtimonium de Bello Africano: *Scipio deſpecta patientia Cæſaris, exercitaſque ejus univerſis copiis productis, Elephantiſque turritis triginta ante aciem inſtructis, quam latiſſimè patuit.* Idem ibidem: *Statim ex itinere ante oppidum Thapſum conſtitit, Elephantoſque ſexaginta quatuor ornatos, armatoſque cum turribus ornamentiſque capit, captoſque ante oppidum inſtructos conſtituit.* Dubitationem omnem adimit Sacra Machabæorum Hiſtoria l. 1. c. 6. *Turres ligneæ ſuper eos firmę protegentes ſuper ſingulas beſtias, & ſuper eas machinæ, & ſuper ſingulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant deſuper.* Vide apud Steuvechium ad Vegetii l. 3. c. 24. expoſitam iconem turriti Elephantis, in cujus turri octo milites cataphractos obſervo, cum ſcutis æneis & miſſilibus; ad ejuſdem verò cervicem aurigam, ſive rectorem armatum, jaculum dextera, ſiniſtrâ habenas belluæ adſtringentem. Antiqua numiſmata Elephantes depromunt cum Inſcriptionibus. *MUNIFICENTIA AUG. ÆTERNITAS AUGG.* In aliis Africam denotat inciſus Elephas.

4. Adverſus immane & pugnaciſſimum animal, quæ fuerint ab Antiquis inventa remedia latè commemorat Vegetius lib. 3. cap. 24. Cum id genus belluarum duriſſimo corio ſe protegat, admodum difficile eſt ad vivum vulnus infligere. Acceptas ſiquidem haſtas & miſſilia facile diſcutiunt, ut expreſſit Lucan. lib. 6.

Lybicæ ſic bellua terræ
Getulus denſis Elephas oppreſſus ab armis
Omne repercuſſum ſqualenti miſſile tergo
Frangit, & hærentes mota cute diſcutit haſtas.
Viſcera tuta latent penitus, citraque cruorem
Confixæ ſtant tela feræ, tot facta ſagittis,
Tot jaculis unam non explent vulnera mortem.

Eam ob cauſam, tanquam miraculo ſimile refert

Lam-

Lampridius,Elephantom a Commodo cooto tranſfixum: *Virium ad conficiendas ferat tantarum fuit, ut Elephantum conto transfigeret*. Iterum Florus prn re memorabili & iouſitati roboris habet abſciſſam belluæ proboſcidem a Cajo Minucio: *Jam quippe belluarum terror exoleverat, & Cajus Minucius quartæ legionis haſtatus, unius proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat*. Certe Vegetius, poſtquam alia oumeravit, quæ ad illorum vim coercendam, & impetus retardandos adinventa ſuot, longe opportuniſſimum ſtatuit eſſe remedium, ooo tam jaculis, ant gladio belluas impetere conatu ſupervacaneo, quàm excuſſis procul ſaxis, rectnres, turreſque ipſas dejicere. Sic eoim ſcribit: *Illud odditum eſt, ut funditores rotundis lapidibus deſtinatis, illos, per quos regebantur Elephanti, cum ipſis affligerent atque mactarent, quo nihil tutius invenitur*. Rariſſimi quippe exempli eſt, quod ex Floro ſupra retulimus, de proboſcide gladio abſciſſa, & perſimile quidpiam, quod narrat ooo ſemel adductus Hirtius de Bello Africano, de milite audaciſſimo: *Cum in ſiniſtro cornu Elephantus vulnere ictus, & dolore concitatus, in lixam inermem impetum feciſſet, eumque ſub pede ſubditum, deinde genu innixas pondere ſuo, proboſcide erecta, vibrantique ſtridore maxime premeret atque enecaret; miles hic non potuit pati quin ſe armatum beſtiæ offerret. Quem poſtquam Elephantus ad ſa telo infeſto venire animadvertit, relicto cadavere, militem proboſcide circumdat, atque in ſublima extollit armatum. Qui in ejuſmodi periculo, cum conſtanter agendum ſibi videret, gladio proboſcidem, quo erat circumdatus, cædere, quantum viribus poterat, non deſtitit. Quo dolore adductus Elephantus, milite abjecto, maximo cum ſtridore curſuque converſus, ad reliquas beſtias ſe recepit*. Cæterum non defuere alia reperta feliciter ad obſiſtendum ferocibus belluis. Necatos quandoque adacto in aurea ſcalpro fabrili ſcribit Livius; idque inventum ad Aſdrubalem refert. Sub cauda maximè petebantur, ubi pellis mollior ſignabat prnfundiori vulneri locum. Amputati etiam gladio pedes, inciſique nervi. Liv. lib. 47. *Ne interpoſiti quidem Elephanti Romanum militem deterrebant, adſuetum jam ab Africis bellis & vitare impetum belluæ, & ex tranſverſo pilis inceſſere, aut, ſi propiùs ſubire poſſet, gladio nervos incidere*. Tela etiam & omne genus miſſilium avertunt efferatos proturbantque. Appianus de Bell. Punic. *Scipio equites Italicos ex poſtrema acie inductos, & levius armatos, juſſit ex equis territis deſilire, & in Elephantos huc illuc ruentes tela conjicere. Primuſque ipſe deſcendit, & Elephantum procurrentem ſauciavit. Hoc exemplo confirmatis aliis, & undique jam eos vulnerantibus, retrocedebant*. Non prætereundum miræ fortitudinis exemplum proditum ab Eleazaro, de quo Hiſt. Machab. ioco indicato. *Et ivit ſub pedes Elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum: & cecidit in terram ſuper ipſum; & mortuus eſt illìc*.

5. Poſt geſta à Romanis Punica & Africana bella, Elephanti in acie vix uſui fuere. Id verò cootigit oon tam regionum longinquitate & raritate pecoris, quàm quooiam, ut ſupra notatum eſt, conturbantur facilè in acie Elephantes, & ſuis potius manipulariis, quàm hoſtibus incommodant. Id Alexander Macedo edoctus experientià, opportunè coactis ad militarem allocutionem militibus indicavit apud Curtium lib. 9. *Quod pertinet ad Elephantos, præſens habemus exemplum: in ſuos vehementiùs quàm in nos incurrerunt. Tam vaſta corpora ſecuribus falcibuſque mutilata ſunt. Quid autem intereſt, totidem ſint, quot Porus habuit, an tria millia, cum uno aut altero vulneratis ceteros in fugam declinare videmus? Deinde paucos quoque incommodè regunt: congregata verò tot millia, ipſa ſe elidunt, ubi nec ſtare, nec fugere potuerint inhabiles vaſtorum corporum moles. Equidem ſic animalia iſta contempſi, ut cum haberem, ipſe non oppoſuerim, ſatis guarus, plus ſuis, quàm hoſtibus periculi inferre*. Duo denique nnn prætermittam advertere. Primum de Elephantum ornatu, quibus in prœlium migrantibus veſtes purpureas ſolere injici, ſcribit Plutarchus in Eumene. Luculentumque illud eſt teſtimonium ex Floro lib. 2. cap. 9. *Elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis, auro, purpura, argento & ſuo ebore fulgentibus, aciem utrinque vallaverat*. Ammianus lib. 25. illis etiam criſtas addidit: *Oppoſitis Elephantis, qui tardius gradientes, magnitudine corporum, criſtarumque horrore, pavorem immenſum incutiebant*. Quid autem ibi criſtarum nomine ſibi voluerit Ammianus, non ſatis diſpicio. Alterum oos Ælianus docet. Contigiſſe nimirum Elephantis appellationes prænobiles à fortiſſimis bellatoribus. Plinius certè lib. 8. cap. 5. author eſt Antiochum io exercitu geminos habuiſſe, quorum alteri Ajaci, alteri Patroclo nomen fuerit. Decus hoc honorificentiſſimum Barbarico Martioque animali ad equorum ſcilicet invidiam indultum eſt. Vide *Boves Lucæ*.

Elephas. Pro ſigno legionis. Legitur apud Appianum lib. 2., qui ſimul cauſam exponit, quamobrem expreſſus fuerit in Romanis vexillis, ita ſcribens: *Exercitus Cæſaris ita animo confirmatus eſt, ut quinta legio popoſcerit opponi Elephantis, eoſque egregiè vicerit, ac nunc etiam ea de cauſa Elephantes in Signa huic legioni conſtituuntur*. Rariſſimi vero hoc eſt exempli. Nam lupi, minotauri, apri, ſimileſque feræ vel beſtiæ leguntur quidem non ſemel expreſſæ io Romanis Signis: verum ea cohortium, noo legionum fuere ſymbola, poſtquam illas à Romanis Signis Marius depulit & delevit, ut disertè docet Plin. l. 10. c. 4., ubi de aquilis ita loquitur: *Romanis eam legionibus Cajus Marius in 2. Conſulatu ſuo propriè dicavit. Erat & antea prima cum quatuor aliis; Lupi, minotauri, equi, aprique ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola in aciem portari cœpta erat; reliqua in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit*. Verum ea Marii præſcriptio non ad longas ætates viguit. Nam & Lupus pnſt ea tempnra inter Rnmana ſigna fuiſſe legitur, & Elephas, de quo attuli Appiani locum. Immeritò proinde Steuvechius ad Veget. dicam impingit Lipſio, qui eas beſtias Romanis ſignis attribuit etiam poſt tempora Mariana. Addo, ſub Imperio Severi & Gallieni cuſos nummos conſpici; qui ſingularum legioonum nnmina præferunt cum adjectis figuris Leonis, Capricorni, Neptuni ſtantis &c. quæ legionum fuiſſe ſigna judicaverim. Eos nummos inter ſelectiores argenteos refert Vaillant.

Elmettus. Galea, caſſis, Italia *Elmo, Elmetto*. Uſus eſt hac voce Jovius in vita Sforziæ, ut nos habemus in dictione *Galea*. Vox eſt originis Teutonicæ apud Menagium.

Digitized by Google

Eloquentia militaris. Non ornamentum duntaxat, verùm etiam validiſſimum ad cujuſvis generis negotia caſtrenſia & adminiſtrationem Martiam inſtrumentum eſſe eloquentiam, omnis ferè ætatis Scriptores innumeris conſignatum exemplis, ac multiplici documentn voluerunt eſſe præſcriptum. Quamobrem Themiſtius inter plurima, quæ in gratiarum actione ad Conſtantium luculenter & magnifice de militari facundia commemorat; veriſſimum illud attexit. *Multa expugnat oratio, quæ vis hoſtilis aggredi non audeat*. Pulcherrimo effato congruit, quod palam teſtificari de Oratore Cinea ſolebat Pyrrhus Epirotarum Rex, rei bellicæ ſcientiſſimus Imperator. Negabat is plures ſe aut expugnaſſe arces, aut reportaſſe victorias ſuarum robore & numero copiarum, quàm Oratoris illius eloquentiâ, quâ quolibet ariete fortiùs hoſtica disjiceret mœnia, omnique exercituum conatu feliciùs provincias perdomaret. Hujus præſidio Duces obtinent in ſuorum pectoribus augere gloriæ ſtimulos, remiſſoſque & metu abjectos ad fortiter audendum incendere, deterrere etiam militarem inſolentiam ab omni improbitate, avaritia, atque luxuria, ac præcipue repugnantes aut deſides militari allocutione quaſi habenis quibuſdam ita flectere ac moderari, nt veriſſime dictum ſit ab eodem Themiſtio: *Imperator ſolus, etiam inermis, ſine cuſpide, ſine machæra belligeratur Tribunali inſidens*. Qua de re vide plura, quæ nos attulimus in Titulis *Literæ in Imperatore*, & *Allocutio militaris*. Refert autem internoſcere ac probè diſtinguere duplex eſſe eloquentiæ genus, Contentioſa altera eſt atque forenſis, quæque certis magiſtrorum regulis, & propria quadam argumentorum copia, figurarum etiam varietate, atque periodorum dimenſionibus conſtat. Ea ſcilicet diuturno ſtudio, aſſidua exercitatione, nec levi mentis contentione in ſcholis ediſcitur, & ex Veterum monumentis hauritur. Altera naturæ potius quodam impetu valet, & ingenita quadam tum efficacia, tum affabilitate ſermonis. Eam ſcilicet eloquentiam Philippum Alexandro, Antipatrem Caſſandro, Antigonum Philippo filio ut magni facerent, foverentque, impensè commendaſſe legimus. Neque idcircò putaverim operam perdere ac tempus conterere in ſcholis pueros nobiles, qui non ad Urbana munia, nec ad rem forenſem, verùm ad tractanda arma à parentibus deſtinati, quæ ibidem de dicendi arte robuſtiſſima ſemper, ſæpe victrici, traduntur, committunt animis. Neque enim dubitandum eſt impendio plura poſſe mentem bonam, & egregium naturæ ductum, ſi eidem præclara in pulvere literario inſtitutio accedat. Verum non proinde quidquam neceſſe eſt conſeneſcere in umbratili palæſtra juventutem Marti deſponſam, patriæque armis tuendæ à parentibus deſignatam. Ego verò à Lucio Bruto ſæviſſimum tyrannum exactum, & a duriſſima ſervitute liberatam Urbem non tam ad bellicos referam apparatus, quàm ad firmiſſimum dicendi hortandique robur, quo conſtat ſpectatæ nobilitatis virum ſupra omnem fidem eminuiſſe. Ineptum verò atque ſupervacaneum eſt innumeris ejus generis exemplis in medium adductis rem teſtatiſſimam in immenſum trahere. Satis fuerit illud indicaſſe de Pericle, cui ad Imperium, quod diuturnum geſſit àtque magnificum, & ad fortiſſimas Græciæ Nationes ſub jugum mittendas, non ſolùm armis præſtantior eloquentia, ſed ſola ſuperfuit. Non equidem ſum neſcius verè dictum à Tacito lib. 15. *Viro militari authoritas pro facundia eſt*. Inſita quippe militum animis de ſuo Imperatore eximiæ virtutis opinio magnificæ dictionis & ſuadelæ vim habet; verùm eidem pondus & ornamentum non leve adiici ah eloquentia etiam ſtudio comparata revocari mihi in dubium nequaquam velim. Probaverim tamen potius facundiam brevem, expeditam, atque Laconicam, quæque non magno indiget apparatu verborum, nec exculta & ſtudiosè compta prius videtur fuiſſe, exactaque ad elegantiam lectiſſimæ locutionis, cum vendibili quadam ſententiarum copia & gravitate, cujuſmodi eſſe ſolent parænefes militares, ſive adhortationes, quæ à Livio, Saluſtio, aliiſque Hiſtoricis inſeruntur. Breviſſimum quidem, ſed æquè efficax illud Cæſaris hortamentum ad nutantes copias in Hiſpania, cum primus in aciem proruens verbis illis omnes pertraxit: *Hic, milites, hic mihi vitæ finis, vobis militiæ terminus*, ut habemus ex Frontino lib. 2. cap. 2. Idem legionis Martię Aquiliferum in fugam converſum apprehendens, intentoque in hoſtem digito, *Quorſum tu, inquit, abis? illic ſunt, cum quibus dimicamus*, ut habemus ex Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Hac etiam laude Virgilius Homerum ſuperavit, cujus militares orationes longiſſimæ ſunt, nec, ut Virgilianæ, idonea brevitate contortæ. Neque enim eſt credibile, in re trepida ſubitaque tantum otii Ducibus ſuperfuiſſe, ut longos illos logos Homericos potuerint exerere. Quamobrem intempeſtivæ longæque orationes Theopompi & Anaximenis, quibus utebantur in exercitu educendo, meritò reprehenduntur à Plutarcho. Quis enim, ut inquit ille, inter armatos locus ſit his ineptiis? Cæterum non ſolicitè anxièque quæſitam, aut elaborati ſermonis elegantia comptam facundiam, ſed maſculam vegetamque, & ad omnes eventus, pro re nata, tractandis animis accommodatam, præſtanti cæteris virtutibus Duci non ornamento duntaxat, verùm etiam eſſe præſidio ſatis couſtat. Non igitur Imperatorem ita dicendi laude ornatum inſtituimus, ut multis præceptionibus, minimùm ſæpè profuturis, oneratus in ſcholis, lites intendere, crimina reorum diluere, Judicum verò animos ad ſeveritatem vel clementiam, oratione Sophiſtarum more perpolita ſententiis, numeris varia, verborum delectu calimiſtrata, poſſit inflectere. Nihil quippe minus orationis, quàm veſtitùs vel armorum ſtudioſa concinnitas à Ducis majeſtate abhorret ac diſcrepat. Eloquentia non tam illum excolimus, quàm armamus. Nec limatam aut nitidam dicendi copiam ſolicitamus; ſed quæ ad imperia capeſſenda voluntates impellat, ad facinorum ardua incendat, ad concordiam verò, æquitatem, fidem, moderationem, in arte præſertim, quæ minime omnium modum habet, cuſtodiendam acerrimis ſtimulis adnitatur. Iſthæc ſine ſuco & fallacia ex verò eſſe prolata is demum exiſtimahit, qui reputaverit, in qualibet celebratiore Republica vel Principatu nihil fuiſſe conjunctius laude bellica & facultate dicendi. Quo certè tempore bellatores eximios protulit Roma, non impari eloquentiæ præconio præſtantes viri veluti ex condicto prodierunt: utque altera ex his diſciplinis alterius exortum excepit, ita altera alterius interitum ſubſecuta eſt. Ægre mihi eſt Eloquentię ſtudiis adverſum ſe oſtendiſſe Anacreontē Od. 36.

Quid

Google

Quid Rethorum docet me
Scita & neceſſitates?
Orationibus quid
Opus mihi tot iſtis,
Quibus nihil juvamur?
Potare me doceto
Mollis merum Lyæi.
Quin aurea doce me
Ridere cum Cythere.
Cani caput coronant.
Aquam puer dato jam,
Profunditoque vinum:
Mentem mihi ſopita.
Nam mortuum teges me
Brevi hora. Sepultus
Nil concupiſcit unquam.

Nos tamen adverſus eum Poetam Rhetoricæ vindicias ſic cecinimus Palinod. Od. *36.*

Bona verba; ſcitulorum
Luſor Senex amorum.
Quo te modeſta Pitho
Convicio probroque,
Noxaque provocavit
Iram merente tantam?
Si deſpicata Virga
Hoc reſciat, caveto:
Non tu feres inultum
Faſtidium ſuperbum.
Ut rere, non inermem
Ancillulam laceſſis;
Nec tu madente tuto
Quam deſpuas cavillo.
Jaculo potenſque funda
Stridente nam triſulcos
Rotat illa ſyllogiſmos;
Dillemmatumque centum
Cornuta tela torquet;
Et quos minax acervos,
Chriſippe, tu miniſtras.
Pugnax Virago mille
Acinaces, ſariſſas,
Frameaſque, lanceaſque
Intorquet; igneoque
Tonat ore, fulminatque.
Quid, inſolens Gradivi,
Quid audeas ſenecta
Gelidus tot arma contra,
Bacchoque, Cypriiſque
Jam perditus ſagittis?
Tu muſteus lagenam
Dextra tremente, læva
Eburneamque buxum,
Ridenda tela, geſtas.
Quin protinus recanta
Incauta dicta: Supplex
Properiſque vince votis
Divæ potentis iram;
Tibi quam Sequeſter ipſe
Placabilem paciſcor.
Tam dulce nam canentem
Te, dulcis ipſa, multum
Amat, æſtimatque Pitho.

Quam oden ſic olim Italicis numeris reddidimus.

Palinodia XXXVI.

Difeſa della Rettorica contro Anacreonte.

Deh taci: e l'ira acerba
Ad altro uopo riſerba,
Cantor di Teo canuto,
In vili amor perduto.
Ceſſa vergar più carte
Contra la nobil Arte,
Arte ſublime e degna,
Che a ben parlar n'inſegna.
Con qual' atto villano,
Scorteſe, o poco humano,
Ella giammai t'offeſe,
E contro te s'acceſe,
Onde riſcuoter poi
Doveſſe i ſcherni tuoi?
Tu con pungenti carmi
La sfidi, e deſti all'armi;
E fai del coraggioſo,
Contro donne animoſo;
Perche Donzella umile
Forſe la ſtimi, e vile.
Guardati: e ſe farai
Ch'ella nol ſappi mai,
Sarà gran ſenno; e poco
Non parratti in tal gioco
Fuggir vergogna e danno,
Siccome i Saggi fanno.
Con eſſa al paragone
Se tu terrai tenzone,
Sappi che non t'aſpetta
Imbelle Donzelletta:
Vedrai forte Guerriera
Vibrar con fronte altera,
E minaccioſi ſguardi,
Lance, ſaette, e dardi,
Che de' Ciclopi ignudi
Non fabricar l'incudi;
Ma in più nobil fucina
Ella tempra e raffina.
Più che Marte ò Bellona
Meſce folgori; e tuona,
In guiſe ſtrane e nuove,
Al par del ſommo Giove.
Contro tal Diva, e tali
Brandite arme fatali,
Con quale usbergo o ſcudo,
D'ogni valore ignudo,
Andrai, di roſe cinto,
E in lacci vili avvinto?
Se il tuo fidato ſpeglio
Il ver ti dice, un Veglio
Tu ſei pur laſcivetto,
Di vin bagniato il petto.
Non vedi tù, ch'appena,
Omai priva di lena,
La tua deſtra tremante
Soſtien tazza ſpumante;
E grave al debol braccio
E' omai la cetra impaccio?
Queſte tue armi e ordegni,
Di Guerrier' poco degni,
Ben toſto fian deriſi;
Credo che tel ravviſi.
Però fora conſiglio
Miglior in tal periglio,
Che ripentito a' prieghi
Uſar ti volgi e pieghi.
La bell' Arte non fia
Al tuo pregar reſtia:
E ben ſicuro pegno
Del ſuo placato ſdegno
Dar ti poſs'io: Che avere

Tt Sot-

Sotto lo ſue baudiere
Guerrier di tanta fama,
Ella ſoſpira e brama.

Vide plura ſuper hoc argumento apud Hieronymum Oſorium de Regis Inſtitut. conſule apud oos Tit. *Literæ*.

Emaneo, es. Verbum militare. Vide *Emanſores*.

Emansores milites. Ii ſunt, qui ultra præſcriptum tempus à Ducibus vel Tribunis extra caſtra vagantur. Habiti ſunt apud Romanos pro deſertoribus, & horum fermè pœnis erant obnoxii, Quid autem propriè differrent a deſertoribus docemur in Pandect. per hæc verba: *Emanſor eſt qui dia vagatus ad caſtra revertitur. Deſertor eſt, qui per prolixum tempus evagatus reducitur.* De eorum pœnis hæc ibidem ſubduntur; *Is, qui in exploratione emanet, hoſtibus inſiſtentibus, aut qui a foſſa recedit, eapite puniendus eſt. Qui ſtationis munus reliquit, plus quam Emanſor eſt. Itaque pro modo delicti aut eaſtigatur, aut gradu militiæ dejicitur.*

Embater. Occurrit apud Vitruv. lib. 1. cap. 2. *Aut etiam in Embatere, balliſtæ foramine*. Vox Græcanica latinè ſonat ingreſſorem. Ad enucleandum Vitruvii locum, poſtquam diligenter inſpexi Commeotarios Turoebi, Barbari, Philandri, & Baldi, nihil ex illis conjicere potui, quo, aut quæ potiſſimum ſit balliſtæ pars Embater, aut quam vim habeat in mechanicis, ſatis diſpicerem. Vide *Embolus*.

Embateria. Genus ſuit carminis apud Spartiatas, quod concinebant armati ſaltantes. Hujuſmodi ſuiſſe carmina Tyrtei, docet Scaliger Poetic. l. 1. c. 18.

Embolus, i. Vitruv. lib. 10. cap. 12. *Ita de ſupernis in modiolis emboli maſculi, torno politi, & oleo ſubacti, concluſique regulis & vectibus convolvuntur.* In mechanicis eſt teres lignum torno politum, quod in machinis præſertim hauſtoriis, qualis eſt Cteſibia, modiolnrum cavitates implet, &, ultrò citròque inductum ac rednctum, aerem tum attrahit, tum pellit. *Maſebio*. In univerſum quidquid aliquo inditur, & vim penetrandi habet in ſabrilibus opificiis Embolum vocamus. Hoc proinde nomioe ootant Medici clyſteriorum fiſtulas: in luſorio etiam folle, Embolum dicimus fiſtulam, quà indita follis turgeſcit. Demum apud Polybium & Ælianum ſic appellatur peculiare quoddam genus ordinationis in acie, quod cuneatum eſt & maxime penetrabile. Addo obiter idem a figura & officio ſuiſſe nomen apud Græcos navium atque triremium roſtris. Ferrei etiam cunei, ſeu cuneatæ claviculæ quæ axem utrunque trajiciunt prope rotas, præſtantque ut contineantur iſtæ, nec decidant, Embolorum notantur oomine, *Aeeiarino*.

Emeriti milites, Qui laboribus militiæ ſoluti, vel hoooris cauſa, vel exacto militiæ tempore, ſtipendia merere deſierunt. Quot anni vel ſtipendia præfinita ſueriot emeritæ militiæ, iocertum eſt. Ut enim alibi obſervavi, alii decem, alii duodecim ſtipendia numerant. Lipſius ad viginti quinque producit; cujus opinionem Steuvechius roborat tabulæ veteris teſtimonio. Polybius viginti ſtipendia pedites feciſſe tradit. De præmiis emeritorum ſatis multa poſuimus, ubi de Colonia, & præmiis Veteranorum, Lucan. 1.

Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ noſter Veteranus aret?

Vide *Stipendium*.

Emeritum, i. Subaudi *ſtipendium*, licet non ſemel nude & ſine addito legatur. Fuit plaoe ſtipendium, quod militibus veteranis & emeritis perſolvebatur. Arrius Menander l. 5. §. fin. ff. eod. *Si poſt multum temporis redit qui ab hoſtibus eaptus eſt, & eaptum eum non transfugiſſe conſtiterit, ut veteranus erit reſtituendus, & præmia, & emerita capiet.* Modeſtin. l. 3. ff. de re milit. *Si expleto tempore militiæ redeat, ut veteranus reſtituetur, & Emerita aceipiet.* Meminit etiam Emeriti Svetonius in Auguſt. cap. 24. *Deeimam legionem eum ignominia totam dimiſit, eontumacius parentem, item alias immodeſtè miſſionem poſtulantes citra commoda Emeritorum præmiorum exautboravit.* Ubi plane ſubſcribo Dempſtero Paralipp. ad Roſin. Antiqq. Rom. lib. 10. qui cum diviſione legendum putat, *citra eommoda Emeritorum, & præmiorum*; atque ita legendum ſuadent teſtimonia Iuriſconſultorum ſuperiùs allata, quæ diſtinguunt præmia ab Emeritis. Illud autem inter eadem fuiſſe diſcriminis idem cenſet Dempſterus, ut præmia ad pecuniam, veſtium, & armorum ornamenta, & alia id generis donati va pertinuerint; Emerita verò ad poſſeſſionem agrorum juxta illud Lucani lib. 7.

Emerito faciat vot Marte colonos.

De ea porrò diviſione atque poſſeſſiooe agrorum, vide quæ diximus in Titulo *Colonia*.

Emersus, us. Emergendi actus. Plin. lib. 9. cap. 22. *Mincium amnem tranſmittens, ad eujus emerſus annuo tempore hyemato iaeu, fluctibus glomeratæ anguillæ volvuntur.* Hinc Emerſum facere. Scita dictio, & rei militari percommoda, quam bona fide, & laudabili exemplo induxit in Latium Vitruvius l. 10. c. ult. *Neque tempus, neque certum locum ſcire poterant, quo emerſum facturi fuiſſent hoſtes*. Satius feciſſet Vitruvius plura ad hanc formam latinè comminiſci, quàm obſcure græciſſando lectores atque adeo Interpretes cruciare ſuis Harpaginetulis, Engibatis, Cartibulis, & ſimilibus, quæ melius amandaſſet io Morboniam.

Emissarii, orum. Excurſores, qui ante exercitum emittuntur ad exploraodum, vel etiam ad prœlium laceſſendum; ut proinde Junius Emiſſarios dixerit qui aciem præcedunt: *Scorta*. Veteres tamen frequentiùs uſurpaverunt Emiſſarios pro conciliatoribus furtorum, vel exploratoribus, qui ab hoſte ſubmitti ſuboroarique ſolent. Cic. Epiſt. lib. 7. *Perſuaſeratque nonnullis invidis meis, ſe in me Emiſſarium ſemper fore.*

Emunio, is. Munio. Liv. 2. Bell. Punic. *Emunitus in modum arcis*.

Emuralamii. Geous Turcici peditatus. Vide *Ianizeri*.

Enchiriorum, Latinè manuale. Sumitur ferè pro libello, qui habetur ad manum, & facilè circumferri poteſt. Pro jaculis manuaris uſurpatum etiam legitur ab Herooe de Machinis bellicis cap. 22. Ejuſdem meminit Pollux, exponitque gladiolum, & quidquid armorum, quod ſit ad manum, & geſtatu facile.

Encomium, ii. Genus laudationis apud Græcos, propriè victoribus dici ſolitę, & affinis Epinicio. Non ſingularem aliquam virtutem, aut facious, ſed plurimorum complexionem, & multa cogit in patriam vel Rempublicam promerita. Ea porrò laudatio fiebat publicè poſt victoriam. Hinc

ada-

Digitized by Google

adagium : *Encomium canere ante victoriam* : De iis uſurpatum, qui præproperè gloriantur. Dicitur autem encomium Græcis à κώμη vicus : quod eſſet laudatio in vico, vel trivio, vel compitis facta, quæque a tribulibus exciperetur. Vide Scalig. Poet. 3. 110.

ENOPLIA, ALIIS EUNOPLIA. Ab armis ex Græco dicitur. Sunt qui exponunt pugnæ rudimentum, vel imaginarium conflictum. Alii ſaltationem armatam, ſive Pyrrhicam interpretantur. Vide *Pyrrhica*, & *Sciomachia*.

ENSIS. Dicitur ab ἔντεα arma, vel ab ἔνω occido. Vide *Gladius*.
Virg. Geor. 1.

falces curvantur in enſem.

ENSICULUS. Parvus enſis. Plaut. in Rud. *In eo enſiculo litterarum quid eſt ?*

ENSIFER. Ovid. 2. de Art.

Enſifer Orion aſpiciendus erit.

ENYO. Dicitur ab ἔνω *occido*. Vide *Bellona*.

EOUS. Unus ex quatuor Solis equis quadrijugis. Ovid. lib. 2. Metam.

Interea volucres Pyrois, Eous, & Aethon,
Solis equi, quartuſque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibuſque repagula pulſant.

EPHESIÆ LITERÆ. Vide *Invulnerabiles*.

EPHESTRIS. Veſtimentum fuit militare, idem ac chlamys & lacerna, ut docet Heſychius. Memoratur ab Herodiano lib. 7. ubi loquitur de militibus Maximini, in Senatum ingreſſis. Ejuſdem etiam meminit vetus interpres Perſii ad illum verſiculum Satyr. 1.

Scis comitem horridulum trita donare lacerna ; loquens enim de lacerna militari & caſtrenſi, ita ſcribit : *Hanc Græci vocant Ephestrida, de qua intellexit Propertius lib. 4.*

Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis,

EPHIPPIUM, ii. Horat. Epiſt. 1. 14.

Optat ephippia bos piger ; optat arare caballus.

In hunc locum Commentator antiquus hæc habet: *Ephippia exponunt alii ſellam, alii ſagmata, nonnulli ea, quæ propter jugum equis curulibus imponuntur* : & *hoc verius*. Omnia ex æquo ſunt vera. Congruunt quippe omnia dictioni Græcæ ἐφ' ἵππῳ, ſuper equo. Allucinantur proinde, qui ſtragula equorum, vel clitellas, ſagmata & ſarcinas, Ephippia appellari contendunt, minimè verò ſellam : quoniam inquiunt, ſuo hæc gaudet peculiari nomine. Atqui etiam ſtragula & ſagmata ſuam nuncupationem habent. His proinde contemptis terriculis, dicas fidenter ephippia quidquid equis ſuperponitur. Caveas tamen, ne eadem ſpecies moduſque vocis te fallat in Epiſtylio; ut hoc exponas Capitulum vel Capitellum Columnæ. Vulgò *Capitello*. Ut Ephippium dicimus quod ſuper equo eſt, ita Epiſtylium, quod ſuper columna. Capitulum verò non eſt ſuper columna ; ſed eſt columnæ pars. Cum enim columnam dicimus, omnes ejus notamus partes, baſim ſcilicet, ſcapum, & capitulum. Satis diſertè id Vitruvius indicavit : ut eo magis demirer, viros non ineruditos, nec ita perſanè paucos, in hunc errorem pertractos à Theſauro Linguæ Latinæ. Quod dictum accipias in gratiam Scioppii, qui unus ex eorum eſt numero ; ut intelligat, non ſolum eſſe Famianum, cui, ut ſæpe Famianomaſtyx ille deblaterat, Calepinus & Lexicarii impoſuerint. Noveris proinde, epiſtylium ſignificare in opere Architectonico partem illam, quæ trabis formam habens, & uſum præſtans, ſupra Columnas excurrit, eas quodammodo nectens & revinciens ; appoſitam verò deſuper molem, quaſi humeris ſuſcipiens atque ſuſtentans. *Architrave*. Latius etiam accipi ſolet pro integra trabeatione, quæ cymatium, zophorum, coronam, tænias, acroteria, alioſque ornatus complectitur. Quamobrem pro diverſis Architecturæ ordinibus, diverſimodè ipſa epiſtylia variantur. Redeo ad Ephippium : Dio l. 63. expreſsè tradit, Ephippiorum uſum Neronis tempore cœpiſſe : *Ferunt, equites Romanos Neronis temporibus, dum quotannis recenſerentur, primum Ephippiis uſos fuiſſe.* Ex hoc teſtimonio conjiciunt nonnulli ſellam equeſtrem privatim dici Ephippium. Quæ enim à Dione dicuntur Ephippia, non ſunt ſtragula, aut ſagmata, quæ ſæpius memorantur ante Neroniana tempora. Nihil repugno ſellas equeſtres à Dione indicari Ephippiorum nomine. Sed cum eadem dictio uſurpata reperiatur ab antiquioribus Hiſtoricis, & oppidò ante ætatem Neronis, clarè conficitur, communem illam vagamque eſſe nomenclaturam pro quolibet equorum operculo. Sic autem Cæſar lib. 4. bell. Gall. de Svevis. *Nihil earum moribus turpius aut inertius habetur, quàm Ephippiis uti. Itaque ad quemvis numerum Ephippiatorum quamvis pauci adire audent.* Vide *Subex pedaneus*.

EPHIPPIATI. Vide *Ephippium*.

EPISADES. Naves ſunt, de quibus Ulpianus : *Quædam enim naves onerariæ, quædam, ut ipſi dicunt, Episades*. Bayſius legendum putat *Epibatides* ; ut ſint vectoriæ, & quæ Epibatas præſertim trajiciunt.

EPIBATÆ, arum. Latinè Conſcenſores dixeris. Milites ſunt claſſiarii, ſive in navibus merentes. Occurrunt ſæpiſſimè apud Græcos Scriptores præcipuè Herodotum, & Xenophontem. Ex Latinis meminit eorum Hircius de bell. Alexand. *Capta eſt una hoſtium quadriremis, depreſſa eſt altera, alteraque perturbata : deinde omnes Epibatis nudatæ*. Idem de bell. Afric. *Ibique Getulis remigibus, Epibatiſque complet &c.* De iiſdem Vitruvius lib. 2. *Artemiſiam in eo portu abſtruſam claſſem celatis remigibus, & Epibatis comparatis, reliquos autem cives in muro eſſe juſſit*. Sunt ii prorſus milites, quos alibi diximus Naumachiarios.

2. Prorſus cenſuerim hoc genus, quod nihil plane diſtat à claſſiariis, propriè & vetuſta origine ad nautica miniſteria fuiſſe conductum, ita tamen ut arma ſumerent, ſeſeque navali conflictui miſcerent, quando eam inſuper operam neceſſitas requireret. Plane apud Thucydidem, alioſque Scriptores Græcos non quaſi juſtos milites Epibatas legimus ; ſed potius levis armaturæ quoddam genus, utpote qui graviori pugna exorta conſcenderent tabulata ſeu cataſtromata, & inde legitimis militibus quaſi ſuccenturiati prœliarentur. Apertiſſimum id oſtenditur, quoniam eoſdem interdum ſubitò armatos legimus, & quaſi tumultuario delectu evocatos ad pugnam. Sic enim Hirtius de bello Afric. *Cæſar interim remigum, Epibatarumque partem ex claſſe Gallorum, Rhodiorumque armare, & in caſtra evocare*. Ubi tamen obſerva diverſos collocari Epibatas à remigibus. Thucydides etiam lib. 7. *Gilippus e ſuorum nautarum Epibatarumque numero, quos arma*

Digitized by Google

verat, ſumptit, pergit Syracuſas. Non impar mixtæ militiæ ratio lsgitur de Claſſiariis. Hos aliqui milites faciunt: Nepos in Miltiads: *Utriſque venit in mentem ſignum à claſſiariis regiis datum*. Tacit. Annal. lih. 15. *Primores Claſſiariorum Miſenenſium labefactare connifa eſt*. Interdum verò omninò compares nautis occurrunt. Hirtius ibidem: *Non jam virtute propugnatorum, ſed ſcientia Claſſiariorum ſe victos vident*, ubi disertè indicat diſtingui propugnatores, ſeu milites à claſſiariis: hos verò non fuiſſe quidem remiges, ſed peritiores nautas, ad funes tendendos, ad clavi gubernaculum & ejuſmodi opera nautica deſignatos. Addo msmoratum nanticæ militiæ genus à Scriptoribus Grecis appellatos fuiſſe Autertas. Suidas: *Autertæ, qui remigant & pugnant*. Aſſentior plane Scheffero, qui exiſtimat antiquitùs permixta fuiſſe munera militum & nautarum. Poſtquam autem diligentiùs ordinari cœpit navalis diſciplina, diviſa fuerunt ea miniſteria; aliique geſtandis armis, alii remis, alii aliis operibus nauticis addicti. Diviſit illa Cæſar lib. 3. ds bell. Gallic. *Remiges ex Provincia inſtitui, nautas gubernatoreſque comparari jubet*. Et clariùs Vegst. lib. 4. cap. 43. *In nautis diligentia, in gubernatoribus peritia, in remigibus virtus eligitur*. Atque iterum hic adnotare ſuccurrit, alio nomine hoc militiæ navalis genus vocari Socios navales, de quibus alibi à nobis inſtitutus eſt ſermo. Conſtat autem eos arma ſæpius in navibna exercuiſſe, quos tamen Livius inter remiges referrs non dubitavit: ſic enim ſcribit lib. 26. *Senatum poſtero die habuerunt de remigum ſupplemento, ubi cum multa diſſeruiſſent cur æqua plebis recuſatio eſſet, verterunt orationem eò, ut dicerent, privatis id, ſeu æquum, ſeu iniquum onus injungendum eſſe. Nam unde, cum pecunia in ærario non eſſet, paraturos navales ſocios?* Ubi clarè poſtremis verbis vocat ſocios navales, quos initio dixerat remiges. Idem lib. 37. diſtinguit remiges à claſſiariis, ſeu navalibus ſociis. *Non milites ſolùm, ſed etiam navales ſocios, remigum turbam, quibus quiſque poterat telis armatos in prælium eduxit*. Vides Hiſtoricum alios vocare navales ſocios, alios remiges, alios demum milites. Quod autem iſthæc à Veteribus ſæpe confundantur, planè non pertinet ad Scriptorum oſcitantiam, ſed potius ad temporum necsſſitatem. Nimirum incredibilem in modum variatum eſt in muniis militaribus, & eorum nomenclaturis, non modo pro gentium varietate, verùm etiam in eadem gente, ac præſertim Romana, pro temporum diverſitate atqus Principum, præſertim poſt collapſam Rempublicam, cum rei bellicæ facies mirandum in modum commutata eſt, ut à nobis eſt ſæpius obſervatum. Vide *Claſſiarii*, & *Socii Navales*.

Epiaathra, æ. Machina obſidionalis ſcanſoria, per quam ad murum pede plano eſt tranſitus. Pons potiùs quàm ſcala. Vide *Aſcendens Machina*, & *Acceſſus*.

Epiooni, orum. Latinè poſt nati. Hoc nomine cenſentur eorum poſteri, qui ad Thebas occubuerunt. Cum enim ſeptem Duces occiſi eſſent, qui Thebas petierunt, ut Etheocli Regnum eriperent, horum filii Duce Alcmæone bellum inſtaurarunt: atque hi quidem Duces interemptorum Ducum poſteri, Epigoni appellati ſunt. Extat hoc nomine Tragœdia apud Euripidem, quam inſcripſit *Epigonos*. Ea fabula, quoniam Hiſtrionum vocem validam & ſonoram expoſcebat, ideò Cicero 1. Offic. ds ea ſcripſit: *Hiſtriones voce freti agunt Epigonos Medeamque*. Epigoni etiam ſunt nominati ſucceſſores Macedonum vetsranorum, qui ſub Alexandro Magno sx Aſiaticis fœminis ſobolem ſuſceperunt.

Epinicium. Quæcumque cslebritas pro parta victoria: cujuſmodi ſunt Supplicationes ſolemnes, Cantica, Ignes nocturni, quibus læti nuncii excipiuntur. Lucianus Epinicium pro epulo poſuit Victoriæ causâ dato. Frequentiori tamen acceptione Epinicium ſumitur pro carmins, quo victorias vel Duces Victorss publicæ congratulationis officiis sfferimus & celebramus. Originem Epinicii ab antiqua fabula profectam diligenter obſervat Natalis Comes ex Tibullo. Ait autem poſt Saturnum Jovis armis e ſuo Regno fugatum, Apollinem Jovis victoriam carminibus ad citharam ceciniſſe, purpurea toga decorum, & lauro coronatum inter Deos, qui accubuerant in Convivio. Sic autem canit Tibullus lib. 2.

Sed nitidus, pulcherque veni: nunc indue veſtem
Purpuream, longis nunc bene necte comas;
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victoris laudes tunc ceciniſſe Jovis.

Ad hoc pertinent gratulatorii carminis genus, quæ in Sacris paginis leguntur Cantica poſt hoſtes feliciter ſuperatos. Ejuſmodi eſt Canticum Moyſis poſt Ægyptiorum Exercitum, ipſumque Pharaonem ſubmerſum, quod habetur Exod. 15. Deboræ, devicto Siſara Jod. 5. & quod certatim prægeſtientes canebant Mulieres Iſraeliticæ poſt Goliath obtruncatum: *Percuſſit Saul mille, & David decem millia*. Ejuſdem ſunt generis Balliſtea, quæ vide ſuo loco. De Epinicio meminit Sveton. in Neron. *Sequenti die latum inter Letos cantaturum Epinicia, quæ jam nunc ſibi componi oporteret*. Vide Scaliger. Poetic. lib. 1. cap. 4., ubi multa de Epiniciis: quæ genus etiam eſſe docet Epipompeutici, quod carmen notions Græcanica accini ſolebat in publicis & ſolemnibus pompis, & gratulationibus; cujuſmodi srat Carmen Sæculare.

Epiphteoma, atis. Latinè acclamatio. Dicitur præſertim de illa, quæ fieri ſolet, exercitu caſtra moturo, ut vaſa colligat. Gloſs.

Epipompeuticon. Carmen ad hilaritatem & pompam, ex qua illi nomen. In triumpho, & reditu poſt victoriam, quemadmodum Epinicia, frequenter accinebatur. Hoc titulo legitur Carmen Statii in Silvis.

Epirhsoium, ii. Vocabulum bigenum compoſitum ex rheda, quod eſt Gallorum, & ἐπὶ, quod eſt Græcorum. Juvenal. Satyr. 8.

tritoque trahunt epirhedia collo.

Vide *Rheda*, cui ſimile eſt vehiculum.

Episcopia navis. Speculatoria, Exploratoria. Vide *Cataſcopium*.

Epistatæ, arum. Quo munere fungerentur in acie. Vide in voce *Paraſtatæ*.

Epistolæ variis stratagematibus missæ. Vide *Columbæ Internunciæ*, *Scorpio*, *Funda*, *Tragula*, *Zifera*, *Hirundo*, *Canis*, *Nuncii*.

Epitoxis. In Catapulta cavus eſt, per mediam longitudinem regulæ sxcurrens. Vitruvius lib. 10. cap. 15. *Epitoxitidos longitudo foraminum*.

Epiztois. In balliſta axiculus eſt, qui nervos vertit & tendit, ut ſcribit Turnebus: vel, ut arridet Baldo, qui orificio modioli Chœnicidos appoſitus

ner-

nervos contioet. Vitruv. lib. 10. cap. 16. *Foramen autem oblongius ſit tantum, quantum Epizygis habet craſſitudinem.*

Epotides. Quid ſiot in bellicis navigiis docet Thucydides lib. 7. *Inſtruxerunt autem Claſſem Syracuſani, ita ut ex ſuperiore navali prælio didicerant ſe fore meliori conditione: naviumque proras decurtarunt, & firmiores reddiderunt, & proris impoſuerunt craſſas Epotidas, iiſque tigna junxerunt intus & extra, quæ uſque ad navium latera ſpatio fere ſenum cubitorum pertingerent.* Videa deſcribi tigna ſeu trabeculas ad proræ hinc inde munimentum.

Epopeja. Poeſis Heroicarum rerum peculiaria. Carmen Martium, militare; armu, cooflictus, victorias complecteos. Scitè proinde factum à Boccaccio io Etruſco, eodemque omoium antiquiſſimo Poemate *Theſeide*, ut Martem io auxilium advocaret.

Siate preſenti, o Marte rubicondo,
Nell' armi tue e rigido e feroce,
E tu Madre d'amor col tuo giocondo
E lieto aſpetto e 'l tuo Figliol veloce.

Adjunxit Marti Venerem & Cupidinem, ex recepto Poetarum Heroicorum more facinoribus Martiis amores ioſerendi. Epopeja fit à voce ἔπος, quæ dictiooem ſignificat. Sed quemadmodum oratio generale eſt nomen ad omoem dictiooem pertinens, & tamen hoc generia oomen eloquentiæ operi præcipuo atque perfecto attribuitur; ſic Epos tranſiit ad ſignificandum verſum Hexametrum, hoc eſt Dactylicum Senarium, qui omnium verſuum, Ariſtotelis teſtimonio, eſt looge oobiliſſimus. Ab hoc verſu nomeo obtinet Epopeja, Latioè Hexametrorum effectio. Vides hoc ipſum Epopejæ nomeo quam-latiſſime pertinere. Complectitur ſiquidem Rhapſodias, Eclogaa, Satyras, quidquid Hexametro ſcribitur verſu. Verùm, quoniam pars illu ſub hoc conteota genere, quæ Heroes depingit, & eorum bellicas potiſſimum celebrat actiones, reliquis eſt multo præſtantior, idcireò hoc genus Epopejæ nomine preſſius deſigoatur. Hinc Epopeja idem ac Heroica Poeſia. Poetæ Epici idem audiunt, ac Heroici. Ariſtoteles io Poetica admitti interdum ab Epopeja nudoa ſermones affirmat. Quod Philoſophi dictum loogaa coocertationes liteſque exeitavit ioter eruditos: adnitentihus aliis hoc teſtimooio, Poetas verè ac legitimè eſſe Fabulatores Proſaicos, vera & amuſſitata Poemata, eorum fabulas, quæ vulgo *Romanzi* nominantur. Nobilis hæc controverſia ſuum adhue deſiderat Paridem. Mihi io re prolixæ tractationis certi quidquam ſtatuere oon eſt otium. Ariſtotelæua certe iocus ſupra iodicatua plures interpretationes habet, quàm verba. Ego oon dubito, Philoſophi meotem fuiſſe, *ut nudis ſermonibus* non ſolutos, aut proſaicos inſinuaret, ſed rhythmis, tibiis, cæteroque conceotu deoudatos, qoem ſpecies aliæ Poeſeos aut admittuot, aut depoſcunt. Erit proiode Epopeja, imitatio actioois Heroicæ, verſu Heroico, ſioe ſaltatione & modis muſicis. Recitabatur Epopeja; quo etiam differt à Tragœdia, Comœdia, & Lyrica Poeſi. Actio ſeu imitatio eſt miſta; ibi enim ſæpe ipſe loquitur Poeta, ſæpe alioa loquentes inducit. Heroico verſu à Lyricis præſertim ſejungitur, quorum cæteroqui eſt etiam imitari actiones Heroum. Cum dixi imitationem eſſe actionis Heroicæ; aut unam, aut multiplicem intellige actionem, ne in alium contentionum Euripum te induas; diſputantibus hinc inde Criticis an Epopeja in plures actiooes cadere poſſit; quorum Poematum exempla apod Græcos, Latinos, ac multo maxime Italos Poetas affatim ſuppetunt. Quid autem ſit actio Heroica diſcimus ex Ariſtotele, qui Heroicam virtutem feritati opponit. Quemadmodum enim feritaa vitium eſt exuberaotis cujuſdam pravitatis atque nequitiæ, quo ad ferarum mores uccedimus: ſic Heroica virtus vim animi excelſam & exaggeratam habet, qua homines a mortalitate eximuntur, & quodammodo tranſcribuntur io Deos. Id ut aſſequeretur Antiquitas, adjutores hominum, & prope Commilitones Deos adhibuit. Hinc Junonis, Veneris, Minervæ, Martis auxilio fulti, tot Heroicis faciuoribus, ſupra humanam conditionem ſe extulerunt Achilles, Ulyſſes, Diomedes, Æneas, cæterique præcellenti virtute Duces & Bellatorea. Et hæc quidem ab antiquis Fabulatoribua, non ſplendidè ſolùm atque magoificè, verùm, ut io illa temporum & ignorantiæ caligine, etiam ſapienter ioventa. Muito nos illia feliciores ad quantamlibet operum arduitatem capeſſendam, veri Numinis Cœlitumque præſidio longè validius ioſtruimur, quàm clypeis à Thetide, aut Venere ab Ætnæ iocudibus, & lacertis Cyclopum emendicatis. Reliquum eſſet de Epopejæ textura, de collatiooe Epiſodiorum, de juſta carminia mole, ad hæc de allegoria, & reliquis oroameotis aliquid addere. Verùm memineris, Lector, noſtri ioſtituti eſſe res bellicas. Sicubi idoneum nacti locum, animi gratià aliò digredimur, & ad noſtrum aſſem aliqoid ioſuper appendimus, tu, ſi tibi arriſerint ooſtra auctariola, lucro appone; ſio minus, meliora Pythia cooſule.

Eptagonæ arces. Latinè quæ ſeptem habent angulos vel propugnacula.

Epulum Triumphale. Triumphorum dies, quos inprimis hilares feſtoſque habuit Roma, nobilitare ioter cætera ſolebat publicum Epulum, Senatoribus, Patritiis, populoque Romano ſumma magnificentià atque lautitià exhibitum a Triumphantibus. Ea pars non infima habebatur in omni apparatu, atque celebritate ejuſdem pompæ. Atheoæus lib. 4. mulſum fuiſſe datum ſcribit, potiooem mellitam, grandiores panes, carnes elixas, vel ſumo maceratas. Memoratur vero inprimis ſpleodidiſſimum Epulum Cæſaris, qui, ut tradunt Svetonius, & Plutarchus in ejus vitu, & Plinius lib. 14. cap. 15. Africano Triumpho præter obſooia paratiſſima, & coovivium ioſtructum duobua & vigioti millibus Tricliniorum, paratiſque menſia, vini Falerni centum amphoras, Chii verò cados centum populo dediſſe fertur: ubi etiam ſex murænarum millia una cœna exhibuit. Svetonius autem de Tiberio in ipſius vita: *Prandium populo mille menſis, & congiarium tricenos nummos viritim dedit.* Lucullus verò univerſam Urbem & vicos ſuburbanos convivio excepit, ut memorat Plutarchus in ejus vita. Eam conſuetudioem ab Antiquis receptum attigit etiam Stat. lib. 4. Sylvar. 2.

Cum jam Romuleos proceres, trabeataque Cæſar
Agmina mille ſimul juſſit diſcumbere menſis.

Joſephus ſcribit Veſpaſianum ac Titum è Capitolio io Palatium digreſſos convivio excepiſſe Patritium ordinem, populo verò lautiſſimum epulum apparaſſe. Cæſar adjecit epulo viſcerationem, nimirum diſtributionem carois crudæ, ut babet

Sve-

Svetonius loco memorato. Plutarchus Problem. 80. ſcribit moris fuiſſe, ut Conſules invitarentur quidem ad epulum, ſed mox rogarentur ne venirent; ſcilicet ut per eos dies honeſtiſſimus diſcumbendi locus penes Triumphaotes eſſet. Celebrabatur autem Epulum in Cella vel porticu Capitolina, aut io templo Herculis, quæ potior eſt Eruditorum ſentantia. Utque lætitiæ Urbanæ ab odoramentis quoque cumulus accederet, nardo, roſa, & molliſſimis quibuſque unguentis delibuti ad hilaritatem publici epuli accedebaot: vultibus etiam minio illitis, qui color omnium lætiſſimus reputabatur; eoque vel ipſi Triumphantium vultus perfundebantur, ut tradit Plinius lib. 33. c. 7.

Equa, æ. Equas curſu præſtare maribus creditum ab eruditis viris. Idcircò in ludis ambitioſè quæſitæ & diligenter aſſervatæ. Horat. Lyr. 2. 16.

tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa.

Cujus generis Epiroticaa ſingulari præconio donat Virgil. Georg. 1.

Eliadum palmas Epiros equarum.

Eaſdem Palladis duceodo currui adjugat Statius Theb. 2.

quà te bijugo temone frementem
Intemeratarum volucer rapit axis equarum.

Addunt Scythas fœminis uti ſolitos, ut velocioribus; ac præſertim quoniam nihil intermiſſo vel impedito curſu urioam redderent. Ajunt porrò ex Vopiſco quaſdam ad decem dies curſum continuaſſe: ex Trebellio Celticas illuſtri fama oobilitari: ex Plinio prægnantem Echecratidis Olympia viciſſe: ex Herodoto autem equas Cimonis tribus victoriis in Olympicis illuſtres; extioctas verò, è regione ejuſdem ſepulchri tumulatas honoris causâ. Ego verò quam facili negotio hæc & ſimilia de equabus admiſerim, tam iniquo animo illis aſſentior, ut fœminæ maribus curſus laudem præreptum eant. Si recenſere vel colligere, quæ de marium pernicitate ſunt litteris tradita, eſſet otium, eentuplò majorem ſyllabum facilè inirem. Uſque adeò in deteriorem ſexum etiam belluinum exornandum, jactantiùs indulgere laudibus, uſitati eſt moris.

Eques, itis. Equus. Ennius:

Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti
Projieiunt ſeſe.

Ad quem locum Gellius ex Juliani ſententia alios refellit Grammaticos, qui ibi *equus* pro *eques* legerent. Eques quippe ſcriptum in vetuſto probatiſſimoque exemplari, Lampadionis manu exarato. Idem confirmat Virgilii verſibus Georg. 3.

Frena Pelethronii Lapithæ, gyroſque dedere
Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Ubi ex ejuſdem Juliani ſententia docet, nonniſi inſcitè ioeptèque argutando Virgilii ſententiam ab equo ad ſeſſorem poſſe deflecti.

Equites. Duplex erat apud Romanos equitum genus: alii, qui equo publieo, alii, qui privato utebantur. Primi erant vetuſtiſſimi, longè nobiliores, & olim quidem ſoli equites dicti. Plin. lib. 33. cap. 1. *Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equarum publiearum.* Ejuſdem Plinii illa etiam ibidem ſunt verba: *Annuli planè medium ordinem tertiumqae Plebi, & Patribus inſeruere, & quod ante militares equi nomen dederant, hoe nunc pecuniæ indices tribuunt.* Ubi vides, equos militares e publico traditos teſſeram antiquitùs fuiſſe equitum: inductum verò poſtea ut iidem ſic ab annulis aureis dicerentur. Verum clariſſimè Feſtus: *Equitare Antiqui dicebant equo publico merere.* Id etiam conſtat ex Tullio Philipp. 6. Ubicumque verò apud Scriptores leguntur equi militares, non privatos equos, ſed e publico traditos intelligere debemus, ut monet Aſcooius. Priſca illa conſuetudo mutata poſtmodum eſt, ut habetur ex Livio lib. 5. *Cum repente quibus cenſus equeſtris erat, equi publiei nondum erant aſſignati, Senatum adeunt: facta dicendi poteſtate equis ſe ſuis ſtipendia facturos promittunt.* Addit autem Hiſtoricus id Senatui arriſiſſe. Ex quo nempe tunc factum ut illi æra mererent, & ad exemplum peditum annua ſtipendia acciperent. Quæ autem fuerit ſumma, qua emebatur equus publicus & alebatur, colligimus ex eodem Livio lib. 1. *Ad equos emendos dena millia æris ex publico data.* Subditque poſtea in annos ſingulos bina millia æris attributa. Conficit autem ſumma illa emptionis Philippicos noſtros facile centum: æs verò ad alendum traditum Philippos vigioti. Singularis etiam delectus habebatur eorum, quibus equus publicus erat tradendus; ſpectabatque id muneris propriè ad Cenſorem, qui non niſi morum examine præcedente Equites conſcribebat. Conſtat tamen à Ceoſoribus ad Coofules ac Principes ipſos eum poſtea morem & officium fuiſſe traductum. Vetus Perſii Commentator in verſic. illum Sat. 3.

Cenſoremque tuum vel quod trabeate ſalutas:

hæc habet: *Cognitio equitum Romanorum Cenſoribus erat ſubjecta, quæ nunc Conſulum eſt officii.* Quod autem Principes attinet, Svetonius id expreſsè indicat in Caligula: *Equites Romanos ſeverè curioſèque recognovit, palam adempto equo, quibus aut probri, aut ignominiæ aliquid ineſſet.* Ubi etiam nota eum diſciplinæ rigorem ſervatum fuiſſe, ut qui officio aut moribus deliquiſſet, equi publici ademptione mulctaretur. Reſtitui equum publicum, reportarique ad Cenſorem, inſtitutum fuerat poſt confecta ſtipendia, ut clarè indicat Plutarchus in Pompejo: *Mos eſt Romanis equitibus, ubi legitima ſtipendia impleverint, ducere in forum equum ſuum ad Duumviros, quos Cenſores appellant, & commemorantes Imperatores quoſque, ſub quibus meruerint, militia ſolvi.* Ejuſdem ſententiæ eſt fragmeotum illud Varronianum; *In noſtris permanſi, inde caballum reduxi ad Cenſorem.* Privatis quoque equis militatum fuiſſe perſpicuè docemur ex Livio lib. 27. *Illis omnibus adempti equi, qui Cannenſium Legionum equites in Sicilia erant: addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis privatis facerent.* Liquet iterum his verbis alios inſuper fuiſſe equites Legionarios, qui non publico, ſed privatis ducerentur equis; hos autem fuiſſe, qui à Cenſoribus adhuc lecti non erant, licet eſſent ex ordioe & ceoſu equeſtri, arbitratur Valtrinus lib. 3. cap. 4.

2. Jam verò ex præſcripto antiquiſſimi inſtituti militaris illud inprimis naviter ab equitibus curandum fuit, ut equos & præcellentes deligerent & aſſervarent diligenter, omnique ſtudio cuſtodirent nitidè expolitos, & vitiorum immunes. Eam ob cauſam in cenſu & tranſvectione referebantur ad Ærarios eorum nomina, qui ſtrigoſos

macia-

Digitized by Google

maciatoſve haberent equos, aut qnovis modo io eorum cura deliquiſſent. Legimus etiam ab Aureliano Cæſare præſcriptum, uti equites ipſi ſtrigili equos purgarent atque detergerent. Neque verò Romani ſolum in ea curatione negligentiores deprehenſos oon levi aſperſos ioſamia equi publici ſubtractione mulctabant; verùm etiam Græci, quorum vidiſſent equos, aut ſenio collabentes, aut viribus deſtitutos, eorum confeſtim nomina eradebant ex albo militum.

3. Ut autem equitandi peritia, equoſque io omnem partem ad nutum circumageodi facultas compararetur, non Romani minus, quàm Græci homines inſtituerunt, ut erudiendæ juventuti aperirentur equeſtres ſcholæ & Hippodromi, ubi armis induti condiſcerent equeſtrem artem, & in equos tam à dextris quàm à ſiniſtris inſilientes eoſdem in omoem partem circumflecterent, argutos ederent ſaltus, progrederentur cautè, decorè recederent, elegantique corporis flexu ad omne latus ſe verterent, ac deſilirent in pedes. Et quemadmodum ad arma tractanda tyrones proficiebant in ſcholis, umbratili dimicatione, pugniſque imaginariis, armis verò rudibus & obtuſis ſe ſe mutuò provocantes; ad eandem formam, ut equos regere ac moderari, eorumque in acie curſus flectere addiſcerent, domi, vel poblicis in ſcholis ad ea omnia proludebant, propoſito ad aſcenſionem, omniſque generis luſus equeſtres, equo ligneo dedolato, ut alibi à nobis eſt prolixiùs explicatum. Neque enim exercitationes illæ voluptatem duntaxat ludicram, verùm ſolidiſſimam utilitatem & diſciplinam optimam continebant. Prima certè ioſtitutio ludorum equeſtrium non ea fuit, ut populi gratia captaretur, & inanis pompæ oſtentatione ſe juventus ingenua circumferret; verùm ut Trojæ illæ, Quintanæque, & Torneamenta, ut ſequiori ævo appellata ſunt, gymnaſium ac meditameotum eſſeot tyrooibus ad grave, quod dicitur, Martis opus, laboreſque ac ſanguinem pro patria & gloria fortiter impendendum. Sed neque aliam ob cauſam egregiam in armis operam collocarunt ſtrenuiſſimi bellatores, quàm quod equeſtri diſciplinæ pubeſcenti ætate ſtuduerint affatim: ad quam formam ſic inſtituiſſe filium legitur Themiſtocles apud Plutarchum, ut equo rectus inſiſtens jacula emitteret, & mirifica armorum tractatione obſtupeſcentes ſpectatores in ſui admirationem adduceret. Pulcherrimum illud etiam de Totila Hunnorum Rege teſtimonium apud Procopium lib. 3. *Ipſe in medium campum ludibundus proceſſit, equum diverſis calcaribus concitando in orbem, agiliterque obequitando, telum in auras ſurſum verſus diverberare, & ipſum rurſum ad terram delatum colligere, ſupinandoque ſe deſuper equum inclinandoque utrinque ad terram, & viciſſim in latera; gloriæ id artis plurimum ducebat, ut qui à puero fuiſſet deſultandi, ac tripudiandi artem edoctus, & ludicra hæc peragendi.*

4. Et hæc ferè ad equites pertinent, qui conſtituunt ordinem equeſtrem, proximum apud Romanos Ordini Senatorio. Alia ootione equites nuncupamus, qui equis inſidentes dimicant; quos oihil neceſſe eſt annulo, equo publico, vel alia ſpectatæ oobilitatis oota diſtingui. Ad hunc modum inſtructi ad pugnandum, equitatum, turmas, alas in exercitu conflant. Hujus militiæ præcipuus olim apud Barbaros uſus. Disjectis globis, & majori ferocia quàm diſciplina ab illis ferè pugnatum; ut continuò intelligas prædæ ſtudioſiores fuiſſe, quàm gloriæ. Militiam vagam effrenamque certis legibus Græci primùm, mox Romani adſtrinxere. Romulus apud hos primus Equitatum induxit, Celereſque appellavit, quoniam perizomatis ſolum lumbos accincti, expeditiſſimi erant, ut habet Polybius. Poſtea uſu edoctis, impunè in congreſſibus appeti ſeminudos, arma tegentia ſunt illis addita, unde Cataphractorum nomeo. Non injucundum lectu fuerit, quod de equitatu fictitio, ſaccis ad formam militum conformatis, refert Bonſinius dec. 2. l. 8. Adſcribo Hiſtorici verba. *Humana ſimulacra ex diſtentis ſaccis effinxere, impoſuere equis, ut equites viderentur, hos cum nonnullis ſub colle relinquunt, admonentque ut cum pugnam conſertam ſenſerint, ſubſidii loco continuo prodeant, ſimulata inſtructa acie, & gradatim procedant. Ipſi in campis Ungaros opperiebantur, qui cum ſtatim adfuiſſent, pugna magno impetu utrinque conſeritur. Bochus cum potioribus acerrime dimicat. Tartari ex compoſito terga dedunt, verſus collem fugiunt: prodeunt inde ſocii cum ſubornato equitatu: tunc illi qui fugiebant quaſi reſumptis animis ſe in inſtantes à tergo Ungaros convertunt. Bochus hoſtium inſidias eſſe ratus cum ſuis continuo terga vertit. Inſequuntur à tergo Tartari, ſagittiſque confodiunt, cædunt ad internecionem.* Hæc & his ſimilia ſtratagemata legenti ſæpius mihi venit in meotem illud Areoſti,

O gran bontà de' Cavalieri antiqui.

Varius equitatui in acie locus, pro rerum locorumque opportunitate. Romani, teſte Livio, in dextro cornu ſuos locabant Equites, dein Pedites; ad lævum extremos equites Sociorum, interius pedites: atque hinc, ut ſcribit Gellius, equitum alæ dictæ, quod dextrâ lævâque circa pedites, alarum inſtar, circumfunderentur. De ordine, quo procedebat equitatus, & circa hunc plura vide apud Veget. lib. 3. cap. 6. & 14. Romanæ antiquitùs legiones caruere equitibus. Horum poſtea exigua portione donatæ, majori Auxiliariorum numero tegebantur. Vide *Vexillatio* & *Alæ*. Equitatum educturi Imperatores nihil magis quàm locum ſolent expendere. Si equites æquata planitie explicari contigerit, rem ferè ſoli conficiunt. Ignavè ſubſiſtunt & otiantur, ſi rapiantur in loca virgultis obſita, ſaxis aſpera, rivulis interciſa. Ad hanc formam Græcorum juxta atque Perſarum equitatum adhæſiſſe in prœlio ad Thsrmopylas, narrat Pauſanias io Phoc. Ubi ejuſmodi anguſtiis equites conflictantur, deſilire ſolent in pedes, & quoquomodo pugnam capeſſere. Obſerva eum apud Romanos equitum fuiſſe morem, ut ſtratis paratiſque equis, non autem iiſdem conſcenſis nutum Imperatoris expectarent prœlium inituri. Sic porrò ſtantes demiſſas haſtas, non erectus habebant. Liv. lib. 1. *Tullus Rex imperat, ut haſtas equites erigere jubeat.* Idem lib. 30. *Quintilius Prætor cum filio ad equites pergit: juſſuſque aſcendere in equos repente in hoſtem emittit.* Italis *Cavagliere*, *Cavalcatore*. Matt. Villan. lib. 8. 55. *Perche i loro ſoldati Tedeſchi avieno ricetto, e parte di loro cavalcatori nella Compagna.* Vide *Pedites.*

Equito, as. Equo vehi. Horat. 2. Sermon. 3.
equitare in arundine longa.

Equitatio, onis. Actus equitandi Plin. lib. 28.
Equi-

Equitatio ſtomacho, & coxis utiliſſima.

Equitatus, us. Pro equitatione. Plin. lib. 28. *Femina atteri adurique equitatu notum eſt.* Pro equitum multitudine: *Cavalleria.* Cic. pro Font. *Magnos Equitatus ad ea bella &c.* Vide *Equito*, & *Pedites.*

Equeſtris, & hoc Equeſtre; quod ad equitem pertinet Virgil. 5.

curſus ut lætus Equeſtres
Ducebat.

Equitatura, æ. Equus ipſe, quo quis vehitur, in Equum ipſum translato nomine equitandi, ſive actu utendi equo. Quod etiam contigit apud Italos, qui equum vulgo dicunt, *Cavalcatura.* Chronicon. Reicherſpergenſe: *Exercitus & Equitaturæ noſtræ ad nimiam erant devolutæ inediam.* Idem infra: *Caſtrametati ſunt juxta quandam magnam aquam, ubi Equitaturæ noſtræ bene gramine refectæ fuerunt.*

Equus, i. Quaſi Æquus. Sic enim Iſidorus: *Equi dicti, quòd quanda quadrigis jungebantur, æquabantur, pareſque forma & curſu copulabantur.* Scaliger tamen & Martinius ad Græcos fontes aufugiunt in inveſtigatione hujus etymi, ſed parum, niſi fallor, feliciter. Animal eſt omnium, quotquot terra progignit, maxime militare. Bellatoribus deſervit non ſolum onerum vecturis, ſed ipſos in aciem deferendo ſuis humeris inſidentes; ex quo militari diſciplinæ ingens commodum, & par dignitas proficiſcitur. Cum autem ſint equi admodum generoſi, uſu tamen dociles fiunt, & ad omne genus imperiorum morigeri.

2. Equos domitandi inventum & laudem, quò ſpecioſior illa eſt atque nobilior, eò ſcilicet avidiùs ad diverſas Nationes Scriptores varii pro ſua quiſque libidine, vel genti propriæ gratificandi ſtudio, derivarunt. Et quoniam duplex potiſſimum excellit Equorum domitura, quorum altera junguntur currui, altera ſeſſorem admittunt & patiuntur, in utramque partem diverſimodè certatum eſt. Virgilius 3. Georg. author eſt Erichthonium quatuor equos primùm junxiſſe currui.

Primus Erichthonius currus, & quattuor auſus
Jungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.

Atqui Herodotus in Melp. Afros ejus inventi facit authores; Pauſanias in Attic. eam laudem adſcribit Troxilo; Æſchylus equorum curribus adjunctorum Prometheum repertorem prodidit; atque alii porrò alios, quos vide apud Ludovicum de la Cerda Comment. ad Virgilium, ubi ſupra. Eadem varietas noſcitur in aſſignandis inventoribus equorum à ſeſſoribus domitorum. Idem Virgilius ibidem Palethronio, & Lapithis, ſive Centauris, qui proximi ſunt in Theſſalia populi, attribuit hoc inventum:

Frena Pelethronii Lapithæ gyroſque dedere
Impoſiti dorſo; atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Atque hinc profecto anſa fabulæ tradita, ut Centauri quaſi monſtra haberentur, quæ ex equina & humana forma coaleſcerent. Plinius tamen refert Bellerophontem Equos primum inſidendo domitaſſe. Sed & Sophocles in Oedipo, atque adeo Statius Theb. 6. canunt Neptuni peculiarem fuiſſe gloriam equitationis.

Neptunus equo, ſi certa priorum
Fama patet, primus teneris læſiſſe lupatis
Ora, & littoreo domitaſſe in pulvere fertur.

3. Agnoverunt equorum nobilitatem atque præſtantiam Poetæ: ideo equorum quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas Inferis, ſejuges Jovi aſſignarunt. Singulos etiam ſingulis ſideribus tradiderunt equos, Lucifero excepto, cui geminus eſt attributus, albus nigerque: albo mane vehitur, cum Lucifer dicitur; nigro ad veſperam, cum Heſperi habet nomen: idcirco ſidus deſultor quoque appellatur, quoniam ex uno in alium equum deſiliat. In ſacris equi lectiſſimæ erant victimæ. Soli equi à Perſis immolabantur, ut præter Herodotum & Xenophontem Ovidius ſcribit Faſt. 1.

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Maſſagetas, Armenios, Æthiopes & Spartanos in ſacris equos mactaſſe Herodotus, Pauſanias, & Heliodorus commemorant. Romæ etiam in publicis ſacris equus immolatus legitur apud Plinium. Illud ad equorum excellentiam indicandam facit, eorum multos ampliſſimis honoribus fuiſſe tumulatos, ut de Cymonis equabus dixi in Titul. Equa, & de Bucephalo Alexandri legimus, cui & Bucephaleam Urbem condidit. Quidquod Darius Perſarum Rex pro annuli ſignatorii apoſphragiſmate equum habuit, cujus hinnitu Rex creatus fuerat, ut notat Thucydidis Scholiaſtes. Quidquod Cajus Caligula Imperator equum nomine Velociſſimum collegam ſibi pronunciavit in Conſulatu, ut inſcripti legerentur anni *Conſulibus Cajo, & Velociſſimo?* Quò iniquior fuit mos ille Sarmatarum, qui, ut Plinius & Martialis ſcribunt, equorum veſcebantur carnibus, ſanguinem perpotabant. Nec verò illud contemnendum eſt equorum gloriæ argumentum, quòd inter præmia militaria principem locum obtinuerint. Agamennon apud Homer. Iliad. 8. equos currui jugatos pollicetur Teucro. Aſcanius vero Turni equum Niſo promittit: Virgil. 9.

Vidiſti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus? ipſum illum, clypeum, criſtaſque rubentes
Excipiam ſorti, jam nunc tua præmia, Niſe.

Æquè iiſdem fuit honorificum coniici in Dominorum rogos, quò nempe clariſſima quæque duntaxat abſumenda flammis congerebantur. Uſitatum id fuiſſe apud veteres Germanos tradit Tacitus: *Sua cuique arma, quorundam igni & equus adiicitur.* Achilles apud Homerum in funere Patrocli quatuor Equis rogum adaggerat. In Achillis verò funere equos viroſque mixtim arſiſſe tradit Calaber. lib. 3. Idem apparet ex Virgilio lib. 6. in funere Pallantis; ubi Æneas inter alia, quæ flammis tradenda numerat,

Addit equos & tela quibus ſpoliaverat hoſtem.

Quin & ipſe equus Pallantis in pyram immittitur.

Poſt bellator equus poſitis inſignibus Æthon
It lacrimans.

Neque enim pompæ ſolius cauſa, ſed ut arderet in rogo, deducebatur, ut ſtatuunt optimi Interpretes.

4. Cæterum mihi de equorum præſtantia multa verba facere non eſt conſilium. Decerpam ex uberrima copia laudis prærogativas & commoda, quæ a bellicoſo pecore in rem militarem redundant. Quamobrem familiare apud Scriptores equi

Epi-

Digitized by Google

Epitheton eſt bellator, & bellicus. Lucret. lib. 2.
Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles.
Propertius lib. 4. Eleg. 4.
Bellicus ex illo fonte bibebat Equus.
Virgil. 10.

Inter
Bellatoris equi cava tempora conjicit haſtam

Statius 7. Theb. Equos dixit *pecus utile bellis*. Vopiſcus autem in Probo, ut bello unicè aptum animal exprimeret, ita ſcripſit: *Equus naſcetur ad pacem, nulla erunt bella*. Virgil. lib. 3. Georg. multus eſt in horum laude expendenda. Illa ſeligo ex multis.

Sin ad bella magis ſtudium turmaſque feroces,
Primus equi labor eſt animos atque arma videre
Bellantum, lituoſque pati.

Et iterum:

Primus & ire viam, & fluvios tranare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponto,
Nec vanos horret ſtrepitus.

Ubi fruſtra ſunt, qui pro *ponto* legunt *ponti*, quod eſt plane jacens & elanguidum; cum ne clitellariis quidem equis ignoti ſint pontes trajiciendi; contra vero vel pueris e trivio notum ſit maris aquas æſtuſque animoſos equos non perhorreſcere. Extat etiam bellacis equi deſcriptio elegans apud Taſſum Cant. 16.

Qual feroce deſtrier, ch'al faticoſo
Honor dell'arme vincitor ſia tolto:
E laſcivo marito in vil ripoſo
Frà gli armenti, e ne' paſchi erri diſciolto;
Se'l deſta ò ſuon di tromba, ò luminoſo
Acciar, colà toſto annitrendo è volto;
Già già brama l'arringo, e l'huom ſu'l dorſo
Portando urtato riurtar nel corſo.

Addo in gratiam eruditi lectoris aliam ejuſdem equi in eandem ſententiam ſimilitudinem ex Bernardo Taſſo Torquati patre, quaſi ſpecimen quoddam utriuſque Poetæ eximii conferendi. Sic autem Bernardus Amadig. c. 64.

Come fiero deſtrier, che lungamente
E' ſtato in otio, e ſenza ſella e freno,
Toſto che di lontan la tromba ſente,
Che l'invita à pugnar, di furor pieno
Sbuffa, annitriſce, e col rabbioſo dente
Il morſo rode, e co' piedi il terreno
Sovente peſta; e'n queſta parte e'n quella
Volge la teſta ſua picciola e bella.

Vides, niſi fallor, ſtudioſius quiddam, & magis meditatum, atque adeo magis vividum & illuſtre cognoſci in comparatione filii: contra verò impendiò magis fluidum, & ad rei naturam accommodatum deprehendes in Bernardi ſimilitudine.

5. Prœliarem equorum indolem agnoverunt Pœni, ſive Phœnicii in eligendo Urbis Carthaginis ſitu. Cum enim effoſſa primum humo bovis caput eſſet repertum, refugerunt adverſum omen, quo laborihus mancipata & perpetuò ſerva civitas deſignabatur. Iidem alibi equino invento capite, augurium lætum amplexi, condidere ibi Urbem, florentiſſimam ſcilicet bello futuram, & victoriis inſignem. Juſtin. lih. 18. *In primis fundamentis caput bubulum inventum eſt: quod auſpicium quidem fructuoſæ terræ ſed laborioſæ, perpetuòque ſervæ Urbis fuit: propter quod in alium locum Urbs translata. Ubi quoque equi caput repertum, bellicoſum potentemque populum futurum ſignificans, Urbi auſpicatam ſedem dedit.*

De eadem Carthaginis origine Silius lib. 2.

Oſtentant caput effoſſa tellure repertum
Bellatoris equi, atque omen clamore ſalutant.

Et Virgil. lib. 1. Æneid.

Effodere loco ſignum, quod regia Juno
Monſtrarat, caput acris equi: ſic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per ſæcula gentem.

Ubi illud *facilem victu* negotium faceſſit Grammaticis, qui locum difficilem, & quaſi ſyrtes nacti in diverſa abeunt. Quidam cum Pierio *facilem victu*, vincendam à Romanis poſtea Urbem exponunt. Verùm hoc loci videtur planè importunum omen adverſum, & à Pœnis exultantibus ſatis refellitur. Donatus, Servius, aliique pro *victu* frugum abundantiam, terræque fertilitatem intelligunt; verùm ubertas alimoniæ tenuis nimium & jejuna laus videtur Ludovico de la Cerda, nec ſatis honeſtum locum habens cum præconio bellicæ laudis atque victoriarum. Amplectitur autem idem Cerda opinionem Hortenſii, & Germani, qui vocabulum *victu* activè accipiunt, quaſi facilis ad vincendum. Carolus Ruæus ſupinum *victu* ita trahit à *vivo*, ut non id referat ad affluentiam frugum, ſed potius ad gentis gloriam apud poſteros perpetuò victuram. Hæc mihi explanatio præ cæteris contemnitur: licet enim illud præconium genti aliquando domitæ quomodolibet congruat, parum admodum feliciter aridèque à Virgilio fuiſſet expreſſa, qui meo judicio potiùs dixiſſet, *& victu æternam per ſæcula gentem*: illud enim *facilem* ad Ruæi indicandam ſententiam maxime evileſcit. Ut meam in hoc judicio ſententiam interponam; Virgilium ex ipſo Virgilio exponens commemoratam à Donato & Servio ubertatis laudem indigitari ſentio. Quemadmodum enim lib. 3. Æneid. non tam belli, quàm pacis augurium viſos equos interpretatur Anchiſes in Italia, ſic etiam eandem pacis laudem Virgilium tetigiſſe lib. 1. plane ſentio. Illud intereſt diſcrimen: pacis & otii tranquillitatem lib. 1. colligit ex frugum copia, in libro tamen 3. eandem agnoſcit ex concordia equorum jugalium. Sic autem ibi canit:

Quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum latè candore nivali.
Et pater Anchiſes: Bellum o terra hoſpita portas,
Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen iidem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & frena jugo concordia ferre,
Spes eſt pacis, ait.

Sed & planius expono in aliam ſententiam. Gentem dixit facilem victu, quoniam Carthaginienſes à deliciis abhorrerent, victuque frugali, & facilè parabili uterentur. Duplex ejus rei cauſa: altera à ſtudio militari; altera ab aſſidua exercitatione nautica, quæ lautum cibatum non admittit. Juvat autem me ex ipſo diverticulo ad rem, de qua in præſens diſcepto, elucidandam profeciſſe. Vides enim, ut olim Pœnos in Africa, ſic Trojanos in Italia equos pro fauſto bellorum atque victoriarum omine accepiſſe. Addo Germanos veteres ab equis auſpicia ſumere conſueſſe. Tacit. de mor. Germ. *Proprium gentis, equorum quoque præſagia ac monitus experiri: publicè aluntur iiſdem nemoribus ac lucis, candidi & nullo mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos ac rex, vel princeps civitatis comitantur, hinnituſque ac*

fremitus obſervant. *Nec ulli auſpicio major fides non ſolùm apud plebem, ſed apud Proceres & Sacerdotes*. Huc etiam facit, quod apud Plutarchum Horus, Apollo ſcilicet, reſpondit Oſiridi ſciſcitanti quod aoimal bello eſſet utilius: Equum Horus ſubdidit. Illud etiam ad illuſtrandum hunc locum adjicio, ipſam equorum jugalium concordiam, quę pacis ſymbolum Anchiſæ fuit, ad commendationem bellicam non leviter pertinere. Neque verò ideo ſolum laudantur quoniam jugatis, & ad currum adjunctis priſci bellatores Heroum tempore prœliarentur; verùm etiam quoniam non indomiti equi protervique & reluctantes, ſed jugo ſuppoſiti frenoque adacti, & Equitum nutibus obtemperantes, uſui ſunt bellicæ diſciplinæ. Ferox quippe ſuapte natura magnanimum animal, nonniſi lupatis adſtrictum, & diuturno domitum magiſterio idoneam Marti operam collocat. Hinc ad ſignificandos homines ita nativa quadam ferocia exultantes, ut tamen rationis frenum ſentiant, eique obediant præclarum eſt ſymbolum frenati equi. Uſus ea comparatione Cicero in Offic., ubi monet ſecundis rebus elatos duci debere in gyrum rationis & doctrinæ, non aliter ac equi feroces domitoribus traduntur, ut faciliores evadant. Præclarè Scipio Antiochi Regis legatis ad pacem conglutinandam miſſis reſpondit: id prius factum ab Antiocho oportuiſſe: non poſtquam ſeſſorem accepiſſet & frenum. Tullianam comparationem hominum agreſtium ferociumque, qui equorum more domiturâ docilitatem induerint, nobilitat magis Virgilius lib. 6., ubi Deiphoben, Vatem Cumæam, ſic ab Apolline afflatam & obſeſſam enarrat; ut illam Deus, quaſi furibundum equum ſubigeret flecteretque:

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur Vates; magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum, tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.

Ubi verba illa, ut optime notat Cerda, excutere, fatigare, domare, premere, fingere, propria ſunt equorum domituræ. Nec verò Allegoriam ſuam Virgilius deſerit, ubi paulò poſt ita legitur;

ea frena furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo:

& ſtatim:

Ut primùm ceſſit furor & rabida ora quierunt.

Plautus admodum propriè in Menæch.; ubi Soſilem inducit amentium more verba facientem, de equis illum, tanquam de re maxime militari proloquentem exhibet. Sic enim furioſus ille ad Apollinem:

Multa mihi imperas Apollo: nunc equos junctos jubes
Capere me indomitos, feroces, atque currum inſcendere.
Ut ego hunc prateram leonem Getulum, olentem, edentulum:
Jam aſcendo in currum, jam lora teneo, jam ſtimulum in manu eſt.
Agite equi, facitote ſonitus ungularum appareant.
Curſu celeri facitote inflexa ſit pedum pernicitas.

Minimùm à prædictis diſcrepat illud Charini in ſ... acti apud eundem Plautum in Mercat.

Jam in currum conſcendi, jam lora in manus cœpi meos.

6. Sunt autem peculiares notæ & indicia, quibus equorum nobilitas deprehenditur: neque enim minore delectu in tyronibus, quàm in ipſis equis excerpendis & aſſociandis militia indiget. Id maxime oſtendit perpetua ſocietas, qua ſuis equis equites nectuntur & alligantur, ut ferè illos pro commilitonibus habeant. Præcipua verò equinæ nobilitatis dignoſcendæ nota ex patria ſumitur. Heroum tempore Thracii potiſſimum erant in pretio. Ideo Heſiodus equorum nutricem Thraciam dixit. Homerus Iliad. 10. Rheſi equos candidiſſimos ex ea provincia fuiſſe memorat, quod etiam indicat Euripides in Aulide. Ejuſdem regionis equum Pentheſilæam Amazonem rexiſſe tradit Calaber l. 1. Apud Virgilium verò ejuſdem nationis deſcribitur equus Turni lib. 9.

maculis quem Thracius albis
Portat equus.

Nec abſimilis equus parvi Priami, Politæ filii, lib. 5.

. quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis.

Hiſpanici magnopere collaudantur à Juſtino, & Strabone. Oppianus tamen minimum equis Hiſpanicis videtur fidere, quos etiam tanquam imbelles animo & viribus invalidos arguit. Verùm adversùs Oppianum multis inſurgit argumentis Cæſar Scaliger in Comment. ad Ariſt. lib. 2. de Hiſtor. animal. Detegit etiam Oppiani falſitatem Cæſar. lib. 6. de bell. Gallic., ubi magnum Hiſpanorum equorum numerum ſe coemiſſe teſtatur. Aſſentior plane Naudæo Syntag. de ſtud. Milit. lib. 1., ubi conjicit locutum fuiſſe Oppianum non de iis Hiſpanorum equis, qui gignuntur in provincia Bætica, & vulgo dicuntur *Ginetti*, verùm de iis, quos magno numero progenerat Aſturia, quos conſtat non tam generoſos eſſe atque magnanimos, ut liquet eſſe Bæticos, quam ſpectabiles inceſſu gradario, & crurum molliore explicatu. Sic enim de illis Silius lib. 3.

His parvus Sonipes, nec Marti notus, at idem
Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo,
Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo.

Africæ porrò ac Numidiæ equos impenſe commendant Scriptores antiqui, à laude præſertim agilitatis, utpote quos etiam infrenatos, quoquoverſum ſeſſores agant. Non impari velocitatis prærogativa excellunt equi Sarmatiæ, & minoris Scythiæ. Exigua horum corpora, ſed mira velocitas: minimo etiam aluntur diſpendio, & ad quoslibet itinerum labores perdurant. Batavi, Friſiique, craſſiores habent, & quadam ad ſpeciem dignitate conſpicuos: verùm moles ipſa, & ingenitum unguibus vitium parum illos præſtat idoneos prœliari vectationi, & laboribus magnorum itinerum. Ad gyros etiam ſegnes efficit granditas molis: nec minus ſunt deſpicatui ob ſetas piloſque in poſteriore crurum parte fruticantes. Neapolitani Regni equinum pecus animoſum, vividum, alacre omnes agnoſcunt: Nec formæ elegantis, aut virium robore duntaxat, verùm etiam docilitate reliquos antecellunt.

7. Habenda eſt etiam ratio ætatis in equorum delectu, ut vegetis illis & opportuno virium robore inſtructis utamur. Conjicitur autem eorum ætas certis indiciis, ac præcipue dentium numero, ut prolixè traditur à veterinariis & mulomedicis. De eorum ætatis univerſo ſpatio Ariſtoteles l. 2. de Hiſtor. Animal. ità ſcribit. *Equorum plurimi*

rimi duodeviginti unnot vivunt, atque etiam triginta; quodſi bene curentur, pertingunt etiam od quinquageſimum. De eadem Plin. lib. 8. cap. 40. *Vivunt annis quidam quinquagenis, fœminæ minore ſpatio: eædem quinquennio finem creſcendi capiunt, mares anno addito.* Cæterum Conradus Heresbachius equum vixiſſe auoos ſeptuaginta; alium verò etiam centeſimum attigiſſe author eſt Naudæus loco ſuperiùs indicato.

8. Accedit alia eaque potiſſima coojectura ex colore pilorum. Virgil. 3. Georg.

honeſti
Spadices, glaucique: color deterrimus albis,
Et gilvo.

Equidem, ut optime advertit Turnebus, jejunè admodum de equorum coloribus ſcripſit Virgilius. Addo Interpretes Virgilianos, Scriptoreſque alios quammaxime diſſeotire atque io diverſa diſcedere in eorum colorum receoſiooe. Atqui colorum inſpectio & exameo præcipuus eſt character & oota ad eorum virtutem ſignificandam. Sunt autem ſpadices, ſive ſpadicei, qui & punicei, ac Phœnicei. Italis *Baii: color di caſtagna*. Albi, quibus ſi ſplendor quidam addatur, qualis io nive, argeoto, & margaritis viſitur, dicuntur candidi. Atri, oigri, fuſci, furvi. Glauci in cœruleum vergunt, & cinericium colorem. Rufi è fuſco flaveſcuot. Gilvi, aliis Helvi medii inter album & rufum. Scutulati, colore gilvis proximi. Italis *Pomati*. Horum porrò virtutis vel inertiæ loogè aliter coujectura ſumitur, cum præfati colores ſunt diluti, remiſſi, evanidi, fugaces, obſoleti, lenti: quàm ſi preſſiores eluceant, ſaturi, vividi, adſtricti, pleoi, vegeti, auſteri, pertinaces. Leucopodes Græcn dicimus vocabulo, qui uno, vel altero pede albicant, cum cœteroqui aliter ſint colorati. Italis *Balzani*. Vitioſi ioprimis ſunt, calcitrones, tenaces, duri oris, frenis aſperioribus caſtigandi, refractarii, ſtrigoſi, ſternaces, pavidi, retrogradi. Vide Salmaſium in Hiſt. Auguſta, & quæ nos ſeparatim habemus in eorundem colorum Titulis.

9. Hæc verò ita notatu ſunt neceſſaria, ut tamen tyrooes intelligant, illud magis magiſque eſſe proſpiciendum, ut equos condocefaciant clamorem militarem ooo exhorreſcere, non perturbari balliſtarum ictibus, aut coruſcatione & ſtrepitu noſtrorum fulminalium: ad hæc ſuſtinere cadaverum aſpectum, campoſque ſanguine exundantes non expavere. Aſſueſcant potius confidenter animoſeque jaceotia cadavera conculcare, aut ſaltu trajicere; teterrimum verò eoruodem olfactum oon faſtidire. Documento fuerint equi Romanorum io fugam acti ad Trebiam, tum quoniam Elephantorum conſpectum ferre non poſſent; tum potiſſimum, quia odoris diritate & nauſea perciti à quolibet cadaverum contactu reſiliebant, ut traditur à Livio lib. 21. Opportuna ideo fuit Perſarum ioſtitutio, quæ refertur ab Æliano lib. 16., qua fœno paleiſque farcta & inculcata cadaverum ſimulacra equis ſubjiciebant, ut cæſorum aſpectum ſaniemque io acie ferre conſueſcerent. Nihil certè profuerit feroces equos atque magnaoimos elegiſſe, niſi eoſdem dociles facias, & ad ſeſſoris outum paratos. Miraudum io modum hac laude præſtitiſſe legimus equos Sybaritaoorum, qui ad certos tibiarum cantus ſaltatione compoſita, hauſtiſque à Magiſtro corporis motibus in acie militari ſaliebant. Inductus etiam mos ille à Spartanis ut nimio furori frenos inücerent modulatione illa & concordi ſaltatione.

10. Propterea eò non pauci inclinaſſe videntur ut credereot inter bruta inanima equos ioprimis particulam aliquam, & quempiam quaſi uſum rationis fuiſſe ſortitos. Sic enim de equis locutus eſt Cyrillus io Amos: *Ibont per medias plateas, quaſi cogitatò, ſapienter, ſcienterque hinnientes.* Et iterum: *Inſignibus phaleris ornati, equitem etiam fortaſſe agnoſcunt, & propemodum inflantur animis, cum ſe honorabilem & ſpectatum ſeſſorem habere ſentiunt.* Mœſtitiam certè alioſque humanos motus & affectiones eos pupugiſſe frequenter legimus. Iſidorus lib. 12. *Dolent, cum victi fuerint, exultant cum vicerint.* Lactaut. lib. 3. cap. 8. *Quid cupiditos gloriæ? nonne in equis deprehenditur, cum victores exultant, victi dolent?* Virgil. Georg. 3

Et quis cuique dolor victo.

Apud eundem lib. 10. Mezentius equum ſuom
alloquitur mœrentem, & talibus inſit.

Ad hæc Homerus dejectos pavitanteſque Achillis equos fiogit io proximo ejuſdem Ducis interitu.

11. Sed illa equorum mœroris aut lætitiæ Imitamenta interpretari quiſquam poterit morbum fortaſſe equorum aliquem, aut laſſitudiuem. Quid autem erit exiſtimandum de lacrymis in Domioorum fuueribus, quas cæteroqui oovimus amaram quidem, ſed neceſſariam dotem à natura homioi duntaxat eſſe proviſam? Hnmerus tameo non dubitat ea homioum prærogativa exornare equos Achillis, Patrocli mortem deflentes. Sic autem canit Iliad. 17.

lacrymæ autem ipſis
Calidæ ab genis fluebant in terram lugentibus:

Calaber lib. 3. de iiſdem equis:

Neque immortales equi impavidi Æacidæ
Manſerunt lacrymarum expertes apud naves.

Homerum imitatur Virgilius lib. 11., ubi ita ſcribit de Pallantis equo in ejuſdem funere:

Poſt bellator equus, poſitis inſignibus, Æthon
It lacrymans.

Paria fecit Homerus Italicus, Triſſinum dico, cujus illa ſunt Ital. Liber. l. 22.

E dietro à quei ſtendardi andava un paggio,
Il qual menava il ſuo cavallo Hircano
Poco avanti ol feretro, tanto meſto,
Che purea lagrimare il ſuo Signore;

Et oe poeticè iſta prolata à Vatibus exiſtimes, accipe Svetonii Hiſtorici teſtimonium io vita Julii: *Equorum greges, quos in flumine Rubicone trajiciendo conſecrarat, ac vagos ſine cuſtode dimiſerat, comperit pertinociſſimè pabulò abſtinere, ubertimque flere.* Adde Plinii verba lib. 8. cap. 42. *Præſagiunt pugnom, & amiſſos lugent Dominos, laerymaſque interdum deſiderio fundunt.* Addo locum ex Lucretio poeta philoſopho:

Et lacrimis ſalſis humectant ora, genaſque.

12. Lacrymis loquela ſuccedat humanæ vocis imitatrix. Ioter equos verò, qui agitatores ſuos ipſi ſint allocuti, Propert. lib. 2. 33. adnumerat Arionem equum Adraſti.

Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion,
Triſtis ad Archemori funera victor equus.

Ubi epitheton *vocalis* de voce humana Scaliger interpretatur, ad eum modum, quo apud Homerum Xanthus, Achillis equus, vocalis redditus eſt à Junone: quare & hero ſuo extremum

diem inſtare nunciavit. Similia commentus eſt Lucas Pulci Ciriff. Calv. Cant. 5.

Hor quì ſi fece un terribile aſſalto;
Tutto il campo in un tratto ſi ſcompiglia,
Mà il ſuo caval ſi levava sù alto,
Et morde, e trar, e ſcoteva la briglia,
Et diffendeva el Signore allo ſmalto
Et dice alcun, benche e' par meraviglia,
Che quel caval fù inteſo, e che parlaſſi
Et che diſſe, che ignun non ſi accoſtaſſi.
Forſe queſto caval fù già di Reſo
Forſe lo ſpirto in corpo havea d'Hettorre,
Acciòche fuſſe aitato e difeſo,
Sendo Trojano il ſuo buon Sinettorre.

Verùm hæc epico more conficta ſuis Poetę conſignaverunt carminibus. Illud ex Sacrarum literarum teſtimonio firmiſſimè retinemus in humani ſermonis voces erupiſſe Aſinam Prophetæ Balaam, de qua ita ſcribitur Numer. cap. 22. *Aperuitque Dominus os Aſinæ, & locuta eſt: Quid feci tibi? cur percutis me?* Et paucis interpoſitis verbis: *Dixit aſina; nonne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueviſti uſque in præſentem diem? dic quid ſimile unquam fecerim tibi?* Ubi optime animadvertit Cornelius à Lapide, non inſitam innatamque fuiſſe aſinæ facultatem loquendi humano idiotiſmo, verùm extra & forinſecùs illam accepiſſe ab Angelo, ſic movente aerem, dentesque & labia belluæ moderante, ut ex ejuſdem ore humanis illa ſimillima profunderentur verba, merumque illa eſſet organum & inſtrumentum ad certam quandam percuſſionem aeris atque colliſionem formandam, qua hominum ora, dum voces effundunt, ſolent reſonare. Conſtat ſiquidem voces Aſinæ non fuiſſe ſigna expreſſioneſque cogitationum internarum, & intelligentiæ præeuntis, quam proculdubio depoſcit humana locutio. Vide apud Anacreontem humano more verba facientem Columbam nunciam, apud Theocritum Adonidis occiſorem aprum excuſantem ſe apud Venerem, & apud Plutarchum Gryllum non modo colloquia miſcentem, verum etiam philoſophantem.

13. Qui ſciverit ſic heris ſuis equos verba feciſſe, minus demirabitur ipſos heros cum ſuis equis ſermonem miſcuiſſe. Apud Virgil. lib. 10. Mezentius in hanc ſententiam Rhœbum equum affatur.

Rhœbe, diu, res ſiqua diu mortalibus ulla eſt,
Viximus: aut hodie victor ſpolia illa cruenta,
Et caput Æneæ referes, Lauſique dolorum
Ultor eris mecum; aut aperit ſi nulla viam vis,
Occumbes pariter: neque enim, fortiſſime, credo
Juſſa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.

Ubi vides ita Mezentium cum equo ſuo ſermocinari, ac ſi rationis particeps eſſet; ſpondetque ſibi Rhœbum nullum ex hoſtibus ſeſſorem dignaturum. Virgilium Statius imitatur, ubi Hippomedon ſic alloquitur equum Tydei:

Quod ſupereſt, charos, i, ſaltem ulciſcere manes,
Aut ſequere; extorrem neu tu quoque læſeris umbra
Captivus, timidumque equitem poſt Tydea portes.

Simili colore Claudianus de Pegaſo ad Honorium:

melioraque pondera paſſus,
Bellerophonteas indignaretur habenas.

De Silio verò quid dicam, apud quem illa ſunt equitis verba & promiſſa ad Galganum equum?

Hos, Galgane, vocant Superi ad majora: videſne
Quantus eat Chryxus? jam nunc tibi præmia pono
Illum Sidonio fulgentem ardore tapeta,
Barbaricum decus, & fulvis donabere frenis.

Idem lib. 16. in deſcriptione certaminis curulis à Scipione in Africa editi, ſic agitatorem inducit Pelorum equum alloquentem.

Attonitus tum ſpe tanta, genitore, Pelore,
Te Zephyro eductum, nunc nunc oſtendere tempus.

Ibidem alius agitator ſic verbis inſtigat Panchatem equum ſuum funalem:

uſque ad colla repente
Cornipedum protentus, & in capita ardua pendens
Concitat ardentem, quod ferret lora ſecundus,
Panchatem, voceſque addit cum verbere mixtas.
Tene Aſtur certante ferat quiſquam æquore palmam
Erepto? conſurge, vola, perlabere campum.

Subtexo Triſſini verſus Ital. Liber. lib. 23.

E però diſſe al forte ſuo Cavallo:
Muoviti caval mio, non eſſer lento,
E non laſciar, ch'ogn'un ti vada inanzi,
Ch'io giuro à Dio, che leverotti l'orzo,
Od harai morte dentro alle mie ſtalle,
Se tu rapporterai l'ultimo pregio.
Però t'eſorto ad affrettarti alquanto,
Ch'anch'io t'ajuterò col noſtro ingegno.
Così diſs'egli: e quel Cavallo ardire
Preſe dal minacciar del ſuo Signore,
E correa più veloce aſſai che prima.

Ruggerii ad Frontinum verba ſunt ex Areoſto c.45.

O mio Frontin, lì diſſe, ſe à me ſteſſe
Di dare à merti tuoi degna mercede,
Havreſte quel deſtrier da invidiar poco,
Che volò al Cielo, e frà le ſtelle ha loco.
Cillaro nò non fù, non Arione
Di te miglior, nè meritò più lode,
Nè alcun'altro deſtrier, di cui mentione
Fatta da Greci, e da Latini s'ode &c.

Libenter appo nam allocutionem Lancillotti ad ſuum equum Niſontem apud Aloyſium Alamanni Avarchid. lib. 22.

Indi appella Santippo il ſuo ſcudiero,
Che le ſue celeſti arme gli appreſenta,
Ond'ei ratto ſi ſcuopre, e'n ſu'l deſtriero
Tutto ſnello, e leggier poſcia s'avventa:
Al qual ragiona; ò mio Niſonte altero,
Non ſtà in te la virtù per hoggi ſpenta,
Ch'alzò già il nome tuo per ogni loco,
Ove del guerreggiar più ardeſſe il foco.
E'n queſto ultimo dì ti riſovvenga,
Quanto al mio (laſſo) anzi al tuo ſteſſo honore
Falliſti hier; che chi nel mio cor regna,
Laſſaſti in preda all'altrui rio furore;
Sì ch'or più bello oprar convien, che ſpegna
La tua larga vergogna, e'l mio dolore;
Riportando di lui la ſpoglia opima,
Che poſti n'hà d'ogni miſeria in cima.
Or t'appreſta animoſo ad eſſer privo
Hoggi inſieme (quand'io) di queſta luce;
Che non s'intenda mai, che reſti vivo
Doppo il primo ſignor ſott'altro Duce.

14. Cum tanta equorum ſit non minus alacritas in pugnando, quàm in bellatores Dominos bene-

Digitized by Google

benevolentia, minimum licebit obſtupeſcere uſque adeo ſtudioſè ac diligenter eoſdem habitos à ſuis Dominis. Oſtenditur id primum à cura, quam viri prænobiles ſuſceperunt ipſi in equis alendis, quod à nobis eſt indicatum ſuperiùs, & validiùs corroboratur authoritate Laertii in Empedocle: *Familiæ, quæ equos alerent, illuſtres erant.* Et Spartiani: *Ipſi Principes viri equilia ſedulò paſcebant; unde equos antiquæ & generoſæ notæ ac nominis ad Circum & ad bella haberent.* Exornari equos magnificè propter eorum ſtudium potius, quàm pompæ oſtentandæ gratià, antiquiſſima fuit inſtitutio. Et Heroum quidem tempore, quoniam acerrimi illi bellatores ab auro, purpura, & ſerico, omnique molliore cultu abhorrebant, ferarum pellibus condecorabantur, injectiſque leonum aut tigridum ſpoliis; de quibus à nobis eſt alibi prolixè agitatum. Poſteriora verò tempora, cum nulla non luxus fomenta corruptis moribus inolevere, pretioſi tapetes, & ſtramenta, opere Phrygio & Babylonico, iiſdem ſuperinducta: nihilque tam pretioſum rarumque habitum, quo equos ſuos pugnaces Domini non cenſerent eſſe nobilitandos. Uniones, pyropi, ſmaragdi, ſardonyches, omne demum gemmarum & lapillorum nobilium genus eorum phaleris aut lupatia inſertum; ut plane Statius ad ſua, non ad Heroum tempora orationem accommodans dixerit:

mandunt adamanta jugales.

Accedunt blandimenta, quibus eoſdem heri magiſtrique molliter tractant. Ut enim loquitur Seneca lib. 1. de Elem. cap. 16. *Equum non crebris verberibus exterret peritus Magiſter; fiet enim formidoloſus & contumax, niſi eum tactu blandiente demulſeris.* Hinc Ovid. 1. de Art.

Quadrupedes inter rapidi certamina curſus
Depexæque jubæ plauſaque colla juvant.

Item Virgil. Georg. 3.

Tum magis atque magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus, & plauſæ ſonitum cervicis amare.

Et Æneid. 12.

Circumſtant properi aurigæ, manibuſque laceſſunt
Pectora plauſa cavis, & colla comantia pectunt.

Et de equis quidem blandè non iracundè tractandis multa præcipit Xenophon lib. de re Equeſtri. Eas plane promeretur illecebras generoſiſſimum pecus, quoniam Dominos, Equiſones, Magiſtros, ſeſſores non agnoſcit ſolummodo, verum iiſdem impigrè & amanter obſequitur, ſeſeque illis non tam vectorem exhibet, quam ſocium in vitæ uſu, in conflictibus autem commilitonem. Præclarè Cornazanus lib. 2. cap. 1.

Et a queſt' animal l'homo hà cagione
Portar amor; che'n tutto l'habitato
E più conforme alla noſtra natione.
Juſtamente; chi ama eſſer de' amato:
Di lui ſi vede per eſperienza,
Che l'huomo troppo a ſua natura è grato.
E tanto hà del Patron benivolenza,
E del Governator, che ſe no'l vede;
S'attriſta, inferma, e di mangiar ſtà ſenza.
Morto il Rè di Bithynia Nicomede;
Il caro Caval ſuo, quel non vedendo,
Morì di fame volontaria in piede.
Et è d'alcun miracolo ſtupendo,
Che già in battaglia lacrimar ſor viſti,
Vinto il Signor, over, morto cadendo.
Soldati alcun veggendoli ſtar triſti
Pronoſticato in guerra han del lor male,
E per converſo auchor di bon acquiſti.

15. Faciunt iſta ut minus ſuſpiciamus mortalium erga præſtantes equos amores inſanos: cujuſmodi benevolentiæ portenta extitiſſe inprimis legimus in Alexandro Macedone, & Cajo Cæſare, quod ſuperiùs tetigi. Addo Spartacum apud Plutarchum in vita Craſſi, qui equum ſuum confodit, ne ipſe etiam in hoſtium poteſtatem veniret. Addo & Julium Cæſarem equi ſui amantiſſimum ex Sveton. in ejus vita cap. 61. *Utebatur autem equo inſigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum ungulis fiſſis: quem natum apud ſe, quum aruſpices imperium orbis terræ ſignificare domino pronuntiaſſent, magnâ curâ aluit, nec patientem ſeſſoris alterius, primus aſcendit: cujus etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicavit.* Cornazanus ibidem:

Qual fù quel d'Aleſandro in Oriente,
El qual morto honorò con pompa tanta,
Ch'una Città gli fè, ch'ancor ci è gente.
Tal quel di Ceſar ſtato eſſer ſi canta,
Ch' hebbe i piedi ungalati a forma d'huomo,
Se l'hiſtoria di lui falſo non canta.
E l'uno e l'altro mai non fù ſi domo,
Che ſoffeiriſſe alcun Cavalcatore,
Fuor che' l Patron, che no'l feſſe far tomo.

16. Quæ cum ita ſint, mirari plane ſubit præpoſterum in equorum ſtudio Petrarcæ judicium, qui minus æquum eorundem æſtimatorem ſe aperit in Dialogis, imò verò eoſdem acerbè inſectatur, & inter nequiſſimas funeſtiſſimaſque recenſet humani generis labes. Summi hominis verba adſcribo: *Tolle equos peregrinos, partem aliquam bellicæ cladis abſtuleris, ut quod de ventis in natura, quodque de Julio Cæſare in Hiſtoria eſt quæſitum, expediens ne fuerit aut ſtare ventos, aut Cæſarem naſci, & de equis ſimiliter quæri poſſit. Tam multa ſunt utrinque contraria. Nec immeritò Theſſalia, quæ prima equos reperit domuitque, prima aureum argenteumque nummum cudit, prima pelagus rate tentavit, Martis ſeminarium viſa eſt, quod non ſemel tot poſt ſæculis multo claroque ſanguine patuit. G. Quam me putas juvet Poeta noſter, ubi nobilis equi ſpiritum, moreſque deſcripſit? R. Nec te terret Hebræorum Vates, ubi ait: Ab increpatione tua Deus Jacob dormitaverunt, qui aſcenderunt equos. Excute ſingula, non tam illud lene, quàm hoc aſperum.* Rem porrò nobis magnopere obſtupeſcendam Sacræ proponunt Literæ de populo Hebræo, qui equos ad uſus militares minimè admiſerit. Licet enim eoſdem jugaverit falcatis curribus, atque etiam quadrigis, vel bigis conſtitutis ad militarem congreſſum; nihilominus equos, quos pugnaturi conſcenderent, non habuere. Scio aliter exiſtimaſſe Abulenſem nixum præcipuè Hiſtoriæ Regum, ubi ingentem vim equorum poſſediſſe Salomon legitur. Nihilominus S. Baſilius oppoſitam opinionem propugnat, quem ſequitur Lorinus ad pſalm. 32., qui plurima in hanc rem eruditè colligit. Et primò quidem Judæa ipſa montibus aſpera & paſſim abrupta, exiguum explicando equitatui locum relinquit: idcircò nec equini pecoris admodum ferax fuit, quod genus ex Ægypto potius, aliiſque provinciis accerſebat. Oſtendit id vel maxime Rabſaces Aſſyrius Judçorum irriſor, quod equitandi artem nequaquam callerent. Sic enim in illos convicia-

tur

Digitized by Google

tur 4. Reg. 18. *Nunc igitur tranſite ad Dominum meum Regem Aſſyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis aſcenſores eorum*. Præterea Divina Lege ſancitum legimus ne populus ille fœturæ equorum iiſque propagandis ſtuderet. Sic enim ſcribitur Deuteronom. 17. *Non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populus in Ægyptum equitatus numero ſublevatus*. Ubi etiam ratio aperitur cur equorum propagationem interdixerit Deus populo Hebræorum; nimirum ne eo freti robore in Ægyptum perrumperent, eamque devaſtarent provinciam, veterum injuriarum memores. Quare non erit ſuſpiciendum non modo Judices Prophetaſque aſinis fere muliſque uſos fuiſſe, ut legitur Judic. cap. 5., & lib. 3. Reg. 13. verùm etiam ipſos Davidis filios in mulabus ſeſſitaſſe, ut legitur Reg. 2. 1. *Surgenteſque omnes filii Regis aſcenderunt ſinguli mulas ſuas, & fugerunt*. Abſalon depugnans mulo vectus, ramali querceo intercepta coma ſuſpenſus miſerè interiit, quemadmodum narratur ibidem cap. 18. *Accidit autem ut occurreret Abſalon ſervis David ſedens mulo; cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnam, adhæſit caput ejus quercui, & illo ſuſpenſo inter cælum & terram, mulus, cui inſederat, pertranſivit*. Vide plura apud memoratum Lorinum in explicatione ejus verſiculi, *Fallax equus ad ſalutem*.

17. Obſervare non omittam, antiquiſſimum fuiſſe ad indicandam in equis generis nobilitatem eorum coxas candenti ferro inurere, ut iis ſtigmatis commodè poſſent dignoſci. Meminit ejus moris Anacreon:

Equi ſolent inuſtum
Coxis habere ſignum.

Clariſſimè Apulejus lib. 2. Metam. *Necnon & equum illum quoque meum reducentibus, quem diverſum diſtractum notæ dorſualis cognitione recuperaverunt*. Eàdem notâ inuſtos equos prodit Lapis vetuſtus apud Fabrettum in explicatione Tabellæ Iliadis. In aliis armentis id à cuſtodibus factitatum. Virgil. 1. Georg.

Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit acervis.

Et lib. 3.

Continuòque notas & nomina gentis inurunt.

Obtinebant ejus diligentiæ ſtudio non ſolum ut ſuos equos, oves, vel vitulos ab alieni gregis vel armenti pecore diſtinguerent, verum etiam ut haberent in promptu quos admiſſuræ, vectandis militibus, comportandis ſarcinis, aut aratro, vel ſacrificiis conſuefacere deberent ac deſtinare. Novum autem eſt, & animadverſione dignum, quod in eodem viſitur marmore apud Fabrettum. Expreſsè ibi viſuntur equi jugales induti & communiti tibialibus. Roborabantur ſcilicet eo præſidio & munimine adversùs temonis attritum.

18. Ab equis multa & præclara habemus adagia. *Equus Trojanus*. De occultis conſpirationibus. *Equis veliſque*. Pro omni conatu & diligentia. *Equum in planitiem*: ſubaudi *provocas*. Cum quis ad id provocatur, in quo plurimum valet. *Equi ſenectus*. De iis, qui, rebus præclarè geſtis in juventute, cum ſenuerint minimo ſunt in pretio: ſumptum ab equis generoſis, qui ſenio demum fracti, carrucis agendis, aut piſtrino addicuntur. Ennius apud Cic. de Seneсt.

Sicut fortis equus, ſpatio qui forte ſupremo
Vicit Olympia; nunc ſenio confectu' quieſcit.

Tibull. l. 1. Eleg. 4.

Quam jacet infirmæ venere ubi fata ſenectæ;
Qui prior Eleo eſt carcere miſſus equus.

Alias memoratu digniores parœmias ſeparatim explicamus. Quæ figuris equorum notantur hieroglyphica, numiſmata & apoſphragiſmata, latè & eruditè diſcutiuntur à Pierio Valer. Hieroglyph. lib. 4. Satis hic fuerit indicare, Equum phaleratum pro clariſſimo belli ſigno atque teſſera fuiſſe habitum, juxta illud Virgilii:

Bello armantur equi.

Poſtremo nomina equorum fama & virtute illuſtrium, ſiquidem latina ſunt, propriis in locis producimus; quorum apud Italicos Poetas & Fabulatores occurrit mentio, multa colligimus in Titul. *Hippogryphus*. De ritu offerendi Eccleſiis Equos armatos in humatione militum. Vide Tit. *Religio*.

EQUULA, æ. Parva equa. Varr. *Nemo eſt tam negligens quin ſumma diligentia eligat aſinum, qui ſaliat Equulam*.

EQUULUS, i. Parvus equus. Cic. 2. de Nat. Deor. *Omnia provectis & maturis docet eſſe meliora; ut in equo, quam in equulo, in cane, quàm in catulo*.

EQUULEUS, i. Idem. Cic. de Orat. *Ut fame debilitetur Equuleorum nimis effrenata vis*. Sic enim legendum apud Cicer. & non *Eculeus*, docet Nonius.

EQUUS DURATEUS. Machina fuit militaris, omnium facilè antiquiſſima, qua Græci ſunt uſi ad expugnationem Ilii. Dicitur Durateus Græco vocabulo; nam ligna Græci vocant δȣρατα. Scribunt de ea machina omnes fere Hiſtorici, & Poetæ, qui bellum Trojanum attigerunt. Deſcribitur à Virgilio lib. 2. Æneid. in hunc modum:

fracti bello, fatiſque repulſi
Ductores Danaum, tot jam labentibus annis
Inſtar montis equum divina Palladis arte
Ædificant, ſectaque intexunt abiete coſtas.
Votum pro reditu ſimulant, ea fama vagatur.
Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri, penituſque cavernas
Ingentes, uterumque armato milite complent.

Machinamentum fuiſſe admirandæ magnitudinis & figuræ multiplex oſtendit ejus operis periphraſis & copia nominum, qua illuſtratur ab eodem Poeta. Votum fuiſſe Palladi liquet ex verbis illis:

Votum pro reditu ſimulant;

Alibi machina dicitur:

Scandit fatalis machina muros
Fœta armis.

Alibi ſimulacrum:

Ducendum ad ſedes ſimulacrum.

Iterum molem dicit:

Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem,
Roboribus textis cœloque educere juſſit.

Robur etiam nempe lignum vocat:

Sacrum qui cuſpide robur
Læſerit.

Et clariùs lignum nuncupat:

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achivi;

Nomenclaturam claudit Monſtri appellatio:

Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.

Non idcirco demirandum eſt in diverſa Scriptores abiiſſe, dum eam molem explicandam ſibi ſuſcipiunt. Plin. lib. 7. cap. 19. ſcribit fuiſſe machinam militarem, cui poſtea Arietis nomen inditum: *Equum, qui nunc Aries appellatur in muralibus machinis, Epeum ad Trojam inveniſſe dicunt*.

Idem

Google

Idem arriſit Pauſaniæ in Atticis. Obſtare tamen huic opinioni videtur collecta intus & intruſa vis bellatorum. Aries quippe muros ſubruit iterato percuſſu, non excludit armatos. Niſi forte de Ariete, non ſimplici, ſed in teſtudine incluſo, ſeu de teſtudine arietaria locuti fuerint præfati Scriptores. Opinati ſunt alii fuiſſe portam civitatis, cujus Inſigne deſuper ſculptum, vel coloratum equus fuerit, per quam ferro & vi adapertam Græci victores irruperint, evocatis etiam ad prædam ſociis, quos in id meditato conſilio occultaverant. Addunt alii eam portam non ferro diſruptam, ſed ab Antenore patriæ proditore Græcis apertam. Non defuerunt, qui ſcriberent, machinationem totam equi Trojani nihil aliud fuiſſe, quàm equeſtre prœlium, quo victi Trojani aditum in Urbem Græcis victoribus patefecerunt. Ejus Inventor machinæ fuit Epeus Panopæi filius, Exercitus Græcanici machinator inſignis. Præter Plinii verba ſuperius allata, docet id Virgilius, ubi inter alios ex machina diſilientes Epeum ipſum recenſet:

& ipſe doli fabricator Epeus.

Idem Epeus, ut narrat Ariſtoteles in libro de admirandis Auditionibus, cum vellet Metaponti apud Calabros ad Ædem Minervæ, ut voverat, ſecurim ſuſpendere, qua in opere faciundo uſus erat, Simmiam Rhodium rogavit, ut inſcriptione aliqua, vel Epigrammate, votivam illam dedicationem ſuam nobilitaret. Præſtitit id Simmias carmine conformato in bipennis figuram, quod etiamnum legitur inter Græcorum Poetarum opera alia & analecta. Literariæ ejuſmodi ſecuri & bipenni poſtea explanandæ diligentiam & eruditam operam impenderunt viri magni, Muretus, Scaliger, Salmaſius, Licetus. Hinc adagium *Equus Durateus*. Quo docemur non virtute quidpiam, ſed inſidiis & dolo ſuperatum eſſe vel impetratum. Id notant Græci noctu, per ſilentium & tenebras, equo ligneo pridem latitantes ut fallerent, demum Ilium occupantes. Lucret. l. 1.

Nec clam Durateus Trojanis Pergama partu
Inflammaſſet equus nocturno Grajugenarum.

De eodem equo, cujus in muros ingreſſus Trojæ eſſet fatalis ſic Homerus:

Fatum enim erat, perituram Urbem, ſimul ingrederetur
Durateus præcelſus equus, qui clauſerat omnes
Primores Danaûm, luctumque necemque ferentes
Trojanis.

EQUUM HABET SEJANUM. Vulgato olim adagio dictum de impenſe calamitoſis. Origo adagii refertur & explicatur à Gellio lib. 3. cap. 9. Memorant quippe Cn. Sejum inſigni quadam ſpecie, & ſumma celeritate equum habuiſſe: illud autem fuit ſiniſtrum equi fatum, ut quiſquis eum poſſediſſet, gladio vitam finiret. Id Sejo primùm, deinde Dolabellæ, poſtea Caſſio, poſtremò Antonio contigit. Hinc habere equum Sejanum eſt fatali cuipiam ſideri eſſe obnoxium.

EQUI APPRETIATI. Eorum, qui ſuam operam Dominis in bello impendebant, equi prius æſtimabantur, ut ſi hos in prœlio interfici contingeret, eorum pretium à Rege vel Principe reſtitueretur. De equis appretiatis ſępe fit mentio apud Authores corruptæ Latinitatis. Vide Cangium in Gloſſ.

EQUI FRISII. A Friſio aliquo inventore dictos conjicio. Trabes ſunt ad figuram hexagonam dedolatæ, ex quibus clavi prominent, ad hoſtium ac prçſertim equorum inceſſum infeſtandum & remorandum. Ungulis quippe diffiſſis & laceratis prolabi equos neceſſe eſt, aut ſubſiſtere, cum incredibili ordinum perturbatione. Equos dici exiſtimaverim, vel quòd hoſtium equos infeſtant, vel quoniam ſimiles ſunt trabibus, quæ domorum faſtigia ſuffulciunt, & à Latinis quidem *Cantherii*, ab Italis dicuntur *Cavalli*. Has ego, Lector, conjecturas quaſi mercem tibi ut amico vel hoſpiti oſtendo, non obtrudo tanquam emptori. Horum formam exhibet *Mollet* in Agonibus Martis. Vide *Murices*, & *Tribuli*.

EQUI PUBLICI. Vide *Equites*, & *Tranſvectio*.

EQUI MILITARES. Vide *Equites*.

EQUORUM PROBATIO. Vide *Equites*, & *Equus*.

EQUI FUNALES. Vide *Funales equi*.

EQUI TRIUMPHALES. Vide *Currus Triumphalis*.

EQUIFERI, orum. Equi ſilveſtres. Plin. 28. *Inprimis efficax Equiferorum ſanguis.*

EQUIS ALBIS PRÆCEDERE. Vetus dictum ubi notamus quempiam longe ſuperiorem aliis eſſe. Creditum enim eſt ab Antiquis optimi auſpicii eſſe equos albos: quamobrem victores in triumpho albis vectabantur equis. Horat Ser. 1. 7.

Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis.

EQUIRIA, orum. Feſtum, ſive ludi curules inſtituti à Romulo in honorem Martis genitoris. Celebrabantur in ea Campi Martii parte, quæ poſtea Circus Agonalis appellatus eſt. Meminit eorum Ovid. 1. Faſt.

Altera gramineo ſpectabis equiria campo,
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.

EQUISO, onis. Equorum curator vel domitor. Varro: *Equus, qui ad vehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, ut Equiſo doceat tollutim incedere.*

EQUISTRATOR, oris. Qui inſtructos equos ducit in Domini uſum. Author vitæ S. Cypriani: *Venerunt ad eum Principes duo: unus ſtrator officii Galerii Maximi Proconſulis: & alius Equiſtrator à cuſtodiis ejuſdem officii.*

EQUITATÆ COHORTES. Permixtæ erant atque refertæ peditibus & equitibus. Contigit quandoque etiam in Prætoriis, quæ cæteroqui ſolis conſtabant peditibus. Oſtendunt id non paucæ inſcriptiones apud Gruterum, & prolixè traditur ab Authore Notarum in Hyginum. Vide Fabrettum de Columna Trajani cap. 7.

ERGATA. Vitruv. lib. 10. cap. 4. *Tum autem circa tympanum involutus alter funis refertur ad Ergatam*, Latinè machina operaria. Vulgatiſſimum eſt inſtrumentum tractorium, quod Itali parum mutato nomine dicimus *Argana*. Agit de Ergata Ariſt. Mechanic. Quæſt. 13. Proximè accedit ad ſucculam; ſed Ergata recta eſt, & ad perpendiculum plano orizontali inſiſtens, non jacente porrectoque axe, qualis in ſuccula cernitur. Vectibus etiam, ut ſuccula verſatur: id autem non fit brachiorum ductu, ſed obnitentibus & ambientibus vectiariis, jumentis nimirum vel hominibus quibus agitari ſolet; cum ſuccula quovis pondere etiam inanimi circumrotetur. Utraque axem habet & tympanum rotundum in medio, circa quod volvitur funis ductarius, cui inditur onus trahendum vel extollendum. Utrique vectes ſuppetunt in crucem tranſverſi ac decuſſati: ſuccula tamen, utpote jacens & reſupina axem habet duplici innitentem cardini. Ergata cum ſit perpendicularis, à ſuperiori capite, ſive extremita-

mitate libera eſt, unumque inferius habet cardinem cum idoneo ad volutationem foramine. Vide utriuſque machinæ tractoriæ formamentum, quod exhibet Philander ad memoratum locum Vitruvii. Ab utraque hac machina, ſive organo tractorio ingens haud dubiè provenit emolumentum machinationibus bellicis. Nihil certe magis perſpicuum eſt, quàm Architecturam civilem ejuſque ſingulas partes exploratiſſimas eſſe oportere bellicis machinariis, propter ſummam affinitatem nexumque, qui intercedit inter mechanicas, urbanas & militares machinas. Eam ob cauſam nos etiam non deſumus de civica Architectura quædam & magis neceſſaria decerpere, & ſaltem iodicare, digitumque lectoribus intendere, ut eadem prolixius tractata otioſiùs percurrere poſſint lectione, & volutatione librorum, qui latè & compoſita opera civilem explicant architecturam. Ad hos rejectum ſemper Lectorem volumus, ubi ſimilia explanamus, memores noſtrarum eſſe partium res militares exponere; civicam verò Architecturam, cujus operoſiſſima, & alterius ſori tractatio eſt, eatenus ſolùm delibare, quatenus ad expoſitionem militaris eſt neceſſaria.

Ericius, ii. A ſimilitudine Ericii, ſeu Erinacei ſilveſtris *Hiſtrice*, qui eductis, quibus conveſtitur, ſpinis quaſi jaculis ſe à Venatoribus protegit, dicta eſt machina militaris tectoria ſimul & oppugnatoria. Non telis ſolùm & phalaricis, ſed jngentibus ſaxis ordinatim evibrandis opplebatur. Ex genere pluteorum erat, quibus tecti milites oppugnationem adornahant. Credibile eſt Veteres ad terrorem conciliandum, licet figurarum affinitatem quandam ut plurimum ſecutos, nomenclaturam animalium ad ſuas flexiſſe bellicas machinas. Hinc Equi, Arietes, Cervi, Vulpes, Catti, Onagri, Scorpiones, Aſelli, Mures, aliaque non pauca, quà ferocia, quà inſidioſa aoimalium nomina circumferebant in machinis. Ericii meminit Cæſar lib. 3. *Erat objectus portis Ericius*. Saluſtius etiam apud Nonium: *ſaxaque ingentia & axe vincti orbes per pronum incitabantur, axibuſque eminebant in modum Ericii militaris veruta binum pedum*. Ex quo loco ſunt qui hanc machinam putent ſuiſſe truncum ramoſæ arboris, horrentem inſertis aculeis bipedalibus ad modum Echini animalis; quod militare repagulum vel offendiculum collocari ſoleret ante portas caſtrorum. Vide Petrum Victor. var. lect. lib. 14. cap. 1.

Erisma. atis. Eriſmatum mentionem habet Vitruvius, ubi loquitur de Scalis nauticis. Habent quippe Eriſmata in machinis ſcanſoriis eandem vim, ac in ædificiis habent Anterides. Fulturæ enim ſunt ad ſuſtinendos muros vel machinas inclinatas. *Contraferti*, *Speroni*, *Saettoni*. Sic autem Vitruv. de Eriſmatis, vel Eriſmis: *Scanſoria ratio non arte, ſed audacia gloriatur. Ea concatenationibus, tranſverſariis, & plexis colligationibus, & Eriſmatum fulturis continetur*.

Eruptio, onis. Præſidiariorum militum ex urbe vel caſtris egreſſus, ut impetum in hoſtes faciant, eorumque diſturbent opera. Qua parte minus timentur, ſupervenire ſtudent; incurioſoſque, aut ſomno deditos occupare, cædere: ad hæc opera intervertere, disjicere machinas, tormenta clavis impactis inutilia reddere, quæ abigere non poſſunt igni tradere, aquis mergere, captivos ſecum in Urbem deferre, ut mox de hoſtium conſiliis cognoſcant. Modo aſſultu non prorſus irrito ad muros ſe recipiant, quidquid hoſtibus intulerint damni, victoriam interpretantur. Habent arces ritè munitæ ad hoc ipſum extructas minores portas, quarum uſus eſt ad præſidiariorum duntaxat eruptiones. Quocirca nonniſi belli tempore adapertæ ſunt, ſtatim atque pax compoſita fuerit obſtruendæ muro cæmentitio. Habent præterea ſingulæ ejuſmodi portæ pontes mobiles & verſatiles, ne ad ipſas hoſtibus alicunde patere aditus poſſit. A ſecretioribus itaque ac reductis probèque cuſtodiiis ejuſmodi portis erumpunt opportunè obſeſſi ad opera hoſtica diruenda & infeſtandos oppugnatores. Id verò ut faciliùs obtineant, opperiuntur ferè noctis tempora, cum alta quies & ſilentium feliciorem exitum ſpondet inſidiis, ſomno ciboque prægravato obſideote milite. Veget. lib. 2. cap. 8. *Cum negligentia intervenerit, paribus inſidiis ſubiacent obſidentes. Nam ſive cibo, ſive ſomno fuerint occupati, ſive ocio, aut aliqua neceſſitate diſperſi, tunc oppidani repente prorumpunt, ignorantes perimunt, arietes, machinas, ipſoſque aggeres ignibus concremant, omniaque in perniciem ſuam fabricata opera ſubvertunt*. Cæterum nihil frequentius apud Hiſtoricos legimus, quàm erumpendi conſuetudinem ad ſubvertenda opera obſidentium. Ad hunc modum de Avaricis Cæſar de Bell. Gallic. lib. 7. *Eodem tempore, toto muro, clamore ſublato, duabus portis ab utroque latere turrium eruptio fiebat. Alii faces atque aridam materiam de muro in aggerem eminùs jaciebant, picem reliquaſque res quibus ignis excitari poteſt, fundebant, ut quo primum curreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri poſſet*. Idem contigit Annibali & Carthaginienſium copiis in Locrorum obſidione. Liv. Dec. 2. lib. 9. *Cum repente in eos nihil minus quàm tale quidquam timentes, patefacta porta erumpant Romani: ad ducentos improvidos cum invaſiſſent, occiduntur. Cæterum Annibal, ut Conſulem adeſſe ſenſit, in caſtra ſe recepit.* Noo impari felicitate erupit Braſidas cum ſelecta armatorum manu ex Amphipoli obſeſſa ab Athenienſibus, hoſteſque territos paventeſque incredibili audacia invaſit, diſperſoſque convertit in fugam, ut memorat Thucydides lib. 5. Non ita tamen proſperè ceſſit Nerviis attentata eruptio adversùs militem Cæſarianum, ut Cæſar ipſe narrat de Bell. Gallic. lib. 2. *Tertia vigilia, quà minime arduus ad noſtras munitiones aſcenſus videbatur, omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Celeriter, ut ante Cæſar imperaverat, ignibus ſignificatione facta, ex proximis caſtellis eò concurſum eſt, pugnatumque ab hoſtibus ita acriter, ut à viris fortibus in extrema ſpe ſalutis iniquo loco contra eos, qui ex vallo turribuſque tela jacerent, pugnari debuit, cum in virtute omnis ſpes ſalutis conſiſteret. Occiſis ad hominum millibus quatuor, reliqui in oppidum rejecti ſunt*. Exitioſa verò Annibali ſuit eruptio Romanorum ex Caſalino obſeſſo, ut habetur apud Livium Dec. 3. lib. 3. *Ubi ad mœnia acceſſere, quia ſilentium erat, ſolitudo viſa, metuque conceſſum Barbarus ratus, moliri portas, & ſeras, clauſtraque effringere parat. Cum patefactis repente portis cohortes duæ ad id ipſum inſtructæ intus ingenti cum tumultu erumpunt, ſtragemque hoſtium faciunt*. Idem iiſdem contigit Carthaginienſibus operà & induſtrià Scipionis Africani, Appian. lib. 1.

de

Digitized by Google

de Bell. Punic. *Tum Pœni audoeiȧt urgebant Manliam, erumpenteſqae noctu, partim ormati, portim Inermes, tantum pontes ferendo, aggreſſi ſant foſſam Manlii proxImam, & vallum cæperant convellere. Tarbato autem intus propter nocturnum tempus milite Scipio proeucurrit cum equitibus per averſom portam, qua nullus hoſtis aderat, eircumvectoſque Pænos perterruit, atque ita in urbem ſe receperant.* Nec verò tantum ex oppidis oppugnatis, verum etiam ex ipſis caſtris validæ fiunt eruptiones. Occurrunt exempla affatim apud Scriptores. Satis hìc fuerit indicare locum Cæſaris de Bell. Gallic. lib. 5., ubi commemoratur vehemens eruptio Labieni adversùs Induciamarum Ducem Gallorum. Præſentiſſimum adversùs eruptiones remedium Antiquis erat agger & foſſa ultra jactum teli adaperta ante ipſam arcem. Quod genus munitionis dicebant Loriculam, & ſub eodem nomine latiùs à nobis exponitur ſuo in loco. Eruptiones Italis dicuntur *Sortite*. Davanzat. Tacit. *Quella Sortita gli condurrebbe al Reno.* Et iterum. *Sortire: Speſſo ſortivano rinfreſcati di gente.* Dicuntur autem *Sortite*, non quoniam ſorte educuntur erupturi, ut tradit Ferrarius: ſed à Latinorum *Sarctus* pro ſurrectus, ut olim dictum teſte Feſto, quemadmodum bene deducitur à Menaggio. Galli habent etiam verbum *Sortir* ab eadem origine.

Erumpo, is. Exire cum impetu ad inſequendum. Cæſar. lib. 1. bell. Civil. *Quò paratiores eſſent ad inſequendum omnes ſive noctu, ſive interdiu erumperent.* Virgil. 4. Georg.

Erumpunt portis, concurritur.

Interdum dicitur de egreſſu furtivo & clanculario. Cic. pro Sext. *Conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupit.*

Eschara, æ. Vitruvius lib. 10. cap. 16. loquens de balliſta: *Baſis, quæ appellatur Eſchara, longitudo foraminum &c.* Idem cap. 22. loquens de Teſtudine: *Baſis compingatur, quæ Græcè Eſchora dicitur, quadrata habens quoquoverſus latera.* Habes hinc expreſsè Eſcharam fuiſſe baſim tam teſtudinis, quàm balliſtæ veteris. Et quoniam inſtrumentum illud coquinarium, quo carnes piſceſque ſolent aſſari, etiam Eſchara Græcis dicitur, ideò optime conjectat Baldus, ab eo inſtrumento nuncupationem migraſſe ad baſes organorum militarium. Equidem ſimillimum vero eſt, eas baſes opere craticulato fuiſſe contextas ob firmitatem. Quemadmodum Bayſius Eſcharas nominat compages, ſeu crates navium aſſeribus curvis conflatas, dum ſabricantur in navalibus: atque eo quidem nomine eaſdem appellat Athenæus, ut advertit idem Baldus. Vide Tit. *Olla*.

Esseda, æ. Senec. Epiſt. 57. *In iis, quæ me ſine evocatione circumſtrepunt, Eſſedas tranſcurrentes pono.* Sed caſtigatiùs dixeris

Esseoum, i. Optimè monent Etymologici omnes, hujus originem vocis non eſſe à Latio accerſendam, ſed potius à Gallia, Belgio, vel Britannia. Harum Nationum quaſi peculiare vehiculum Eſſedum legitur. Virgil. 3. Georg.

Belgica vel molli melius feret Eſſeda collo.

Propert. lib. 2. Eleg. 1.

Eſſeda cælatis ſiſte Britanna jugis.

Acron verò & Porphyrion in Horat. lib. 2. Epiſt. 1.

Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naves,

tradunt fuiſſe inventum peculiare Gallorum. Idem oſtendit Cæſar lib. 5. Bell. Gallic. per hæc verba, ex quibus modum inſuper pugnandi ex Eſſedis docemur. *Equites hoſtium, eſſedariique acriter prælia cum equitatu noſtro in itinere conflixerunt.* Et clarius lib. 4. bell. Gall. *Barbari conſilio Romanorum cognito, præmiſſo equitatu & Eſſedariis, quo plerunque genere in bellis uti conſueverunt.* Et infra: *Genus hoc eſt ex Eſſedis pugnæ. Primò per omnes partes perequitant, & tela conjiciunt, atque ipſo terrore equorum, & ſtrepitu rotarum, ordines plerunque perturbant: &, cum ſe inter Equitum turmas inſinuavere, & ex Eſſedis deſiliunt, & pedites præliantur. Aurigæ interim paulùm e prælio excedunt, atque ita ſe collocant, ut ſi illi à multitudine hoſtium premantur, expeditum ad ſuos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, ſtabilitatem peditum in præliis præſtant, ac tantum uſu quotidiano, & exercitatione efficiunt, ut in declivi ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & brevi moderari, ac flectere, & per temonem percurrere, & in jugo inſiſtere, & inde ſe in currus aptiſſimè recipere conſueverint.* Quæ Julii verba faciunt apertiſſimum non tam viatorium, quàm militare vehiculum Eſſedum fuiſſe. Sic autem peculiare illud Gallorum vehiculum fuit, ut non ſolum ad Belgas tranſierit, quod inſinuat Virgilii verſus ſupra relatus, verum etiam ad Britannos, ut inter alios oſtendit Propertius allato verſiculo.

Essedarii. Vide *Eſſedum*.

Et meum telum cuspidem habet. Originis bellicæ proverbium, cujus aptus erit uſus quoties ſignificare libebit, quempiam inferiorem quidem eſſe, aptum nihilominus aliquo modo ad infligendum damnum & vindictam ſuſcipiendam. Homerus Iliad.

telum quando meum quoque cuſpide acuta eſt.

Item Virgil. 12.

& noſtro ſequitur de vulnere ſanguis:

Ovid. etiam Heroid.

Et mihi ſunt vires, & mea tela nocent.

Etheocles. Œdipi & Jocaſtæ filius, frater Polinicis, quicum pro Regno Thebano congreſſus, atroci prælio interemptus eſt. Stat. Theb.

Ethnarchus. Latinè, populi, vel gentis Præfectus. Creditur apud Græcos is fuiſſe dignitatis locus, qui apud Romanos dicebatur Præfectus Urbis. Occurrit apud Joſephum de Bell. Judaic. lib. 2. ubi ſcribit Archelaum fuiſſe Ethnarchum, addens. *Nam Ethnarchus Præfectus gentis, & ipſa præfectura Ethnarchia.* Vide *Præfectus Urbis*.

Ethnarchia. Vide *Ethnarchus*.

Etrusca corona. Sic dicebatur apud Romanos corona aurea Triumphantium, quoniam eam cum reliquis Inſignibus Magiſtratuum ab Etruſcis Roma accepiſſet. Et de aliis quidem ita Silius 8.

Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis.
Bis ſenos hæc prima dedit præcedere faſces;
Et junxit totidem tacito terrore ſecures.
Hæc altas eboris decoravit honore curules,
Et princeps Tyrio veſtem prætexuit oſtro.

De Etruſca verò ita Plinius lib. 31. cap. 1. *Et cum corona ex auro Etruſca ſuſtineretur à tergo, annulus tamen in digito ferreus erat.* Et lib. 21 cap. 3. *Acceſſeruntque & Lemniſci, quos adiici ipſarum coronarum honos erat propter Etruſcas, quibus jungi niſi aurei non debebant.*

Evagino, as. E vagina extraho. Juſtin. l. 1. *Ipſe gladio ſuo ſponte evaginato in femore vulneratus occubuit.* Veget. lib. 1. 18. *Evaginatos etiam gladios vel contos tenentes.*

Evallo, as. Extra vallum dimitto. Titinnius Prœlia: *Quia ego hodie extorrem hanc domo faciam; pilatricem pallii evallavero pulchrè*.

Evasto, as. Vaſto. Liv. 59. *Omnia quinque menſium ſpatio evaſtaverunt*.

Everganeæ trabes. Vitruv. l. 5. 1. *Supra eas ex duobus tignis bipedalibus trabes Everganeæ ſunt collocatæ*. Philander, & Barbarus exponunt trabes compactiles: Baldus expeditas & tractabiles interpretatur. Utraque explicatio congruit Græco vocabulo. Everganeas ſiquidem latinè reddas bonum, ſeu validum opus præſtantes.

Everſio, onis. Cic. de Senect. *Hinc rerum publicarum Everſiones. Diſtruggimento, Disfacimento, Diſtruzione*.

Everto, is. Diruere, demoliri. Virgil. lib. 3.

Priamique evertere gentem
Immeritam viſum Superis,

Diſtruggere, Disfare, Atterrare, Abbattere.

Everſor, oris. Qui arcem, oppidum, provinciam, aut quid ſimile, vaſtatum peſſundat. Virgil. lib. 12.

Priami regnorum everſor Achilles.

Cic. pro domo ſua: *Everſor hujus imperii. Diſtruggitore, Diſtruttore*.

Evinco, is. Vinco. Virgil. 2. Æneid.

appoſitaſque evicit gurgite moles.

Evocati, orum. In enucleando hoc bellatorum genere mirum quantum diſtrahuntur militiæ veteris accuratiſſimi quique indagatores. Eos plerique ſtatuunt fuiſſe Evocatos, qui militiâ perfuncti, emeritiſque ſtipendiis, vel ſponte, vel oborta neceſſitate præmiis invitati, militatum redibant. Caſaubonus in Capitol. putat poſteriori ævo ſic nominatos, qui antiquitùs Volones & Voluntarii dicebantur. Sed Evocatorum mentio antiquiſſima eſt apud Saluſtium, Cæſarem, Ciceronem. Salmaſius cenſet primorum Ordinum Ductores fuiſſe, quibus etiam nomen Ordinariis fuit. Addunt quidam ſic appellatos, quoniam cum juſti milites non eſſent, repentina aliqua neceſſitate, tumultuario delectu, ex agris vocabantur. Hæc explicatio nomini congruit. Sic autem Dio lib. 45. de Evocatis: *Evocatorum manus, quos aliquit Anacletos Græcè, quaſi revacatos, quòd defuncti militia iterum ad eam revocentur, dicti*. Quod autem voluntate militarent in unius Ducis ferè gratiam, armorumque expertiſſimi eſſent, diſerte tradit Dionyſius: *Erat in iſtis L. Siccius, qui cohortem ducebat virorum octingentorum, qui jam ſupra ætatem militarem erant, nec in militiæ leges cadebant (uti nec ipſe Siccius:) honorantes tamen virum, & beneficiis pluribus ab eo affecti, euntem ad bellum noluerunt deſerere. Atque erat hæc manus exercitûs totius ſive præliorum peritia, ſive in periculis conſtantiâ longe princeps*. Nec minus clare Saluſtius: Marius *ex Latio fortiſſimum quemque, pleroſque militiâ, paucos famâ cognitos, accire, & ambiendo cogere homines emeritis ſtipendiis ſecum proficiſci*. Quod indicavimus, Evocatos dictos fuiſſe per occaſionem tumultus, & rei ſubitæ, illud ſcilicet fuiſſe putaverim ex prima origine; ſed poſtea factum, ut non tumultuarii milites, conſcriptique ex omni numero, imperio quodam neceſſitatis, ſed potius lectiſſimi ac veterani, atque adeo emeriti, ea appellatione exornarentur; qui tamen, extrema inſtante pernicie, arma retractarent. Illud primum diſertè ſignificat Donatus ad illa verba Terentii in Eunuc. *Simalia, Donax, Syriſce, ſequimini*. Ad quæ ſic Donatus: *Hujuſmodi militia per tumultum repente ſuſcipitur, & dicitur Evocatio, ubi Dux alloquitur cives: Qui Rempublicam ſalvam eſſe vultis, me ſequimini*. Servius apte animadvertit hue reſpexiſſe Virgilium lib. 7.

deſuetaque bella
Agmina in arma vocat ſubita, ferrumque retractat.

Invenio præterea privatas excubias Evocatos feciſſe Cæſaribus. Tradidit id Svetonius de Galba in ejus vita c. 10. *Delegit & equeſtris Ordinis juvenes, qui, manente annulorum aureorum uſu, Evacati appellarentur; excubiaſque circa cubiculum ſuum vice militum agerent*. Ubi nota, quod etiam docetur à Cæſare, non pedites ſolummodo, verùm equis militaſſe Evocatos. Alterum eorum genus erat, qui vel confectis ſtipendiis, vel alia de cauſa impetrata miſſione honeſta & gratioſa, adhuc tamem ſponte iterum militiæ nomen dabant. Ad hunc modum arma retractantes dicebantur Voluntarii. Alterum vero erat qui veterani cum eſſent, & ſtipendiis emeritis honeſtè dimiſſi, ab Imperatoribus tamen ob exiſtimationem virtutis evocabantur. Hoc genus dicebantur Evocati. Integræ verò ex his interdum conflabantur Cohortes, quæ omnium pugnaciſſimæ expertiſſimæque habebantur. Sed plane prima notio Evocatorum repetenda eſt à repentino exorto tumultu, vel e re ſubita, ac præſenti neceſſitate, ubi maturo conſilio opus eſſet; nec urgens periculum diuturniori moræ locum faceret. Tunc ſiquidem ad avertendum imminens damnum Imperatores, Tribuni, & interdum etiam Centuriones, non expectato imperio Conſulum aut Imperatorum militem in arma properè rapiebant ad obſiſtendum hoſti, vel conflictum redintegrandum. Antiquiſſima verò & familiaris formula per eas anguſtias alloquendi militem, concitandique ea erat, quam ex Donato ſuperius attuli: *Qui Rempublicam ſalvam eſſe vult, me ſequatur*. Eam formulam Cicero pro C. Cornelio, ut refert Aſconius, jure vocem nominat extremi ac difficillimi temporis. Hac ſuper re memorabile eſt exemplum Scipionis Naſicæ, qui privatus cum eſſet, Conſule negligentius agente, ad arma cives evocare auſus eſt, cum res cæteroqui perditas, ſummoque in periculo deficientem laborantemque aliorum prudentiam cerneret. Sic autem de Scipione Cicero Tuſcul. Quæſt. *Iratus fuiſſe videtur Tiberio Graccho tum, cum Conſulem languentem reliquit; atque ipſe privatus, ut ſi Conſul eſſet, qui Rempublicam ſalvam eſſe velit, ſe ſequi juſſit*. Prolixiùs rem commemorat Valer. Max. lib. 3. cap. 2. *Cum Tiberius Gracchus in Tribunatu profuſis largitionibus favore populi occupata, Rempublicam oppreſſam teneret, palamque dictitaret, interempto Senatu omnia per plebem agi debere, in Ædem Fidei publicè convocati Patres Conſcripti à Conſule Mucio Scævola, quidnam in tali tempeſtate faciendum eſſet deliberabant: cunctiſque cenſentibus, ut Conſul armis Rempublicam tueretur, Scævola negavit, ſe quidquam vi eſſe acturum. Scipio Naſica. Quoniam, inquit, Conſul, dum Juris ordinem ſequitur, id agit, ut cum omnibus legibus Romanum Imperium corruat, egomet privatus voluntati veſtræ me Ducem offero: ſublataque dexterâ proclamavit: Qui Remp. ſalvam eſſe volunt, me ſequantur*. Non imparis in

re

Digitized by Google

re ſubita felicis audaciæ atque conſilii experimentum prodidit, ut ſcribit Liv. lib. 4. Sextus Tempanius Decurio Equitum, qui cum milites inclinatos inſpiceret, nec ad eos confirmandos ſatis eſſe virium, aut authoritatis in Conſule, exclamavit ad ſocios; Qui ſalvam Rempub. vellent eſſe, ex equis deſilirent; qua voce, velut ad Imperium Conſulis, omnibus equitum turmis commotis, adjecit: Niſi hæc armata cohors ſiſtat impetum hoſtium, actum de Imperio eſt: *Seqximini pro vexillo cuſpidem meam*.

2. Allici ſolebant ſic evocati magnorum ſpe præmiorum. Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Multi undique ex veteribus Pompeii exercitibus ſpe præmiorum atque ordinum evocantur*. Notandum etiam, Evocatos ex quocumque fuiſſe militiæ genere, non Triarios duntaxat aut principes, verum etiam funditores & armaturas leves. Addo communem etiam Auxiliis eam appellationem fuiſſe. Et de Auxiliis quidem Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Legiones in Hiſpaniam præmiſerat ad ſex millia Auxilia peditum, Equitum tria millia, quæ omnibus ſuperioribus bellis habuerat, & parem ex Gallia numerum, quem ipſe petiverat, nominatim ex omnibus Civitatibus, nobiliſſimo ac fortiſſimo quoque Evocato*. De Levibus verò idem Julius ibidem: *Expeditos ex Evocatis ſagittariis funditoribuſque raros in muro diſponit*. Saluſtius autem de Bell. Jugurt. permixtè atque confusè: *Interim quæ bello opus erant, primo habere: poſtulare legionibus ſupplementum, auxilia à populis, & Regibus, ſociiſque arceſſere: præterea ex Latio fortiſſimum quemque, pleroſque militia, paucos famo cognitos, accire, & ambiendo cogere homines emeritis ſtipendiis ſecum proficiſci*.

3. Ea certe Evocatorum dignitas fuit, ut à præſtantiſſimis Ducibus nominatim, ideſt nunciis, aut litteris miſſis ad militandum incitarentur. Cæſar. *Multis præterea viris fortibus, Toloſa, & Narbone nominatim evocatis*. Dubium tamen eſt, collectine potius, an ſparſim per centurias militarent. Lipſius exiſtimat ſeorſum, ac ſub uno vexillo diſpoſitos per centurias fuiſſe; ac de iis locutum Tacitum Annal. 1. *Ad vexillum retinebantur cæterorum immunes, niſi propulſandi hoſtis*. Neque verò ſolum ab agendis excubiis, cæteriſque operibus caſtrenſibus immunes Evocati erant, verum ad Centurionum dignitatem locumque proxime accedebant. Sicubi verò aliis inſerti leguntur, ſcias ſic illis fuiſſe permixtos, ut iiſdem præeſſent. Equidem Cæſar Centurionibus Evocatos æquiparat: Sic enim lib. 1. bell. Civil. *Pollicetur quaterna in ſingulos jugera, & pro rata parte Centurionibus, Evocatiſque*. Ejuſdem lib. 3. illa ſunt verba: *Ex Pompejanis cecidiſſe reperiebamus Centuriones, & Evocatos complures*. Vitis etiam, quæ propeium erat Centurionum geſtamen, à Dione illis attribuitur, ut illius quoque Inſignis ornamento cognoſceretur, Evocatos Centurionibus paſſim junctos, æquatoſque. Nec ſolùm Centurionibus, verum etiam Legatis æquati leguntur, ut multis contendit Montanus ad Hirtium de Bell. Afric., & Lipſius lib. 1. Dialog. 8. Exhibentur à Fabretto in Columna Trajani duo vetuſti Lapides, in quibus viſuntur cum vitis geſtamine, quod Centurionum, ut dixl, erat proprium. Vegetius autem lib. 2. cap. 13. & iterum cap. 16. iiſdem tranſverſas & argentatas caſſidum criſtas attribuit, quibus à Centurionibus diſcernerentur. Quod autem ſuperiùs ex Dione retulimus, nuncupatos eos fuiſſe Anacletos, ideſt, revocatos; id ſcilicet nomen admodum propriè illis congruit, quoniam cum veterani eſſent, & emeriti ſtipendii, non erant obnoxii novis delectibus; ſed honoris causa iterum invitati ad arma ſumenda in aliquo Reipublicæ diſcrimine, vel ſubita coorta neceſſitate, ad militiam revocabantur. Prudenter certe Tacitus lib. 2. Hiſtor. à communi delectu illos ſejungit per hæc verba: *Prima belli cura agere delectus, revocare veteranos*. Inſignitos autem fuiſſe Revocatorum nomine docemur ex alia inſcriptione apud Fabrettum loco memorato.

Evocatio, onis. Unus erat ex præcipuis ſacris ritibus Romanæ militiæ veteris. Ante urbium vel arcium oppugnationem procedebant Sacerdotes, earumque urbium vel arcium Deos evocabant, rogantes ut hoſtica munimenta tueri deſinerent; & ad Romanorum caſtra tranſirent: ſi id facerent templa illis ſacraſque Ædes Romæ fabricaturos voventes. Apud exteros etiam id antiquitus factitatum. Nam Tyrii ſtatuis Deorum ſuorum vincula iniiciebant, ne ſcilicet ad victores tranſire poſſent. Athenienſes Victoriæ ſimulacrum ſine alis ſervabant, ne ab Urbe poſſet aufugere: Lacedæmonii verò, ut alibi notavimus, ob hanc ipſam cauſam catenatam Martis ſtatuam domi aſſervabant. De Apolline Tyriorum ſtatua Curt. l. 4. *Aurea catena devinxere ſimulacrum, aræque Herculis, cujus Numini Urbem dicaverant, inſeruere vinculum, quaſi illo Deo Apollinem retenturi*. Eodem metu percitæ gentes aliæ ſuorum Numinum ſimulacra, clavis, catenis, peſſulis, aliiſque repagulis colligarunt, ut tradunt Plutarchus in Romulo, Arnobius l. 6. Oroſius item l. 6., & alii Scriptores. Nimirum rem certiſſimam habebant, delendas eorum Urbes vel Provincias fore, e quibus Dii irati exceſſiſſent. Euripides ſic loquentem inducit Neptunum in expugnatione Ilii.

Deſero inclitum Ilium & aras meas:
Ubi enim vaſtitas Urbem obſidet,
Non res divina, non Dii coluntur.

Paria ſunt Æneæ illa apud Virg. l. 2. Æn.

Exceſſere omnes adytis, ariſque relictis
Dii, quibus imperium hoc ſteterat.

Addo illa Taciti l. 5. Hiſt. *Expuſſæ repente delubri fores, & audita major humano vox: Excedere Deos ſimul ingens motus excedentium*. Et illa Joſephi l. 7. c. 12. de Excid. *Feſto die, quem Pentecoſtes vocant, nocte Sacerdotes intimum Templum more ſuo ad divinas res celebrandas ingreſſi primum quidem motum quendam ſtrepitumque ſenſerunt, poſtea vero ſubitam vocem audierunt, quæ diceret: Migremus hinc*. Ut verò, quod attinet ſtatuas alligatas, intelligas vix ulla Veterum exempla poſteriorum temporum imitatione caruiſſe, Sancti Antonii Patavini effigiem à quibuſdam nautis, non multum diſpari cauſa, ſed majore pietate quam conſilio præligatam referam verbis Petri de la Valle Viagg. p. 3. l'India Cart. 345. *Eſſendo fin all'hora ſempre ſtati in calma, ſenz'avanzar punto di camino, anzi perdendo per lo corſo dell'acque in contrario; i Portogheſi, com'è lor coſtume, dopo haver recitato le litanie, e pregato Dio, e S. Antonio di Padova, al qual per eſſer Portogheſi, hanno gran divozione, che ci deſſero buon vento; volevano ligare la Imaginetta del detto Santo Antonio, che nel Vaſcello portavano, che*

è come un'imprigionarla, che così uſano di fare, quando vogliano ottenere qualche grazia; quaſi che la vogliano à forza, minacciando di non ſciorla ſin tanto non habbia lor conceſſo ciò che domandano. Volevano, dico, legar S. Antonio perche ci deſſe buon vento; ma pur reſtarono di farlo ad iſtanza del Piloto, che diede parola per lo Santo, dicendo, che era tanto onorato, che ſenza eſſer legato, e preſo, havrebbe fatto quanto eſſi ricercavono. Hò volata far menzione di queſto modo di domandar grazie a S. Antonio di Padova, che tra Portogheſi è molto in uſo, cioè fra quelli, che ſono della ciurma più baſſa de' marinari ignoranti, e ſuperſtitioſi, perche frà noi è coſa vana. Superſtizione barbara in vero, ma che tolvolta per la fede, e ſimplicità di chi la fà ſuol eſſer' eſaudita: De evocandi ritu multa Macrobius colligit inter quæ notanda ſunt illa lib. 3. *Conſtat omnes Urbes in alicujus Dei tutela eſſe moremque Romanorum arcanum, & multis ignotum fuiſſe, ut cum obſiderent urbem hoſtium, eamque jam capi poſſe confiderent, certo carmine evocarent Tutelares Deos, quòd aut aliter Urbem capi poſſe non crederent: aut etiam ſi poſſet, nefas exiſtimarent Deos habere captivos*. Idem Macrobius ſcribit Sammonicum Serenum lib. 5. Rerum reconditarum, Evocationis Formulam exſcripſiſſe ex Furii vetuſtiſſimo libro. Hæc verò erat Formula, qua Dii evocabatur: *Si Deus, ſi Dea eſt, cujus populus, civitaſque Carthoginienſis eſt in tutela, teque, Maxime, ille, qui Urbis hujus populique tutelam recepiſti, precor, veneror que, veniamque à vobis peto, ut vos populum, Civitatemque Carthoginienſem deſeratis, loca, templa, ſacra, Urbemque eorum relinquatis, abſque his abeatis, eique populo, Civitatique metum, formidinem, oblivionem injiciatis, proditique Romam, ad meoſque veniatis, noſtraque vobis loca, templa, ſacra Urbs acceptior probatiorque ſit: Mihi quoque, populoque Romano, militibuſque meis præpoſiti ſitis, ut ſciamus, intelligamuſque. Si ita feceritis, voveo vobis Templa, ludoſque facturum*. Livius Formulam refert, qua Dictator Camillus Vejorum Deos ſic evocavit: *Tuo ductu Apollo Pythiee, tuoque numine inſtinctus, pergo ad delendom Urbem Vejos, tibique hinc decimam portem prædæ voveo. Te ſimul Juno regina, quæ nunc Vejos colis, precor, ut nos victores in noſtram, tuamque mox futuram Urbem ſequare, ubi & dignum amplitudine tua templum accipies*,

Evocatio, onis. Unum ex tribus militiæ generibus apud Romanos, de quibus dictum eſt in vocibus *Sacramentum*, & *Conjuratio*. Erat autem evocatio, cum ad præſentem periculi faciem, & ſubitum bellum, præſertim, imo proprie Gallicum, quod Tumultus dicebatur, non ſolum milites, ſed etiam cæteri evocabantur,

Eurithmia, æ. Latinè reddas numerorum concentum. In re Architectonica eſt, ut ſunt verba Vitruvii, qui illam explicat, *Venuſto ſpecies, commoduſque in compoſitionibus membrorum effectus*. Philander concinnitatem Latinè reddit, Optima eſt partium diſtributio, & nexus, Id eſt quod alio nomine Symmetriam dicimus, quæ architecturæ tum civilis tum militaris opera ratis partium diſtributionibus ita digerit, ut ſingulæ ſuo in loco diſpoſitæ aliis æquè reſpondeant, quod ordinem parit, ſtructuræque venuſtatem. Non igitur quædam excellere ſatis eſt, ſed omnia debent ad ſirmitatem; utilitatem, & quandam elegantiæ & venuſtatis ſpeciem conſpirare. Ne ſcilicet illud fiat, quod de oppido Mitilene in Inſula Lesbo ſcribit Vitruvius lib. 1. cap. 6. Magnificè quidem ædificatum oppidum erat; ſed loci poſitura incolis admodum incommoda. Cum enim Auſter flabat febri laborabant oppidani; cum Corus, tuſſiebant: in angiportis porrò & plateis, quæ cæteroqui ornatiſſimæ erant, conſiſtere non poterant propter frigoris vehementiam, Vide *Congruentia*,

Ex umbra in Solem; ſupple, educere, Sermo eſt publicus ab Athletis translatus, qui corpora ſole & arena dimicando corroborant, cum in umbra latitare delicatuli & molliſſimi quique ſoleant. Utimur hoc proverbio, quoties ſignificare volumus rem abditam & latentem in communem vitæ uſum eſſe productam.

Exaggero, as. Aggeſta humo vel alia materia iter complanare, Loca aggeribus ſive tumulis inæqualia æquare. Curtius lib. 6. *Cædi ſylvas jubet, aggeſtaque humo è montibus planitiem ramis impeditam exaggerari*.

Exagonæ arces. Latinè quæ ſex habent angulos, vel propugnacula,

Exarchus, Dux, Princeps. Mittebantur Exarchi ab Imperatoribus cum exercitu & Imperio, Eorum porrò militaria dignitas dicebatur Exarchatus. De Exarchis & Exarchatu vide Cedrenum, Anaſtaſium Bibliothecarium, & numerum Exarchorum Ravennæ apud Hieronymum Rubeum,

Exarmo, as. Armis ſpoliare, Tacit. lib. 17. *Longinum manibus coercent exarmantque*, Exarmare etiam navem, pro armamentis ſpoliare, dixit Paplnianus, Idem verbum paſſiva notione pro *Exarmor* uſurpavit Seneca Epiſt. 30. *Gubernator ſciſſo navigat velo, &, ſi exarmavit, tamen reliquias navigii aptot ad curſum*. Ubi illud *ſi exarmavit* poſitum eſt pro, ſi armamentis nauticis privatus eſt. Scio aliquos ibi legere, *ſi exarmetur*; alios, *ſi exarmaverit eum tempeſtas*; ſed retinenda eſt optimiorum Codicum Lectio,

Exauthorati milites, Sunt qui ſacramento adſtricti à militia ſolvuntur, ſive abire ſinantur, ſuoque reddantur arbitrio ob delictum, ſive ob morbum, ſeniumve & corporis vitium; ſive ſtipendiis emeritis, vel alio miſſionis honeſtæ genere; ut plane exauthoratio tota, quanta eſt, miſſionem triplicem complectatur, honeſtam, cauſariam, & Ignominioſam. Liv. lib. 6. de Bell. Maced. *Poſtero die concione advocata de rebus ab ſe geſtis eum diſſeruiſſet, milites exauthoratos dimiſit*. Et lib. 5. de Bell. Punic. *Volonum quoque Exercitus, qui vivo Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat, velut exauthoratus morte Ducis, ab ſignis deceſſit*. Cæterum Ulpianus exauthorare ad eam potius videtur referre miſſionem, quæ cum infamia conficitur. Idem colligitur ex Lampridio in Alex., ubi de legione exauthorata ſic legitur: *Cum nihilominus poſt iſta fremerent, exclamavit, Quirites diſcedite atque arma deponite*. Subditque paulo poſt: *Eam tamen Legionem, quam exauthoraverat, rogatus poſt dies triginta, priuſquam ad expeditionem Perſicam proficiſceretur, loco ſuo reſtituit*. Quibus verbis animadvertendum etiam occurrit non ſingulos duntaxat milites, verum etiam cohortes integras, atque adeo Legiones exauthorari interdum conſueviſſe. Honeſta verò

exau-

Digitized by Google

exauthoratio fiebat, Aquila & ſignis ademptis, ſepoſitiſque ſeorſum militibus ſub aliquo vexillo, donec illis præmia rependerentur. Immunes iidem erant interea ab omni labore caſtrenſi, excepta tamen in hoſtem pugna, ſi id neceſſitas ſuaſiſſet. Ut enim miſſionem ignominioſam alia ſæpe pœnarum genera, ſic honeſtam ſua præmia ſequebantur, ut nos alibi ſuſiùs obſervavimus, præſertim in Titulis *Miſſio*, & *Vacatio*.

Excæcatio, onis. Vide *Abacinati*.

Excantationes Magicæ. Vide *Invulnerabilet*.

Exceptores, orum. Hi quoque pertinent ad apparituram Præfecti Prætorio. Scribebant autem, edebant, & recitabant acta publica caſtrenſia, atque eadem conſervabant. Minimum plane diſtant ab Actariis, vel Numerariis. Vide de his non pauca apud Pancirolum in Commentariis Notitiæ Imperii cap. 19.

Excidio, onis. Plaut. Curc. *Excidionem facere oppidis*. Et

Excidium, ii. Liv. 7. bell. Punic. *Magnum ſe excidio ejus urbis terrorem cæteris injecturum*. Fit autem excidium vel excidio à verbo *excido*, vel *exſcindo*. Licet autem vero propius ſit fieri ab *excido*, quod eſt cædo, ex quo Celſus medici vulnerarii Inſtrumentum vocat ſcalprum exciſorium, nihilominus vim ſignificandi potius habet ab *Exſcindo*, quod eſt *diruo* vel *everto*.

Exconsulibus. Dicti ſunt viri Conſulares, ideſt qui Conſulatu functi ſunt. Lamprid. in Commod. *Et poſt eos ſex ſimul Exconſulibus*. Ubi Exconſulibus omninò ſunt defuncti dignitate Conſulis, ut Expræfectis Præfectura, Exqueſtoribus Quæſtura, ut optimè notat Salmaſius in eum Lampridii locum, & iterum in Severo.

Excubiæ, arum. Tam excubandi actus, quam ipſi excubitores: nempe qui urbem, caſtra, portas, quemque munitum locum vigilando cuſtodiunt. Vigiliæ quidem nocturnæ dicuntur, Excubiæ tam nocturnæ quàm diurnæ. Cic. 7. Philipp. *Cujus ego excubias & cuſtodias mei capitis cognovi*. Dicuntur ab *ex* & *cubo* quaſi extra cubitum, extra ſomnum, ut quidam exponunt. Alii quoniam extra vallum cubarent equites Excubitores. Veget. lib. 3. 8. *Sciendum tamen eſt, Equites extra vallum excubias facere debere*. Explicat id Cæſar lib. 7. Bell. Gall. per hæc verba: *Caſtra opportunis locis erant poſita, ibique caſtella viginti tria facta; in quibus caſtellis interdiu ſtationes diſponebantur; nequo ſubito irruptio fieret. Hæc eadem noctu excubitoribus, ac firmis præſidiis tenebantur*. Romanis proprius excubiarum numerus e quatuor viris erat; idque non ſolum Reipublicæ tempore, quod non obſcurè tradit Polybius, verum etiam Vegetii ævo, apud quem ſic ſcriptum invenies lib. 3. c. 8. *De ſingulis Centuriis quaterni equites, & quaterni pedites qui excubitum noctibus faciunt eliguntur*. Ad eandem ſententiam exponendum eſt illud in Act. Apoſtol. cap. 12. *Miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum*. Ubi quatuor intelligas Divo Petro excubias aſſignatas. Portarum in primis cuſtodiæ excubitores advigilant, quod expreſsè tradit Saluſtius in Jugurta, & Virgil. lib. 9.

Tum quoque communi portam ſtatione tenebant.

Nec abſimili modo idem Poeta lib. 4. Georg. de Apibus loquens.

Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti.

Cæſar lib. 4. Bell. Gallic. *Qui pro portis in ſtatione erant, Cæſari renunciarunt &c.* Vide *Vigiliæ*.

Excubias agere in Naupacto. Adagium bellicæ originis, ad indicandum munus periculi plenum; ortum ab Achivis, qui, ut author eſt Theopompus, capta Naupacto interfecerunt Pauſaniam, excubiis cuſtodiæque præfectum.

Excubias nudo mandas. Effatum vulgarium, quo intelligimus, non iis eſſe committendum negotium, quibus deeſt præſtandi facultas.

Excubitum, et Excubitus, us. Pervigilium. Actus ipſe excubandi. Dicebatur autem potiſſimum de militibus Prætorianis, cuſtodiæ Palatinæ addictis. Modeſtus de vocabulis rei militaris: *De ſingulis Centuriis, quaterni equites, & quaterni pedites Excubitum nocte faciunt*. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 14. *Faciet Scutarios - vel qui proprio Excubitu ſalutem Principibus ſervent*. Conſtantinopolitanum præſertim Palatium ob Imperatoris ſalutem, multorum præſidiis militum cuſtodiebatur, ut ſcribit Luithprandus lib. 1. cap. 4. Locus autem in Palatio Imperatorio, ubi milites excubabant, appellabatur Excubitorium. Anaſtaſius in Collectaneis: *Duxeruntque in cuſtodiam Excubitorii*. De caſtrorum verò Excubiis Hirt. de Bell. Hiſpan. *Partim ut pedeſtres copiæ in ſtatione & Excubitu caſtris præſidio eſſent*. Veget. lib. 2. c. 19. *Item excubitum ſive angarias de omnibus Centuriis & contuberniis, quæ viciſſim milites faciunt*.

Excubatio, onis. Excubiæ. Valer. Max. lib. 4. *Pro dignitate & ſalute amicorum ad perpetuam Excubationem*.

Excubitor, oris. Qui excubat, vel agit excubias, Cæſar lib. 7. Bell. Gall. *Hæc eadem noctu Excubitoribus ac firmis præſidiis tenebantur*.

Excubo, as. Vigilo ad cuſtodiam. Fit à cumbo, vel cubo, quod eſt reclinare caput, ut dormiturientes faciunt. Ex quo habemus cubile pro loco ad dormiendum apto. Hinc Excubo quaſi ex cubili ſurgo. Saluſt. in Jugurt. *Neque ſecùt, quàm ſi iter faceret, caſtra munire, excubitum in porta, cohortes ex Legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere*.

Excubitorium ii. Locus agendis Excubiis. Vide *Excubitum*.

Exculcatores milites. Locus eſt in Veget. lib. 2. cap. 17. *Ferentarii autem, & Levis armatura, Scutatores, Sagittarii, Funditores, adverſarios provocabant, ante aciem procedentes*. Ubi quoniam vox illa *ſcutatores*, præterquamquod admodum novitia eſt, locum inſuper habere vix poteſt, ubi leves armaturæ recenſentur, quæ minimùm erant ſcutatæ, ideo viri eruditi, ea voce è vulgatis expunctâ, alii alias ſubſtituunt. Jacobus Cujacius, Scultatores reponit, vel Excultatores, ab auſcultando ſic dictos; quoniam exploratores militares eſſent, Favet Leo de bellic. apparat. cap. 3. num. 24., ubi ait: *Scultatores, ideſt ſpeculatores, qui res hoſtium exquirunt & narrant*. Eandem etiam retinere lectionem ſex vetuſtiſſima Vegetii exemplaria, tradit Steuvechius. Verùm, ut veriſſimum ſit fuiſſe in exercitu, inferiori præſertim ævo, Scultatores, ſive Excultatores; equidem iſti nihil faciunt ad Vegetii locum, ubi leviter armatorum genera numerantur. Itaque cum in libro ſæpius memorato de Notitia Imperii, inter milites numerentur Exculcatores juniores, Exculcatores ſeniores, inde motus Turnebus Adverſ. lib. 24. cap. 12. in præfato Vegetii loco legit

Ex-

Digitized by Google

Exculcatores, explicatque glandes exculcantes; & ejicientes.

EXCUNEATUS, a, um. Cuneo ejectus, Apul. 3. Florid. *Extimus quiſque excuneati queruntur*, ideſt, queruntur ſe cuneis exigi vel expelli. Vocabulum eſt militiæ commodum pro acie disjecta, diſturbata, vel diſſoluta: à cuneo, qui, ut alibi diximus, certa quædam eſt diſpoſitio aciei. Sed Apulejus Excuneatos accommodat ad rem Theatralem. Compoſita autem erant ſubſellia per cuneos in Theatris Græcorum juxta ac Latinorum. Erant circa cuneos viæ, ubi ſpectabant, qui locum non habebant in ſubſelliis, ac proinde dicebantur Excuneati, ideſt degentes ad ſpectandum extra cuneos & ſubſellia.

EXCURSOR, oris. Latiuè quidem ferè de Latrone uſurpatur, qui ſolet excurrere ad vim inferendam & obvios diſpoliandos. Cic. 4. Philipp. *Eſt igitur, Quirites, Populo Romano victori omnium gentium, omne certamen cum Excurſore, cum Latrone, cum Spartaco.* Excurſores etiam ſatis bellè dixeris catervas militares huc & illuc immiſſas ad explorandum. *Scorridori*. Academ. à Furf. *Scorridore. Soldata, che ſcorre: termine militare, Lat. Excurſor*. Velitibus eadem congruit appellatio, utpote qui primi in acie pugnam capeſſunt. Excurſores etiam dicuntur, qui, alio nomine Antecurſores, & Præcurſores. Interdum peculiaris eſt militiæ gradus ex agilioribus & leviſſimis quibuſque conflatus, Quandoque peculiares globi à reliquis capti ad excurrendum & deprædandum. Vide *Incurſio*.

EXCURSIO, onis. Militum Excurſiones. Vide *Excurſor*. Cic. ad Attic. lib. 1. *Helvetii ſine dubio ſunt in armis, Excurſioneſque in provinciam faciunt. Correria*,

EXCURSUS, us. Idem. Plin. Epiſt. lib. 5. *Non enim Excurſus is ejus, ſed opus ipſum eſt*.

EXCURRO, is. Vide *Excurſor*. Liv. lib. 1. *Cum plures igni, quàm ferro armati excurriſſent, cæde incendioque cuncta complent*.

EXCURSO, as. Stat. Theb. 2.

quos ubi plures
Quàm ratus innumeris videt excurſare latebris.

EXEMPLAR, aris. Horat. lib. 1. Epiſt. 2.

Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem.

Et

EXEMPLARE, is. Lucret. lib. 2.

Duntaxat rerum magnarum parva poteſt res
Exemplare dare, & veſtigia notitiai.

Et

EXEMPLARIUM, ii, Pandect. §. 31. Tom. 1. lib. 47. *Binæ tabulæ Exemplarii cauſa proferuntur*. Plinius lib. 6. cap. 29. *Niſi Exemplarium vitioſum eſt*. Vitioſum plane creditur Exemplarium; & legendum ibi *vitium*, non *vitioſum*; ut Exemplarium ſit pluralis genitivus ab Exemplar, vel Exemplare. Et

EXEMPLUM, i. Duplex habet aptum etymon: vel ab eximendo; vel ab *ex* & *amplum*. Eſt enim exemplum, quod ex ampla materia vel copia eximitur, & eligitur ad imitandum. Non de literis ſolum & ſcripturis; verùm de quacumque materia dicitur, ex qua fieri poſſunt artefacta. *Modelli*. Sunt qui ſtatuant Exemplar dici primum illud, ex quo aliquid deſcribitur: *Originale*: Exemplum verò deſcriptionem ipſam Exemplaris: *Copia*: ſed omninò vanum eſſe hoc diſcrimen docent Cicer. & aliorum teſtimonia, qui ad utramque ſignificationem utraque voce utuntur promiſcuè. Teſtimonia non adduco, quoniam affatim ſuppetunt in Latinis vocabulariis.

2. Tametſi Supremi Duces conſiliorum ſolertia, ſalutaribus imperiis, & ſagaci providentiâ multa conficere ſoleant, nihilominus, quod liquidum eſt in reliquis contingere diſciplinis, humaniſque exercitationibus, longè plura tolerantiæ & fortitudinis exemplo conſequuntur. Quod enim Stoicus ille Philoſophus dixit difficillima quæque multo expeditiùs atque facilius exemplo, quàm præceptione doceri, id in militari maxime facultate uſuvenire nemo ſanus addubitet. Licet autem apertiùs id ſit, quàm ut argumentis confirmari, aut aliorum documentis corroborari neceſſe ſit; illud tamen non prætermittam advertere, etiam Poetas, qui in ſuis concelebrandis Heroibus perfectiſſimum virtutis modulum & archetypon ſibi proponunt, non alia magis laude ſpectabiles facere Duces illos, quos extollere inſtituunt, quàm præſtitis ubique experimentis ſingularis & exaggeratæ virtutis. Quamvis innumeri mortales in Trojano bello operam ſuam impenderint, Homerus tamen ſic decennalem illam armorum tractationem deſcripſit, ut Ilii propugnati gloriam ferè omnem ad Hectorem, & fortiſſimas ejuſdem concertationes atque facinora; ejuſdem verò Urbis excidium ad eximiam Achillis ſtrenuitatem, & vim in prœliis generoſiſſimam, ſummamque in periculis ſubeundis alacritatem referret. Virgilius non ſolùm conſiliis ſolertem Æneam, aut Turnum, ſed manu fortiſſimum utrunque exhibuit, commiſſoque ab iiſdem ſingulari certamine, quo de Italiæ Regno dimicabatur, ſatis aptè commodèque divinum Poema concludere arbitratus eſt. Quid verò de Statio dicam, qui totus fere eſt in Supremorum Ducum, quos inducit, enarrandis conflictibus, & Virgilianum exemplum ſecutus, monomachiâ Eteoclis, & Polynicis fratrum rivalium, & mutua utriuſque occiſione ſublimem cantum abſoluit? Latinos, Græcoſque Poetas ſecuti fabulatores & Poetæ Itali, Hiſpani, Gallique, omninò memores quanti eſſet momenti Duces exercituum non à prudentiæ duntaxat conſiliique laudibus, ſed longè maxime à palam commonſtratæ virtutis eximiis prærogativis extollere & commendare, difficillimos & impeditiſſimos rerum bellicarum nexus commenti ſunt, qui ſolo poſtea explicarentur enſe præſtantium Imperatorum. Hinc præcipui ex Italicis toti ferè ſunt in admirandæ ſtrenuitatis exemplis commemorandis, quæ Rinaldus, Orlandus, Rugerius, Bradamantes, Marfiſa, Aſtolfus, Rodomontes, Mandricardus, Gotefridus, Tancredus, Argantes, Solimanus, aliique eorum ſimiles prodiderunt. Ad eandem formam propoſitos ſibi Duces, bellatriceſque Heroinas exornarunt Fabulatores illi, quos vulgo dicimus *Romanzieri*. Licet autem infinita pene ſuppetat ſeges Imperatorum illuſtrium, qui in præſtando ſtrenuitatis & tolerantiæ exemplo omnem ferè cardinem diſciplinæ militaris conſtituerunt, ad id tamen comprobandum, ne multa congerendo rem longiſſimam faciam, unum aut alterum ſeligam ab Imperatoribus Romanis exemplum. De Africano Scipione hæc habet Silius lib. 8.

Ipſe inter medios venturæ ingentia laudis
Signa dabat, vibrare ſudem, tranſmittere ſaltu
Murales foſſas, undoſum frangere nando

In-

Indutus thoraca vadum, ſpectacula tantæ
Ante acies virtutis erant. Sæpe alite plantâ
Ilia perfoſſum, & campi per aperta volantem
Ipſe pedes prævertit equum. Sæpè arduus idem
Caſtrorum ſpatium, & ſaxo tranſmiſit, & haſtâ.

De Trajano hæc Plinius in Panegyr. *Quid apud milites? quam admirationem quemadmodum comparaſti? cum tecum inediam, tecum ferrent ſitim, cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis Imperatorium pulverem, ſudoremque miſceres, nihil à cæteris niſi robore & præſtantia differens. Cum libero Marte nunc cominus tela vibrares, nunc vibrata ſuſciperes; alacer virtute militum, & lætus quoties, aut caſſidi tuæ, aut clypeo gravior ictus incideret. Laudabas quippe ferientes, hortabariſque ut auderent: & jam audebant. Cum ſpectator moderatorque ineuntium certamina virorum, arma componeres, tela tentares, ac ſiquod durius accipienti videretur, ipſe vibrares.* Sed nec prætermittam quod de Alexandro Macedone narrat Polyænus: *Cum amplam foſſam mœnibus Tyriorum ſuperare cuperet, primus ipſe corbem arena refertum apportavit. Macedones cum Regem ſuis manibus opus facere viderent, confeſtim abjectis chlamydibus celeriter loca exæquarunt.* Memoriâ poſtremò non indignum eſt quod de Caracalla prodiit Herodianus: *Ipſe utique nullum non militiæ munus obire, & ſive quid fodiendum foret primus fodere: ſive pons flumini imponendus, aut extruendus agger, ſive quod opus manu faciendum, aut labor ſubeundus, primus omnia occupare.* Ex his, aliiſque innumeris præſtantiſſimorum Ducum exemplis & documentis clarè conficitur, militum ſtudia ardoremque non tam otioſa Imperatorum dexteritate, & ſalutaribus cæteroquin imperiis, quàm primis occupandis partibus in re ſtrenuè gerenda, & laborum tolerantia provocari. Licet autem potiſſima Imperatorum prærogativa conſilium ſit & peritia militaris, plane tamen punctum, ut dicitur, tulit Imperator ille, qui meditata prudenter manu adjuvat, & exemplo docet, quæ præcepit imperio. Abſolutiſſimum proinde encomium illud Conſtantini Magni apud Nazarium: *Cumulatiſſimum quidem Principis munus eſt, ſi manus etiam ceſſet, non ceſſare conſilio. Sed tu non ſegnior gerere, quàm jubere, ſimul exercitus tuos monitu regis, opere juvas, incendis exemplo.*

3. Ducis certè, aut Regis præſentiam uſque adeo provexiſſe legimus manipularium alacritatem, ut vel puelli Reges in aciem producti, implicati faſciolis, & vagientes in cunis, immenſum quendam vigorem ſuorum militum animis ingeneraverint. De parvulo Macedonum Rege ſic producto ita loquitur Nazarius in Panegyr. ad Conſtantium: *Macedones cum bellum reficerent contra Illyricos, Regem ſuum in cunis ad aciem detulerunt, cum illos ira, hos miſeratio, illos ſignorum cantus, hos pueri vagitus accenderent, mutata eſt ratio certaminis. Vicerunt qui amore pugnabant.* Idem latiùs enarrat Juſtinus lib. 7. *Argeus moderatè & cum amore populi adminiſtrato regno ſucceſſorem ſuum Philippum reliquit, qui immatura morte raptus Europum filium parvulum admodum inſtituit hæredem. Sed Macedonibus aſſidua certamina cum Thracibus, & Illyriis fuere, quorum armis veluti quotidiano exercitio indurati, gloria bellicæ laudis finitimos terrebant. Igitur Illyrii infantiam Regis pupilli contemnentes bello Macedonas aggrediuntur, qui prælio pulſi rege ſuo in cunis prolato, & pugnæ ante aciem poſita acrius certamen repetivere, tanquam ideo antea victi fuiſſent, quòd bellantibus ſibi regis auſpicia defuiſſent, futuri vel propterea victores, quòd ex ſuperſtitione animum vincendi cœperant: ſimul & miſeratio eos infantis tenebat, quem, ſi victi forent, captivum de Rege facturi videbantur. Conſerto itaque prælio, magna cæde Illyrios fudere, hoſtibuſque ſuis oſtenderunt, priore bello Regem Macedonibus, non virtutem defuiſſe.* Quod ſi militum manibus ſublatus in acie infans imbellis complicatis lacertulis, & lacrymulis ore perfuſo Macedonicam phalangem tam vehementer extimulavit, & ad dimicandum incendit, quantum proficere exiſtimaverim ad bellicum ardorem communicandum præſentiam Ducis, qui in equo ſublimis, gladioque evaginato, laborum particeps, & periculorum contemptor, in cuneos hoſtiles ſe inferat, ſuiſque ad irrumpendum, & felici Marte progrediendum viam aperiat?

4. Nihil militi difficile admodum toleratu fuerit, ubi præeuntem Imperatorem viderint in rigida quadam corporis victuſque diſciplina. Satis ſuperque ſit ejus rei exemplum memorabile, & plane Heroicæ fortitudinis atque conſtantiæ in Catone proponere, de quo hæc habet Lucanus lib. 9., ubi prototypum optimi Imperatoris graphice depingitur:

Me calor ætherius feriat, mihi plena veneno
Occurrat ſerpens, fatoque pericula veſtra
Pertentate meo: ſitiat quicumque bibentem
Viderit; aut umbras nemorum quicumque petentem
Æſtuet, aut equitem peditum præcedere turmas,
Deficiat, ſiquo fuerit diſcrimine notum
Dux an miles eam.

Quæ magnanimitatis Heroicæ pleniſſima verba factis æquavit implevitque, cum in Lybiæ arenis ſiti fatiſcente exercitu, adductam in galea aquam oblatamque à milite, generoſo jactu projecit in terram; ut ſatis illa fuerit ad ardentiſſimam ſuorum ſitim explendam; ad obtinendum nimirum, ut Ducis exemplo pacatiùs miles ferret ſitis ſupplicium, ut Lucani verbis alibi commemoravimus. Quid verò niſi exempli palàm præſtiti utilitas cauſæ fuit, quamobrem Annibal, Julius Cæſar, Maſſiniſſa, aliique ſummi Duces, detecto ſemper capite, & adversùs Solem imbreſque obdurato incederent? Adrianum certè nudo capite omnes Orbis Romani provincias peragraſſe prodit Spartianus in ejus vita. Idem corporis ad omnem duritiam aſſuefacti robur in Severo Cæſare Herodianus, aliique de aliis eximiis Imperatoribus literis mandavere Scriptores.

Exercitatio, onis. Cic. 2. de Natur. Deor. *Motu & exercitatione recaleſcunt corpora noſtra.* Et

Exercitium, ii. Gell. lib. 17. cap. 2. *Erat hoc ſane quàm utile exercitium ad reconciliandas nobis recordationes &c.* Plane neſcio, an quidquam ad ſervandam diſciplinam militarem, ordines in officio continendos, & difficillima quæque bella feliciter expedienda magis conferat, quàm exercitatum multò ante in caſtris atque ipſis urbibus habere militem. Exercitus ſiquidem ab exercendo dicitur: neque enim, ut loquitur Vegetius, annorum numerus in militia; aut longitudo ætatis artem bellicam tradit, ſed continua meditatio. Illud inter reliqua incommodum habet Martis forum,

Digitized by Google

rum, ut quæ perperam ibi, & contra artem committuntur, emendari nequeant: nihil enim magis in promptu eſt, quàm mors ignavis & inertibus: confeſtim in fugam imperiti vertuntur; confeſtim pereunt; nec ultra ſpatium eſt ignaviam & deſidiam corrigendi. Itaque diuturna prius experientia imbuendi ſunt animi bellatorum, & inſtruenda corpora ad laborem ferendum, & Martis pericula ſubeunda. Mirum etiam quantum militum animos inter dimicandum augeat conſcientia longæ meditationis, uſuſque armorum impigrè tractandorum. Neque enim accidit ut quiſquam metuat ea pericula in quibus ſe diligenter exercuit; tractantque homines non ſolum peritè, ſed etiam animosè, quæ longo ſtudio didicerunt. Propter hanc cauſam apud Romanos, tyrones quidem bis in die, veterani ſemel exercebantur, ne intermiſſa conſuetudine infringerentur animorum nervi, & corporum vigor efflueret. Hoc ſcilicet cavendum præſcripſit Claudianus lib. 4. de Conſulat. Honorii:

Si bella tonant prius agmina duris
Exerce ſtudiis, & ſævo præſtrue Marti.
Non brumæ requies, non hybernacula ſegnet
Enervent torpore manus.

Non eſt autem expectandum, ut ſub ipſum tempus militarium expeditionum, in aciem progreſſuri exerceantur; ſed in ipſis ædibus & manſionibus, imò verò in Urbibus & pacis otio præmuniandi ſunt, & quaſi bellici diſcriminis rudimentum capturi, in ſedula atque perpetua exercitatione corporum atque animorum detinendi. Senſerunt id non ita pauci, & cæteroqui expertiſſimi Duces, qui quoniam torpeſcere in caſtris militem per incuriam paſſi ſunt, nèc caſtrenſibus illum laboribus exercuere, eundem poſtea laſcivientem, parum morigerum, potiſſimum verò ad tumultus excitandos atque ſeditiones promptum paratumque habuerunt. Nego certe effatum ullum utilius, aut verius proditum, quàm illud Caſſii apud Plutarchum, cum diceret: *Miſerum eſſe cum exerceantur athletæ, venatores, & gladiatores, non exerceri milites, quibus minor eſſet futurus labor, ſi conſuetus eſſet.* Qui enim ferventiſſimos Solis calores, algores ſub dio, famem, ſitim, vigilias perferat miles per deſidiam & ignaviam, ludendo, ſcortandoque in caſtris habitus, nec longo prius tempore exercitatus? Contra verò uſu vitæ laborioſo valetudo confirmatur, metus excutitur, corporis robur accreſcit: ars ſiquidem & ſolicita meditatio potius, quam militum numerus ſolent præſtare victoriam. Probè idcirco Paulus Æmilius ſolebat dicere, tria præcipue eſſe debere munera militis: ut corpore agilis, fortiſque ſit, ut tractandis armis & laboribus ferendis exercitus, ut promptus ad nutum Imperatoris. Iterum verò tria ſunt ad quæ exercere ſe miles debet, ſi Duci ſuo commodus, Patriæ honorificus eſſe velit. Primò ut incommoda pati perdiſcat, quod corpus agile robuſtumque efficit: deinde ut omne genus armorum tractare aſſueſcat: Poſtremò ut tam in progreſſu, quàm in conflictu, atque in ipſis caſtris ordinem locumque tueatur ſuum. Certe non refugiet ſuſtinere arma, propulſare hoſtem, multorum etiam dierum annonam ſecum aſportare, qui per longam tractationem ad hæc probè inſtructus comparatuſque ſit. Inprimis verò ſervare diſciplinam, ad præſcriptum vivere, Duct orem quocumque juſſerit ſequi, curæ ſit.

5. Uſitata apud Romanos exercitatio caſtrenſis fuit, cum nullo provocante hoſte, ad diſciplinæ experimentum, firmandoque corporum robori, ad multa paſſuum millia miles armatus deducebatur gradu militari; feſtinatiſque maximam partem itineribus, curſuque interdum concitato rapiebatur ex caſtris. Inter progrediendum lex erat & cautio ſervare ordines, inque multiplicem aciei diſpoſitionem ſe inſtruere, nunquam ſigna deſerere, omnem denique meditationem bellicam in umbratico Marte repræſentare. Id genus ambulationem vocavit Vegetius. Decem ferè paſſuum millia progreſſus ille militaria comprehendebat; curabaturque ut per clivoſa loca, ſaltuſque, & anguſta nemorum ducerentur militares numeri; utque eodem opere, natando etiam & amnibus tranſmittendis ſe compararent, eligebantur planities explicatæ, crebris canalibus, æſtuariis & fluviolis interciſæ. Deferebant autem non arma ſolum, ſed vallum quoque & buccellatum, ad ipſiſſimam veri legitimique Martis imaginem. De hoc genere Exercitationis ita ſcribit Livius lib. 13. de Sempronio. *Ibi, quia otioſa caſtra erant, crebrò decurrere milites cogebat, ut tyrones aſſueſcerent ſigna ſequi, & in acie cognoſcere ordines ſuos.* Idem de Scipione Africano lib. 36. *Primo die Legiones in armis quatuor millium ſpatio decurrerunt, ſecundo die arma curare & tergere ante tentoria juſſit, tertio die ſudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt, præpilatiſque miſſilibus jaculati ſunt; quarto die quies data, quinto iterum in armis decurſum eſt.* Ex quo Livii loco palàm fit, quinque dierum ſpatium ita fuiſſe diſtributum in caſtria, ut quatuor quidem aut opera manipuli facerent, aut multa millia ambulando more militari explerent; vix demum unum haberent reliquum, quo deſatigati conquieſcerent. Notat autem Hircius eum morem, à reliquis negligentiùs habitum, reſtitutum fuiſſe à Cæſare. Sic enim ſcribit. *Cæſar non more ſuperiorum Imperatorum, in hibernis exercitum continebat, ſed in tertio, quartoque die procedendo, propiùſque hoſtem accedendo caſtra communiebat: opereque faciendo milites ſe circumſpiciendi non habebant facultatem.* Idem Cæſar, quemadmodum ipſe non ſemel ſcribit in Commentariis, in ea militum exercitatione erat perpetuus, ut per occaſionem lignandi, frumentandi, aquandive huc illuc raptaret Legiones ad procul avertendum è caſtris otium, quo nihil pernicioſius eſſe intelligebat. Ad hunc modum aſſueſcebant copiæ non locorum anguſtias, non ſaltuum aſperitatem, non ſylvarum magnitudinem, non trajectus amnium extimeſcere; ſed potius multo ante proviſa habere impedimenta & difficultates, quæ quomodolibet poſſent occurrere. Aptiſſimè Virgilius Georg. lib. 3. ſic aſuetos Legionarios laboribus comparat paſtorum Lybicorum.

Sæpe diem noctemque & totum ex ordine menſem
Paſcitur, itque pecus longa in deſerta, ſine ullis
Hoſpitiis, tantum campi jacet, omnia ſecum
Armentarius Afer agit, tectumque laremque
Armaque, Amyclæumque canem, Creſſamque pharetram:
Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis
Injuſto ſub faſce viam dum carpit, & hoſtem
Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

mi-

Minus obſtupeſces dura hæc militum exercitamenta, ſi noveris Romanos claſſiarios ad remigandum aſſuefactos in ſicco, labore improbo. *Subſelliis*, inquit Polybius lib. 1., *in arena per ordinem diſpoſitis remiges inſidentes ad vocem præcipientis, qui in media erat, omnes una prætendere brachia ac reducere, remoſque per arenam movere pariter edocebantur. Ad illius vocem ſimul omnes incipiebant, ſimul deſinebant. Per hunc modum navigandi artem ediſcebant.*

3. Sed nulla propior veri Martis negocio exercitatio tyronum fuit, quàm ut ad Laniſtas, ſive gladiatorum Magiſtros ſe conferrent, ab iiſque ictus dirigere aſſueſcerent, & vulnera cernere. Oſtenditur id à Svetonio in vita Julii: *Tyrones neque in ludo, neque per laniſtas, ſed in domibus per equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat.* Quibus verò de cauſis & quo potiſſimum fructu gladiatorum ſpectaculis frequentes adeſſe ſolerent tyrones tradit Capitolinus in Maximo, & Balbino: *Celebratis ſacris, datis ludis ſcenicis, ludiſque Circenſibus, gladiatorio etiam munere, Maximus ſuſceptis votis in Capitolio ad bellum contra Maximinum miſſus eſt cum exercitu ingenti, Prætorianis Romæ manentibus. Unde autem mos tractus ſit, ut proficiſcentes ad bellum Imperatores munus gladiatorium, & venatus darent, breviter dicendum eſt. Multi dicunt apud Veteres hanc devotionem contra hoſtem factam, ut Civium ſanguine litato, ſpecie pugnarum ſe Nemeſis, ideſt vis quædam fortunæ ſatiaret. Alii hoc literis tradunt, quod veriſimilius credo, ituros ad bellum Romanos, debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudas inter ſe cohortes, ne dimicantes in bello armatos hoſtes timerent, aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent.* Idem docet Livius lib. 41., ubi de Perſeo Rege, *Gladiatorum munus Romanæ conſuetudinis primo majore cum terrore hominum inſuetorum ad tale ſpectaculum, quàm voluptate dedit, deinde ſæpius dando, & modo vulneribus tenus, modo ſine ſanguinis miſſione etiam, & familiare oculis gratumque id ſpectaculum fecit, & ad armorum ſtudium pleroſque juvenum accendit.* Quare neque demirandum eſt, legem apud Athenienſes fuiſſe ut gallis gallinaceis pugnantibus tyrones frequenter adeſſent, ut eo ſpectaculo omnem vulnerum timorem exuerent; nec ſinerent timidiores ſe in acie præſtituros, quàm aves eſſent in corte. Chryſippus in lib. de Juſt., & Plinius eadem gallorum, roſtro penniſque dimicantium, ſpectacula non parum utilia Martiis Candidatis exiſtimat, & nos plura de iis in Tit. *Gallus Gallinaceus*.

4. Peculiare eſt exercitium militare, in quo ſcuto & gladio ſe tyrones exercent. Apud Spartianum in Adriano ſic legitur: *Equitavit, ambulavitque plurimum: armiſque & pila ſe exercuit.* Sunt qui hæc à Spartiano figuratè dicta putent, ut illud, *patera libamus & auro*. Ut enim in anrea patera, aurum ipſum, ſic in armis etiam pilum includitur. Lipſius verò caſtigat eum locum, legitque: *paloque & armis ſe ſemper exercuit.* Atque inibi à Spartiano duplex exercitii genus indicatum eſſe contendit, armaturam, quæ Levium fuerit, & palariam, quæ Gravium, vel Cataphractorum. Verùm Salmaſius ad eum locum Spartiani, non minus acutè & ſolerter, quam doctè eruditèque merito retinendam putat veterem lectionem. Verè enim exercitatio pilorum & ſagittarum longe diverſa eſt ab exercitatione armorum. Hic autem arma non generatim accipiuntur, quo ſane modo nemo ignorat pila & omne genus miſſilium comprehendi. Sumuntur autem hic arma in ſua prima & antiquiſſima ſignificatione. Alibi notavimus, arma ab armis ſive humeris dicta, quoniam ſcutum, & gladius, quæ primaria ſunt, & maxime neceſſaria armorum genera, humeris alligata veteres ferebant bellatores. Exercitatio igitur armorum & pilorum perinde hic eſt atque exercitatio tyronis armati ſcuto & gladio; longe alia eſt exercitatio tyronis armati pilo, vel alio miſſilium genere. Satis apertè hæc eadem diſtinguit & ſeparat Sveton. in Domit. *Armorum nullo, ſagittarum vel præcipua ſtudia tenebatur.* Ovid. de Art. l. 3.

Sunt illis celereſque pilæ, jaculumque trochique,
Armaque & in gyros ire coactus equus.

Ubi primo verſiculo de miſſilibus, ſecundo verò de armis, ideſt ſcutis loquitur. Cicero etiam in Catone Majore eadem dividit: *ſibi habeant igitur arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clavam, ſibi pilum.* Hinc arma tractare pro exercitatione peculiari ſcuti & gladii legimus apud Senecam: *Majores noſtri rectam juventutem exercuerunt haſtilia jacere, ſudem torquere, equum agitare, arma tractare.* Potiſſima proinde pars exercitii militaris fuit in tractatione armorum, ideſt in ſcuto ſcitè tractando. Id verò ipſa ſuadet natura. Prius enim eſt ſe ipſum protegere ac tueri, quàm hoſtem petere vel ferire. Multa autem exercitatio illa complectitur: diſcunt enim tyrones in clypeum aſſurgere, atque iterum ſubſidere, eodemque ſe tegere ac veluti ſeſe colligere; in aliam partem minari ictum, in aliam infligere, quod ſic expreſſit Veget. lib. 1. *Saltus quoque & ictus facere pariter aſſueſcant, inſurgere tripudiantes in clypeum, rurſuſque ſubſidere, nunc geſtiendo provolare cum ſaltu, nunc cedentes in terga reſilire.*

5. Illud etiam Antiqui nos docuerunt, non minimum graviora arma à magiſtris ſeu Campidoctoribus fuiſſe tyronibus tradita, quàm quæ poſtea geſtaturi eſſent in acie & pugna legitimi Martis. Factum verò id, ut poſtquam polemicæ illæ proluſiones majore incommodo militiæ candidatos exercuiſſent, ſecuriores iidem atque alacriores Martis munia capeſſerent, levioraque ſumentes arma & gauderent iniquiore pondere liberati, & impigram magis operam ſuis Ducibus patriæque in bello præſtarent. Id præcipuè commentum fuit Lycurgi Spartanorum inſtitutoris, qui Laconicam juventutem longe duriùs habuit domi intraque muros Civitatis, quàm ſub pellibus & intra caſtra. Adventante proinde verorum certaminum opportunitate lætiſſimi dimicationem inibant, aſſueti durioribus in pacis otio. Atque eam ob cauſam proſperi ferè perpetuò prœliorum ſucceſſus apud Lacedæmonios; utpote quibus bellorum aſpera præ domeſticæ tranquillitatis exercitatione vileſcerent. Genus hoc bellici rudimenti avidè à Græcis arripuere Romani, in omnia militiæ incrementa naviter incumbentes. Sic proinde tyrones inſtituerunt, ut ſcutis uterentur ex cratibus, quæ duplo majus haberent pondus, quàm ineſſet geſtandis in acie. Clavas ligneas eos cogebant attollere, duplo graviores legitimis gladiis: & in hunc modum exercere ſe adversùs palum in terra defixum; inſiliendo ſcilicet, re-

prehendendo, recedendo, artes omnes flexuſque & motus veri conflictus pertentando. Imaginarium hoc ad palum certamen deſcribit Vegetius lib. 1. cap. 11., & nos de eodem fuſiùs ſuo loco. Ab arena theatrali facile mos ille productus eſt; cum gladiatores non prius collato pede adverſarios laceſſerent, quàm luſoria ferocitate diverberaſſent aerem vanis ictibus, ſeſeque ad pugnam comparaſſent. Non abſimilem diſciplinam à natura vel belluæ videntur hauſiſſe. Teſtimonio ſit taurus ille apud Virgil. Georg. 3.

Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.

Idem à Statio lib. 11. luculenter expreſſum.

Sic ubi regnator poſt exulis otia tauri,
Mugitum hoſtilem ſumma tulit aure juvencus,
Agnovitque minas, magna ſtat fervidus ira
Ante gregem, ſpumiſque animos ardentibus effert,
Nunc pede torvus humum nunc cornibus aera findens:
Horret ager; trepidæque expectant prælia vaccæ.

Accipe provocatos alios ejuſdem comparationis illecebra; Lucanum lib. 2.

Pulſus ut armentis primo certamine taurus
Silvarum ſecreta petit, vacuoſque per agros
Exul in adverſis explorat cornua truncis;
Nec redit in paſtus, niſi cum cervice recepta
Excuſſi placuere tori.

Apollonium Excid. l. 1. qui tamen ad aprum ſimilitudinem transfert;

colligit iras
Ore prius, denteſque acuit, ſetaque rigenti
Horridus in duris explorat robora truncis.

Claudat agmen Taſſus Geruſ. Cant. 7.

Non altramente il tauro, ove l'irriti
Geloſo amor con ſtimoli pungenti,
Horribilmente mugge, e co' muggiti
Gli ſpirti in ſe riſveglia, e l'ire ardenti;
E'l corna aguzza ai tronchi, e par ch'inviti
Con vani colpi alla battaglia i venti:
Sparge col piè l'arena, e'l ſuo rivale
Da lunge sfida a guerra aſpra, e mortale.

Non igitur mirum eſt, vitæ aſperitatem tantopere in Tyrone commendari ab Horatio lib. 3. 2. præcipique ut tenera Romanorum ætas corpora ad laborum tolerantiam confirmet, neque otio aut deſidiæ ſe corrumpendam dedat.

Anguſtam amici pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat, & Parthos feroces
Vexet eques metuendus haſta
Vitamque ſub dio & trepidis agat
In rebus.

Non omittam pulcherrimum Apollinaris locum in Panegyr. ad Anthemium Auguſtum.

ſic lacte relicto
Virtutem gens tota bibit, crevere parumper,
Mox pugnam ludunt jaculis, hos ſuggerit illis
Nutrix plaga jocos: pueri venatibus apti
Luſtra feris vacuant, rapto ditata juventus
Jura colit gladii, conſummatamque ſenectam
Non ferro finire pudet, tali ordine vitæ
Cives Martis agunt.

6. Exercitationis, ſeu meditationis bellicæ primus apud Romanos inſtitutor fuit P. Rutilius, ut obſervat Valer. Max. lib. 2. cap. 3. *Armorum tractandorum meditatio à P. Rutilio Conſule Cn. Mallii collega, militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo Cn. Aurelii Scauri Doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingeneravit: virtutemque arti, & rurſus artem virtuti miſcuit, ut illa impetu hujus fortior, hæc illius ſcientia cautior fieret.* Equidem non tam Ducum ſcientia, aut multitudo arma geſtantium, quàm militum exercitatio atque obedientia Lacedæmoniorum, Athenienſium, & Romanorum imperium ab exiguis initiis ad fines latiſſimos, & ſummam gloriam propagavit. Quoniam verò præcipua exercitiorum militarium ſunt Curſus, Saltus, Natatio, Palus, Armatura, Salitio, vide hæc ſingillatim ſuis in locis. Vide etiam *Gymnaſtica, Sciomachia, Decurſiones equeſtres, Tyrones, Troja &c.*

Exerceo, es. Ovid. Metam. 13.

Debita Trojanis exercet ſpicula fatis.

Exercitor, oris. Qui alium exercet. Plaut. Trin. *Curculio eſt exercitor; is hunc hominem curſuram docet.*

Exercitator, oris. Plin. 35. 11. *Lecythian agilitatis exercitator.* Exercitator corporum: Macrob. lib. 2. cap. 14. *Ut medicus, ut exercitator corporum ſanitatem vel valentiam, quam ille ægris, hic luctantibus præſtat.*

Exercitatrix, icis. Athleticam exercitatricem dixit Quintil. lib. 2. 15. *Duas partes Civitas corpori aſſignat, Medicinam, & quam interpretantur exercitatricem.*

Exercitio, onis. Exercitatio. Cato apud Gell. lib. 11. cap. 2. *Si nihil exerceas vitam, plus detrimenti facit inertia atque torpedo, quàm exercitia.*

Exercitorius, a, um. Ut ars Exercitoria. Pandect. *Quæſitum eſt, an non aliter Titius exercitoria teneretur.*

Exercitus, us. Dicitur ab exercendo: nam labore & diſciplina milites exercentur. Varro: *Exercitus dicitur, quia exercendo fit melior.* Veget. l. 2. cap. 2. *Exercitus e re ipſa, atque opera exercitii nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci, quod vocabatur.* Vocamus autem exercitum copias militum digeſtas ſub certis Ducibus cum impedimentis, armis, machinis, commeatu, fabris, & ſervis militaribus. Digeſtas copias dixi; ordinatas videlicet atque ſubactas magiſterio & diſciplina caſtrenſi: ut intelligas commigrationes Barbarorum, quæ olim è Septentrione tanquam è pharetra proruperunt, non tam exercitum, quàm turbas & eluviones armatorum fuiſſe nuncupandas: tametſi iidem poſtea Barbari, experientia doctiores facti, ad compoſiti Martis culturam feroces animos rudeſque demiſerint; noſtro ſcilicet ingenti longoque malo; attamen Supremi Numinis altiore conſilio, quo a florentiſſimis cæteroqui Provinciis contractam vitiorum rubiginem aſperrima illa lima deterſum ire conſtituit. Nihil diſpari cauſa exercitus appellatione nullo pacto dignabor equeſtres manus rapto victitantium populorum; cujuſmodi olim Numidas fuiſſe conſtat, hodie verò minoris Scythiæ colonos eſſe comperimus; quos ex agreſtibus caſis pagiſque in aperta camporum ſola fames effundit, ſola armat inopia, ſola prædæ cupiditas conglobat. Non igitur multitudo armatorum, quantovis numero polleat, ſi certis legibus, & quodam virium commenſu deſtituatur, veram exercitus ſpeciem nomenque promerebitur. Cornazan. lib. 5. cap. 2.

Duo,

Google

Dico, che tanto più quanto più ſia
L'Eſercito copioſo e non ben dotto,
Tanta più gente và alla Becchariæ.
Per el converſo quaſi non può rotto
Eſſer mai campo, bene iſtituito,
Se ben di numer foſſe aſſai di ſotto.

Animadvertit id non obſcurè Virgilius l.4.Georg. ubi non elephantos, tigridea, leones, vel tauros, ſed apes ſolummodo militarium titulorum nomenclatura nobilitavit; utpote quas ex alvearibus ad pugnam capeſſendam progredientes nihil magis, quàm inſtitutio, ſocietas, obedientia, & munerum ſervata ratio vireſque commendant.

2. Quæ à machinariis magno artis niſu, majore auri profuſione excitantur arces, ſingulæ ſingulis oppidis aut limitibus ſunt præſidio. Quominus in longinquiora propagent impetum, natura prohibet, quæ immotas adſtringit, ut non ultra jactum fulminalium nocere poſſint. At verò exercitus nullis finibus circumſcriptam tegendi oppugnandive obtinet facultatem. Immenſos terrarum tractus, populos interfuſis amnibus, interjectis montibus, ſaltibus interpoſitis diſterminatos, didito latè metu & armorum reverentia habet obnoxios. Poſtremo qui exercitum mobile & maximum Regnorum munimentum nominaverit, is mihi veram ejuſdem & abſolutam imaginem videtur animo præcepiſſe. Cæterum Exercitus, perinde ac belli ipſius, primordia quærenda ſunt. Ad Ninum Aſſyriorum Regem plerique reſpiciunt. Nam per anteriora tempora ferocia virtutis locum præripuit; plurimumque vi & impetu, ingenio minimum certatum eſt. Vide *Bellum.* Sublucent porrò veſtigia quædam Tacticæ atque Polemicæ inſtitutionis Abrahami Patriarchę tempore. Ornatiorem aliquanto cultum rudis olim Gradivus atque ſubhorridus induit, duplici flagrante bello Trojano Thebanoque, quæ antiquiſſima apud Græcos fuere. Et de Thebano quidem videndus Eſchylus in Traged. *Septem ad Thebas*: nam quæ de cruentiſſima illa concertatione Poeticè luſit Papinius noſter, ea ſcilicet ad ætatia propriæ potius, quàm ad eorum temporum exemplar & typum à ſublimi Vate conficta ſunt. Trojani verò belli Scriptores eductas utrinque copias ita depingunt, ut inſtructos ordines, diviſa tabernacula, diſtributionem prædæ, machinas etiam & machinarios, liceat diſpicere. Magna iſthæc quidem, & pro ejus ævi conditione ſuſpicienda: at eadem facile contemnas, ſi cogitationem retuleris ad copias militares, quas Græci Duces poſteriorum temporum, atque adeo Romani, non modo ad exactiſſimæ Architectonices normam, verum etiam ad incredibilem magnificentiam & elegantiam provexerunt.

3. Quot militum copiæ juſtum exercitum conficiant, diverſimodè à Scriptoribus traditum. Cicero exercitum vocat ſex legiones & Auxilia. Polybius exercitum Romanorum numerare conſueviſſe ſcribit ſexdecim millia Romanorum, viginti ſociorum. Livius octo militum millia, Ulpianus unam legionem, & auxilia exercitum nuncupant. Res omninò eſt judicio potius à ſapienti viro, quam certa numeri taxatione dijudicanda. Vide Titul. *Numerus militum*, & quæ in deſignatione Exercitus navalis diſſeruimus in Tit. *Claſſis*.

4. Utrum verò unius duntaxat nationis, an diverſarum potius gentium milites præſtet habere ſub ſignis, quæſtio eſt & problema, quod etiamnum à magnis viris in utramque partem diſtractis ſtudiis diſceptatur. Equidem quod pompam & oſtentationem attinet, mirificè amplificat exaggeratque Imperatoris authoritatem & gloriam explicare ſub vexillis militum copias, quæ ſint, ut habet Virgilius lib. 8.

Quam variæ linguis, habitu tam veſtis & armis.

Jucundiſſimum porrò contingit Lectoribus copiarum recenſiones illas & armiluſtria, ut vocant, pervolutare apud Scriptores veteres, ubi ordinatim variarum gentium numeri militares in arenam progrediuntur, non ſolùm lingua, ingenio, vitæque conſuetudine, verum etiam ſtatura corporum, veſtitu, armiſque & inſignibus admodum inter ſe diſſiti & diſcolores. Summa certè voluptate leguntur in ejuſmodi manipulorum cenſu atque recognitione Poetæ illuſtres Latini, Etruſcique. Verùm ſecluſis phaleris & inani pompa, ſi res propiùs ad vivum inſpiciatur, & in magiſterii partem vocetur experientia, quæ optima eſt artium inſtitutrix, ſpecioſam magis, quàm ſalutarem & conducibilem eam Nationum diverſitatem in caſtris, præſertim ſi nimia fuerit & immoderatior, judicaverim. Non inficior Annibalem per ſexdecim ferè annos, quos in Italia exegit ſub caſſide, multarum colluvione gentium exercitum conflatum traxiſſe. Obtemperabant præſtantiſſimo Imperatori non modo Mauri, Numidæ, Carthaginienſes, Hiſpani; verum etiam Galli, Itali, Græcique. Incredibilis inter eas Nationes ſub eodem Duce merentes, linguæ, veſtium, morumque diſcrepantia: eas tamen hauſta penituſque inſita animis ſingulorum exiſtimatio Ducis eximii tam arcto vinculo conſociavit, ut eidem, omnibus certatim exertis viribus, nulliſque caſtrenſibus parcentes laboribus, opimam victoriarum ſegetem comparaverint atque collegerint. Omnem porrò fidem exſuperat in tanta morum & gentium diverſitate, ita ſe erga omnes affectum atque animatum Ducem vaferrimum exhibuiſſe, tam accepto plauſibilique omnibus præfuiſſe imperio, ut nulla à ſignis defectio, ſeditiones nullæ, tumultuumque æſtus exardeſcerent, ſi paucas illas excipias Hiſpanorum, & Numidarum centurias, quæ poſt prœlium ad Nolam editum, ad Marcelli caſtra diſceſſerunt. Verùm inuſitatam illam tum felicitatem Ductoris, tum patria ſejunctorum militum concordiam pro miraculo monſtroque literis tradidit Plutarchus in vita Marcelli, qui ita ſcribit de commemorato Hiſpanorum transfugio ad Romanos: *Is tunc primum Annibali caſus obtigerat, qui ex tam diverſis multifariiſque moribus, in unum quidem & barbaricum congregatas gentes exercitum, unanimes tandiu conſervaſſet.* Non impari laude, prodigioſa ſcilicet & ſingulari Viriatum afficit Appianus de bell. Hiſpan. Sic autem de illo ſcribit: *Qua id aſſecutus eſt (quod difficillimum factu eſt, & neſcio an alteri Duci contigerit) ut cum exercitum haberet ex diverſis gentibus conflatum, & annis octo bellum geſſiſſet, nulla ſeditio in ejus caſtris fuerit exorta.* Magis porrò demirere Alexandri Magni commentum, qui ut gliſcentes diſſenſiones & tumultus inter ſuos Macedones componeret, imminutos horum ordines Perſico ſupplevit milite, ex eadem Natione Præfectis impoſitis. Eventus conſilium ac dexteritatem Regis probavit.

vit. Obſequentiſſimè acquieverunt ita permixti: & ipſa diverſitas pulchriorem concordiam fecit. Rem commemoratu digniſſimam tradit Diodor, Sicul, lib. 17. Relatis tamen exemplis non ita quis fidendum exiſtimet, ut memoriam abiiciat ſaluberrimi effati apud Veget. lib. 3. cap. 4. *Movet tumultum ex diverſis locis collectus exercitus.* Quoniam verò exercitus ſtationes, manſiones, itinera, onera militum, annonam, & nimium multa complectitur, conſule earum rerum Titulos, quorum hic vel Syllabus multas expleret paginas.

EXERCITALES MILITES. Dicti ſunt qui in exercitu militabant ad diſcrimen Præſidiariorum. Conſtit. Viſigoth. lib. 6. Tit. 2. *Si quiſque Exercitalium in eandem bellicam expeditionem proficiſcens, minime ducatum ſuum ſecutus fuerit &c.*

EXITII NULLA RATIO. Proverbium relatum à Plutarcho in vita Eumenis. Monemur autem, Deum conſilium ac rationem adimere ſolere in fatalibus certaminibus. Quod etiam alicubi Plato docuit. Simile eſt memorabile & ſaluberrimum Paterculi monitum, quod neſcio an alio in loco produxerim: ſed productum centies mavelim, quàm omiſſum. *Ita ſe res habet, ut plerunque qui fortunam mutaturus eſt, conſilia corrumpat, efficiatque, quod miſerrimum eſt, ut quod accidit, id etiam merito accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat.*

EXITUS BELLORUM. Non unum in modum bello finis imponitur. Aut enim vi ſuperantur hoſtes, adiguntur que ad conditiones victorum. Aut ſponte illi ſe dedunt, & honeſtiores conditiones accipiunt. Aut pax cum iiſdem, fœdus, amicitia & ſocietas conciliatur. Quoquo demum modo imponatur terminus odiis atque conflictibus, & idonea conglutinetur concordia, præſtat ſemper, rebuſque humanis eſt conducibilius, compoſitis armis, ſublatiſque rixarum ſeminibus, fructu bellorum pulcherrimo perfrui tranquillitate, quam Martem tractatu aſperum ultra producere. Bellum nimirum inter remedia, & quidem maxima & potentiſſima, recenſetur: quæ quemadmodum ex infirmitate orta neceſſitas admittit, ſic eadem abſente, feliciùs ignorarentur. Vide *Pax*.

EXMILITIBUS. Qui miles inpræſentiarum non eſt; ſed fuit aliquando miles. Ad eandem formam Expretore, Exconſule dicuntur, qui Præturam, vel Conſulatum aliquando ſunt conſecuti, nec verò amplius Conſules ſunt aut Prætores. Trebell. in Gallien. *Ac taciti Exmilitibus Viri detrimenta pertuliſſent.* Vide *Militeres*.

EXOSTRA, æ. Latinè eſt projectio. In Architectura Civili pro ea ſumitur ædificii parte, quæ in ſummo faſtigio protendi ſolet, faciemque ædificii omnem exornat ſimul atque communit. Eâ ſiquidem prætenturâ fit, ne per tegularum declivitatem decidentes imbres & ſtillicidia parietes, ſubiectaſque alias ædificiorum partes colnquinent atque deforment. Latinè ſuggrundas dicimus. In Architectura verò militari eſt pons ſublicius, geſtatus à mobilibus & ambulatoriis turribus, qui in urbium oppugnatione ab iiſdem turribus admovetur muris; ex quo in civitatem armati trajiciunt milites. Meminit Exoſtræ Vegetius lib. 4. cap. 21. *Exoſtra dicitur pons, qui de turri in murum repente protenditur*, Idem lib. 4. cap. 17. ſcribit, pontem eſſe compactum *ex duabus trabibus, ſepiumque de vimine, quem ſubito prolatum inter turrim murumque conſtituunt; & per eum egredientes de machina bellatores in civitatem tranſeunt, & occupant muros.* Hujus figuram pontis expreſſam vide apud Heronem de Machin. bell., & apud Steuvechium ad præfatum locum Vegetii.

EXPEDITIO MILITARIS. Liv. lib. 4. bell. Punic. *Et mittentibus & miſſis ea læta expeditio fuit.* Dicitur deliberatio, cum rerum omnium comparatione, ad bellum movendum. Una voce accinctum militem, paratam rem cibariam, prompta impedimenta & ſarcinas, diſpoſitam aciem, & alia ad bellum inferendum neceſſaria explicamus. Expeditio dicitur, ab omnium ac præcipuè Imperatoris animo à reliquis curis atque negociis expedito atque ſoluto, ut egregiè notat Caſſiodorus lib. 1. Varior. cap. 17. *Hinc meritò Expeditionem nominavere Majores; quia mens devota præliis, non debet aliis cogitationibus occupari.* Expeditionem ſuſcipere paſſim legitur apud Hiſtoricos, Expeditionem adducere, pro militem, commeatum, ſarcinas & reliqua expedita dixit Curtius: *Omnem Expeditionem ac militarem apparatum adduxit.* Sequioribus verò ſæculis Expeditionem dixerunt obligationem proficiſcendi in Exercitum, bellicamque operam Dominis vel Principibus collocandam. Charta apud Hemereum in Auguſta Virom. *Si extra provinciam Exercitum duxerit, homines villæ juxtà antiquam conſuetudinem Expeditionem ei tantùm faciant.* Charta Caroli Craſſi Imp. *Et ab illo Abbate, cui prædicta Capella commiſſa fuerit, nulla unquam hoſtilis Expeditio exigatur; nec ullus ei inde quidquid auferre præſumat.* De militari Cæſarum, Auguſti præſertim, Expeditione conſulendi ſunt Nummi veteres. Vide Harduinum.

EXPEDITIONALIS, le. Spartian. in Nigro. *Hic fuit tantæ ſeveritatis, ut cum milites quoſdam in caveo argenteo expeditionis tempore vivere vidiſſet, juſſerit omne argentum ſemoveri ab uſu Expeditionali.* Marcellin. lib. 23. *Nondum miſſa per militares numeros Expeditionali teſſera.* Eleganter dixit teſſeram expeditionalem ſignum militaris profectus.

EXPEDITIONALES SERVI, qui Dominis ſuis ſervilem operam exhibent in expeditionibus bellicis. Occurrunt in Lege Burgund. tit. 10. §. 1. *Si quis ſervum natione barbarum occiderit miniſterialem, ſive Expeditionalem.*

EXPEDITORIÆ RES. Arma, machinæ, annona, quidquid eſt ex uſu belli. Speculum Saxonicum lib. 1. *Svecus tam res Expeditorias, hoc eſt, arma bellica quàm hæreditarias &c.*

EXPEDITUS, a, um. Expeditas cohortes, equites, vel pedites dixere Veteres pro Leviori armatura, & carente impedimentis numero militum, atque adeo Legione integra & Exercitu. Liv. lib. 4. bell. Punic. *Cum Legione expedita profectus.* Cic. ad Caton. lib. 15. *Expedito Exercitu noctu iter feci.* Saluſt. in Jugurth. *Numidas Equites pariter cum occaſu Solis expeditos educit.*

EXPERIENTIA MILITARIS. Uſus & experientia cum humani ingenii ſolertia & dexteritate conjuncta humano generi artes nobiliſſimas, rerumque omnium copiam & affluentiam comparavit, juxta illud Virgilii Georg. lib. 1.

Ut varias uſus meditando extunderet artes
Paulatim.

Efficit id manifeſtum ipſum Experientiæ nomen, quod eſt ab antiquo verbo *Perio*, uſurpato ab Antiquis pro *Aperio*. Ex quo habemus indicari

& quaſi aperiri ab experientia multa prius occulta. Hinc peritia & peritus pro parta comparataque doctrina. Nihil autem verius Ovidii effato 6. Metam.

ſeris venit uſus ab annis.

Item Manilii dicto lib. 1.

Per varios uſus artem experientia fecit,
Exemplo monſtrante viam.

Sapienter Terent. in Adelph.

Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi.

Ut autem communia iſthæc miſſa faciam potiſſimam rei militaris partem experientia uſuque contineri inprimis edocuit Antigonus, qui, authore Plutarcho in vita Pyrrhi, interrogatus quem è ſuę ætatis Ducibus præſtantiſſimum judicaret, reſpondit, Pyrrhum, *ſi ſeneſceret*: nimirum ſi præclaræ indoli ætas longior experientiam rerum adjungeret. Idem docuit Paulus Æmilius apud Plutarchum in Apoph., qui Naſica adhortante, ut protinus hoſtem invaderet: *Facerem*, inquit, *ſi tuæ eſſem ætatis*. Hinc illa adagia *Magiſtratus & Reſpublica virum oſtendit*. Et: *Poſt aliam ſegetem ſerendum eſt*. Et: *Tentantes ad Trojam pervenerunt Græci*. Eam porrò militarem experientiam indicaſſe arbitror Tullium, & nomine ſcientiæ militaris expreſſiſſe in notiſſima partitione prærogativarum, quæ optimum exornant Imperatorem, ut legitur in Oratione pro L. Manilia. Non hic congeſtis exemplis contendam quam frequenter exultantes ferocia inexpertique juvenes potentiſſimos Exercitus & florentiſſima Regna perdiderint: quam crebro eadem ab exitio vindicaverint exercitatiſſimi Imperatores, & prolixo annorum ſpatio collecta rerum cognitione præſtantes. Quamobrem prudenter, ut ſolet, Cicero pronunciavit de Orat. *Nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quidquam magna laude dignum ſine uſu & exercitatione conſequi poſſunt*. Etiam in effœtis ſenio Ducibus religioſum ſemper & venerabile extitiſſe conſummatæ prudentiæ decus & nomen, apertum facit Lucanus lib. 1., ubi Pompeii canos & devexam ſenio ætatem adhuc mirificè cultam tradit comparatione pulcherrima.

ſtat magni nominis umbra.
Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuvias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona Ducum: nec jam validis radicibus hærens,
Pondere fixa ſuo eſt: nudoſque per aera ramos
Effundens, trunco, non frondibus, efficit umbram:
At quamvis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſilvæ firmo ſe robore tollant,
Sola tamen colitur.

Homerus verò, qui, ut ſcribit Horatius 1. Epiſt. 2.

quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non;
Plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicit:

Longe præſtantiſſimum ejus rei prodidit teſtimonium in Ulyſſe,

Qui mores hominum multorum vidit & Urbes.

Sic autem Horatius de Homero.

Rurſus quid virtus, & quid ſapientia poſſit,
Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem:
Qui domitor Trojæ, multorum providus Urbes
Et mores hominum inſpexit, latumque per æquor
Dum ſibi, dum ſociis reditum parat, aſpera multa
Pertulit, adverſis rerum immerſabilis undis.

In decennali etiam ad Trojam bello nullius Ducis aut utilior & opportunior fuit opera, aut eventus felicior. Innumeris fortiter exantlatis laboribus, periculis explicatis, emenſis itineribus tantum ſibi famæ conciliavit, ut ſicubi præſens aliqua difficultas, aut implicatior nodus occurreret, ad ejus viri ſagacitatem admirabilem, uſque rerum probatiſſimam fidem tanquam ad aras & ſupremam anchoram Græcia confugeret; non alia conſuleret Pythia, non alias emoveret machinas. Neque enim putarunt Græci in impeditiſſimis, qui multi contigerunt, rerum articulis, aut Ajacis audaciam, aut potentiam Agamemnonis, aut Achillis fortitudinem ſollicitare: ad Ulyſſem rerum omnium gnarum, plurimiſque utriuſque fortunæ eventibus exercitatiſſimum, omnia referebant; in eoque præ tot excellentiſſimis Ducibus felicitatem arduorum facinorum, & ſecuritatem publicam ſtatuebant.

2. Ad comparandam intendendamque militarem experientiam non leve pondus accedere à Scriptorum veterum lectione teſtatum ſcriptis reliquerunt artis bellicæ Inſtitutores. Privatæ quippe experientiæ uſuſque nimis tardum lentumque, ut ait Seneca, eſt magiſterium. Cumque innumera pene ſint addiſcenda, impar tanti muneris neceſſitati humanæ vitæ brevitas eſt. Contra verò promptiùs breviùſque id legendo aſſequimur ex veterum cognitione exemplorum. Eam inſtiterunt viam optimi quique ac potiſſimum Romani Duces, tunc demum ſeſe exiſtimantes vires omnes exeruiſſe ad præclarè copiarum regimen capeſſendum, ſi rerum uſum, quantolibet ætatis ambitu collectum lectione, lectionem verò experientia corroborarent. Ex hujus notæ Imperatoribus, incredibile memoratu eſt, quantum emolumenti in Rempublicam redundaverit. Illuſtravit id Cicero lib. 4. quæſt. Academ. Luculli exemplo, qui cum operum Martiorum rudis ignaruſque in Aſiam diſceſſiſſet, laborioſi itineris & diuturnæ navigationis tempore authores plurimos lectitando, percunctandoque à doctioribus, quorum ipſe erat neſcius, conſilia bellica, in tantum profecit, ut Mithridates militaris diſciplinæ, ut quiſquam mortalium, ſcientiſſimus non alium ingenio doctrinaque parem Ducem à ſe in vita cognitum palàm profiteretur. Scipionem Africanum legimus frequenti lectione attriviſſe tum Polybii ſcripta militaria, tum Xenophontis Cyropædiam, qua abſolutiſſimus modulus optimi Imperatoris exprimitur. Commemoratum ſcientiæ ſive experientiæ militaris præſidium cauſæ eſt, cur publicæ incolumitati ætate provectiores Duces, quàm juniores eligere & ſequi expediat. Vide quæ diximus in Titulo *Ætas Imperatoris*, & *Conſilium*.

Expiationes militares. Vide *Luſtro*.

Explicatus, us. Vox eſt ad inceſſum animalium, ac præſertim equorum accommodata. Plinius l. 8. 42. *Quibus non vulgaris in curſu gradus; ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio*. Plinii, inquam, locus is eſt, non Ciceronis, ut dicitur in Calepino auctiore. Nos ſemel vel iterum mendoſiſſimæ editionis ſpecimen aliquod adducimus. Nam omnia expurgare prolixi eſſet operis, & pluſquam Herculei laboris.

Ex-

Digitized by Google

Explodo, is. Fit a Plodo. Vide *Diſplodo*. Cic. pro Cluent. *Te verò illud idem, quod tum exploſum & ejectum eſt, nunc retuliſſe demiror.*

Exploratores. Explorare Voſſio eſt, plorando aliquid obnixè petere. Aliter tamen Feſtus, cujus verba appono: *Explorare Antiqui pro exclamare uſos: ſed poſtea proſpicere & certum cognoſcere cœpit ſignificare. Itaque Speculator ab Exploratore hoc diſtat; quod ſpeculator hoſtilia ſilentio proſpicit; Explorator pacata clamore cognoſcit.* Exploratores non dicuntur ſolùm qui mittuntur res hoſticas exploratum, verum etiam qui itinera militaria & vias dignoſcunt, inter quos Centuriones fuiſſe adnumeratos legimus apud Sveton. in Tiber. cap. 60. *Exploratorem viæ primarum cohortium Centurionem ſtratum humi pene ad necem verberavit.* Qui verò ad hoſtium caſtra, vel loca alia ſolebant mitti ad renunciandum poſtea ſuis Ducibus de rerum ſtatu, ſicubi in hoſtium manus & poteſtatem veniſſent, ab iiſdem non aſpere & crudeliter, ſed potius humanè atque adeo honorificè tractari moris fuit. Hofmannus contrarium pronunciat, ſed nullis indicatis Scriptorum teſtimoniis. Humanitatem in exploratores hoſticos, multis afferunt Hiſtoriæ veteres. Sic autem factitatum apud Livium lib. 30. à Scipione cum Carthaginienſibus Exploratoribus. Apud Appianum Bell. Punic. cap. 21. à Cæſare cum L. Meſſio exploratore Antonii Triumviri. Polyænus lib. 3. Exploratores Athenienſium honeſte habitos à Xerſe memorat. Alia item exempla ſuggerit Frontinus Stratag. lib. 4. cap. 7. Longe verò diverſa erat agendi animadvertendique ratio in eos, qui ſecreta hoſtibus nunciabant, nec ad rerum duntaxat ſtatum perſpiciendum erant intenti. Ii ſiquidem capitis pœna, more perduellionum, crimen luebant: necique teterrimæ tradebantur, tanquam hoſtes domeſtici & proditores. Cujus rei affatim ſuppetunt exempla. *Spia, Avviſatore.* Quæ vox non ſolum pro æſtimatore ſumitur ab Etruſcis, ut monent Academici Florentini in Vocab. verum etiam pro Speculatore, vel Exploratore. Boccacc. Theſeid. lib. 1.

Eſſo mandò ſolenni aviſatori
A diſcerner la più leggiera ſceſa,
I qua' mirato intorno dentro e fuori
Le rive tutte con la mente inteſa
Ritornorno aviſati de' migliori
Dove diſcender con minor offeſa
Poteſſero, & al Duca il raccontaro;
E 'n quella parte l'hoſte dirizzaro.

Exploratoriæ coronæ. Occurrunt apud Svetonium in vita Caji. *Comites & participes victoriæ nova genere ac nomine coronarum donavit, quas diſtinctas Solis ac Lunæ ſyderumque ſpecie exploratorias appellavit.* Beroaldus exponit traditas in præmium bellicæ explorationis.

Exploratoriæ naves. Vide *Speculatoriæ Naves.*

Expræfecto. Qui Præfectura functus eſt. Ammianus lib. 27. *Terentius enim humili genere in Urbe natus, & piſtor, ad vicem præmii, quia peculatus reum detulerat officium Expræfecto, hanc eandem provinciam correctoris adminiſtraverat poteſtate.*

Expugno, as. Pugnando capio. Cic. in Parad. *Sapientis animus magnitudine conſilii, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus, ut mœnibus ſeptus, vincetur & expugnabitur?*

Expugnatio, onis. Cic. pro Leg. Manil. *Non multum ab hoſtili expugnatione differant.*

Expugnator, oris. Liv. lib. 6. *Expugnatores Coloniæ, haudquaquam percuſſi, fidentes militum numero &c.*

Exscensio, onis. Nomen eſt ferè militare pro militum agreſſione de navibus in terram hoſticam, vel amicam. Liv. lib. 7. dec. 3. *Ad Clupeam Urbem Exſcenſione facta, agrum late, nullo fermè obvio armato, vaſtabat.* Idem lib. 8. *Profectus ad Erythras Exſcenſionem fecit.* Et iterum lib. 7. dec. 4. *Exſcenſionem ad Taſſum fecerunt.* Curt. lib. 9. *Hic Exſcenſione facta.*

Exscensus, us. Exſcenſio. Liv. lib. 2. bell. Punic. *Itaque ad Honoſcam claſſe provecti, Exſcenſu e navibus in terram facto, quam vi Urbem cœpiſſent, captamque diripuiſſent, Carthaginem inde petunt.*

Exscendo, is. Exſcenſionem vel Exſcenſum facio. Liv. Dec. 5. lib. 5. *C. Licinio Coſ. ad quadrigas mittendas exſcendenti, tabellarius reddidiſſe Laureatas literas dicitur.*

Exterorum militia. Vide *Auxilia. Bellum externum.*

Extispicium, ii. Extorum inſpectio. Triplex ab inſpectis extis ſacrificii nomen accepimus: Mutum, ubi nulla in extis inerant ſigna; Argutum, ſi conſpicuæ & illuſtres notæ exhiberentur: Regale, quod ridentis fortunæ vultum & ſerenitatem pollicebatur. Iratorum Numinum malique ominis erant indicia, ſi victima ductorem non ſpontè ſequeretur, ſi ex ducentium manibus ſe proriperet, ſi ictum elapſa feſelliſſet, ſi percuſſa non ſtatim, aut minus placidè, concideret. Quibus contraria pro fauſtis & lætis habebantur. Quod autem propriè ad extiſpicium pertinet, ex numero, colore, habituque omni fibrarum auguria petebantur: ſuaſque habebant in utramque partem inſpectiones, & hinc præſagitiones, ſi extenſæ, ſi complicatæ, ſi convolutæ invenirentur fibræ. Sed hæc prolixiora memoratu ſunt, quàm ut hic commodè inſeri poſſint. Ad neceſſitatem noſtræ tractationis ſaltem innuere ſufficiat, non modo nullas bellorum molitiones, ſed nulla fere graviora conſilia bellica fuiſſe ſuſcepta apud Veteres, niſi præmiſſa extorum inſpectione juxta normam Haruſpicum. Hujus generis auguriis acceptam retulit Auguſtus victoriam navalem, quâ Antonium profligavit ad Actium. Contra verò Julio Cæſari, C. Mario, M. Marcello, aliiſque ſiniſtræ extorum inſpectiones ingentes clades aut inſortunia publica demonſtrarunt. Livius præſertim, ut à nobis eſt alibi obſervatum, totus eſt atque perpetuus in ejuſmodi contemplatione extorum obſervanda, & ad eandem referenda multarum ſerie vel cladium, vel victoriarum. Equidem auſpicia, ut ea hic etiam, & totum hoc divinatorium genus complectar, tanti fecere Romani, ut iiſdem idem fuerint auſpicia & Imperium. Neque hoc ſolum ſignificatur locutione illa frequentiſſima, qua dicebant bella geri Imperatoris auſpiciis, verùm adhuc validiùs demonſtratur teſtimonio Taciti lib. 3. Annalium, ut diligenti perſpicacia obſervavit Lipſius lib. 2. de Milit. Rom. Sic autem Tacitus: *Druſus Urbe egreſſus repetendis auſpiciis, mox ovans introiit.* Ubi auſpicia repetere, eſt imperium reſumere, quod ingreſſus urbem de more Druſus amiſerat. Nam ipſa cæteroqui auſpicia nefas erat capere extra urbem.

2. Quodſi

2. Quodſi Aruſpicinæ & Extiſpicinæ initia repetam, non admodum à vero aberraſſe crediderim Gabrielem Naudæum Syntagm. de Stud. Milit. lib. 2., ubi ejus diſciplinæ originem revocat ad Conditores urbium, & metatores caſtrorum, qui ut explorarent ſalubritatem aeris, cœlique temperamentum, & regionis integritatem, ubi excitandæ urbes eſſent vel caſtra metanda, mactatas eviſcerarunt pecudes, ex earundem extis fibriſque ſciſcitantes loci temperiem, agrique præſtantiam & ubertatem. Etenim ſi languida & emarcida, vel quomodolibet vitiata & contaminata offendiſſent pecudum & avium viſcera, regionem incommodam, locique ſitum valetudini adverſum interpretabantur. Sin verò vegeta eſſent exta, & optimæ notæ ſanguinem humoreſque proferrent, certum exinde judicium capiebant de loci ſalubritate & opportunitate urbium condendarum, vel caſtra figendi. Et optima quidem conjectura id colligebant, cum animalium ſalubritas excellentiam pabuli ſignificet, ſelectiſſimas aquarum venas, & aeris incorrupti conſtitutionem ac tenorem æquabilem. Contra verò iniqua humanis corporibus loca nihil magis indicat atque teſtatur, quàm degener pecudum habitus, & coinquinata viſcera animalium.

3. Minus arridet, quod ſubdit idem Naudæus quaſi aliud caput ejuſdem Aruſpicinæ & Extiſpicinæ. Factum ſcilicet id Heroum tempore, quorum intereſſet ne infectæ carnes in uſum militum & ſociorum exhiberentur. Quæſita proinde ſpecies religionis, ut popæ, ſacrificuli, & Sacerdotes luſtrarent ac ſcrutarentur intima victimarum. Equidem id non tam ad viros ſacros, quàm ad medicos potiùs & valetudinis curatores pertinuiſſe crediderim, à quibus longe major metus in vulgus, quam à Sacerdotibus nunciantibus infectas eſſe animalium fibras atque præcordia. Quæcumque demum ejus artis origo fuerit, plane conſtat Etruſcos inaniſſimis illam commentis ad certas quaſdam regulas & obſervationes conatos fuiſſe reducere: ex quibus, ut alia multa, ſic etiam vaniſſimæ facultatis profeſſio & ſtudium tranſiit ad Romanos. Infiniti verò operis fuerit pertexere, imò verò ſolùm innuere quàm obnixè ea natio auſpiciis ſuerit obnoxia, quantoque ſtudio ac labore nugatoriam artem excoluerit domi militiæque. Nec vero eſt ambigendum, etiamſi apud cordatos ſanique judicii viros ea deliramenta fidem non invenerint, adhuc tamen ad vulgi animos permovendos habendoſque ad Imperia obtemperantes plurimum valuiſſe. Ovidii illud in Faſtis legitur conſilium ad Auguſtum.

Non ego te, quamvis properabis vincere, Cæſar,
Si vetat auſpicium, ſigna movere velim.

4. Accidit autem perſanè mirabile, ut eandem Romani artem & ſumma religione amplecterentur, & vaniſſimam prædicarent. Ut enim miſſum faciam Catonis dictum apud Ciceronem 2. de Divinat. *Mirari ſe quod non rideret Aruſpex, ſi aruſpicem viderit: quota enim res quæque evenit prædicta ab ipſis; aut ſi evenit quidpiam, quid afferri poteſt cur non caſu id evenerit?* Certè Ennii teſtimonium apud eundem Tullium lib. 1. de Divinat. tam clarum eſt, quam quod excogitari poteſt clariſſimum.

Non habeo denique nauci Marſum Augurem,
Non vicanos Aruſpices, non de circo Aſtrologos,
Non Iſiacos conjectores, non interpretes ſomnium,
Non enim ſunt ii, aut arte divini, aut ſcientia;
Sed ſuperſtitioſi vates, impudenteſque arioli.
Aut inertes, aut inſani, aut quibus egeſtas imperat,
Qui ſui quæſtus cauſa fictas ſuſcitant ſententias.
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam,
Quibus divitias pollicentur, ab his drachmam petunt.

Huc congruit quod de Scipione ſcripſit Appianus de bello Hiſpanico: *Simulatque in caſtra pervenit, nihil antiquius habuit, quàm ut mercatores omnes, ſcorta, ariolos, ſacrificos, quibus tot adverſis pugnis conſternati milites plus nimio addicti erant, expelleret; atque etiam in poſterum vetaret quidquam minime neceſſarium importari, ne victimam quidem divinationis gratiâ.* Quare non prudenter minus, quàm fortiter deſpexit Annibal nugaciſſimum divinatorem, negantem incolumi exercitu prœlium committi poſſe, quoniam interiora vituli corrupta apparuiſſent: at Ductor Pœnus; Non tanti mihi eſt, reſpondit, carnis fruſtulum, quanti ſcientia militaris & ſeniorum conſilia. Ad eundem modum ſortiſſimi ac melius conſulti Duces alii nullis præſagitionum terriculis ſunt abſterriti retardatique, quominus rei benè gerendæ opportunitatem capeſſerent. Deriſere potius vanos atque ſuperſtitioſos terrores, & ineptos calamitatum nuncios; cum præſertim plurima ſolerent affingi conſtitutâ deditâque operâ, ut ex aliorum ſimplicitate vaferrimi nugatores lucellum colligerent. Enim verò ſi ad prenunciandos rerum futurarum exitus cæleſtia ipſa ſigna, quæ tamen conſtat cum rebus ſublunaribus nonnihil habere commercii, adhuc tamen nihil roboris habere deprehenduntur, quid erit arguendum de pecudum fibris & avibus exenteratis, quarum volatu, garritu, & inſpectione tota quanta eſt Aruſpicum diſciplina comprehenditur? Neque enim ſi ſemel aut iterum ineptiſſimi præſtigiatores vera nunciaſſe comperti ſunt, idcircò præſtanda illis in perpetuum fides, aut, citra notam inconſultæ levitatis, adhibenda in conſilio facultas plus nimio nugatoria, & quæ caſu, non certa ulla ratione ſuffulta, ſua rudi popello mendacia diſtrahit. Appoſitè certe vaniloquos Bambaliones redarguit Minutius Felix in Octavio: *Aſſyrii, Mædi, & Perſæ regna tenuerunt, cum augures non haberent, nec pullos cavea recluſos, quorum cibo vel faſtidio res ſumma gereretur. Claudius ſcilicet & Flaminias, & Junius ideo Exercitus perdiderunt, quod pullorum tripudium ſoliſtimum non expectandum putaverunt? Quid Regulus nonne auguria ſervavit, & captus eſt? Mancinus religionem tenuit, & ſub jugum miſſus eſt & deditus? pullos edaces habuit & Paulus, apud Cannas tamen cum majore populi Romani parte proſtratus eſt.* Sed & Sacræ admonent paginæ ne lymphatos homines & fanaticos audiamus. Sic enim Jeremias cap. 27. *Vos nolite audire Prophetas veſtros & ſomniatores & Augures.* Et iterum Deuteronom. cap. 18. *Gentes iſtæ, quarum poſſidebis terram Augures & divinos audiunt, tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es.* Nihil autem frequentiùs legimus, quàm a ſuo capite impendentem perniciem avertere non potuiſſe vaniſſimos divinatores, qui vatici-

nia

nia atque præſenſiones in utramque fortunam & ſibi audacter arrogant, & aliis tumidè impudenterque divendunt. Satis fuerit Tolumnium Virgilianum innuere, de quo ſic legitur lib. 12.

Cadit ipſe Tolumnius augur,
Primus in adverſos telum qui torſerat hoſtes,

& Amphiaraum terra abſorptum bello Thebano, de quo fusè Statius in Theb. Proinde non verè ſolùm, verùm etiam admodum ſanctè & religiosè Euripides in Helena dixit: *Qui Deos ſibi benevolos habuerit, is optimam habet domi divinationem.* Præclarè Cic. lib. de Senectute pronunciavit, optimis auguriis ea geri, quæ pro Reipublicæ ſalute fierent. Nec proinde inficias iverim quaſdam eſſe in rebus inanimis non tam divinationes atque præſenſiones eventuum futurorum, quàm proprietates, ex quibus licet naturalia quædam præſciſcere. Ejus generis ſunt, quæ ad prænoſcendas pluvias adducit Virgilius lib. 1. Georg. Imminent nimirum illæ

Cum medio celeres revolant ex æquore mergi,
Clamoremque ferunt ad littora, cumque marinæ
In ſicco ludunt fulicæ; notaſque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.

Et paulò poſt.

nunquam imprudentibus imber
Obfuit. Aut illum ſurgentem vallibus imis
Aeriæ fugere grues: aut bucula cælum
Suſpiciens, patulis captavit naribus auras;
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Vultures circa copias militares frequenter ac perdiu advolantes Plinio ſunt naturale præſagium futuræ internecionis. Sed Plinius in Naturæ Hiſtoria plus æquo credulus ſæpe compertus. Nihil porro præſenſionis veræ ineſſe potuit Ciconiis illis, quæ fabricatos in domorum faſtigiis nidos, extractis fœtibus, deſeruerunt, Rege Attila Aquilejam oppugnante; quod eidem ſpectaculum acre fuit incitamentum ad urgendum obſidium urbis, eamque feliciter expugnandam, ut his verbis enarrat Jornandes de rebus Gothicis cap. 45. *Attila deambulans circa muros dum utrum ſolveret caſtra, an adhuc moraretur deliberat; animadvertit candidas aves, ideſt Ciconias, quæ in faſtigia domorum aidificant, de civitate fœtus ſuos trahere, utque contra morem per rura foriuſecùs comportare. Et ut, ſicut erat ſagaciſſimus inquiſitor, perſenſit, ad ſuos inquit, reſpicite aves futurarum rerum providas, perituram relinquere civitatem, caſuraſque arces periculo imminente deſerere, non hoc vacuum, non hoc credatur incertum, rebus præſciis conſuetudinem mutat ventura formido. Quid plus? Animum ſuorum rurſus ad oppugnandum Aquilejam inflammat, machinis conſtitutis omnibuſque tormentorum generibus adhibitis. Nec mora; invadunt civitatem, ſpoliant, dividunt, vaſtantque crudeliter, ita ut vix ejus veſtigia ut appareant, reliquerint.* Hæc & ſimilia ad examen & trutinam revocata ſomnia ſunt & affaniæ, quæ conjectores improbi & fatidici nugarum propolæ atque inſtitores in vulgus effutiunt. Contemnenda præterea, non modo quæ de auſpiciis avium pecudumque, quæ facultas tot probatiſſimæ falſitatis experimentis exploſa jam eſt, abolita & antiquata divendunt; verum etiam quæ de cometis afferunt, aliiſque meteoricis & omnis generis ejuſmodi prædictionibus, quæ nonnullam etiamnum fidem obtinent apud acerrimi cæteroqui judicii viros; ut planè totum auſpicatorium divinatoriumque negotium amandandum ſit ad aniles fabulas, & jocoſa puerorum acroamata, qualia in triviis confertæ plebeculæ venditant vetulæ Nubianæ, & pannoſa Ægyptiorum erronum examina, dum fronte nullo pudore corrasà ad oblatas occurrentium palmas expanſas, illuſtres geneſes magnarumque opum conciliatrices, & feliciſſimum vitæ curſum enunciant. Vide Roſinum Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 7. Valtrinum de re milit. lib. 1. cap. 6., Naudæum de Stud. Milit. lib. 2., Robertum Valturium de Re milit. lib. 3., & apud nos Titulos *Augurium*, *Auſpicium*, *Acumina*, *Aſtronomia*.

Extra teli jactum. In ſermonem abiit proverbialem; & extra periculum, in tutoque rem, vel perſonam eſſe ſignificat. Locutio Hiſtoricis familiaris, & à bellicis dimicationibus translata, in quibus qui jaculis peti vulnerarique nolunt, ſeſe longè ſejungunt, collocantque, ubi telorum jactibus contingi non poſſunt.

Extraordinaria porta. Turnebus lib. 30. Adverſ. cap. 54. quatuor portis Romanorum Caſtrorum hanc porrò adjungit ex teſtimonio Livii lib. 40. *Erumpere extraordinariâ portâ juſſit.* Vide *Caſtrametor*, & *Portæ caſtrorum*.

Extraordinarii milites. Sic appellantur à non vulgari virtutis locique merito ac dignitate, qua extra aliorum ordinem erant, & à vulgo militum diſcernebantur. Licet autem aliquando hoc nomine inſigniti reperiantur pedites, nihilominus ea vox peculiaris eſt equitum, & quidem apud eos, qui ex auxiliis ſociorum Romanis Legionibus jungebantur. Livius lib. 5. *C. Scribonium Præfectum ſociûm ad vallum hoſtium cum Equitibus extraordinariis ſiniſtræ alæ mittit.* Iterum idem lib. 35. *Siniſtra ſociorum ala, & Extraordinarii in prima acie pugnabant.* Quoad numerum ipſorum in Ordinibus auxiliariis, ſunt qui tertiam, ſunt qui quintam equitatus partem æquaſſe dixerint. Quod autem quandoque inter pedites extraodinarii reperiantur, non uno in loco indicatur ex Polybio.

Exuviæ, arum. Ab exuendo dicuntur, ut Induviæ, ab induendo. Plaut. Men. *Quid hoc eſt?* M. *Induviæ tuæ, & Uxoris Exuviæ.* Sermo autem ibi eſt de palla ſubrepta. Nonii verba ſunt *Exuviæ non ſolum hominum tegmina, aut veſtes dicuntur, ſed etiam animalium quarumlibet.* Ex Nonio vocabularia, & Latina Lexica aucta poſt Calepinum exuvias exponunt hoſtium Spolia; deinde verò etiam animalium tegumenta. Scias falſos eſſe, Nonio ducente familiam, & in errorem reliquos inducente. Nam exuviæ propriè & prima vocis origine ſunt ſerpentium pelles, teſtæ, vel cortices. Poſtmodum fluxit vox ad quadrupedia & feras; demum detorta eſt ad veſtes & arma detracta hoſtibus. Eruditè id demonſtrat Salmaſius ad Solinum. Et primò quidem, ſummaque cum proprietate, Exuviæ de Serpentibus dicuntur, qui certis temporibus ſquamea ſua exuunt tegumenta, novaſque & picturatas veſtes induunt. Virgil. 3. Georg.

Cum poſitis novus exuviis, nitiduſque juventa
Volvitur.

Et Solin. cap. 27. de ſcytale ſerpente loquens: *In hoc tamen ſquamarum nitore hyemales exuvias prima ponit.* Ad eundem modum Plinius lib. 13. cap. 4. Induvias de arboribus dixit, corticem per certa temporum intervalla mutantibus. Sic

enim

enim ſcribit de palma: *Reliquæ teretes atque proceræ, denſis gradatiſque corticum pollicibus, ut orbibus, faciles ſe ad ſcandendum Orientis populis præbent, utilem ſibi arboriſque induviis circulum mira pernicitate tum homine ſubeunte*. De teſtudinibus etiam, exteriorem corticoſam pellem mutantibus, exuvias dixit Ariſtoteles, aliique paſſim Scriptores Græci. Frequenter de quadrupedibus & feris. Harum verò, ſi nobiliores eſſent, exuvias templis ſuſpenſas Diis ſacrari moris fuit. Stat. 9. Thebaid.

hic arcus & feſſa reponere tela,
Armaque curva ſinum, & vacuorum terga Leonum
Figere, & ingentes æquantia cornua ſilvas.
Vix ramis locus: agreſtes adeo omnia cingunt
Exuviæ.

Conſtat apud Veteres detracta nobilibus feris coria & pelles in mira quadam fuiſſe exiſtimatione. Inter præcipua victoriarum præmia adnumerabantur. Honoratiſſimum erant menſarum opertorium ad hoſpites Heroicis temporibus excipiendos. Virgil. lib. 8. de Evandro excipiente Æneam.

Præcipuumque thoro, & villoſi pelle leonis
Accipit Æneam.

Incredibili autem pretio habitarum ejuſmodi pellium indicium fuere aſperrimæ contentiones, atque adeo juſta bella pro iiſdem exorta. Legimus ſiquidem, Ætolos & Acarnanes de exuviis apri Calydonii: item Meleagrum de alterius apri exuviis acriter decertaſſe. Vide quæ in hanc rem ſcripſit Paſchalius Coron. lib. 9. cap. 25. Poſtrema, ut dixi, uſurpatio exuviarum fuit de Spoliis hoſticis. Virgil. Æneid. 2.

quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis.

Et Juven. Satyr. 10.

Bellorum exuviæ, truncis affixa trophæis
Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens.

Vide *Spolia*.

F

FABIANI MILITES. Vide *Iphicratenſes*.

FABRICÆ ARMORUM. Sic appellantur in Notitia utriuſque Imperii molitiones, ſive ædificia publica inſtituta tum in Orientali, tum in Occidentali Imperio; & nobiliſſimis in urbibus excitata armis cudendis & expoliendis. Et in Oriente quidem quindecim, in Occidente viginti una minus ex eadem Notitia recenſet & luculenter illuſtrat Pancirolus armorum Fabricas. Nec propterea in ſingulis Fabricis omnia cudebantur armorum genera; ſed alia in aliis. Hinc paſſim apud Scriptores eorum temporum, ac præcipue Jureconſultos, occurrunt Fabricæ Scutariæ, Armariæ, Arcuariæ, Haſtariæ, Sagittariæ, Clibanariæ. Fabricata inibi atque perfecta arma deferebantur in publicum armamentarium ad bellorum ingruentium opportunitatem. Armorum opifices Fabricenſes dicti: Jectique ad id viri idonei probatiſſimique, quique nullis eſſent obnoxii oneribus civitatum. Collegium illud Fabricenſium appellatum; proprioque ſuberant Præfecto. Omnes verò Præfecti ſub poteſtate erant Magiſtri Officiorum. Clarum id redditur ex Inſignibus ejuſdem Magiſtri, quæ delineata exhibentur in memorata Notitia: ibique inter alia viſuntur arma omnis generis, & præſertim ſeptem ſcuta, quæ ſunt exemplaria ſcutorum ad eorum temporum formam typumque. Id muneris tanti habitum, ut de creandis Fabricenſibus certa Formula tradatur à Caſſiodoro lib. 7. Extructa arma nec opifices ipſi vendere, nec emere alii poterant; idque pœnis cautum ſeveriſſimis. Qui in Fabricenſium collegium ſemel erant adoptati, nec ipſi, nec eorum liberi armorum fabricam deſerere poterant; ſed inviti iiſdem operibus continuandis addicebantur. Eam ob cauſam eorum brachia ſtigmatibus inurebantur, ex quo dignoſci ab omnibus poterant ad eum plane modum quo fieri ſolebat in tyronibus pro ejus ævi conſuetudine. L. 3. L. jure, L. ultim. C. eodem tit. de Fabricenſibus. *Arcadius A. ſtigmata, hoc eſt nota publica, Fabricenſium brachiis ad imitationem tyronum infligantur, ut hoc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci*. Ex collegio Fabricenſium quinque ex iis, qui artis peritia & numero ſtipendiorum cæteris anteſtabant, dicebantur Primicerii, quorum prior à Marcellino lib. 14. vocatur Tribunus Fabricarius. Ii poſt biennium à fabricandi laboribus erant immunes, & ad ſalutandum Principem, ſacramque exoſculandam purpuram admittebantur, ut expreſsè habemus dict. L. 2. *Valentinianus A. Primicerium Fabricæ poſt biennium non ſolum vacatione, verùm etiam honore donari præcipimus, itaut inter protectores per biennium adoraturus æternitatem noſtram ſuo quiſque tempore dirigatur*. Multis porrò iidem Fabricenſes gaudebant immunitatibus, ut habetur L. Fabricenſium. C. de Metat. Suberant enim ſoli, ut indicatum eſt, Magiſtro officiorum. Vide plura de hac materia apud præfatum Pancirolum in Notitia Imperii Orient. cap. *66.*, & Occident. cap. 32.

2. Cum hæc ſcriberem Tibure, quam Latii civitatem ab Urbe decimo octavo fere diſtantem Lapide, cœli ſalubritas, & loci amenitas magnopere commendant, inter alia ædificia æris, ferri, papyri, & pulveris tormentarii condendi, excitari video, ut cum Scriptoribus eorum temporum loquar, Fabricam armorum. Evocatis nempe huc, accerſitiſque peritiſſimis fabris, aquarum ex Aniene deductarum beneficio, excavantur tubi, ſive fiſtulæ ferreæ. Et quæ prius majores erant, & ſomite ſeu ſtupeo reſticulo ignem concipiebant, ad ingenium uſumque hujus ætatis recuduntur in leviores tubos, aptoſque iis ſclopis, quos vulgo dicimus *Fucili*.

3. Fuge autem ſuſpicari per oppida ſolum & provincias diſtributas fuiſſe Fabricas armorum; in caſtris etiam illæ cum ſuorum opificum turba circumferebantur. Sic autem Vegetius l. 2. c. 11. *Habebant etiam fabricas ſcutarias, loricarias, arcuarias, in quibus ſagittæ, miſſilia, caſſides, omniaque armorum genera formabantur. Hæc enim erat cura præcipua, ut quidquid Exercitui neceſſarium videbatur, nunquam deeſſet in caſtris*. Frequentiùs quidem & oppidatim & per provincias ejuſmodi diviſæ Fabricæ, quas officinas armorum vocatas à Cæſare, Æmilio Probo, & Livio alibi eſt notatum. Cæſar 1. Bell. Civil. *Frumentum ex finitimis regionibus, atque omnibus caſtellis in Urbem convexerant, armorum officinas in urbe inſtituerant*. Ex fabricis autem iſtis provinciatim inſtitutis ſuppeditabantur militi arma idonea; ut minimum plane ſit demirandum, ingentem numerum copiarum breviſſimo temporis ambitu inſtructiſſimum commeare, frequenter legi apud Hiſtoricos. Poſteriore verum ævo conſtitutæ provinciatim memoratæ Fabricæ, quæ in hunc modum recenſentur in Notitia Imperii. Fabricæ Orientis. *Scutaria & armorum Damaſci. Scutaria & armorum Antiochiæ. Clibanaria Antiochiæ. Scutaria & armamentaria Edeſſæ. Haſtaria Irenopolitu-*

litana Ciliciæ. Ponticæ verò tres. Clibanaria Cæſareæ Cappadociæ. Scutaria & armorum Nicomediæ. Clibanaria Nicomediæ. Aſiana una, ſcutaria ſcilicet; & armorum Sardis Lydiæ. Thraciarum duæ. Scutaria, & armorum Hadrianopoli. Hæmimonti ſcutaria, & armorum Marcianopoli. Illyrici quatuor, Theſſalonicenſis, Naiſſatenſis, Ratiarenſis: ſcutaria, Horreamargenſis. Fabricæ Occidentis: *Sirmienſis ſcutorum, baliſtarum, & armorum: Acimenſis ſcutaria: Cornutenſis ſcutaria: Lauriacenſis ſcutaria: Salonitana armorum. In Italia autem Concordienſis ſagittaria: Veronenſis ſcutorum & armorum: Mantuana, Loricaria: Cremonenſis ſcutaria: Tecinenſis arcuaria: Lucenſis ſpatharia. In Galliis verò Argentoratenſis armorum omnium: Matiſconenſis ſagittaria: Auguſtodunenſis loricaria: Sveſſionenſis ſcutaria, baliſtaria, & clibanaria: Rhemenſis ſpatharia: Triberorum ſcutaria: Triberorum baliſtaria: Ambianenſis ſpatharia, & ſcutaria.*

4. In primis verò proviſum Veteres voluere, nequis armorum uſum & fabricationem hoſtes aut exteros edoceret, ut habemus in Conſtitutione Martiani Auguſti, quæ ſic legitur: *Nemo alienigenis barbaris cujuſcumque gentis ad hanc Urbem ſacratiſſimam, ſub legationis ſpecie, vel ſub quocumque alio colore venientibus, aut in diverſis aliis Civitatibus vel locis, loricas, ſcuta, & arcus, ſagittas, & ſpathas, & gladios, vel alterius cujuſcumque generis arma audeat venundare, nulla prorſus iiſdem tela, nihil penitus ferri, vel facti, vel adhuc infecti ab aliquo diſtrahatur. Pernicioſum namque Romano Imperio, & proditioni proximum eſt, barbaros, quos indigere convenit, telis eos, ut validiores reddantur inſtruere. Siquis autem aliquod armorum genus quarumcumque Nationum barbaris alienigenis, contra pietatis noſtræ interdicta ubicumque vendiderit, bona ejus univerſa protinus Fiſco addici, ipſum quoque capitalem pœnam ſubire decernimus.*

Fabricenses. Vide *Fabricæ armorum.*

Fabri machinarii in exercitu. Vide *Præfectus Fabrûm.*

Fabulæ Romanenses. Romanzi. Vide *Romanenſes Fabulæ*, & *Menſa Rotanda.*

Facies propugnaculi. Vide *Frons.*

Facies in acie. Vide *Acies.*

Factio, onis. Verè Feſtus obſervat honeſtam antiquitùs fuiſſe appellationem, & in bonam partem Factionem acceptam. Et apud Romanos quidem notæ Factiones in Circenſibus, aliiſque ludis, quæ partes erant diviſi populi atque Patritiorum faventes aurigariis, iterum in ſuas Factiones diviſis, certiſque colorum Inſignibus pro palma certantibus. Præcipuè vero ejuſmodi Factiones erant à coloribus ſortitæ vocabulum, Praſina, Veneta, Ruſſata, & Albata. Verum de his vide Mercurialem, Bulengerium, & Scriptores alios, explanatoreſque Circenſium. Frequentiùs accipitur Factio in deteriorem partem; diciturque fere de Urbe diviſa ſeditioſaque, & abeunte in diverſa ſtudia. Illis verò cœtibus authoritas nervique ab aſcitis in partes, & in capita ſeditionis adoptatis civitatis Primoribus ferè quæruntur à plebe diſciſſa. De his Factionibus Cic. pro Mil. *Sępe inter ſe Milo & Clodius cum ſuis Factionibus Romæ depugnaverunt.* Cæſar etiam lib. 6. de bell. Gallic. *In Gallia non ſolum in omnibus Civitatibus atque pagis, ſed & penè etiam in ſingulis domibus Factiones ſunt.* Quod à nobis eſt animadverſum in vulgatiſſima Factione Guelforum, & Ghibellinorum, titulo *Ghibellini.* Veriſſimum autem eſt, quod Livius ootat lib. 4. *Factiones fuerunt, eruntque pluribus populis majori exitio, quàm bella, quàm fames, quàm morbi.* Utinam ejus rei minus acerba atque funeſta teſtimonia producerent omnium fere gentium Scriptores. Et nos quidem de oonnullis in Anglia, Galliaque Factionibus, quæ florentiſſima Regna ſanguinolentis cladibus polluerunt, ſeparatim ſcripſimus ſuis in locis. Teterrimæ verò peſtis ab ingenita mortalibus ambitione prognatæ origo eſt antiquiſſima. Athenienſium Rempublicam pene ad interitum rapuit Factio inter Paralos, & Pedios, ut habet Plutarchus in Solone. Eandem Rempublicam labefactatam Factionibus Caſſandri & Poliarchi, tradit Cornelius Nepos in Phocionis vita. Lacedæmoniorum verò Factiones Philas, & Obas, memorantur à Plutarcho in Lycurgo: item à Livio lib. 21. Hannoſis & Brachina Factiones Carthaginienſium. Ut rem breviſſimè dicam, vix ulli leguntur Hiſtorici, qui non tam armis legitimi Martis, quàm diſſidiis magnarum Urbium, & per domos viaſque Civitatum ſævius quàm io acie graſſante ferro, annales ſuos faſtoſque non expleant. Omitto autem hie de Mario, & Sylla, de Cæſare, & Pompejo, de Lepido, Antonio, & Octavio dicere, quorum præceps & effrenata licentia, pluſquàm Pyrrhi potentia & Annibalis odium, rem Romanam penè peſſundedit. Indicare ſit ſatis Thebanum bellum, quod Græciam fere totam diviſit, complevitque ſtragibus, ortum à Factionibus Etheoclis & Polynicis, quorum fratrum cothurnis Tragicis digna prœlia à Græcis & Latinis Vatibus referuntur. Trojanum etiam bellum, qood longe memoratiſſimum eſt apud vetuſtos Scriptores nonniſi Achillis indignatione, atque defectione ab Agamemoone ad atrox illud & ferale decconium protractum eſt, quod tantum hauſit Europæi & Aſiatici ſanguinis, ut ab Homero, & aliis vel Poetis, vel Hiſtoricis enarratur. Prius me quodcumque demum ſcribendi tempus, quàm res ipſa deficiat, ſi vel leviter delibare, nedum ſtudiosè pertexere inſtituam, quam exitioſa humano generi fuerint, quamque vel diuturnis ipſis ſæviſſimiſque bellis ſæviora partium ſtudia, quibus vel ad capeſſendam injuriarum ultionem, vel ad Imperium proferendum certatum eſt. Vide *Seditio.*

Factiosus, a, um. Saluſt. in Catilin. *Cn. Piſo, adoleſcens noblis, ſummæ audaciæ, egens, Factioſus; quem ad perturbandam Rempublicam inopia atque mali mores ſtimulabant.*

Faida, æ. Germanica vocis notione eſt vindicta, vel inimicitia gravis & aperta ob alicujus cædem ita ſuſcepta privatim, ut per totam cognationem diffundatur, donec cauſæ injuriarum reſidant, & accepta damna ſarciantur. Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum: *Faidam vocabant Franci ſimultatem, apertam, qua unus aliquis ani, vel pluribus bellum denunciat. Ab hac Gallicani ſcribæ Faidoſum appellant, qui Faidam exercet.* Hioc *Faidire*, inimicitiam excitare. Charta de Comitibus Toloſanis: *Si aliquis homo vel fœmina de Toloſa Faidivat, ut guerram faceret Comiti.* Et Faidimentum eadem fere notione ac Faida. Charta S. Ludovici Regis: *Et intelligitur de Faidimen-*

mentis illorum Faiditorum, qui fuerunt, vel erunt Faiditi à Civitate Albienſi. Et *Faiditus*, ac poſtremo *Faidoſus* pro hoſte. Monachus Vallia Sarnei: *Ruptarii, & Faiditi, & multi alii, qui antea erant inimici occulti Comitis*. Eginardus Epiſt. 17. *Aſſerens ſe ad banc remanſionem magna cogi neceſſitate pro eo quod Faidoſus ſit, & cum inimicis ſuis, & his, qui vitæ ejus inſidiantur, hoc iter agere non audeat*. Videndus eſt Cangiua ad Joinvillam diſſertatione integra de Faidis, ſeu bellis privatis. A Faida, vel Feida trahit Voſſius vocem Italicam *Disfidare*. Addit etiam aliam originem, quæ mihi magis probatur à liberanda fide, & amicitia relinquenda. Nonnulli item à fide, ſed alio modo; ut *disfidare* ſit quempiam appellare de fide læſa.

Falæ, arum. Vide *Phalæ*.

Falarica. Vide *Phalarica*.

Fali, orum. Vide *Phali*.

Falcarii. Occurrunt apud Ciceronem 1. Catil. *Dico te priori nocte veniſſe inter Falcarios in M. Leccæ domum*. Nizzolius exponit milites quibuſdam falcibus armatos. Sequor Muretum, Lambinum, & alios, apud quos *Falcarii* nomen eſt vici, ſeu loci in Urbe, ubi agebant confectores falcium. Notum eſt in magnis Urbibus conjunctim in iiſdem callibus inhabitare earundem artium opifices.

Falcarius, a, um. Quod ad falcem pertinet: ut cotes falcariæ, quibus falces acuuntur. Iſidor. Gloſs.

Falcatus, a, um. Fit à verbo Falco. Plin. lib. 17. cap. 10. de ſatione & avulſione arborum: *Serendas quam maxime falcatas & e novella*. Falcati enſia Silius lib. 3., & nos alibi meminimus.

Falcifer, a, um. Falcem ferens, Saturni Epitheton apud Martialem lib. 5.

Falciferi defendere templa Tonantis.

Falcastrum, i, Pro ruſtico inſtrumento, quo vepres abſcinduntur. Iſidorus lib. 20. cap. 14. *Falcaſtrum inſtrumentum ferreum curvum, cum longo manubrio ad denſitatem veprium ſuccidendum. Sic dictum quia recurvum ad ſimilitudinem falcis. Idem & Runco dicitur*. Pro falce militari, ſeu enſe falcato: occurrit in Hiſt. M. S. Excidii Acconis: *Portantes ibidem - lanceas, Falcaſtra, caſſides, & loricas*. Vide *Runco*.

Falcati currus. Horum inventorem Erichthonium fuiſſe refert Pliniua, Sed ille ad uſum ſpectaculorum, & urbanam oblectationem illos eduxit. Tranſierunt poſtea ad veras pugnas, uſumque bellicum. Adhibitos verò primùm fuiſſe à Cyro Rege tradit Xenophon. Scribunt tamen alii Antiochum & Mithridatem ingenti terrore eos primum intuliſſe. Eorum formam atque ſtructuram habet Curtiua lib. 4. per hæc verba: *Ingens, ut crediderunt, terror hoſtium ducentæ falcatæ quadrigæ, unicum illarum gentium auxilium, ſunt ſequutæ. Ex ſummo temone haſtæ præfixæ ferro eminebant. Utrinque à jugo ternos direxerant gladios, & inter radios rotarum plura ſpicula eminebant in adverſum. Aliæ inde falces ſummis rotarum orbibus hærebant, & aliæ in terram demiſſæ, quidquid obvium concitatis equis fuiſſet, amputaturæ*. Hujuſmodi currus, quemadmodum magno primum terrori fuerunt, ita poſtea deriſi ſunt. Nam difficile primum aguntur, & levi impedimento detinentur. Iterum verò tribulis, aliiſque projectis offendiculis, ut eſt à Romania contra Barbaros factitatum, retardabatur facile eorum impetus. Prædictorum curruum qui falcati à ſupramemoratis ex Curtio falcibus appellati ſunt, delinationem habes apud Steuvechium in Veget. lib. 3. cap. 24. Verùm effigies Falcati currus à Steuvechio propoſita parum probatur Radero in Comment. ad Curtii lib. 4. Loquuntur de iiſdem curribua Diodorus Siculus lib. 17. Veget. lib. 3. cap. 24. Deſcribuntur autem à Livio lib. 27. in hunc modum: *Armatæ autem in hunc maxime modum ſunt. Cuſpides circa temonem ab jugo decem cubita extantes, velut cornua habebant, quibus quicquid obvium daretur, transfigerent: & in extremis jugis binæ eminebant falces, altera æquata jugo, altera inferior in terram devexa, ita ut quidquid ab latere objiceretur, abſcinderet; hæc ut prolapſos ſubeuntesque contingeret. Item ab axibus rotarum utrinque binæ eodem modo diverſæ deligabantur falces*. At mox proſequitur, quemadmodum res vani timoris in ſuorum denique perniciem verterit. Cæterum vana illa res veræ mox cladia cauſa fuit: *Auxilia enim ſubſidiaque, quæ proxime locata erant, pavore & conſternatione quadrigarum territa, & ipſa in fugam verſa, nudarunt omnia uſque ad cataphractos equites*. Attexo, quod primo loco fuerat obſervandum, Falcatas quadrigas etiam à Sacria literis memorari. Sic enim legitur lib. Judic. cap. 1. *Fuitque Dominus cum Juda, & montana poſſedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant*. Et iterum cap. 4. *Clamaverunt filii Iſrael ad Dominum: nongentos enim habebat Falcatos currus*. Et paulò poſt: *Et congregavit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum &c.* Meminit eorum Statius lib. 10.

Antea falcato luſtrantem mœnia curru
Deſuper Ogygiæ pepulit gravis impetus haſtæ.

Falcatores. Milites falcibus inſtructi. Memorantur à Thuroczio in Salomone Hungariæ Rege cap. 52. Ab Iſidoro in Gloſſis dicuntur Falcarii.

Falco, onis. Avis nota, pedum pollices incurvos habens: à cujus ſimilitudine in arripienda diſcindendaque præda habemus *Falcone*, & *Falconetto* pro genere bombardæ minoris. Ante uſum bombardarum invenio ejuſdem nominis organum militare. Pulcius Ciriff. Calvan. c. 1.

Tibaldo intanto à rafforzarſi atteſe,
E gatti, e grilli, e falcon ſacea ſare.

Vide ſequentem titulum.

Falcula, æ. Parva falx. Colum. lib. 12. cap. 18. *Nec minus Falculæ & ungues ferrei quamplurimi parandi*. Cato etiam Falculas vineaticas dixit, & Varro Falculas ruſcarias. Alia notione Falculæ ſunt extremitates unguium in pantheris, pardis, leonibus, & hujus generia feris, quoniam incurvatæ & aduncæ ad modum falcis. A Falculis dictus eſt Falco, avis ex genere accipitrum, quòd ungues habeat ad falcularum imitationem recurvos. De iia verò Falculis Plinius lib. 8. cap. 15. *Mirum pardos, pantheras, leones, & ſimilia, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringatur hebeteturve, ingredi, averſiſque Falculis currere*. Et Solinus cap. 30. *Hoc adeo cuſtodiunt, ut nonniſi averſis Falculis currant*. A Falcone verùm ave appellationem naſciſcitur genus bombardæ minoris, quod vulgo dicimus *Falcone*, *Falconetto*: quemadmodum ex eodem accipitrum genere ea traxit fulminalium vocabula recens militia

litia *Sagri*, *Moſchetti*, *Smerigli*, ut à nobis eſt notatum alibi, producta etiam probabili cauſa & origine, cur ex accipitrum fœtura & ſobole eas appellationes induerint commemorata tormenta pulveraria.

FALCICULA, æ. Falcula, parva falx. Palladius l. 1. T. 43. *Item Falciculas breviſſimas tribulatas, quibus filicem ſolemus abſcindere.*

FALSO, onis. Enſis, ſeu potius Lanceæ genus apud Latinobarbaros. Synodus Nemauſenſis: *Enſes non deferant, nec cultellos acutos, nec lanceas, ſeu Falſones, niſi fortè ex cauſa probabili tuitionis, ſeu guerræ.* Non abſimile inſtrumentum nomine Falſarii indicatur ab Alberico in Chron. M. S. de pugna Bovinenſi: *Ante oculos ipſius Regis occiditur Stephanus de Longo Campo, in capite percuſſus longo & gracili trialemella, quem Falſarium nominant.* Idem à Sanuto lib. 2. dicitur Falſador. *Decet ante dictum habere ſagittaminum numerum infinitum, & præcipuè ex eis, quæ Falſadores vulgariter appellantur.* Idem Sanutus alibi vocat Falſadoria: *Duodecim magiſtri ad faciendum Falſadoria atque tela.* Vides ex his teſtimoniis variatum eſſe à Scriptoribus in acceptione bujus inſtrumenti; & modo ſicam, modò ſagittam, & miſſile cum eodem promiſcuè ſumi. Conjicio aliud fuiſſe Falſonem, aliud Falſarium, ſeu Falſadorem, & Falſadorium. Quod attinet originem nominis ſunt, qui à falce nuncupata exiſtiment illa arma. Suſpicor furtivum & adulterinum genus armorum primitùs ſaltem fuiſſe: dictoſque Falſarios & Falſones juxta acceptionem, qua monetam ſalſariam dicimus. Facilè dolonis & veruti ſimile quidpiam fuere. Italis *Verdago*.

FALSADOR, oris, &
FALSADORIUM, ii, &
FALSARIUS, ii. } Vide *Falſo*.

FALX. Pro genere aciei diſponendæ. Id ſcilicet genus eſt, quod Ælianus dixit Aciem incurvam. In orbem illa partim flectitur, ita tamen ut cornua ſe vertant ad tergum, & medium orbis emineat ad modum falcis. Sic ordinata acies navalis memoratur à Polyæno, qui inſuper ejuſdem uſum proponit lib. 3. *Timotheus circa Leucadem navali prælio Lacedæmonios devicit. Multis contritis ſcaphis, decem naves ſupererant hoſtium, aptæ navali prælio, quas metuebat. Timotheus reverſus ad navale, nauticum exercitum falcatâ figurâ inſtruxit, & contra hoſtes circumferentiam vertens navigiis intus comprehenſis navigationem ad terram inſtituit, jubens ſecundum puppim impellere, ut proris ex adverſum collocatis, facilè ſe ab hoſtilibus decem navibus defenderent. Hanc ordinis figuram hi, qui decem naves tenebant, metuentes, aggredi non audebant.*

FALX. Ferramentum aduncum, quo ſecari ſolent ſegetes & herbæ; putari autem vites, minuſque duræ arbores. Falces à Catone numerantur Fœnaria, Stramentaria, Arboraria, Vineatica, Silvatica, Ruſcaria. Sed longè aliud bellicum inſtrumentum. Hoc verò eſt ferrum adunca & præacuta cuſpide, longioribus tignis præfigi ſolitum, ad incidenda & diruenda hoſtium opera. A Phœnicibus inventum memorat Diodorus Siculus adversùs machinas Alexandri, Tyrum oppugnantis. Tradit autem præfatus Author lib. 7. in ejus Urbis oppugnatione inventos fuiſſe aſſeres cum adnexis ſalcibus, quæ arietum armamenta diſcinderent, aut ita lacerata corrumperent, ut minimum virium illis ſupereſſet in muris quatiendis. Simile quid fuiſſe arbitror Manui Ferreæ, vel Corvo Demolitori. Hujus generis extitiſſe ſuſpicor ſalces illas, quas injectis laqueis ſruſtrari conſueviſſe diſcimus ab Appiano de bell. Punic. *Haſtis ſubruebat aggerem, falces injectis laqueis deflectebat, arietum impetum retundebat tranſverſis trabibus.* In eandem ſententiam illa ſunt Cæſaris de bell. Gall. 7. *Laqueis ſalces avertebant, quas cum deſtinaverant, tormentis introrſus reducebant.* Idem ibidem lib. 3. ita ſcribit: *Una erat magna uſui res præparata à noſtris: Falces præacutæ inſertæ, affixæque longuriis, non abſimili forma muralium falcium. His cum funes, qui antennas ad malos deſtinabant, comprehenſi adductique erant navigio remis incitato, prærumpebantur: quibus abſciſſis, antennæ neceſſariò concidebant.* Ex quo liquet in navali præſertim oppugnatione adhibitas fuiſſe ſalces. Quod etiam tradit Vegetius lib. 4. cap. ult. *Falx dicitur acutiſſimum ferrum, curvatum ad ſimilitudinem falcis, quod contis longioribus inditum calatarios funes, quibus antenna ſuſpenditur, repente præcidit; collapſiſque velis liburnam pigriorem & inutilem reddit.* Erat igitur ea ſalx inſerta longurio, adhibitaque præcidendis funibus hoſtilium antennarum, ut aufugere non poſſent hoſtium naves, corrugatis nimirum prolapſiſque velis inciſione funium, atque ipſis antennis decidentibus. Falces eidem quidem ſubſervientes uſui, ſed paulò diverſas ſic exponit Oroſius: *Falces acutiſſimas non pertinaciter contis præfixas, funibus autem ſubnexas paraverant, quibus cum opus eſſet, apprehenſos eminus radentes, ſubductis haſtilibus per funem, falcem ſubtrahendo ſucciderent. His celeriter expeditis diſrumpi hoſtilium antennarum armamenta præcepit. Ita antennis ruentibus, complures illicò naves velut captas immobiles reddidit.* Eodem falcis nomine habemus genus enſis. Enſis falcatus. Martial. lib. 14.

Pax me certa Ducis placidos curvavit in uſus:
Agricolæ nunc ſum, militis ante fui.

Statius Gelonis attribuit falcem.

arcumque Getæ, falcemque Gelonus.

Et ex Statio Claudianus:

non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getæ, non Sarmata conto.

FAMA, æ. A fando Feſtus trahit. Sed melius deducitur à φημη Græcorum, & nulla mutatione facta à φαμα ex Dorica dialecto. Opinio eſt de hominum ſive vitiis ſive virtutibus lata, vulgata, & diuturna. Frequentiùs in bonam partem, quàm in malam accipitur. Hoc differt à rumore, quòd hic de recenti dicitur eventu, fama de inveteratis, licet incerti ſint. Nihil verius prolatum eſt notiſſimo Hiſtorici effato. *Famâ bella conſtant.* Mirum ſane ad rei militaris felicitatem, ac præſertim Imperatorum dignitatem ſuſtinendam conducit horum virtutis, peritiæ, & felicitatis opinio, altè defixa, & penitus inſita militum animis. Probè Seneca acutèque advertit artem Alexandri Macedonis, qui non tam ſuperbia quadam, quàm aſtu ſe Jovis filium eſſe bellorum initio diſſeminavit. Opinione ſiquidem divinitatis longe plura confecit, quàm virtute & robore militari. Equidem quæ natio non ſe confeſtim jucundèque ſubiiceret Jovis filio, Ducique divino? Opinio virtutis Imperatoriæ mirum in modum confert, ut

co-

copiæ militares labores bellicos, famem, ſitim, aſperas commigrationes, ſtativa ſub dio, & omnem aeris inelementiam firmiter conſtanterque ſuſtineant. Famam pneticè deſcribunt Virgilius 4. Æneid., & Ovid. 2. Metam. Nulla eſt hac nominis perpetuitate humanis ingeniis jucundior illecebra. Dulce magnumque creditur, vitam proferre ultra cineres, nnvamque ex urnæ veluti nido annorum ſeriem ordiri. Petrarcha:

Vidi dall'altra parte giunger quella,
Che trae l'huom dal ſepolcro, e in vita il ſerba.

Ubi de fama ita loquitur, tanquam illuſtria mortalium facta ab eadem cuſtodiantur in poſterum, quo modo myrrhâ & aliis odoramentis aſſervari ſolent Regum cadavera. Eò reſpexiſſe Dantem Parad. can. 3.

Onde Torquato e Quinzio, che dal Cirro
Negletto fù nomato, e Decj e Fabj
Ebber la Fama, che volentier mirro,

tradit Vellutellus: *Mirro, cioè, la quale ora io, come Imperador Romano che fui, volentier conſervo; perche ſicome la mirra conſerva i corpi da putrefattione, così la Fama conſerva i nomi da oblivione.* Aliter tamen id exponitur à Varcho Hercolan. *Il medeſimo* (Dante)

Ebber la Fama, che volentier mirro,

in vece di miro. Non effugit Varchus Caſtelvitri Sannam, qui itâ ſcribit Corret. Dialog. *Molto ſi beffà il Varco, che Aleſandro Vellutello abbia ſpoſto Mirro, che è nel 6. Canto del Parad. di Dante, per ungeva di Mirra:* & paulò poſt: *E non sà, che Aleſandro Vellutello non è autore di quella ſpoſitione, mà Benvenuto la laſciò ſcritta nel ſuo Commento: il quale, perche udì Giovanni Boccaccio interpretare la Commedia di Dante, è da credere che l'udiſſe da lui; e ſe l'udì da lui, è ancora da credere che eſſo Boccaccio l'aveſſe udita da chi l'aveva udita da Dante medeſimo.* Vera prædicat Caſtelvitrus de Benvenuto Imolenſi, cujus verha ſunt: *dice,* la Fama ch'io volentier mirro, *cioè che ungo di tale mirra, che la conſerverà per lo tempo futuro.* Ego tamen aſſentior Varchn, quoniam duriuſcula conſectari explendo rythmo frequenter Dantes aſſolet.

2. Sed multis ſuaviſſima illa Siren modis mortales decipit. Nam licet affluant præclara facinora, adhuc longa & vigens ſactorum commemoratio res eſt caſui obnoxia & plena fortunæ. Horat. lib. 4. 9.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes illacrimabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte.

Neque pnrrò ſamam adepti ſemel jus in illam ſatis diuturnum exercent. Langueſcunt reſiduntque identidem intermortuæ multorum memoriæ; aliique ſubinde alios à ſama, tanquam à tralatitii fundi poſſeſſione deiiciunt. Quemadmodum eoim vitam ipſam, qua fruimur, poſt certos annns aliis utendam quaſi lampada per manus tradimus, ſic omnis Veterum memoria novę lucis ſplendore quodam perſtricta, cedit & evaneſcit, per certa temporum intervalla aliis ſubeuntibus publica dignis prædicatione viris ſactiſque. Jam vero quemadmodum Famam, vitam alteram, appellamus, Bernar. Taſſ. Amad.

Mentre ch'ei nell'età verde e fiorita,
Spinto da un'onorato e bel deſio
Di viver chiaro la ſeconda vita
E di morte ſprezzar gli ſdegni e l'ire,
Andava errando,

Ad eundem modum mors eſt altera noſtrorum nominum, rerumque noſtrarum oblivio. Boet. metr. 7.

Quod ſi putatis longius vitam trahi
Mortalis aura nominis;
Cum ſera vobis rapiet hoc etiam dies,
Jam vos ſecunda mors manet.

Hæc ipſa ſuit Petrarcæ ſententia, cum ſcripſit.

Chiamaſi fama, & è morir ſecondo.

Rei certæ compertiſſimæque aſſiduis experimentis cauſam addidit Dantes, ut ſolet, acutiſſimè:

La voſtra nominanza è color d'herba,
Che viene e và, e quel la diſcolora
Per cui ella eſce dalla terra acerba.

Nam veluti ſuo Sol calore herbas evocat, educit, fovetque, eaſque mox, eodem validius urente, exſiccat & extinguit, ad hunc fermè modum ſavor publicus ſæpe mutatus deſerit, quos antea extulerat reddideratque ſpectabiles. Idcircò Famam ſimilem vento eſſe idem Poeta affirmavit:

Non è il mondan rumore altro che un fiato
Di vento, ch'or vien quinci, & hor vien quindi,
E muta nome perche muta lato.

Quod poſtremò ſuorum tempnrum notis illuſtrat exemplis.

Credette Cima-bue nella pintura
Tener lo campo, ed hora à Giotta il grido,
Talche la fama di colui oſcura:
E così hà tolto l'uno a l'altro Guido
La gloria della lingua, e forſe è nato
Chi l'uno e l'altro caccierà di nido.

Proinde cum famâ ipsa, quam tantopere cupimus, nihil conſtet eſſe ſugacius leviuſque, ſinas, lector, ut Petrarcæ verbis Dialog. 117. te alloquar: *Mitte ſpes inanes & vana deſideria, contemptiſque terreſtribus jam tandem, & optare diſce, & ſperare cæleſtia.* Erige animum ad contemplationem illius felicitiſſimæ ſtationis, de qua idem Petrarcha cecinit:

E non havranno in man gl'anni il governo
De le fame mortali; anzi chi fia
Chiaro una volta, ſia chiaro in eterno.

3. Sed viviſſimis expreſſam coloribus Famæ Idolopæjam, quantumque in re potiſſimum bellica roboris habeat accipe ex Lucano lib. 1.

Cæſar, ut immenſæ collecto robore vires
Audendi majora fidem feeere, per omnem
Spargitur Italiam; vicinaque mœnia complet.
Vana quoque ad veros acceſſit Fama timores,
Irrupitque animos populi, clademque futuram
Intulit, & velox properantis nuntia belli
Innumeras ſolvit falſa in præconia linguas.

Et infra:

ſic quiſque pavendo
Dat vires famæ: nulloque auctore malorum
Quæ finxere, timent.

Scitu etiam dignum eſt, quod reſpondit Marcellus Fabio Conſuli, ſuoque Collegæ, cum reducere cogitaret copias ab oppugnatione Caſalini, poſtquam expectatione ſua firmius munitum oppidum offenderat. Sic enim legitur apud Liv. Dec. 2. lib. 4. *Multa magnis Ducibus ſicut non aggredienda, ita ſemel aggreſſis non dimittenda eſſe, quia magni Famæ momenta in utramque partem fierent.* Ejuſdem Hiſtorici illa ſunt Dec. 1. *Nam Famæ quidem ac fidei damna majora eſſe, quàm quæ æſtimari poſſent.* Et Dec. 3. *Famam*

bellum

Digitized by Google

bellum conficere, & parva momenta in ſpem metumque impellere animos. Ejuſdem vigoris illud eſt Taciti de morib. German. *Et ipſá plerunque famá bella profligant.* Graviſſimum inprimis eſt Famæ momentum initiis belli. Idem Tacit. Hiſt. 2. *Gnarus, ut initia belli proveniſſent, famam in cætera fore.* Quod alibi aliis verbis ſic enunciat: *Fama in novis cœptis validiſſima eſt: nam primis eventibus metus, aut fiducia gignitur, prout enim prima ceſſerint, futura ſunt univerſa.* Iphicratis apud Plutarchum effatum fuit; vereri ſe Barbaris, contra quos erat pugnaturus, non eſſe notum: nam ſolo nomine aliis hoſtibus terrorem incutere ſolitum. Simile illud Pacati ad Theodoſium: *Et ſiqui forte ſunt Barbarorum, qui nondum virtutis tuæ fulmen exceperint, nominis terrore percuſſi & velut afflati quieſcant.* Addo paúcula ex Poetis. Claudian. de bell. Gild. ad Theodoſium:

plus nominis horror
Quàm tuus enſis aget.

Pompejus apud Lucan. l. 8.

ſed me vel ſola tueri
Fama poteſt rerum toto quas geſſimus orbe.

Idem ſonant Aletis verba ad Ducem Godefridum apud Taſſum c. 2.

Il nome tuo, che non riman tra i ſegni
D'Alcide, homai riſuona anco frà noi:
E la fama d'Egitto in ogni parte
Del tuo valor chiare novelle ha ſparte.

Tum quę ad eundem proferuntur ab Armida Cant. ✦

Principe invitto, diſſe, il cui gran nome
Sen vola adorno di sì chiari fregi,
Ch'eſſer da te vinte, & in guerra dome
Recanſi à gloria le Provincie, e i Regi.

Quî fieri poſſit, ut uſque adeo fama polleat præſtetque in rebus agendis, non admodum difficili negotio pernoſcent qui intellexerint, minimum veritate, opinione plurimum impelli nos incendique ad res arduas; nec tam quid res ipſæ flagitent, quàm quò ſua quemque exiſtimatio agit, perpendere. Epictetus in Enchir. *Turbant homines non res ipſæ, ſed ſuæ de rebus opiniones.* Vide plura apud Janum Gruterum Comment. ad Tacit. cujus eruditio nihil deſiderare te ſinet in hac materia.

Fames. A Græco veteri Comico verè prolatum eſt,

Fames docere multa mortales ſolet.

De eadem dictum eſt etiam appoſitè, duriſſimam conſultricem eſſe, & quæ nihil non dulce reddat præter ſe ipſam. Quodſi non fames ipſa, ſed vel leviſſimus ejuſdem timor atque ſuſpicio moleſtiſſimis perturbationibus afficit in otio ſinuque ſedatiſſimæ tranquillitatis degentes Urbes; publicique annonæ curatores ſumma ſtatim diligentia egeſtati publicæ medentur & provident; longo potiori jure vitandam eſſe in caſtris cibariorum inopiam, perſpicuum quilibet & conſectaneum eſſe continuò judicabit. Nulli non notum eſt milites & bellatores in caſtris & acie non ſerere, non metere, non anni fruges, cibaria, vel annonam recondere. Imò nihil ſtudioſiùs acriùſque hoſtes ſatagunt, quàm commeatus intervertere, impedire pabulationem, & omnis generis alimenta incendiis & vaſtatione conſumere. Atqui nulla inſuper pronior aut frequentior cauſa ſeditiones excitandi, obſequiumque & reverentiam in Ducem palam exuendi, crebra etiam pertentandi transfugia, nulloque non obteſtationum & conviciorum genere improvidos Duces inceſſendi, quàm annona arctior, & eſuries manipularium. Veriſſime ſcripſit Vegetius penuria ſæpiùs quàm prœlio exercitus conſumi, ferroque & igne ſæviorem famem eſſe. Præſertim cum cæteris caſibus ſubveniri facilè poſſit, penuria verò rei cibariæ remedium non habeat, utpote quæ nonniſi laborioſè & cunctanter reparari ſarcirique poteſt. Accedunt innumera morborum genera, perpetuæ famis pediſſequæ, quibus obſiti legionarii nec ſatis ferre poſſunt laborem militarem, nec adversùs hoſtes præ virium imbecillitate procedere. Exangues proinde pallidique, & cruribus præſertim extumeſcentibus ſub pellibus detinendi ſunt, nutriendique ſæpe alimentis ipſa fame crudelioribus. Ingens inde conſternatio animorum, & demiſſa ubique capita pavorem teſtantia: accedunt crebra ſunera, quæ polluto aere quam latiſſime teterrimam luem propagant. Sic autem Juſtinus lib. 2. de Exercitu Xerſis; *Multorum dierum inopia contraxerat peſtem, tantaque fœditas morientium fuit, ut viæ cadaveribus adimplerentur.* Quantum autem extrema eſuries demittat bellatorum animos, corpora verò extenuet & emaciet, accipere libet ex Claudiano de bell. Gildon; ubi ita deſcribit inceſſum habitumque Romæ cibariorum inopia laborantis:

Exitii jam Roma timens, & feſſa negatis
Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi;
Non ſolito viſu, nec qualis jura Britannis
Dividit, aut trepidos ſubmittit faſcibus Indos.
Vox tenuis, tardique gradus, oculique jacentes;
Interiùs fugere genæ, jejuna lacertos
Exedit macies, humeris vix ſuſtinet ægris
Squalentem clypeum, laxata caſſide prodit
Canitiem, plenamque trahit rubiginis haſtam.

Et paulo poſt:

Advenio ſupplex, non ut proculcet Araxem
Conſul ovans, noſtræque premant pharetrata ſecures
Suſa, nec ut rubris aquilas figamus arenis;
Hæc nobis, hæc ante dabas. Nunc pabula tantum
Roma precor. Miſerere tuæ, Pater Optime, gentis:
Extremam defende famem.

Eadem mox nulla non infortunia fame leviora ducit.

Porſenna reducat
Tarquinios; renovet ferales Allia pugnas:
Me potius ſævi manibus permittite Pyrrhi;
Me Senonum furiis, Brenni me reddite flammis;
Cuncta fame leviora mihi.

Audi Cornazanum:

Ne più ſpietata guerra può trovarſe
Di quella della fame, che combatte
L'Anime dentro ſenza inſanguinarſe.
Ch'io leggo coſe per aſſedio fatte,
Ch'io tremo ſol della mia voce propia,
Ch'a sì dur porto ſon l'anime tratte.
Bene è in ogn'atto tuo tentar la copia
Di ſtrame, blade, e maxime conſilia,
E l'oſte, ſe tu poi, trarlo ad inopia.

2. Ad eam caſtrorum perniciem averruncandam vires omnes meritò ſolent intendere expertiſſimi quique Duces, nihilque antiquius habere, quàm annonam, hordeum, ac ſpecies omnes annonarias quanta maxime poſſunt ſedulitate in antecesſum

ſum

Digitized by Google

ſum cogere & aggregare, potiorem curam habentes copiæ cibariæ, quàm armorum & machinarum. Diſcere id primum quidem licet ex ſacris libris. Sic enim habetur Judic. cap. 20. *Decemviri eligantur è centum, ex omnibus tribubus Iſrael, & centum de mille, & mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, & poſſimus pugnare contra Gobaa Beniamin, & reddere ei pro ſcelere quod meretur.* Accedit Vegetii admonitio lib. 4. cap. 7., ubi de obſeſſis ita loquitur: *Quamvis levi ſuſpicione pulſati omnem alimoniam victûs intra muros debent ſtudioſiſſimè collocare, ut ipſis exuberet ſubſtantia, adverſarios inopia cogat abſcedere.* Sciebat optimè Cæſar laxioris annonæ paratu vehementer afferi obſtringique militum obedientiam; eoſdem verò abalienari, detrectare imperia, ſigna deſerere, à ſacramento & fide deficere, ſi rerum penuria laborent & coarctentur. Atrox nimirum neceſſitas, & violentum eſt famis imperium. Proinde de Duce illo cecinit Lucanus lib. 3.

tunc pectore curas
Expulit armorum, pacique intentus agebat,
Quoque modo vanos populi conciret amores,
Gnorus & irarum cauſas, & ſumma favoris
Annona momenta trahi: namque aſſerit urbes
Sola fames, emiturque metus, cum ſegne potentes
Vulgus alunt: neſcit plebes jejuna timere.

Quod enim truculentius telum magiſque pertimeſcendum negatis cibariis, quæ vel animalium viliſſimis obvia eſſe natura voluit? Quam miſerabile illud apud eundem Lucanum lib. 4.

Jamque comes ſemper magnorum prima malorum.
Sæva fames aderat: nulloque obſeſſus ab hoſte
Miles eget, toto cenſu non prodigus emit
Exiguam Cererem.

Annibal Imperatorum ſagaciſſimus non alio machinationum genere, deliberatum habuit Romanos opprimere ad Trebiam, ubi eoſdem memorabili affecit clade, quæ initium illis fuit diuturnæ malorum Iliadis, quibus poſtea ſic conflictati ſunt, ut vel hoſtium ſuorum commiſerationem meruerint & extorſerint. Sic autem Polybius de memorato Annibalis conſilio: *Annibal prima luce Numidas equites tranſgreſſos Trebiam flumen, obequitare jubet hoſtium portis, jaculandoque laceſſere ad pugnam hoſtem: cupiens eum imparatum, improvidumque, & quod plurimi faciebat nondum pranſum aggredi, cæteris deinde Ducibus ſimiliter ad prælium hortatis, præceptum ut prandere omnes ſuos juberent, armiſque atque equis inſtructos prælii ſignum expectare.* Contra verò eadem Romana gens nullo ſe majore beneficio devinctam prædicavit, quàm cum eidem, poſt cladem alteram acceptam ad Thraſimenum, Hieron Siciliæ Rex trecenta millia modiorum tritici, hordei verò ducenta millia ſubmiſit, qua tempeſtiva largitione reſpirare paululum Civitas viſa eſt. Quid enim acerbiùs quàm ſubdi amariſſimis extremæ inopiæ legibus, quæ ad fœda & inquinatiſſima edulia miſerrimas ſæpe copias adegit, ob improvidorum Ducum nunquam ſatis improbandam aut devovendam ſui muneris ignaviam & imperitiam.

3. Prætereo autem hic, quod creberrimò apud Hiſtoricos legitur, ultimæ famis ſuaſu converſos in alimentum lumbricos, caninas equinaſque carnes, obviarum plantarum radices frondeſque, aliaque id generis, quæ vel infimæ pecudes refugiant & abhorreant. Nonne ferales Terei Atreique cœnas à Tragicis vatibus non ſine horrore decantatas illa ſuperant præeuntque militum exempla, qui humanorum etiam corporum dapibus uſi ſunt, ipſiſque veſci cadaverum reliquiis non reformidarunt? Factitatum id ab Athenienſibus, cum à Cornelio Sylla eorum civitas oppugnaretur, legimus apud Appianum in Mithridate. Eòdem calamitosè progredi non ſunt reveriti Numantini cum à Scipione vallo & aggere ſic eſſent circumdati, ut omnis eiſdem commeatuum ſpes intercluderetur. Caliguritanos verò in eadem Hiſpania uxores ſuas natoſque ad uſum nefariæ dapis vertiſſe, ſcribit Valer. Max. lib. 7. cap. 6. Notiſſimum autem eſt, Cambyſis milites in expeditione Æthiopica eò famis acerbitate fuiſſe compulſos, ut decimum quemque militem ſociis militibus devorandum ſortirentur. Operæ fuerit audire Herodotum in Thalia rem enârrantem; *Ipſe cum reliquis copiis adverſus Æthiopes contendit. Sed antequam quintam itineris confeciſſet exercitus, protinus eum commeatus omnis, quem ſecum habebat, defecit. Mox & jumenta ad veſcendum defecerunt.* Et mox: *Milites quandiu quid de terra ſumerent habuerunt, herbis victitaverunt. At ubi ad Sabulum pervenere, ibi nonnulli diram rem perpetraverunt: nam ſortiti ex ſe ipſis decimum quemque comederunt. Id audiens Cambyſes veritus ſuorum mutuam depaſtionem, intermiſſa adverſùs Æthiopes expeditione, retrò rediit.* Quod etiam tetigit Lucanus lib. 10.

veſanus in ortus
Cambyſes longi populos pervenit ad ævi;
Defectuſque epulis, & paſtus cæde ſuorum
Ignoto te, Nile, redit.

Audiendus poſtremò Juvenalis, qui Satyr. 15. de Vaſconibus ita ſcribit:

Vaſcones (ut fama eſt) alimentis talibus uſi
Produxere animas; ſed res diverſa, ſed illic
Fortunæ invidia eſt, bellorumque ultima, caſus
Extremi, longę dira obſidionis egeſtas.
Hujus enim, quod nunc agitur, miſerabile debet
Exemplum eſſe cibi. Sicut modo dicta mihi gens
Poſt omnes herbas, poſt cuncta animalia quidquid
Cogebat vacui ventris furor, hoſtibus ipſis
Pallorem ac maciem & tenues miſerantibus artus,
Membra aliena fame lacerabant, eſſe parati
Et ſua. Quiſnam hominum veniam dare, quiſve Deorum
Viribus abnuerit dira, atque immania paſſis,
Et quibus ipſorum poterant ignoſcere manes,
Quorum corporibus veſcebantur?

Sed ſupra omnem fidem atrox fœdumque accepimus, quod de Comite Ugolino à Villano & aliis eſt memoriæ traditum. Is cum quatuor captivis filiis conjectus in turrim, carceris clavibus in Arnum projectis, eo demum adactus eſt, ut filios primum cibi inopia efflantes animam cerneret, tum ipſe fame enectus miſere perierit. Eventum apprime tragicum flebili carmine exponit Dantes Inf. c. 33. cujus verſus adſcriberem, ſi res eſſet militaris. Poſt hæc tenue fuerit recenſere ſcutorum coria præmanſa. Silius lib. 6.

rabidi jejunia ventris
Inſolitis adigunt veſci, reſolutaque nudos
Linquentes clypeos armorum tegmina mandunt.

Ve-

Verum famis, omnia aliarum gentium atroeiſſima quamlibet exempla complectentis, deſcriptionem accipe à Gulielmo Dondino Hiſt. lib. 2. *Interim in Urbe concluſi cives famis horrendæ malis conſlictabantur. Jam frumenta primùm defecerant, cæteraque frugum meliorum pabula, deinde avena quoque tenuis tenuiorum cibus: cujus modios mille quingentos ad ultimæ neceſſitatis uſum ſepoſuerant. Coria jumentorum, & pelles fervidâ maceratas aquâ mandere aggreſſi, non ſolùm tenerrima frondium urbanis in hortis, verùm etiam herbarum radicumque germina ſaxis Urbis, & aggeribus internata conſumpſerant. Quoniam jumenta grandiora equi mulique ad victum familiarum Principum carò venibant, pauperiores, feles, mures, putria id genus animalia pro delicatis epulis conſectabantur. Quæ tamen aſſiduus venatus atque ipſa penuria ſibi tandem extinxerat: viva famis remedia fame perimente. Ut annonæ de publico ſatis frugaliter appendi ſolitæ obſonium milites adderent, cuſtodes domorum canes blanditiis eliciebant, & injectis in cervices repente collaribus ſtrangulabant. Quin eò ſævitiæ veniſſe proditum; ut ſemivivos præ inedia puellos, quos inopia cibi domibus expulerat, furtim arreptos, jugulatoſque in alimentum verterent fame crudelius. A fœminis atiam eodem furore percitis, infantes in materna regeſti viſcera tragædiæ Hieraſolymitanæ imitamento feruntur. Ad ultimum audita edulii genere, quo Turcæ à Perſis obſeſſi toleraverent famem, e contuſis exhumatorum oſſibus cadaverum farinâ confectâ: tam horridi & fœdi victus exempla renovare, mortis horror, & fœditas major compulit. Ad tumulos igitur & ſepulchreta, tanquam ad horrea ventitantes, inde prodibant cadaveribus paſtis concolores, graveſque mortibus alienis & ſuis.*

4. Teterrimis iſtinſmodi & ſepulchralibus nutrimentis comparatus, ex herbis obviis confectus panis fami ſedandæ videri poterit lautitiarum genus quoddam atque deliciarum. Pompejus conſpecto pane herbaceo, quo Cæſariani utebantur milites inhorruiſſe dicitur, ac vehementer ſuſpexiſſe eorum duritiem. Appian. de bell. Civil. lib. 2. *Cæſari ſanè nihil à mari accedebat, quod hoſtis patiretur claſſibus. Quare exercitus ejus neceſſe habuit herbas in panis uſum vertere. Quod genus panis transfugæ obtulerunt Pompejo ut rem lætam; ille verò nihil lætatus, cum qualibus, inquit, pugnamus beſtiis?* Non impari calamitate conſumpſit copias Antonius in expeditione adversùs Parthos ſuſcepta. Ubi atrociſſimæ famis ſupplicio illud etiam additum ut herba veſcerentur milites inſaniam occulta veneni vi ingenerante, veſcenteſque adigente ad lapides effodiendos emovendoſque. Refertur id ab eodem Appiano in Bell. Parth. *Jamque fame tentabatur exercitus, quod frumentatio impediretur crebris prœliis, & inſtrumentum piſtorium deficeret relictum ex parta maxima. Jumenta quoque partim perierant, partim accupabantur vehendis ægris & fauciis. Fertur Chœnicem tritici quinquaginta drachmis tum vœniſſe, & hordeaceos panes repenſas pari argenti pondere. Verſi deinde od radices, cam cogerentur experiri, quæ nunquam guſtaverant, primum inciderunt in herbam ducentem ad mortem per inſaniam. Quiſquis enim hanc in cibum ſumpſerat, aliorum negotiorum ignarus & immemor, vertebat omnem lapidem, putans ſe rem valde ſeriam ogere. Ita totus campus repletus eſt effodientibus & transmoventibus lapides; tandem evomendo bilem moriebantur, quando etiam vinum, quod ſolum erat remedio, defecerat.* Tam portentoſa indigniſſimaque exemplorum diritate permoti edoctique ſupremi copiarum Duces minimo negotio ediſcere atque percipere poſſunt quanti propriæ authoritatis, publicæ verò ſecuritatis interſit annonam & rem cibariam ad uſus bellicos opportunè congerere; nec ante indicendi promovendique belli cogitationem ſuſcipere, quàm vario & affluenti cibariorum paratu horrea expleverint.

5. Pro certo habeas ad quoslibet famis cruciatus fortiter ſuſtinendos non parum conducere, procul ab omni luxu inanique alimentorum copia, ſolaque parſimonia contentum militem in caſtris habere: ut enim verè & prudenter ſcripſit Vegetius lib. 4. cap. 7. *Nunquam periclitati ſunt fame, qui frugalitatem inter copiam ſervare cœperunt.* Nego quippe in re martia balliſtas, catapultas, ant ullum machinamentum fame ſævius eſſe. Hujus fructus ille eximius eſt, ut in compendium bella mittantur, & citra militum labores & ſanguinem, Imperator copiæque ſedendo ſpectandoque hoſtem ſubigant, & oppida redigant in poteſtatem. Advertit id Vegetius lib. 4. cap. 7. *Sciendum eſt obſidendi duas eſſe ſpecies. Unam, cum adverſarius opportunis locis præſidiis ordinatis, continuis inſultibus impugnat obſeſſos: alterum cum vel aqua prohibet incluſos, vel deditionem ſperat à fama, quando omnes prohibuerit commeatus. Hoc enim conſilio ipſe otioſus ac tutus fatigat inimicum.* Eam ob cauſam mox præcipit ad ſuſpicionem vel leviſſimam aggreſſionis hoſticæ, frumentum & omne genus alimoniæ intra Urbem ex agro confeſtim ac ſolicitè convectandum, ut oppidanis ſuperſit res cibaria ad oppugnationem diuturnam, ejuſdem verò inopia retrocedere compellat aggreſſores. Obſervavit id Cæſar, ut legitur lib. 6. bell. Gallic. *Ubi is imperat ut pecora deducant, ſuaque omnia ex agris in oppida conferant; ſperans barbaros atque imperitos homines inopia cibariorum adductos, ad iniquam pugnandi conditionem poſſe deduci.* Idem diſcimus ex Livio lib. 31. *Sed ne unde raperee quidem quidquam reliqui erat, omni undique frumento, poſtea quam ager parum tutus erat, in Urbes munitas canvecto.* Qnodſi tempus & otium non ſuppetat pecoris, frumentique in Urbes invehendi, eadem incendi belli ratio poſtulat. Id verò admodum leve iis videri debet, qui noverint non pecora duntaxat & pabula, ſed Urbes ipſas flammis traditas, ne hoſti receptaculo eſſent aut præſidio. Jam verò à fame hoſtica proficiendi illuſtre exemplum prodidit Appianus de Bello Hiſpan., ubi ſic loquitur de Numantinis ſuperatis à Scipione: *Itaque jam fama enecti, diuturnaque peſtilentia abſumpti, crinibus & barbis horridi, tandem ſe Scipioni dediderunt.* Et paulo poſt: *At enim Scipia reliquis Imperatoribue præſtantior & ſapientior extitit. Neque enim bellum inire cum illis feris, armiſque decernendum putavit, ſed fame, male inevitabili domandas, quo ſolo malo Numantini capi poterant.* Nihil certè magis oſtendit non à Fortuna duntaxat, ſed ab omni etiam conſilio deſertum fuiſſe Pompejum quo tempore, cum de copiis Cæſarianis fame & rerum omnium inopia laborantibus

facili negotio triumphare potuiſſet bellum protrahendo, eò demum ſuorum militum increpationibus fuit adductus, ut cum iiſdem veteranis, & nihil magis quàm prœlium flagrantibus ſigna committeret in Pharſaliæ campis, quod illi graviſſimæ ſupremæque calamitatis cauſa extitit. Appian. de Bell. Civil lib. 3. *Quod & Pompejus intelligens periculoſum judicabat cum viris exercitatis, & deſperatione nihil non auſuris congredi, & de ſumma rerum dimicare, præſertim ductu feliciſſimi Cæſaris. Tutiùs verò ac faciliùs poſſe eos rerum omnium egeſtate divexatos & attritos opprimi, cum nec agrum teneant fertilem, nec importationes maritimas, ac ne navem quidem ad effugium. Itaque prudentiſſimo conſilio decreverat bellum protrahere, & hoſtem fame exagitatum in aliam famem trudere. Sed cum totus exercitus proxima victoria tumens flagitaret prælium; & honeſtiores quique cavillarentur in eum, quòd imperia præſenti ſibi placens de induſtria cunctaretur, quo diutiùs inter tot pares emineat, jamque Regem per jocum vocarent, & Agamemnonem, quod & ille propter bellum imperitaſſet Regibus, paſſus eſt dimoveri ſe à propoſita, Fortunâ jam & aliis in rebus adversâ toto hujus belli tempore. Factus enim ſe ipſo ſegnior omninò ac tardior, invitus ſe comparabat ad prælium, tum ſuo malo, tum eorum, qui id ſuaſere.* Ex quibus patet liquidiſſime optimo jure ſcripſiſſe Vegetium, cibariorum inopiam omni certamine citiùs & acerbiùs conſumere exercitum, & ferrum egeſtate ſuperari. Idem explicare erat ſolitus Julius Cæſar medentium exemplo, qui ſubtractione alimenti & inedia faciliùs, quàm ferro vel igne morbos expugnant. Sic autem de Cæſare Frontinus Strateg. lib. 4. cap. 1. *Dicebat idem eſſe ſibi conſilium adversùs hoſtem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, fame potiùs, quàm ferro ſuperandi.*

6. Ut, extremo malorum, urgenti fami Duces mederentur ingenioſa pro re nata conſilia capeſſiverunt. Admirabile illud Gracchi, cum ſubmiſſis per Vulturnum doliis oppletis frumento Caſilinum obſeſſum armis, ſed longè funeſtiùs fame, relevaret. Livius Dec. 3. lib. 3. *Ea ægrè patiens Gracchus cum neque pugnam conſerere Dictatoris injuſſu auderet; pugnandum autem eſſe, ſi palam frumentum importare vellet, videret, neque clam importandi ſpes eſſet, farre ex agris circum undique convecto cum complura dolia compleſſet, nuncium ad Magiſtratum Caſilinum miſit, exciperent dolia, quæ amnis deferret. Inſequenti nocte intentis omnibus in flumen, ac ſpem ab nuncio Romano factam, dolia medio miſſa amni defluxerunt: æqualiter inter omnes frumentum diviſum.* Idem ita literis tradidit Frontinus Stratag. lib. 3. cap. 14., mutatione minima, aliqua additione facta: *Annibale obſidente Caſalinum, Romani farinam doliis ſecunda aquâ Vulturni amnis demittebant, ut ab obſeſſis exciperetur: quibus cum objecta per medium amnem catena Annibal abſtitiſſet, nuces ſparſere, quæ cum aquâ ferente ad oppidum defluerent, eo commeatu ſociorum neceſſitatem ſubſtentaverunt.* Athenienſium primum, ac deinceps Romanorum, cum obſeſſum eſſet Capitolium, fuit commentum panem in hoſtem jacere, ut difficultatem annonæ diſſimularent. Non abſimile quidpiam commentus eſt Ladiſlaus Ungariæ Rex in obſidione Urbis Polonicæ, quam per commentum farinæ montem diſſimulata fame, expugnavit. Bonfinius rerum Ungaricarum dec. 2. l. 9. *Commentum vera novum invenit ingenioſa neceſſitas. Intempeſta nocte, Regis edicta, quiſque miles aeream galeamve effoſſa terra completam ante Urbis mœnia conferre jubetur. Quod ubi factum eſt, congeſtæ terræ mox tumulus haud mediocris exſurgit, quem farina quam primum Rex aſpergi jubet. Illuceſcente die oppidani editiſſimum farinæ montem ante muros arcis aſpiciunt: horum commeatibus invident ac pariter admirantur; Urbanam commiſerantur inopiam. Publicæ mox ſalutis conſilium ineunt, ſe cibariarum egenos, & ad extrema redactos, longam hoſtium obſidionem, qui re frumentaria ditiſſime ſe muniverant, ultra tolerare non poſſe, imma tanta jam fame laborare, ut vix in horam reſiſtere liceat: quare inſequente die ſeſe cum arce dedunt.* Vide plura apud memoratum Frontinum. Vide Naudæum Syntagm. Milit., & apud nos titulos *Annona*, *Commeatus*.

Fames Melia. Proverbium ab Ariſtophane in Avibus uſurpatum pro fame extrema. Ortum à Meliis Theſſaliæ populis, qui à Nicia Athenienſium Duce expugnati diuturnam ſuſtinuerunt famem, qua viliſſima ac deterrima quæque in alimentum vertere compulſi ſunt.

Fames Saguntina, hoc eſt intolerabilis, & extrema: qualem tolerarunt Saguntini Hiſpaniarum populi, longa obſidione Punici exercitus, ut fuſe memorant Livius, Valerius Maximus, & alii.

Familiæ, arum. Memorantur à Mauricio lib. 2. Strateg., & copioſius à Jacobo Gotefredo ad lib. 17. Cod. Theodoſiani de Erogatione militaris annonæ. Vocitati ſic videntur fuiſſe tyrones, ſive ſcholares ævo Theodoſiano. Id genus nondum militari donatum cingulo; nec inter numeros & ſigna relatum, gaudebat tamen annona de publico exhibita, perinde ac militibus eadem erogabatur. Ejuſmodi porrò annonæ tyronum, ſive ſcholarium dicebantur familiarica, ut refert idem Mauricius.

Farcimina, ſeu Lucanicæ militares. Genus ſunt aggeris, vel ſuggeſtus tormentarii, impactis primùm altè in terram trabibus ſolidatum, tum vero erectum, nexumque aliis atque aliis ſarmentorum & ramalium faſcibus, per certa ſpatia colligatis ad modum farciminis pulmentarii, quod Latinis Lucanica dicitur, Italis *Salciccia*. Uſus eſt in Architectura oppugnatoria in iis locis, ubi acceſſus receſſuſque maris impedit retrahitque aggeres terreos: atque adeo in ſolo cautibus aſpero, ubi ligones & dolabræ parum procedunt. Deformationem hujus aggeris tradit Angelus Gallucci de Bell. Belgico lib. 14. in deſcriptione Oſtendæ oppugnatæ: ſic autem loquitur: *Trabes inſumebantur quindecim pedes longæ, quibus mediis aliæ longitudinis ejuſdem rectæ clavis infigebantur, ut literæ T ſpeciem referrent, à qua nomen etiam trahebant. Hæ mari recedente in arena prope alveum ita collocabantur, atque inter ſe aptè conjungebantur ad ſeptuaginta pedum latitudinem, longitudinem verò pro arbitrio. Utque firmiùs hærerent, vinculis ex abtortis ramis connectebantur. His minores Lucanicæ ſuperjectæ in transverſum diſponebantur aliæ ſuper aliis, & paxillis exacutis, ceu clavis mutuò junctæ eiſdem vinculis conſtringebantur. In hunc modum plures farciminum quaſi contignationes coagmentatæ in eam altitudinem aſſurgebant, quam exæſtuantes aquæ minimè ſuperarent. Loricam quoque e ramo-*

Digitized by Google

morum faſcibus terraque congeſta ſupra eundem aggerem conſtruxerunt Oſtendam verſùs, ut bombardarum ictus defenderet: interjecta verò ſubinde ſpatia ſuis colloeandis tormentis reliquerunt. Hujus aggeris icooiſmum exhibet Matthias Dogen, ubi agit de recentis militiæ Areotectonica. Eandem appellatiooem habet aliud ioventum militare, quod ab eodem Galluccio ſic deſcribitur l. 9. *Juſſit milites aliquos in foſſam deſcendere, ex eaque ſacculos quoſdam coriaceos oblongos, nitrato pulvere farctos (vulgus ob ſimilitudinem formæ fareimina ſeù lucanicas vocat) in cavas munitionum partes, ac ſub tormentis diſpoſitis conjicere.*

Faris equi. Præcipuæ notæ fuiſſe conſtat, & peculiares Arabum, & Hiſpanorum, ut ipſum prodit vocabulum Arabicum. Memorantur à Leone Imp. in Tacticis. De iiſdem Raymundus de Agilers: *Aſſumptis omnibus pecuniis ſuis Cæſaream & Camelam adibant, ut ibi equos Farios mercarentur.* Et paulò poſt: *Cæperunt oſtendere illi de parte Comitis Equos Farios, & divitias ſuas.* Ejuſdem notionis equi ſunt Alpharaces, de quibus Joannes VIII. PP. apud Sampirum: *Aliquantos utiles & optimos Mauriſcos cum armis (quos Hiſpani cavallos Alpharaces vocant) ad nos dirigere non omittatis.* Ejus generis equas Fariſeas appellavit Ordericus Vitalis: *Et celerem equam fortiſſimamque, quam Fariſeam appellant, cum uno milite aſcendit.* Ab equis Fariis vel Alpharacibus dicũtur fortaſſe equę Alfanę, apud Hiſpanos & Saracenos equites ac bellatores notiſſimæ. Areoſtus de Alfana Gradaſſi Regis Sericani ſic canit Cant. 2.

Il grave ſcontro fà chinar le groppe
Sul verde prato alla gagliarda Alfana.
Gradaſſo havea un' Alfana la più bella
E la miglior che mai portaſſe ſella.

Et Bern. Orlan. Inn. C. 4.

Però d'un ſalto monta in sù l'Alfana,
Ch'era una gran cavalla e valoroſa,
Morella tutta, & a tre piè balzana.

Ab iiſdem equis Fariis habemus facilè vocem Ferrandus & Ferrandious, qui certus eſt equorum color. Charta in Tabulario Abbat. Conchenſis: *Ex laxo S. Salvatoris, & S. Fide caballum meum Ferrandum.* Et Albericus in Chronico M. S. de Ferrando Comite Flandriæ: *Accidit etiam caſu mirabili, quod equi lecticam Ferrandi trahentes eſſent coloris Ferrandini.* De eodem Comite Ferrando ita ſcripſit Brito lib. 12. Philipp.

At Ferrandus equis evectus forte duobus,
Lectica duplici temone vehentibus ipſum,
Nomine quos illi color æquivocabat, ut eſſet
Nomen idem Comitis & equorum, Pariſianis
Civibus offertur Luparæ claudendus in arce.

Eoſdem equos Ferrantes etiam dictos reperio. Rolandinus in Summa Notariæ: *Unum runcinum Ferrantem cum cifeto, & cum uno fræno & ſella æſtimatum.* Etruſcis etiam is color dicitur *Ferrante.* Authorem habes Poetam Italum, cujus verſus reddo.

Egl'era ſopra un gran caval Ferrante,
Reggendo il freno chiaro per molto oro:

Poetæ oomen non ſuccurrit: ſuſpicor eſſe Boccaccium in Theſeid.

Fasces, ium. Numero multitudinis antiquiſſimum fuit Inſigne Romani Magiſtratus tum bellici tum urbani. Præferebant illos Lictores, non ſolùm honoris causà; verum etiam ad terrorem incutiendum facinoroſis. Proconſuli, ſive Prætori in provinciam proficiſcenti ſex tantummodo aſſignati, Conſuli duodecim, vigiotiquatuor Dictatori. Eraot autem Faſces illi ex virgis, & ſecuri eiſdem obligata incluſaque cum dependentibus loris; ſuprema ferri parte deſuper extante. Non præferebantur ſoluti expeditique, ſed vinculis obſtricti. Ejus rei honeſtiſſimam cauſam exponit Plutarchus in Problem. Colligatione nimirum illa nexuque faſcium oſtendebatur, iram Principis, Judicis, vel magiſtratus, non debere eſſe præcipitem aut olmis proclivem. Solutio certè faſcium non ſine interjecta mora fiebat; quod tempus iræ Judicis ſubitæque indignationi cunctationem aliquam ad maturius deliberandum ſubmioiſtrabat. Accidit verò noo raro, ut dum exſolverentur faſces, & virgæ expedirentur, mutaretur ſeoteotia Judicis de ſupplicio exigendo. Expediebantur autem virgæ & ſecures, ratiooe habita criminum diverſorum. Nam quæ leviora eraot ſatis erat virgis corrigi & emendari: Securi graviſſima quæque plectebantur facinora. Sunt qui Faſcium authorem Romulum faciunt; e numero avium, quæ ipſi regnum portenderunt, duodecim ioſtitutis Lictoribus. Silius lib. 4.

Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces.

Florus autem lib. 1. ad Tarquinium Priſcum faſcium Romanorum refert originem, ſic enim ſcribit: *Duodecim Tuſciæ populos frequentibus armis ſubegit, inde Faſces, trabeæ, curules, annuli, phaleræ, paludamenta &c.* In Triumphis Laurus faſcibus addebatur, ut ſcribit Roſinus Antiqu. Rom. lib. 7. Hinc habemus illas Formulas: Faſces abrogare: Faſces ſubmittere; quibus authoritas & vis imperii deſignatur. Memoratu digoiſſimum eſt, quod narrat Plinius lib. 7. cap. 30. de Pompejo Magno. Hic confecto bello Mithridatico, cum ad Poſſidonii Philoſophi domum diverteret, ejus fores à Lictore de more percuti vetuit, faſceſque januæ ſubmiſit, viro ſapienti ſingularem honorem gratificatus; palamque demonſtrans, Duces maximis victoriis coornatos claritudinis ſuæ cumulum ducere, viris ſapientibus ſeſe ſubmittere, eoſque glorià ſuà communicare. Vide *Lictor.*

Fascennia, vel Fascennina. Italis *Faſcinata.* Muoitio conſtructa ex ligneis faſcibus. Ugutio: *Faſcennina, clauſibilis vallatio, ſicut circa caſtra & Civitates, quæ ſolet fieri quibuſdam lignis.* De hoc genere muoitioois ſub aliis titulis ſæpius à oobis eſt dictum.

Faselus, i. Vide *Phaſelus.*

Fax, acis. Perotto dicitur, quia lumen facit. Melius Voſſio à Græcorum φῶς. Calepini verba ſunt. *Fax. Genus teli. Gell. cap. 25. lib. 10. hinc trifax & biſax apud Feſtum.* Idem habent Paſſeratius, de la Cerda, & alii in Calepino auctiore: nimirum omnes non uno lapſu ootandi. Fax primum pro telo apud Gellium non legitur. Biſax non legitur apud Feſtum. Trifax quidem legitur apud utrunque Scriptorem. Sed hoc fuerit oſcitantiæ. Illud noonihil promit inſcitiæ, quòd à face nuocupari procuocient jaculum *Biſax & Trifax.* Nullo pacto illa a face, ſed à facie proveniunt. Ut enim bifroos ſignificat quod duas habet frontes, triceps, & centiceps, quod tria vel centum habet capita, ita biſax & trifax dicimus quod duas vel tres habet facies. Et quoniam jacula, gladii, pugiones, ſicæ, veruta, ſic interdum procuduntur & mucronantur, ut aliàs duplici, aliàs triplici

canaliculo, vel etiam plano excurrente ſpatio inter acies diſtioguantur, idcirco ea ſpatia facies nominamus; & ſi duo ſint, bifax jaculum, ſi tria trifax aptè dicimus. Noo aliter rem ſe habere ſtatuunt Iſidori, Philoxeni, & aliorum Gloſſæ veteres apud Voſſium. De ejuſmodi jaculis, quæ omnium verè ſunt nocentiſſima, vide Titulos *Dolon*, *Verutum*, *Falſo*.

2. Faces remiſſiore vocabulo nuncupamus quidquid ad jaculi ſpeciem ignitum eſt, ignique propagando idoneum. Ad hunc modum ſarmenta incenſa, faſces lignorum, ſudes ambuſtæ, torres etiam faces ſunt. Virgil. 12,

Obvius ambuſtum torrem Chorineus ab ara
Corripit, & venienti Ebuſo, plagamque ferenti
Occupat os flammis.

Flammis dicit: quas nempe geſtatæ faces excitabant,

Idem lib. 7,

hic torre armatus obuſto,
Stipitis hic gravidi nodis,

Idem Æneid. 2.

Una ingens Periphas, & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon, una omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina jactant.

Talis apud Areoſtum Cant. 17. Rodomontes in media urbe Pariſiorum.

Rodomonte d'orgoglio e d'ira pazzo
Solo s'havea tutta la piazza preſa;
E l'una man, che prezza il mondo poco,
Ruota la ſpada, e l'altra getta il foco.

Et Morgantes apud Pulcium Cant. 7.

Preſe il battaglio, a certo fuoco in mano,
Et avvioſſi nel Campo Pagano.

Facibus proinde & faculis ad hunc modum explicatis omnium gentium atque temporum militia uſa eſt ad incendendos agros & ædificia. Rem utique apud Scriptores obviam & teſtatiſſimam exemplis non urgeo,

3. Faces ſigoificatu ſtrictiore ſunt fuſtes inciſi, imbutique cera, oleo, ſevo, pice, vel alio bitumine, materiaque apta ad ignem alendum. Inter inſtrumenta & arma militaria meritò referuntur. Antiquiſſimus indicendi belli, pugnæque ineundæ ritus fuiſſe memoratur per ſublatam vel projectam in fines hoſticos facem. Diſcimus id ab Euripide in Phæniſſis; & ex Statio Theb. 4.

Prima manu rutilam de vertice Lariſſæo
Oſtendit Bellona facem.

Qui verò prodeuntes in medium pugnæ capeſſendæ projectis facibus ſignum dabant, Pyrphori dicebantur: adinventæ poſtea tubæ, & projectæ haſtæ in agros hoſtium habitæ ſunt pro ſigno & teſſera belli denunciandi. Porrò facibus oon unos armaſſe Deos fabuloſam Antiquitatem compertum eſt. Et de Bellona quidem ſatis luculentum habes teſtimonium à præſcriptis Statii verſiculis. Cupidinem facibus ioſtructum non Mythologi duntaxat Poetæque omnes, verùm gemmæ veteres, anulique, & picturæ referunt. Ovid. de Remed. amor.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus;
Contemptæque jacent & ſine luce faces.

Furiæ præterea, quæ diſcenſiones & bellorum ſemina jaciunt inter mortales, non alia fere arma quàm faces adhibent, Virgil. 6.

Furiarum maxima juxta
Accubat, & manibus prohibet contingere menſas,
Exſurgitque facem attollens.

Idem 7.

Sic effata facem juveni conjecit, & atro
Lumine fumantes fixit ſub pectore tædas.

Poſtremò Hercules ipſe longè fortior atque felicior fuit face, quàm clavâ. Oſtendit id in conflictu adverſùs hydram lernæam, quàm clava & ſagittis inſuperabilem face perdomuit, ut paſſim Poetæ teſtantur: ex quo etiam licet addiſcere, longè majorem vim atque potentiam igni ineſſe quàm ferro.

4. A fabuloſis commentis ad hiſtorias gradum facio; & primum quidem ad Sacras. Memorabile atque relatu digniſſimum eſt quod in hiſtoria Judicum cap. 7. oarratur de Gedeone, qui hoſtes innumeros in turpiſſimam fugam conjecit non gladiis, ſagittis, aut gravioribus machinis, ſed clangore tubarum reſooantium, & facularum ſeu lampadum luce ab effractis lagenis exſiliente: *Cumque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tènuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas; clamaveruntque; Gladius Domini & Gedeonis: Stantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium. Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferantes ululanteſque fugerunt*, In eadem Sacra Judicum Hiſtoria legimus, Sanſonem ad vulpium caudas alligatis faculis iocendiſſe agros Philiſthæorum: *Perrexitque & cæpit trecentas vulpes, caudaſque earum junxit ad caudas, & faces ligavit in medio: quas igne ſuccendens dimiſit, ut huc illucque diſcurrerent. Quæ ſtatim perrexerunt in ſegetes Philiſthinorum. Quibus ſuccenſis, & comportatæ jam fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula concrematæ ſunt, in tantum ut vineas quoque & oliveta flamma conſumeret.* Minimum abludit a Divini voluminis narratione quod apud Livium dec. 3. l. 2. legitur de Annibale, qui ad boum cornua præligatis facibus eluſit callidè potentiſſimum hoſtem: *Fallaciæ conſilii talis apparatus fuit. Faces undique ex agris collectæ; faſceſque virgarum atque arida ſarmenta præligantur cornibus boum, quos domitos indomitoſque multos inter cæteram agreſtem prædam agebat: ad duo millia fermè boum effecta: Aſdrubalique negotium datum, ut primis tenebris noctis id armentum accenſis cornibus ad montes ageret; maxime, ſi poſſet, ſuper ſaltus ab hoſte inſeſſos. Primis tenebris ſilentio mota caſtra, boves aliquanto ante ſigna acti. Ubi ad radices montium, viaſque anguſtas ventum eſt, ſignum extemplo datur, ut accenſis cornibus armenta in diverſos concitentur montes. Et metus ipſe relucentis flammæ ex capite, calorque jam ad vivum ad imaque cornuum adveniens, velut ſtimulatos furore agebat boves. Quo repente diſcurſu haud ſecus, quàm ſilvis montibuſque accenſis, omnia circum virgulata ardere: capitum inquietatio excitans flammam, hominum paſſim diſcurrentium ſpeciem præbebat.* Haud ita multo ſecus ſubito terrore affecerunt Romanos Sacerdotes Tarquinienſes furiali quodam geſtatu anguium & facularum. Idem lib. 7. *Inde terror maximus fuit, quod Sacerdotes eorum facibus ardentibus, anguibuſque prælatis, inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbaverunt ſpecie.* Advoeanda illa etiam ex Livio l. 4. *Repente patefactis Fidenarum portis nova erupit acies, inaudita ante id tempus inuſitataque. Ignibus armata ingens multitudo, facibuſque ardentibus tota*

col-

Digitized by Google

collucens, velut phanatica inſtincta curſu in hoſtem ruit, formaque inſolitæ pugnæ Romanos parumper deterruit. Animadvertendum eſt, miſſiles etiam faces à militia veteri fuiſſe uſurpatas. Sic antem illæ comparabantur, ut tenaciori pice exterius compactæ poſt jactum muris hoſtium defixæ adhæreſcerent ad excitandum incendium. Statius 10.

Pars ad faſtigia miſſas
Exultant hæſiſſe faces: pars ima laceſſunt,
Scrutanturque cavas cæca teſtudine turres.

Et lib. 5.

Spiculaque & multa crinitum miſſile flamma.

Bolides & ollulas incendiarias, militiæ recentis inventum, inter faces non repono, utpote quibus juſta deeſt facis menſura. De iis ſeparatim dicendum. Acccerſo faces Indices. Harum duo ſunt genera. Quædam hoſtium adventum vel machinationes ſignificant. De iis conſule Titulos *Ignis Caſtrenſis, Pharus, Specula*. Indicant aliæ ſuperventum amicorum, vel ſiquid aliud ex conventione deliberatum pactumque eſt. Ex bello Trojano illa profero. Virgil. Æneid. 2.

flammas cum regia puppis
Extulerat; fatiſque Deûm defenſus iniquis
Incluſos utero Danaos, & pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon.

Idem de Helena lib 6.

flammam media ipſa tenebat
Ingentem, & ſumma Danaos ex arce vocabat.

Audiendus Q. Calaber, qui à Sinone ſublatam memorat facem.

Tunc Sino flagrantem faculam ſublime levavit,
Oſtendens Græcis ignis decus.

Idem videtur ſenſiſſe Plinius lib. 7., ubi Sinoni attribuit inventum facium ſpecularium. Cæſarem adde l. 2. Bell. Gall. *Ignibus ſignificatione facta, eò concurſum eſt ex omnibus caſtellis*. Vide Lipſium de Milit. Rom. lib. 5. Dialog. 9., & la Cerda in Virgil. Æneid. l. 2. & 6.

FECIALES. Dicti ſunt à faciendo, quoniam penes eos jus erat faciendi indicendique belli; quemadmodum Caduceatorum erat pacem & concordiam conciliare. Nefas etenim & injurioſum Romani ducebant bellum cuique inferre, niſi primum Feciales certis conceptiſque verbis ac formulis ipſi illud indicerent. Verba autem Fecialium in bello indicendo refert Gellius lib. 16. cap. 4. in hunc modum: *Quoniam Populus Hermundulas, hominesſque populi Hermunduli adverſus populum Romanum bellum facere deliquère, Populus Romanus cum populo Hermundulo, hominibuſque Hermundulis bellum juſſit. Ob eam rem ego, populuſque Romanus populo Hermundulo, hominibuſque Hermundulis bellum indico, facioque*. De munere verò Fecialium enucleatè ſcripſit Plutarchus in Numa, Fecialium Inſtitutore per hæc verba: *Feciales pacis erant cuſtodes, nomen (ut mea fert opinio) ab ipſa re habentes. Verbis enim ii lites ſolvebant, nec niſi omni prius ſpe juris obtinendi præciſa, bellum ſuſcipi ſinebant. Feciales autem Romanorum ſæpenumero ad eos, qui injuriam intuliſſent, proficiſcebantur, eoſque ad juſtitiam cohortabantur. Quod ſi ii in iniquitate perſtarent, Deos conteſtati, multaque mala ſibi ipſis ac patriæ imprecati, niſi juſtè injuriam defenderent, ita demum bellum iis indicebant. Fecialibus prohibentibus, injuſſuque eorum, neque militi fas erat, neque Regi Romanorum arma movere: ſed oportebat principem ab his belli initio, tanquam juſti accepto, præterea conſiderare quid facta uſus eſſet. Fama etiam tenet Gallicam calamitatem Romæ accidiſſe Fecialium Jure violato*. Eadem fere docet Varro apud Nonium: *Itaque bella & tardè, nullâ licentiâ ſuſcipiebant, quòd bellum nullum, niſi pium putabant geri oportere; & prius quàm bellum indicerent iis, à quibus injurias factas ſciebant, Feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant*. Non infrequens inde formula apud Veteres: *Res repetere*. Liv. lib. 4. *Eo anno, quia tempus induciarum cum Vejentibus exierat, per Legatos Fecialeſque res repeti cœptæ*. Idem lib. 8. *Quæque res per Feciales ex fœdere repetitæ eſſent, ſecundum jus faſque reſtituerentur*. Et lib. 10. *Ad unum omnes jungendum fœdus cum Lucanis, reſque repetendas à Samnitibus cenſent*. Eandem formulam apud Ciceronem, Valerium Maximum, & alios paſſim leges. Ubi igitur authoritate Senatus, juſſuque populi bellum erat hoſti denunciandum, Fecialis haſtam ferratam ſanguineam, & præuſtam ad hoſticos ferens fines, eam pronunciabat formulam, quam habet Livius lib. 1. in denunciatione belli adverſùs priſcos Latinos: *Quod populi priſcorum Latinorum, hominesque priſci Latini adverſùs Populum Romanum Quirit. fecerunt, deliquerunt, quod Populus Rom. Quirit. bellum cum priſcis Latinis, juſſit eſſe, Senatuſque Populi Rom. Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego, Populuſque Rom. populis priſcorum Latinorum, hominibuſque priſcis Latinis bellum indico, facioque. Id ubi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum: moremque eam poſteri acceperunt*. Pro ritu haſtę projectę uſurpatum quandoque eſt, ut in hoſtilem terram aries dimitteretur, quo notatum volebant eum agrum in paſcua Romanorum gregibus armentiſque propediem ceſſurum. Originem Fecialium antiquiſſimam, ſunt qui non modo ad Romanos Reges, verùm etiam ad Aborigenes referant. Neque ſolùm jus illis indicendi belli, fœduſque percutiendi; verum etiam adhibiti ad conſilia à Conſulibus. Liv. Dec. 4. l. 1. *Conſulti Feciales à Conſule Sulpitio, bellum quod indicerent Regi Philippo, utrum ipſi utique nunciare deberent, an ſatis eſſet in finibus regni, quod proximum præſidium eſſet, eo nunciari. Feciales decreverunt, utrum eorum feciſſet, rectè facturum*. Iidem publicæ fidei Flamines ab officio appellati ex Ennio. Qui eorum erat caput dicebatur Pater patratus, quaſi Pater perfectus; ut qui & prolem ipſe, & Patrem adhuc inter vivos haberet. Vide Dempſter. l. 3. c. 21. in Paralip. ad Roſinum, & Valtrinum de Milit. Rom. l. 1. c. 8. & ſeq. Conſule apud nos Titulos *Caduceator, Haraldus, Haſta projecta, Clarigatia*. Fecialium qui bellis præeſſent, collegium à Numa Rege fuiſſe inſtitutum, eorumque præſcriptiones eum ab Æquicolis, ſive Ardeatibus fuiſſe mutuatum author eſt Dionyſius. Livius autem, aliique ejus collegii inſtitutorem perhibent Anchum Martium, qui ab eiſdem Æquicolis eorum jura deſcripſerit. Eligebantur autem ex nobiliſſima quaque familia; utque honorem ejus ordinis etiam religio intenderet, perpetuo ſacerdotio fungebantur. Viginti verò numero fuere, ut docet Varro lib. 4. de L. L. per hæc herba: *Statuerunt Feciales vigin-*

Digitized by Google

ginti, qui de his rebus cognoſcerent;

Felicitas Imperatoris. Non hic fallacem illam & evanidam felicitatem excutio, quam affluentia rerum, & ſola voluptatis decempeda metitur vulgus ignarum. Ea quippe felicitas res eſt una omnium maxime fugax & lubrica, & cui, ut ſapienter ſcripſit Seneca, *nihil faciliùs accedit, quàm ſyllaba una*: nimirum ut ad extremam infelicitatem proximus à quantalibet ejuſmodi felicitate ſit tranſitus. De eadem non inſcitè Petrarcha:

Riſpoſe: mentre al vulgo dietro vai,
Et all'opinion ſua cieca e dura;
Eſſer felice non puoi tu giammai.

Id verò eſt quod ſciſcitanti Crœſo reſpondit Solon: *Qui felix ante obitum dici poſſit, eſſe neminem*. Felicis appellationem, quam aſciverat ſibi L. Sylla, pro dignitate primùm ſuſtinuit, profeſſus eas ſe felicitatis ſuæ cauſas habere, quòd Pium Metellum amicitia excoleret, Urbem verò Athenienſium non ſubvertiſſet: verùm poſtea oppugnatione patriæ & civium proſcriptione cognomentum ſuum ita polluit, ut nullius viri memoria nefaſta magis & dira circumferretur. Sed neque huc advoco ariditates Stoicorum, qui ſolius virtutis uſu, actiſque intra gyrum rationis conſiliis felicitatem adſtringunt. Jejunum id mutilumque; ſectæ porrò ſupercilium redolet faſtuoſæ, ſibi omnia ſcilicet, nihil noſtrorum operum largitori Deo adſcribentis. Honeſtè meditata, conſulta prudenter, naviter proviſa, non abnuo partem eſſe felicitatis in rebus humanis intra naturæ terminos concluſæ: cum verò iſta favor Divinus ad lætum optatumque provehit exitum, tum enimverò integra ſuiſque oboritur numeris abſoluta felicitas. Expreſſit id luculenter Cicero in epiſtola ad Nepotem apud Ammianum lib. 21. *Neque quidquam eſt aliud felicitas, niſi honeſtarum rerum proſperitas: vel, ut alio modo definiam: Felicitas eſt fortuna adjutrix conſiliorum bonorum, quibus qui non utitur, felix nullo pacto eſſe poteſt*. Quod autem Fortunæ vocabulo Orator ſummus enunciavit, aptius expoſuit ſummus item Poeta Pindarus, cujus Philoſopho digniſſima illa ſunt verba Iſthm. Od. 6.

Si verò quis hominum ſumptibus gaudens
Labore exercet virtutes divinitus datas;
Simulque Deus concedit gloriam amabilem,
Jam ad extrema felicitatis jacit anchoram,
A Deo honoratus.

Sed quoniam non rarò ſolet contingere, ut etiam minus ſana conſilia ad proſperos ducantur eventus, hinc exoritur diſcrimen inter felices & fortunatos. Licet enim iſtæ appellationes confundi paſſim ſoleant, certa tamen ratio ita diſcernit, ut quæ ſuum finem conſequuntur cogitata ſapienter, ad felicitatem: rite vel ſecus comparata, bonumque ſortita exitum, ad Fortunam referantur: Fortunæ autem nomine ſanctiſſima dicimus divinæ mentis placita, quæ interdum parùm cautè deliberata, juſtiſſimis, licet occultis de cauſis, ad optabilem metam aura ſui favoris aſpirante convertit. Hanc nos partitionem ſequuti, rejecta ad ſuum locum Fortunæ tractatione, Ducum hic felicitatem expendimus.

2. Optime Cicero felicitatem adnumerat inter dotes Imperatorias: ſic enim ſcribit Orat. pro leg. Manil. *Ego enim ſic exiſtimo, in ſummo Imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, felicitatem*. Quanti porrò Romani felicitatem fecerint, demonſtrant nummi veteres cum Epigraphe Felicitas Aug. Idem oſtendit L. Sylla, qui Ædem illi Romæ poſuit, ut tradunt Plinius l. 35. c. 12., & Plutarchus lib. Singular. de Fort. Roman. Mirum eſt quantum ad terrore percellendos hoſtes, ſuoſque confirmandos habet roboris præcepta animis dimicantium felicis Imperatoris opinio. Neſcio nimirum quanam ratione uſuveniat, ut contra Deum ac Cœlites pugnare videantur, qui pugnant contra felices. Conjectare licet multorum animis ingenitum, ac penitus inolitum, ut fortitudinem, calliditatem, prudentiam, ac decora alia militaria, hominum putent eſſe prærogativas; felicitatem verò nonniſi Dei alicujus munus beatiſſimum: quam ob rem adversùs ingenio & virtute præſtantes decertare audent, adversùs felices non audent. Neque enim horum virtutem ſolitariam, ſed auxiliares ſuperos & fœderata ſidera cogitant. Ad hunc modum priuſquam machinæ expediantur, Religio aſcita in ſubſidium bella profligat: utque victores longè honeſtiſſimum habent, Cœlites numerare ſub ſignis; ita victi eiſdem cedere, non modo cladis ſolatium, ſed quoddam victoriæ genus arbitrantur. Pateſcit hinc callidum Alexandri Magni conſilium, cum divinam proſapiam ementitus Jovis filium nominari ſe juſſit. Perfecit eo commento, ne expectarent Barbari ſariſſas Macedonum; ſed injectæ Religionis obtentu occuparent deditionem, victi antequam vincerentur. Trogi Abbreviator l. 12. *Ab ultimis litoribus Oceani Babyloniam revertenti nunciatur, legationes Carthaginienſium, cæterarumque Africæ civitatum, ſed & Hiſpaniarum, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ, nonnullas quoque ex Italia ejus adventum opperiri. Adeo univerſum terrarum orbem nominis ejus terror invaſerat, ut cunctæ gentes velut deſtinato ſibi Regi adularentur*. Idem fere Juſtinus l. 5. *Sed nomen Alexandri & fama, maximum in bello utique momentum, pavidas in fugam vertit*. Et lib. 11. *Geſſit & plura bella cum Præfectis Darii, quos jam non tam armis, quàm terrore nominis ſui vicit*. Fructus nempe Imperatoriæ felicitatis ille omnium maximus, ut ſæpe ante conſertas acies, ſolo Ducum aut felicium bellatorum aſpectu, conflictus & bella in compendium miſſa perhibeantur. Eam ſibi laudem glorioſè Achilles vindicat apud Homer. Iliad. 16.

Trojanorum autem Civitas tota contra venit
Audax. Non enim meæ galeæ vident frontem
Prope ſplendentis: nam fugientes foſſas campeſtres
Impleſſent cadaveribus ſuis.

Ex eo numero illa ſunt apud Tacit. 3. Annal. *Viderent modò adverſos & aſpicerentur; id ſatis ad victoriam*. Et Hercules apud Senec. Herc. Œtæo:

quota pars vulnere concidit?
Pro fato valuit vultus iniquior;
Et viciſſe ſat eſt Herculeis minis.

Idem diſce ex Stat. Theb. 5.

Tum verò ardenti non ulla obſiſtere tentant
Signa: ruunt ſolo terrore; & vulnera citra
Mors trepidis ignava venit.

Ejuſdem argumenti illud eſt Curtii lib. 3. de Alexandro: *Poſitam victoriam in eo eſſe arbitrabantur, ſi tantum ante ſigna ſtare potuiſſet*. Eadem vis ineſt verbis Gyronis apud Alemannum Gyr. Corteſ. cap. 5.

Egli

Digitized by Google

E gli dice crucciofo: hor non ſi fide
Nell' arme che ſi veſte alcun codardo;
Che'l valoroſo l'apre e le divide
Non dirò con la ſpada, mà col guardo,

Et illis Areoſti cap. 16. de Rinaldo.

Al comparir del Paladin di Francia
Dan ſegno i Mori alle future angoſcie:
Tremare a tutti in man vedi la lancia,
I piedi in ſtaffa, e nell' arcion le coſcie,

Ad hanc claſſem referas illa Ammiani lib. 21. *Spondeo ſi ventum fuerit comminus, ita pavore torpeſcent, ut nec oculorum veſtrorum vibratæ lucis ardorem perferant primum.* Tum quæ de Germanis prædicat Cæſar lib. 1. Bell. Gall. *Sæpenumero ſeſe cum his congreſſos, ne vultum quidem atque aciem oculorum dicebant ferre potuiſſe.* Et quæ de Camillo Livius lib. 6. *Nec vis tantùm militum movebat excitata præſentiâ Ducis; ſed quòd Volſcorum animis nihil terribilius erat, quàm ipſius Camilli fortè oblati ſpecies; ita quocumque ſe intuliſſet, victoriam ſecum haud dubiam trahebat.* Claudat agmen Q. Calaber lib. 11., ubi ita canit de Ænea.

nam huic
Summam Deus fiduciam ſuppeditarat, ita ut nemo hoſtium
Ipſi in certamine oculos obvertere auderet.

Nec præſentiâ duntaxat, verum umbrâ felicium bellatorum perterrefactos hoſtes legimus. Claudianus de Bell. Gild.

Nonne meam fugiet Maurus cum viderit umbram?

Adde Senecam Hercul. Œth. de Hercule;

terrebunt tuæ
Reges vel umbræ.

Sed & ipſa præſentis Ducis umbra ceſſante, abſentis ſolummodo famâ hoſtiles copiæ ſuperantur. Exempla repete ex dictis ſuperiùs, & latius ex Titulis *Fama*, & *Celeritas in bello*. Conſule etiam Janum Gruterum Comment. in Tacit.

3. Specimen aliquod eorum Ducum, qui ſingulari felicitate ſunt uſi, tradimus in Titulo *Fortuna*. Satis hic fuerit indicare familiam Metellorum, qui ſplendidiſſima cognomenta Macedonici, Pii, Cretici, Numidici, Balearici, genti ſuæ inſeruerunt. De iis latè Plinius, Livius, Florus. Habes illa apud Lucan. lib. 2.

cum fata Camillis
Te, Cæſar, magniſque velint æquare Metellis,
Ad Cinnas Marioſque venis.

Adiice Petrarcham.

E quel, che parve altrui beato e lieto,
Non dico fù; che non chiaro ſi vede
Un chiuſo cor in ſuo alto ſecreto;
Metello dico, e ſuo Padre, e ſuo rede;
Che già di Macedonia e di Numidi,
E di Creta, e di Spagna addusser prede.

4. Militarem virtutem felicitati deſponſam ii præter omnem modum luculenter oſtenderunt, qui ſoli adversùs integras bellatorum copias fauſto exitu dimicarunt. Horatius Cocles undique inſtantes Porſenæ Regis ordines ita ſolus ſuſtinuit, ut commentitium facinus, teſte Floro, crederetur, niſi rem certam ſanciret annalium fides. Petrarcha.

E quel, che ſolo
Contro tutta Toſcana tenne il ponte.

Abſtineo falcem ab exemplis vatum Etruſcorum, & Fabularum Romanenſium, apud quos Gyron, Danainus, Meliadus, Lancillottus, Galealtus ex aula Brittannicorum Regum Pandragonis & Arturi; poſteriores verò illi ex comitatu Caroli Magni Orlandus, Rinaldus, Aſtolfus; ex Afris item Barbariſque Ruggerius, Rodomontes, Ferragutus, aliique magno numero bellatores, ne armigeris quidem ſæpe aſſociati, leguntur coacervata in montes extuliſſe cadavera, ſoveas fluvioſque humano expleſſe ſanguine, armatorum myriadas ſoli fugaſſe, & occidione incredibili celeritate deleviſſe. Audi Regem Agricanem apud Franciſcum Berni Orlan. Inn. cap. 11.

Gridando corre, e giunto alla preſentia,
Dove vede lo ſtratio crudo, e acerbo,
Che fà colui della gente infelice,
Sdegnoſamente grida loro, e dice.
Levatevi di quì vituperati,
Canaglia, popolazzo da niente:
Non ſiate più vaſſalli miei chiamati;
Ch'io non voglio eſſer Rè di sì vil gente.
Senza l'ajuto voſtro, ſvergognati,
Combatterò ſol io più facilmente;
E combattendo ſarò vincitore,
Con minor mia fatica, e con più honore.

5. Noveris tamen in omni quidem uſu rerum humanarum, ſed multò maxime in exercitatione militari, rem eſſe tractatu delicatiſſimam, & impendio ſuſpectam felicitatem, qua perpetua uti ſi perpaucis divinâ, ut ajunt, virgula contigit, ii nimirum ex aſtris delapſi, & Dii mortales habentur. Quod enim veteri effertur ſenariolo,

Semper cadunt feliciter tali Jovis,

id ſcilicet vix habet exemplum in rebus humanis; quas nimirum fatalis Pandoræ pyxis in omnes horas exagitat infeſtatque. Ipſa vitæ diuturnitas, qua nullum reputatur optabilius donum mortalium, plurimorum felicitatem corrupit. Teſtes ſunt Priamus, Pompejus Magnus, aliique, quos ad canitiem perducta felicitas in exitu vitæ deſeruit. Vide Juvenalem Satyr. 10. Quemadmodum verò nulla acrius cote militum virtus acuitur quàm eventuum felicitate; ut facile ſe vinci non poſſe reputent, qui ſemel aut iterum fuere victores, ſic ex adverſo expeditionum, vel quorumcumque caſuum bellicorum infelicitas eoſdem magnopere labefactat & deprimit. Senſere id Carthaginienſes poſtquam Annibal eorum Imperator vulnus accepit in Sagunti oppugnatione. Liv. dec. 2. lib. 1. *Ut verò Annibal ipſe dum murum incautius ſubit, adverſum femur tragula graviter ictus cecidit, tanta circa fuga atque trepidatio fuit, ut non multum abeſſet quin opera ac vineæ desererentur.* Vide *Fortuna*. Oſtendi ſuperius rem eſſe delicatam tractatu felicitatem. Scias eandem nihilo minus eſſe aſperam & intractabilem. Superbi Felices adagio locum fecerunt. Hinc Plato Cyrenæis, quoniam felices eſſent, abnuit leges ſcribere. Atqui contra qui magis utuntur proſperis, magis opus habent conſilio; quemadmodum majora navigia graviore ſuburra, Et firmiore gubernaculo indigent.

Feminalia, um. Sveton. in Auguſt. *Thorace laneo, & Feminalibus & tibialibus muniebatur.* Item Femoralia, ut alii legunt in memorato Svetonii loco. Promiſcuè iſta & indiſcriminatim ſumuntur à Scriptoribus; licet Valla Femora potius dicenda putet exteriorem coxarum partem, Femina verò interiorem molliorémque, & magis carnoſam. Quod rem attinet noſtram Femoralia,

vel

Digitized by Google

vel Feminalia ſunt ænea vel ferrea coxarum operimenta in catafractis. Italis *Coſciali*. Liv. M. *Gamberuoli e coſciali tutti di rame; e queſte armi furono per lo corpo guardare*. Conſtat Romanos veteres in urbe & pacis otio Femoralia non adhibuiſſe, ut nos alibi obſervabimus. In armis verò, quoniam toga carerent, qua ſatis commode partes illæ tegebantur, Femoralibus fuiſſe uſos, docemur ex Columna Trajani. Cæterum diſtinguendum eſt inter Femoralia ſeu feminalia, & ſubligacula, ſuccinctoria, & campeſtria. Poſtremis hiſce nominibus breviora quædam ſolummodo indicantur verendorum tegmina; qualia hodie in uſu ſunt apud eos Ordinum Religioſorum alumnos, qui cætero corpore nudi craſſiore tantum gauſape veſtiuntur. Nummi & anaglypha Romanis & Europæis militibus femoralia, productiora nempe tegumenta coxarum, attribuunt: brevioribus, cujuſmodi erant campeſtria, uſi cultiores Aſiatici. Nam Æthiopes, Mauri, & Indi nudato corpore, faſciaque ſolum obtectis, quæ pudor nudari prohibet, militabant.

Fenestra, æ, & Fenestella, æ. Propriè locus apertus in ædificiis ad lumen recipiendum. Ovid.

Quà lumen thalamis parva feneſtra dabat.

Colum. lib. 1. cap. 1. *Granaria modicis feneſtellis aquilonibus inſpirentur*. Feneſtræ vel feneſtellæ jaculatoriæ ſunt in munitionibus & arcibus murorum vel pinnarum interſtitia, vel quilibet hiatus, rimulæ & ſpiramenta in muris, e quibus præſidiarii obſervare ſtatum oppugnatorum, & miſſilia vibrare poſſunt. Authores ſequioris Latinitatis vocarunt Quarnellos. Stat. lib. 10.

Armatæque vomunt ſtridentia tela feneſtræ.

Author Hiſt. Paleſt. *Mulieres Urbis Chriſtianæ veniebant ad feneſtras muri, ſpectantes miſera fata Turcorum*. Eadem ſpiramenta Gulielmus Tyrius lib. 22. cap. 30. vocat cancellos: *Saladinus caſtrum tanta importunitate, non minus nocte, quam interdiù immiſſis miræ magnitudinis molaribus flagellabat, quod vel manum exerere, vel reſpicere per cancellos, aut aliquo defenſionis uti genere nemo præſumeret.*

Ferculum, i. A ferendo dicitur. In multiplici materia locum habet. Fercula dapum dicimus, earum in menſam geſtamina. Fercula ſacrorum, quæ ad uſum ſacrificiorum, reique ſacræ ſolent inferri. Fercula in ludis, præcipue verò Circenſibus geſtamina ſunt ſtatuarum, aliarumque rerum ad ea certamina pertinentium. Fercula emortualia dicimus, quibus hoſtium ſpolia, vel cæſa corpora comportantur. Frequentiſſimum verò locum apud Scriptores obtinent Fercula in re triumphali, ejuſque celebritatis pars lectiſſima reputantur. Sunt igitur geſtamina, quibus non ſolùm exuviæ hoſtiles, imagines & ſtatuæ, verùm etiam montes ipſi, fluvii, turres, oppida exprimi ſolebant auro argentoque; interdum etiam cerà, uſitatiùs tamen ebore: ſed & quandoque ex citro, & acantho. Contemptui quippe ſolebant eſſe qui ligneis ferculis, ſive operum ſimulacris utebantur, ut notat Dio lib. 43. In Fabio, & Quinto Cæſaris Legatis. De Ferculis ex multiplici materia loquitur Vellejus lib. 2. ubi hæc habet de Cæſare: *Quinque egit triumphos: Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini teſtudine, Africi ebore, Hiſpanienſis argento raſili conſtitit*. Addit Svetonius in ejuſdem vita: *Pontico triumpho inter pompæ fercula, trium verborum prætulit titulum: Veni, Vidi, Vici*. Ferculorum, ſive pegmatum, quibus inſculptæ res geſtæ exprimebantur, initium & origo repetenda eſt ab ipſo Romulo, de quo ita ſcribit Liv. lib. 1. *Ipſe cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa, fabricato ad id aptè ferculo, gerens, in Capitolium aſcendit*. Pompam & varietatem ferculorum ita deſcribit Joſephus, ex cujus teſtimonio quanta fuerit eorum operum magnificentia licet intelligere: *Fuit monſtri loco apparatus pegmatum, quæ geſtabantur. Etenim metus erat, ne bajuli oneri impares eſſent. Multa enim ex iis erant tribus & quatuor tectis*. Et paucis interjectis: *Multis autem ſimulacris bellum variè diviſum, clariſſimam ſui ſpeciem præbebat. Videre erat regionem frugiferam ad vaſtitatem vocari, phalanges totas hoſtium concidi, alios fugientes, alios captos trahi: mœnia ſublimia machinis dejecta, caſtella munitiſſima capta, Urbium populoſarum ambitus vi occupatos*. Scipio Aſiaticus centum & triginta quatuor oppidorum ſimulacra exhibuit in Ferculis, ut docet Liv. 4. dec. lib. 7. T. Quintius Dictator cum per decem dies triumphaſſet, totidem Urbes per dies ſingulos ferculis ſpectandas præbuit; decimo autem Urbem Præneſte, ut habet Liv. 1. Dec. lib. 6. Plutarchus tradit Marcellum detuliſſe in triumphum ſimulacrum Syracuſarum. Cæſarem vero Maſſiliam Urbem invexiſſe teſtatur Cicero lib. 2, Offic. his verbis: *Itaque vexatis & perditis exteris nationibus, ad exemplum amiſſi Imperii portari in triumpho Maſſiliam vidimus, & ex ea Urbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri Imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt*. Eadem à Poetis decantata. Ovid. lib. 2. de Pont. Eleg. 1.

Protinus argento veros imitantia muros
Barbara cum victis oppida lata viris:
Fluminaque in montes & in altas proſina ſilvas,
Armaque cum telis in ſtrue juncta ſuis.

Idem lib. 4. Triſt. Eleg. 2.

Hic lacus, hic montes, hic tot caſtella, tot amnes,
Plena feræ cædis, plena cruoris erunt.

Et mox:

Crinibus en etiam fertur Germania paſſis,
Et Ducis invicti ſub pede mæſta ſedet:
Collaque Romanæ præbens animoſa ſecuri,
Vincula fert illa, qua tulit arma manu:

Paria habet Claudianus lib. 3. de Laud. Stilic.

Hi famulos traherent Reges, hi facta metallo
Oppida, vel montes, captivaque flumina ferrent:
Hinc Lybici fractis lugerent cornibus amnes,
Inde catenato gemeret Germania Rheno.

Idem 6. Hon. Conſul.

Jamque parabantur pompæ ſimulacra futuræ
Tarpejo ſpectanda Jovi, cælata metallo
Claſſis ut auratos ſulcaret remige fluctus,
Ut Maſſyla tuos anteirent oppida currus,
Palladiaque comas innexus arundine Triton
Edomitis veheretur equis, & in ære latentem
Succinctæ famulum ferrent Atlanta cohortes.

Eòdem inſuper reſpexit Propert. lib. 2. Eleg. 1.

Aut canerem Ægyptum, & Nilum, cum tractus in Urbem
Septem captivis debilis ibat equis.

Appoſiti etiam Tituli in pegmatis, ſive ferculis, ad tertium, & interdum quartum ordinem erectis, indicabant imagines prœliorum, diſturbata mœnia, ædificia incenſa, caſtella direpta, fluviorum

tum tranſitus, & demum quidquid eo genere geſtaminum erat magnificè operosèque elaboratum. Ovid. 4. Triſt. Eleg. 2.

Ergo omnis populus poterit ſpectare triumphos,
Cumque Ducum titulis oppida capta leget.

Adde ſimilem locutionem apud Propert.

& titulis appida capta legam.

Liquet autem ea fercula à bajulis & ſervis fuiſſe geſtata. Utrum etiam equi, aut elephantes oneri ferendo colla ſubjecerint, oihil quod ſtatuam ſatis certi compertique habeo. In deformatione autem triumphi Cæſariani, quam exhlbet Samuel Pitiſcus ad Svetonium in vita Cæſaris cap. 37., obſervo pegmata, ſive fercula elata curribus quadrirotis, & à quaternis equis ducta.

2. In re funebri fercula ſunt geſtamina, ubi Inſignia quælibet, & arma à viris fortibus poſt victoriam erepta collocari ſolebant, ut liquet in Pallantis funere apud Virgil. Statius etiam lib. 6.

Portant inferias arſuraque fercula primi
Grajorum, titulisque pios teſtantur honores.

Ubi notà morem ea ornamenta cum ipſo cadavere comburendi. Clypei etiam, quibus impoſitas urnas cum cineribus moris erat deferri, appellabaotur fercula. Notat Caſaubonus io Caligulam Svetonii, etiam pro pheretro, & qnocumque inſtrumento, quo cadaver, aut cineres deportantur, fereulum accipi ſolitum. Verba autem Svetonii ſunt: *Tiberia cum plurimis lacrimis pro concione laudato, funeratoque ampliſſimè, confeſtim Pandatariam, & Pontias, ad transferendos matris fratriſque cineres feſtinavit, tempeſtate turbida, qua magis pietas emineret: adiitque venerabundus, ac per ſe met in urnas condidit. Nec minore ſcena Oſtiam, præfixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi ſubvectos per ſplendidiſſimum quemque equeſtris ordinis, media ac frequenti die duobus Ferculis Mauſoleo intulit.*

3. Juxta memoratas acceptiones locum habet ferculum in re bellica. Nam communi Latinorum uſu Ferculum eſt miſſus, vel immiſſio cibi, qni ad menſam iofertur. Privatis menſis parciùs inferri ſolent, publicis & ſolemnibus lautiùs. Nec verò putem, aut uonm cibi genus, aut unam lancem cum peculiari eibi geoere Ferculum nominari. Potiùs à conditura generibus, quàm à patioarum, vel ciborum oumero diſtingui fercula cenſuerim. Propterea unum erit Ferculum, ſeu miſſus, vel immiſſio elixorum; lieet vel in ampliore patina capus, gallioa, vitulina, & alia elixa inferantur, vel eædem earnes pluribus lancibus miniſtrentur. Ad eaodem formam intellige alterum Ferculum, ſeu miſſum aſſatorum, bellariorum, & ſic de reliquis. Id verò eſt, quod Itali dicimus *Prima, Seconda, Terza Portata*, quammaxime poſſumus Latinę voci *Ferculum* adhęrentes. Intelligere hinc licet noo ita fortaſſe pareè ſobrièque Auguſtum victitaſſe, qnem Svetonius tradit tribus ferculis fuiſſe contentum. Hioc etiam lucem aſpergas Juveoalis loco Satyr. 2.

quis fercula ſeptem
Secretò cœnavit avus?

Ubi non ſeptem, ſed plures illatas lances & omnis generis diſtributa edulia in ſeptem conditura ſpecies ioſinuat. Nam ſeptem ciborum ſpeeies edere non videtur plane monſtroſum & inauditum in privata etiam cœna. Imo ex Plinio, & Svetonio non obſcurè colligitur io ſolemnioribus conviviis inferri fercula conſueviſſe machinulis quibuſdam eleganti artificio elaboratis, cum ſuggeſtu ſertiſque ex floribus aut herbis corooariis, aut alio opificio materiaque exoroatis ex dapiferorum, ſtructorum, vel archimagirorum ingenio atque ſolertia. Sigilla etiam ſtatuaſque fuiſſe adhibitas legimus apud Petronium in Satyrieo. Hujus verò generis miſſus, ſeu Fereula noo erant unius conditura, ut diximus de Fereulis elixorum vel aſſatorum; ſed ad cumulum celebritatis, & domeſticæ opulentiæ oſtentationem, ingerebaot promiſcuæ eonditura bellaria & dulciaria, cum cruſtulis aliiſque gulæ lautitiis, cupediis, & irritamentis. In hane ſententiam Fercula accepit Lampridius, ubi de Heliogabalo ita ſeribit: *Celebravit item tale convivium ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus appararentur, & quum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter ſuper aggerem, alter in Cælio, alter trans Tiberim, & ut quiſque manſiſſet, tamen per ordinem in eorum domibus ſingula fercula ederentur, ireturque ad omnium domos: ſic unum convivium vix una die finitum eſt, quum & lavarent per ſingula fercula, & mulieribus uterentur.* Hujuſmodi fercula eſcaria cum pegmatis opere ſaccharato ſublatis Itali dicimus *Trionfi*, procul dubio à ſimilitudine ferculorum triumphalium.

Ferentarii milites. Dicuntur à ferendo: ut enim à partieipio *ſedens* fit ſedeotarius, ita à partieipio *ferens* ferentarius. Milites fuere armaturæ levis, quos ipſiſſimos extitiſſe Rorarios ſcriblt Nonius. Varro eatenus à ferendo dictos exiſtimat, quatenus iis armis eſſeot inſtructi, quæ feruntur, non teoentur, qualia ſunt fundæ & lapides. Aliter Nonius: *Ferentarii: levis armaturæ; quod quidquid opus eſſet, auxilio ferrent, excurſu levi armis gravibus non impediti.* Memorantur à Saluſtio de Conjur. Catil. *Poſtquam eo ventum eſt, unde à Ferentariis prælium committi poſſet.* Plautus io Trin. amicum Ferentarium jocosè dixit, qui ex improviſo opem ferret amico indigeoti.

Ferentes. Dicti ſunt milites Bannereti. Anonymus de rebus Friderici II. Imp. *Et illi potiſſimè, qui vocati in partibus illis vexilla ferebant, appellati vulgari linguoſitate Ferentes.*

Feretrum. Pro Ferculo, ſive geſtamine hoſtilium ſpoliorum. Occurrit apud Suidam. *Feretra verò dicebantur etiam ea quibus fercula, & ſpolia in triumphis, & pompis ferebantur.* Fallitur Nonius, qui feretrum exponit ſepulchrum. Propriè geſtamen eſt craticium ex ligno vel fuoe reticulatum. Virgil. l. 11.

Haud ſegnes alii crates, & molle feretrum
Arbuteis texunt virgis & vimine querno.

Stat. 6.

Triſtibus interea ramis teneraque cupreſſo
Damnatus flammis torus, & puerile feretrum
Texitur.

Vide *Ferculum*. Dicitur autem feretrum à ferendo.

Ferio, is. Pro *percutio*. Noo fit à *Ferus*, ut quidam exiſtimant apud Voſſium: quaſi ferum ſævumque ſit ferire qnempiam. Fit a *Fero*. Sed oon quoniam ferientes in hoſtes feraotur, ut putat Feſtus: ſed quia ipſe ictus, ſeu vulnus fertur, vel infligitur. Certè vulnus ferre, & ioferre, optimæ Latinitatis ſunt formulæ. Itali porrò in re gladiatoria paſſim dicunt *Portar la ferita al petto, al braccio*: quemadmodum *portar briga, diſagio*, & ſimilia.

Digitized by Google

milia. Plaut. Amphitr. *ex inſana inſaniorem facies: feriet ſæpius.*

FERIRE FOEDUS. Quî factum ſuerit, ut ferire, icere, percutere fœdus dicamus, pro conciliare, ediſſerit Livius lib. 1. in Formula fœderis: *Si prior defexit publico conſilio, dolo malo, tum me Dieſpiter Populum Romanum ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam; tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque. Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit.* Vide *Fœdus*.

FERITORES. Milites à feriendo ſic nuncupati. Auguſtinus Muſſatus: *Duæ ſiquidem erant acies, prima ejus ordinis, quem Feritorum vocant. Feritam* etiam, & *Feritare* dixere Latinobarbari. Charta an. 1345. apud Cangium: *Si inſultum, vel Feritam cum ſanguine, vel ſine ſanguine fecerit.* Dudo lib. 3. de Moribus Norm. *Nullaque gens auderet feritare cum Richardidis.* Villanus lib. 9. cap. 70. *Ugniccione veggendo che non poteva ſchifſare la battaglia, fece aſſalire le guardie dello ſpianata, che erano i Saneſi, e colligati & altri, a ſuoi feditori, intorno di 150. Cavalieri, onde era Capitano con Pennone Imperiale.* Ad quæ Villani verba, Caogius ſcribit: Feditori *videntur eſſe confœderati, fide adſtricti, à fide.* Errat hic Caogius ignoratione linguæ Italicæ. *Feditori* nobis ſunt *Feritori*, & nullo modo *Collegati*, Latinis *fœderati*: & *fedire* eſt *ferire*. Sic autem dicimus à Latinorum *Fœdo* quod eſt *Ferio*: ſed quooiam quod feritur, deturpari fere ſolet vulnere & ſanguine, ideo *Fœdo* eſt etiam *deturpo*. Miror Cangium noo advertiſſe, dum hæc ſcriberet, hanc Verbi *Fœdo* ſignificationem: neque enim illam ignorare potuit Vir doctiſſimus. Virgil. lib. 2. Æneid.

Et ſi fata Deûm, ſi mens non læva fuiſſet
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

Idem lib. 3.

Obſcænas pelagi ferro fœdare volucres.

Idem lib. 11.

Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora.

Animadverterunt id Academici à Furfure, qui vocem *Feditore*, latinæ exponunt ſauciator, vulnerator, & exempla quidem ejuſdem Villani afferunt ad id confirmandum.

FEROCIA, æ. Ferocia & ferox procul dubio ſuot à *Ferus*; nec tamen ſinonyma ſunt ferox & ferus ferocia & feritas. Valla lib. 4. ferocem ediſſerit præanimoſum, fortem, impigrum ad pugnas, & pericula obeunda. Saluſt. de Bello Jugurt. *Ille animo feroci negat ſe fuſam toties Numidiam pertimeſcere.* Huc ſpectant illa Horat. lib. 1. 35.

Urbeſque genteſque & Latium ferox:

Et ibidem 37. de Cleopatra:

Deliberata morte ferocior.

Et lib. 4. 9.

non ferox
Hector, nec acer Deiphobus graves
Excepit ictus.

Idem lib. 4. 4. imbelli ferocem opponit:

nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et de equo Virgil. l. 4. Æneid.

oſtroque inſignis & auro
Stat ſonipes, & frena ferox ſpumantia mandit.

Et de colubro lib. 5.

Parte ferox ardenſque oculis, & ſibila colla
Arduus attollens.

Idem pro viris fortibus 1. Æneid.

Bellum ingens geret Italiâ, populoſque feroces
Contundet.

Et lib. 10.

non vivida bello
Dextra viris, animuſque ferox.

Et lib. 12.

non me tua fervida terrent
Dicta, ferox.

Obſerva ferociam juvenili ætati maxime attribui. Idcirco Xenophon de Rep. Lacedæm. Juvenum ſpiritus elatos & redundantes, cupiditates verò ſcribit eſſe vehementiſſimas. Hinc ferocem adoleſcentiam legimus apud Livium l. 33. & diſertè Virgil. lib. 12. in verbis illis Latini Regis ad Turnum:

O præſtans animi Juvenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere.

Ubi Poeta ſummus egregio adjuncto ferociam vocat quandam virtutis exſuperantiam. Eos quippe feroces dicimus, qui oihil arduum refugiunt, nulla diſcrimina extimeſcunt, nullis adverſis duriſſimiſque caſibus non ſe fortiter impigrèque devovent. Ex horum ſunt claſſe Cocles, Mutius, Clœlia, quos aptè Florus Romanæ fortitudinis miracula nominat. His ſuccenturiari poſſuot Codrus dux Atheoienſium, Decii tres, Cynegyrus, Scæva Centurio Cæſarianus, aliique, qui non infrequenter apud Græcos & Latinos Hiſtoricos, ubique apud Etruſcos Fabulatores ſe legentibus obvios exhibent. Hi ſunt, qui nuda puellarum corpora, ſcopulis alligata ad explendam natantium belluarum ingluviem, tanquam e cælo delapſi diſſolvunt: qui Tyrannos facinoroſos, teterrimos Gigantes, feras & monſtra in hominum perniciem violenter graſſantia, Hercule, & Theſeo feliciores, proſternunt: qui ſaltus magicis carminibus excantatos excindunt: captivos bellatores veneficorum caſtris incluſos, aut ſagarum deliciis irretitos aſſerunt in libertatem, eaque militaria facinora huc illuc properè acciti fauſto ſidere conficiunt, quibus editis inter Heroes demum atque Semideos, fecundiſſimis omoium gentium præconiis, Hymnis, Pæanibus, coofecrantur. Iidem præclarè facta æquare ſolent ſui prædicatione magnifica: io conflictibus vel maxime glorioſi, lingua non mious exſerta quàm manu, haud prius ſcuto & lancea adverſi congrediuntur, quam verbis mioantibus de ſuæ quiſque virtutis præſtaotia decertaverit.

2. Nec verò procumbeotibus in vitæ exitu terrores verborum deficiunt. Obſervavit id Homerus in cladibus Heroum ferocioris iogeoii, & Statius in interitu gemini Thebani fratris, & ſuperba morte Capanei. De hoc ita ſcribit l. 10.

ecce quierunt
Jurgia; cum mediis Capaneus auditus in aſtris.
Nullane pro trepidis, clamabat, Numina Thebis
Statis? ubi infandæ ſegnes telluris alumni
Bacchus & Alcides? piget inſtigare minores.
Tu potius venias (quis enim concurrere nobis
Dignior) en cineres Semelæaque buſta tenentur;
Huc age, nunc totis in me connitere flammis,
Juppiter: an pavidas tonitru turbare puellas
Fortior, & soceri turres exſcindere Cadmi?

Sed nec defuit ſibi Torquatus Taſſus ejus argumenti typum ac ſpecimen exhibere in ſuo Argante Cant. 19.

Mo-

Moriva Argante, e tal moria qual viſſe;
Minacciava morendo, e non languia:
Superbi, formidabili, e feroci
Gl'ultimi moti fur, l'ultime voci.

Nec aliter quàm viri ferociſſimi imagine in Rhodomontis clade propoſita Poema clauſit Areoſtus:

Alle ſquallide ripe d'Acheronte,
Sciolta dal corpo più freddo che giaccio,
Beſtemmiando fuggì l'alma ſdegnoſa,
Che fu sì altera al mondo, e sì orgoglioſa.

Sic verò procul dubio cecinit Virgilium imitatus, qui in Æneidos calce ita ſcribit de morte Turni:

aſt illi ſolvuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.

Quod autem in poſtremo hoc divini Poematis verſu ſcribit Virgilius, Turni animam non cum indignatione ſolùm, quæ plane decuit præferocem ſævumque Regem, verùm etiam cum gemitu, quo nihil minus ſuperbo bellatori congruere videri potuit, de corpore effugiſſe non mediocriter demiror, à tanta Scriptorum atque interpretum copia neutiquam obſervatum fuiſſe. Oſcitantem aliorum ſupinamque criſim notavit Robertus Titius loc. Controv. lib. 7. cap. 23., ſed malo finiſtroque genio, quantum meo judicio aſſequi poſſum, aggreſſus ipſe eſt exponere, quod alii inexplicatum in medio reliquerunt. Ait autem Turni gemitum nihil aliud fuiſſe, quam ſonitum illum, aquæ per impeditum ſalebris iter fluenti ſimilem, quem morti proximi ſolent edere, occluſa vocali arteria, & per gutturis quaſi fiſtulam ægrè intermeante ſpiritu: quod compreſſi ejuſce meatus murmur, ſpuma pituitaque turgidum, & ad modum gargariſmi reſonans, itali dicimus *Raganella*. Addit viros robuſtos & validiorum virium, ubi eos accidat violenta morte e medio tolli, eo ſtrepitu reſonare graviùs, diutiùſque cum morte luctari, preſſos ſcilicet majore copia craſſorum humorum occupantium fauces ac proritantium. Tute vides, Lector, quàm iſthæc ſint frigida. Nam quid, per Muſarum genium, poſtrema morientium ravis cum Turni gemitu habere poteſt negotii aut cognationis? Quid huc illa facit compreſſi gutturis anatomica commemoratio? Quàm verò ſcitè exquiſitèque, & pro reliqua divini Carminis dignitate Virgilius faciat, qui gladio confoſſum inducens bellatorem ſummæ ferocitatis atque ſuperbiæ, de ſonitu gutturis craſſo humore intercepti languidam frigidamque mentionem injiciat? Quid autem in Turno peculiaris ferociæ, ſi, quod omnes faciunt, pingui per fauces reciprocante murmurillo vitam claudat? Quid igitur de Virgilio ſtatuendum? Quam partem in Turni obitu habuiſſe gemitum, ac ululatum fœmineum reputabimus? equidem ut Scholiaſtes alios & interpretes Virgilianos negligentiores hic miſſos faciam, demirari magis ſubit Tarquinium Gallutium in ſuis Virgilianis vindicationibus repugnantem iſtum Turni ferociæ gemitum non advertiſſe. Quoniam verò hoc ferrum ſub incudem incidit, & quaſi vacui fundi poſſeſſor huc ſum progreſſus, non alienum à bellico etiam foro exiſtimaverim paulò accuratiùs Turni gemitum, & poſtremum hunc admirandi poematis verſum excutere. Gemitus proprie dicitur de ſono, quem edunt corpora nimio oppreſſa onere aut mœroris, aut ponderis. Uſus vocabuli eſt in rebus tam animatis, quàm inanimis. De inanimis Virgil. lib. 6.

gemuit ſub pondere cymba.

Et Georg. 4.

gemit impoſitis incudibus Ætna.

De animatis occurrunt ubique exempla Scriptorum. Juxta hanc acceptionem exponas Virgilii ſententiam ſimplici planaque forma in hunc modum: Fugit indignans Turni anima cum gemitu, ideſt cum clamore, ad eum fere modum, quo paſſim apud Poetas, qui gladio confoſſi pereunt, clamantes vitam abſolvunt. Fateor quidem gemitum frequenter admodum ſumi pro ſono, quem edunt, qui vehementi quopiam animi, vel corporis dolore prægravantur, ut minimùm videatur diſtare ab ululatu queſtuque fœmineo: nihilominus non rarò leguntur gemitus indignatione & rabie efferveſcentium. Virgil. de eodem Turno lib. 11.

Talibus exarſit dictis violentia Turni:
Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces.

Idem 3. Æneid. de Polyphemo;

Dentibus infrendens gemitu.

Et proxime ad ſuam mentem in memorato verſiculo: lib. 2. Æneid.

Tum Danai gemitu, atque ereptæ Virginis ira
Undique collecti invadunt.

Ubi vides cum gemitu iram conjungi perinde atque in memorato Æneidos terminali,

Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.

Et lib. 3. Georg. de Tauris rivalibus juvencæ amore actis in rabiem.

Verſaque in obnixos urgentur cornua vaſto
Cum gemitu.

Ad eundem modum lacrimæ non ſemper imbecillitatis & doloris indicia ſunt: ſummus interdum illas exprimit furor. Lacrimantes præ indignatione ſuperante modum inducit Æſchylus ſeptem Argivorum Duces fœdere ſociatos contra Thebanos. Plutarchus verò illacrimaſſe memorat Coriolanum, cum furore maloque genio incenſus patrium verteret ſolum. Idem de Cæſare, trajecto Rubicone, teſtatum reliquit Svetonius in ejus vita. Uſu & ratione præpoſtera obſervare idem licebit in riſu, qui licet in fauſtis lætiſque rebus locum plerunque habeat, ex ira tamen non rarò naſcitur. Ut à Virgilio non divertam, ſic lib. 10.

Ad quem ſubridens mixtâ Mezentius irâ:
Nunc morere: aſt de me Divum Pater atque hominum Rex
Viderit.

Quod ita vertit Torquatus.

Sorriſe amaramente, e di mia morte
Curi il Ciel, diſſe; hor quì tu mori intanto.

His de gemitûs acceptione præjactis, altera exſurgit indicati carminis expoſitio: ut ibi nimirum Turnus non ob magnitudinem doloris muliebrem in modum, ſed rabie potius & furoris quadam vehementia dicatur ingemuiſſe. Poſtremò ſi obnixè contendas Turni gemitum non impellente ira, ſed hortatu ſuaſuque doloris exortum fuiſſe, novam, mihique veriſſimam Virgiliani carminis interpretationem adducam. Meminiſſe autem oportet, Turnum in Poemate Virgiliano duplicis veluti perſonæ partes gerere, bellatoris acerrimi, & flagrantiſſimi amatoris. Laviniæ ſcilicet amore correptus ſæviſſimum ſe ubique præſtat rivalem Æneæ, cui ea virgo novo conſilio fuit deſponſa, diſturbatis, quæ primum coaluerant, cum Turno ſponſalibus. Qua de cauſa merito Virgilius Laviniam Italici belli facem & cauſam appellat. Sic enim habet lib. 11., ubi loquitur de comparatione belli:

Digitized by Google

juxtàque comes Lavinia Virgo
Cauſa mali tanti.

Sui autem ardoris vehementiam & ſtudium in Laviniam minime Turnus aut diſſimulavit aut texit, Teſtantur id illa lib. 12.

Illum turbat amor, figitque in Virgine vultus:
Ardet in arma magis,

Et paulò poſt, ubi monomachiam Æneæ indicit, non aliam ſuſcepti belli origioem profitetur fuiſſe, non alium fore terminum, quàm de ipſius Laviniæ acquiſitione certamen à ſe cum Duce extero primo quoque tempore capeſſendum:

Teucrûm arma quieſcant
Et Rutulûm: noſtro dirimatur ſanguine bellum:
Illo quæratur conjux Lavinia Campo.

Proditur in eandem Turni ſtudium militari illa jactantia ibidem:

Aut hac Dardanium dextra ſub Tartara mittam
Deſertorem Aſiæ (ſedeant ſpectentque Latini)
Et ſolus ferro crimen commune refellam;
Aut habeat victos, cedat Lavinia conjux.

Nuſquam verò magis incenſus Turni in Laviniam amor elucet, quàm in hoc ipſo ſiogulari poſtremoque certamine. Cum enim haſtæ ictu concidiſſet in terram, ſtudium io Laviniam ſuum diſertè ſignificavit verbis illis:

tua eſt Lavinia conjux;
Ulterius ne tende odiis.

Ubi illud *tua eſt Lavinia conjux*, amara quædam eſt conceſſio, imò potius imprecatio facta victori, ut male eidem cedat vertatque victoria obtentæ virginis. Prodit ſcilicet ea ipſa conceſſio iniquiſſimum animum vulnerati Ducis, oec tam illam æmulo triumphanti benignè indulget, quàm forte caſuque, non virtute, eam ſibi præreptam indolet acerbiſſimè. Ad ejuſmodi amaræ conceſſionis genus illa etiam ſunt Didonis ad Æneam apud eundem Poetam lib. 4. Æneid.

I, ſequere Italiam ventis, pete Regna per undas,

Devovet oimirum ea conceſſione hoſpitem Regium, utque in ejuſdem caput & exitium recidat oavigatio in Italiam Regina amore & deſperatione amens exoptat. Eûm loquendi modum in Armida ad Rinaldum feliciter eſt æmulatus Taſſus noſter Cant. 16.

Vattene; paſſa 'l mar, pugna, travaglia,
Struggi la fede noſtra; anch'io t'affretto.

Ex his ubertim elucet, Turoum Rutulorum Regem non ſolum Ducis eximiæ præſtantiæ partes ſuſtinere in Carmine Virgiliano, verum etiam ardeotiſſimi atque zelotypi amatoris Laviniæ. Quo probè fixo ſtabilitoque mihi præfati verſiculi omnium, ut iodieavi, veriſſima, ſummo verò judicio Virgilii & ſagacitati vehementer accommodata expoſitio conſurgit. Noo immemor proinde Poeta divious exemplum à ſe tum Ducis fortiſſimi, tum flagrantiſſimi amatoris in Turno ubique aotea fuiſſe propoſitum, urget maxime in ipſa viri morte rem ſuam; eundemque ſic vita ceſſiſſe commemioit, ut indignatione inflammatus ingenium ferox & audaciſſimum, gemitu verò ſublato, dolorem amiſſæ Laviniæ teſtaretur. Aptiſſimo itaque verſu, & omoium facilè puleherrimo divinam, ut meritò Statius cecinit, claudit Æneida.

Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.

Ubi quod dicit indignatam Turni animam, ad ejuſdem referas præferocem indolem; quod adiicit ingemuiſſe, de ſummo mœrore & ægritudine delatam in rivalis poteſtatem Laviniæ dictum accipias. Nihil igitur ad Turni animum & ſtudia ſignificanda magis proprium & accommodatum fuit, quàm ot incredibilem ſimul indignationem atque dolorem exprimeret; ut illud apud Statium: *torvum & miſerabile frendens*; Ubi primum ad Venatores ioſeſtos, alterum ad Catulorum amorem Poeta retulit: quod aptiſſimè ita vertit Areoſtus,

E freme in ſuono di pietà e di rabbia.

Sed vide utranque comparatiooem iotegram in Tit. *Conjugia Militum*. Quoniam verò Virgilius eodem verſiculo

Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras

Uſus legitur in Camillæ morte, ibi etiam ſimilium affectuum permixtionem licet agnoſcere; ut indignantis quidem elamorem poſſis rejicere in Aruntem, cujus telo transfixa Camilla periit; gemitum verò ad dolorem amitteodæ relioquendæque Accæ, ſociarum fidiſſimæ, euique longo uſu, & ſecretorum communione inſueverat. Sic enim Poeta de Acca:

Accam ex æqualibus unam
Alloquitur, fida ante alias, quæ ſola Camillæ.

3. Poſtremum inſanæ ferociæ genus eſt, cum aliquis ob eooceptam rabiem, ſtulto deridendoque molimine invehitur in res ioanimatas, canum more, qui ſaxa demordeot, à quibus lethalem ictum aeeeperunt. Ad hunc modum inſaoiit Pandarus apud Homerum 5. Iliad., ubi vovit in ignem ſe conjecturum ſagittas & arcum, cum primum in patriam redierit, quoniam vulneraverit quidem Diomedem & Menelaum, nec tamen morti dederit. Scio eandem pœnam de arcu ſuo ſumpſiſſe Silvium, ut in hunc modum exponitur à Cuarino Paſt. Fid. Att. 4. ſc. 9.

E ſe 'nginſto ti par, ch'hoggi impunita
Reſti la mia ferita,
Chi la fe ſi puniſca;
Fella quell'arco, e ſol quell'arco pera.
Sovra quell' homicida
Cada la pena, ed egli ſol s'ancida.

Li. *O ſentenza giuſtiſſima e corteſe.*

Sil. *E così ſia, tu dunque*
La pena pagherai legno funeſto,
E perche tu de l'altrui vita il fila
Mai più non rompa, ecco te rompo e ſnervo,
E qual foſti alla ſelva
Ti rendo inutil tronco:
E voi ſtrali di lui, che 'l fianco aperſe
De la mia cara donna, e per natura,
E per malvagità, forſe fratelli,
Non rimarreſe interi
Non più ſtrali ò quadrella,
Ma verghe in van pennute, in van'armate,
Ferri tarpati, e diſarmati vanni.

Verùm donandus veoia furor ille in paſtore adoleſcentulo & inexperto, ooviſque Cupidiois flammis acto in amentiam. Quod enim in ductore gregis, vitæque parum experto tolerari uteumque poteſt, turpe & indignum io viro militari judicandum eſt. Nam quid miſellus arcus, & immeritæ ſagittæ peccarunt, ſi minus ad vivum miſſile conjectum deſeendit? Quantum porrò bonæ meutia Cyro Perſarum Regi ſuperfuit, cum potentiſſimo inſtructus exercitu adversùs hoſtes, plurimum temporis, omneſque ferè copiarum ſuarum vires attrivit diducendo, quemadmodum ſtultiſſimæ vindictæ actus cupiditate juraverat, Gyoden-

ain-

ammem in ſexaginta & trecentos rivos, ut equum candidiſſimum, ſibique in primis acceptum charumque & fluvio ſubmerſum, ultum iret. Sed juvat rem ipſam exponere verbis Senecæ, qui ita ſcribit lib. 3. de Ira cap. 21. *Cum Babylonem expugnaturus feſtinaret ad bellum, cujus maxima momenta in occaſionibus ſunt, Gynden latè fuſum amnem vado tranſire tentavit: quod vix tutum eſt etiam cum ſenſit æſtatem, & ad minimum deductus eſt. Ibi unus ex his equis, qui trahere currum regium ſolebant, abreptus, vehementer commovit Regem. Juravit itaque amnem illum regiis equis meatum auferentem eò ſe redacturum, ut tranſiri, calcarique etiam à fœminis poſſet. Huc deinde omnem tranſtulit belli apparatum, & tandiu aſſedit operi, donec CLXXX. cuniculis diviſum alveum in CCCLX. rivos diſpergeret, & ſiccum relinqueret, in diverſum fluentibus aquis. Periit itaque & tempus, magna in vanis rebus jactura: & militum ardor, quem inutilis labor fregit; & occaſio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hoſti cum flumine gerit.* Quid verò de Xerſe alio rege Perſarum dicam, in cujus admirandorum facinorum recenſione nimium quantum Græciæ credulitas proceſſit? Tantus tantiſque copiis nulli non magnopere formidandus Imperator ad Athon montem dementiſſimam epiſtolam, ut Plutarchus teſtatur, dedit in hanc ſententiam: *Atho infelix ad cœlum uſque porrecte, ne meis operibus facias lapides magnos, & ad eruendum difficiles; alioqui exciſum te projiciam in mare.* Scilicet non ſolum, quod Horatius dixit,

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi,

Sed quidquid per emotæ mentis delirium Reges delinquunt, montes ipſi & maria plectuntur. Nam furioſus ille ductor ipſum mare ventoſque verberibus affici virgiſque cædi juſſit, quod diſſolviſſent ſtratum navibus pontem, quo Helleſpontum contabulaverat. Juven. Satyr. 10.

In Corum atque Eurum ſolitus ſævire flagellis
Barbarus, Æolio nunquam hoc in carcere paſſos,
Ipſum compedibus, qui vinxerat Ennoſigæum?

Ferramenta. Dicuntur de quibuſlibet ferreis inſtrumentis. Livius dixit agreſtia ferramenta, quæ propria ſunt villicorum & agricultorum. Sed Vopiſcus in Aureliano eam tranſtulit vocem ad militaria inſtrumenta; ſic enim ſcribit: *Arma terſa ſint, ferramenta ſamiata, calceamenta fortia.* Ubi ſamiata ferramenta Nonius acuta & mucronata explicat, ducta vocis origine à Samo Inſula, quæ admodum ferax fuit argillæ ad poliendum ac detergendum aptiſſimæ. Ex eadem argillæ copia, qua Samus redundat, ortum eſt Italicum illud adagium, quo ſignificamus vanum eſſe ea afferre vel exhibere, quorum ingens culpiam copia eſt.

Portare à Samo vaſi,
Nottole à Atene, e Coccodrilli à Egitto.

Etiam Vegetius lib. 2. cap. 25. arma & machinas polemicas Ferramenta dixit: *Legio autem non tantum militum numero, ſed etiam genere Ferramentorum vincere conſuevit.* Ac ſtatim rem exemplis digerens enumerat carroballiſtas, onagros, jacula &c. Idem tamen ibidem iterum Ferramenta uſurpat non tam pro armis machiniſque, quàm pro ferreis inſtrumentis ad machinarum ſtructuram idoneis. Sic enim ſcribit: *Habent præterea artifices cum omnibus Ferramentis quæ ad expugnandas hoſtium civitates, teſtudines, muſculos, arietes, vineas, turres etiam ambulatorias faciant.*

Ferrandi, vel **Ferrannini equi**. Vide *Farii Equi.*

Ferrare. Soleâ ferreâ equum munire. Villelmus Tyrius lib. 13. *Miſerat autem prædicto viro nobili — palafredum albiſſimum argento ferratum.* Etiam ſufferrare dictum invenio. Jus Feudale Saxon.: *Equi eorum debent in anterioribus pedibus ſufferrari, & non retrò.*

Ferrati, orum. Vide *Crupellarii*, & *Clibanarii*: eos enim Tacitus Ferratos vocat. Cum enim dixiſſet Annal. 3. *Adduntur e ſervitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen, Crupellarios vocant*; mox addit: *Paulùm moræ attulere Ferrati, reſtantibus laminis adversùs pila & gladios.*

Ferratura, æ. Ferrea equi ſolea. Joannes Brompton: *Mulam etiam, quam equitabat, auro fecit ferrari prohibens omnes ſuos, ne, quando ferratura caderet, ſuſtollerent.* Eadem ſimplicius dicta eſt *Ferrum*. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. *Dixit ſe teneri facere ſex ferra nova equi cum clavis ſuis.*

Ferreoli. Militia ex genere Raitrum de qua ita Famianus Strada Dec. 1. l. 8. *Pugnabatque in fronte Naſſoviani exercitus agmen quingentorum Equitum, quorum ferme trecenti ex eo erant Raitrum genere, quos à pluribus brevibuſque ſclopetis, atque aliis ferreis telis, Ferreolos vocant.* Vide *Raitres.*

Ferrum, i. Quibuſdam à ferendo trahitur, quod in agros feratur ad omnis culturæ genus: aliis à feriendo; quoniam à ferro cætera feriantur, ideſt domentur. Optimum mihi etymon à feritate; ut ferrum ſit ferum; ideſt indomitum: fera ferri ſemina dixit Lucretius l. 1. Metallum notum, idemque optimum inſtitutione naturæ, abuſu hominum & malignitate deterrimum. Super inventoribus pugnaciſſimi metalli variè Scriptorum calamis pugnatum eſt. Chalybes Scytiæ populos ferrum monſtraſſe tradit Virgil. Georg. 1.

At Chalybes nudi ferrum.

Eoſdem ferri opifices vocat Æſchylus in Prometh. Item Ammianus l. 22. Chalybes, *per quos erutum & domitum primitùs ferrum.* Contra verò alii ad Dactylos Idæos, Cretæ Inſulæ populos, referunt ferri inventum. Strabo lib. 10. *Hi ferrum invenere primùm, & fabricarunt.* Idem ex Heſiodo tradit Plinius lib. 7. 56. Poſtremò non pauci Cyclopibus, antiquiſſimis in Sicilia juxta Æthnam populis ferrariam Fabricam, Fuſoriam Theodoro Samio, ferruminandi rationem Glauco Chio, prima ex ære & ferro opera Telchinibus debere nos arbitrantur. Vide Pauſan. in Phoeic. Strabo lib. 20. & plura apud Cel. Rhodig. Ferri metalla ubique proveniunt. Admiranda ejus copia in Ilua Tyrrheni maris Inſula. Virgil. 10.

aſt Ilua trecentos,
Inſula inexhauſtis Calybum generoſa metallis.

Inexhauſta vocat Iluæ metalla; quoniam id habet ſingulare ea Inſula, ut quantumvis cæſis & effoſſis terris adhuc renaſcantur ſubinde uberiores ferri copiæ Strabo l. 5. *Hoc admiratione dignum habet hæc Inſula, ut exhauſta effoſſionibus loca rurſus repleta cernantur.* Eadem habet Plinius l. 34. c. 14. De ferro Indico, & veriùs Sinenſi, quod optimæ notæ ſcribit eſſe idem Plinius, Vide Pancirol. Memorab. l. 1. Cum verò nullæ cenſeantur artes, atque adeo fabrefacta vel machinæ, quibus non aliquid conferat hoc metallum: cumque

in

Digitized by Google

in fornacibus emollitum & acuminatum procudentium atque fundentium ictus ſuſtineat, eam etiam ob cauſam, ſupra innatam duritiam, meritò habetur tanquam patientiæ typus & ſymbolum. Quare aptiſſimè factum legimus ab Alcona, qui ferreum Herculem Thebis dedicavit, ad conſtantiſſimam ejus viri laborum tolerantiam commonſtrandam, qua maximopere claruit, cum duriſſima Junonis & Euryſthei imperia ſedato nec repugnanti faceſſeret animo. Ferri acerbitatem atque duritiam indigitarunt Poetæ ubi mortem, qua nihil vita fruentibus durius, ſomnum ferreum vocitarunt. Ita Homerus perſæpe, & ex Homero Virgilius lib.10.

Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus.

Ex quo Taſs. C. 3.

Cade, e gl'occhi, ch'apena aprir ſi ponno,
Dura quiete preme, e ferreo ſonno.

2. Quanta verò & quàm ampla præſidia à ferro rei militari ac præſertim gladiatoriæ & machinariæ accreſcant, indicant primùm Italicorum Scriptorum locutiones, quibus ferrum pro armis ſumitur. *Mettere, andare a ferro e a fuoco.* Areoſt. 27.

Un Caſtel già vi fù, ch'a ferro e a fuoco
Le mura, e i tetti, e a ruina andorno.

Venire à ferri. Com. Inf. 6. *Verranno a ferri, e toccheranſi i Cittadini, e'nſanguineranſi.* Idem indicant Latini Scriptores, cum ferri nomine appellant gladium, inſtrumentum inprimis militare. Virgil. 6.

Tuque invade viam; vaginâque eripe ferrum.

Et lib.10.

latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro.

Et iterum ibidem.

caſus evadere ferri
Cui licuit parvo.

Liv. lib.3. de Virginio: *Ille ferro, quocumque ibat, viam facere.* Tacit. 1. Annal. *Adoleſcens animi ferox inter obſtantes & armatos ferro viam patefecit.* Eodem loquuntur idiotiſmo Itali noſtri. Petrarcha.

Non la bella Romana, che col ferro
Aprì il caſto e delicato petto.

Taſſus Cant. 9.

indi lui preme.
Col piede, e ne trae l'alma, e'l ferro inſieme.

Et iterum ibidem.

Altri getta lo ſcudo, altri la deſtra
Diſarma: impaccio è il ferro, e non difeſa.

Utrum ferrum ære fuerit antiquius; iterum æneiſne an ferreis armis dimicatum ſit apud Antiquos, Heroum tempore, diſcuſſi in Titulo *Arma*. Multiplicem hujus metalli uſum, damna præterea, quæ ex eodem in noſtrum genus redundant complexus eſt Plinius lib. 34. cap. 14. *Hoc tellurem ſcindimus, ſerimus arbuſta, ponimus pomaria, vites ſqualore deciſo annis omnibus cogimus juveneſcere. Hoc extruimus tecta, cædimus ſaxa, omneſque od alios uſus ferro utimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia non comminùs ſolùm, ſed etiam miſſili volucrique, nunc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc verò pennato: quam ſceleratiſſimam humani ingenii fraudem arbitror. Siquidem ut ocius mors perveniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennaſque ferro dono dedimus.* Humanius certè ac longe feliciſſimè actum eſſet cum rebus mortalium ſi ferro agrorum culturæ & reliquis pacis artibus relicto, nullis Martis uſibus metallum diriſſimum deſerviret, publicèque atque ſanctiſſimè paciſceretur genus humanum, quod olim Porſena, poſt Reges expulſos, inter alias fœderis conditiones Romanis indixit, *ne ferro*, ut Plinius loquitur, *niſi in agricultura uterentur.* Nullum certè humani generis inventum ſibi exitioſius, nullumque inſtrumentum noſtri ſanguinis plus elicuit hauſitque ferro in enſes diffiсto. Quare jure exclamavit Tibullus lib. 1. Eleg. 10.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quam ferus, & verè ferreus ille fuit?
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata;
Tunc brevior diræ mortis aperta via eſt.

Etiam quid grandius ſonat Valerius Flaccus.

Nocte ſub extrema clauſis telluris ab antris
Pervigil auditur Chalybum labor; arma fatigant
Ruricolæ, Gradive, tui. Sonat illa creatrix
Prima manus belli terras crudelis in omnes.
Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri
Eruerent, enſeſque darent, odia ægra ſine armis
Errabant, iræque inopes, & ſegnis Erinnys.

Atqui tot tantorumque malorum cauſæ nullo pacto ad ferri ipſius naturam, ſed ad pravum & præpoſterum hominum ingenium referendæ ſunt. Quamvis, ſi rite ponantur calculi, datique & accepti rationes ſubducantur, magnis plurimiſque vitæ ſocialis commodis metallum, in terræ viſceribus à natura ſolerter abſtruſum, eruerunt homines & eduxerunt in lucem. Ferri beneficio belluis fortiores ſumus: nec illarum aut corporis magnitudinem aut furoris impetum pertimeſcimus. Quid autem tot armorum conſtructio præſtat, niſi cuſtodiri ſalutem hominum, ſtabiliri commercia, publicos commeatus, itinera, manſiones à ferarum ſævitia, ab hoſtium ferocitate protegi? Leges ipſæ, niſi armatæ eſſent, deriderentur, judicia deſpicatui eſſent, Regum authoritas viluſceret. Neque enim alio conſilio Antiquitas Deos ſuos fulminibus, haſtis, omni jaculorum genere obarmavit, quam ut liquidò exploratum omnibus fieret, ſine armorum præſidio, nec ſatis intra æquitatis cancellos contineri, nec ad vitam ſedatè beatèque tranſigendam aſpirare mortales poſſe.

Festina lente. Adagium à non paucis viris illuſtribus, ac præſertim egregiis copiarum Ductoribus ſæpe uſurpatum. Admonemur, impetus parum moderatos ſæpe lethales eſſe; adhibendamque in bellica præſertim adminiſtratione tempeſtivam quandam celeritatem cum æquabili moderatione conjunctam. Cujus rei præſtantiſſimum protulit documentum Fabius ille Maximus, cui matura tarditas in conſulendo agendoque nomen Cunctatori fecit. Nihil quippe per inconſultam ferociam, & inauſpicatam velocitatem agendo; ſed cunctando potentiſſimum hoſtem ſuperavit, & Romani nominis dignitatem aſſeruit. Idem adagium crebris uſurpaſſe ſermonibus Octavium auctores ſunt Gellius lib.10. cap. 11., & Macrobius Saturn. lib. 6. Item Svetonius tradit in ejus vita. Tito etiam Veſpaſiano mirificè arriſiſſe eam Parœmiam colligitur ex antiquiſſimis nomiſmatis. Author Chiliadum memorat, Aldum Manutium ſpectandum ſibi exhibuiſſe nomiſma argenteum, eidem à Petro Bembo Patritio Veneto dono miſſum, ex altera cujus parte Veſpaſiani facies, ex altera Delphin anchoræ obvolutus de-

pro-

Digitized by Google

promebatur. Docebat autem illud ſymbolum, miſcendam eſſe io rebus agcodis feſtioationi tarditatem, & præpropera conſilia lentioribus temperanda. Delphious quippe perniciſſimus eſt inter animalia, curſuque admodum coocitaio fertur; e diverſo anchora pondere ſuo gravis ſtabiliſque. Obvolutus proinde anchoræ Delphin opportunè eommodèque exprimit indicatque lentam quaodam feſtinationem & celerem tarditatem; qua ſcilicet cooſiliorum atque ſacinorum felicitas maxime conſtat. Factum autem eſt poſtea cum ſiogulari eruditorum hominum fructu, ampliſſimoque omnis liberalis diſciplinæ proventu, ut idem ſymbolum Delphini anchoræ obvoluti ab Aldina gente transferretur in teſſeram præclariſſimorum voluminum, ab eadem elegantiſſimis purgatiſſimiſque typis editorum, quibus quidquid eſt ex optimis quibuſque authoribus Latinæ Græcæque linguæ eximium magis atque ſpectabile utilitati publicæ proponitur & propagatur.

Fisula, æ. Omiſſis aliis originationibus, non improbaverim thema à Voſſio propoſitum. Dicitur fibula à *figo*; & quemadmodum à *tero* fit teribulum, & per ſyncopen tribulum; ita à *figo* figibula, & per ſyocopen fibula. Addo ad uberiorem copiam, trahi poſſe à *findo*, ex quo findibula, & cnntractè fibula. Dicimus autem fibulam quidquid ligamenti unum alteri jungit. Hæret hodie apud Italos hoc vocabulum inſtrumento oſſeo vel metallico, ad circuli figuram accedenti, in cujus tranſverſa virgula ioſertus cuneolus vel acicula reductilis tranſadigit trajicitque quod eſt nectendum vel retineodum. *Fibbia*. *Fibbiale*. *Fibbiaglio*. *Fermaglio*. *Borchia*. Hujus generis ſunt claviculi, quibus calcei, balthei, cingula, & ſimilia adſtringuntur. Et præcipuum quidem fibularum uſum fuiſſe in veſtibus oon eſt ambigendum. Virgil. Æneid. 4.

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem,

Et mordere quidem fibulam eleganti metaphora dixerunt Poetæ frequenter. Virgil. 12.

teritur qua ſutilis alvo.
Baltheus, & laterum juncturas fibula mordet:
Egregium forma juvenem, & fulgentibus armis,
Tranſadigit coſtas, fulvaque extendit arena.

Ovid. 8. Metam.

Raſilis hinc ſummam mordebat fibula veſtem.

Silius l. 7.

qua fibula morſus
Loricæ crebro laxata reſolverat ictu,
Accepit lateri, penituſque in viſcera adegit.

Quibus teſtimoniis illud inſuper licet obſervare, bellatores panopliâ armatos, ſive lancea adverſis equis concurrerent, ſive gladiis confligerent, ad ipſas fibulaa ictus dirigere conſueſſe, ut diſſolutis earum juncturis & commiſſuris, per diſſibulatas loricas, caſſides, brachialia, vel femoralia eos ad vivum adigerent. Triſſinus Ital. Liber. l. 10.

Ben lo toccò di sì ſpietato colpo
Nella viſiera, ove s'aggiunge all'elmo,
Ch'à pena à pena ſi ritenne in ſella,

Alamann. Gyr. Cort. l. 8.

E ſopra il primo, che di ſe ſi fida,
Ove la pancia vien col petto unita,
Tutto paſſa à traverſo; indi 'l ſecondo,
E'l terzo, e'l quarto caccia fuor del mondo.

2. Habent porrò vel maximè locum fibulæ in re mechanica & machinaria. Sunt autem ferè certæ colligatiooes tignorum, quæ fiunt taleis, paxilliſque ferreis, vel ligneis in capite uſtulatis, quales Lipſius appellat anchoras ligneas vel ferreas, ad ligandum immiſſas. Vitruv. lib. 1. c. 5. *Tum in craſſitudine ejus perpetuæ taleæ oleaginæ uſtulatæ quamcreberrimè inſtruantur, uti utræque muri frontes inter ſe, quemadmodum fibulis, his taleis colligatæ æternam habeant firmitatem.* Idem lib. 10. cap. 2. *Tigna tria ad onerum magnitudinem ratione expediuntur, & à capite fibula conjuncta, & in imo divaricata.* Cæſar lib. 4. Bell. Gall. *Utraque bipedalibus trabibus immiſſis, quantum eorum junctura diſtabat, binis utrinque fibulis ab extrema parte diſtinebantur.* Axiculos ejuſmodi, ſubſcudiculas, vel claviculos tigoorum capita trajicientes, quos fibulas vocamus in machinis, originem duxiſſe liquet à ferreis vel argenteis ligamentis, quibus veſtes, calcei, cinctoria, aut aliquid ſimile in re veſtiaria, cæteroque corporis ornatu nectimus & illigamus. Talia minimùm à Latino vocabulo mutuata voce dicimus Itali. *Fibie*. Machinarias illas vocamus *Chiavi*, *Morſe*.

3. Frequentior fibularum ornatiorque uſus fuit in ſagis militaribus & paludameotis Imperatoriis, quæ ſupra humeros & interdum aote pectus nexu fibulæ ligabantur, ne defluerent; ad quam formam oobis illa exhibent ſtatuæ nummique veteres. Erant autem ferè veſtiariæ fibulæ orbiculi quidam, qui ad inſtar bullarum promiuebant, cum incurvis utrioque hamulis, quibus veſtem ſuperpoſitam & injectam ex utraque parte ſiſterent & alligarent. Loogè plurimas ejuſmodi fibularum figuras, uſumque io veſtibus recenſet Joannes Rhodius in libro de Acia. Earum materia mirè variavit prn temporum diverſitate. Aurum argentumque à luxuria poſteriorum Cæſarum inductum in Fibulas non modò veſtium Imperatoriarum, ſed earum etiam, quæ gregariorum eſſeot manipularium, Trebell. in Claud. *Sagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas, fibulam auream cum acu cyprea unam.* Uſus etiam fibulæ io capulis, loriſque pharetrarum. Ejus generis pharetram Æneas præmium propoſuit apud Virgil. lib. 5.

Alter Amazoniam pharetram, plenamque ſagittis
Threiciis, lato quam circum amplectitur auro
Baltheus, & tereti ſubnectit fibula gemma.

Crines à fœmiois Martialibus fibulâ coercitos Virgilius indicat lib. 7. ubi de Camilla ſic loquitur;

ut fibula crinem
Auro internectat: Lyciam ut gerat ipſa pharetram,
Et paſtoralem præfixa cuſpide mirtum.

Poſtremò inter præmia militaria obſervo fibulas adnumerari. Liv. 7. Bell. Pun. *Tum puero annulum aureum, tunicam lato clavo, cum Hiſpano ſagulo & aurea fibula, equumque ornatum donat.* Idem ſcribit lib. 39. C. Calpurnium donaſſe equites ſuos phaleris; Quinctium alterum Prætorem ſuos catellis ac fibulis. Non credam autem fuiſſe ſimplices; ſed aureas, & minimum argenteas, graphicè etiam exornatas emblematis & figuris, vel etiam gemmis aſperas. Obſerva autem ad memoratum Livii locum ordioem præmiorum: diſtinguit enim phaleras à Calpurnio donatas, quæ majo-

ris

Digitized by Google

ris erant pompæ pretiique, à fibulis & catellis; quæ inferioris ordinis erant præmiola.

Fictiones ictuum in certaminibus. Vide *Avocare arma*.

Fidei Jesu Christi equites. Ordo militaris inſtitutus contra Albigenſes, Memoratur in Regeſto Curiæ Franciæ, de Negociis Seneſcallorum Carcaſſone. Item in Charta Comitis Montisfortis.

Fidem militum implorare. Formula petendi auxilii, de qua ubertim exempla ſuppetunt. Habet autem vim jurisjurandi, & religioſæ appellationis pro conteſtatione veritatis Liv. lib. 7. *Fabius fidem militum implorans lacerantibus veſtem lictoribus, ad Triarios ſe recepit.* Sveton. in Jul. cap. 33. *Pro concione fidem militum flens, ac veſte à pectore diſciſſa, invocavit.* Hircius de Bello Gall. *Omnium ſuorum cominus invocat fidem atque auxilium, ne ſua vulnera, per fidem interpoſitam, paterentur inulta.* Natum id ex aliis atque ſimilibus implorandi formulis extra rem militarem. Vulgaris quippe implorandi Formula apud Antiquos; rogare per hominum Deûmque fidem. Juvenal. Satyr. 13.

Nos hominum Divûmque fidem clamore ciemus.

Liv. lib. 2. *Obteſtansque Deûm, atque hominum fidem.* Fidem etiam plebis & populi Romani invocabant. Idem lib. 2. *Clamitans, ait, Provoco, & fidem plebis imploro.* Liv. lib. 10. *Decurrit inde ad arma, & Proh veſtram fidem Quirites, clamitans.* Obteſtabantur etiam Conſulum, virorumque illuſtrium fidem. Sen. Troad. Act. 3, 1. de Andromacha:

Cælitum appello fidem,
Fidemque Achillis.

Liv. lib. 3. *Clamore ingenti nunc Conſulum, nunc Patrum fidem implorant.*

Fidelitas, atis. Vide *Fides*.

Fideles. Occurrunt ſæpius in legibus Longobardorum pro Vaſſallis, Miniſterialibus, & Aldiis. Vide memoratas dictiones.

Fides. Græcæ originis vocem putat Voſſius. Inter fidem & fidelitatem, fidelem & fidum, quædam argutulè diſceptant Grammatici. Donatus fidum in maximis, fidelem in minoribus dici ſtatuit. Caper amicum fidum, famulum fidelem vocat. Fronto fidelem fieri, fidum naſci exiſtimat. Vera hæc, ſed non ſemper à Scriptoribus religioſè obſervata. Deſcribitur à Cicerone lib. 1. Offic. *Dictorum, conventorumque conſtantia & veritas* Vinculum eſt pulcherrimum atque firmiſſimum humanæ ſocietatis. Hoc maxime munimento ſtat omnis adminiſtratio bellica; eique acceptum referre debemus normam rationemque injurias rectè & ordine ulciſcendi, ſervandique inter hoſtiles offenſas modum certum definitumque; ut nimirum humano more, non inſana ferinaque rabie bella procedant. Regit illa, qua nulla in humano pectore indomita magis affectio eſt, caleſcentem iram, injuriæ præſertim opinione laceſſitam. Tolle ſiquidem è militari regimine fœderum, induciarum, pactorum, conventorum denique omnium, & conditionum fidem; quid, quæſo, in humanis bellis atque conflictibus erit reliquum, niſi inconſulta temeritas, cupiditas nocendi effrenata, furorque præceps & abruptus, non ad publicam concordiam, felicemque Reipublicæ ſtatum, qui inferendi Martis unicus atque pulcherrimus ſcopus eſt, aptè collineans; ſed ad propagandam latè perniciem, & immenſum populorum excidium, belluarum, imò verò peſtilentiæ, violentique turbinis quodam more deſæviens? Nectit fides mancipatque Imperatorum animos ſuis Regibus atque Principibus; militares verò copias ipſis Imperatoribus. Pudor, obſequium, obedientia, quæ bellorum munimenta ſunt atque tibicines, fidei ſcilicet in bellatorum pectoribus altè radices agenti innituntur. Illa amicitias ſociat, nectit fœdera, legationes excipit; rem denique omnem, diſciplinamque caſtrenſem ſanctè cuſtodit. Occurrendum idcircò pro viribus convellendæ opinioni mortalium inveteratæ penitus, & ſiniſtræ arma tractantium famæ apud Lucanum lib. 10.

Nulla fides pietaſque viris qui caſtra ſequuntur.

Hoſtibus circumſeſſæ urbes, & præſidiarii propugnatores ante oculos habeant fidem Saguntinam, quæ olim miraculo fuit. In jure legationis tuendo fidem afferat ſuperior Africanus, cum, ut legitur apud Valer. Max. lib. 6. cap. 6., inviolatas dimiſit Carthaginienſium naves, quòd illi legatos ad ſeſe miſſos dicerent: tametſi manifeſtum erat Imperatori, præſentis periculi declinandi gratiâ, eos homines falsò legationis titulum quæſiviſſe. In ipſos hoſtium Duces ſervandæ fidei exemplum fuerit Curius, qui à Pyrrhi Regis Medico acceptis litteris, quibus ſe Regem veneno necaturum, ſi juberet, polliceretur, eoſdem illos litterarum faſciculos ad infeſtiſſimum cæteroqui hoſtem miſit, Regem admonens, ut ſibi ab amicorum potius periculis, quàm hoſtium caveret.

2. Equidem gentem Romanam in fide excolenda, dextrâque, venerabili atque certiſſimo ſalutis pignore, ſociis offerenda, neutiquam eſt dubitandum palmam reliquis nationibus præripuiſſe. Quid enim ad ejus populi majeſtatem ſimul, fidemque ſignificandam ſplendidius, quàm utriuſque Conſulis, ad Hannonem legatum Carthaginienſium reſponſum? Cum enim, quemadmodum Valerius Maximus memoriæ tradidit, is de belli fine ageret, & inter loquendum paulò acrius exardeſceret, medium ſe Tribunus interpoſuit; & poſſe Hannoni id Romæ contingere addidit, quod accidiſſet Cornelio Aſinæ Conſuli apud eoſdem Carthaginienſes in vinculis detento; Conſules, Tribuno tacere juſſo, converſique ad Legatum, Iſto te metu, Hanno, dixerunt, fides civitatis noſtræ liberat. Omnem pene fidem ſuperat fides M. Attilii Reguli, qui à Carthaginienſibus, oppignorata reditùs fide, Romam ad Senatum miſſus, ut de permutandis captivis ageret, adverſæ quidem deliberationis apud ampliſſimum ordinem author fuit; verum è veſtigio Carthaginem remeans, quod jam animo præceperat, acerbiſſimis cruciatibus affectus eſt. Uſque adeo Viro Romano fides vita & libertate ſanctior & antiquior fuit. Vide alia exempla de ſervata etiam hoſtibus fide a Romanis apud Cic. l. 3. de Offic. Eandem Romanorum fidem ſæpe commendat S. Auguſtinus in lib. de Civit. Dei. Contra verò Pœnos Africanoſque nulla ne jurisjurandi quidem religione moveri, quominus propoſita utilitatis ſpe, ferociter deſæviant, ipſa quæ in adagium ſponſionis violatæ abiit, Punica commonſtrat fides. Non impari adverſiore fama Græci laborarunt. Virgil. lib. 2. Æneid.

Accipe nunc Danaûm inſidias & crimine ab uno
Diſce omnes.

Quòd

Quod ita vertit Poeta ooſter:

La fede Greca a chi non è paleſe?
Tu da un ſol tradimento ogn'altro impara.

Pudendum verò & palàm dedecoroſum illud eſt Diooyſii effatum apud Plutarchum: *Sicut pueri talis, ita juramentis homines fruſtrari oportere.* Superbum etiam & inhumanæ vecordiæ plenum illud eſt Ægiſthi apud Senec. io Agamemn.

Non intrat unquam regium limen fides.

Et iterum illud

probitas, pietas, fides,
Privata bona ſunt: qua juvat Reges eant.

Quam vocem nemo oon agnoſcit ejus eſſe, qui vecordi ambitione furit ioſanitque. Parthi etiam Numidæque leviſſimæ, ut Scriptores memorant, feruotur fidei. Sed & fides Theſſala dedit proverbio locum, cum ejus gentis copiæ militares in ipſa acie ab Athenienſibus ad Lacedæmonios tranſfugerint. Taxatur ea ab Euripide in Phœniſſis:

At ſenticns hoc Etheocles mox Theſſalam
Adhibuit artem, gentis ob commercium.

Atque idem alibi:

Multus quidem aderat lubrica fide
Grex Theſſalorum.

Ægyptii vero io primis labantis fidei vitio notati ſunt. Magoo id ſuo malo expertus Pompejus Magnus à Ptolemæo Rege obtruncari juſſus, quem ipſe olim ad regnum extulerat: Execratur id multis Lucanus lib. 8., ac præſertim cum ipſum ioducit Pompejum lictori fœdiſſimo cervicem porrigentem his verbis proloqui:

Sæcula Romanos nunquam tacitura labores
Attendunt, ævumque ſequens ſpeculatur ab omni
Parte ratem, Phariamque fidem.

3. Nec in juſto duntaxat bello, verum etiam in congreſſibus privati Martis, & ſingulari quolibet inter illuſtres bellatores certamine vim maximam apud ingenuos animos fides ſemper habuit. Præire ut plurimum concertationes illas equeſtres pacta quædam & conditiones ſolebant, à victis iotegra fide perſolvendæ, nullaque propoſita privati compendii ſpe ullo tempore violandæ. Paciſcebantur autem ante pugnam, ut captivum ſe victus traderet in manus victoris: ut captivos alios liberaret & cederet; ut oppidum castrumve aliquod ejuſdem victoris poteſtatis & imperii faceret: ot galeam vel clypeum quocumque titulo nobilem præſtaotemque exhiberet victori: ut permutaret equum, armigerum, vel quodlibet armorum genus; & his ſimilia ſexcenta, quæ paſſim occurrunt apud Etruſcos Fabulatores ac Poetas, ubi ſiogularia & equeſtria virorum ſtrenuitate præſtantium ioducunt certamina. Ea ſcilicet omnia religiosè ſanctèque ſervari oportuit ex inſtituto veteri militiæ equeſtris Heroicæ. Facetiſſimum eſt quod in hoc genere comminiſcitur de Gabrina turpiſſima vetula Poetarum feſtiviſſimus Areoſtus Cant. 20. Anum fœdiſſimam, & nulla oon parte monſtroſam deridendamque itinerum ſuorum ſociam circumducebat Marfiſa Amazoo: ac nuper illam pulcherrimis venuſtiſſimiſque induerat veſtibus, quas puellæ detraxerat ex pacto initi certaminis cum Pinabello, quem in cooflictu ex equo dejecerat. Cum verò paulò poſt vetulam derideret Zerbinus obvius, ad congreſſum militarem eâ cauſâ eum laceſſivit Marfiſa, propoſita conditione, ut ſi illum lancea ex equo deturbaret in terram, Gabrinam ſecum Zerbious in perpetuam clieotelam abriperet. Operę fuerit eâ ſuper re lepidiſſimum Poetam audire:

Soggiunſe a lui Marfiſa; al tuo diſpetto
Di levarmi coſtei provar convienti.
Non vò patir ch'un sì leggiadro aſpetto
Habbi veduto, e guadagnar nol tenti.
Riſpoſe a lei Zerbin: non sò a che effetto
L'huom ſi metta a periglio e ſi tormenti,
Per riportarne una vittoria poi,
Che giovi al vinto, e 'l vincitore annoi.
Se non ti par queſto partito buono,
Te ne dò un'altro, e ricuſar nol dei
Diſſe a Zerbin Marfiſa; che s'io ſono
Vinta da te, m'habbia à reſtar coſtei;
Mà ſe io te vinco, à forza te la dono.
Dunque proviam chi dè ſtar ſenza lei:
Se perdi converrà che tu le faccia
Compagnia ſempre ovunque andar le piaccia.
E così ſia, Zerbin riſpeſe, e volſe
A pigliar campo ſubito il cavallo.
Si levò sù le ſtaffe, e ſi raccolſe
Fermo in arcione, per non dare in fallo,
Lo ſcudo in mezzo alla donzella colſe,
Mà parve urtaſſe un monte di metallo:
Ed ella in guiſa à lui toccò l'elmotto,
Che ſtordito il mandò di ſella netto.
Troppo ſpiacque à Zerbin l'eſſer caduto,
Che in altro ſcontro mai più non gl'avvenne,
E n'havea mille e mille egli abbattuto,
Et a perpetuo ſcorno ſe lo tenne.
Stette per lungo ſpatio in terra muto;
E più li dolſe poi che gli ſovvenne,
Ch'avea promeſſo, e che gli convenia
Haver la brutta vecchia in compagnia.
Tornanda a lui la vincitrice in ſella
Diſſe ridendo: queſta t'appreſento,
E quanto più la veggio e grata e bella,
Tanto, ch'ella ſia tua più mi contento:
Hor tu'in mio loco ſei Campion di quella;
Mà la tua fè non ſe ne porti il vento;
Che per ſua guida e ſcorta tu non vada,
Come hai promeſſo; ovunque andar l'aggrada.

4. Cæterum ut iotemeratæ fidei exemplo præfulgeant cæteris Imperatores; utque erga ſuos quique Principes laude illibatæ fidelitatis eluceant, ratio publicæ felicitatis depoſcit & flagitat. Cum eoim ignorare non poſſint copiarum Duces ſalutem Reipublicæ, patriæ incolumitatem, popularium gloriam ſibi eſſe commiſſam; proximum eſt ut illud ioſuper pro certiſſimo habeant, pulcherrimas eas laudes aſſequi ſe nullo pacto poſſe, niſi charitate in patriam ſiogulari fidem ſanctè excolant, eorumque præ ſe ubique ferant obſequium, quorum honorificentiſſima voluntate magnis exercitibus, quibus procul dubio ſalus publica continetur, præfecti ſunt. Quanta porrò fuerit Romanorum Ducum fides in Rempublicam, apertè teſtantur Senatuſconſulta, & reſponſa, quorum ea ferè erat clauſula: *Uti e Republica, fideque ſua eſſe videbitur.* Hinc illæ formulæ. Liv. lib. 25. in Reſcripto Senatus ad Marcellum Procoſ. *Faceret quod è Republica fideque ſua duceret.* Idem lib. 22. *Ab Gn. Servilio Conſule Exercitum acciperet, ſcriberetque prætera ex civibus ſociiſque, quantum equitum ac peditum videretur. Cætera omnia faceret ageretque, ut è Republica duceret.* Vide plura apud Briſſonium de Formulis lib. 2. Ex quibus conſtat, ampliſſimum ordioem Senatorium

Digitized by Google

in Ductorum fide & amore in patriam, collocaſſe ſalutem Civitatis, Reipublicæ dignitatem, & quidquid conſiliorum per provincias præſens rerum ſtatus, aut neceſſitas poſceret, Quidni enim obligatam ſemel Principibus, vel Reipublicæ fidem ne leviter quidem Imperatores violent aut corrumpant, cum ſacrum illud atque firmiſſimum militiæ vinculum adversùs ipſos hoſtes ſartum tectum eſſe voluerint Duces præſtantiſſimi, per quos nihil moræ fuit quominus in inſigniter perfidos ſumma agerent fide? Et de Romania quidem perhonorifica eſt illa Saluſtii teſtificatio: *Bellis Punicis omnibus cum ſæpe Carthaginienſes & in pace & per inducias multa nefanda facinora fecisſent, nunquam ipſi per occaſionem talia fecere.* Facit etiam vel maxime ad Romanam majeſtatem quod dicit Appianus de Sergio Galba, cum nova pactione deceptos Luſitanos fœdifragos trucidaſſet: *Perfidia perfidiam ultus contra Romanam dignitatem Barbaros imitabatur.* Reputare ſiquidem Imperatorem oportet prius & impenſiùs quod honeſtum eſt, quam quod utile, vel quomodolibet conducibile juxta illud Claudiani:

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat.

In quam ſententiam ſcripſit etiam Cicero pro Balbo: *Eſt aliquid quod non oporteat etiamſi liceat*, Claudo cœnulam bellariolis Pamphili Saſſi, Poetæ veteris non contemnendi. Rim. Capit. 13. ubi hæc habet de Fide;

Poco il mur groſſo, e la rocca alta giova,
Lo foſſa, e'l baſtion, ſe'l Caſtellana
Il ſuo valor fedelmente non prova.
La gente valoroſa al Capitano,
O nulla ò poco val, ſe con inganno
Adopra l'arme, l'ingegno, e la mano.
Ciaſcun Signor ſtaria ſempre in affanno,
Se non haveſſe il ſuo popol ſedele,
E patirebbe al fin vergogna e danno.
La fede fà quando Nettun crudele
Più turba il Mar ſtar forte il marinaro,
Benche ſia ſenza remi, ancore, e vele,
Lo fede fà ogni caſo acerbo e amaro
Sopportar la Cittade aſſediata,
E largo e liberol qual'è più avaro,
La fede in Campo fa la gente armata
Morir più toſto che laſſar l'impreſa,
La qual'arditamente hà cominciata,

Et paulò poſt;

Fin che Cartago, Babilonia, e Roma
Servor la fede in man portorno il Scettro,
E cinſer d'or la glorioſa chioma,
Come l'abbandonar, in fragil vetro
Fondati ſi trovorno, e fuor del Seggio
In luoco ruinorno oſcuro e tetro.

FIDES, ium. Vide *Cithara* & *Muſico*.

FIGULI IN EXERCITU, Vide *Lateritium opus*.

FILII HERNAUDI VEL HARNALDI. Sic eos explicant Statuta Ordinis Hieroſol. *Per filios Harnaldos, intelliguntur hi, qui noviſſimè poſt alios ordinem noſtrum ſunt profeſſi, quaſi tirones. Quod quidem vocabulum, quod & ipſum Gallicum eſt, in Terra Sancta frequens, & commune fuit, Nam qui illic ex patribus Chriſtianis nati erant, Polani dicebantur, qui verò in partibus citramarinis nati eò veniebant, ab eis Filii Harnaldi vocabantur.* Alia notione Filii Hernaudi, ſeu Harnaldi, Italis *Fiarnaldi* appellantur, qui poſteriores aliis Equites ſunt in religioſa votorum emiſſione. Juxta hanc acceptionem crebra fit eorum mentio a Jacobo Boſio in Hiſtoria Hieroſ. Affero locum ex Part. 3. lib. 22. *Il quale ritornando di Spagna in Malta non volle il corteſe invito, che il detto Conſſy gli fece, offerendoſi, come il più antiano de' due Capitani, di paſſarlo ſopra la ſua galera; ma volle imbarcorſi ſopra quella del Capitan Salvago, non oſtante che foſſe di Capitano più Fiarnaldo.*

FILTRUM, i. Et Filtrus, & Feltrum. Vox Germanicæ originis. Lana coacta, ſeu coactilia, quæ aceto infuſo machinis bellicis opponi ſolent. Varii generis ſupellectiles ex filtro ad militarem uſum aſſervari ſolent in caſtris. Tageno Patav. *Exterriti, relictis tentoriis & filtris, montana profugi aſcenderant.* Vincentius Beluac. lib. 30. de Tartaris: *Cum ad bellum ire volunt, curſores præmittunt, qui ſecum nihil præter filtra ſua deferunt.* Veſtes etiam militares ex Filtro, vel lana coacta milites habuiſſe non obſcurè teſtatur Cæſar lib. 3. de Bell. Civil. *Omnes fere milites, aut ex ſubcoactis, aut ex centonibus tunicas & tegumenta fecerant, quibus tela vitarent.* Occurrunt autem ſæpius apud ſequioris ævi Scriptores tentoria vel domus Filtrinæ, vel Filtreæ, præſertim cum de tabernaculis Tartarorum, vel Turcarum agunt. Turoczius in Chronic. Hungariæ de Tartaris: *Cum ſuis tentoriis filtreis, jumentis pecoribus, terram vacuam Hungariæ peragrabant.* Arnoldus Lubec. de Sultano Iconienſi: *Dedit etiam ei ſex domos Filtrinas, ſecundum morem terræ illius.* In univerſum ex Filtro, ſeu lana coacta præcipuum ſumebatur remedium ad obſiſtendum & repugnandum. Villelmus Apul. lib. 3. rerum Normannle,

Proque repellendis ſaxorum vel jaculorum
Ictibus, objectis. rubiendis undique filtris
Ad pugnam veniunt.

Poſtremò loricæ, ſive ſubarmalia ex filtro confecta ſæpius memorari video. Id munimentum ſic deſcribitur apud Anonymum Scriptorem ſæpius memorati operis Notitiæ Imperii. *Veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram & tutelam pectoris humani conficitur de mollibus lanis, ut hoc inducta primùm lorica, vel clibanus, aut his ſimilia fragilitatem corporis ponderis aſperitate non læderent.* Ea operimenta dixerunt Gambeſones, quoniam, ut conjicio, a pectore ad gambas, ideſt, crura deſcenderent. Villelmus Brito lib. 11. Philipp.

Pectora tot coriis, tot gambeſonibus armant.

Sunt autem qui gambeſones Germanicæ originis faciant, & ea tegumenta exponant ventralia, quoniam *Wamba*, Germanorum linguà, ſit venter. Vide Cangium in Gloſſ.

FILUM, i. Vocabulum notæ ſignificationis in lanificio. Hic idem recenſeo propter Ennii verſum, qui ſic refertur à Nonio in *Gracilentus*,

Deducunt habiles gladios filo gracilento.

Turnebus Adverſ. l. 8. Filum hic exponit gladii laminam, ſeù potius laminæ aciem; Hanc Itali dicimus *filo*, Scipio Gentilis Annot. *ſopra la Geruſalemme del Taſſo* expendens illud Poetæ c. 9.

Spezza e non toglia, e divenendo ottuſo
Perduto il brando homai di brando ha l'uſo.

Hæc habet: *Perdendoſi in eſſa l'aguzzezza, che noi propriamente diciamo filo: ſiccome la chiamarono etiandio gl'antichi Latini. Ennio.*

Dependent manibus gladii filo gracilento.

Træ-

Præterita in his verbis falſitate ſententiæ, de qua mox dicam, noto perperam & vitioſè adduci verba Ennii: neque enim ibi legitur *dependent manibus gladii*; ſed *deducunt habilet gladios*. Iterum fallitur Scipio, & latinæ linguæ imperitiam prodit, ubi conferens Taſſi verſibus illud Lucani l. 6.

Jamque hebes, & craſſo non aſper ſanguine mucro
Percuſſum Sceva frangit, non vulnerat hoſtem:
Perdidit enſis opus; frangit ſine vulnere membra,

Subdit: *nel Taſſo ſi noti, che trasferendo quel di Lucano* Enſis opus; *egli diſſe*, l'uſo del brando. *Dottamente. Perche ne accenna quello, che ſi ſerive da' Filoſofi, cioè che la natura e la eſſenza dell' iſtrumento non è altro, che l'uſo ſua*. Quibus inſinuat nonnihil ſupra verba Lucani *Enſis opus* efferre verba Taſſi, *l'uſo del brando*: cum tamen vel tirunculi videant *enſis opus* apud Lucanum non niſi ipſiſſimum gladii uſum indicare. Verum, his præteritis, nihil eſt fidendum Ennii verſiculo, qui ita reſtituendus eſt;

Deducunt habilas radios filo gracilento:

Ut enim bene advertit Lipſius Ant. lect.l.5. c.10. voces *filum* & *deducere* artis textoriæ & lanificii ſunt peculiares; exiſtimandumque prorſus de lanæ opificio, non de gladiis, ibi eſſe ſermonem: Quod autem addit Lipſius poſſe conjici de Lucretia ibi verba facere Poetam Ennium, merito rejicitur a Hieronymo Columna Comment. in Enn. Fragm. cum locus ille legatur 7. Annal., in quo res longe poſt violatam Lucretiæ pudicitiam continentur.

Finis Belli. Vide *Exitus bellorum*.

Firmator, oris. Pacis firmator; ſequeſter. Tacit. 2. *Miſſus tamen Druſus, ut retulimus, Pacis firmator*.

Firmitas, atis. Pro munitione vel caſtro undique clauſo & firmato. Annales Francor. *Et nimia feſtinatione Saxonum caſas, ſeu firmitates ſubito introivit*. Hino Gallis *la Ferté*, *Munitio*.

Fistuca, cæ. A figendo dicitur. Duo ſignificat: Primum machinam leviorem & ſimplicem, alto manubrio, latoque conſtantem pede. Adhibetur ad ſolidandas & complanandas areas & pavimenta. Sed hæc ſpectat ad rem Ædificatoriam. Fiſtuca etiam dicitur inſtrumentum anſatum, ferratis capitibus, trabalique caſtello innixum: quod in ſublime elatum, ac viciſſim remiſſum, pondere ſuo in ſubjectum corpus irruena, illud profunde in terram adigit immittitque. Utile eſt ad palationes ſive palos in terram altè adigendos. Hoc non civici ſolùm Architecti, ſed etiam militares utuntur ſrequenter ad communiendos aggeres, ubi præſertim multo limo aquiſque tellus reſtagnat, ut præcipue uſuvenit in Palangis. Vide *Palatia*, & *Palanga*. Itali vocamus *Becca*, *Battipalo*. Vide Vitalem Lex. Mathem.

Fistucatio, onis. Actus fiſtucâ exæquandi. Vitruv. lib. 7. *Sin autem omnis, aut ex parte congeſtitius locus fuerit, fiſtucationibus cum magna cura ſolidetur*.

Fiatucatum, i. Opus Fiſtucâ exæquatum, vel depactum. Plin. *Terram circa radices fiſtucato ſpiſſandam*.

Fistula, æ. Fit a Græcorum φυσᾶν, quod eſt *flatu diſtendo*; & antiquitùs nomen fuit peculiare inſtrumento muſico Paſtoritio, cicutis ſeu cannis compacto, flatu ſonum cienti. Virgil. Eclog. 2.

ſeptem compacta cicutis
Fiſtula.

Pauciores tamen interdum habuit cannas: his porrò quandoque ſubnectitur uterculus, ſeu follis pelliceus, qui oris flatu diſtenditur, ex quo, ut dixi, fiſtulæ nomen. Simpliciſſimum hoc & rude Panis inventum mirum in modum nobilitarunt Romani Arcades, in ſui cœtus doctiſſimique ſodalitii teſſeram & Inſigne, Paſtoritia ſublatâ fiſtulâ. Vide plura de Fiſtula Paſtorali apud Ludovicum de la Cerda Comment. in Virgilii locum Eclog. 2.

Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit.

Craſsè autem errant, qui fiſtulam ex avenis vel ſtipulis frumentaceis ſtructam opinantur. Rudium bubulcorum ſoni & cantus fuere ex avena ſectili; fiſtula ex cannis compingebatur. Liquido diſtinguit illa Virgilius Theocritum vertens Eclog. 3.

Cantanda tu illum? aut unquam tibi fiſtula cerâ
Juncta fuit? non tu in triviis, indocte, ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?

Cæterum inter ſigna muſica militaria aſcitas fuiſſe fiſtulas ab Halyatte Lydiæ Rege, in hunc modum ediſſerit Gellius lib. 1. 11. *Halyattes autem Rex terræ Lydiæ, more atque luxu barbarica præditus, cum bellum Mileſiis faceret, ut Herodotus in Hiſtoriis tradit, concinentes fiſtulatores & fidicines in exercitu atque in procinctu habuit*. Dicimus præterea fiſtulas canales ligneos vel plumbeos, quibus aqua defertur. Ex harum ſimilitudine aliqua fiſtulas poſtremò vocat recens militia ſclopos, ſeu tubos ferreos manuarios, majores alios' alios minores, qui impulſu nitrati pulveris ferreas pilas explodunt: Fiſtulatores autem appellat eiſdem armis inſtructos milites. *Moſchettiori*. *Archibuſieri*. *Fucilieri*. A fiſtula trahit Covarruvias vocem Italicam, & aliarum etiam Nationum *Piſtola*, quæ apud nos eſt ſclopus minor manuarius: *Piſtolete*. *Arcabuz pequeño, quaſi fiſtulete, à fiſtula; que es el cannon del arcabuz*. Sed hallucinatur in traditione hujus originis. Verè enim quod vulgò dicimus *Piſtola* pugionis genus fuit antiquitùs, inventum Piſtorii, quæ illuſtris eſt in Etruria Civitas. Id genus gladioli, quoniam geſtabatur ad femur, factum inde eſt ut eadem appellatio attribueretur minoribus fiſtulis igniariis, quæ item geſtantur ad latera. Tradidit id Henricus Stephanus in præfatione ad comparationem Linguæ Gallicæ, & Græcæ: *A Piſtoje, petite ville, qui eſt à une banne journee de Florence, ſe ſoulojent faire de petits poignards, leſquels eſtant par nouvoauté apportez en Franca furent appellez du nom du lieu premiérement piſtajers; deſpuis piſtoliers; & en la fin piſtolets. Quelque temps aprés eſtant venue l'invention des petites arquebuſes, on leur tranſporta le nom de ces petits poignards*.

Flagellum, i. Genus erat bellici crepitaculi, ſive tintiunabuli, quod Indi in prœliis concutiebant ad ſpeciem Barbarici cujuſdam tympani: de quo ita ſcribit Suidas: *Tubis Indi non utuntur, ſed pro iis ſunt flagella, quæ excutiunt in aerem; & tympana item horribilem quendam bombum emittentia*.

Flamina, um. Vexilla præſertim Sacra. Flammulæ. Volfardus lib. 3. de Mirac. S. Valburgis: *Dum pa-*

Digitized by Google

paratis omnibus cruces à Fidelibus efferrentur, ut ipſa etiam--prævia atque ſignifera Flamina ſequeretur.

Flamma, æ. Inter regalia & militaria auſpicia refertur, cum citra noxam & offenſionem alicujus ambire caput cerneretur. Bellum Italicum aſperrimum & crudeliſſimum inter Latinum Regem & Turnum ſignificavit ut eſt creditum, flamma, qua correpta eſt Lavinia Latini Regis filia, dum patri adſtaret ſacrificanti, ut ſcribit Virgil. lib. 7.

Præterea caſtis adolet dum altoria tædis,
Et juxta genitorem adſtat Lavinia virgo:
Viſa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regaleſque accenſa comas, accenſa coronam
Inſignem gemmis: tum fumida lumine fulvo
Involvi ac totis Vulcanum ſpargere tectis.
Id verò horrendum, ac viſu mirabile ferri.
Namque fore illuſtrem famâ, fatiſque canebant
Ipſam: ſed populo magnum portendere bellum.

Ad eundem modum flamma inſidens capiti Aſcanii Æneæ filii, accepta eſt in omen, & ſignificationem patriæ Græcis victoribus deferendæ: licet cum innoxia fuerit ea flamma, in omen fauſtum rerum deinceps gerendarum accepta fuerit ab Anchiſe apud Virgil. Æneid. lib. 2. Similis flammæ globus in Achillis vertice viſus eſt apud Homerum in Iliade.

Flamulæ, aliis Flammulæ, arum: iterum aliis Flammula, orum, neutro genere. Genus vexilli, cujus hoc nomine crebra fit mentio apud Hiſtoricos Byzantinos, expreſsè apud Cedrenum, cujus verba mox afferam, ut plane mihi fruſtra fit Steuvechius, qui *flammeolis pro flammulis* legit apud Veget. lib. 2. cap. 1. ubi ſic ſcribitur: *Equitum alæ, quòd protegant acies, quæ nunc vexillationes vocantur, quia velis hoc eſt flammulis utuntur.* Et plane ſimilitudo eſt à flammeis ſive à flammeolis, quæ ſunt veſtium genus, coloris flammei ideſt lutei. Lucanus lib. 2.

Luteo demiſſos velarunt flammea vultus.

Aperta porrò eſt nominis inflexio ab iiſdem flammeis: ut enim ruſſulum pro ruſſeo, & galbulum pro galbeo dicimus, ita flammulum pro flammeo, ut bene notat Salmaſius ad Spartian. in Peſcenn. Dubium tamen relinquitur, utrum Flammulæ dicantur à colore, vel potius à figura flammæ. Macri Fratres exiſtimant fuiſſe pyramidales & cuſpidatas ad flammæ ſimilitudinem: cujus generis vexilla longiora, & in cuſpide diſſecta in navibus appellamus *Fiamme*. Addunt Flammularum appellationem aptiſſimè hærere vexillis parvulis cuſpidatis, quæ in ſummis haſtis geſtant Equites Pontificii levis armaturæ. Affatim commoda hæc eſſet Macrorum expoſitio; niſi eam plane convelleret Cedrenus, qui ita ſcribit de Flammulis: *Vexilla paſſim panni ſeu vela è purpura, & auro in quadratam formam effecta. Hæc adaptantes longis haſtis, circum Principes in Orbem euntes, eos tegunt. Sunt autem illa, quæ nunc Flammulæ dicuntur.* Ex quo Cedreni teſtimonio conſtat Flamulas fuiſſe dictas ex colore flammeo, vel luteo; non quia hujuſmodi vexilla, quæ quadrata fuiſſe Cedrenus ſcribit, in ſpeciem flammæ deſinerent. Cenſendum autem ea vela purpura vel cocco fuiſſe inducta, ut non obſcurè tradit Capitolinus in Gordianis: *Sublatâ de vexillis purpurâ, Imperatores eos dicemus.* Idem condocet Iſidorus de coloribus Circi: *Ruſſeos Marti ſacraverant, à quo Romani exoriuntur, & quia vexilla Romanorum cocco decorantur.* Addo cum Steuvechio ad Vegetii lib. 4. cap. 45. hujuſmodi vexillum Flammulum extolli ſolitum in navi prætoria, quæ univerſæ claſſis caput eſt. Accidit nempe non rarò in prœliis navalibus, ut buccinæ, tubæque, aliaque ſigna vòcalia præ ſtrepitu & clamoribus minus exaudiri poſſint. Ut hujuſmodi verò ſignorum vicem ſupplerent, erigebatur Flamula, ſive Flammulum, ſive Flammeolum, quod diverſo modo inclinatum, vel complicatum, aut explicatum diverſa militibus, & ſociis navalibus munia præſcribebat. Hirtius de Bell. Alex. *Quod ubi conſpexit, celeriter vela ſubduci, demittique antennas jubet, & milites armari, & vexillo ſublata, quo pugnandi dabat ſignum, quæ primæ naves ſubſequebantur, idem ut facerent ſignificabat.* Plinius etiam lib. 19. cap. 1. *Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit. Hoc fuit Imperatoriæ navis Inſigne.* Vide Cangium Diſſert. ad Joinvill. de Auriflamma, & apud nos titulum *Tufa*. Nec te fraudaverim alia ſuper his Flammulis conjectura, ſi minus vera, certe ingenioſa P. Eduardi de Vitry, noſtræ Societatis viri in ſacris juxta profaniſque literis eruditionis eximiæ. Exiſtimat autem primum non *Flammulas* ſcribendum eſſe, ſed *Flamulas*; has verò à flamine vel flando duci, propterea quod, ut laminæ, ventorum indices, venti motum ſequantur, eoque in omnes partes impellantur. Et in navibus quidem hujuſmodi flamulæ ventos, & ex qua ſpirent horizontis parte, deſignant. Satis bellè iſta congruerent, ſi huic afferendo Etymo authoritas aliqua idonei Scriptoris accederet.

Flator, oris. A flando. Feſto eſt Tibicen, vel Fiſtulator.

Flaviales milites. Inſtituti à Flavio Veſpaſiano, & additi Auguſtalibus. Veget. lib. 2. cap. 7. *Flaviales tanquam ſecundi Auguſtales, à Divo Veſpaſiano ſunt legionibus additi.* Poſt amiſſam ſcilicet libertatem, devolutumque rerum imperium ad Cæſares, longe plurima immutata ſunt non ſolum in rebus forenſibus, verum etiam in diſciplina militari atque caſtrenſi. Novæ ſancitæ leges, novæ armorum & militum appellationes; quæ ipſæ poſtmodum conſequentium temporum ambitu auctæ in immenſum, inexplicabilem progignunt confuſionem: ut plane ſilveſcere videatur militiæ facies, libidine quadam corrigendi prudenter inſtituta, antiquandi ſalutares leges & priſca etiam rerum nomina ad longe alias ſignificationes detorquendi. Eruditus cæteroqui Lexicarius titulum exhibet: Flaminales milites: ubi multa conatur congerere de priſcis Sacerdotibus, ſive Flaminibus militiam conſectantibus. Sed planè illum decepit corrupta lectio apud Vegetium, ubi pro *Flaviales*, facilè irrepſerat *Flaminales*.

Flexumines. Ab equis flectendis ſic appellati ſunt Romani equites, ut ſcribit Plinius lib. 33. cap. 2. *Quin etiam ipſum equitum nomen ſæpe variatum eſt, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. Celeres ſub Romulo Regibuſque appellati ſunt, deinde Flexumines: poſtea Troſſuli, cum oppidum ejus vocabuli in Tuſcis ſine ullo peditum adjumento cepiſſent.* Servius tamen non Flexumines illos, ſed Flexutes vocat: *Equites apud Veteres*

Flexutes dicebantur, ſicut ait Varro Rerum Humanarum. Flexutes, non Flexumines legendum eſſe in memorato Plinii loco contendit etiam Salmaſius in Lamprid.

Flexutes. Plinius tradit ſic poſtea appellatos Celeres, quos Romulus inſtituit. Iidem poſtea dicti ſunt Troſſuli: eodem teſte. Vide *Celeres*, & *Flexumines*.

Flotta, æ. Origo, aut certe vera & germana ſignificatio hujus vocis petenda eſt à navigiis, quæ invicem nexa, & onerata deſuper vacuis doliis, ut fluitare poſſint (ex quo illi nomen) inſtructa etiam prælongis haſtilibus, & ad ripas amnium utrinque craſſis rudentibus religata, in fluviis collocantur, ad cuſtodiam & defenſionem operum bellicorum, ac præcipue pontium, qui tumultuariò navibus ſternuntur atque firmantur. Arcent illa, aut ſaltem remorantur impetum hoſtilium navium, ut ægrè nec niſi gravi cum damno, ad bellicas munitiones, ac potiſſimum pontes labefactandos accedant. Rem totam & quaſi novitium inventum deſcribit Famianus Strada de Bello Belg. dec. 2. l. 6., ubi agit de admirabili ponte ab Alexandro Farneſio ſtructo in oppugnatione Antuerpiæ: *Et hujus quidem machinæ ſtructura hæc erat. Prætendebantur ante navium pontem, ſed procul ab illo ad teli jactum, rates triginta tres, ternæ lateribus aliquantum diſtantibus compoſitæ, ſtratiſque deſuper ingentibus tignis, maliſque navium connexæ: tum ternæ aliæ inter ſe quidem eodem modo conjunctæ, ſed a primis ternis modico interjecto ſpatio ſeparatæ: ſic rurſus aliæ, ad undecimum uſque ternarium, pari intervallo ſuccedebant. Porrò ex ſingulis hiſce ternariis dentato extabant ordine quaterdenæ trabes prælongæ tereteſque & ferro acuminatæ: quæ velut haſtata in fronte agminis cohors, prætentis in hoſtem inclinatiſque cuſpidibus accedentes territabant. Rates doliis inanibus oppletæ, ne à profluente, aut ab æſtu abriperentur, demiſſis utrinque anchoris ſiſtebantur, laxis tamen rudentibus, ut intumeſcente amne pariter elatæ fluitarent, eoque Flottas appellavere.* Hodie verò tritum & exculcatum vulgi ſermonibus hoc eſt vocabulum pro multitudine navigiorum, quæ quadantenus bellica, ſed maximam partem oneraria, ad merces huc illuc, maximeque in Orbem Americanum tranſvectandas proficiſcuntur ex Hiſpania. Sed apud Gallos, Batavos, & Anglos, *Flotta* eſt claſſis, ſeu numerus non exiguus navium bellicarum. Vide apud Fam. Strad. loco ſuperiùs memorato propoſitum ſchema fluitantium navigiorum, quæ ſupra explicavimus. Longe diverſum fuit machinæ genus *Flotta*, quam in obſidione Oſtendæ reperit Pompejus Targonus, Archiducis Auſtrii Machinarius. Conſtabat ſtrue lignea validè nexa compactaque, conſtipata etiam infartaque maris arena: ad cujus latera vacua appendebantur doliola, ut ſupernatare poſſet. Appulſæ ad deſtinatum locum doliola ſubducebantur; ipſa verò depreſſa ſiſtebat in æſtuario aquis editior. Ad eandem formam aliæ ſubindè atque aliæ addebantur ſtrues, quæ nexæ ſepto perpetuo aggerem integrum conficiebant. Eam machinam deſcribit Angelus Gallucci de bello Belg. lib. 15. cujus verba nos retulimus in Tit. *Doliola*.

Focale, is. Dicitur quaſi Faucale, à faucibus, atque idcircò productum habet primæ ſyllabæ modulum. Horat. lib. 2. Satyr. 3.

Faſciolas, cubital, focalia.

Licet autem hic ponatur pro involucro colli, vel faucium adversùs cœli inclementiam, nihilominus commodè nominaveris Focale, ferreum colli tegumentum: Collare: Italis *Gorgiera*.

Fodrum, aliis Foderum, & Fodrium. Apud Scriptores Latinobarbaros eſt annona militaris; nec modò complectitur, quæ pertinent ad victum militum & equorum; ſed etiam ſtramenta, & alia utenſilia. Cujacius originis Germanicæ vocem putat eſſe, qua alimentum ſignificetur. Aimoinus in vita Ludovici Pii. *Inhibuit à plebeis ulteriùs annonas militares, quas vulgò Foderum vocant.* Fodrarii autem dicti, & Foriarii, qui eam annonam exigebant. Hincmarus Remenſis: *Qui longiùs pergant propter Fodrarios, & curam de pace accipiant.* Hinc aliæ voces apud deterioria ævi Scriptores *Foraginm*, quaſi, *Fodraginm*: *Foraginare*, quaſi *Fodraginare*. Lambertus Ardenſis: *Eandem villam foraginando, deprædando, modum excedendo, devoſtavit.* Nicolaus Trivettus in Chronic. *Multos equos perdiderunt propter Foragii defectum.* Italis *Foraggio*, *Foraggiare*, *Foriere*. Voſſius de vitiis ling. Lat. lib. 11. cap. 6. *Foderum, ſive Fodrum, notat alimentum, pabulum, eſtque non à fovendo, ſed à Germanico* Foden, vel Voeden, *ideſt paſcere*. Item Sigonius de Regno Italiæ: *Foderum, ſumma quædam frumenti fuit, quam advenienti in Italiam Regi populi ſolvere tenebantur; pro quo ſæpe etiam æſtimata pecunia pendebatur.* De iis verò, quos vernacula voce dicimus *Forieri*, & re ipſa ſunt proviſores, vel metatores hoſpitiorum ita ſcribit Sirmondus ad Capitul. Carol. Calvi: *Fodrum, ſive Foderum interdum eſt annona militaris, & à fodro, Fodrarii, qui Fodrum exigunt. Hodie dicuntur metatores manſionum, & hoc munere in equeſtribus turmis qui funguntur, Mareſcalci hoſpitiorum nuncupantur.* Italis *Vettovaglia*. Antiquis etiam *Fodero*. Liv. M. *Peroche elli mandoe alquante coorti per lo Fodero ſenza Avantiguardia*. Idem alibi: *L'altro Conſolo gli mandò il Fodero di Roma*.

Fodrarii. Vide *Fodrum*.

Fœdus, eris. Ut de Homeri patria à multis oppidis, ſic de hujus vocis origine à multis certatur primitivis. Vel à Fide, vel à Fecialibus Iſidorus, & Feſtus. Alii à fœta porca, quæ occidebatur; alii ab eadem porca fœde, ideſt cruente mactata. Quidam à feriendo, licet per æ ſcribatur. Voſſius etymon à Fide eligit. Omnia quadantenus mihi probantur, prorſus nullum. Deduco à verbo *fœdo, as*. Veteribus idem fuit Ferio, & Fœdo. Cum enim feriendo rem fœdam, ideſt cruentam vel laceram faciamus, merito ab effectu Fœdare pro ferire dixerunt. Virgil. 3. Æneid.

Obſcenas pelagi ferro fœdare volucres.

Idem de Equo Trojano lib. 2. Æneid.

Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

Fœdus eſt amicus rerum ſtatus inter Principes, ſeu Reſpublicas certo, ut apud varias gentes, ritu, certiſque conditionibus ſtabilitus. Nimis proinde arctè quidam Fœdus finiverunt, Pacem inter dimicantes. Conſtat ab iis frequenter iniri fœdera, inter quos nullæ prius ſimultates, nedum bellicæ concertationes, interceſſerunt. Mos fuit Regibus Barbarorum, quoties in ſocietatem coibant, applicare dexteras, polliceſque inter ſe vincire,

no-

nodoque perſtringere : ubi mox ſanguis in artus extremos pervenerat, levi vulnuſculo cruorem eliciebant, atque invicem lambebant. Id fœdus, ut refert Tacitus, arcanum habebatur, quaſi mutuo cruore ſacratum. Herodotus de Medis & Lydis lib. 1. *Ineunt autem hæ gentes fœdera, cum cætera ritu Græcorum, tum feriendo brachia, qua illa humeris connectuntur, ac mutuum ſanguinem delingendo*. Idem ſanguis hauſtus à Catilina & Conjuratis in pignus fœderis impiè initi. Flor. lib. 4. 1. *Additum eſt pignus conjurationis, ſanguis humanus, quem circumlatum pateris bibere: ſummum nefas, niſi majus eſſet, propter quod biberunt*. Ad eundem typum ſocietatem ineunt Mindanaoenſes Indiæ populi. Maff. lib. 10. *Ibi clementer acceptus, cum rege hoſpitium, ac ſocietatem mutuo ſanguinis hauſtu ſanxit*. Aſſero ex eodem Scriptore lib. 7. quo ritu fœdera ſancirent Peguſini: *Raulinas, ſeu ſacrificulus quædam ex ritualibus Peguſiorum libris de more pronuntiat. Papyracea dein ſegmenta crocei coloris, (qui color apud eam gentem cultui divino dicatus eſt) & aliquot ſimul arboris odoratæ folia certis notata litteris, igne ſubjecto comburit. Tum, ſuis inſertam manibus, manum utramque Samibelegani, cineribus iis imponit, pauca ex eo percontans, quibus ille ita reſpondebat; ut ſui Regis nomine ratam & fixam eam ſocietatem fore, jurejurando promitteret*. Inita alicubi fœdera barbæ contactu notavi in Tit. *Genua tangere*. Firmata pacta apprehenſis gladiis obſervavi in Tit. *Spatha*. Servius author eſt ignem & aquam a Romanis in fœderibus adhibitam; ea potiſſimum reputantibus idonea concordiæ ſymbola, quæ natura omnibus voluit eſſe communia. Pauſanias, Thucydides, aliique Græcarum rerum Scriptores excitatis conſpicuo in loco columnis deſcripta fœderum pacta commemorant, & Pauſanias quidem in Eliac. lib. 1. ſcribit ſuo adhuc ævo perduraſſe in Templo Olympiæ columnam exaratam legibus antiquiſſimi fœderis inter Athenienſes & Argivos, alioſque Græciæ Populos. Pulcherrima ea prorſus in utranque partem inſtitutio, qua efficiebatur ne unquam apud poſteros fœderis aut ſervati gloria, aut violati ignominia deficeret. Græcis eadem fermè, ac priſcis Romanis ſanciendi fœderis fuit ratio. Conveniebant utrinque Feciales, certàque Formulâ Deos teſtes, multaſque in ſua capita, ſi falſi eſſent, devotiones precati præfatique, fœtam demum porcam ſaxo ſilice percutiebant. Eo ritu innuebatur, ut monet Iſidorus, id genus mortis optari iis, qui à pace reſiliiſſent. Virgil. lib. 8.

& cæsâ jungebant fœdera porca.

Sed vetuſtiſſimi hujuſce fœderis ineundi formulam vide à Livio diſtinctè traditam l. 1. in Hiſtoria Tullii Hoſtilii. Variatum poſtea in iis ritibus eſt à Romanis. Ut enim ſcribit Polybius in Fœdere cum Carthaginienſibus ſancito Fecialis per Jovem Lapidem, per Martem & Enyalium, Martis filium, Quirinum nempe vel Romulum in hæc jurabat verba: *Si rectè ac ſine dolo malo hoc fœdus, atque hoc jusjurandum facio, Dii mihi cuncta feliciter præſtent. Sin aliter aut ego, aut cogito, cæteris omnibus ſalvis in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis ſepulcris, ſolus ego peream, ut hic lapis e manibus meis decidet. Neque plura locutus manu lapidem dejiciebat*. Ex vetuſto illo, quem retulimus ritu, intelliges illas Veterum formulas: *Jovem lapidem jurare: ferire, icere, percutere fœdus*. Item adagionem illum vulgatum, *Inter ſacrum & ſaxum*: quod dicitur de admodum perplexis, quique ad extrema adiguntur. Orta nempe parœmia a Feciali, qui porcum ſaxo feriens hæc interim verba pronunciabat: *Qui prior populus fœdus rumpet, Juppiter ita eum feriat, quemadmodum ergo porcam hoc lapide ferio*. Idem aliter a vulgo dicitur *Inter malleum & incudem*. Aptum hoc quidem; ſed neutiquam antiquum. Dicas potius cum Terentio,

In anguſtum oppidò nunc meæ coguntur copiæ;

ſumpta ab exercitu metaphora, cui iniquo loco concluſo, obſeſſoque ab hoſtibus, difficila eſt effugere. Vel cum Neſtore apud Homerum Iliadis decimo:

Nunc etenim cunctis ſita res in cuſpide ferri eſt.

In cuſpide ferri, vel in acie novaculæ rem ſitam dicimus, cum undique premunt anguſtiæ. Sumptum à circulatoribus, qui per cuſpides gladiorum ambulant, vel ab iiſdem nudos gladios contrectantibus, ut explicat Scholiaſtes Theocriti, qui etiam hoc utitur adagio in Dioſcuris.

2. Livius Decad. 3. lib. 1. inducit Annibalem læva quidem manu agnum, dextra verò ſilicem lapidem retinentem; tum verò Jovem, cæteroſque precantem Deos, ut ſi in conciliando & ſubſcribendo fœdere cum Romanis fraudolentum animum afferret, ita ſe mactarent, quemadmodum ipſe lapide ſilice agnum mactaſſet: qua abſoluta precatione caput pecudis ſaxo eliſiſſe memorat. Græcos etiam in ſanciendis fœderibus eum retinuiſſe legimus morem, ut ferrum candens tenerent, Deoſque precarentur ut tandiu fœdus duraret, quandiu candens ferrum latuiſſet; & continuò in mare candens ferrum projeciſſe. Hujus conſuetudinis meminerunt Sophocles, & Callimachus. Verùm ex Livio ejuſmodi formulam & ceremoniam Fecialium fuiſſe legimus: *Fecialis Regem Tullium ita rogavit: Jubeſne me Rex cum Patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente Rege: ſagmina, inquit, te Rex poſco. Rex ait, Puram tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit, poſtea Regem interrogavit: Rex facisne tu me regium nuncium Pop. Rom. Quiritiumve? Rex reſpondit, quod ſine fraude mea, Po. Rom. Quiritiumve fiat, facio. Fit ergo tunc Fœdus, multiſque id verbis peragit legibus inde recitatis: Audi, inquit, Juppiter, audi Pater patrate Po. Albani, audi popule Albane, audi, ut illa palam prima poſtremaque ex illis tabulis ceræve recitata ſunt, ſine dolo malo, utique ea hodie rectiſſimè intellecta ſunt, hic illis legibus Po. Ro. prior non deficiet: ſi prior defexit publico conſilio, dolo malo, in illa die Juppiter ita Po. Ro., ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque. Ubi id dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit*. Eodem modo pars altera per ſuum ſacerdotem, ſuumque dictatorem ſe geſſit. Et hæc quidem Formula Romanorum & Latinorum. Qua verò ratione inter Græcos, & Trojanos ſancitum fuerit fœdus disertè deſcribitur ex Homeri Rhapſodia. Nam cum Menelaus & Paris rem totam caſumque belli ad ſingulare certamen rejeciſſent, adſtantibus Ulyſſe & Agamemnone; Præconibus verò vinum ex cratere miſcentibus; & aquam manibus porrigentibus, Rex Agamemnon paſſis manibus ad cælum ſublatis ſic prior exorſus eſt. *Juppiter pater*

Max.

Max. Optime, qui in Ida coleris, tuque Sol, qui cuncta vides, cunctaque audis, vos Fluvii ac Tellus, & qui ſubter punitis homines, qui periuria jurant, vos omnes teſtes ſunto, ſervanto juramenta, ſiquidem Menelaum interſecerit Alexander, Helena ipſe, & ejus opibus potiatur: ſi vero Menelaus Alexandrum, ut Trojani cum Helena omnia reſtituant, & Græcos debito afficiant honore, eorumque poſteros: ſi verò Priamus & filii abnuerint, eo caſu juſta arma movebo, nec abſcedam, niſi confecto bello. Quibus dictis agnos enſe jugulavit, & palpitantes humi depoſuit, & vinum ex cratere poculis exhauſit.

3. Tria fœderum genera recenſet & diſcutit Livius lib. 34. Primum eſt cum leges dicuntur bello victis. Alterum cum fœdus nectitur poſtquam æquo Marte, parique virium uſu pugnatum eſt. Utrolibet modo conciliatam concordiam pacis nomine potius quàm fœderis, vulgus appellat. Conſule dictionem *Pax*. Tertium genus eſt, cum qui hoſtes nunquam fuerunt in amicitiam & ſocietatem, vel ad augendum imperium, vel ad obſiſtendum validiùs potenti adverſario, in certas conditiones conjunctim adminiſtrandi belli, fruendique de felici ejuſdem exitu, coeunt. Id verò eſt quod magis trito ſermone Fœdus nuncupamus. Hujus formulam accipe ex Livio lib. 23. de fœdere inito per Legatos inter Annibalem, & Philippum Regem Macedonum: *Ut Philippus Rex quam maxima claſſe in Italiam traiiceret, & vaſtaret maritimam oram, bellum pro parte ſua terra marique gereret. Ubi debellatum eſſet, præda omnis Annibali cederet. Perdomitâ Italiâ navigarent in Græciam, bellumque cum quibus Regibus placeret, gererent. Quæ civitates continentis Inſulæ ad Macedoniam vergunt, ex Philippi, regnique ejus eſſent.* Vide plura apud Briſſonium de Formulis lib. 4. Interim non omittam illud ex Virgil. lib. 11.

& fœderis æquas
Dicamus leges, ſocioſque in regnu vocemus.

Ubi enim de fœdere agitur, in Formulam fere abiere voces illæ interponi conſuetæ: *Pares, vel æquæ leges*. Et lib. 12.

Non ego nec Teucris Italos parere jubebo:
Nec mihi regna peto: paribus ſe legibus ambæ
Invictæ gentes æterna in fœdera mittant.

4. Iterum Fœdus aliud eſt ſummè amicabile, quo non ſolum injuriarum oblivio aboletur & expungitur, ſed maxima inſuper concordia & ſocietas pari jure utrinque ſtabilitur. Hujus generis fuit conciliatum Fœdus inter Latinos & Romanos in eas, ut eſt apud Dionyſium lib. 6. conditiones, ut perpetua pax eſſet inter utrunque populum, ut nec bellum inferre in poſterum liceret, nec hoſtes aliunde inducere; ut bellum inferentibus uterque populus obſiſteret, juvaretque quantis maxime viribus poſſet bello laceſſitum, præda ſpoliiſque æqua portione diviſis. Eodem recidunt verba Livii lib. 24. ubi de Fœdere inter Annibalem & Locrenſes: *Locrenſibus juſſu Annibalis data pax, ut liberi ſuis legibus viverent, Urbs pariter, & portus in poteſtate Locrenſium eſſent: ſocietas eo jure ſtaret, ut Pœnus Locrenſem, Locrenſis Pœnum bello ac pace juvaret.* Minus favorabile uni ex partibus aliud erat Fœdus, ubi formula illa adjungebatur: *Majeſtatem populi Romani conſervanto*. Quæ verba, ut ſcribit Cicero pro Balbo, imperantis ſunt, non precantis. Cum enim alterius populi majeſtas conſervari jubetur, de altero ſiletur, certè ille populus in ſuperiore conditione cauſaque ponitur, cujus majeſtas fœderis ſanctione defenditur. Habemus eam Formulam apud Livium, ubi de conceſſa Ætolis pace: *Imperium majeſtatemque populi Romani gens Ætolorum conſervato ſine dolo malo*. Apparet autem hoc fœderis genus nec inter pares fuiſſe conſtitutum, nec porrò cum iis, quorum opes magnopere acciſæ eſſent. Tertium fœderis genus amplectitur bello victos, & componitur cum dedititiis. Id verò Fœdus graviſſimum illis eſt. Nam qui ſuperiores bello ſunt, ſuperatos non tam in Fœdus, quàm in ditionem dicuntur accipere, iiſque pro arbitrio conditiones, obſides & tributa imperant, ſpoliant eos agri parte; magiſtratus exteros, novas leges veteribus antiquatis intrudunt; alia demum ex ingenio victoriæ, quod ferociſſimum eſt, injungunt, de quibus locuti ſumus ubi de Dedititiis. Vide *Feciales. Pater Patratus. Verbenarius. Clarigatio. Juramentum.* Conſule Valtrinum de re milit. Rom. l. 6. cap. 10. & Grotium de Jur. bell. & Pac. Italis Fœdus eſt *Lega, Alleanza, Confederatione, Leganza*. Liv. M. *Rinovellò la leganza con gl'Etrurieni*.

Foeminæ in Militia. In militum comitatu fœminas, nec modo Ducum & militum uxores, verùm etiam amicas & ſcorta aſtitiſſe, rem eſſe liquidam & compertiſſimam, ſatis ſcio. Iterum egregia indole, & ſingulari mulieres virtute non ſolum addidiciſſe militarem diſciplinam, verum etiam Duces caſtra & aciem ſecutas; imò verò integris imperitaſſe exercitibus, teſtatiſſimum eſſe liquet. Id autem non obſtitit, quominus florente Romana Republica, interdictum fœminis eſſet adeſſe in caſtris, & milites ſequi; ſive id legibus vetitum ob turpitudinem, ſive uſu adfirmatum, ob periculi metum. Neque ſolùm id de ſervulis & ancillis, & meritoriis fœmellis, verum etiam de militum, atque adeo ipſorum Ducum uxoribus, dictum accipias. Lipſius certè pro iſta conſuetudine & lege Romana pugnat acerrimè. Favent verba Taciti 3. Annal. ubi ait Severum Cecinam cenſuiſſe; *Nequem Magiſtratum, cui Provincia obveniſſet, uxor comitaretur*. Additque: *Haud fruſtra placitum olim, ne fœminæ in ſocios, aut gentes exteras traherentur. Ineſſe enim mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur; & Romanum agmen ad ſimilitudinem barbari inceſſus convertant*. Macedonica etiam diſciplina, quæ cum Romana certavit, ut liquet præſertim ex Polybio, qui utramque comparat commendatque, mulieres ab exercitu expunctas voluit, quemadmodum colligitur etiam ex Polìæno, & Livio, ac præſertim exemplo Philippi Regis qui extra Regni ſui fines relegavit duos juniores milites, quoniam pſaltriam mercede conductam in caſtra induxiſſent. Mirandum verò inprimis eſt, nationem Germanam, quam hodie militantem ingens ſequitur fœminarum numerus, ante pauca ſæcula ab eo inſtituto abhorruiſſe. Ex Gunthero autem Poeta, qui vixit tempore Friderici I. Cæſaris, cognoſcimus ab eodem Principe id fuiſſe graviter vetitum, ſic enim ille cecinit:

Non erat in noſtris nobiſcum fœmina caſtris
Qui reus extiterit, ſpoliis nudatus abibit
Turpiter, & naſo mutilabitur illa reſecta.

Eadem in Radevico lib. 1. ipſis verbis: *Nemo aliquam mulierem habeat in hoſpitio. Qui verò habere*

bere præſumpſerit, auferetur ei omne ſuum herna-ſca, & excommunicatus habebitur, & mulieri naſus abſcindetur. Id ut confirment, utuntur alii teſtimonio Virgilii lib. 8. ubi Antonio, qui Cleopatram duxerat ad navale bellum, violatam legem exprobrat:

ſequiturque, nefas, Ægyptia conjux.

Verùm hoc futile mihi fallaxque argumentum. Neque enim ibi illud *nefas* ad eam legem contemptam, ſed potius referendum ad Romani Ducis dedecus, qui neglecta Octavia, ſorore Auguſti, exteræ nupſerit fœminæ. Hanc Virgilii ſententiam expreſſit diſerte Horatius Epod.

Interque ſigna, turpe, militaria
Sol aſpicit conopeum.

Validiora illa ſunt apud Livium lib. 5. *Hyeme ſaltem in domos ac tecta reduci oporteat, & aliquo anni tempore parentes liberoſque ac conjuges inviſere.* Et illud Statii 5. Silv.

Et, ſi caſtra darent, vellet geſtare pharetras,
Vellet Amazonia latus intercludere pelta.

Hinc puellarum & relictarum conjugum querimoniæ. Tibull. 2. 6.

Caſtra Macer ſequitur: tenero quid fiet amori?

Propert. 3. 4.

Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis.

Ovid. Amor. 2. 14.

Quid juvat immunes bello ceſſare puellas:

Hac porrò demum de cauſa Grammatici aliquot caſtra, quaſi *Caſta* dixerunt. Frigidum etymon: verum, & probandum vide ſuo loco.

2. Quod ſi alicubi exercitum & aciem ſequentium ſcortorum Hiſtorici meminere, ibi ſcilicet Lipſius pro ſcortis non vulgati corporis fœminas, ſed pueros exoletos intelligit, quorum ingentem numerum fuiſſe in caſtris oportuit ob morum corruptelam, nulla ſeveritate ſatis coercitam. Vetuere quidem leges rem neſariam, quarum non immemor fuit Juvenis ille, pudicitiæ cuſtos acerrimus, qui ad turpia provocantem Tribunum interſecit, &, quemadmodum ſcripſit Cicero pro Mil. *facere periculosè, quàm perpeti turpiter maluit.* Verum quo minus leges illæ Ducibus & Tribunis magnopere curæ eſſent, ſtatu libero civitatis præſertim deſito, effecerunt licentia caſtrenſis, & vitia Cæſarum. Pudet referre non ſolum Romani Imperii, verum etiam generis humani peſtes illas & catharmata, Othonem dico & Julium Cæſarem. Non referam quomodo aut prioris contaminatam adoleſcentiam ſugillaverit Juvenalis Satyr. 2. aut poſterioris flagitioſum contubernium cum Nicomede Bithyniæ Rege atroci cavillo perſtrinxerit Cicero, milites vero triumphi pompam ſequentes exprobraverint mordaciſſimis verſibus, quos recitat Svetonius in ejus vita. Sed ſatis hæc de hoc Augiæ ſtabulo; nec ultra Cantharua pilulam. Quemadmodum verò liquet, cautum fuiſſe vetuſtis Romanorum legibus aut recepta inſtitutione, ne fœminæ in caſtris adeſſent; ita perſpicuum eſt, licuiſſe etiam florente Republica uxoratis eſſe militibus. Ut autem miſſam faciam reliqua argumenta, quibus evinci poteſt matrimonio alligatos apud Veteres militaſſe, illud mihi præ cæteris eſt validiſſimum, quod in qualibet ferè parænesi militari legimus: ubi Imperatores ſuos excitant milites ad præclare pugnandum, propoſita illis memoria uxorum & liberorum, quos in Urbe reliquiſſent. Equidem Sp. Liguſtinus apud Livium lib. 42. uxoratum ſe, liberiſque ſuſceptis ad plurima bella diſceſſiſſe gloriosè narrat. Ejuſdem Livii illa ſunt lib. 21. *Unuſquiſque ſe, non corpus ſuum, ſed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet.* Idem docet Cæſar lib. 7. *Conclamant equites ſanctiſſimo jurejurando confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad Uxorem aditum habeat, qui non bis per hoſtium agmen perequitaſſet.* Indicatur idem perſpicuè ex Lucano l. 5. in Cornelia.

Summa videns duri Magnus diſcrimina Martis
Jam caſtris inſtare ſuis, ſeponere tutum
Conjugii decrevit onus; Lesboque remotam
Te procul a ſævi ſtrepitu, Cornelia, belli
Occulere.

Addo derogatum poſtea fuiſſe antiquis legibus aut conſuetudini, & a Severo Cæſare adaperta fœminis fuiſſe caſtra, indultumque ut conſanguineos in armis ſequerentur. Id ut facerent, & à priſtina legum ſeveritate diſcederent, multæ graviſſimæque cauſæ ſuaſere.

3. Et quidem Plato in Alcibiade, atque etiam in libris de legibus, non modo pueris ingenuis, verum etiam puellis atque virginibus ampliſſimus author eſt ut addiſcant Gymnaſticam, belli meditamentum. Idem fuiſſe uſitatum apud Spartiatas diſcimus ex Tullio Tuſcul. 2., & Plutarcho in Apophthegm. Laconum. Romani etiam in ſuis ludicris armatas fœminas produxerunt. Apertè de ejuſmodi inſtituto Statius lib. 1. Silvar.

Hos inter fremitus novoſque luxus,
Spectandi levis effugit voluptas,
Stat ſexus rudis inſciuſque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles,
Credas ad Tanaim ferumque Phaſin
Thermodontiacas calere turmas.

Inductæ etiam à Nerone, ut docet Svetonius in ejus vita: *Ludis, quos æternitate Imperii ſuſceptos appellari Maximos voluit, ex utroque ordine & ſexu ludicras partes ſuſtinuerunt.* Sub Domitiano verùm uſus frequentior & exercitatio fœminarum in ludis etiam gladiatoriis. Sic autem Svetonius in ejus vita: *Venationes gladiatoreſque, nec virorum modo pugnas ſed & fœminarum.* Hinc illa apud Satyricum Satyr. 6.

Quem præſtare poteſt mulier galeata pudorem?

Idem Satyr. 1.

Cum tener uxorem ducat ſpado, Mevla Thuſcum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

Et Satyr. 2.

Luctantur paucæ, comedunt colyphia paucæ.

Id nimirum Romani a Græcis acceperunt, ac præſertim a Lacedæmoniis, apud quos fuit frequentior conſuetudo molliorem ſexum ludis Gymnicis exercendi, ut nos ſupra indicavimus & apertiſſime teſtatur Propertius lib. 3. Eleg. 13.

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palæſtræ,
Sed mage virginei munera gymneſii:
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

Hinc Paris ad Helenam ſcribens apud Ovid.

More tuæ gentis nitida dum nuda palæſtra
Ludis, & es nudis fœmina mixta viris.

Hæc ſcribentem ſubit commiſeratio eorum temporum, cum ſupremarum Urbium Magiſtratus, & Principes non puduit turpiſſimi inducti moris in ludis commemoratis, & leviſſimam utilitatem ad ſtudia Martia erudiendarum Mulierum graviſſimis ſummi dedecoris publici inquinamentis, & probroſæ infamiæ præferre non pœnituit. Præ-

ſertim

Google

ſertim cum procul à fœdiſſima eorum Indorum inſtitutione ubique præclarè ſe geſſerint, & illuſtria facinora ediderint fœminæ bellatrices. Ut enim præteream quæ Virgilius de Camilla, aliique paſſim Poetæ de fortiſſimis bellatricibus commenti ſunt, equidem non reor prętermittendum teſtimonium Nicolai Damaſceni lib. de Moribus gentium, ubi hæc habet de Scythiæ populis: *Eorum mulieres non minus bellicoſæ ſunt, quàm viri, quæ & unà in prælium eunt, cum ita facto opus eſt, adeo ut progreſſæ ſint cum exercitu olim Athenas, & in Ciliciam uſque*. Idem de fœminis Britannicia tradit Tacitus lib. 14. Et de Tegeatibus Pauſanias in Arcadic. Mirandum verò magis eſt quod de Hiſpanicis quibuſdam fœminis literis tradidit Appianus in Hiſpanicis: *In aciem armatas uxores educere mos erat, tantâque pertinaciâ tum viri tum mulieres dimicabant, ut potius mortem occumberent, quàm aut terga verterent, aut vocem ullam indignam emitterent. Quin etiam fœminæ dum captivæ abducerentur, aliæ ſibi manus afferre, aliæ ſuos liberos jugulare, mortemque ſervitio potiorem cenſere*. Attexo Plancinam Taciti lib. 3. Annal. *Nec Plancina ſe intra decora fœminis tenebat; ſed exercitio equitum, decurſionibus cohortium intereſſe*. Et iterum de eadem. *Præſediſſe nuper fœminam exercitio cohortium*. Equidem deterioris ſexus imbecillitatem reputanti difficile cogitatu & incredibile dictu fuerit, tam uberem illuſtrium armis fœminarum ſegetem provenire potuiſſe. Mentem profectò admiratione defiges ſi Amazonum facinora legeris apud Boccaccium Theſeid. lib. 1. Vide etiam fortiſſimarum fœminarum elenchum apud Petrarcham Trionf. d. Fam. cap. 2. Hae fœminarum veterum eximia fortitudine atque felicitate in bellicis expeditionibus permoti Vates Etruſci pugnaciſſimas illas bellatrices Marfiſam, Bradamantem, Clorindam, aliaſque induxerunt in ſuis fabulis Mileſiis, & canoris narrationibus commentitii Martis atque pugnarum. Harum fabuloſa facinora ſuperavit illuſtris famæ Puella illa Aurelianenſis, cujus ope & conſilio Gallorum afflictæ res reſtitutæ ſunt. Dicata fortiſſimæ Heroinæ etiamnum viſitur ſtatua ænea in ipſo Aureliæ ponte: ejus verò gladius in Cœnobio S. Dionyſii apud Lutetiam inter præclara alia monumenta aſſervatur. De ea conſule Spondanum ad Annum 1429., Joannem Mariana de reb. Hiſpan. lib. 20. cap. ult. & Bonfinium de reb. Ungar. Dec. 3. l. 8. Non multum diſpari gloria ſuum ſexum illuſtrarunt fœminæ Norvegianæ, de quibus ita ſcribit Joannes Magnus de Reb. Got. l. 17. cap. 4. *Pugna igitur utrinque atrox & pertinax committebatur: factumque eſt inſigni fœminarum virtute, ut ipſe Prò honeſtarum nuptiarum violator à fœminis oppreſſus occumberet*. Hæc de fœminis à militum conſortio non ſubmovendis, nec prohibendis ab exercitatione uſuque Martiæ diſciplinæ, communis eſt & latè pervagata multorum opinio, quam etiam corroborat Theologia Veterum, qui armorum Præſides Bellonam & Palladem ſtatuerunt.

4. Ardorem præterea quendam in fœminis militarem natura prodit, dum eas ad iracundiam longè viris procliviores inſtituit. Ejus iracundiæ cauſas multis expendit Ariſtoteles. Rem apprimè certam Sacræ afferunt Literæ. Sic enim legimus Eccl. 25. *Non eſt ira ſuper iram mulieris*. Idem non ſemel indicat Juvenalis, Satyr. 13.

vindictâ.
Nemo magis gaudet, quàm fœmina.

Et Satyr. 10.

mulier ſæviſſima tunc eſt
Cum ſtimulos odio pudor admovet.

Et Satyr. 6.

minor admiratio ſummis
Debetur monſtris, quoties facit ira nocentem
Hunc ſexum; & rabie jecur incendente feruntur
Præcipites.

Hinc portentoſæ ferociæ nomina illa, Medea, Progne, Phœdra, Clytemneſtra, quæ triſtiſſimorum eventuum uberrimam copiam Græcis Latiniſque Tragœdiarum Scriptoribus ſuppeditarunt. Breviter, & tanquam de re nota Virgil. 5.

notumque, furens quid fœmina poſſit.

Obſervant ferè idem Poetæ in animalibus: nam fortitudinis exempla à maribus, ferociæ à fœminis ſolent accerſere. Virgil. 3. Georg.

catulorum oblita leæna
Sævior erravit campis.

Et ibidem:

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum:

Non eſt proinde obſtupeſcendum, tali tantaque ferocia obarmatas mulieres multa pluſquam viriliter audere & aggredi non reformidaſſe. Virgil. lib. 11. de Camilla.

Æneadum promitto occurrere turmæ,
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.

Camillæ Virgilianæ par Pentheſilea apud Calabr. l. 1.

Illa in ſe facinus recepit, quod mortalium nemo crederet;
Debellaturam Achillem, & numeroſas copias perdituram
Græcorum; naveſque deſuper igni tradituram:

5. Vera quidem iſthæc. Nihilominus inſtitutio frequentior obtinuit, ut propter naturæ imbecillitatem, quemadmodum Urbanorum magiſtratuum munia, ſic etiam rem militarem fœminæ non attingerent. Devovent illæ potius, queſtuque inconſolabili deprecantur dubios Martis eventus, prœlia exhorreſcunt, ſuis nimirum liberis atque conjugibus metuentes, juxta illud Horatii lib. 1. Od. 1.

bellaque matribus
Deteſtata.

Et Epod. 16.

Parentibuſque abominatus Annibal.

Itaque non eſt mirandum ſi apud Virgil. lib. 8.

Vota metu duplicant matres propiuſque periclo
It timor.

Sed clarius Saluſt. in Catil. *Ad hoc mulieres, quibus pro magnitudine belli metus inſolitus inceſſerat, afflictare ſeſe, manus ſupplices ad cœlum tendere, miſerari parvulos liberos, rogitare, omnia pavere*. Rem ſub oculos ponit Horatius l. 3. Od. 2.

illum ex mœnibus hoſticis
Matrona bellantis tyranni
Proſpiciens, & adulta virgo,
Suſpiret: Eheu; ne rudis agminum
Sponſus laceſſat regius aſperum
Tactu Leonem.

Satius proinde omnibus fere gentibus viſum, matronas virgineſque domi detineri. Commodiorem ſcilicet Reipublicę impendent operam ſi lanificio, reique familiari cuſtodiendæ vacantes ea-

Digitized by Google

curarum onerumque parte viros allevent. Id ſcilicet Latreus Centaurus edixit Cœneo, apud Ovid. Metam. lib. 12.

Quid ſis, nata, vide, vel quid ſis paſſa, columque
I, pete cum calathis, & ſtamina pollice torque:
Bella relinque viris.

Inſinuavit id Ariſtoteles Politic. lib. 1. cap. 3. ubi de natura & indole fœminarum ita ſcribit: *Mulieres ſunt infirmæ & imbecilles corpore, animo inſtabiles, actione minus cautæ, pugna feroces & temerariæ, ingenio pavidæ, ancipites conſilio, & rei militaris imperitæ.* Quare ſævire in fœminas non crudele ſolùm, verum etiam probroſum habetur. Virgil. lib. 2. Æneid.

nullum memorabile nomen
Fœmineo in pœna eſt, nec habet victoria laudem.

Idcircò ſapienter & accommodatè fœminas ad Thebas pugnantes ridere Gradivus inducitur à Statio l. 5.

huc ſaxo ſudeſque,
Armaque mœſta virûm, atque infectos cædibus enſes
Subvectant trepidæ: quin & ſqualentia texta
Thoracum, & vultu galeas intrare ſoluta
Non pudet, audaces rubuit mirata catervas
Pallas. & extremo riſit Gradivus in Hæmo.

6. Honeſtiſſima inprimis & ſalutaris earum eſt exercitatio, ut exardeſcente bello, ſupplices advolvantur Cœlitum templis, votiſque nuncupatis & præſenti afflictatione, opem ſummi Numinis & incolumitatem patriæ paciſcantur. Virgil. 1. Æneid.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis.

Idem lib. 11.

Succedunt matres, & templum thure vaporant,
Et mœſtas alto fundunt de limine voces.

Quo loco Homerum expreſſit lib. 6. ubi ſimilia habet de Hecuba. Liv. 26. *Undique matronæ in publicum effuſæ circa Deûm delubra diſcurrunt.* Appian. de Bell. Pun. *Mulieres cum liberis in templis rogabant, ut finis tandem eſſet calamitatibus.* Stat. lib. 10.

At procul Argolici ſupplex in limine Templi
Cœtus, & ad patrias fuſæ Pelopeïdes aras
Sceptriferæ Junonis opem, reditumque ſuorum
Expoſcunt: pictaſque fores & frigida vultu
Saxa ferunt; parvoſque docent procumbere natos.

Alamann. Gyr. Cort. c. 1.

Hor chi vedeſſe li devoti intorno,
Gl'infermi vecchiarei, le ſtanche madri,
Diſcinti e ſcalzi andar la notte e'l giorno &c.

Taſſus Cant. 11.

Mo ſe ne van l'afflitte Madri al Tempio,
A ripregar Nume bugiardo ed empio.

Quod ſi neceſſitas id poſtulet, præclarum fecerint operæ pretium, ſi pro viribus laboranti patriæ, obſeſſiſque focis natalibus ſuccurrant. Præſtitum id ab iis conſtanti tolerantia, nec impari fortitudine in multarum Urbium oppugnationibus, ut omnium fere gentium loquuntur Hiſtoriæ. Earum certe induſtria & laboribus repulſi hoſtes, aſſertæ arces, nec vires duntaxat viris additæ, ſed propriis crinibus ferro conciſis ſuppleti funes ad intendendos arcus, & machinas inſtruendas. Virgil. lib. 11.

tum muros varia cinxere corona
Matronæ, puerique: vocat labor ultimus omnes.

Et ibidem:

Ipſæ de muris ſummo certamine matres
(Monſtrat amor verus patriæ) ut videre Camillam,
Tela manu trepidæ jaciunt; ac robore duro
Stipitibus ferrum ſudibuſque imitantur obuſtis
Præcipites, primæque mori pro mœnibus audent.

Saluſt. Jugurt. *Mulieres puerique pro tectis ædificiorum ſaxa, & alia, quæ locus præbuit, certatim mittere.* Eadem fere habet Pauſanias de Meſſeniis, Plutarchus de Spartanis, Cæſar, Livius, alii de aliis fœminis. Lucas Pulci Ciriff. Calvan. c. 5.

Il popol era levato alle grida,
E non ſapea niun dove s'andaſſi:
Quivi le donne mettevano ſtrida;
Non vi rimaſe niun, che non s'armaſſi.

7. Demum animadverto referendas eſſe fœminas inter præmia militaria, præſertim ſi cujuſpiam opificii elegantia præſtent. Virgil. 5.

Olli ſerva datur, operum haud ignara Minervæ;
Creſſa genus Pholoë.

Hercules etiam apud Euripidem in Alceſtide ancillam dat in præmium.

mulierem interim hanc ſerva mihi,
Dum Rege cæſa Biſtonum huc redux agam
Thraces quadrijugos: ſin quod abſit, accidat
(Nam me ut reducant ſoſpitem precor Deos)
Hanc dono dicoque familiæ ancillam tuæ,
Quæ parta nobis eſt labore maximo:
Propoſita namque publica certamina
Sudore digna deprehendi præmia
Unde hanc reporto victor.

Exempla alia ex Homero & Triſſino retuli in Titulo *Gladius* 7. Addo non ſegniter viros incitari ad fortiter dimicandum non ſolum ab aſpectu conjugum, atque adeo fœminarum, quarum ſtudio capiuntur, verum etiam a depictis earum imaginibus. Exempla habes apud Boiardum Orl. Inam. c. 7. & c. 11. Ut vero noſcas amoris profani affectiones oppoſitas, contra ſæpe contigit earundem aſpectu bellatorum vires elangueſcere. Vide exempla apud Bernardum Taſſum Amad. c. 16. & apud Torquatum filium Goff. c. 6.

Fœminæ exemptæ injuriis Militaribus. Vide *Benignitas Imperatoris.*

Fœnum Græcum. Quod ſit leguminis genus cum Plinio alii diſceptant. Elixum illud ſuper pontium tabulata fuiſſe projectum, ad hoſtium veſtigia implicanda, author eſt Joſephus in obſidione Jotopatæ, cui oppido cum imperio ipſe præerat. Sic autem loquitur: *Fœno Græco elixo juſſit tabulas pontium inſpergi & ſuperfundi. Quare illi lapſantes incerto veſtigia vacillabant; adeo ut nec progredi, nec regredi rectis iis eſſet, aliique ſuper ipſos pontes reſupini caderent, alii in aggeres delaberentur.*

Foeudum militare. Illud eſt, quod a milite ſubdito poſſidetur, quem militari cingulo donatum eſſe oportet, & Principi præſtare operam in expeditionibus bellicis. Vide Cangium in Gloſſ. Feudum Grotius Saxonicæ facit originis. Gujetus trahit a voce fidum. Eſt genus clientelæ, qua quis ſuam & poſterorum obligat fidem, ut beneficii authorem, tanquam patronum agnoſcat, &

pro

Digitized by Google

pro ejuſdem capite, honore & fortunis, ſe ſuaque omnia impendere, atque adeo caput ipſum periculis objectare ex pacto ac fide data feſtinet.

Fomes incendiarius, aliter Incendiarina funiculus, reſtia igniarius fiſtularius, vel ſclopetariua. Sie appellamus ſtupeos aridoſque funiculos, quibua utuotur fiſtularii majores, vulgò Muſquettarii. Eum verò funiculum manu geſtant accenſum, eoque admoto ad furnulum, ſive orculam pulverariam ſclopos ſuos diſplodunt. Dicitur autem fomea a ſovendo, quod ignem ſoveat nutriatque, ſed hìc veriùs excitat. Italia *Micci*, a myxo, quæ vox Grçcorum a Latinis etiam uſurpatur pro lucernæ ellychnio, ideſt ſparteo, canabeo, ſtupeo, vel papyraceo funiculo, qui oleo merſua peruritur. De myxo lucernæ Martialia lib. 14., ubi ſic loquitur lucerna polymyxos:

Illuſtrem cum tota meis convivia flammis,
Totque geram myxos, una lucerna vocor.

Foragium, ii. Vide *Fodrum*.

Forcellettum, i. Munitiuncula. Vide *Fortalitium*.

Forcepa. Tam fœminini, quàm maſculini generis. Voſſiua tamen advertit, forcipem maſculini generia non inveniri, licet id affirmetur à Priſciano. Forceps, quaſi forvum capiens: nam Veteres calidum dicebant forvum: ex quo habemua *ferveo, & fervidum*. Inſtrumentum eſt fabrile arreptorium duabus regulis veluti brachiis conſtans; eas ferreus axiculua, ſive vectis inditus ita oectit, ut ubi uſus poſtulet divaricatis regulis ſive brachiia, atque iterum junctis quidlibet valide retinere adſtrictumqne recurvo & deotato apice verſare poſſit. Virgil. lib. 8.

Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt
In numerum, verſantque tenaci forcipe ferrum.

Loquitur autem ibi de Cyclopibus arma fabricantibus in antro Vulcani, cujus Dei forceps inventum eſſe creditur. In architectura munitoria ſic appellant recentes machinarii genus præmunitionis, ſeu prætenturæ, quæ duo habet latera angularia ad hoſtea protenta, interiùa verò duabus alis in angulum coit. Simillimum eſſet munimentum operibus cornutis, niſi careret propugnaculis. Structuræ eſt non ita firmæ ac diuturnæ, utpote quæ tam in arcibua, quàm io caſtris excitari poteſt levi manu ad præſentem neceſſitatem, & longe minori ſumptu, quàm præmunitiones aliæ ſeparatæ, ut ſunt parmulæ, caſſidea, opera corouta, & coronata. Conſtrui antem ſolent hæc opera diducta non ſolum ad augendum reliquæ munitionis robur, verum etiam ad obſtruendaa & occludendaa viarum fauces, ad tranſitua præcipne pontium prohibendos, & omnia generis infirmiora loca quomodolibet confirmanda. Artifices bellici diſtinguunt Forcipes in ſimplices, & geminatas; ſimpliceſque nominant, quæ duas tantùm lineaa, ſeu brachia introrsùm eurvata, ad hoſtem veluti apprehendendum, habent; geminataa verò quæ plures. Vide, quæ de ritè extruendis forcipibus ſcribit Matthias Dogen Architect. Milit. lib. 1. cap. 16. *Tenaglia*.

Forceps. Pro ordinatione aciei. Vide *Forfex*.

Forcia. Pro caſtro. Vide *Fortalitium*.

Forfex. Inſtrumentum cæſorium notum, ad cujus ſimilitudinem ſie oominari aciei inſtructæ genus docet Gellius lib. 10. cap. 9. *Vocabula ſunt militaria, qaibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet, frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, Forfices, ſerra, alæ, turres*. Ea ioſtructio per hæc verba tangitur à Vegetio: *Ex lectiſſimis militibus conſertis in V literam hic ordo componitur, & cuneum excipit atque ex utraque pa te concludit*. Latiorem proinde primum & magis adapertam hæc inſtructio frontem habet: io anguſtum verò paulatim deſinit, itaut hoſtilem cuneum exceptum concluſumque ſolvat facilè conteratque. Expreſſiùs de Forfice Ammianua lib. 16. *Cogitatum eſt ſolicitèque præſtitum, ut ſævientes ultra ſolitum Alemanni, vaganteſque fuſiùs multitudine geminata noſtrorum Forficis ſpecie, truſi in anguſtias cæderentur*. Ubi aliqui pro *Forficis* legunt *Forcipis*. Verùm ea vocabula licet origine & ſignificatione non conveniant, nihil tameo officiunt in explicanda iuſtructione de qua agimua, cum ejuſdem ferè ſint figuræ inſtrumenta. Ea tamen, ut hoc etiam addam, ita diſtinguit Beda de Orthogr. *Forcipes ſecundùm etymologiam, ſi à filo dicuntur, F ponitur, ut forfices, quæ ſunt ſartorum; ſi à pilo per P, ut forpices, quæ ſunt tonſorum: ſi ab accipiendo per C, eo quòd formum capiunt, quæ ſunt fabrorum. Formum enim dixerunt Antiqui calidum, unde & formoſus*. In quibus Bedæ verbia Voſſiua non probat initiales literas Forficis & forcipia fieri à formo, ideſt calido, quod optime quidem congruit forcipi, minime autem forfici: additque trahi potius à ferro, mutatione literæ *e*, in *o*, quod in aliis etiam vocabulia uſuvenire compertum eſt. Ebrardus Bethunienſia ſie diſtinguit.

Forfice fila, pilum cape forpice, forcipe ferrum.

Adſcribo etiam diſcrimen forficia inſtrumenti cæſorii à forcipe inſtrumento arreptorio ex Philandro in Comment. Vitruv. *Iſtis enim incidimus, aut tondemus; illis verò ad focum utimur, aut calidum ferrum in fornacibus & tenemus & verſamus, Tenaculas* (Teoaglia noſtria) *à tenendo vocantes*.

Forma, æ. Inter alia ſumitur etiam pro typo, vel deformatione rei. Senec. Epiſt. 34. *Ut omnia tua facta & dicta unâ formâ percuſſa ſint*.

Formatura, æ. Pro forma, ſeu deformatione ædificii, vel machinæ. Lucret. lib. 4.

Servat enim formaturam, ſervatque figuram.

Formamentum. Forma, formatura. Lucret. lib. 2.

Formamenta qaeunt in quovis eſſe nitore.

Forma Imperatoris. Vide *Pulchritudo*.

Fornacula, æ. Notum eſt diminutivum à fornace. Juvenal. Satyr. 10.

Magna eſt fornacula.

Notiùa præterea quid fornax ſit io uſu civico, & domeſtico. Fornaculæ nomine appellamua pulveria oitrati repoſitorium in ſclopo manuali, atque adeo in majoribua ipſis tormentis muralibus.

Fornix, icis. Obſervat Budæua, fornicem ſine additamento diei de arcu triumphali. Cic. 2. de Orat. *Ut in Forum deſcendens caput ad Fornicem Fabii demitteret*. Idem Verr. 4. *Hujus Fornix in Foro Syracuſis eſt*. Livius Dec. 4. lib. 3. *L. Stertinius ex ulteriori Hiſpania, ne tentata quidem triumphi ſpe, qainquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit, & de manubiis duos fornices in Foro Boario ante Fortunæ ædem, & Matris Matutæ, unum in maximo circo fecit*. Ex quo loco conſtat fornicea & arcus attolli lieuiſſe etiam non triumphantibua. Eſt autem propriè Fornix opus concameratum ad inſtar hemicycli, cujus formæ erant aotiquitùs arcus triumphales, ut advertit Roſinus

Digitized by Google

Antiqq. lib. 10. cap. 30. Et quia ejuſdem ſtructuræ, tuguria inhabitare conſueverunt fœminæ meritoriæ, ideo Fornices ſimplici appellatione dicimus Lupanaria. Senec. 1. Contr. *Redoles adhuc fuliginem fornicis*. Thema Fornicis eſt à forando; ut aptè notat Jovianus Pontanus in Actio: nam primum idem fuere fornices & cavernæ, ſaxa nimirum, tophi, vel terra perforata ad modum hemicycli.

FORTALITIUM, ii. Caſtrum, arx, munitio. *Piazza, Fortezza*. Villelmus de Podio: *Et eis Fortalitia tradebantur, & ad ſuam obſides voluntatem dabant*. Elinhamus Prior in Geſtis Henrici V. Regis Angliæ:

Ad fortalitii facti murique cacumen,
Hoſtes portabant dolia, ligna, petras.

Legitur etiam *Forteritia*. Rigordus an. 1212. *Comes Boloniæ diruit quandam Forteritiam novam*. Eadem notione *Fortia*, vel *Forcia*. Villelmus de Podio Laurentii: *Cum cunctis villis & Fortiis, quæ erant ſub ejuſdem caſtri dominio*. Item *Reſortinncula*. Parvum caſtrum. Thomas Valſinghamus: *Qui in Reſortinncula ſua de Horton latens, vicinis ſimilem injuriam inferebat*. Quibus adde *Fortitium*. Teſtamentum S. Fulcranni Epiſcopi Lodovenſis: *Eccleſiam, quæ fundata eſt in honorem S. Mariæ, cum ipſa turre, & cum ipſis fortitiis, quæ modo ſunt, & in antea erant*. Adiice *Forcelletum*. Fleta lib. 1. cap. 20. *De his, qui fugaverint averia ad caſtra, vel Forcelleta, & ea ibi detinuerint*. Poſtremò *Fortitudo*. Villelmus de Podio Laurentii: *Interceptis ſubitò excubiis, illam Fortitudinem occuparunt*. Omnes hæ voces Latinobarbaræ, quibus arcem, vel munitionem nuncupavit ætas deterior, originem habent à Latino vocabulo Fortis; ex quo deterioris ævi Scriptores habent vocem *Forcia*, vel *Fortia*, quæ interdum apud ipſos poteſtatem, vel dominatum, quandoque violentiam ſignificat. Sanutus lib. 3. *Redditiſque captivis, ſive in Fortia eſſent Soldani, ſive &c.* Lex Bavarica tit. 2. cap. 10. §. 1. *Ut patrem ſuum dehoneſtare voluerit per conſilium malignorum, vel per Fortiam. Hinc Fortiare, Infortiare, vel Inforciare, & Fortificare*, pro munire. Quorum exempla verborum habes apud Cangium in Gloſs. Hinc etiam munitiones Galli appellant *Forteſſes*; Itali autem *Fortezze*. *Fortificatione, Afforzamento, Fortificamento, Fortificare, Afforzare*.

FORTENSES. Una erant ex Legionibus ſex Palatinis, quæ ſuberant Magiſtro militum in præſenti. Occurrunt apud Ammianum lib. 18. *Triceſimani, Decimanique Fortenſes*. In origine eorum appellationis explicanda quam longiſſimè abeunt Scriptores. Sunt qui dictos exiſtiment a Fortia, Sarmatiæ Aſiaticæ oppido. Quidam eſſe putant Comagenos Euphratenſes; eoſque primâ mutatâ ſyllabâ Fratenſes dicunt, ſed legendum putaverim cum Ammiano Fortenſes. Sic autem dictos reputaverim a Forcia, vel Fortia, non equidem oppidi ſingularis vocabulo; ſed vulgatiſſima, apud mediæ & infimæ Latinitatis Scriptores voce, qua arcem munitum locum, vel caſtrum notabant, ut docui in proprio Titulo.

FORTERITIA, æ. Vide *Fortalitium*.

FORTITIUM. Vide *Fortalitium*.

FORTIS, e. Iſidorus a *ferro* deducit, cujus robur & duritiem imitatur: alii a *fero*, quòd in rebus adverſis ferendis ſe exerceat. Pro *Fortis* apud Veteres, ut in Legibus XII. Tabb. legitur *Forctis*. Hoc ipſum eſt a *Forctus*, vel *Horctus*, quod Antiquis erat Bonus, ut docet Feſtus. Vera quidem ſunt iſta; ſed hæc omnia trahuntur a voce Græca ἑρκτὸς, quod eſt *munitus, ſeptus*. Ideo propriè fortis eſt, inductione animi adverſus ſiniſtros eventus, & terrorem afferentes, munitus & ſeptus. Hoc verum etymon. Cic. 2. Tuſc. *Fortes Fortuna adjuvat*.

FORTICULUS, a, um. Diminut. Cic. 2. Tuſcul. *Forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbuit*.

FORTIUSCULUS, a, um. Aliud diminut. Furius vetus Scriptor Tragœdiarum apud Janum Douſam l. 2. Præcidan. in Petron. c. 2. *Myrrhinum mihi affer, quo virilibus armis occurſem fortiuſcula*.

FORTESCO, is. Fortem fieri. Nævius. *Creſcit annis, & forteſcunt vires*.

FORTIFICO, as. Fortem facere. Plaut. *Fortifica animum*.

FORTITER. Cic. de Senect. *Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum*.

FORTITUDO. Pro caſtro vel munitione. Vide *Fortalitium*.

FORTITUDO, inis. Senec. epiſt. 114. *Fortitudo eſt*, inquit, *munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, quod qui circumdedit ſibi, ſecurus in hac vitæ obſidione perdurat*. Verùm amplè hoc figuratèque dictum, depromptumque ex mirotheciis Rhetorum. Si rem ipſam ſine ſuco & pigmentis exigas ad Dialecticæ normam, Fortitudo eſt animi firmitas, terribilia ita contemnens, ut medium curſum teneat inter audaciam & timorem. Eadem eſt *Scientia*, ut inquit Seneca de Beneficiis lib. 2. cap. 34. *Periculorum repellendorum, excipiendorum, provocandorum*. Auream proinde mediocritatem tuetur ac ſervat Fortitudo inter pavorem ac temeritatem, utrunque animi motum ac perturbationem diluens ac ſub rationis imperio continens; ut honeſtatis gratiâ ardua quæque rerumque periculoſas aleas ſic excipiat, ſuſtineat, & laceſſat, ut in neutram partem inclinata atque devergens, neque efferat animos ultra rationis præſcriptum, neque dejiciat. Fortitudinem a temeritate ſic optimè diſtinguit Author ad Herennium: *Fortitudo eſt contemptio laboris & periculi cum ratione utilitatis, & compenſatione commodorum. Temeritas eſt cum inconſiderata laborum perpeſſione gladiatoria periculorum ſuſceptio*. Jam verò ex quadam humani ingenii elatione contigit, ut licet vitæ integritas, religio, pietas, juſtitia, literariæ etiam diſciplinę, atque adeo omnis, quam latiſſime pertinet, ſapientiæ ſtudium ad conciliandam mortalibus gloriam mirum in modum conducant, adhuc tamen longè frequentiùs & alacriùs illa quæratur teſtificatione fortitudinis & militarium laborum atque facinorum comparatione. Equidem Græci, qui cæteroqui mirificè ſapientiæ ſtudia coluerunt, adhuc tamen Fortitudini ita deſponſos ſe & obnoxios pręſtitere, ut eam duntaxat rem virilem ferme ducerent, eidemque a viro honeſtiſſimam appellationem accerſerent ἀνδρείαν illam appellantes. Gręcos hìc etiam, ut ſæpe, ſecuti Romani Fortitudinem a viro dixere virtutem, quòd viri maxime fortitudo ſit. Hinc frequentiſſimè apud Scriptores veteres virtutem pro Fortitudine uſurpatam invenies. Terent. Eunuch.

Egone? Imperatoris virtutem noveram.

Cæ-

Digitized by Google

Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. *Perfacile eſſe, cum virtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri*. Apud Virgilium verò nihil ea uſurpatione frequentiùs legitur. Æneid. lib. 3.

Ecquid in antiquam virtutem animoſque viriles
Et Pater Æneas, & avunculus excitat Hector?

Et lib. 5.

ſi cui virtus animuſque in pectore præſens
Adſit.

Et ibidem:

Tum pudor incendit vires & conſcia virtus.

Et lib. 8.

Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur,
Præſtantes virtute legit.

Et lib. 9.

& neque terga
Ira dare aut virtus patitur.

Et lib. 11.

Nec quemquam incuſo: potuit quæ plurima virtus
Eſſe, fuit.

Et iterum:

poſſit quid vivida virtus,
Experiare licet.

Et rurſus:

Turnus ego haud ulli veterum virtute ſecundus.

Eandem Fortitudini præ cæteris animi dotibus prærogativam & excellentiam omnes ferè gentes aſſeruerunt. Ut enim nihil dicam de Hercule, Baccho, Polluce, Quirino, aliiſque, quos inter Heroes ac Semideos Antiquitas retulit, quota, amabo, pars immortalium virorum non ſibi ſui immortalitatem nominis Fortitudinis beneficio compararunt? Pauciſſimæ certè eorum ſtatuæ ſunt, coloſſi, ſepulchra, monumenta, qui domi, ut ita dicam, natis laudibus ea ſibi honorum inſignia conciliaverunt, cum ubique gentium Fortitudo atque ſtrenuitas incredibili copia alumnis ſuis ſimulacra, trophæa, & ad omnem futuri temporis memoriam perduratura erexerit monumenta. Id porrò æquiſſimum fuit ita contingere. Nihil quippe præſtantem animi indolem clariùs prodit, quàm laborum tolerantia, juxta illud Virgilii lib. 6.

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.

2. Sed nulla re magis eluceſcit animus, quàm generoſo mortis contemptu, præſertim verò ſi pro patria & ſalute publica, vita a viris magnanimis profundatur. Affectant id præſertim Poetę, qui ut Duces ſuos ad ſupremum humanæ gloriæ faſtigium extollant, iiſque apud lectores non uſitatam admirationem concilient, ubique vitæ faciunt contemptores. Ejus etiam rei a ſummo Poetarum quædam juvat exempla ſeligere. Sic autem canit lib. 2. Æneid.

furor iraque mentem
Præcipitant, pulchrumque mori ſuccurrit in armis.

Et ibidem.

moriamur, & in media arma ruamus.

Et iterum:

per tela, per hoſtes
Vadimus haud dubiam in mortem.

Et lib. 9.

an ſeſe medios moriturus in hoſtes
Inferat, & pulchram properet per vulnera mortem.

Et ibidem.

Eſt hic, eſt animus lucis contemptor, & iſtum
Qui vita bene credat emi, quò tendis, honorem.

Quid autem illa de Mezentio lib. 10?

Nec mortem horremus, nec Divûm parcimus ulli:
Deſine, jam venio moriturus.

Et infra:

Hoſtis amare quid increpitas? mortemque minaris?
Nullum in cæde nefas.

Eandem contemptę mortis jactantiam prę ſeſerunt paſſim Etruſci Vates. Satis fuerit indicare locum Taſſi Cant. 12., ubi de Clorinda ſic loquitur:

Nè per temenza laſcierò, nè lice
A magnanimo cuor, l'impreſa e l'arme.
Non ſe la morte nel più fier ſembiante,
Che ſgomenta i mortali aveſſi avante.

Et illa Turni mortem deſpicientis ad Æneam lib. 12.

equidem merui, nec deprecor, inquit.
Utere ſorte tua.

Quod ſic vertitur a Taſſo Cant. 19.

Cedimi, huom forte; e riconoſcer voglia
Me per tuo vincitore; o la Fortuna.
Nè ricerco da te trionfo, ò ſpoglia,
Nè mi riſerbo in te ragione alcuna.
Terribile il Pagan più, che mai ſoglia,
Tutte le furie ſue deſta e raguna.
Riſponde. Hor dunque il meglio haver ti vante?
Et oſi di viltà tentare Argante?
Uſa la ſorte tua, che nulla io temo.

3. Non me præterit eximios ſæpe Duces tactos formidine, & ſubito metu expalleſcentes a Scriptoribus interdum ac præſertim Poetis induci. Verùm non indignas viro forti timoris cauſas deprehendes, ut accidit Æneæ apud Virgil. lib. 2. Æneid.

ferimur per opaca locorum:
Et me quem dudum non ulla injecta movebant
Tela, neque adverſo glomerati ex agmine Graii,
Nunc omnes terrent auræ.

Et paulo poſt:

Horror ubique animos ſimul ipſa ſilentia terrēt.

Ubi caveas infirmioris animi notam inurere Duci fortiſſimo: omnis quippe timor ille proveniebat ex charitate in genitorem ſublatum humeris, & filium manu apprehenſum, ut idem teſtificatur Æneas verbis illis:

ſonus excitat omnis
Suſpenſum, & pariter comitique, onerique timentem.

Gravius quibuſdam negotium faceſſit, quod de eodem Duce refertur lib. 1. Æneid., ubi, poſt exortæ tempeſtatis deſcriptionem, ad præſens naufragii periculum metu extabeſcentem Ducem Poeta exhibet:

Extemplò Æneæ ſolvuntur frigore membra:
Ingemit.

Quî enim fieri potuit, ut vir ſumma ſtrenuitate præditus & gloriæ cupidiſſimus, quemque tot hoſtiles congreſſus nequaquam fregiſſent, novo quodam ad irati maris conſpectum timore corriperetur, mortiſque proximæ horrore exalbeſceret? Ejus tamen Virgiliani loci explanatores, & operoſiùs quidem Jovianus Pontanus lib. 1. de Fortitudine rem exigui momenti exiſtimant Æneæ timorem illum purgare atque diluere. Non etenim, ajunt, mortem ipſam vir ſummus, ſed potius genus mortis extimeſcebat. Neque enim rectæ rationi adverſum, aut a Duce ſtrenuo & armis exercito

Digitized by Google

cito alienum cenſendum eſt deprecari & exhorreſcere genus mortis inglorium, quodque nullum decus extincto, nullum virtuti exerendæ locum relinquit. Quare eam ipſam cauſam timoris ſui ſtatim ſubjicit idem Æneas:

mene Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe?

doletque armato ſibi non fuiſſe vitam ereptam,

Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta ſub undis
Scuta virûm, galeaſque, & fortia corpora volvit.

Eundem metum ad faciem illaudatæ in aquis mortis præſetulit apud Homerum Odiſſ. 5. Ulyſſes naufragio perterritus. Item apud Statium lib. 6. Theb. Hippomedon, cujus illæ ſunt ejulationes & queſtus:

fluvione (pudet) Mars inclyte merges
Hanc animam? ſegneſque lacus & ſtagna ſubibo
Ceu pecoris cuſtos, ſubitò torrentis iniquis
Interceptus aquis? Ideone occumbere ferro
Non merui?

Non ita multò ſecus Alexander Macedo apud Curtium lib. 3., cum Cydni amnis apud Tarſum in Cilicia aquis obriguiſſet, nihilque illi proximius eſſet, quàm ut elatus in tabernaculum efflaret animam, vehementer indignabatur, pulcherrimas victorias eripi ſibi de manibus, obſcuroque exitu & ignobili eſſe de vita migrandum. Vere nimirum Ovidius 1. Triſt. Eleg. 2.

Non lethum timeo; genus eſt miſerabile lethi:
Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Nam quæ potiſſimùm virum fortem mors deceat, indicavit Virgilius commemoratis verbis:

pulchrumque mori ſuccurrit in armis.

Ita enim ſublatos e medio ſummi honores & tituli conſequuntur, quos proponit Phorbas apud Statium lib. 7. Theb.

Ite alacres: veſtri nunquam morientur honores,
Bellaque perpetua memorabunt carmine Muſæ.

Verùm hæc a profanis Scriptoribus ſpecioſè magis quàm verè dicta ſunt. Ut enim ad humanam ac militarem fortitudinem non faciat obſcuram in aquis mortem fortiter ferre; vera certè & Chriſtiana conſtantia in ipſa mortis obſcuritate magis elucet; & longe fortior Ænea fuit, qui non falsò gloriari potuit Epiſt. ad Corinth. 2. 11. *Ter naufragium feci, nocte & die in profundum maris fui.* Laus ſcilicet & pretium ſinceræ veræque Fortitudinis non eſt examinandum fallaci decempeda humanæ gloriolæ, cum quantalibet Poetarum commemoratione, ſtatuiſque ac trophæis, atque omnibus marmorum, æriſque monumentis interituræ, verum ad eam animi firmitatem germana fortitudo eſt revocanda, quæ ſuarum virium imbecillitati diffidens divinæque opitulationis innixa præſidio in carcerum pædore in ærumnoſo contemptiſſimæ vitæ curſu, in duriſſimis vinculis, atque adeo in infimo quoque dejectiſſimoque mortis genere triumphat magis & explendeſcit. Verum his ad Ethicos Scriptores rejectis, ut iterum me ad humanæ atque caſtrenſis Fortitudinis modulum referam, minimè dubium eſſe ſtatuo mortis contemptum a veræ fortitudinis laude in inconſultam audaciam quandoque deſciſcere. Huc facile referam illud Silii de Hiſpanis.

Prodiga gens vitæ, & properare facillima mortem:
Namque ubi florentes trãſcendit viribus annos
Impatiens ævi ſpernit noviſſe ſenectam.

De Gallis illud Lucani lib. 1.

Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus; inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animique capaces
Mortis, & ignavi rediture parcere vitæ.

De Borealibus verò Petrarcæ illud:

Una parte del Mondo è che ſi giace
Mai ſempre in ghiaccio & in gelate nevi,
Tutta lontana dal camin del Sole.
Là ſotto giorni nubiloſi e brevi,
Nemica naturalmente di pace,
Naſce una gente, a cui morir non dole.

4. Jam verò militiæ magiſtri & Campidoctores cum tyronum ſuorum indolem ſciſcitantur, propenſioneſque animi ad unguem explorant, nihil habere debent antiquius, quàm ut intrepidos eligant, non armorum fulgorem, non effuſum ſanguinem, non ſtragis acervos reformidantes. Nihil enim neceſſe eſt dubitare eximios olim fore bellatores, qui à pueritia præclarum ſpecimen edunt ignei cujuſdam Martiique vigoris, quo pueri nobiles ſpem firmiſſimam parentibus atque patriæ faciunt in viros egregios ſe evaſuros. Res magni graviſſimique momenti Spartanos non latuit, apud quos pro triplici ætatis diſcrimine triplex erat in choreis ludiſque diſtributus chorus, ſenum ſcilicet, virorum, ac puerorum. Sic autem ſenes occinendi faciebant initium:

Nos quondam eramus inclyti bello viri.

Succinebat chorus virorum:

Nos iâ ſumus; fac, ſi velis: periculum.

Pueri agmen cantumque claudebant hoc carmine:

Nos fortitudine plurimùm præſtabimus.

Nam quis addubitare potuiſſet in acerrimum ferarum domitorem evaſurum Herculem, qui, ut Seneca ſcribit,

igneos ſerpentium
Oculos remiſſo pectore ac placido intuens,
Et tumida guttura tenera elidens manu,
Proluſit Hydræ?

Quam acre inſtitutionis Martiæ ſpecimen legimus apud Statium lib. 4. Theb. ubi ita canit de Parthenopæo!

Tu quoque Parrhaſias ignara matre catervas
Ah rudis armorum (tantum nova gloria ſuadet)
Parthenopæe, rapis,

Et paulò poſt:

Proſilit audaci Martis percuſſus amore,
Arma, tubas audire calens, & pulvere belli
Flaventem ſordere comam, captoque referri
Hoſtis equo: tædet nemorum titulumque nocentem
Sanguinis humani pudor eſt neſcire ſagittas.

Æquè præclarum erectæ pueritiæ exemplar proponit Virgilius lib. 4. Æneid. in Aſcanio venationibus indulgente:

At puer Aſcanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo, jamque hos curſu, jam præterit illos:
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem.

Quantas porrò excelſæ animoſæque indolis ſignificationes Achilles dederit ſub Chironis Centauri tyrocinio nos alibi expoſuimus, adductis inſuper Statii carminibus in Achilleid. Obiter hic etiam obſervo, non leviter profeciſſe interdum ad fortitudinem infantes regios ferino lacte fuiſſe enutritos.

Digitized by Google

tritos. Et Cyrum quidem Perſarum poſtea Regem potentiſſimum Ducemque ſortiſſimum, canioo depaſtum lacte cum infaotulus eſſet projectus, literis prodiderunt Græci Scriptores. Noo abſimili ſato vitam exorſum fuiſſe Romulum, & à Lupa lac exſuxiſſe Romani Annales memoraot. Ferarum porrò carnes medullaſque Achillis apud Chironem detenti jucundiſſimum extitiſſe edulium, ſatis conſtat. Clorindam verò virilis aoimi bellatricem à tigride ſuiſſe nutritam aptè commentus Taſſus Cant. 12.

Io piangendo t'l preſi, e in breve ceſta
Fuor ti portai, tra fiori e frondi aſcoſa:
Ti celai da ciaſcun, che nè di queſta
Diedi ſoſpetto altrui, nè d'altra coſa.
Me n'andai ſcanoſciuto, e per foreſta
Caminando, di piante horrida, ombroſa,
Vidi una tigre, che minaccie & ire
Havea negl'occhi, incontr'a me venire.
Sovra un'arbore i ſalſi, e te sù l'herba
Laſciai; tanta paura il cor mi preſe:
Giunſe l'horribil fera, e la ſuperba
Teſta volgendo in ta lo ſguardo inteſe:
Manſuefece, e raddolcio l'acerba
Viſta con atto placido e corteſe:
Lenta poi s'avvicina, e ti fa vezzi
Con la lingua: e tu ridi, e l'accarezzi.
Et iſcherzando ſeco, al fero muſo
La pargaletta man ſecura ſtendi.
Ti porge ella le mamme, e com'è l'uſo
Di Nutrice, s'adatta: e tu le prendi.

5. Monſtrum verò portentumque omnium diriſſimum atque teterrimum ſuerit Fortitudo in Ducis vel militis ànimo à juſtitia & æquitate ſejuncta. Arma videlicet per largiſſimam humani profuſionem ſanguinis inìquè ac ſacrilegè circumferre, non hominum eſt, ſed hoſtium humani generis, & crudelium ſtatus publici perturbatorum. Locum hic habet, quod exprobratum fuit Alexandro Macedoni (jurenean injuria alii quæritent) publicum illum eſſe atque ſæviſſimum Græciæ & Aſiæ graſſatorem. Noo igitur Eumenidum facibus, ſed Aſtreæ gladio eſt dimicandum ab optimo Duce, ut potiſſima laus à legitima illati belli cauſa & moderatione exerciti Martis quærenda ſit. Typum egregii Imperatoris propoſuit Ovidius in Erechtheo:

Sceptra loci rerumque capit moderator Erechtheus,
Juſtitia dubium validiſnè potentior armis.

Ex Virgilio fortaſſe id habuit Sulmonenſis, qui ita de Ænea ſcribit lib. 11.

ò fama ingens, ingentior armis
Vir Trojane, quibus cælo te laudibus æquem?
Juſtitiæne prius mirer, belline laborum?

De eodem Ænea ſic loquitur Ilioneus lib. 1.

Rex erat Æneas nobis, quo juſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello major & armis.

Idem verò Ilioneus ad captandam Didonis Reginæ gratiam eandem juſtitiæ potius, quàm fortitudinis laudibus afficit ſuæ concionis exordio:

O Regina novam cui condere Juppiter Urbem,
Juſtitiaque dedit gentes frænare ſuperbas.

Eodem elogio impertivit Octavium Auguſti patrem Svetonius cap. 3. *Provinciæ præfuit non minore juſtitia, quàm fortitudine.* Et Stiliçonem Claudiauus Stil. 1.

Narrem juſtitiam? reſplendet gloria Martis.

Homerus Sarpedonem à Fortitudioe & juſtitia commendat; ejuſdemque verſiculus ille eſt:

Utrunque, & bonus Rex, pugnatorque animoſus.

Plutarchus, Dionyſius, & in primis S. Auguſtinus de Civit, efferunt ſæpius felicitatem Romanorum, non alia magis cauſa, quàm quod neminem injuria laceſſiverint, reique bellicæ excellentiam cum ſumma ſemper æquitate conjunxerint. Tam arctum verò fœdus atque ſocietas inter geminas haſce virtutes Imperatorias, Juſtitiam & Fortitudioem, intercedit, ut indiſcriminatim quandoque à Scriptoribus accipiantur. Cum juſtitiam commendaot, ſubjiciunt exempla Fortitudinis, cum Fortitudinem extollunt, eam teſtimoniis ab æquitate depromptis maxime comprobant. Horatius Od. lib. 3. 3. virum juſtum concelebrandum ſibi propooit,

Juſtum & tenacem propoſiti virum.

quem tamen in progreſſu laudat à ſortitudine, neque enim, inquit, illum

civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida, neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus;
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Et quominus cuiquam dubium ſit iſthæc pertinere ad fortitudinem attexit exempla Heroum fortiſſimorum:

Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas:
Quos inter Auguſtus recumbens
Purpurea bibit ore nectar.
Hac te merentem, Bacche pater, tuæ
Vexere tigres, indocili jugum
Collo trahentes: hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit.

Alteram vero partem Juſtitiæ & honeſtatis, exemplis Fortitudinis comprobate, ut rem certam procul ab omni dubitatione ſemoveam, e ſacris hauriam literis: Proverb. 31. poſtquam de forti muliere eſt anxiè quæſitum: *Mulierem fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus*, ad referenda probitatis atque juſtitiæ teſtimonia tranſgreditur ſapientiſſimus Salomon: *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem*, & infra: *Os ſuum aperuit ſapientiæ & lex clementiæ in lingua ejus.* Adde etiam illa: *Operata eſt conſilio manuum ſuarum, & digiti ejus apprehenderunt fuſum.* Illuſtro hanc obſervationem doctrina Zenonis, virtutum naturam & muoia expendeotis apud Plutarchum io Comment. Repugnaot. Stoic., ubi de Philoſopho prudentiſſimo virtutum fines ſtatuente ita ſcribit: *Mox ſingulas definiens Zeno, fortitudinem ait prudentiam eſſe in rebus gerendis, Juſtitiam in diſtribuendis, ut unica jam fiat virtus, ſed quæ comparatione cum rebus tantùm actione videatur diſcrimen admittere.* Fx quibus verbis quoniam ad Zenonis placitum Fortitudo quidem prudentia eſt io rebus gerendis, Juſtitia verò in diſtribuendis, mihi eſt manifeſtum ex diſciplina ſenſuque Stoicorum apud eundem Plutarchum locutum fuiſſe gryllum, notum animalculum & inſectum alatum in Dialogo, cui ab eodem gryllo indidit nomen, & ex quo Dialogi ſui Etruſci modulum traxit Joannes Baptiſta Gelli, cui nomen fecit à Circe. Gryllus itaque apud comme-

Digitized by Google

memoratum Scriptorem, præſente Circe, poſtquam alia multa præclarè philoſophatus eſt de inanitate atque ſtultitia rerum humanarum, aggreditur etiam de Fortitudine diſputare. Ait autem hominum fortitudinem, nnn peculiarem aliquam virtutem eſſe; alioquin, inqnit, hæc etiam mulieribus adeſſet, ſed potius timidam quandam prudentiam, & prudentem timiditatem: neque enim exantlandis laboribus rebuſque arduis adeundis operam ſuam impendunt homines, niſi ut majores labores evitent, damnoque graviori ſe ſubtrahant. Ad hunc modum, qui hoſtem ulciſcitur, ne cruciatum aut mortem perferat, non animoſus eſt adversùs hoſtem ſed potius timidus adversùs cruciatus & mortem. Nobilitat improbulus diſputator ſententiam ſuam comparatione aptiſſima, utpote quam ab Ulyſſæis trahit remigibus, qui ad Circenſem oram cum ipſo Duce pridem advenerant. Quemadmodum igitur, ajebat, tui remiges, Ulyſſes, ubi primum navim eris iterum conſcenſurus, certatim contendent in eam tranſilire, ſatagentes ſinguli reliquos antevertere, ut leviorem remum arripiant, non illam oſtendentes alacritatem, quaſi remigare jucundum illis gratumque ſit, ſed quoniam à remis gravioribus metuunt ſibi; ad eum plane modum, qui ardua ſuſtinet & duriſſimis caſibus occurrit, non id peragit ex vigore animi, quo illis magnopere delectetur, ſed potius ex prudenti quodam metu acerbioris fortunæ, vel majorum moleſtiarum, quas reformidat. Verùm Plutarchi præſtigiatore gryllo ad Ulyſſem irretiendum ſophiſmatis captioſis relicto, audacter poſtremum pronuncio, niſi præſto ſit animi Fortitudo, licet arma & numerus copiarum affatim ſuppetant, actum eſſe de omni felici exitu belli gerendi. Quid enim, niſi ſtrenuè attrectentur, arma & machinas eſſe dicam, niſi onera & impedimenta? numerus etiam militum quemadmodum obeſa & ignava corpora, niſi alacritate & vigore animetur, officit ſibi, latioremque explicat quaſi meſſem hoſtium gladiis diſſecandam. Quare fortiter & ſapienter Agis dicebat, Lacedæmonios non interrogare quàm multi hoſtes eſſent, ſed ubi eſſent.

6. Præſtans autem ea vis animi atque ſtrenuitas ſic interdum in multis excelluit, ut non inter dimicandum duntaxat mortemque conſtanter oppetendam ſpecimen ſui luculentiſſimum daret, verum etiam acerrimæ indolis ſpirantia quædam veſtigia poſt ipſam mortem relinqueret. Flor. lib. 1. cap. 18. *Quinam illi fuerunt viri, quos ab Elephantis primo prælio obtritos accepimus? omnium vulnera in pectore: quidam hoſtibus ſuis immortui: omnium in manibus enſes, & relictæ in vultibus minæ, & ipſa morte ira vivebat*. Eam perpendens Romanorum conſtantiam ſapientiſſimus bellicæ virtutis æſtimator Pyrrhus non ſine cauſa exclamavit, ut apud eundem Hiſtoricum legitur: *O quàm facile erat Orbis Imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis*. Trahunt etiam aliqui in Fortitudinis laudem arma vel terram mordere, quod apud Poetas ſtrenui faciunt bellatores gravi vulnere affecti ab hoſtibus. Ajunt autem eos terræ os applicare, ne dolore victi turpiter ingemant, aut honore per anteactam vitam parto indignum aliquid proloquantur, ad eum modum, quo Pompejus Magnus inducitur à Lucano lib. 8., involuto capite enſis ictum excipere:

ut vidit comminùs enſes;
Involvit vultus, atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput, tunc lumina preſſit,
Continuitque animum, ne quas effundere voces
Poſſet, & æternam fletu corrumpere famam.

Equidem de Leone ſcribit Plinius lib. 8. cap. 16. *Creditum eſt à moriente humum morderi*. Itaque viri ſtrenui quaſi ferarum regem fortiſſimum imitantes etiam ipſi immorituri arma vel terram demordent. Et de armis quidem Stat. lib. 2. Theb.

immorſaque cadens obmutuit haſta.

De terra autem demorſa Homerus lib. 11. Iliad.

mordicus prehenderunt terram.

Lycoph. in Alexand.

Multi prius terram ab illa dentibus
Mordebunt præcipitati.

Idem habet de Etheocle & Polinice Euripides in Phœniſſis. Et apertiſſimè Nonnus lib. 22.

tanquam iratus occiſori
Compreſſit terram dente rabido.

Eundem morem ſecuti paſſim Latini Vates. Virgil. 11.

Procubuit moriens, & humū ſemel ore momordit.

Atque iterum ibidem:

Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum.

Claudian. de Bell. Getic.

Italamque momordit arenam.

Sed & Poetæ Itali ejuſdem ritus paſſim meminere. Taſſus Cant. 20.

Pien tutto il campo è di ſpezzate lance,
Di rotti ſcudi, e di troncoto arneſe:
Di ſpade à i petti, à le ſquarciate pancie
Altre confitte: altre per terra ſteſe:
Di corpi altri ſupini, altri co' volti,
Quaſi mordendo il ſuolo, al ſuol rivolti;

Et iterum ibidem:

E'l fere in fronte, e nel medeſmo ſegno
Tocca e ritocca, e'l ſuo colpir non lenta;
Onde il Re cade, e con ſingulto horrendo
La terra, ove regnò, morde morendo.

Et Cant. 9.

Cade; e co' denti l'odioſa terra,
Pieno di rabbia in ſul morire afferra:

7. Ego verò rabioſos iſtiuſmodi armorum terræque morſus ferociæ potius, quàm Fortitudinis indicia cenſuerim. Nam contra reputando nihil expreſſius manifeſtat fortem virum ſuique compotem, nulliſque periculis perterrefactum, aut de mentis ſtatu dejectum deturbatumque, quàm quædam in agendo tranquillitas, quæ non turbulentam ferocitatem, ſed potius ſedatum in ipſa ira expromit animum; tanquam præſens diſcrimen metuſque intentatus non illi rationis aditum intercludat, quominus omnia cautè circumſpiciat. Iterum nihil magis regiam generoſitatem expirat, quàm vultu placido nihilque perturbato hoſtem deſpicere, quod optime Virgilius expreſſit in Turno Æneid. 9.

Olli ſubridens ſedato pectore Turnus;
Incipe, ſiqua animo virtus, & conſere dextram.

Fortuna, æ. Pontanus in Actio Fortunam quaſi Ferentinam dici exiſtimat; quoniam res adverſas vel ſecundas ferat. Alii Fortunam, quaſi Vortunam nominari ſtatuunt; quoniam res magnas vertat: Gerræ germanæ. Dicitur omninò à priſca voce Forctis, vel Forctus, quæ, ut docet Feſtus, bonum ſignificat. Dicebant autem *Forctis* & for-

Google

& *forctus*, ut *hilaris* & *hilarus*, *imbecillis*, & *imbecillus*, & ſimilia. Quemadmodum verò a voce *Portus* fit *Portunus*, ſic a *Forctus* fit *Forctuna*, &, eliſa poſtmodum literulà ad vitandam aſperitatem, Fortuna. Proinde, ſi vocis originem ſpectes, Fortuna bona eſt. Factum tamen per catachreſin, ut non minus adverſa, quàm felicia hoc nomine notaremus. Recte autem obſervavit Donatus ad Terent. in Hecyr. fauſta duntaxat & læta indicari, cum facto additamento dicimus *Fors Fortuna*, ideſt *Bona Fortuna*. Diſtinxit hæc præclare idem Terentius in Phorm.

O Fortuna! o Fors Fortuna! quantis commoditatibus
Quam ſubitò hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem.

Iterum cum Fors non conjunctim cum Fortuna, ſed ſola effertur, ut ſubſtantivi non adiectivi vim habeat, pro felici vel adverſa juxta ſumitur. Cic. ad Attic. *Fors in aliquibus rebus pluſquam ratio poteſt.*

2. Quemadmodum iis, quibus ſubitę vertigines oboriuntur, trepidatione quadam omnia videntur circumagi, cum tamen nihil ſit in rebus ipſis volubile, ſed tota levitas & inconſtantia in ipſorum potius capitis vitio reſideat, denſaque vaporum fuligine affecto cerebro: ad eandam formam incertos rerum eventus, mobilem & dubiam Fortunę fidem dicimus, cum tamen omnia certiſſimis Divinæ mentis conſiliis & ſtabili dimenſione dirigantur; noſtriſque ſolum imbecillis ingeniis ea inſit de rebus, præcipuè vero futuris, incerta perplexitas. Nos folio, ut ſacra dicunt Oracula, quod vento movetur, leviores nutamus ſcilicet; nihil in rerum mortalium ordinatione labaſcit aut fluctuat. Hinc progreſſi ſunt veteres Ethnici, ut incertorum ejuſmodi caſuum Deam ſimul & adminiſtram Fortunam facerent, quaſique Numen aliquod conſtituerent, quo tanquam honeſto quodam & ſpecioſo velamento ad ſuam obtegendam mentis caliginem uterentur. Stolidiſſima calliditate faciebant ſibi ipſi fucum, non inſcitiam ſuam, ſed aſciti Numinis levitatem aut perfidiam criminantes; utque ſibi parcerent, Deam conviciis onerabant. Etenim Fortuna cæcutiens, ſurda, recalvaſtra, fugax, fraudulenta, ſubmotis tectoriis atque pigmentis, meraciſſima eſt mortalium ignorantia. Nihil proinde propius veritati, quàm quod Juvenalis ſcripſit Satyr. 10. nil niſi humanæ mentis errorem eſſe Fortunam

ſed te
Nos facimus, Fortuna, Deam, cæloque locamus.

Præfari hęc me, Lector, oportuit, Deæ vel Numinis nomine abutentem, dum Fortunam, non quæ ſenſu Catholico Divinæ mentis certa & ſapientiſſima eſt ordinatio, ſed ut ab Ethnicis ſumitur, hìc expendo. Aſſolet illa laſcivientem mortalium felicitatem, & diuturno rerum ſecundarum curſu animos inflatus intercipere; ſpes verò & vota impendio vaſta proſternere ac proterere, ut plane vices gerat in humano regimine Tribuni plebis, noſtriſque ſæpe conſiliis duriſſima illa verba & inhibitorias formulas interponat, *Intercedo, Veto, non patiar hanc legem ferri.* In hunc modum conſtat ſibi noſtra felicitas, ſemper pavida, nunquam perpetua: atque ita nos exerceant humani caſus, ut adverſis caſtigetur immoderata proſperitas, dejectiſque multiplici calamitate mentibus lætiora ſuccurrant, ſuaſque alternatim rependant vices, ne alterutrius Fortunæ inceſſu ſtabili aut efferatur inaniter animus, aut plus æquo dejiciatur & concidat. Id ſcilicet ſibi Poeticis adumbrandum coloribus Homerus propoſuit, ubi commentus eſt Jovem duo præ ſe collocata dolia perpetuò miſcere, lætis triſtibuſque appoſitè attemperantem res humanas, quò ſumma Numinis poteſtas incolumis eſſet & indejecta, nobis verò ſtabile ſemper relinqueretur obſequium, & in Cœlites reverentia.

3. Atqui, tametſi Fortuna quædam eſt poteſtas, in unum exitum oppoſitas cauſas attemperans, quemadmodum illam definit Proclus apud Ficinum, res tamen liquida eſt, ab humanis conſiliis immane pondus & efficacitatem Fortunæ accedere. Nimirum ab optime cogitatis comparatiſque bona illa dicitur, à rebus negligenter habitis adverſa: quare optime de Camillo à Livio dictum eſt: *Omnia ſumma ratione conſilioque acta: Fortuna etiam, ut fit, ſecuta eſt.* Et iſte procul dubio germanus eſt popularis effati ſenſus; ſuæ quemque fabrum eſſe Fortunæ. Inſanire enim & furere cuilibet videatur Imperator, qui ſocordia & inertia perditus, nullam periculis præcavendis, declinandis inſidiis, militari ſtudio comparando, hoſti verò quomodolibet incommodando operam & curam impendens, ubi res arctæ circumſtant, & implexior incidit nodus, expectat ut aliquis in machina Deus, quod ſæpe Tragici faciunt, præſto adſit, explicetque implicatam cataſtrophen. Id ſcilicet irriſit Livius lib. 7. *Unicum belli Ducem, qui nihil agenti ſibi de cælo devolaturam in ſinum victoriam cenſet.* Adiice illud Terentii in Adelphis.

Quid credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos?

Item illud Tullii in Verrem Act. ult. *Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati ſunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur.* Huc ſcilicet ſpectat adagium illud, *Dormientis rete*; quod vide ſuo loco.

4. Quoniam verò rerum bellicarum eventus occulti nobis prę cæteris incertique accidunt, ideo rebus Martiis ſingularem in modum imperare Fortunam Antiquis eſt creditum. Cæſar lib. 6. Bell. Gallic. *Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari poteſt Fortuna.* Themiſtius Orat. 9. *Cum duo ſint tempora, in quæ actiones noſtræ dividuntur, belli ſcilicet ac pacis; hæc quidem magna ex parte in nobis eſt poſita; bellum verò etiam Fortunam ſibi vindicare cernimus.* Ad eandem libellam illa ſunt Cornelii Nepotis in Thraſybul. *Jure ſuo nonnulla ob Imperatore miles, plurima verò Fortuna vendicat.* Denique bellicarum laudum, ait Cicero pro Marcel. *Maximam partem quoſi jure ſuo Fortuna ſibi vendicat.* In quibus teſtimoniis obſerva verbum vendicare frequenter adhibitum; tanquam in re militari poteſtatem ſuam tueatur Fortuna jure vindiciarum, & judicio petitorio apud Prætorem. Ex eadem fidelia ſunt illa Bernardi Taſſi Amad. c. 64.

La Vittoria è dubbioſa, e ſpeſſo ſpeſſa
La Sorte più, che la Virtù la dona.

Bojard. Lib. 1. Can. 16.

Tutte le coſe ſotto della Luna
L'alta ricchezza e regni della terra
Son ſottopoſti a voglia di Fortuna:
Che la porta apre d'improviſo e ſerra.

Digitized by Google

E quando più par bianca, divien brunu;
Ma più ſi moſtru a caſo della guerra
Inſtabile, volubil, ruinuſa,
E più fallace, ch'alcuna altra coſu.

Et propitio quidem Fortunę afflatu ſic uſi ſunt aliquot Imperatores, ut præ ſe ubique jactanter ferrent uti ſe curſu ejuſdem ſecundiſſimo; eo aſtu captantes Fortunæ beneficia, quæ aſpirare magis & favere ſolet imperioſis ingeniis. Inter hos maxime omnium recenſendus eſt Cæſar, qui ſic a Fortuna injiſſe gratiam ſe prædicabat, ut nunquam illa a ſuis ſignis diſcederet. Lucan. lib. 10.

ſemper feliciter uſus
Præcipiti curſu bellorum.

Et lib. 9.

neque enim ſperare ſecunda
Fas mihi, nec liceat. Fortunâ cuncta tenentur
Cæſaris.

Elucet id maxime apud eundem Poetam lib. 5., ubi ingruente naufragio ita ſcribit de Cæſare:

Fiſus cuncta ſibi ceſſura pericula Cæſar,
Sperne minas, inquit, pelagi, ventoque furenti
Trade ſinum. Italiam ſi cælo authore recuſas,
Me pete. Sola tibi cauſa hæc eſt juſta timoris,
Vectorem non noſſe tuum; quem Numina nunquam
Deſtituunt, de quo male tunc Fortuna meretur,
Cum poſt vota venit: medias perrumpe procellas
Tutela ſecure mea.

Tullus etiam Romanorum rex ſua omnia facinora Fortunæ legitur adſcripſiſse, cujus beneficio ancilla matre genitus, ad regnum fuerat evectus. Quemadmodum enim nocturni ignes ex ipſis latè circumſuſis umbris magis ac latiùs eluceſcunt; ita effuſiùs ſolent innoteſcere, & popularem gloriam prolixiùs conſequi, quibus ſors cæca mutuas offert traditque tenebras ſuas.

5. Neque idcircò fidendum eſt rei fugaciſſimæ: cum plerunque nullum viri fortes acerbiorem hoſtem Fortunâ ſortiantur, juxta illud Senecæ in Herc. Fur.

Iniqua rarò maximis virtutibus
Fortuna parcit.

Et iterum ibidem:

O Fortuna viris invida fortibus.

Petrarcha etiam Canzon. 11.

Rade volte adivien, ch'a l'alte impreſe
Fortuna ingiurioſa non contraſti;
Ch'agli animoſi fatti mal s'accorda.

Quare probè Æneas ad Aſcanium apud Virgil. lib. 12.

Diſce, puer, virtutem ex me verumque laborem;
Fortunam ex aliis.

Quod ita reddidit Taſſus Cant. 12.

Viva, e ſol d' oneſtate a me ſomigli:
L'eſempio di fortuna altronde pigli.

Nec inſcitè Areoſtus Cant. 30. ſtultorum patrocinium à Fortuna ſuſcipi dixit:

Mà la Fortuna, che de pazzi hà cura,
Del mar lo traſſe.

Nihil autem frequentiùs legitur, quàm deſtinata ſalubriter diſcuti à Fortuna diſturbarique. Nihil enim faciliùs, quàm ut illa ex matre in novercam, ex noverca in matrem tranſmigret. Exnculatam proinde & plane brutam finxit Antiquitas, quoniam levi momento res maximas modò parare ſoleat, modò perdere; opeſque ſuas ad indignos crebriùs maloſque conferat, nullo habito delectu aut ratione promeritorum. Sic autem inſaniſſima ſuos complecti ſolet, ut ſuo hedera complexu arbores necat; utque Hercules non alio conſilio circumductis obnixe brachiis Anteum in pugna complexus legitur, quàm ut eundem ad terram illiſum mactaret. Factum proinde prudenter accepimus à viris ſapientiſſimis, ut nihil magis, quàm nimia fortunæ beneficia extimeſcerent. Philippus Macedonum Rex cum eodem die triplicem accepiſſet lætiſſimum nuncium, victorem nimirum ſe fuiſſe in Olympiis, profligatos in acie Dardanenſes à Parmenione, & virili ſe auctum ſobole, porrectis in Cœlum manibus exclamaſſe legitur apud Plutarchum, ſubmiſſiſque precibus petiiſſe à Fortuna, ut tantillum mali vel infortunii tot tantiſque beneficiis admiſceret. Callebat quippe vir cordatiſſimus Fortunæ ingenium, ejuſque indulgentiam ſuſpectam habebat; nihil ſibi geſtiendum ratus cumulo illo rerum ſelicium; ſed potius expectandam ſibi inopinati acerbitatem exitii, cui prævia ſolerent eſſe infidi perjurique Numinis blandimenta. Non igitur in caſuum incertis, verum in prudentiæ ductu & auſpiciis veræ virtutis præſidium eſt collocandum. Quemadmodum enim breviſſimæ ſtaturæ homines, ut inquit Seneca, etiamſi in monte conſiſtant, adhuc tamen puſilli ſunt; coloſſi verò etiam in puteo vel valle collocati, amplæ prægnæque ſtaturæ: ad eundem modum nihil humilius eſt ſtulto homine in magna Fortuna, nihil excelſius ſapiente, quantumlibet adverſa ſorte dejecto.

6. Ut rem tractationis ampliſſimæ in pauca contraham, ſatis fuerit in expendenda Romanorum Fortuna paulatim ſubſiſtere. Quicumque paulo curatius cum animo reputaverit Romanorum imperium ab exiguis profectum initiis, perpetuo ſubinde victoriarum curſu tam latè diffuſum & propagatum, ut nationi fortiſſimæ terra potius hoſteſque ad vincendum, quàm animus deeſſe videretur, is continuò intelliget, intra Urbis Pomœrium non breve & deſultorium hoſpitium fuiſſe Fortunæ, verùm ſtabile domicilium atque firmiſſimum; ipſam vero ſe genti Martiæ non quoquomodo lætam & favorabilem pręſtitiſſe, ſed per omnia ancillantem & vectigalem: nec tam eidem uſui, ut cum Lucretio loquar, quam mancipio traditam atque ſubmiſſam. Et Florus quidem ad conſtituendum Romanorum Imperium Fortunam cum virtute contendiſſe, operis ſui initio verè præfatus eſt. Plutarchus verò in libro ſingulari de Fortuna Romanorum id ipſum adumbravit comparatione pulcherrima. Quod enim de Venere perhibent Spartiatæ; poſt trajectum Eurotam, depoſitum à Dea ceſtum, & reliqua luxuriæ inſtrumenta; haſtam verò & clypeum eam induiſſe, ut Lycurgi ingenio blandiretur, & gentis duritiam moreſque ſeveriores aſſimilaret: non ſecus à Fortuna factum, cum ab Aſſyriis, Perſis, & Græcis ad Romanos diverteret: eam ſcilicet in Tiberis tranſitu fregiſſe rotam, alas verò & talaria abjeciſſe, quò in omne tempus ſedem defigeret apud Romanos; ſibi verò eoſdem deferendi poteſtatem omnem facultatemque præcideret. Hinc perpetua illa fortunæ ſuæ prædicatio apud Scriptores Latinos. Paucula ex Cicerone ſeligo: pro Milon. *Ex quibus ſi me non mea, ſed Reipublicæ fortuna ſervaſſet.* Et iterum: *Sed*

hujus

Digitized by Google

hujus beneficii gratiam, Judices, fortuna Populi Ro. & veſtra felicitas, & Dii immortales ſibi deberi putant. Idem Philipp. 2. *ſuſtulit illum diem fortuna Populi Romani.* Et ibidem: *excluſit illum à Republica, diſtraxit, ſegregavit non ſolùm ſcelus illius, ſed etiam, ut mihi videtur, fortuna quædam Populi Romani.* Quibus verò artibus eum fortunæ afflatum conciliaverit ſibi gens Romana, audire licet ex Livio Dec. 3. lib. 10. verbis Aſdrubalis, de pace agentis in Senatu: *Rarò ſimul hominibus bonam fortunam, bonamque mentem dari: Populum Romanum invictum eſſe, quod in ſecundis rebus ſapere & conſulere meminerit.* Idem accipe ex eodem Hiſtorico dec.4. lib. 7. verbis Scipionis Majoris ad Legatos Antiochi: *Romani ex iis, quæ in Deorum poteſtate erant, ea habemus, quæ Dii dederunt: animos, qui noſtræ mentis ſunt, eoſdem in omni fortuna geſſimus, gerimuſque: neque eos ſecundæ res extulerunt, nec adverſæ minuerunt.* Vides fortunam bonam nulla re faciliùs parari, quàm adverſæ tolerantia, & fortitudine animi. Plerunque certè ita contingit, ut bonis bona, mala malis eveniant. Optime Cornelius Nepos in vita Pomponii Attici: *Hic fecit, ut vere dictum videatur: ſui cuique mores fingunt fortunam.* Illud etiam memoratu dignum quod de M. Porcio Catone ſcribit Livius dec. 4. lib. 1. *In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut quocumque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus videretur.* Vide *Felicitas, Mars communis. Fortuna Dea.*

FORTUNA DEA. Hæc ſcilicet eſt communis ille atque perpetuus humanarum lamentationum, & contumeliarum ſcopus. Hanc innumeris in dies conviciis atque objurgationibus oneramus, cæcam illam, ſtultam, leviſſimam, amentium patronam, præſtantium virtute hominum novercam appellantes. Inter omnes Antiquitatis Deos Deaſque poſtrema recenſetur, utpote cujus nullā inveniatur mentio apud Homerum in Iliade & Odyſſæa. Nam eidem attributus Hymnus ad Cererem, ubi Τυχὴ, ideſt Fortuna nominatur, propter hoc ipſum Homeri eſſe a non paucis negatur. Sunt tamen qui Orpheum de Fortuna meminiſſe ſcribant. De ejuſdem diverſo habitu, ſimulacris, atque picturis variis, item de honoribus, ſacris ædibus atque delubris eidem poſitis multa veteres habent ſabulatores, quæ latiùs deſcripta digerunt Natal. Com. lib. 4. cap. 9. Mytholog. & Gyrald. Syntagm. 16. Satis ſuperque nobis ſit ea ſolum de inconſtantiſſima Dea tradere, quæ rei bellicæ ſunt affinia. Inter alia Fortunæ cognomina illud eſt ad noſtram indaginem pertinens, quod Livius tradit Dec. 5. lib. 2. Equeſtris Fortunæ originem referens per hæc verba: *Q. Fulvius Flaccus Cenſor ædem Fortunæ equeſtri, quam in Hiſpania Prætor bello Celtiberico voverat, faciebat enixo ſtudio, ne ullum Romæ amplius, aut magnificentius templum eſſet: magnum ornamentum ſe templo natus adjecturum, ſi tegulæ marmoreæ eſſent.* Ex quo Livii loco falſus convincitur Tacitus ubi ait Fortunæ equeſtris nullum fuiſſe templum Romæ ante Auguſti tempora. Ea verò ſunt Taciti verba: *Cum enim equites Romani pro valetudine Auguſtæ donum voviſſent equeſtri Fortunæ, & ejus cognominis nullum tum Romæ eſſet, illud Antium miſerunt, ubi eo cognomine colebatur.* Sed & Ancus Martius Romanorum Rex templum erexiſſe ſcribitur Fortunæ Virili, quod perpetuum eſſet teſtimonium, quo poſteri docerentur ad victorias comparandas plurimum conferre Fortunam. Eadem Nemeſis cognomento ab Antiquis eſt illuſtrata, habitaque inter militiæ præſides, quòd ultrix eſſet facinorum impiorum, & implacabilis adversùs temeraria conſilia. Quapropter ſuperbos & arrogantes Duces cum omnibus copiis non ſemel deleviſſe credita eſt, multiſque præſtitis documentis elatorum animorum audaciam depreſſiſſe; opportunis identidem exemplis palàm ſaciens minimum eſſe fidendum Imperii magnitudini, nimiæque armorum felicitati. Hujus porrò ſimulacrum in Attica regione prope Rhamnuntem pagum à Phidia poſitum eſt poſt ingentem cladem à Perſis acceptam, quemadmodum docet Pauſanias in Atticis per hæc verba: *A Marathone ſtadiis XL. littorali via ad Oropum euntibus, Rhamnus decurrit. Domicilia incolarum ad mare poſita ſunt. Paulò inter continentes Nemeſeos fanum eſt, quæ Dea ſuper cæteros Deos adversùs ſuperbos inexorabilis eſt: ut Barbaris quoque, qui in Marathona venerunt, hujus Deæ ira multum obſtitiſſe videatur. Nam Athenarum opes adversùs ſe contemnentes, jam tum Parium marmor acceperant, quod ad trophæum erigendum vehebant. Id marmor Phidias excidit in Deæ hujus ſtatuam.* Eventum illum vetus author tetraſtico, quod inter Græca Epigrammata circumfertur,, celebravit, quod Auſonius in hunc modum traduxit:

Me lapidem quondam Perſæ advexere, trophæum
Ut fierem bello, nunc ego ſum Nemeſis.
At ſicut Græcis victoribus adſto trophæum,
Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis.

Præclarè etiam Petrarcha de Perſarum arroganti impudentia ſcripſit:

Pon mente al temerario ardir di Serſe
Che fece per calcare i noſtri liti
Di nuovi ponti oltraggio alla Marina,
E vedrai nella morte de' Mariti
Tutte veſtite a brun le donne Perſe,
E tinto in roſſo il mar di Salamina.

Opportunum fuerit Pomponii Læti de Nemeſi verba ſubſcribere, quibus oſtendit, Romanos ſumma ſemper cum æquitate arma ſumpſiſſe. *Romani*, inquit, *profecturi ad bellum Nemeſi ſacrificabant, & munus gladiatorum edebant: quod non ſine ratione factum arbitramur. Virgo & Victrix Nemeſis numen fuit, quo qui malefactis delinquebant, puniebantur, unde Victores Nemeſim non fruſtra invocabant. Romani enim ſemper juſta movere arma: cæteræ nationes odio & malevolentia, livoreque, quòd imperium tantæ Urbis juſtitiā augeretur, tela in populum Romanum capiebant.* Nemeſeos ſimulacrum Romæ fuit in Capitolio, eamque ſolùm Romani Græco, non Latino nomine appellatam colebant, ut inter alios ſcribit Auſonius in Moſella:

& Latiæ Nemeſis non cognita Linguæ.

Rhamnuſia etiam, à Rhamnunte, ut ſupra indicavimus, Atticæ pago eadem Nemeſis vocata eſt, de qua Claudianus.

Et tumidis infeſta colit quà numina Rhamnes.

Eadem Rhamnuſis, forma patronimica ab Ovidio dicta eſt.

memoremque time Rhamnuſidis iram.

Poſtremò Adraſtea nuncupata eſt, ut ſcribit Stra-

bo lib.13. ; & antea cecinerat Poeta Antimachus, ſic ejus nominis originem referens.

Eſt Dea, quam Nemeſin dicunt, Dea magna potenſque,
Quæ bona cæleſtum conſenſu cuncta Deorum
Poſſidet : huic primus ſacratam condidit aram
Fluminis Æſapi gelidas Adraſtus ad undas.
Hic ubi nunc coliturque atque Adraſtea vocatur.

2. Reperias ſæpe Fortunam in veteribus nummis & annulis cum gubernaculo & cornucopiæ, ad deſignandum ſcilicet rerum eſſe moderatricem, & auſpicem præſidemque abundantiæ. Verùm id Salmaſius ad Solin. non repræſentatum fuiſſe a Priſcis cenſet in honorem & gratiam Fortunæ illius, quæ cæca eſt & inſtabilis; quemadmodum nec eandem deſignari in Virgine illa in cœlum relata, quæ rerum omnium procreatrix fingitur. Exiſtimat autem Veteribus illis Fortunam fuiſſe Cererem, vel Iſidem, quas etiam adumbrarunt inter ſpicas erectas, & geminum cornucopiæ. Ejuſdem Deæ pedibus baſim figurâ ſphericâ ſubjecerunt, ut ejus inconſtantiam oſtenderent. Idem alæ & talaria adjecta demonſtrant: cæcam poſtremò commenti ſunt. Locus eſt apud Cicer. pro Milon. in hæc verba: *Dura mihi medius fidius jam fortuna Populi Ro. &c. crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc Remp. inſultare videret & pateretur.* Fœdum craſſumque Ciceronis lapſum hìc deprehendiſſe viſi ſunt Grammatici aliquot, ut qui Fortunæ oculorum uſum attribuerit; nihilque per ipſos moræ fuit, quin continuò verbum illud *videret* atroci ſtylo confixum in malam crucem deturbarent e textu. Æquiores eſſe poterant in verbum optime appoſitum. Ut enim prætercam non ita ad vivum ſecanda eſſe, & rigidis unguibus arripienda, quæ de Deorum cultu habituque Poetæ comminiſcuntur: ut iterum miſſum faciam, non exſectis, ſed velatis tantummodò oculis paſſim exhiberi Fortunam, ut pro arbitrio ſibi poſſit velamen excutere: quid levius, aut facilius factu fuit, quàm ut ejus Deæ quantumlibet viſum non ad corporis, ſed ad mentis oculos referrent? Amorem certè Fabulatores æquè cæcum atque Fortunam perhibent: eum tamen viſu fruentem expeditiſſimo paſſim inducunt Poetæ. Taſſus de Hercule:

Hor t. . . . il fuſo: Amor ſel guarda, e ride.

Et apertiſſimè Petrarcha:

Amor, che vedi ogni penſiero aperto,
E i duri paſſi, onde tu ſol mi ſcorgi,
Nel fondo del mio cuor gl'occhi tuoi porgi,
A te paleſe, a tutt'altri coverto.

Fortunium, ii. Corruptæ Latinitatis Scriptores appellarunt decurſionem equeſtrem, Trojam, vel, ut ipſi vulgò dicunt, Torneamentum. A Fortuna nomen, quæ in certaminibus & re militari non poſtremam obtinere partem ſemper eſt habita. Matth. Pariſ. *More militari quoddam haſtiludium, quod vulgariter Fortunium, imò potius Infortunium appellatur.*

Forulus, i. Scriptoribus Latinobarbaris fuit enſis vagina. Probè Latinis foruli ſunt repoſitoria ſupellectilis variæ, ut librorum. Villelmus Brito lib. 12. Philipp.

Francorum gladios nimia jam cæde rubentes
Vix foruli agnoſcunt.

Forum, i. Dicitur a ferendo, ut docet Varro, licet alii aliunde trahant, quoniam illuc negocia ſua vel venalia quiſque ferret. Sed omiſſa multiplicis fori apud Romanos prolixa tractatione, ſatis fuerit indicare Fori nomine extitiſſe etiam in caſtris locum. Hyginus de limit. conſtit. *Sic & in caſtris groma ponitur in tetrantem, ad quam velut ad forum veniatur.* Quemadmodum verò poſitura fori in Coloniis in oppidi meditullio cernebatur, ut ad illud æquale eſſet iter e quatuor portis, portæque ſingulæ a foro conſpici poſſent: ſic etiam Forum locus erat in caſtris medius, ex quo ad caſtrorum portas patebat conſpectus. Vide Salmaſ. ad Solin. cap. 37. Cur autem Forum caſtrorum apud Suidam dicatur etiam Gnoma, ignorare ſe fatetur Lipſius; ſed corrigendus eſt Suidæ locus, & pro *Gnoma* reponendum *Groma*, licet hęc etiam menſura agraria & caſtrenſis apud quoſdam originem habeat a *Gnoma* Græcorum. Quoniam verò in metandis caſtris collocabatur Groma in medio ſpatio ad univerſi ſitus occupandi delineationem, idcircò idem locus in caſtris Groma, & Forum appellabatur.

Forum, i. Pro cibariis & commeatu exercitus. Chronicon Reicherſpergenſe: *Hilari vultu eos excipientes Forum pro poſſe ſuo exercitui miniſtraverunt.* Author expugnationis Acconenſis:

Ergo poſtquam inclytus Princeps Romanorum
Intravit Monarchiam Regis Hungarorum,
Ubertatem omnium dat Rex & Forum.

Plane iis Scriptoribus Forum eſt, quod aliis *Fodrum*, vel *Foderum*: ex quibus vocibus habemus dictiones *Foraggio*, *Forieri*. Vide *Fodrum*.

Fossa, æ. In oppidis & arcibus eſt ambitus excavatæ terræ, & ad loricam erectæ; idemque perpetuus, niſi flumina & cautes objectu ſuo firmius alicubi munimentum offerant. Magna eſt controverſia, præſtetne ſiccas relinquere, an aquis opplere foſſas: ſuas utræque opportunitates, ſua contra habent incommoda. Accuratè & juxtà leges Architecturæ militaris ſtruendæ ſunt. Vegetius lib. 4. cap. 5. *Foſſæ autem ante Urbes latiſſimæ altiſſimæque faciendæ ſunt, ut nec facilè poſſint coæquari replerique ab obſidentibus, & cum aquæ cœperint inundare, ab adverſario cuniculum continuari minime patiantur.* Verùm hæc memoravit de Foſſa, & quidem aquatili arcium.

2. Caſtrenſis foſſa minus operę efflagitat, quàm quæ circa oppida vel arces producitur. Nec verò ſolum, quia non ſemper eſt perpetua; ſed quoniam minus obnoxia ſunt validis aggreſſionibus caſtra, quàm arces. Ideo nec certas ubique ſtructuræ leges habet, ſed altior, preſſior, latior excavatur, ut locus ſuadet, & præcipue propinquitas hoſticarum ſtationum. Plerunque tamen foſſa caſtrenſis octo pedes lata, & totidem alta legitur. Id apud Cæſarem ſic in uſu fuiſſe non ſemel occurrit. Ampliores interdum adapertæ, ut apud Veget. lib. 3. cap. 8. *Milites gladio cincti foſſam aperiunt, latam aut novem, aut undecim, aut tredecim pedibus: vel ſi major adverſariorum vis metuitur, pedibus decem & ſeptem vel novem. Imparem enim numerum ſervari moris eſt.* Quod autem hic ſcribit Vegetius imparem pedum numerum in effodienda foſſa ſervari moris fuiſſe, id ſcilicet non ſemper fuit præſtitum: cujus rei exemplum habemus in ipſo Veget. lib. 1. cap. 24., ubi ita ſcribit: *Ubi vis acrior imminet hoſtium, tunc legitimâ foſſâ ambitum conveniet munire caſtrorum; ita ut duodecim pedes lata ſit.* Ubi adverte diſtingui à Vegetio foſſam, quam hic vocat legi-

timam, à tumultuaria, quæ pro imperio neceſſitatis vel loci iniquitate minor eſt tum latitudine tum profunditate; ac plerunque conficitur ex reciſis e terra ceſpitibus, ramalibuſque, opere ſubitario utcumque compactis. Neque verò ſemper ejuſdem erant menſuræ foſſæ caſtrenſes, quas modò altiores, modo latiores diverſa hoſtis æſtimatio faciebat. Pertinebat autem ad ipſos milites eas foſſas ducere, qui cincti gladio eas aperiebant per centurias diſtributi, poſt acceptas à Campiductoribus pedaturas, ut idem Vegetius tradit lib. 3. cap. 8. per hæc verba: *Singulæ centuriæ dividentibus Campiductoribus & Principiis, accipiunt pedaturas, & ſcutis ac ſarcinis ſuis in orbem circa propria ſigna diſpoſitis, cincti gladio Foſſam aperiunt.* Et hæc quidem ad foſſas pertinent, quæ ſunt ex uſu militiæ. Neque enim hic multis immorandum in recenſione Foſſarum, ſeu magnarum potius voraginum, quæ aliis de cauſis, ac potiſſimum ad prohibendas amnium inundationes excavatę ſunt à maximis Regibus improbo plurium luſtrorum labore, & incomparabili ſumptu ærarii publici Regiique. Foſſa mille ſtadiorum à Rege Neco ducta in Ægypto memoratur ab Herodoto lib. 2. Sed non tam foſſa, quàm mare quoddam deductum in Ægyptum fuit ab antiquis ejus Regni Regibus, cujus manufacti operis vaſtitatem in hunc modum tradit idem Hiſtoricus ibidem: *Tamen ſtagnum Myrios plus habet admirationis, cujas in circuitu menſura trium millium, & ſexcentorum ſtadiorum eſt, ſchenorum ſexaginta, quanta videlicet ipſius Ægypti ad mare menſura eſt. Jacet autem ſtagnum longo ſitu Aquilonem versùs Auſtrumque; altitudo, ubi ejus profundiſſimum eſt, quinquaginta paſſuum. Quod autem manufacta ſit ac depreſſa, indicat, quòd in ejus fermè medio ſtant duę pyramides quinquaginta paſſus ab aqua extantes, altero tanto ædificii aquis tecta, ſuper quarum utraque lapideus eſt coloſſus in ſolio ſedens.* Non multum abſimilis foſſa ad radices Atho montis à Xerxe Perſarum Rege aperta legitur apud eundem Herodotum lib. 7., interciſa Iſthmi lingula ſeu projectura, qua continenti nectebatur, ut peninſulam per omnem ambitum redderet navigabilem. Scimus verò hac etiam laude Romanos magnificentiæ ſuæ dediſſe ſpecimen, ingentium molitione foſſarum prœmagnis receptis amnibus, quod de foſſa Druſiana præſertim legitur. Verùm de his prolixiùs alii. Murus ab arce foſſæ prætentus dicitur lorica muralis. Hujus poſtrema pars declivior appellatur inferioris muri curvatura vel declivitas; Murus leviter inflexus vel prominens, Italis *Scarpa*. Hoc illi nomen, vel à ſimilitudine aliqua cum calceo pedis tegumento, vel, quod magis arridet, quoniam pars illa ſuperiorem murum, & adiecta opera ſuſtinet, ut pes calceatus reliquum corpus. Huic oppoſitus agger terrens vel cæmentitius dicitur foſſæ pars mœnibus adverſa. *Contraſcarpa.*

FOSSATUM. Propriè terra excavata & munita ſudibus: idem ac foſſa. Veget. lib. 4. cap. 16. *Civitatis Foſſatum comportatis lapidibus complent.* Dicitur autem tum de ambitu foſſæ Urbanæ, tum etiam & multo maxime caſtrenſis. De Urbana foſſa loquitur Anaſtaſius Bibl. in S. Silverio PP. *Fabricis murorum & reparatione Foſſati circumdedit Civitatem Romanam.* Item Petrus de Vineis lib. 2. Epiſt. 49. *Non eſt habilis reſiſtentiæ locus, quem murorum non munit ambitus, aut concavitas Foſſatorum.* Pro caſtrenſi tam frequenter uſurpatur, ut Foſſatum non pro caſtris duntaxat, verum etiam pro ipſo exercitu & ordinibus vallo munitis dictum ſæpius inveniatur. Idacius in Faſtis: *Ipſo anno profectus eſt Valens ex Urbe ad Foſſatum.* Geſta Conſtantini M. *Odoacer abiit in Veronam & fixit Foſſatum in Campo.* Legimus etiam Foſſatum leve pro numero militum levis armaturæ apud Henr. Spelm. in Gloſſ.

FOSSATELLUM, i. Minus foſſatum, ſive ambitus minor foſſæ caſtrenſis. Legitur in Bulla Honorii III. apud Ughellum.

FOSSORES. Virgil. 2. Georg.

Et labefacta movens robuſtus jugera foſſor.

Inter operas & miniſtros militares præcipui ſunt momenti & utilitatis mirificæ, juxta effatum expertiſſimi Ducis, qui ligonem & dolabram ad arcium expugnationem magis proficere, quàm arma & copias armatorum aſſeverare non dubitavit. In extruendis aggeribus & excavandis foſſis, In attollendo caſtrenſi conſepto, in laborioſa ſtructura viarum ſive acceſſuum militarium, potiſſimùm verò in depreſſo ſolo cuniculis præparando, perpetuo quodam ſtudio & ærumnabili labore ſuam Marti operam Foſſores collocant. Notatu digniſſimum eſt, veterum Franciæ Regum temporibus tam ſagaci artis peritia ſuffoſſas interdum fuiſſe turres & propugnacula ut eadem tignis ſuppoſitis ad certum tempus ſuſtinerentur; quantum, ſcilicet, neceſſarium eſſe videretur, ut quaſſatione arietum, vel impreſſione cuniculorum corruentia machinatores & fabros non opprimerent. Modus & ratio ad eam menſuram ſuffulciendi turres ſuffoſſas latiſſime quidem expromit Albertus Aquenſis lib. 2. cap. 35. Verùm decerpere juvat quędam ex Gulielmo Tyrio, qui non ſemel ejus inventi meminit. Sic autem ſcribit lib. 3. cap. 10. *Qui latebant ſub teſtudine ſecuri penitus ab hoſtium inſidiis ad infringendum murum, & turrim ſuffodiendam totis inſtant viribus, & convulſorum loco lapidum, ſtipites ſupponunt & ligneam materiam, ne parte muri inferiore ſuffoſſa, ſubitò corruat pars ſuperior & machinam comprimat. Facta igitur tanta ſuffoſſione, quæ ad turris dejectionem ſufficere poſſe videbatur, & ſuſtentaculis, quæ murum caſurum ſuſtentabant, igne ſuppoſito, & nutriendis ignibus apta ſubjecta materia, machinam relinquunt, ad ſuos cum omni celeritate ſe conferentes. Factumque eſt ita, ut circa noctis medium omni ſulcimentorum conſummatá materiá, & ignibus edacibus in cineres redactá, turris cum tanto fragore ceciderit, ut etiam remotos horrore concuteret.* Idem lib. 12. cap. 2. *Accedens ergo ad præſidium, & locum imparatum reperiens, ex diverſis partibus Foſſores immittit, qui collem, cui prædictum inſidebat municipium, ſuffoderent trabibuſque ſubnexum, igni poſtea ſuppoſito conſumendis, turres ſuperpoſitas, & mœnia, cedente aggere, ad terram dejiceret.* Libro eodem cap. 19. *Erat collis, ſupra quem ſitum erat oppidum, cretaceus & ad ſuffodiendum facilis. Videns ergo ea parte faciliùs poſſe locum aggravari, immiſſis Foſſoribus ſcrobes præcipit ingentes intus collem ſuffodi, trabibuſque & lignea materia ſuſtentari: Deinde receptis artificibus, igne immiſſo, ſuccenſa, quæ intus erat, materia collis ſubſedit, & turris cum ingenti fragore collapſa eſt.* Lib. 16. cap. 5. *Immiſſis Foſſoribus per ſcrobes & ſubterraneos meatus, ſecùs murum ducit cuniculum, ſuf-*

foſſum-

foſſumque opus ſtipitibus ſuſtentat appoſitis; quibus igne conſumptis, decidit ex magna parte murus, & hiatum hoſtibus pervium pluſquam centum dedit cubitorum.

Foſſula, æ. Intra majores arcium foſſas, ſive aquis oppletæ illæ ſint, ſive ſiccæ, minor alia foſſa per flexum ducitur, eaque compleri aquis debet, iiſque plena perpetuo retineri. Recens architectura militaris commenta eſt novum hoc vallare præſidium, ut ſi fortè hoſtes occupatis exterioribus munitionibus foſſam tranſmittere affectent, in hanc Foſſulam aquis ſemper redundantem offendant, ibique detineantur, donec ad eos expellendos accurrant præſidiarii. *Cunetta*.

Framea, æ. Juven. Satyr. 13.

Et Martis frameam & Cyrrhæi ſpicula Vatis:

Incertum relinquitur hia verbis, quod genus armorum fuerit. Sed rem enucleat Tacitus de Morib.Germ. *Rari gladiis aut majoribus lanceis utuntur; haſtas, vel, ipſorum vocabulo, frameas gerunt, anguſto & brevi ferro, ſed ita acri & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominùs vel eminùs pugnent.* Idem ibidem: *Scuto frameaque Juvenem ornant.* Cum ita perſpicuè Tacitus frameam haſtam eſſe, enſem verò non eſſe dixerit, plane miror Iſidorum, aut locum Taciti non advertiſſe, aut divinandi facultatem ſibi aſciviſſe, ubi frameam gladium exponit. Verba Iſidori ſunt. *Framea, gladius ex utraque parte acutus, quam vulgò ſpatham vocant: ipſa eſt rompbæa.* Originem vocabuli Martinius trahit a foro; ut framea ſit quaſi foramea. Vetus dict. a *frema*; quod meticuloſos fremere faciat; alii a *premo* quaſi *pramea*. Iterum miror, tam operosè a Grammaticis Latium excuti ſuper themate vocis, quam Germanicæ eſſe originis liquidò Tacitus prædocuit.

Franciſca, ſcæ. Genus ſpathæ, ſeu bipennis, Gallorum peculiaris, & ſic appellatæ à Francis, qui apud Italos, *Franceſchi*. Hincmar. in Vita S. Remigii: *Accepit autem Rex Franciſcam ejus, quæ vocatur bipennis, & projecit in terram.* Ammoinus de Geſtis Francor. *Et extenſa manu Franciſcam ejus terræ dejecit, quæ ſpatha dicitur.* Papias tamen, & Joannes de Janua ſcribunt, Franciſcas eſſe in genere ſignorum, ad formam ſecurium, quæ Romæ ferebantur ante Conſules in bonorem & ſecuritatem. Iſidorus: *ſecures ſigna ſunt, quæ ante Conſules ferebantur, ne aut uſum perderent belli, aut vacantes ocio aſpectum amitterent gladiorum. Quas & Hiſpani ab uſu Francorum per derivationem Franciſcas vocant.*

Fratres Clientss. Milites inferioris notæ, & nullius nobilitatis, qui Hoſpitalarios, Templarios, alioſque multiplicis ſacræ militiæ equites ſequebantur. Italis *Serventi*. Gallis *Freres ſervans*. Epiſt. Fulcherii Magiſtri templi in Geſtis Dei: *Ceciderunt in ore gladii ſexaginta milites Fortiſſimi, præter Fratres Clientes, & Turcopolos.*

Fratrss Crucis. Vulgatiore vocabulo Cruceſignati, de quibus diximus in Titulo *Bellum ſacrum*. Sic appellati ſunt, qui bellicam ſuam operam vitamque ſpondebant ad Terram ſanctam aſſerendam. Levoldus a Nortoffin Chron. Markano an. 1309. *Eo anno Cruceſignati, qui Fratres crucis vocabantur; in diverſis terris & nationibus ſe per turmas collegerunt, & ad Romanam Curiam concurrerunt intendentes, ut dicebant mare tranſire in ſubſidium Terræ Sanctæ. Sed cum venirent Avenionem vel ad mare, diviſi ab invicem per vias diverſas redierunt.*

Fraxatores. Ab antiquo verbo Fraxo, & antiquiore Fcago, quod eſt flectere, circumire. Dicuntur, qui vigilias circumeunt & luſtrant. Feſtus a frangendo trahit, quod eo labore corpora debilitentur & frangantur. Primum eligo cum Scaligero in Feſt.

Frenum, i, & in plur. Frena, & Freni. Ferrum, quod equis in os injicitur a frendendo, quod verbum Antiquis erat frango: Illud enim equi obmordent; unde ab Italis dicitur *Morſa*. Hinc apte Virgil. 4. Æneid.

frena ferox ſpumantia mandit.

Frenorum inventum Pelethroniis Theſſaliæ populis adſcribunt Plinius & Virgilius 3. Georg.

Frena Pelethronii Lapitæ, gyreſque dedere
Impoſiti dorſo.

Pindarus tamen author eſt Pegaſum omnium equorum primum freno domitũ fuiſſe. Illud autem Bellerophontem accepiſſe memorat ab ipſa Pallade, ut alatum equum commodiùs per aerem regeret. Scribitur in ejus rei memoriam Corinthios in ſuis nummis frenati equi figuram cudiſſe. Et primò quidem freni neceſſitati ſolùm ſerviere; eamque ob cauſam ſimplices rudeſque ex idonea materia compacti. Valeſcente poſtea luxu ornati ebore, auroque ſolido confecti; gemmis etiam ad oſtentationem diſtincti. Stat. Theb. lib. 3.

Spumantem proni mandunt adamanta jugales.

Tametſi verò Europæi, ac præſertim Græci Romanique frenorum uſum, utpote moderandis equis percommodum non rejecerint, Barbari tamen, ac præſertim Getuli, Numidæ, aliique Africæ populi, infrenatos equos habuiſſe perhibentur. Apertè id teſtatur Appianus in Libycis de Maſſiniſſa: *Inſcendens equum nudum, ut mos eſt Numidis.* Virgil. etiam lib. 4 Æneid.

Hinc Gætulæ urbes, genus inſuperabile bello,
Et Numidæ infreni cingunt.

Ex quo Silius lib. 1.

Hinc paſſim exultāt Numidæ, gens inſcia freni,
Queis inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.

Idem tradit Oppianus de Venat. loquens de equis Africanis:

non virtute manuum
Cohibentur lupatis violenti freni;
Sed obtemperant virgis quoquo homo duxerit.

Cæſar lib. 5. Bell. Civil. Equos Numidas contra Romanas copias adductos a Juba Rege, & quidem infrenatos ſcribit. Hinc Lucanus Africanorum equos dixit incultos, utpote qui nec dorſo tegumentum, nec ori frenos, aut lupatos acciperent:

ſemperque paratus
Inculto Getulus equo.

Illis itaque populis virgâ duntaxat ſolutos equos regere moris fuit. Id ſcilicet vehementer auget impetum atque ferociam. Oſtendunt hoc exempla aliquot a Romanis ipſis accerſita. Sæpe enim contigit, ut frenis equi exuerentur Imperatorum imperio, ut ardentiùs & concitatius in hoſtes ruerent, vel ut milites amiſſis habenis revocare ſe cum equis in fugam non poſſent; ſed neceſſe haberent ultra tendere, & premere violenter hoſtem. Dilucidè hoc habemus ex Livio 4. *Magiſter Equitum & ipſe novat pugnam equeſtrem. Frenos ut detrahant equis, imperat; & ipſe princeps calcaribus ſubditis evectus, effreno equo in*

medios

medios ignes infertur, & alii concitati equi libero curſu ferunt equitem in hoſtem. Idem lib.8. *Detraxit frenos equis, atque ita concitatos calcaribus permiſit, ut ſuſtinere eos nulla vis poſſet.* Idem lib. 40., ubi Flaccus Prætor ita loquitur: *Id cum majore vi equorum facietis, ſi effrenatos in eos equos immittitis, quod ſæpe Romanos Equites cum magna laude feciſſe memoriæ proditum eſt.*

Freniger, a, um. Stat. 5. Sylv.

Quiſnam frenigeræ ſignum dare dignior alæ;

ubi ſplendidè, ut ſolet, alam frenigeram nominavit turmam equitum, vel bellicum equitatum.

Freno, as. Frenum injicio, vel freno cohibeo. Cæſar 8.Bell. Gall. *Equites frenatis equis in ſtationibus diſponit.*

Frenator, oris. Verbale. Plin. in Panegyr. *Infinitæ poteſtatis domitor & frenator animus ipſa vetuſtate floreſcit.*

Frons, tis. Non tam fœminini, quàm maſculini eſt generis, ut docet Gellius lib. 15. cap. 9., & confirmant exempla Cæcilii & Catonis. Spatium eſt in corpore humano, anterioribus capillis, naſi parte, temporibus, & ſuperciliis terminatum. Varro trahit a foraminibus oculorum. Melius alii a ferendo: quoniam ea pars præſeferat ſignificationem animi. Eſt enim triſtitiæ, ſeveritatis, hilaritatis, humanitatis, aliarumque humanarum affectionum nuncia & explicatrix. Idcircò pro varietate internorum motuum, ſive affectuum, nunc caperata frons, nunc corrugata, contracta, explicata, liberalis, obducta, exporrecta dicitur. Et quia pudoris præcipua ſedes frons habetur, hinc perfricare frontem vel os, apud Ciceronem, & alios, de impudentibus dicitur. *Frons periit*: populari ſermone dicimus pro, *nihil pudoris eſt reliquum*. Horat. Ep. l. 2.

clament periiſſe pudorem
Cuncti pene Patres.

Quod Perſius eſt imitatus Sat. 5.

exclamet Melicerta, periſſe
Frontem de rebus.

Quibus eſt affine illud Cicer. *Os hominis, inſignemque impudentiam cognoſcite*. Sed hæc obiter pro Anatomicis, & Phiſiognomonicis. Ad rem noſtram quod attinet, Frons in acie militari prima eſt pars exercitus ad pugnandum procedens, hoſtemque reſpiciens, & à qua prœlia ineuntur. *Vanguardia. Avantiguardia.* L. M. *Peroche elli mandoe alquante coorti per lo fodero ſenza Avantiguardia.* Tacit. in vita Agricolæ: *Veritus ne ſimul in frontem, ſimul & in latera ſuorum pugnaretur.* Hinc dirigere frontem Exercitus. Quintil. lib. 2. cap. 13. *Quid enim ſi præcipias Imperatori, quoties aciem inſtruet ut dirigat frontem, cornua utrinque promoveat, equites pro cornibus locet?* Præterea frons pro potiſſima, & violenta maximè arietis, machinæ militaris parte ponitur à Vegetio lib. 4. cap. 14. *Quòd habeat duriſſimam frontem, quæ ſubruat murum.* Nimirum à ſimilitudine arietis animalis, qui fronte impetere, & ferire ſolet. Denique Frons, vel facies propugnaculi dicitur ea pars, quæ ab ala, ſeu latere diſcedens in roſtrum deſinit. Eò potiſſimùm diriguntur acceſſus obſidionales, eamque partem, utpote debiliorem, impetunt tormenta demolitoria.

Frontale, is. Ornamentum ſimul & opertorium frontis, ac præſertim in equis & viris militaribus. Sic autem Livius lib 37. de Elephantis: *Ingentes ipſi erant, addebant ſpeciem Frontalia & criſtæ, & tergo impoſitæ turres.* Italis etiam *Frontale*. Academici à Furfure: *Frontale diciamo anche a una delle parti della briglia, ed è appunto ſotto gl' orecchi del Cavallo, e paſſa per la fronte, e per eſſo paſſa la teſtiera.*

Frontaria, æ. Limes, ſeu frons regionis. Item caſtra, vel arces limitaneæ; quoniam collocatæ ſint in ipſo ingreſſu, & quaſi fronte provinciarum, ad earundem cuſtodiam & tutamentum. Charta Jacobi Regis Aragon. *Nec etiam poſſimus ipſos mittere in Fronteriis, vel ſtabilidis invitè.* Eodem ſignificatu dicitur *Frontaria*. Charta Raymundi D. Aleſti an. 1217. *Et vos haberetis guerram in Frontaria noſtra.*

Frumentariæ naves. In genere ſunt onerariarum, velis duntaxat agi ſolitæ. Bellicas ſubſequebantur, ad annonam & alimoniam militibus ſuppeditandam. Earum unam Pompejum conſcendiſſe, & ſic fuga ſublapſum, ſcriptum reliquit Cæſar lib. 3. de Bell. Civil. *Nocturno itinere non intermiſſo, comitatu Equitum triginta ad mare pervenit, navemque Frumentariam conſcendit.* Eædem ab annona deferenda dicuntur Annotinæ. Cæſar lib. 5. Bell. Gallic. *Multitudine navium perterritæ, quæ cum Annotinis privatiſque, quas ſui quiſque commodi causâ fecerat, amplius octingentæ uno erant viſæ tempore.*

Frumentarii. Antiquiſſimè mercatores erant, qui frumenta comparabant, & iis poſtea diſtractis lucri plurimum faciebant. Plautus Pſeud. 4.

quæ amica eſt frumentariis,
Quibus cunctis montes maximi acervi frumenti
ſunt domi.

Cic. 3. Offic. *Non igitur videtur nec Frumentarius ille Rhodius, nec &c.* Quæ verò apud Veteres negotiatorum fuit appellatio, tranſiit poſtea ſub Cæſaribus, ad eos milites indicandos, qui annonam militarem à provinciis tranſvehebant, eandemque comportabant in horrea militaria, vel ex horreis deferebant in caſtra. Cæſar lib. 8. Bell. Gallic. *In frumentarios ſub ipſam lucem impetum dedit.* Invaluit verò quammaxime appellatio Frumentariorum pro frumenti Curatoribus, poſtquam Auguſtus curſum publicum & rem vehiculariam inſtituit, qua de re nos alibi egimus. Factum verò poſtea, ut non colligerent ſolùm, ſed exigerent inſuper annonam, & provinciales ad eam ſolvendam compellerent. Itaque lucri ſtudio illecti, ut quantam maxime poſſent vim pecuniæ quoquo modo corraderent, facti ſunt poſtea calumnioſi delatores, Principi nunciantes non ſolùm eorum nomina, qui annonæ tributiſque perſolvendis tardiores eſſent, verùm etiam quoſcumque oppidanorum & provincialium motus, multa ipſi comminiſcentes, mentienteſque, quo Principis gratiam aucuparentur, & pecunias unde unde colligerent. Atqui hinc manavit alterius uſurpationis nomen Frumentariorum, pro militaribus nunciis & delatoribus, qui occulto Cæſarum conſilio per provincias miſſi res exploratum, ad eoſdem poſtea, quæ reſciverant, referebant. Pancirolus in Comment. Not. Imp. Orient. cap. 66. ſic appellatos exiſtimat à Frumentariis Legionum. Sicut enim illi frumenta perquirebant, ita iſti, quæ in provinciis fierent, inveſtigabant, & perferebant ad Principem. Verùm hæc Panciroli obſervatio mihi eſt omnino leviſſima. Potius eam illis appellationem inditam reputaverim,

quo-

quoniam per occaſiooem rei frumentariæ perquirendæ, immiſcebant ſe ſecretis aliorum colloquiis: nam eam ob cauſam tanquam calumnioſi delatores paſſim vitabantur, ut notat Caſaubooua in vita Adriani. Alio nomine nuncupari ſolebant ouncii, & veredarii, ab expedito ſcilicet curſu, & munere refereodi ad aures Principum motus & conſilia provincialium. Frumentariorum oomen antiquitus inſtitutum deſiit tandem tempore Cooſtantini. Tunc etenim Agentes rerum mos fuit nominari, quoa Priſci ſrumentarios nuncuparunt. Vide dictionem *Agentes rerum*. Meminere Frumentariorum juxta hanc uſurpationem non paucæ inſcriptiones veterea apud Gruterum, Sed & plerique Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ de iiſdem multa ſcripſerunt. Spartianus in Adrian. *Erat curioſus non ſolùm domus ſuæ, ſed etiam amicorum, ita ut per Frumentarios occalta omnia exploraret.* Lampridius in Commodo: *Præfecti Pretorio Anterum eductam e palatio, ſacrorum causâ, & redeuntem in hortos ſuos, per Framentarios occiderunt*. Ex quibua verbis nota, miniſtros quoſdam, ac veluti ſatellites extitiſſe Præfectorum Prætorio. Capitolinua etiam in Macrino ita ſcribit: *Cum quidam milites ancillæ hoſpitis pudorem depravaſſe ſuſpecti eſſent, atque id per quendam Frumentariorum ille didiciſſet, adduci eos juſſit & pæna affecit*. Idem in Maximo, & Albino: *Scriptum eſt preterea ad omnes provincias, miſſis frumentariis, juſſumque, ut quicumque Maximinum juviſſent, in hoſtium numero ducerentur*. Adde Trebellium Pollioo. in Claud. *Cum nunciatum eſſet Gallieno per Frumentarios Claudium iraſci, quod ille mollius viveret, nihil eum graviùs accepit*. Verùm de eorum munere omnium clariſſimè loquitur Aurelius Victor de Cæſarib. cujus locum oos adducimus in memorato Titulo *Agẽtes rerum.*

FRUMENTATORES. Idem fere ac Frumentarii in prima uſurpatione à nobis ſuperiùs expoſita. Liv. lib. 1. Bell. Maced. *Improviſo impetu Gallorum cum Frumentatoribus eſt circumventus*.

FRUMENTOR, aris. Proficiſci ad frumentum, vel annonam colligendam. Eſt fere verbum militare Liv. l. 1. Bell. Maced. *Cum in propinquo agro frumentarentur Romani*. Idem l. 7. *Placuit, dum incluſus paveret hoſtis, frumentatum per agros militem duci*.

FRUMENTATIO, nis. Annooæ & frumeoti militaris collectio. Cæſar l. 7. Belli Gallici: *Omnes noſtras pabulationes, frumentationeſque obſervabat*. Liv. l. 1. Bell. Macod. *Quia ex tam propinquis ſtativis parum tuta Frumentatio erat*.

FRUMENTARIUS, a, um. Quod ad ſrumeotum pertinet, ut lex vel largitio frumentaria. Cæſ. l. 1. bell. Gallic. loca frumentaria dixit quæ frumenti copia redundarent: *Ut bellicoſos populi Romani inimicos, locis patentibus, maximèque frumentariis, finitimos haberet*. Hinc Provinciæ frumentariæ, quæ annonam pendebant populo Romano. Cic. ad Attic. l. 9. *Ad intercludendos commeatus Italiæ, & ad occapandas Provincias Frumentarias*.

FRUMENTUM, i. Ubi, de ſtipendio locuti ſumus, adnotavimus ex Polybio, attributam viritim fuiſſe militibus portionem frumenti pro ſtipendio. Cautè id, ut reliqua fere apud Romanos, providèque factitatum. Obtinebant oimirum hoc utili inſtituto non ſolùm ne victûs eopia illis deeſſet, verum etiam ne inopiam cibariorum eauſam vel obtentum haberent prædandi, vel caſtra deſerendi. Idem ex Cæſare diſeimus lib. 1. Bell. Gallic. *Diem inſtare, quo militibus frumentum metiri oporteret*. Atque iterum lib. 7. *Poſt diem ſeptimum ſe reverſurum confirmat, quam ad diem legioni, quam in præſidio relinquebat, deberi frumentum ſciebat*. Addit Saluſtius nefas ſuiſſe militibus frumentum ſibi attributum vendere, vel ab aliis mercari. Id verò ab avaro factum milite, igoominioſo ſæviſſimoque ſupplicii genere ultus eſt Galba, ut narrat Svetoniua in ejua vita: *Militi, qui per expeditionem, annonâ arctiſſimâ, reſiduum cibariorum tritici modium centum denariis vendidiſſe arguebatur, vetuit, ſimul atque indigere cibo cœpiſſet, a quoquam opem ferri: atque is fame extabuit*. Vide *Buccellatum*, & *Annona militaris*.

FRUSTRA HERCULI. Proverbium, io quo ſubaudiendum eſt *calumniam ſtruxeris*, aut quid ſimile. Aptè congruit ad indicandum animum apertè fortem nec fraudibus doliſque ad gloriam aſpirantem; ſed vera fortitudine, nec ſimulatione aut artibua machioatoriis polleotem. Hujuſmodi oimirum fuit Hercules, qui nihil dolo, omnia per vim egit.

FUERE QUONDAM STRENUI MILESII. Vox vetua bellica, iis congruens qui a priſtioo gradu, fortuna, vel exiſtimatione degenerantes, deteriores fiunt. Uſurpatur ab Ariſtophane in Plut.

Ac præter hæc renunciavit hoc quoque
Fuiſſe quondam ſtrenuos Mileſios.

Origo proverbii variè traditur. Certè belli gloria Mileſios olim præter cæteros floruiſſe conſtat. Cum verò Polycrates Samiorum Tyrannus Mileſios ſocios ad bellicam expeditiooem vellet adſciſcere, Oraeulum ea ſuper re conſultum reſpoodit:

Fuere quondam ſtrenui Mileſii:

Nimirum degeneraſſe Mileſios a Veterum robore, & longe aliis moribua eſſe, atque Veteres illi bello pollentiſſimi: imbelles nimirum, ac deliciis enervatos.

FUGA, gæ. Fit ab ejuſdem ſignificationia voce Græcorum φυγὴ. Citus curſua: quo in prœlio & acie nihil eſt viro forti ignominioſius, cum pavore hoſtium, & abjectione enimi arripitur. Saluſt. Jugurth. *Noſtri fœdâ fugâ, plerique abjectis armis, proximum collem occupavere*. Idem in Catil. *In fuga ſalutem ſperare, cum arma, quibus corpus tegitur ab hoſtibus, abjeceris, ea verò dementia eſt*. Addit Xenophon non modo probroſam & turpem fugam eſſe, verùm etiam damooſam, cum fere longe plures intereant arreptâ fugâ, quàm qui armati ſubſiſtunt. Ageſilaus claudo militi equum poſcenti, quo debilis uteretur: Fruſtra ea, reſpondit; ſatis bellè armatus es, eui non poſſe fugere natura tradidit. Prætereo Spartiatas alios, quorum vel matres filioa obtruncabant, compertos fugâ ſibi ſalutem quæſiviſſe. Non longe ab iia abiit Julius Cæſar, cum Martiæ legionis Aquiliferum in ſugam converſum, faucibus apprenſum retraxit, porrectaque in hoſtes dextra; Quorſum, inquit, hinc abis? illi ſunt, contra quos dimicamus. Ignominioſæ fugę exemplia omnes redundant Hiſtorici. Vide apud Liv. dec. 1. l. 5. effuſam ſugam Romanorum ad Alliam, & dec. 4. l. 2. fugam Macedonum ab exercitu Flaminii Conſulis: apud Cæſ. l. 6. Bell. Gall. Ambiorigenia Eburonum Principis; apud Cortium l. 3. & 4. duplicem fugam habes exercitus Perſici ſub Rege Dario,

2. In-

2. Interveniunt tamen ſæpe multa ex arte militari; quæ fugam honeſtam faciunt; ut cum ea ſimulatur tantiſper, ad acriùs converſis repente frontibus aſſiliendum. Nam Parthorum diſciplina fugâ fermè conſtabat, a pueritia condocefactis militibus à tergo torquere jacula ictu certiſſimo, reflexis in humeros arcubus. Hinc Horat lib. 2. Od. 13. inter ea, quæ ab hominibus ſunt vitanda, memorat Parthi ſugam.

Miles ſagittas & celerem fugam
Parthi.

Claudianus etiam ſplendidè de Parthis dixit:

Pugnacemque fugam Parthi:

Virgil. Georg. 3.

Fidentemque fugâ Parthum, verſiſque ſagittis.

Gentem Gothicam juxta atque Parthos addidiciſſe ſagittas ſugiendo expedire, conjicio ex Triſſino, Scriptore morum cujuſque nationis obſervantiſſimo. Sic autem ſcribit Ital. Lib. l. 20.

Come udì queſto l'animoſo Duca,
Li corſe contra con la Spada in mano:
Et ei, ch' havea 'l caval molto veloce,
Vedendo il Duca, poſeſi à fuggire;
E' l Duca lo ſeguia, ſperando ſempre
Per l'eſtrema bontà del ſuo deſtriero
Prenderlo, e darli la promeſſa pena.
Mà quell'aſtato poi così fuggendo
Poſe ſull'arco una ſaetta acuta,
E tuttavia correndo ſi rivolſe
Con l'arco indietro, e laſciò gire un ſtrale
Verſo il Duca di Scitia, ch' l ſeguia:
E' l Duca ratto ſi coprì col ſcudo,
Onde l'aſpra ſaetta in terra cadde,
Che non poteo paſſar quel fino accialo.

Et Parthi quidem ex inſtitutione fugitantes prœliari aſſuevere. Dolo & aſtu fugam ſimulans Horatiorum tertius ſuperſtes tres Curiatios interemit. Florus l. 1. c. 3. *Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occiſis, qui ſupererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut diſtraheret hoſtem, ſimulat fugam, ſingulosque, prout ſequi poterat, adortus exſuperat.* Eadem arte Curionem circumvenit Sabura, Jubæ Numidiæ Regis Præfectus. Cæſ. l. 2. Bell. Civil. *Sabura copias peditum equitumque inſtruit, atque bis imperat, ut ſimulatione timoris paulatim cedant, & pedem referant: ſe ſe, cum opus eſſet, ſignum prælii daturum, & quod rem poſtulare cognoviſſet, imperaturum.* Id enim vero eſt, quod ſcripſit Saluſtius apud Servium: *Fugiunt non timore, ſed lege præliandi, more equeſtris prælii ſumptis tergis ac redditis.* Eodem recidit illud Taciti Annal. 6. *Equeſtris prælii more, frontis & tergi vice*: & illud Polybii lib. 3. *Neque enim, ut in legitimis pugnis fieri ſolet, averſione ab hoſte, & converſione in eandem dimicabatur.* In ipſa fugæ neceſſitate Viri fortes magnitudinem animi & alacritatem oſtendunt Bojard. L. 1. C. 11.

Qual da la gente ſtretto e dal romore
Turbato eſce il Leon dalla foreſta;
Che ſi vergogna di moſtrar timore;
E và di paſſo torcendo la teſta,
Batte la coda, e mugge con terrore,
Ad ogni grido ſi volge & arreſta;
Tal'è Agricane che convien fuggire.
M'ancor fuggendo moſtra molto ardire.
Ad ogni trenta paſſi indietro volta,
Sempre minaccia con voce orgoglioſa.

3. Viro ingenuo & militari proximum à fuga dedecus eſt hoſtem ſugientem inſequi, præſertim partâ victoriâ. Virgil. l. 10.

Atque idem fugientem haud eſt dignatus Orodem
Sternere

Stat. l. 12.

tædet fugientibus uti
Theſea; nec facilem dignatur dextra cruorem.

Etiam ubi totis viribus in acie confligitur ab utroque exercitu, aditum ſugientibus non eſſe intercludendum Magiſtri Polemici ſtatuunt, ne adacti ſalutis deſperatione recolligant animos, & victi victoribus de manu palmam extorqueant. Notum eſt bellicum axioma, à Pyrrho primùm, atque iterum à Scipione Africano ſancitum; abeunti hoſti pontem liberum eſſe relinquendum; nec concedendam illi duntaxat fugam, ſed muniendam. Antiquiùs id monitum ab Ariſtide profectum eſt, cum Themiſtocli pontem ſtrueret, ut faciliùs dilaberetur. Iphicrates oppido quodam expugnato, cum confertos populares in Forum conglobari animadverteret, portas urbis omnes reſerari juſſit, ut libera diſcedendi facultate potirentur. Gallis etiam, poſt acceptam à Camillo cladem, navigia Senatus ſubmiſit, ut Tiberim trajicerent: eoſque largo commeatu donandos inſuper cenſuit, ne agrum Romanorum infeſtarent, aut Urbi negotium faceſſerent. Ajebat poſtremò ſapienter Iphicrates, hoſtes in fugam verſos ſic eſſe inſequendos, ut deſiſtendum omninò ſit, nihilque illis moleſtiæ inferendum ad tranſitus fluviorum, aut ubi montes ſaltuſque & locorum anguſtiæ occurrunt; ne deſperatâ fugâ fortiores facti, converſis frontibus in aggreſſores inſiliant, & inopinato infortunio mactent inſtantes temere & lætabundos.

4. Sunt qui receptum quidem militarem non ſolùm honeſtum putent, verum etiam inter egregia Imperatorum facinora adnumerent, fugam ſemper ignominioſam, fœdiſſimumque militiæ probrum exiſtiment. Quare devorare non poſſunt, nec ullo ſatis valido argumento diluere aut purgare fugam Æneæ ex patria incenſa. Mihi verò evaſio illa & effugium Trojani Ducis non modo undique decorum, verum etiam cum ſumma tum fortitudine, tum religione & in ſuos charitate coniunctum ſemper eſt viſum. Nihil enim primum reliquum fecit, nullamque civis amantiſſimi, aut fortiſſimi bellatoris partem omiſit ad Ilium propugnandum. Quare palàm fateri, & præ ſe illud ſplendidè verèque ferre potuit, quod legimus apud Virgilium 2. Æneid.

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Teſtor in occaſu veſtro, nec tela nec ullas
Vitaviſſe vices Danaûm, & ſi fata fuiſſent
Ut caderem, meruiſſe manu.

Quem locum à Taſſo Italicè redditum Cant. 8. libenter attexo:

Voi chiamo in teſtimonio, ò del mio caro
Signor, ſangue ben ſparſo, e nobil'oſſa,
Ch'allor non fui della mia vita avaro;
Nè ſchivai ferro, nè ſchivai percoſſa;
E ſe piaciuto pur foſſe là ſopra
Ch'io vi moriſſi, il meritai con l'opra.

Tollit porrò in memorata fuga ignominiæ ſuſpicionem omnem omiſſa à reliquis patriæ defenſio, & deſtituta propugnatoribus Troja, ut planè nonniſi ferox impetus, præcepſque & inconſulta Æneæ temeritas fuiſſet, ſi reliquis ſublapſis, ſolo

gladii ſui præſidio adversùs excurrentes Græcorum turmas diuturniorem dimicationem ſuſcipere animum obſtinaſſet. Sic autem Virgilius proſequitur;

Reſpicio; & , quæ ſit me circum copia, luſtro:
Deſeruere omnes defeſſi.

Præterea pietas in parentem Anchiſen, in Creuſam coniugem, & Aſcanium filium non modò turpitudinem omnem ab ea rejicit fuga, verùm etiam dignam præconio efficit: præcipuè, cum genitor obnixè ageret apud filium, ut verteret ſolum patrium, ſeque, ac ſpem unicam renaſcentis Imperii in tutam ſtationem abduceret. Sic enim Anchiſes ad Æneam Æneid. 2.

vos ò, quibus integer ævi
Sanguis, ait, ſolidæque ſuo ſtant robore vires,
Vos agitate fugam.

Nullus, opinor, fuerit tam ſeverus cenſor, qui vitio vertere Æneæ poſſit deſertam patriam, ex rationibus cauſiſque ſupra indicatis. Verùm poſt tot impulſus, nutantem adhuc ipſius animum, patriæque defenſandæ devotum & obæratum pervicit demum, utque alias ſibi quæritaret ſedes effecit religio, cui, licet falſæ, erat addictiſſimus. Neque enim cogitare prius de ſuga cœpit, quàm certiorem illum fecerit mater Dea, non tam Græcorum vi, quàm Deorum immortalium voluntate everti funditus patriam. Itaque cum Venus obiicit filio commonſtratque Neptunum, Palladem, Junonem, Jovemque ipſum Pergama & Ilii muros diruentes; poſtquam eundem commonuit non ſupervacaneum modò, verum etiam impium atque ſacrilegum eſſe conſilium inſtantibus ſatis obniti; poſtquam eidem expreſsè præcepit ut decederet à patria, quam ſolo æquatam Dii voluiſſent; tunc, inquam, religione permotus morigerum ſe præſtitit Deæ matris imperio. Sic autem Virgilius ſequitur, Venere ad loquendum inducta:

Non tibi Tyndaridis facies inviſa Lacænæ,
Culpatuſve Paris, verùm inclementia Divûm
Has evertit opes,

Exponit ſubinde fuſiùs Deos ex omni parte Ilium ſubruentes; additque matria imperium:

Eripe, nate, fugam, finemque impone labori.
Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtã.

Mox addit:

Apparent diræ facies, inimicaque Trajæ
Numina magna Deûm.

Eadem religionis cauſa Æneas apud Virgilium lib. 5. author eſt Dareti, ut imparem, quam adversùs Entellum ſuſceperat, pugnam deſereret;

Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias converſaque Numina ſentis?
Cede Deo.

FUGELA, æ. Fuga. Fit à fugio fugela, ut à loquor loquela, à ſequor ſequela, à cuſtodia cuſtodela, & ſimilia. Cato in Thermum apud Priſcianum lib. 3. *Fugit quam maximâ fugelâ*. Apul. lib. 2. Apol. *Ab iis nunc magnâ fugelâ in ganeum fugit.*

FUGITOR, oris. Qui timidè fugiens terga vertit. Plaut. in Trinumm.

credo ad ſummos bellatores
Acrem fugitorem fore, & capturum ſpolia.

FUGAX, acis. Fugitor, qui metu perculſus fugit. Nomen pro participio. Virgil. lib. 11.

converſiſque fugax aufertur habenis.

FUGACISSIMUS, a, um. Senec. Epiſt. 75. *Ipſa enim facilitas ſe, niſi temperat, premit, ſi fugaciſſimis bonis credidit.*

FUGAX Adiectivum. Virgil. lib. 10.

ſi fortè fugacem
Conſpexit capream.

FUGITIVUS, a, um. Qui fugit, vel ad fugiendum eſt propenſus. Terentius Heaut.

Retraham hercle opinor ad me idem illud fugitivum argentum.

FUGITIVI, orum. Servi deſertores, adversùs quos duriſſima ſumi ſupplicia moris fuit apud Romanos. Nam è fuga retracti addicebantur ad piſtrinum, ſtigmatibus notabantur, coercebantur pedicis ferreis. Auſon. Epigram. 15.

Aut inſcribe iſtam, quæ non vult ſcribere, dextram,
Aut profugas ferri pondere necte pedes.

Eorum in piſtrino brachia & humeros locantium ea extat deſcriptio apud Apul. lib. 9. Metam. *Homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti, dorſumque plagoſum ſciſſili centunculo magis inumbrati, quàm obtecti; nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem injecti, cuncti tamen ſic tunicati, ut eſſent per pannulas manifeſti, frontes litterati, & capillum ſemiraſi, & pedes annulati.* Vide plura de Fugitivis apud Laurent. Pignor. Comment. de Servis. Aliud autem Fugitivi, aliud perfugæ & transfugæ. Recedunt Fugitivi à Dominis, non tamen ad eorum hoſtes, utpote qui propriam incolumitatem quærunt, non animo cuiquam nocendi. Transfuga ad hoſtes nocendi animo, perfuga verò ad eoſdem hoſtes, ſed ſupplicandi gratia diſcedit. Fuiſſe apud Romanos in exercitu Fugitivos, ut ſileam C. Marium, & M. Craſſum, laurea coronatos, ob reportatam de Fugitivis victoriam Duce Spartaco, docet Cicero Philipp. *Dolabella habet legionem, habet Fugitivos.* Inter ſervos Fugitivos minori culpa delinquunt, qui *Errones* appellantur, vagabundi ſcilicet, & ædes ſubinde mutantes, atque ultrò ſæpe ad heros ſuos redeuntes. Simili modo Perfugæ & Transfugæ graviùs peccant, ut docent leges, quàm qui diu extra caſtra evagati eòdem poſtremò redeunt, & *Emanſores* dicuntur.

FUGITIVARII, orum. Sic appellantur Fugitivorum reprehenſores. Erant autem ad id deditâ operâ addicti homines, qui fugitivos perveſtigarent atque reducerent. Fit horum mentio in Pandect. Varro etiam de Re Ruſtica lib. 3. cap. 14. de iis ita loquitur: *Ne cogaris poſtea, tanquam fugitivos ſervos, ſic cochleas fugitivas perſequi, & uti miniſterio reprehenſorum.* Florus lib. 3. cap. 19. *Itaque qui per Fugitivarios retrahi debuiſſent, Prætorios Duces, profugos prælia, ipſi ſequebantur.*

FUGO, as. In ſugam agere. Plaut. Amphit.

ibi nunc meus pater
Memorat legiones hoſtium ut fugaverit.

FUGATOR, oris. Qui alium in fugam convertit. Porc. Latr. declam. in Catilin. *Quem unum diem ſæpe numerò nuncupare ſolitus es everſorem ſuperbiſſimi ordinis, fugatorem ærumnarum noſtrarum.*

FUGALIA, orum. Feſtum Romæ celebrari ſolitum in memoriam exactorum Regum. Idem feſtum Cenſorinus Regifugium vocat. Vide Auguſtin. lib. 2. de Civit. Sed Vives Fugialia legit, & exponit Feſta de fugatis hoſtibus, ſic dicta à Dea Fugia, cujus meminit Varro.

FUGERE E MANIBUS MIRANDÆ NESTORI HABENÆ. Recenſetur inter verſus Homeri proverbiales. Conveniet in eos, qui in negotio periculoſo methodum ad rem expediendam amiſerunt.

Fu-

Fugiens iterum pugnabit. Proverbium eſt, quod habemus ex veteri Senario:

Qui fugerit rurſum ille præliabitur.

Monemur non ſtatim abiiciendum eſſe animum, ſi quid parum proſpere nobis ceſſit. Sæpe enim victi, mutato protinus Marte victores effecti ſunt, quemadmodum Paris loquitur apud Homerum:

Palladis auxilio nunc victor abit Menelaus;
Illum ego ſed poſthac pugna ſuperabo viciſſim.

Hanc parœmiam uſurpavit Demoſthenes, cum fugiſſet e prœlio.

Fuimus troes. Formula antiquis Scriptoribus præſertim Tragicis familiaris, ubi ſignificare volunt e priore ſtatu, vel dignitate quempiam decidiſſe: Orta eſt vox popularis ab imperio Trojanorum, qui primum potentiſſimi, poſtmodum, capta exciſaque Troja, Græcorum armis ſervire cœperunt. Virgil. lib. 2. Æneid.

fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.

Fulminatrix legio. Floruit ſub M. Aurelio Imp: conflata erat ex Chriſtianis Melitinæ, quod eſt Armeniæ oppidum. Cum univerſus exercitus locorum anguſtiis concluſus ſiti inſuper vexaretur, poſt irritas Marci preces ad Deos ſuos, pluviam à ſupremo Numine impetravit. Eodem tempore vis ingens fulminum hoſtes perdidit. Scio rem miram attributam à Dione Magicis artibus cujuſdam Arnuphis Ægyptii: verum non modo Xiphilinus, aliique Scriptores, ſed Marcus ipſe Dionem redarguit, qui datis literis eventum admirabilem legioni Fulminatrici acceptum retulit, ſanxitque, ne quis in poſterum Chriſtianos Religionis nomine in jus vocaret. Etiamnum Romæ res expreſſa viſitur in Columna cochlide Antonini, ubi facinora omnia Marcomannici belli exhibentur. Quod autem ibi extet figura Jovis fulmina jactis imbribus admiſcentis, factum id eſſe reputandum vel ignoratione veri Numinis, vel in gratiam Ethnicorum. Vide Baronium ad ann. 176.

Fultura, æ. Vitruv. lib. 6. cap. 11. *Siquod è vetuſtate vitium cæperit, ſine molitione fulturarum, faciliter mutabitur.* In re ædificatoria & machinaria, ut ipſum prodit nomen, eſt quidquid obnitendo fulcit, ac ſuſtinet. Preſſiùs vero in Architectura Civili uſurpari ſolet pro molitione prævia, quæ trabibus, ſuſtentaculis, ligneiſque concamerationibus fieri ſolet: qui poſtea paratus lignorum omnis, conſummato abſolutoque cæmentis opere, atque etiam conſolidato, removetur & abiicitur. Italis *Armatura*. Fulturam peculiari ſignificatione dicunt Mechanici Cylindrum, vel quidquid vecti ſubiicitur ad levanda pondera. *Sottoleva*. Vide *Hypomoclion*.

Funales equi. Occurrunt apud Sveton. in Tib. cap. 6. *Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriore Funali equo; cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur*. Res eſt comperta, Triumphantium equos inſidere olim conſueviſſe prætextatos ipſos filios triumphantium, ut alibi exemplis à nobis oſtenditur. Ad eumdem modum Tiberius hic dicitur, in Triumpho Auguſti fuiſſe devectus in equo, qui in ejuſdem Cæſaris curru triumphali erat Funalis. Sed latè fallitur, & adverſùs omnium eruditorum ſententiam de Svetonii ſententia judicat Alexander ab Alex. Genial. dier. lib. 5. cap. 21. Conjectat ibi Funalem equum dici, qui lychnos, ſive faces, vel cerea geſtaret in triumpho. Non eſt ſane obſcurum in ea ſolemni pompa juxta triumphantem faces fuiſſe geſtatas, ut nimirum currus ipſe conſpectior redderetur, ut nos etiam alibi obſervavimus. Item eſt notum, Funalia, nempe cereas faces, appellari à funibus, quoniam cera illiti imbutique funes eſſent. Hæc tamen nihil plane conferunt ad judicandum Funales currùum equos geſtaſſe faces, vel cerea funalia. Conſtat enim ſic appellatos fuiſſe equos Funales, tum in Triumpho, tum in acie militari, & ludis Circenſibus, quoniam extra jugum funibus alligati eſſent. Dicti autem Funales ſunt, ut opponerentur jugariis, quemadmodum nos latiùs expoſuimus in dictionibus, *Agitator*, *Aurigatio*, *Circenſes*..

Funda, æ. A fundendo trahunt Iſidorus & alii. Arbitrantur nonnulli locati in medio lapidis ſinum & receptaculum propriè & ſolùm nuncupari fundam; nec à fundendo hoc inſtrumentum dici, ut ex aliorum ſententia notavi, ſed à fundando. Coniiciunt hoc ex Plinio, qui anuli palam, ſive concavum illud, ubi gemma locatur & inſeritur, fundam appellat. Livius quoque fundam nominat ſinum ceſtroſphendonæ, quæ jaculi, vel potiùs fundæ genus eſt. Ego verò cenſeo fundam dici tam inſtrumentum ipſum jaculatorium, quàm fundæ ſinum vel palam; & hanc quidem a fundando, totum verò inſtrumentum a fundendo thema eſſe ſortitum.

2. Florus & Vegetius Balearibus fundæ inventum attribuunt, Plinius contra Phœnicibus. Funditores ſane peritiſſimi habiti ſunt Baleares populi, quibus ob eam cauſam à jaculando ex Græco nomen eſt. Horum filiis nullum cibum contingere ſinebant matres, niſi quem in alto poſitum, excuſſo è funda lapide, percuſſiſſent. Florus lib. 3. c. 8. *Cibum puer à matre non accipit niſi quem ipſa monſtrante, percuſſit*. Tres verò fundas ab iiſdem Balearibus geſtatas ſcribit idem Florus lib. 3. cap. 8. *Tribus quiſque fundis præliantur. Certos eſſe quis miretur ictus, cum hæc ſola genti arma ſint, & unum ab infantia ſtudium?* Addit verò Strabo eoſdem populos tres illas fundas circum caput habuiſſe; & unam quidem habenis longioribus ad longiores jactus, alteram brevioribus ad breviores, tertiam mediæ longitudinis ad jactus medii ſpatii. Curtius lib. 3. Mardis, qui Perſidis eſt populus, fundam circa caput attribuit, qua ſic frontem communirent, ut illis telum ſimul eſſet & capitis ornamentum. In columna Antonini Balearis viſitur capite, ventre, & humeris, fundam geſtans, cujus iconem cum aliis funditoribus exhibet Lipſius lib. 4. Poliorc. Dialog. 3.

3. Fundarum verò materies ſpartum erat, cujus ingens copia in Hiſpania eſt; melancranis, quæ Plinio ſpecies eſt anctioris junci; ex lino etiam & cannabi contorta fiunt. Virgil. Georg. l. 1.

Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

Præ cæteris verò ex pilis, ſive ſetis tortilibus nexas commendat Vegetius. E nervis etiam laudantur à Strabone; de quarum præſtantia nos etiam diximus in expoſitione majorum machinarum. Forma autem ſive figura inſtrumenti, ut deſcribitur a Mercuriali de Arte Gymnaſtica lib. 2. cap. 12. funiculus eſt habenæ ſimilis, qui duobus capitibus manu capitur, anſato altero, quod retinetur: enodi altero, quod dimittitur: in cujus funiculi

medio latinſculus expanditur ſinus ad lapidem, pilam, ſeu glandem continendam. Uſus eſt, funiculum circa caput rotare; mox uno dimiſſo funis capite, quantâ maxime fieri poteſt vehementiâ impetuque projicere. Vegetius una ſolum circumvolutioue funis agi ſundam ſcribit his verbis: *Semper aſſueſcendum eſt, ut ſemel tantùm ſunda circum caput rotetur, cum ex ea emittitur ſaxum.* Legitur autem frequenter ter ante contorſionem circumacta. Virgil. de Mezentio lib. 9.

Stridentem fundam poſitit Mezentius armis,
Ipſe ter adductâ circum caput egit habenâ;
Et media adverſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multâ porrectum extendit arenâ.

Quid ſi ad ſaxi rotatum & expulſionem, de qua ſolùm Vegetius loquitur, unam duntaxat vertiginem Veteres popoſcerint; ternam autem ad exploſionem glandis plumbeæ, de qua Virgilius loquitur? Neque enim lapides ſolùm, verùm etiam globi, pilæ, ſeu glandes plumbeæ, aut ſerreæ ejiciebantur fundis. Ferebant autem lapides in ſacculis pelliceis, ſive peris. Quod diſertè tradit Xenophon lib. 5. *Juſſit Funditores lapidum plenos habere ſacculos.* Obſervabis tamen in vetuſtis lapidibus collecto oppletoque ſaxis ſinu funditores. Projiciebant etiam, ut dixi, glandes plumbeas, quas ſphæras, ſive ſphærulas appellat incertus Author apud Suidam: *Carduchi optimi funditores lapidibus, & plumbeis ſphæris, quas ejaculantur certò & deſtinatò.* Liv. etiam lib. 38. de plumbeis glandibus: *Conſul ingentem vim ſagittarum, glandiſque, & modicorum, qui fundâ mitti poſſent, lapidum paraverat.* Ingenioſiſſimi porrò fuit inventi in memoratis globis plumbeis occulta Ducum conſilia ſcribere, eaque ſic hoſtibus pateſacere. Diſertè id habemus in Hirtio de Bello Hiſpanico: *Indicium glande ſcriptum miſit, per quod certior fieret Cęſar, quæ in oppido ad defendendum compararentur.* Appianus autem in Mithridatico narrat, ſervos duos Sullæ ſic perſcripſiſſe, quæ Athenis obſeſſis gererentur. De majoribus quibuſdam fundis, cujuſmodi ſunt Ceſtroſphendonæ, Fuſtibali, & Funda Achaica, alius erit ſeparatim dicendi locus.

4. Sed a funda ſimplici, cujus in manu eſt tractatio, non prius abierim, quàm de ejus uſu atque incredibili virtute ex antiquis Scriptoribus aliqua prius attexam. Sunt enim qui majora & quaſſatoria tormenta, quibus hodie utimur, tanti ſaciunt, ut præ illis derideant contemnantque omne genus telorum, atque adeo machinarum, quibus Veterum militia pollebat. Eadem profecto non uſque adeo illi parvi penderent, ſi probè intelligerent vim atque efficaciam veterum jaculorum, ac fundarum præcipue. Sermo autem hìc eſt de fundis glandes plumbeas projicientibus, quæ cum noſtris tubis, ſeu fiſtulis manuariis aliquam præſeferunt cognationem. Ut autem omittam iterum dicere de ſumma dexteritate, quâ illas Antiqui projiciebant certò ſemper ac deſtinatò, & nunquam fere ſallente ictu: ut prætercam etiam verba ſacere de earum magnitudine, quæ omninò ſuperant pilas plumbeas, non equidem fortaſſe Bombardarum, ſed certe majorum fiſtularum manualium, etiam earum, quas vulgò dicimus *Moſchetti*; ut videre eſt in antiquarum glandium ſchematis a Lipſio propoſitis Poliorc. lib. 4. Dialog. 3. his inquam præteritis, quanta per tuam, Lector, fidem vis eſſe earum debuit glandium, quæ tantum excuſſæ concipiebant impetum, ut per aerem incandeſcerent, & ſub nubibus liqueſactæ perniciem ſummam afferrent? Sic autem de illis Ovid. Metam l. 2.

Non ſecus exarſit, quàm cum Balearica plumbum
Funda jacit: volat illud, & incandeſcit eundo,
Et quos non habuit, ſub nubibus invenit ignes.

Lucanus etiam lib. 7.

Inde faces & ſaxa volant, ſpatioque ſolutæ
Aeris, & calido liqueſactæ pondere glandes.

Adde gravius teſtimonium Lucretii Poetæ Philoſophi l. 6.

plumbea vero
Glans etiam longo curſu volvenda liqueſcit.

Et adhuc gravius Senecæ quæſt. Nat. l. 2.

Liqueſcit excuſſa glans funda.

Neque verò liqueſcens pila vim ad impetendum aliquam amittebat, ut apertè habes ex Virgilii teſtimonio ſuperiùs memorato;

Et media adverſi liqueſacto tempora plumbo
Diffidit, ac multâ porrectum extendit arenâ.

Ferebant porro ſundæ vim atque terrorem continuatum ad ſexcentos ferè pedes; cum illum vix ad ducentos vel trecentos noſtræ perferant fiſtulæ. Accipe hoc ex Vegetio lib. 2. cap. 23. *Sagittarii, vel funditores, ſcopas, hoc eſt frutieum vel graminum faſces pro ſigno ponebant, ita ut ſexcentos pedes removerentur a ſigno, ut ſagittis vel certè lapidibus ex fuſtibalo deſtinatis ſignum ſępiùs tangerent.* Neque pares ſolùm ſagittariis Funditores; verùm hi illis longinquiùs jactis lapidibus leguntur valuiſſe. Dio lib. 49. *Funditores longiùs quàm ſagittarii jaculantes, omnes etiam cataphractos lædebant.* Xenophon diſertè teſtatur, Rhodios Funditores longiùs jaculare, quàm ſagittarii ſolent. Ex his ſatis conſtat, non ita contemnendum armatorum genus, ut quibuſdam in veterum Authorum lectione minus verſatis placuit, ſuiſſe antiquos Funditores. Præcipuum verò in illis exiſtimaverim, quæ non admodum vulgaris eſt laus in noſtris ſclopetariis, ut exili etiam propoſito ſcopo, vibratis lapidibus ictu certiſſimo collinearent. Id verò, ne cujuſquam fides hìc nutet, deprompto è ſacris paginis teſtimonio corroboramus. Sic autem legitur lib. Judic. cap. 20. *Inventique ſunt viginti quinque millia de Beniamin edacentium gladium pręter habitatores Gabaa, qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi, ita ſiniſtrâ ut dextrâ prœliantes; & ſic fundis lapides ad certum jacientes, ut capillum quoque poſſent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.* Allatis ſuperius teſtimoniis de liqueſcentibus per aerem ſphęrulis plumbeis fundâ exactis, atque adeo de ſagittis ignitis, quibus vim ſundæ incredibilem noſtrorum fulminalium impetum ſuperaſſe pugnaciſſime contendit Lipſius, vehementer ſe opponit Gabriel Naudæus Syntagm. de Stud. Milit. lib. 1., ubi multis argumentis irridet atque evertere conatur opinionem eorum, qui fieri poſſe ſtatuunt, ut quantavis demum impreſſione & impulſu motuque per aerem vel perniciſſimo ignem interdum concipere poſſent ſagittæ tranſvolantes, & plumbei liqueſcere fundarum globi. Profecto ſola Poetarum teſtimonia ad rem tam arduam aſſeverandam non ſatis roboris videntur afferre. Certè emiſſas a noſtris fiſtulis pulverariis pilas plumbeas liqueſcere nunquam audivi. Lipſii tamen authoritati hoc tribuo, ut

in

in neutram partem ſuffragium feram, uſurpemque illud Petrarcæ:

Piacemi haver voſtre queſtioni udite;
Ma più tempo biſogna a tanta lite.

Italis *Fionda* Bern. Orland. l. 2. 14.

Così ſolea nella militia antica.
Quel ch'allor ſi chiamava Baleare,
Et hora Majorchin par che ſi dica,
Intorno al capo la fionda girare.

Fromba etiam, & *Frombola*, a ſtridore, quem per aerem ciet per onomotopejam, ut bene advertit Ferrarius. Et quidem *Frombo* Italis eſt ſtrepitus, murmur, ut explicant Academici a furfure.

Funna, æ. Inſtrumentum æneum, quo ollæ & bolides incendiariæ vibrantur. *Mortari*. Aptè & latinè ea inſtrumenta ſic appellari poſſe colliges ex dictis in voce *Funda*, pro fune, quo lapides excutiuntur, & ex Titulo ſequenti.

Funda, æ. Sic nominat Livius ſinum, & cavum illud, ubi telum locatur ad evibrandum in Ceſtroſphendona, machinæ ſive jaculi genere a Macedonibus inventi. Sic autem habet lib. 42. *Funda media duo funalia imparia habebat: cum majore ſinu libratum funditor habena rotaret, excuſſum velut glans emicabat.*

Funda Achaica. Cùm opificii genere, tùm efficacià impreſſionis diſtinguebatur a ſimplici & vulgari. Achaica dicta eſt, quod in ea rotanda expertiſſimi eſſent qui Ægium, Patras, & Dymas, Urbes in Achaja, colebant. De hac ſunda hæc habet Liv. lib. 38. *de Samæis*. *Una ad coercendor inventa haud magna memoratu res eſt. Centum funditores ab Ægio, Patris, & Dymis acciti; a pueris ii more quodam gentis, ſaxis globoſis, quibus fermè arenæ immixtis ſtrata litora ſunt, fundâ mare apertum inceſſentes exercebantur. Itaque longiùs certiuſque, & validiore ictu, quàm Balearis Funditor eo telo ſunt uſi. Et eſt non ſimplicis habenæ, ut Balearica & aliarum gentium funda, ſed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum, ne fluxâ habenâ volutetur in jactu glans, ſed librata cum ſederit, velut nervo miſſa excutiatur.* Sic eandem exponit Suidas: *Achaicum telum: de iis qui peritè & feliciter jaculantur, quoniam optimum inter omnia aptiſſimumque ad obſidiones eſt tale hoc telum: dico telum Funditorum ex Achaja.*

Funditores. Saluſt. *Ipſe cum expeditis cohortibus, ad hæc funditorum, & ſagittariorum delecta manu.* Qui funda dimicant. Iis poſtremum in acie locum & ab hoſte remotum aſſignat Ælianus, quoniam eminus funda pugnatur. Sed in militia Romana cenſebantur inter Leves, ac proinde inter primos dimicabant Ordines. Erant tamen in exercitu minime contemnendi roboris. Vide *Funda*.

Fundibalus, i. Vide *Fuſtibalus*.

Fundibulatores. Memorantur a Veget. l. 3. c. 14. *Fundibulatores ſunt qui lapides fuſtibalis jaciunt.* Ubi lege *fundibalis*.

Funiculus igniarius. Quo pulvis pyrius, ſeu tormentarius in ſclopetis accenditur. Italis *Miccio*, à voce Græcanica Μύξα. Etiam apud Scriptores inferioris ævi myxa & myxus ſumitur pro ellychnio lucernæ. Anaſtaſius in S. Hilar. *Lucernam auream cum myxis luminum decem*. Hinc dicuntur lucernæ dimyxæ & polymyxæ, quæ duplex vel multiplex habent ellychnium. Idem funiculus latinè dicitur fomes pulverarius, incendiarius, vel tormentarius.

Funus, eris. Terent. in Andr. *Funus interim procedit: ſequimur; ad ſepulcrum venimus.* Dicitur a funibus incenſis, ſeu funalibus, uſuque funebrium facularum, quæ præferri ſolebant feretro. Donatus ad memoratum Terentii locum; *Funus eſt pompa exequiarum dictum à funalibus.* Servius in lib. 11. Æneid. *Funera alii à funalibus, candelis, ſevo vel cera circumdatis dicta cenſent; quod his prælucentibus noctu efferrentur mortui.* Similia habet Iſidorus: *Funus dictum à funibus accenſis, quos ante feretrum papyris cera circumdatis ferebant.* Cum verò hujus nominis tam aptam derivationem habeamus ex Latio noſtro, cur illam aliqui à Græca quæſierunt origine, nihil cauſæ video. Dictum autem Funus à funalibus, propterea quod antiquiſſimis temporibus, nocturno tempore vitâ functi efferebantur. Donatus in Andriam Terentii id docet verbis ſuperiùs allatis. Similia legimus apud Servium: *Sed apud Romanos moris fuit, ut noctu efferrentur ad funalia: unde etiam funus dictum eſt, quia in religioſa civitate cavebant, ne aut magiſtratibus occurrerent, aut Sacerdotibus, quorum oculos nolebant alieno funere violari. Inde etiam qui funeri præerant à veſperâ primum veſperiones dicebantur, deinde veſpillones dicti videntur.* Licet verò poſtea efferendi tempus ſit variatum, & per diem etiam ad ſepulturam ducerentur cadavera, invaluit tamen permanſitque conſuetudo vetus, ut in funeribus etiam interdiu ductis adhiberentur funalia & faces. Tacit. lib. 3. Annal. *Dies, quo reliquiæ tumulo Auguſti inferebantur, modò per ſilentium vaſtus, modo ploratibus inquies. Plena urbis itinera, collucentes per campum Martis faces.* Virgil. in Funere Pallantis lib. 11.

lucet via longo
Ordine flammarum & latè diſcriminat agros.

Hinc etiam ab Antiquis ſæpe jocatum inter funerales & nuptiales faces. Propert. lib. 4.

Viximus inſignes inter utramque facem,

Ovid. Epiſt.

Et face pro thalami fax mihi mortis adeſt.

Sed hæc communia ſunt de inſtitutione veteri funerali, quorum pleraque ritu catholico conſecrata hodieque perdurant. Iis prolixiùs inſiſtere non eſt fori militaris. Sed neque alienum fuerit bellica funera tractanti ex univerſa ceremoniarum emortualium copia quædam decerpere. Ut enim navigatio prope terram, ambulatio verò juxta mare vel fluvios eſt impendio jucundior, ita omnis tractatio lætatur inſpectione multiplici, & quaſi rerum proximarum explorato confinio.

2. Funus igitur pompa eſt & celebritas, quæ fit in exequiis mortuorum. Tria complectitur: collocationem cadaveris, elationem, ſeu productionem, & ſepulturam. Hæc omnia non ſolùm religioſè, ut in illa errorum caligine, ſed admodum magnificè tum apud Græcos, tum apud Romanos exhibita: ut Soloni quidem apud Græcos, majoribus verò Magiſtratibus apud Romanos neceſſe fuerit tum ſumptibus funerariis, tum immodicis doloris ſignificationibus modum præſcribere. Primùm omnium valeat cum ſuo plus quàm corneæ fibræ ſtoiciſmo declamatorius Seneca, inſanus & furioſus ſepulturæ neglector, quam nullæ Barbaræ gentes, & ab humanitate alioqui alienæ non probaverunt. Quid enim illa: parum intereſſe, ſupra terram quis, an

an infra putreſcat: terram "onus eſſe, ſupervacuam non ſentienti: non defunctorum cauſa, ſed vivorum inventam ſepulturam eſſe, ne viſu & odore fœda corpora terrificarent obvios. Vanum eſt, ne injurioſum naturæ dicam, illud intrudere ab Anchiſa prolatum apud Virg. lib. 2. Æneid.

facilis jactura ſepulchri eſt.

Illud etiam ex delicatulo relatum Mecœnate ab eodem Seneca:

Nec tumulum curo; ſepelit natura relictos.

Item vaniloquum illud expirantis Tydei apud Statium.

non oſſa precor referantur ut Argos,
Ætolumve larem: neque enim mihi cura ſupremi
Funeris. Odi artus fragilemque hunc corporis uſum
Deſertorem animi

Poſtremò jactatorium illud & ſuperbè magis, quàm vere prolatum à Lucano l. 7.

cœlo tegitur qui non habet urnam.

Ad plauſum nempe conciliandum magnificè iſthęc atque venaliter dicta ſunt à Poetis, & contra omnem naturę ſenſum & conſuetudinem gentium, quibus nihil fuit antiquius, quàm infinitâ inſtitutionum variarum, exemplorumque præſtantium copiâ teſtatiſſimum facere, quanti interſit humani generis, omnia pietatis officia erga vitâ ſpoliatos perſolvere. Graviſſimo reſponſo ad Creontem Regem hoc ſancivit Antigone apud Sophoclem, ubi purgat ſe, quod fratrem Polynicem Thebano bello interfectum humaverit contra edictum memorati Regis, clare demonſtrans Regiis edictis ſuperiora eſſe naturæ & gentium jura, quæ humari cadavera præciperent:

Non enim mihi Jupiter hæc mandaverat,
Neque ſocia inferorum Deorum vindicta,
Qui leges has hominibus dederant;
Neque poſſe tantum putavi tua
Edicta, ut non ſcriptas & certas Deorum
Leges poſſit mortalis violare.
Non enim nunc, & heri, ſed ſemper
Valent, & nullas ſcit, unde editæ ſint.

In eandem ſententiam ſic ſcripſit Dio Chryſoſtomus: *Tum ſcriptarum legum nulla in bellis valet: conſuetudines autem ſervantur apud omnes, etiam ſi ad extremas inimicitias progrediantur. Quippe ne mortui prohibeantur ſepeliri, nuſquam ſcriptum eſt: nam alioqui circa hoc victores ſuccumbentium parerent mandatis: ſed conſuetudo eſt, quæ defuncto facit ea humanitate potiri.* Lucanus Pompeii Magni, & partium Pompejanarum ſtudioſiſſimus, trunco cadavere præſtantiſſimi Ducis ſine ullo ſepulturæ honore prius relicto, levi poſtea utcumque injecta terra à Cordo contecto, triſtia ſimul atque ingenioſiſſima multa ſuper acerbiſſimo caſu oratoriè magis, quàm poeticè declamat. Et hæc quidem habet lib. 9. de Pompeii anima loquens in cœlum abeunte

Non illuc auro poſiti, nec thure ſepulti
Perveniunt. Illic poſtquam ſe lumine vero
Implevit, ſtellaſque vagas miratur & aſtra
Fixa polis, vidit quanta ſub nocte jaceret
Noſtra dies, riſitque ſui ludibria trunci.

Et lib. 8.

pulſatur arenis,
Carpitur in ſcopulis, hauſto per vulnera fluctu
Ludibrium Pelagi.

Et paulò ante in apoſtrophe ad Ptolemæum Ægypti Regem:

Ultima Lageę ſtirpis, perituraque proles
Degener, inceſtæ ſceptris ceſſure ſororis,
Cum tibi ſacrato Macedon ſervetur in antro,
Et regum cineres extracto monte quieſcant,
Cum Ptolemæorum manes, ſeriemque pudendam,
Pyramides claudant, indignaque Mauſolea.
Littora Pompejum feriunt, truncuſque vadoſis
Huc illuc jactatur aquis.

3. Licet autem omnium poſtrema calamitas ſit ſepulchro carere; huic tamen eſt proxima, à rapaciſſimis avibus diſcerpi paſcique. Innumera ejus rei exempla ſuppetunt, præſertim in militibus bello mactatis, poſt militares conflictus. Lucan. lib. 8,

Nec ſoceri tantùm arma fugit, fugit arma ſenatus,
Cujus Theſſalicas ſaturat pars magna volucres.

Claudian. de 6. Honor. Conſul. de pugna, ubi Alaricus à Stilicone profligatus:

multiſque ſuorum
Diras paſcit aves.

Virgil. lib. 9. illa habet de Euryalo:

Heu, terrâ ignotâ canibus data præda Latinis,
Alitibuſque jaces,

Idem lib. 10.

Iſthic nunc metuende jace: non te optima mater
Condet humi, patrioque onerabis membra ſepulchro:
Alitibus linquere feris: aut gurgite merſum
Unda feret, piſceſque impaſti vulnera lambent.

Lucanus verò diſertiſſimam omnibuſque Rhetoricę coloribus ſplendeſcentem habet deſcriptionem famelicarum avium vulturumque ad depaſcendos Romanos milites in acie Pharſalica cæſos undique convolantium. Hæc verò leguntur lib. 7.

Non ſolum Hæmonii funeſta ad pabula belli
Biſtonii venere lupi, tabemque cruentæ
Cædis odorati Pholoen liquere leones.
Tunc urſi latebras, obſcœni tecta domoſque
Deſeruere canes, & quidquid nare ſagaci
Aera non ſanum, motumque cadavere ſentit.
Jamque diu volucres civilia caſtra ſecutæ
Conveniunt: vos quæ Nilo mutare ſoletis
Threicias hyemes, ad mollem ſeriùs Auſtrum
Iſtis aves. Nunquam ſe tanto vulture cœlum
Induit, aut plures preſſerunt aera pennæ.
Omne nemus miſit volucres, omniſque cruenta
Alite, ſanguineis ſtillavit roribus arbor.

Sed ne plurima congerendo faſtidium tibi pariam, claudat agmen importuna illa & belluina jactatio Argantis apud Torquatum Cant. 12., ubi Tancredi cæde ulturum ſe Clorindæ mortem ſic memorat:

Odi Gieruſalem, ciò che promettu
Argante, odil tu Cielo, e s'in ciò manco
Fulmina ſul mio capo: io la vendetta
Giuro di far sù l'homicida Franco,
Che per la coſtei morte a me s'aſpetta:
Nè queſta ſpada mai depor dal fianco,
Per fin ch'ella a Tancredi il cuor non paſſi,
E'l cadavero infame ai corvi laſſi.

4. Hinc pro denegata corporibus ſepultura acerbiſſimæ illæ triſtiſſimæque exprobrationes & querelæ ſe paſſim offerunt apud veteres Scriptores. Virgil. lib. 2. de Priamo:

jacet ingens littore truncus
Avulſúque humeris caput, & ſine nomine corpus.

Clau-

Claudian. lib. a. in Ruffin.

nequis nimium ſublata ſecundis
Colla gerat: triviis calcandus ſpargitur ecce
Qui ſibi pyramides, qui non cedentia templis
Ornaturu ſuos extruxit culmina manes:
Et qui Sidonio velari credidit oſtro.
Nudus paſcit aves: jacet en qui poſſidet orbem
Exiguæ telluris inops, & pulvere raro
Per partes tegitur, nuſquam totieſque ſepultus.

Idem de Bell. Gildon.

Occidit juvenes, inhumataque corpora vulgo
Diſpulit, & tumulo cognatas arcuit umbras:
Naturamque ſimul fratremque; hominemque cruentus
Exuit, & tenuem cæſis invidit arenam.

Catullus in Argonauticis:

potius germanum amittere crevi,
Quam tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſe:
Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibuſque
Præda; nec injecta tumulabor mortua terra.

Non aliam ob cauſam, ſicubi occurrunt corpora inhumata, injecta humo & collatitiâ ſaltem ſepulturâ terræ, optimæ & antiquæ parenti, mandare, ingenerata quædam omnes tangit non miſeratio ſolùm, verùm etiam religio. Horat. Lyric. lib. 1.

At tu nauta vagæ, ne parce malignus arenæ
Oſſibus & capiti inhumato
Particulam dare.

Et ibidem.

Quamquam feſtinas, non eſt mora longa, licebit
Injecto ter pulvere curras.

Et apud Virgil. Palinuri illa leguntur lib. 6.

Quod te per cœli jucundum lumen, & auras
Per genitorem oro, per ſpem ſurgentis Juli,
Eripe me his invicte malis; aut tu mihi terram
Injice.

Jure igitur, licet humana corpora poſt mortem caritura ſenſu nemo unus ignoret, innatum tamen inſitumque illud a natura ſtudium, quanta maxime poſſumus cura & diligentia vitâ caſſis corporibus proſpiciendi, extinctoſque ſupremis officiis condecorandi, ab ipſis incunabulis trahimus univerſi. Cum verò omnium nationum animis ea ſit opinio ingenerata, meritò, ut ſcribit Cicero, putanda illa eſt lex quædam monitumque naturæ.

5. Ut autem ſileant Plato, Ariſtoteles, omneſque Urbium legislatores, qui in abſolutæ delineatione Reipublicæ extinctorum curam ſtudiumque potiſſimum eſſe voluerunt, res ipſa & vocis appellatio id clamat: Juſta ſiquidem latinè dicimus parentales exequias, & ſolemnia Funerum, nomine demonſtrantes ipſo rem eſſe unam omnium juſtiſſimam, omnibus humanitatis pietatiſque teſtimoniis e vivis ereptos proſequi, eorumque quammaxime poſſumus diuturnam memoriam facere. Quod ſi populorum omnium inſtitutiones animo repetas, nihil videris aut efficaciùs commendatum, aut obſervatum diligentius, quàm nullam ſedulitatis & benevolentiæ partem miſſam facere in humandis corporibus extinctorum. Hinc pulcherrima illa Phocionis, laudatiſſimi Ducis Athenienſium reſponſio ad Leoſthenem; a quo interrogatus ecquid præclarum dignumque tot annorum imperio in patriam contuliſſet: *Non parum verò;* reſpondit, ut legitur apud Plutarchum: *Me quippe Duce & Rectore, cives omnes Athenienſes in patriis monumentis ſepulti ſunt.* Memorabile verum inprimis eſt illuſtre illud pietatis ſpecimen, a Cimone, altero Athenienſium Duce, proditum. Is, cum Miltiadem genitorem, multis pulcherrimiſque victoriis de Republica cæteroqui egregiè meritum, repetundarum poſtulatum, & in carcerem conjectum eſſe cerneret, ultrò ſe carceri mancipavit, & in paternos laqueos induit non aliam, quemadmodum dicebat, ob cauſam, quàm ut copia ſibi fieret patris cadaver humandi tegendique. Ea verò cura Macedonum animos ſic inceſſit, ut de Alexandro Magno Curtius illa tradiderit: *Dimittere milites inſepultos erubeſcebat; ita tradito more, ut vix ullum militiæ tam ſolemne eſſet munus, quàm humandi ſuos.* Juſtinus autem lib. 3. docet Lacedæmonios adversùs Meſſenios pugnaturos teſſeras quaſdam cum propriis patrumque nominibus inſculptis, dextero brachio alligatas geſtaſſe; ut ſiquos Martis alea cum hoſtium cadaveribus extinctos confudiſſet, internoſci poſſent illis indiciis, mandarique terræ, aut condi in ſepulcris majorum. Xenophon etiam lib. 1., & Valer. Max. lib. 9. opulentiſsimum de ea re teſtimonium produnt in decem præſtantiſsimis ducibus Athenienſibus: qui cum ex bello Peloponneſiaco victores & ſpoliis onuſti in patriam remeaſſent, capitali omnes ſupplicio publicè affecti ſunt, quoniam ſepulturæ tradere neglexiſſent milites ſuos, qui in acie pro patria ceciderant. Romani porrò nihil non egerunt, ut ſingularem in extinctos curam atque religionem redderent teſtatiſſimam. Nam & rei funereæ curam a Numa Pontificibus duntaxat anxie demandatam legimus; & aſcitam Libitinam Deam, quæ cum Plutone, ſeu Dite, inductam funeris ſanctitatem auſpiciis ſuis atque præſidio, quaſi divino ſuffragio corroborarent atque ſancirent. A duodecim quoque tabulis nihil re funerea graviùs eſt commendatum. Summaque in eos ſeveritate per omne tempus animadverſum eſt, qui contra funerum leges & ceremonias vel minimùm deliquiſſent. Tanta ſcilicet oſſa & cineres contegendi atque condecorandi cura, ſuſceptuſque ab omnibus populis ſollicitè labor condendi condiendique exanime cæteroqui ac fœtidum cadaver, non ipſis exhibetur cineribus oſſibuſque vitâ carentibus. Impenditur labor ille primum ipſi naturæ. Nam ſi veſtes, annuli, arma, & ſiqua ſunt alia ab amicis cognatiſque geſtari ſolita, dum fragilis hujuſce corpuſculi uſum haberent; ſi eorum epiſtolæ, & monumenta quælibet literis tradita ſumma ſedulitate aſſervari ſolent; quid erit dicendum de corporibus ipſis? Quam ſingulari cura ſtudioque illa excolent, quibuſcum ſcilicet longe arctiùs conjuncti fuere, & quæ pars demum aliqua eorum ſunt, quorum abſentia & deſiderio contriſtamur? Præſtatur ea diligentia animis decedentium, aut provocante curam cognatione nexuque ſanguinis, aut inſtigante ad graviſſimam recordationem opinione virtutis, & ingentium memoria meritorum. Exhibentur demum ea omnia nobis ipſis, quos tanti eſt erudire de vita in melius commutanda, & noſtrorum immortalitate animorum. Præclare ſiquidem ſcripſit Cicero quæſt. Tuſc. 1. *Quid enim ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura cogitare? Certè ceremonias ſepulcrorum maximis ingeniis præditi nec tantâ curâ coluiſſent, nec violatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent, niſi hæſiſſet in eorum mentibus, mortem non interitum eſſe omnia tollentem atque delentem, ſed quan-*

dam

Digitized by Google

dam quaſi migrationem commutationemque vitæ.

6. Id perficere non potuit, quin, hominum nequitia quaſi ſuperante naturam, quibuſdam ob infamia ſcelera & turpiſſima dedecora, optimi legislatores poſtremum ſepulturæ honorem denegandum exiſtimarent. Pontificio jure Juſtis ſolemnibus & ſepultura prohibebantur qui ſibi mortem cooſciſcereot. Tametſi etenim per quandam animi generoſitatem & alacritatem indolis, id à multis & præſertim à Catone,ſortiter ſactum Stoici ſanciverint & prædicaverint; id ipſum tamen reliquorum communi ſuffragio & calculo philoſophorum, & quod caput eſt, à natura ſcimus jure damnatum. Retinendus nimirum animus eſt in cuſtodia corporis, neque ex hoc præſidio demigrandum ſupremi Imperatoris injuſſu. Ut enim Socrates moriens ſapientiſſimè monuit, noſtrorum non animorum duntaxat, verum etiam corporum, ne utiquam profectò nos ipſi Domini, verum Deus unicè poſſeſſnr eſt. Inſepulti itaque meritò proiiciebaotur qui ſibi, aut vitæ tędio, aut intolerantiâ adverſæ valetudinis, aut quolibet demum ærumnarum genere in anguſtias adacti violentas manus inſerrent. In hoc ipſo tamen ſæpe eſt variatum, actumque indulgentiùs pro diverſitate temporum, cauſarumque mortis ſponte quæſitæ. Hoſtes etiam patriæ, pacis publicæ perturbatores, & perduellionis rei à ſepultura & ſupremis humanæ charitatis officiis arcebantur. Hioc Ælian. lib. 4. var. Hiſtor. *Ne in morte quidem ſceleroſis hominibus aliquid lucri propoſitum eſt, quoniam neque tunc poſſunt quieſcere; ſed prorsùs deſtituuntur, & ſupremum honorem & communem omnium corporum portum amittunt*. Exemplo id olim ſuo e Gracchorum familia fratres illi ſanxerunt, de quihus ita ſcribit Valer. Max. lib. 6. cap. 3. *Viguit in noſtra Civitate Tiberii & Caii Gracchorum ſumma nobilitas, ac ſpes ampliſſima. Sed quia ſtatum civitatis conati erant convellere, inſepulta cadavera jacuerunt; ſupremuſque humanæ conditionis honos filiis Gracchi, & Nepotibus Africani defuit*. Idem Scriptor lib. 2. cap. 7. tradit milites illos, qui Rheginm injuſto occupaverant bello, novumque ſua ſponte Imperatorem extincto Duci ſuffecerant, Romani Senatus imperio carceri concluſos, & quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos, ac ſecuri fuiſſe percuſſns; enrum porrò corpora Jugeri vetita, nec tradita ſepulturæ. Huc pertinet quod de Heliogabalo tradit Lampridius: *Solus omnium Prinoipum & tractus eſt. & in cloacam miſſus, & in Tyberim præcipitatus: Quod odio communi omnium contigit, a quo ſpeciatim cavere debent Imperatores: ſiquidem neo ſepulturam mereantur, qui amorem Senatûs, Populi, ac Militum non merentur*.

7. Non eſt hic reticendum, peregrè proficiſcentes, ac præſertim ad militiam exercendam, creberrime earuiſſe ſupremis legitimæ ſepulturæ officiis. Nihil propiùs ad veritatem dictum eſt, quàm quod legitur apud Cicer. lib. 4. Epiſt. *Si oppetenda mors eſſet, domi atque in patria mallem, quàm in externis atque alienis locis*. Hinc illa Ovidii querimonia lib. 3. Triſt.

Et ſine faneribus caput hoc ſine honore ſepulchri,
Indeploratum Barbara terra teget.

Et adhuc ſæviores querelæ illæ Ariadnes apud eundem:

Ergo ego nec lacrimas matris moritura videbo:
Nec mea qui digitis lumina condat, erit?
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:
Nec poſitos artus unget amica manus?
Oſſa ſuperſtabunt volucres inhumata marinæ?
Hęc ſunt officiis digna ſepulcra meis?

Hoc etiam ut pleraque ex memorata Ovidii Elegia Ariadnes ad Theſeum, pulcherrimè imitatus eſt Areoſtus Cant. 10. in fabula Olympiæ & Bireni.

Che debbo far, che poſſa io far quì ſola?
Chi mi dà ajuto, ohime, chi mi conſola?
Huomo non veggio quì, non ci veggio opra
Dond'io poſſa ſtimar ch' huomo quì ſia:
Nave non veggio, a cui ſalendo ſopra
Speri allo ſcampo mio ritrovar via.
Di diſagio morrò, nè chi mi copra
Gl'occhi ſarà, nè chi ſepolcro dia:
Se pur nel ventre lor non me lo danno
Le fere, ohime, ch'in queſte ſelve ſtanno.

Nec prætereuoda Ovidii illa etiam, Epiſtola Canaces ad Macareum:

Tu tamen, o fruſtra miſeræ ſperate ſorori
Sparſa, precor, nati collige membra tui,
Et refer ad matrem, ſocioque impone ſepulchro:
Urnaque nos habeat quamlibet arcta duos.

Quid demum luctuoſius queſtu illo matris Euryali apud Virgil. lib. 9. ſuprà relato?

Heu! terrà ignotâ canibus data præda Latinis,
Alitibuſque jaces; nec te tua funera mater
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi.

Verùm memoratis hiſce cauſis ſepulturæ non præſtitæ caſu aliquo, ſed nullum ob facinus ſceleſtum atque nefarium, opportunn remedio occurſum eſt à pietate publica, quæ illis pro legitimo honore ſepulchrorum, excitare conſuevit tumulos honorarios; ut fuſiùs expoſui in voce *Cenotaphium*.

8. Sed quoniam maximum numerum partemque peregre profectorum conficiunt milites, qui relicto ſolo natali pro patria & Republica Martem circumferunt; tametſi de illis nnn ita pauca ſuperiùs delibata ſunt, noſtrarum tamen partium eſſe meminimus de eorum ſepultura, ejuſque genere & ritibus ex aotiquis quibuſque ſcriptoribus ſcitu digniora decerpere. Scio quidem veriſſimum eſſe Ciceronis illud: *Jura inter arma ſilere*: conſtat nihilominus Ducum optimorum curam præcipuam per omne tempus extitiſſe, ot humationi eorum, qui glorioſè pro patria mortem oppeterent, vellent eſſe proſpectum. Præcepit hoc graviſſimo documento Onoſander in Strategico cap. 36. *Imperator ſive vicerit, ſive victus fuerit militum occiſorum funeribus & exequiis proſpiciat; neque incuriam aut occaſionis, aut temporis, aut loci, aut metûs nomine prætexat. Sancta enim hæc, & religioſa circa eos, qui ſic abjerunt, pietas eſt, ejuſque neceſſaria inter ſuperſtites demonſtratio. Etenim unuſquiſque militum ſibi ante oculos ponit, eodem modo ſe, ſi forte in bello ceciderit ludibrio deſpectuique fore, & inſepultum remanſurum præſagiens, mortis honore carere, non ferendam putat contumeliam*. Cautum proinde diligenter, & ab optimis quibuſque Imperatoribus uſurpatum, ut ubi primum a calore conflictus reſpirarent animi, de extinctis ſepultura afficiendis continuò cogitarent. Nullam aliam ob cauſam Chahrias Dux Athenienſium adversùs Lacedæmonios feliciſſimè dimicans victricia ſuſpendit arma, ut otium haheret extinctos in acie terræ mandandi. Id talibus memoratur a Diodor. Sicul. lib. 15. *Ab inſequendo tamen abſtinuit, memor*

pugnæ

Digitized by Google

pugnæ ad Arginuſas olim factæ, in qua Ducibus victoria potitis ingens beneficium morte populus compenſaverat, hoc tantùm illis improperans, quod pereuntes in prælio ſepulturâ non affeciſſent. Veritus igitur, ut ſiquid ejuſmodi contingeret, ſimile diſcrimen ſubiret, omiſſa perſecutione, cives collegit, & defunctos inhumavit. Sapienter proinde à Romanis proviſum militibus ſepeliendis, deſignato in ſiogulas legiooes ſacculo, in quem conferrent pecuoiam cadaveribos humandis impendendam. De ea re ſic legimus apud Veget. lib. 2. *Addebatur etiam ſaccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, ſepulturæ ſcilicet causâ, ut ſiquis ex contubernalibus deceſſiſſet* (Sic enim legendum eſt, oon ut vulgarii codices habent, defeciſſet) *de illo undecimo ſacco ad ſepulturam ipſius promeretur expenſa.* Iuſigne illud eſt pietatis exemplum, quod de Romaois legitur apud Tacit. io Annal. *Romanus exercitus ſextum poſt cladis annum trium legionum oſſa, nullo noſcente alienas reliquias, an ſuorum humo tegeret, omnes ut conjunctos, ut conſanguineos mœſti ſimul & infenſi condebant.* Notandum etiam illud Livii lib. 39. *Incertâ victoriâ diſceſſum eſt, niſi quod Celtiberi caſtra inde nocte proxima moverunt. Romanis & ſuos ſepeliendi, & ſpolia legendi ex hoſtibus poteſtas facta eſt.* Accipe illud etiam ex Cæſare lib. 1. bell. Gallic. *Cum & propter vulnera militum, & propter ſepulturam occiſorum noſtri triduum morati conſequi non potuiſſent.* Aotiochus verò ad conciliandum ſibi favorem Macedonum, & conflandam invidiam Philippo eorum Regi, eorundem Macedonum copias inſepultas humari juſſit, ut legimus apud Appianum de bell. Syriac. *Antiochus autem movit in Theſſaliam, & poſtquam pervenit ad Cynoſcephalas, ubi cladem Macedones à Romanis acceperant, reliquias cæſorum inſepultas etiamtum ſepeliit magnifice, captans favorem Macedonum, & Philippo invidiam faciens, quòd ſtratos ſepeliri non curaverit.*

9. Juſtiſſimè mos militaris obtiouit, ut cadavera, quæ in hoſtium poteſtate eſſent, ab iiſdem per præconem peterentur ad ſepulturam. Eum morem indicare oon omiſit Virgil. lib. 11.

Jamque oratores aderant ex Urbe Latina
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes:
Corpora per campos, ferro quæ cæſa jacebant,
Redderet, & tumulo ſineret ſuccedere terræ:
Nullum cum victis certamen & æthere caſſis.

Inſtitutionem digniſſimam à primis uſque repetitam temporibus tetigit Euripides in Supplic., ubi Theſeus Caducëatori ſuo ad Creontem Thebanum hanc præſcribit Formulam poteodi humationem cadaverum:

Vicina Theſeus qui tenet regni ſola,
Humare poſcit mortuos: quod ſi datur,
Sic amica faciet gens Erechthidum tibi.
Hæc ſi probantur, tunc refer retro pedem:
Sin nemo paret, verba ſint hæc altera:
Jam mox ut arma pubis expectent meæ.

Eadem unico verſiculo Statius ita complexus eſt:

Aut Danais edice rogos, aut prælia Thebis,

Laudatiſſimus certè, & à oullis oon gentibus uſurpatus poſt acerbiores conflictus mos ille petendi paciſceodique inducias ad certum tempus, & ab hoſtili omoi aggreſſione offenſaque conquieſcendi, ut pars utraque otium nanciſcatur enquirendi humandique extinctorum cadavera. Æquiſſimum morem ab Hercule originem habuiſſe, apud Plutarchum legimus in vita Theſei: *Verum Herculem hoſtibus principem mortuorum cadavera conceſſiſſe in iis, quæ de Hercule prodita ſunt, invenies.* Idem tradit expreſſiùs Ælianus Var. Hiſtor. lib. 12. cap. 27. *Singulari manſuetudine ferunt Herculem in ſuos hoſtes fuiſſe. Primum enim ante hominum memoriam mortuos fuit ſepeliendos reddidiſſe, ac liberè ſecurèque cadavera permiſiſſe, cum eo tempore parùm occiſos curare ſolerent, & canibus ad veſcendum relinquere.* Hioc Priamus apud Virgil. Æneid. lib. 2. aggreſſorem Pyrrhum tanquam ab Achille genitore degenerem traducit, ſumpto argumento ab ingenii & morum diſſimilitudine, & per comparationem a contrario ductam eidem exprobrans paternam humanitatem, cujus beneficio Hectoris filii corpus impetraverat:

At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo; ſed jura fidemque
Supplicis erubuit, corpuſque exangue ſepulcro
Reddidit Hectoreum.

Pulcherrimum io extinctos pietatis teſtimonium prodidit Æoeas apud Virgil. lib. 10., ubi poſt ioterfectum Lauſum egregia iodole Mezeotii filium illa adiicit.

Quid tibi nunc, miſerande puer, pro laudibus iſtis,
Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum?
Arma, quibus lætatus, habe tua: teque parentum
Manibus, & cineri, ſiqua eſt ea cura, remitto.

Et quoniam apud Veteres certiſſimum erat victoriæ ſignum, jus & poteſtatem habere in cadavera peremptorum, adhuc tamen apud Imperatores ſtudium ſepeliendi ſuos in tantum præpolluit, ut oihil ſæpe cunctarentur ſuorum corpora ad ſepulturam ab hoſtibus repetere per Caduceatores; licet ea præcooum miſſio teſtimooium eſſet atque confeſſio cladis acceptæ. Confirmat id præclarè Plutarchus Niciæ exemplo: *In fines Corinthiorum facta deſcenſione, acie victor magnum eorum numerum cum Prætore Lycophrone occidit. Ibi ille duos ex ſuis, dum ſuſtollit cadavera, reliquit imprudens. Quod ubi reſcivit, inhibito ſtatim curſu, Caduceatorem remiſit ad hoſtes, recuperandorum cadaverum cauſa: Quamvis de more & uſu, qui per inducias cæſorum corpora petiiſſent, renunciare viderentur victoriæ, neque legitimum erat, ut id qui feciſſent, exigerent trophæum: quippe victores eſſe eos, qui prævalent, nec prævalere qui peterent, quod capere non poſſent: maluit tamen profundere ille lauream & decus, quam duos cives relinquere inhumatos.* Adhuc apertiùs idem oſtendit Juſtin. lib. 4. de Archidamo: *In eo prælio Archidamus Dux Lacedæmoniorum vulneratur: qui cum cædi ſuos jam ut victor videret, per præconem corpora interfectorum ad ſepulturam poſcit. Hoc eſt enim ſignum apud Græcos victoriæ traditæ.* Diodorus etiam lib. 17. non obſcurè eum indicat morem; *At Rex turpe ſibi ducens, ſi militum cadavera inſepulta relinqueret, eaque ad ſepulturam expetere ignominioſum ſibi, ac manifeſtam victoriæ conceſſionem fore animadvertens, quotquot tum captivi eſſent, ut ad ſe adducerentur, imperavit &c.* Cæterum de poſtulatis ultrò citròque conceſſiſque utrinque induciis ad hu-

Digitized by Google

humanda cadavera clarè Xenophon lib. 1. Hellinic: *Athenienſes mortuis per inducias receptis Notium petivere: ubi illis ſepultis, in Lesbum, & Helleſpontum profecti ſunt*. Idem lib. 4. *Secundum hæc Corinthii, & Argivi per inducias interfectos auferunt*. Atque ibidem iterum: *Poſteaquam omnes cenſuiſſent interfectorum cadavera per inducias eſſe tollenda, Caduceatorem mittunt, qui de induciis ageret. Secundum hæc Thebani trophęum excitant, ac per inducias mortuos reddunt*. Idem ritus obſervatus legitur apud Thucyd. lib. 5. *Poſt pugnam Lacedæmonii hoſtium interfectorum arma in medium conferebant, & ſtatim trophęum erigebant, atque cæſorum corpora ſpoliabant: ſuorum autem ſublata avehebant in Tegeam, ubi & ſepulta ſunt*.

10. Illud porrò animadverſione digniſſimum eſt, non modo conceſſa humaniter cadavera, ubi à Caduceatoribus peterentur, verum etiam ab ipſis ſæpe victoribus humo vel igni tradita, vel ſua ſponte, vel acceptis, ut id peragerent, literis ab hoſtium Imperatoribus. Pauſanias certe Spartanorum Rex cum de agendo in crucem Mardonii in prœlio interfecti cadavere ſtimularetur ab Æginetis, abhorruit ille facinus, plenumque humanitatis ac dignitatis regiæ reſponſum adhibuit, quod ſic refertur ab Herodoto Calliop. *Tuam, hoſpes Ægineta, benevolentiam atque providentiam amplector: tamen ab æquitate judicandi deerras. Nam & me & patriam tuam, quos in altum extuliſti, ob hæc geſta ad nihilum redigis, cum ſuades mihi ſævire in mortuum, aiſque me auditurum melius, ſi iſtud fecero, quod Barbaros decet potiùs facere, quàm Græcos, quodque in illis exprobramus. Quare ego neque Æginetis, neque iis, quibus iſta probantur, aſſentior, contentuſque ſum Spartiatis placere, ut honeſtè agam honeſtèque dicam*. Laude digniſſimum Alexandri Macedonis factum, à Curtio relatum lib. 3. qui, Darii exercitu occidione deleto, poſtquam ſuis extrema ſepulturæ officia perſolviſſet, eundem honorem Perſarum cadaveribus inſuper habuit. Ejuſdem exempli pulcherrima facilitatis atque clementiæ teſtimonia leguntur apud Plutarchum in vita Demetrii de Demetrio Poliorcete, qui honorificè funerari juſſit hoſtes, qui ad Salaminam prœlio ceciderant. Item in vita Pyrrhi effertur humanitas Antigoni, memorati Demetrii filii, qui filium ſuum Alcyoneum, qui Pyrrhi hoſtis abſciſſum caput ad patrem attulerat, à ſuo conſpectu, ſceptro percuſſum longe removit; Pyrrhique corpus honorificè funeravit. Eodem nomine efferendus eſt Antonius, ſplendidiſſimè corpore Archelai hoſtis humato, ut in illius vita legitur apud eundem Plutarchum. Pulcherrimum porrò illud de eodem legitur apud Valer. Max. lib. 5., nam cadaver Bruti hoſtis ſuo coopertum paludamento honeſtè juſſit cremari, non illum, ut Valerius loquitur, *jacentem hoſtem, ſed civem depoſito æſtimans odio*. Ejuſdem Imperatoriæ commiſerationis & manſuetudinis documentum multiplex edidit Annibal. Ea conjunctim à Valer. Max. lib. 5. ſic exponuntur: *Annibal Æmilii Pauli apud Cannas trucidati quæſitum corpus, quantum in ipſo fuit, inhumatum jacere paſſus non eſt. Annibal Tiber. Gracchum Lucanorum circumventum inſidiis cum ſummo honore ſepulturæ mandavit, & oſſa ejus in patriam portanda militibus noſtris tradidit. Annibal M. Marcellum in agro Brutio, dum conatus Pœnorum cupidiùs quàm conſideratius ſpeculatur, interemptum legitimo funere extulit, Punicoque ſagulo & corona donatum laurea, rogo impoſuit*. Vide, quæ dicemus in dictione *Sævitia in hoſtes extinctos*.

11. His præjactis atque præcognitis de communi funerum notione, ſtudioque ſepeliendi extinctos in bello, reliquum eſt, ut de ritu vario & ſolemuitate multiplici, qua id apud Antiquos eſt præſtitum, quæ ſcitu digniora ducimus, adducamus. Mortem pro patria oppetere glorioſum ſemper habitum eſt à viris ingenuis, thyrſo veræ laudis contactis, & deſiderio propagandi nominis ad omnem recordationem futuri temporis inflammatis. Quid enim præſtantiùs, quàm pro vitæ perbrevis uſu diuturnam memoriam acquirere: nec ſe ipſum duntaxat, verùm gentem atque cognationem omnem, patriamque ipſam præclaris in publicum inſignium facinorum monumentis, egregiiſque promeritis illuſtrare? Hinc mors in acie fortiter dimicando obita, lectus honoris appellatus; & accepta adverſo pectore in conflictibus vulnera in gloriam largiùs, quàm in ſanguinem fluere judicata. Duplex verò funeris genus ferè perſolvebatur vita functis in acie; præſertim cum juſtum eſſet bellum, rebuſque repetitis, & pro more cultarum gentium certis legibus denunciatum. Domi alterum, alterum militiæ funus edebatur militibus. Quod foris & in acie inſtruebatur, tumultuarium plerunque erat, & in unum coacervatis omnium oſſibus. Eos tumulos circa fines & limites attolli moris erat: ex quo ſepultuarii fines limiteſque apud Scriptores Gromaticos ſæpius nominantur. In ipſis porrò tumulis lapides, ſive cippos figebant pro numero militum extinctorum, cum titulis interdum etiam atque nominibus. Appianus lib. 1. de bell. Civil. ſcribit ſancitum eſſe Senatus conſulto, ut qui in acie cecidiſſent, ibidem humarentur. Id inter alia monumenta teſtatur vetus lapis in Cælinæ fluminis ripa in Noricis, apud Gutherum:

C. HOSTILIUS. ET. P. EGNATIUS. VEITOR.
QUINTADECIMÆ. LEGIONIS. TRIBUNI.
P. S. P. R. DIMICANTES. PARITER.
HEIC. OCCISI. PARITER. JACENT.
SINGULARE. POSTERIS. EXEMPLUM.
ET. CHARITATIS. ET. FORTITUDINIS
CILINENSES
XXL. DIES. ATRATI. LUXERUNT.

Ipſis verò Imperatoribus publicum à militibus funus peragi erat ſolitum cum celebratione ludorum. Vide *Funebres Ludi*. Id honoris impertitum iis etiam, qui ſe pro patria Manibus devoviſſent; ut apud Livium lib. 28. obſervatum legimus in funere P. Decii, nullis non honorum teſtimoniis celebrato à Fabio Collega. Et quoniam Jure Pontificio præſcriptum erat, ne ii lugerentur, quorum os ſupra terram non extaret, correcta lex illa, indultumque Ducibus atque militibus, ut ſi in bello concidiſſent, lugeri poſſent, tametſi eorum cadavera inventa non eſſent. Notatu dignum eſt, quod ex antiquis Scriptoribus refert Feſtus, in bello mortuis membrum abſcindi ſolitum, digitum nempe, crus, aliamve partem, ad quam deinde ſervatam cuſtoditamque Juſta fierent, reliquo corpore ambuſto vel humato. Hic autem vul-

garis

garis erat ritus funeris domi excitandi. Cineres etiam collecti referebantur in patriam, iiſque emortualis ſolemnitas exſolvebatur. Alcmena, mater Herculis, filii in Œta monte rogo conſumpti collectos cineres, urnâque concluſos ſinu geſtans hæc habet apud Senec. Hercul. Œtæ. act. 5.

Timete Superi fata, tam parvus cinis
Herculeus eſt; huc ille decrevit gigas.
O quanta, Titan, in nihil moles abit!
Anilis, heu me, cepit Alciden ſinus.
Hic tumulus illi eſt. Ecce vix totam Hercules
Complevit urnam: quam leve eſt pondus mihi,
Cui totus æther pondus incubuit leve!

Si verò duces ipſi aut primi ſubſellii viri militares in prœlio eſſent necati, integra etiam ipſorum cadavera ſepelienda deferebantur in patriam. Ibi verò poſt exequialem pompam rituſque cæteros gentium diverſarum vel iniectâ terrâ humabantur, vel concremata locabantur in urnis lapideis vel marmoreis cum adiectis inſcriptionibus, quæ extinctorum nomina, exercitas præfecturas, laudeſque cæteras continerent. Spartani verò, non milites duntaxat, verùm etiam Ductores primarii eodem ipſo humabantur in loco, ubi in acie ceciderant. Excipiebat autem lex illa Reges, quorum corpora, ut legitur apud Plutarchum in Ageſilao, melle aut cera adversùs corruptionem condita deportabant in patriam, iiſque magnificos tumulos & Mauſolæa excitabant. Athenienſes verò cæſorum in acie cremabant quidem corpora; verùm oſſa cupreſſinis arcis incluſa ad prefixum ſepulturæ communis locum convehebant. Sed poſtquam plures arcas oppleviſſent oſſibus, iiſque oneraſſent carrucas, poſtrema ferebatur arca vacua; quo ritu ſignificabant eorum etiam apud ipſos rationem haberi, quorum corpora in acie inveniri non potuiſſent. In patria verò Cenotaphium, honorarius nempe & inanis tumulus iis erigebatur, qui cæſi in acie cadavera quærentium diligentiam fugiſſent.

12. Jam verò, quæ potiſſimum honorum appendices, & privati publicique doloris teſtimonia humata vel cremata corpora ſequerentur, arma in rogum conjecta, vel ſepulchris affixa, captivos ad rogum mactatos, conſecrationem, & apotheoſes, ludos funebres, faces adhibitas, inverſa arma & vexilla, imagines elatas, inſcriptiones, orationes exequiales, & alia quædam huc pertinentia; ea, inquam, omnia ſuis in locis tradimus ſeparatim, inſtituti noſtri memores, quibus ire per ſingula, non perpetuam tractationem contexere propoſitum eſt. Ea tamen omnia operæ pretium fuerit indicata ſaltem expromere in exactiſſimis funerum deſcriptionibus, quæ apud Scriptores veteres, ac præſertim Poetas occurrunt. Abundè de his ad poſteros reliquit Homerus in narratione funeris Patroclo ab Achille excitato. Videndus etiam Silius in multiplici funerum deſcriptione, & Statius lib. 5. & 6. in expoſitione funeris Archemoro poſiti. Verùm ritus exequiales, maxime omnium enucleatè atque diſtinctè proſecutus eſt Virgilius; ut ſolus ille explicatus & expoſitus ad cumulatiſſimam hujus rei intelligentiam plane ſufficiat. Sic autem ſcribit de Funere Miſeni lib. 6.

Nec minus interea Miſenum in Littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato ſuprema ferebant.
Principio pinguem tædis & robore ſecto
Ingentem ſtruxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupreſſos
Conſtituunt: decorantque ſuper fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & ahena undantia flammis
Expediunt, corpuſque lavant frigentis, & ungunt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,
Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota,
Conjiciunt, pars ingenti ſubiere pheretro
Triſte miniſterium, & ſubjectam, more parentum,
Averſi tenuere facem, congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres olivo.
Poſtquam collapſi cineres, & flamma quievit,
Relliquias vino & bibulam lavere favillam:
Oſſaque lecta cado texit Chorinæus aheno.
Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ:
Luſtravitque viros, dixitque noviſſima verba.
At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Imponit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque
Monte ſub aeria, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per ſæcula nomen.

Sed nihil plane deſiderari ſinit in hoc genere, ubi Pallantis funus latè deſcribit lib. 11. Illa primùm animadvertenda:

Interea ſocios, inhumataque corpora terræ
Mandemus; qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.
Ite, ait, egregias animas, quæ ſanguine nobis
Hanc patriam peperère ſuo, decorate ſupremis
Muneribus, mæſtamque Evandri primus ad urbem
Mittatur Pallas.

Et poſt allocutionem ad Pallantis corpus, plenam commiſerationis habitam

Hæc ubi deflevit, tolli miſerabile corpus
Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui ſupremum comitentur honorem,
Interſintque patris lacrimis: ſolatia luctus
Exigua ingentis, miſero ſed debita patri.
Haud ſegnes alii crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno:
Extructoſque toros obtentu frondis inumbrant.
Hic juvenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt:
Qualem virgineo demeſſum pollice florem
Seu mollis violæ, ſeu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, nec dum ſua forma receſſit:
Non jam mater alit tellus, vireſque miniſtrat.
Tum geminas veſtes oſtroque auroque rigentes
Extulit Æneas: quas illi læta laborum
Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreverat auro.
Harum unam juveni, ſupremum mæſtus honorem
Induit: arſuraſque comas obnubit amictu.
Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci.
Addit equos, & tela, quibus ſpoliaverat hoſtem.
Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas:
Indutoſque jubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre Duces, inimicaque nomina figi.
Ducitur infelix ævo confectus Acœtes,

Digitized by Google

Pectora nunc fœdãs pugnis,nunc unguibus ora:
Sternitur, & toto projectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfuſos ſanguine currus.
Poſt bellator equus, poſitis inſignibus, Æthon
It lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora.
Haſtam alii, galeamque ferunt, nam cætera Turnus
Victor habet. tum mæſta phalanx, Teucrique ſequuntur,
Tyrrhenique Duces, & verſis Arcades armis.

Poſtquam verò ad Evandrum genitorem pompa exequialis pervenit, ita ſubdit:

Arcades ad portas ruere: & de more vetuſto
Funereas rapuere faces. Lucet via longo
Ordine flammarum, & latè diſcriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens, plangentia jungit
Agmina: quæ poſtquam matres ſuccedere tectis
Viderunt, mæſtam incendunt clamoribus urbem.

Facit etiam ad pernoſcendas ceremonias bellicorum funerum proprias,quod addit haud ita multò poſt de ſepultura interfectis militibus tradita ab Ænea, & adverſariorum ductoribus, poſt pactas ad id aliquot dierum inducias:

Jam pater Æneas,jam curvo in littore Tharcon
Conſtituere pyras: huc corpora quiſque ſuorum
More tulere patrum. ſubjectiſque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœſtum funeris ignem
Luſtravere in equis, ululatuſque ore dedere.
Spargitur & tellus lacrymis, ſparguntur & arma;
It cœlo clamorque virûm clangorque tubarum.
Hinc alii ſpolia occiſis direpta Latinis
Coniiciunt igni, galeas, enſeſque decoros,
Frenaque, ferventeſque rotas. pars munera nota
Ipſorum clypeos, & non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti;
Setigeroſque ſues, raptaſque ex omnibus agris
In flammam jugulant pecudes. tum littore toto
Ardentes ſpectant ſocios, ſemiuſtaque ſervant
Buſta,

13. Ut ſæpe multos priſcæ ſuperſtitionis ritus, ſic etiam non ita paucas funebris pompę Veterum ceremonias religio Catholica ſic retinuit, ut eaſdem conſecraret, & ab omni impietatis cœno expiatas ad veræ religioſæque pietatis verteret teſtimonium. Et quoniam omnes ferè ritus funerum bellicorum cum urbanis conveniunt, ſupervacaneam operam duxerim de iis hic dicere ſingillatim, quæ prolixè traduntur à Scriptoribus Funerum Chriſtianorum. Ut autem apud profanos etiam Scriptores religiosè actum videas de Juſtis ſolemnibus in acie occiſorum, adiicere hic non gravabor, quæ de funebri apparatu præclariſſimorum Ducum noſtri etiam Poetę Itali primi nominis tradiderunt. Prolixe accurateque deſcripta legitur ejuſmodi pompa exequialis apud Areoſtum Cant. 43. ubi multis Brandimartis funus exponit. Sed neque ſplendidiſſimi funeris narratione ſuum Taſſus Poema de aſſertis Hieroſolymis exornare prætermiſit. Legitur funebris ea pompa perſoluta Dudoni Cant. 3. item Clorindæ cant. 12. Horum Poetarum, quoniam omnium manibus teruntur, loca indicaſſe ſufficiat; Antiquiorum, quorum Poetica ſcripta, iniquitate temporum, video rareſcere, integras fere funebres deſcriptiones ſubiiciam. Non omiſit funera bellica perſequi Triſſinus Ital. Lib. 13.

E prima i corpi morti de Soldati
Fè porre inſieme appreſſo a Scola Greca,
Ov'era Adardo el' Prencipe Maſſenzo:
E ragunati poi tutti in un luoco
Chierici, e Scole, e Sacerdoti, e Frati,
Con lumi acceſi e con ſolenne pompa
Furon portati fino a S. Giovanni,
Accompagnati da perſone molte,
E da Soldati, e Prencipi, e Baroni.
Quivi fur poſti in dui Sepolcri eletti
Il Rè degl'Acumiti, e'l gran Maſſenzo,
Con le lor arme, e i lor ſtendardi intorno.
Poi gl'altri corpi in una tomba grande
Poſera, e vi ſcolpir queſte parole.
Quì ſon ſepolti gl'ottimi Romani,
Che combattendo appreſſo a Ponte Molle
Co' Goti, vi laſciar la propria vita,
Per porre in libertà l'Italia oppreſſa.

Et de funere Corſamontis lib. 22.

Da poi ſalita ſopra un Palafreno,
Che fece dargli l'onorato Ciro,
Colle Donzelle ſue colme di pianto,
Accompagnaro il Corpo entro à la terra.
Ma quando furo alla Flaminia porta
Trovaron tutti i Chierici di Roma
Che ſtavan quivi con doppieri acceſi
Ad aſpettarlo, e poi gl'andaro avanti
Cantando Salmi in lamentevol note;
E dopo queſti andaro a cinque a cinque
Tutta la legion che avea in governo,
Colle bandiere lor tratte per terra.
E dietro a quei ſtendardi andava un Paggio
Il qual menava il ſuo Cavallo Hircano
Poco avanti al Feretro, tanta meſta
Che parea lacrimare il ſuo Signore.
E'l vice Imperador dietro al feretro
Con tutti l'altri Principi Romani,
Veſtiti a bruno lacrimoſi e meſti
Accompagnaro quel Baron defonto
Al loco eletto per il ſuo ſepulcro.
Poi non fù alcun del gran popol di Roma
Ne giovine, ne femina, ne vecchio,
Che non ſi ritrovaſſe ad honorarlo,
E non piangeſſe la ſua dura morte.
Coſi con quel bel'ordine n'andaro
Fino a la Chieſa, u' fù depoſto il corpo
Con tanti torchi, e luminari intorno,
Che parea tutta quanta arder di fiamme.
Quivi la bella Elpidin, e le ſue donne
Taglior piangendo le lor chiome bionde,
E le gettor ſopra il Barone eſtinto.

Et paulo poſt.

Ma più d'ogni altro l'honorato Achille
Piangea con voci doloroſe & alte,
Che facea lacrimar tutta la gente.
Poi ne la piazza, che è nanzi a la Chieſa,
S'apparecchiava una ſuperba tomba
Di finiſſimi marmi, e dentro a quella,
Dopo la meſta Oration funebre,
Ne la qual dottamente il buon Terpandro
Narrò tutte le laudi del defunto,
E dietro al canto de i devoti Preti,
Vi fu rinchiuſo l'honorato corpo
Con molte ſpoglie glorioſe intorno,
Che acquiſtò già ne le battaglie horrende.
Poi tutti i geſti ſuoi furon deſcritti
Entro a quei bianchi e ben politi marmi,

Con lettre d'oro, e con porole elette.

Ex Alamanno Avarch. c. 11. decerpta quædam ſubtexo;

Eſcon toſto d' Avarco in lunghe ſchiere
Le feminelle afflitte, e i vecchi laſſi.
E dove ſpenti penſan rivedere
Gli ſmarriti figliuoi, volgono i paſſi.

Et infra:

Nè dell'hoſte d'Arturo i cavalieri,
I Duci tutti, e i Rè con meu pietade
Cercan di riconoſcer quei Guerrieri,
Ch'han di ſangue ò valor più dignitade,
Che ſian morti rimaſi sù i ſentieri,
Cinti d'honor trà l'avverſarie ſpade:
Mà ſenza lagrimar, con quel dolore
Che pon virtù nel generoſo amore.
Quei di prezzo maggior ſanno in diſparte
Con l'Inſegne portate e con gl'arneſi,
E cò i trofei, ch'havean del fero Marte
Acquiſtati lontano, ò in quei paeſi;
Poi da fervi ò eugini, a parte a parte
Erano in un condotti, e in alto appeſi
Là dove in ſacro loco, e in ſomma cura
Sorgea per loro altera ſepultura.
Feceſi poi vicin profonda foſſa,
Che larghiſſimo ſpatio in giro havea,
Ove condotte fur l'infinit'oſſa,
Che di vita ſpogliò la ſorte rea
De privati guerrier, ch'ardire e poſſa,
Più che ſeuno e ſplendor chiari ſacea;
Che ricoperti al fin di ſacra terra
Fur memoria immortal dell'aſpra guerra,
Ivi il Divo German con l'alto coro
De ſuoi chiari miniſtri e ſacerdoti,
Per gl'honorati ſpirti di coſtoro
Porgon cotali a Dio preghi devoti:
Non rivolgere il guardo a i falli loro;
Che de ſanti precetti andoron voti:
Non giuſtitia opri in te, ma la pietade,
Che col tuo gran figliuol n'apria le ſtrade,
A quel canto divin preſenti furo
In ſembiante lugubre, e 'n veſti nere,
Picn di celeſte ſpirto il ſommo Arturo,
E de ſuoi cavalier l'ornate ſchiere,
Ch'n ſilentio humiliſſimo, e 'n cor puro
Ajutavan di quei l'alte preghiere:
Poi dato al tutto fin, largo s'infonde
Il ſamoſo terren di ſacrate onde.

Luculenta porro illa ſunt apud Bernardum Taſſum de pietate Liſuartis Britanniæ Regis.

Prima ch'ad'altro penſi il Re Britanno
Che tutti ſian ſepolti ordine dona
Quei, che ſon fuor d'ogni mortale affanno
Per beneficio della ſua Corona,
Ad'una Chieſa ivi vicina; e ogn'anna
Perche vi poſſan dire e Veſpro, e Nona,
E per l'anima lor Meſſe, ed Uffizj,
Le fece dar'entrate, e beneſizj.

Supereſt ut de duplici ratione cadaverum curandorum, combuſtione ſcilicet vel humatiooe, quædam ex militari conſuetudine adiiciam.

14. Et quidem combuſtio antiquiſſimæ eſt, & quantum colligi poteſt, bellicæ originis. Primus quippe Hercules uſtulaſſe fertur corpus Argii, qui bello Trojano interemptus fuit, ut ad patrem Lycimnium ejuſdem miſſis cineribus, liberaret fidem eidem oppignoratam de filio reducendo. Hinc receptus à Græcis cadavera cremandi ritus. Conſtat inprimis uſitatiſſimam fuiſſe combuſtionem Heroicis temporibus, ut Homerus perſæpe, aliique Scriptores belli Trojani teſtantur. Eadem conſuetudo apud Atheoicoles præſertim in acie interfectis. Silius lib. 13.

Cecropidę ob patriam Mavortis ſorte peremptos
Decrevere ſimul communibus urere flammis.

Fluxit inter alia mos ille à Græcis, ac præcipue ab Athenienſibus ad Romanos. Servius ad lib. 3. Æneid. *Romani contra faciebant, comburentes cadavera: ut ſtatim anima in generalitatem, ideſt in ſuam rediret naturam.* Inſtitutor hujus ritus apud Romanos traditur Sylla, qui, Marii inſenſiſſimi hoſtis cadavere eruto, ne id ſibi quoque poſſet contingere pertimeſcens, cadaver ſuum igne cremari juſſit. Quod ita refert Cic. lib. 2. de Legibus: *C. Marii ſitas reliquias apud Anienem diſſipari juſſit Sylla Victor acerbiore odia incitatus, quam ſi tam ſapiens fuiſſet, quam fuit vehemens. Quod haud ſcio an timens ne ſuo poſſet corpori accidere, primus è patriciis igne voluit cremari.* Scio aliis aliter viſum, ſed huic controverſiæ dirimendæ noo eſt hic locus. Juſtinus etiam lib. 10. ſcribit Legatos à Dario Perſarum Rege Carthaginem veniſſe, jubentes, ut mortuorum corpora cremarentur potiùs quàm terra obruerentur. Neque verò antiquiſſima ſolùm, verum etiam in bello interemptis longè frequentior humatione crematio cadaverum fuit, ut paſſim apud omnes legitur Scriptores, quorum exempla aliquot nos ſuperiùs adduximus. Exiſtimarunt ſcilicet Antiqui nobiliorem hunc eſſe ritum. Flammis ſiquidem, tanquam ignito quodam vehiculo, cæleſtibus inferri ac veluti remitti ſedibus reputabant, cœno corporis in cineribus ſubſidente. Invaluit etiam opinio Heracliti, qui igne conſtare omnia, in eumque univerſa reſolvi docuit, ut eo pacto ad ſua quæque principia & originem referantur. Locus ubi fiebat crematio, buſtum dicebatur, quaſi benè uſtum, ut docet Feſtus. Pyra enim lignorum congeries dicitur; rogus, cum ardere incipit cadaver in pyra; & quidem à rogando: tunc enim precationes & lamentationes adhibebantur; buſtum verò, cum exuſtum eſſet cadaver. Ex quo buſtuarii appellati, qui ſe ad extincti cadaver mutuis vulneribus confodiendo eidem præſtabant inſerias. Ad buſtum, ſive cremationis locum cadavera feretro portabantur, quæ inde in pyram translata à conſanguineis amiciſque, vel etiam libitinariis ſuprema oſcula, liquoreſque odoratos & dona ultima accipiebant. Virgil. lib. 6.

congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres oliva.

Tum animalia mactata eodem coniiciebantur, & ad lugubrem tubarum cantum ab equitibus, peditibuſque ordinatim diſtributis fiebat decurſio circa rogum; Virgil. lib. 11.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos: ter mæſtum funeris ignem
Luſtravere in equis, ululatuſque ore dedere.

Quod ſi Duces & Imperatores concremarentur, longe maximus iiſdem exhibebatur honos à militibus, faſces, & arma inverſa, lanceas terram verrentes, & lacera vexilla, mœſtiſſimo reſonante tubarum clangore geſtantibus. Virgil. 11.

tum mæſta phalanx Teucrique ſequuntur,
Tyrrhenique Duces, & verſis Arcades armis.

Tacit. etiam lib. 1. Annal. de Funere Germanici: *Præcedebant incompta ſigna, verſi faſces.* Facem

cada-

eadaveri admovebant cariſſimi quique, oculis tamen in adverſum conjectis, eoque triſtiſſimum miniſterium indicantibus. Virgil. lib. 6.

ſubjectam, more parentum,
Averſi tenuere facem.

De armis in pyram illatis alibi eſt dicendum. Peractis omnibus funus comitati extremum vale illis pronunciabant formulis: *Salve æternum: vale æternùm, vale, vale; nos te ordine, quo natura permiſerit, ſequemur.* Virgil. 11.

ſalve æternùm mihi, maxime Palla,
Æternumque vale.

15. Denique in pyras cum ipſis cadaveribus, coniici etiam ſolita fuere animalia, arma, veſtes, & omnis generis ornamenta. In mentem tibi veniet cogitare, qua ratione ſit factum, ut cadaverum cineres & oſſa, quæ colligi aſſervarique debebant, diſcernerentur à cineribus lignorum & veſtium, atque adeo animalium illuc immiſſorum. Ex Feſto habemus, equos, canes, aves, aliaque animalia, proiici ſolita in certum pyræ locum, ſeorſum à cadavere amburendo, ne cum ejuſdem oſſibus & cineribus miſcerentur. Sed præcipua difficultas eſt in ipſis lignorum cineribus ſecernendis à reliquiis mortuorum. Plin. lib. 19. ſcribit, Asbeſtinum genus quoddam eſſe lini Indici, quod igne non abſumitur, ex eoque funebres tunicas confectas fuiſſe Regiis cadaveribus, ut combuſta à reliquo cinere ſeparentur. Sic autem ſcribit: *Inventum eſt etiam quod ignibus non abſumeretur. Vivum id vocant, ardenteſque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendentes magis, quàm poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ corporis favillam ab reliquo ſeparant cinere.* Verùm id, ſi Plinio ratio fideſque conſtant, de iis intelligendum Regibus, qui in iis locis ipſis, ubi genus illud lini naſcebantur, imperium obtinebant. Nam cum apud Scriptores mirum cæteroqui ſilentium ſit non de uſu duntaxat, verùm etiam de nomine ejuſdem lini, durum eſt credere, ejus lini uſum in combuſtionibus cadaverum latè pertinuiſſe. Oſtenditur quidem in Bibliotheca Vaticana urna marmorea, cum oſſibus, & cineribus in ea repertis, & lino, ut creditur asbeſtino. Sed hoc ipſum ejus lini raritatem confirmat. Sunt qui Amiantum, lapidem friabilem, ſimilemque alumini ſciſſili, negent igne conſumi: veſteſque ex eodem confectas concremandis cadaveribus, apponi ſolitas memoriæ tradiderint. Sed hoc ſatis firma Scriptorum veterum authoritate deſtituitur, & à viris eruditis nugatorium meritò habetur. Planius veriùſque fuerit decernere, vel potiùs conjectare, id negotii ad eorum curam pertinuiſſe, qui funera curarent; & ex eorum arte & induſtria factum, ut cremanda cadavera ſic in pyra collocarentur, ut non magno negotio dignoſci cineres cadaverum poſſent à reliquarum rerum illuc conjectarum favillis.

16. Græcorum conſuetudinem cadavera in acie extinctorum comburendi retinuit Boccaccius Theſeid. lib. 2., ubi inducit matronas Argivas ſupremi ignis honore donantes conjugum cadavera. Ubi etiam obſervare poteris pompam funeris eorum temporum:

Eſſe andarono al campo doloroſo,
Dove gli Argivi Rè morti giaceano,
Et benche foſſe lor molto nojoſo
Per lo fiato, che i corpi già rendeano,
A lor però non fù punto gravoſo
Cercar pe' morti que' ch'elle voleano
In quà, in là, or queſto, or quel volgendo
Tra que' morti ciaſcuna il ſuo chiedendo.
Il quale prima non havean trovato,
Che dopo molto pianto mille volte,
Non ſi reſtava che l'havea baciato,
Uſando nel ſuo pianto voci molte,
Qual ſoglion far le donne à cotal piato,
Indi e corpi, e le parti ben raccolte
Impria ne fiumi gli bagnavan tutti,
Et poi gli ponean ſopra i rogi ſtrutti.
Et ſopra lor chiariſſimi ornamenti,
Quali à ciaſcun di lor ſi confacea,
Armi, corone, ſcettri, e veſtimenti
Di quelle donne ogn'una già ponea,
Et appreſſo con pianti e con lamenti
Ne rogi ornati fuoco ſi mettea,
Dicendo verſi di maniere aſſai
Appartenenti tutti a triſti guai.
E'n guiſa tal la turba sì piangente
Con fuoco e corpi morti conſumaro,
E poi le cener diligentemente
Dentro dell'urne con dolore amaro,
Ch'havean portate, miſer di preſente,
Et per portarle ad Argo le ſervaro.

Et clariùs lib. 10. de ritu comburendi interemptos in acie; ubi agit de ducentis equitibus, Ducibus Arcita & Polemone, certantibus in Theatro, utri pugnæ præmium tradenda eſſet Emilia Amazon in novam nuptam:

Moſſerſi all'hor con l'urne i ſervitori,
E'n verſo il gran theatro ſe n'andaro,
Et come commandaro li Signori
Li morti corpi tutti ritrovaro,
Et que' con odoriferi liquori
Et con lacrime molte ancor lavaro,
Poi per ſe fatte pire à ciaſcheduno,
Sovra ciaſcuna d'eſſe poſero uno.
Vennervi e' Rè; e la turba aſſai dolente
Fuvi con triſto ſuono apparecchiata,
E'ntorno ad elle tutte con lor gente,
E poiche ciaſcuna hebbero honorata
E d'arme, e di ghirlande, e di lucente
Porpora, fù la tromba commandata
A ſonare, e dier voce i triſti guai
De dolenti, che quivi erano aſſai.
Allhora i Regi dimorati un puoco
Dentro a le pire fatte con dolore
Al morto ſuo ciaſcuno acceſe il fuoco,
E poi a Giove Stigio di buon core
Fer ſacrificio, a ciò che in cheto luoco
Poneſſe que', che per lo lor valore
Erano il giorno morti combattendo,
Per altri le lor anime offerendo.
I graſſi fuochi, grandi, e bene ardenti
Conſumar toſto i corpi lor donati,
Li qua' con vino dalle Greche genti
Pietoſamente fur mortificati,
Et ricolte le ceneri cadenti
Ne vaſi furno meſſe apparecchiati,
Con man pietoſa e con dolente verſo
Durante ancora aſſai del tempo perſo.

Sequitur lib. 11. pyra, quam Arcitæ Duci extincto Theſeus juſſit attolli. Et quoniam de funerali Græcorum ritu in Ducum exequiis multa ibi eruditè congerit Boccaccius; ſimul quoniam ejuſdem authoris Theſeis, quod primum inter vates Etruſcos numeris nctonariis contextum Poema extare, alibi a nobis eſt animadverſum, non

ita

Digitized by Google

ita facilis inventu eſt ac parabilis, idcircò non gravatè laborem ſuſcipiam integrum ferè Poetæ locum exſcribendi:

Quindi Theſeo con amorevol cura
Ricercò ſeco per ſolenne honore
Fare ad Arcita ne la ſepultura,
Nè da ciò angoſcia il traſſe nè dolore,
Mà penſò che nel boſco, ove rancura
Soleva haver ſovente per amore,
Faria comporre il rogo dentro al quale
Si compieſſe l'ufficio funerale.
E volle ch'una ſelva, che già ſtava
A quel boſco vicina, vecchia molto,
Foſſe tagliata, e ciò, che biſognava
Per lo ſolenne rogo, foſſe accolto
Dentro al boſchetto, nel qual commandava
Ch'una arca ſi faceſſe da tal colto.
Moſſerſi allhora li miniſtri toſto
Per fare quanto havea lor Theſeo impoſto.
E fece poſcia un feretro venire
Davanti a ſe reale, e toſto fello
D'un drappo d'or belliſſimo fornire,
Et ſimilmente ancor fece di quello
Il morto Arcita tutto riveſtire,
Poi a giacer lo fece porre in ello
Di frondi coronato d'uno alloro
Con ricco incaſtro rilegato d'ore.
Et poiche d'ogni parte fù lucente
Il nuovo giorno, Theſeo il fè portaro
Ne la gran corte là dove la gente,
Come volea, poteale riguardare,
Ne eredea alcun, cho foſſe sì dolente
Di Thebe allora il popolo a mirare,
Quando li ſette, e ſette d'Amphione
Figli fur morti in quella ſtagione.
Come d'Athene videſi in quel giorno.
Nel quale altro, che pianger non s'udia,
Neſſuno andava per la terra attorno,
Anzi da la ſua caſa hom non uſcìa,
In quella ſtando ſicome muſorno,
O, ſe n'uſciva, o pure a corte gìa
Per rimirar l'eſequie doloroſe
Nate da le battaglie aſpre amoroſe.

Et poſt prolixam exciſæ ad rogum conficiendum ſilvæ deſcriptionem ſic proſequitur:

Adunque fù degli arbori tagliati
Un rogo fatto ben mirabilmente,
Poco più furo i monti accumulati
Sopra Theſſaglia da la folle gente
Ver lo ciel mattamente eſſi elevati,
Che foſſe ivi quel rogo alto eminente,
Il qual da li miniſtri fù teſſuto
Veloce aſſai con ordine devuto.
Di ſotto fù di ſtrame, e del ſelvaggio,
Agreſtamente fatto, e di tronconi
D'arbori groſſi, e fù ſuo ſpatio maggio,
Poſcia di frondi fù di aſſai ragioni
Teſſuto, e fatto ancor con molto ſaggio
Avedimento, e'n più conditioni
Di ghirlande, e di fiori pitturato,
Il ſuol ſecondo molto fù elevato.
Sopra di queſto l'Arabe ricchezze,
E quello d'Oriente con odori
Mirabil furo de le lor bellezze.
Il terzo ſuol compoſto ſopra i fiori,
Quivi l'incenzo, il qual giamai vecchiezzo
Non conobbe, fù dato a quelli ardori,
E'l cenamom, ch'è più ch'altro odorante,
E lo legno aloè di ſopra ſtante.
Poi ſù la ſommità di quella pira
D'un drappo in oſtro Tirio con oro
Tinto coperto, a veder coſa mira,
Sì pel valore, e sì per lo lavoro,
E queſto fatto indietro ogn'un ſi tira,
E con tacito aſpetto fà dimoro
Quelli attendendo, che dovean venire
Col corpo morto a coſa tal finire.

Intermitto querimonias confluentium ad exequias:

Quivi cavalli altiſſimi guardati
Per lui furon coverti nobilmente,
Et di ſue arme sù vi furo armati
Sovra ciaſcuno un nobile ſergente,
Quivi le inſegne de' ſuoi primi nati
Furono apparecchiate parimente,
Quivi faretre, & archi, con ſaette,
Et veſte ſue più nobili, e dilette.
Et acciochè Theſeo intiero ſegno
Di nobil ſangue deſſe di coſtui
Gli ornamenti vi fè tutti da regno
Venir preſente, & adornarne lui,
Lì le porporee veſto con ingegno
Fatte, addoſſo ſi vedero a colui,
Lo ſcettro, il pomo, e l'eccelſa corona
Per lui al fuoca nel ſuo rogo dona.
Li più nobili Achivi, e vaſi chiari
Di mel, di ſangue, e di latte novello
Portaron pieni con lamenti amari
Sopra le braccia precedendo quello,
Ne ſtudiavanſi e' lor paſſi guari
Anzi ſoavi con l'aſpetto bello
Cambiato andava l'uno à l'altro appreſſo
Come l'ordine dato havea commeſſo.
Sopra le ſpalle i Greci, & de' maggiori
Il feretro levarſi lagrimando,
Et con eſſo da Atene uſciron fuori
La gente con gran pianto ogn'hor gridando
Gli iniqui Dii, gli lor commeſſi errori
Con alte voci ſpeſſo beſtemmiando,
E'nfino al luoco per la pira eletta
Portaro i Duci il miſerabil letto,
La qual fatta in quel luoco ritrovatu,
E d'ogni legno ricca, ſopra d'eſſa
Hebbero la lettèra ripoſata,
La qual fù toſto da la gente ſpeſſa,
Che gli ſeguiva, tutta intorniata,
Per ciò veder con diſſoluta preſſa,
Ft poi li Duci indietro ſi tiraro,
Et gli altri, che venivano aſpettaro.

Nec ita multis interpoſitis adiicit cujuſmodi fuerint mœroris atque triſtitiæ teſtimonia in Emilia ſponſa, & amiciſſimo Palemone. Tum reliqnum pompæ emortualis attexit per partes diſtinguens cæremonias omnes rituſque veterum Græcorum in lugubri apparatu.

Perche fattaſi al rogo più vicina
Con debil braccio il fuoco ella vi miſe,
Et per dolor indietro reſopina
Frà le ſue donne cadde in quelle guiſe,
Che fan talhor, che tagliata è la ſpina
Le bianche roſe per lo ſol ſucciſe,
Et ſemiviva fece dubitare
Di morte a chi poteala rimirare.
Ma ſenza lungo indugio riſentita
Sù levoſſi, e le anella eſſa ſi tolſe,
Le qua' donate già le haveva Arcita,
Et con gli altri ornamenti ſuoi le accolſe,
E'n sù la pira ſubita e ſmarrita
Le gittò preſta ſi come altri volſe,

Dicen-

Dicendo tè, non ſi conviene omai
Ch'io me n'adorni, orche laſciata m'hai.
E quindi rotti è miſeri lamenti
Muta ricadde, e'l bel chiaro colore
Fuggì dal volto, e gli occhi be' lucenti
Perder la luce, e ſe ne giro al core
Subitamente tutti e' ſentimenti
Per ſol ſoccorrer lui, che dal dolore
Soverchio con fierezza era aſſalita,
Là donde ogni valor gli era fuggito.
Da l'altra parte Palemon s'havea
Et la barba, e li crin tutti levati,
Et poſti ſopra Arcita, e sì dicea
Con ſommo pianto: O Dii ben diſpietati
Con altro patto certo io mi credea
Che queſti crin vi foſſeno litati,
Poi che no l'are ò Dii non gli volete,
Ne le dolenti eſequie gli prendete.
Poiche egli hebbe la barba, e li capelli
Così donati, fece a ſe venire
Belle arme militari, altri giojelli,
E tutti ſuſo fecegli ſalire,
Et altre coſe molte ancor con quelli
Chare gli fur piangendo d'offerire,
Et far ricca la pira sì dolente,
Dove giaceva il caro ſuo parente.
Già ſtrepitavan per lo meſſo fuoco
Le prime frondi, e la fiamma pigliava
Con le ſue lingue ſparte in ogni luoco,
Et ogn'hora più ricca diventava,
Et certo in lungo tempo, & mene in puoco
Più ricca pira non ſi ricordava
Che quella, che fù fatta ivi ad Arcita
Per lo ſupremo honor della ſua vita.
Le gemme crepitavano, e lo argento,
Che ne' gran vaſi, e ne gli ornamenti era,
Sì fondea tutto, & ogni veſtimento
Sudava d'oro ne la fiamma fiera,
Et ciaſcun legno de l'Aſſirio unguente
Sì facea graſſo, e con maggior lumera,
E ben ſtrideana moli ardenti in eſſe
Con l'altre coſe in quelle ancora meſſe.
Le cratere de' vini già ſpumanti
Et de lo ſcuro ſangue, e'l gratioſo
Candido latte tutti fumicanti
Sentirno ancora il fuoco poderoſo,
E i maggior Greci intorno tutti quanti
Stavano a Palemon per lo nojoſo
Rogo dagl'occhi torli, e'l ſimigliante
Ad Emilia le donne eran davante.
Allhora Egeo fè far de' Cavalieri
Sette ſchiere, e dieci huomini havea l'una
Armati tutti ſopra gran deſtrieri,
Et ciaſcheduno in doſſo haveva alcuna
Sua ſopraveſta, quale era meſtieri
Di veſtirlaſi a quella feſta bruna,
De le qua' ſette i Greci, e do' maggiori
Furono allhora li conducitori.
Et a ſiniſtra man con tondo giro
Tre volte il rogo tutto intorniaro,
Et la polvere alzata il ſalir diro
De le fiamme piegava, e riſonaro
Le lance, che a le lance ſi feriro
Per lo ſovente intorniarſi amaro,
Che quivi ſi facea intorno intorno
Sopra al piè preſti ſenza alcun ſoggiorno.
Dieder quell'armi horribile fragore
Quattro fiate, & altretante pianto
Le donne dier con miſero dolore,
Et con le palme ripercoſſe alquanto,
Poi dietro ciaſcheduno al ſuo rettore
Come l'ordine uſato dava, intanto
Sul deſtro braccio ſi voltarno tutti
Con nuovo giro e con dolori e lutti.
Et quanto ch'eſſi ſopra l'armi haveano
Forſe portato lì per copertura
Inſieme tutti quanti ſi traeano,
Tutto gittando ne la calda arſura,
Et anca li Cava' ſcoprir faceano
De lor converte, al fin de l'armatura,
E così il giro quarto fù fornito
Per quella gente, come havete udito.
Et oltre a queſto chi vi gittò freno,
Et chi lancia, e chi ſcudo, & qual baltea,
Qual elmo, e qual barbuta, & altri pieno
Di ſaette turcaſſo, e chi vi deo
Archi, e ſpade, che dir non poſſi appiena,
E qual toraca ancor metter vi feo,
Chi carra di trionfi, e chi cavalli
Tanto piacque ad ogn'hom grand'honor falli.

Et paulò poſt:

Egeo vi ritornò lo dì ſeguente
E con pietoſa man tutte raccolſe
Le ceneri da capo imprima ſpente
Con pur vino, e da terra eſſo le tolſe,
Et in bella urna d'oro humilemente
Le miſe, & quella in chiari drappi involſe,
Et nel tempio di Marte fè guardare
Fin ch' altro luoco le poteſſe dare.

Sequuntur ludi funebres eidem Arcitæ celebrati ad modum & imitationem Homeri, Virgilii, aliorumque Poetarum tam Græcorum, quàm Latinorum. Poſtremum ac nobiliſſimum honoris teſtimonium & ſignificatio fuit interdum poſt editos exequiales ludos exædificatio ſublimis præſtantiſque templi, quo loco extincti Ducis cadaver rogi flamma conſumpſit. Eximio ejuſmodi ornamento condecoratos fuiſſe cineres Arcitæ à Palemone ejuſdem Arcitæ amiciſſimo narrat idem Boccaccius ibidem:

Poi fè ſubitamente Palemone
Là dove il rogo era d'Arcita ſtato,
Edificar con mira operatione
Un tempio grande e bello relevato,
Il qual ſacrò di ſubito à Giunone,
Et volle in quel che' l cenere guardata
Foſſe d'Arcita in eternal memoria
Del ſuo valore e de la ſua vittoria.
Era quel tempio grande come è detto,
Et per più coſe molto da lodare,
Nel quale e' fè per proprio ſuo diletta
Tutti e' caſi d'Arcita ſtoriare,
Et adornar d'un bel lavor perfetto
Da tal, ch'ottimamente il ſeppe fare
I qua' li Greci rimirando ſpeſſo
Con giuſto cor pietade haveano d'eſſo.
Et vedeaſi lì nel primo canto
Theſeo tornar da Scithia vincitore,
E de le donne Achive il triſto pianto,
Et le lor voci, & lo lor gran dolore
Quaſi ſentia chi le mirava alquanto,
Si fù ſovrano e buono operatore;
Et ciaſcheduna v'era conoſciuta
Da chi altra volta haveſſela veduta.

Conſuetudinem comburendi cadavera paulatim antiquavit Catholica Religio: idque juſtiſſimis factum de cauſis. Quando verò apud Chriſtianos mos ille deſierit, rei funebris Scriptores variè deſti-

deſtinant. Macrobius qui Theodoſii Junioris æqualis fuit, ſuo tempore illam exolevíſſe diſerte ſcribit lib.7. c.7.

17. Non ſnlùm combuſtione antiquior, verùm meritò laudatiſſima habita ſemper fuit humatio cnrporum, & præ cæteris cadaverum condendorum inventis naturæ humanæ congruens. Indicata etiam fuit à Supremn rerum Conditore Geneſ. cap.3. *Terra es, & in terram reverteris*. Et apud Eccleſiaſt. *Revertatur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*. De hujus antiquitate Cic. lib.2. de Leg. *Ac mihi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur*. Plinius lib.7. cap.54. diſertè tradit, humationem vetuſtinrem fuiſſe crematione; neque hanc inductam niſi poſtquam erutis per longa bella coacervatis cadaveribus, ejus neceſſitatem tempnra feciſſent. Hæc verò ejuſdem ſunt verba: *Ipſum cremare apud Romanos, non fuit veteris instituti; terrâ condebantur. At poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc inſtitutum*. Et quoniam bellatorum corpora humari ſingularem habebat difficultatem in acie, & belln, ubi nmnia prnperè aguntur, idcircò majori ſtudio a copiarum mnderatoribus huic humanitati pietatique ſemper eſt proviſum. Hinc induciæ ultrò citròque datæ ad ſuprema ſepulturæ officia extinctis perſnlvenda. Hinc ab hoſtibus ipſis piè factitatum, ut adverſariorum cadavera inhumata eſſe nnn ſinerent. Mezentius ille cæternqui nnn vitæ ſolùm, verum etiam Deorum cnntemptor humationem deprecatur ab Ænea victore. Virgil. lib.1n.

Unum hoc per ſiqua eſt victis venia hoſtibus, oro,
Corpus humo patiare tegi: ſcio acerba meorum
Circumſtare odia: hunc, oro, defende furorem,
Et me conſortem nati concede ſepulcro.

Turnus etiam extinctn Pallanti humationis copiam non denegare gloriæ ſibi ducit apud Virgil. ibidem:

Quiſquis honos tumuli, quidquid ſolamen humandi eſt,
Largior.

Id autem tam naturæ ſuaſn inductnque factum, quàm religione, & ſacro quodam metu injecto ab inſepultis. Horum quippe animæ per longas ætates errare credebantur, nec ab ea quieſcere calamitate, niſi terrâ nbducerentur. Virgil. lib.6.

Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataque turba eſt:
Portitor ille Charon: hi, quos vehit unda, ſepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quàm ſedibus oſſa quierunt:
Centum errant annos, volitantque hæc littora circum.
Tum demum admiſſi ſtagna exoptata reviſunt:

Hinc humatio, ut Servius tradit, mortuorum pax fuit appellata. Notandum etiam quod Patroclus Achillem monuit apud Hnmerum in Iliad.

Me terræ propera mandare, ut limina pandas
Umbrarum, unde animæ exturbant prohibentque ſuorum
Miſceri cætu, Stygiaſque innare paludes.

Ex qno etiam vulgn creditum, umbras & Lemures circuire per noctem, ac territare obvios: qund indicavit Apulejus Apolng.1. *At tibi pro iſto mendacio, aut Deus iſte Superûm, & Inferûm, commeator utrorumque Deorum, malam gratiam, ſemperque obvias ſpecies mortuorum, quidquid umbrarum eſt uſquam, quidquid Lemurum, quidquid Manium, quidquid Larvarum oculis tuis oggerat: omnia noctium occurſacula, omnia buſtorum formidamina, omnia ſepulcrorum terricnlamenta &c.* Ipſa etiam combuſtio cadaverum ab humatione vim omnem & religinnem habuit; nam ſi exceptis nſſibus, vel cineribus nnn eſſet adjecta gleba, neque ſepulturæ ratin ſatis conſtare, neque ulla religione excoli credebantur combuſti ex Legibus, & Jure Pnntificio. Hinc illa Niſi ad Euryalnm apud Virgil. lib.9.

Sit qui me raptum pugnâ, pretiove redemptum
Mandet humo ſolita.

Omiſſis reliquis cnmpertiſſimum eſt maximum in modum humationem nobilitatam fuiſſe a Chriſto Dnmino. Nec verò, niſi graviſſimis impellentibus cauſis, uſitatum poſtea eſt, ut pnſthabita antiquataque crematinne, terrâ tegerentur cadavera Chriſtianorum. Præter enim quam quod multò id efficaciùs eſt ad imprimendam mortalium animis recordationem luti natalis; illnd etiam hnmatione aſſequimur, ut de renovanda in perpetuum extinctorum corporum vita, memores ſimus. Quemadmndum enim grana, quæ terræ committimus, niſi humi prius obruta computreſcant, refloreſcere ſunſque edere fructus nnn cernimus; ſimiliter ſic nnſtræ mnrtales exuviæ terræ, parenti antiquiſſimæ, committuntur, nt excitandæ illæ ſint a Supremn rerum Opifice definito die, rennvandæque ad edendns fructus gloriæ ſempiternos. Vide Joann. Kirchmannum de Funer. Rom. Roſin. antiqq. Rom. lib.6. cap.39., & in eum notas Demſpteri. Jacob. Guther. de Jure Manium. Alexandr. ab Alexand. & in eum nntas Tiraquelli. Vide apud nns *Arma* 5. 6. *Decurſiones Equeſtres, & Ludi funebres*.

Furcata, æ. Machina jaculatoria. Vide *Pertichetta*.

Furcilla, æ: ſeu baculus furcillatus, vel bifurcus. Haſtula eſt manualis, & ad ſuperiorem partem bifurca, ſeu biſulca, inſerto ad firmitatem ferro. Utebantur eo baculn Sclnpetarii majnres, vulgn *Moſchettieri* pro fulcro ſclopi majoris, quò certiùs promoto altero pede inſiſtentes in hoſtem collinearent, excepto ſclopo per apicem arcuatum memnratæ haſtulæ, vel bacilli fiſtularii.

Furiæ, arum. Furoris Deæ, Alecto, Megera, & Tiſiphone, Noctis & Acherontis filiæ. Harum eſt munus facinoroſos agitare, & occulto verbere continenter cædere; ut luculenter cngnoſcitur apud Euripidem exemplo Oreſtis. Hinc vetus dictum: *Semper Virgines Furiæ*; quo occultè mnnemur, ut ex Sophocle docet Suidas, nltrices malefactnrum Deas corrumpi non poſſe, quominus pœnas de ſceleſtis ſumant. Quanta verò ſupplicii acerbitate occulto verbere ſauciatos improborum animos malefactorum conſcientiæ terreant, graviter explicat Juvenalis Satyr. 13.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipſi
Diſplicet authori: prima eſt hæc ultio, quod ſe
Judice, nemo nocens abſolvitur:

Et infra:

Digitized by Google

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet.

Et mox.

Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes ipſo quoque murmure cœli.

Aptiſſima comparatione idem expreſſit Vates Purpuratus Sforzia Pallavicinus:

Porge orrore a noi ſteſſi il peccar noſtro,
Come orrendo è'l ſuo parto a genitrice,
Che partorito aver ſi veggia un moſtro.

Ex quo ita ſplendidè vereque concludit:

O gran flagello dell'umana mente!
Che ſe pria di peccar l'huomo il vedeſſe,
Ogni reo per terror fora innocente.

At hæ, inquies, non planè bellicæ ullatenus, verùm tragicæ illæ ſunt occultæque ſceleſtorum Furiæ. At ego occaſioni deeſſe non volui, quominus ſalutari monitu te, Lector, donarem. Jam verò in quantam rerum bellicarum partem apud Poetas & Hiſtoricos, Furiæ venerint, ut reliqua miſſa faciam, quæ apud Fabulatores paſſim occurrunt, accipe ex Virgilio, qui lib.7. crudeliſſimi belli initium, quod Æneas in Italia geſſit, ad Furiam retulit, quæ ad diſturbandas Laviniæ & Æneæ nuptias Amatam inſedit:

Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni
Celſa petit, tacitumque obſedit limen Amatæ.
Quam ſuper adventu Teucrûm, Turnique hymenæis
Fœmineæ ardentem curæque iræque coquebant.
Huic Dea cæruleis unum de crinibus anguem
Conjicit, inque ſinum præcordia ad intima ſubdit,
Quo furibunda domum monſtro permiſceat omnem.
Ille inter veſtes, & levia pectora lapſus
Volvitur attactu nullo: fallitque furentem,
Vipeream inſpirans animam.

Ad concitandum verò terrorem in prœlio non ſemel apud Scriptores imitatione Furiarum pugnaſſe armatos, ac præſertim fœminas legimus. Luculentum ejus rei exemplum habes apud Tacitum Annal.14. *Stabat pro littore diverſa acies, denſa armis viriſque, intercurſantibus fœminis in modum Furiarum, veſte ferali, crinibus dejectis, faces præferebant.* Ad expreſſius verò Furiarum imitamentum angues crinibus fuiſſe adaptatos legimus apud Pauſan. Attic. lib.1. Idem ferale ſpectaculum de Faliſcis & Tarquinienſibus occurrit apud Liv. lib.7. *Inde terror maximus fuit, quod Sacerdotes eorum facibus ardentibus anguibuſque prælatis, inceſſu furiali, militem Romanum inſueta turbaverunt ſpecie.* Idem de Vejentibus, & Fidenatibus memoriæ prodidit Florus lib.1. cap.12. *Fidenæ quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum, facibus armatæ, & diſcoloribus ſerpentum in modum vittis, furiali more proceſſerant.* Utrunque facinus ex Martis aſtu factum inter ſtratagemata militaria reponitur a Frontino lib.2. cap.4.

Furnulus pulverarius. Fornacula, loculamentum, repoſitorium pulveris, qui per excuſſum oſtiolum inceditur, & vim ignitam propagat in omnis generis tubos, & fiſtulas tormentarias. Dicitur a ſimilitudine furni, quo panis, & ſimilia excoquuntur. *Focone, Scodellino.* Licet vox *Furnulus*, quæ diminutiva eſt a *Furnus*, non inveniatur uſurpata ab antiquis Scriptoribus, utere tamen eadem in commemoratione inſtrumenti Priſcis ignoti. Ejuſmodi vocibus utendi cauſas habes in Tit. *Galeatia*.

Furor, oris. Furorem definit Cicero. *Mentis ad omnia cæcitatem.* Additque: *Quod cum majus eſſe videatur, quàm inſania, tamen ejuſmodi eſt, ut furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania.* Vide Tuſcul.3. ubi multa de Furore. Fit ſæpe furor vitio valetudinis, potiſſimum in iis, qui melancholia laborant, quos Ariſtoteles divinum aliquid habere cenſuit. Interdum vis mentis concitatior furorem facit, quo genere Poetæ, Divinatores, Sybillæ, Sacerdotes veterum Deorum, aliique, quos Enthuſiaſticos vocamus, Numine quodam afflati, mira concinunt, & præſagiunt, quæ ne ipſi quidem aliquando percipiunt; imo nec a ſe dicta meminerunt, quod illuſtribus exemplis oſtendit Plato. Vide apud nos Tit. *Divinatio*. Adſtrue furorem amatorium, quem qui philtris quibuſdam, poculis nimirum acerrimo veneno medicatis conciliari poſſe ſcripſerunt, mihi otioſiſſimi mortalium viſi ſunt; cum inſitus animis pravus ardor, malique cupidinis rabieſne dicam an ſcabies? vera ſint philtra amatoria. Exempla hujus furoris affatim habes apud Poetas Græcos, Latinos, Italicos ferè omnes. Sed omnes anteit Dido apud Virgilium, cujus amorem inſanum non tam æmulatus eſt quam deſcripſit Torquatus Taſſus in Armida. Non poſtremum in re militari furori eſſe locum ambigi non ſinit idem Virgilius, qui Bellum ipſum, quod in Jani Templo clauſum memorat, non aliter quam Furoris, & quidem impii appellatione donavit Æn. l.1.

Furor impius intus
Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento.

Mirabitur fortaſſe quiſpiam, & facultati bellicæ non leviter infenſum Virgilium judicabit, qui bellum, honeſtam exercitationem ab omnibus habitam, Furorem impium nuncupavit. Exacerbat adhuc rem aſperam antiquiſſima Romanorum commendatio ab armorum æquitate atque juſtitia, quam illis laudem nulla licet infeſtiſſima natio denegavit. Atqui reputandum eſt Poetam ſolummodò reſpexiſſe, & indicatum a ſe voluiſſe civile bellum, quod adverſus M. Lepidum, & M. Antonium noviſſimè Auguſtus ſuſceperat. Bellum verò illud, ejus Principis gratiam captandi ſtudio, vocat furorem impium. Eundem porrò furorem ſuper arma ſedentem affirmat, ut defatigatas, fractas, atque debilitatas poſt Actiacam victoriam Æmulorum vires indicaret. Typum furore correpti Ducis exhibent Homerus in Ajace, & Agamemnone, Virgilius in Turno & Mezentio, Statius in Tydeo & Capaneo, Lucanus in Cæſare, Areoſtus in Rodomonte & Ferraguto, Taſſus in Argante & Solimano. Vide Tit. *Ferocia*, & *Sævitia*.

Furtum, i. Quoniam facilis militi, præſertim in caſtris, ubi ſolutiùs quàm in urbibus vivitur, furandi eſt opportunitas, idcircò non deſtiterunt prudentiſſimi Magiſtratus adverſus aliena rapientes ſeveriſſimas ferre leges, graveſque pœnas infligere. De iis hæc habet Cincius apud Gellium lib.16. cap.4. *Cum delectus antiquitùs fieret, & milites ſcriberentur, in jusjurandum eos Tribunus militaris adigebat, in verba hæc: In Magiſtratu C. Le-*

C. Lælii C. F. Conſulis, L. Cornelli, P. F. Conſulis, in exercitu decemque millia paſſuum prope, furtum non facies dolo malo, ſolus, neque cum pluribus, pluris nummi argentei in dies ſingulos, extraque baſtom, haſtile, ligna, napum, pabulum, utrem, follem, faculam, ſiquid ibi inveneris ſuſtuleriſve quod tuum non erit, uti tu ad C. Lælium, C. F. Conſulem, L. ve Cornelium. P. F. Conſulem, ſive quem ad utrum eorum jus erit, proferes, aut profitebere in triduo proximo, quidquid inveneris ſuſtuleriſve ſine dolo malo; aut domino ſuo, cujum id eſſe cenſebis eſſe, reddet, uti quod rectum factum eſſe voles. Polybius etiam de Romanorum Lege ad arcenda furta, ita ſcribit: *Poſt metationem caſtrorum, Tribuni convocantos omnem copiam, tam liberos, quàm ſervos, juramento adigunt viritim, quod tale eſt: Nihil e caſtriv furto tollerc, imo ſi quis invenerit quidpiam, id ad Tribunum relaturos.* Quo autem pœnæ genere conſuetum eſſet in fures animadverti, paulò infra ſic exponit idem Polybius: *Fuſte percuſſum, qui furto aliquid abſtuliſſet e caſtris.* Ulpianus autem de pœna diripientium arma aliena hæc habet ff. de re militari l. 49. *Qui aliena armo ſurripuit gradu militiæ pellendus eſt.* Tanta verò fuit ſeveritas quorumdam Cæſarum in furtis puniendis, ut pavonem ſurreptum capitali luerit pœna Prætorianus quidam, ut narrat Svetonius in Tiber. Eodem ſupplicio animadverſum eſt in decem milites, qui gallum gallinaceum ab alio direptum comederant, ut refert Spartianus de Peſcennio Nigro: *Peſcennium Nigrum ob unius gallinacei direptionem decem rommanipulones, qui raptum ab uno comederant, ſeruri percuti juſſiſſe.* Sed non ſemper is vigor, ne apud Romanos quidem, polluit. Cum ſæpe legamus, remiſsâ poſtea & ſolutiore diſciplinâ, cum virtus & honor jus ſuum negligenter ſervarent, pernicioſam Reipublicæ & caſtris licentiam fuiſſe indultam a Ducibus per avaritiam vel ſocordiam. Ex quo minime dubium eſt immenſa rei bellicæ incommoda progigni. Complures ſiquidem furtis perpetratis, impunitatis quærendæ ſtudio ad hoſtes transfugiunt. Alii verò impunes in caſtris habiti ſtatum omnem vitæ caſtrenſis corrumpunt atque pervertunt. Quamobrem planè mirandum eſt, quod apud Gellium lib. 11. cap. 18. de Lacedæmoniis legitur: ſobrios nimirum illos, & cæteroqui ſeveriſſimos viros, permiſiſſe furta militibus; quaſi ea exercitatio diſciplinæ bellicæ eſſet perutilis; utpote quæ ingenii ſolertiam acueret, confirmaretque animos adoleſcentium ad inſidiarum aſtus, ad vigilandi tolerantiam, & ab obrependi celeritatem. Minus ſolutè Ægyptii ea conditione furta tolerarunt in milite, ut, qui iis operam daret, apud Principem furum nomen ſuum profiteretur, atque ad illum ſurrepta deferret.

2. Sed leve eſt quod à legibus humanis, in quas omnes fere nationes conſenſerunt, robur accedit ad ejicienda e caſtris atque eliminanda furta & prædones. Graviſſimum iiſdem pondus atque momentum adſtruitur ex Divinis præceceptionibus. Inter has ſeligo commemoratam & indictam à D. Joanne Baptiſta Luc. 3. ubi ſic alloquitur milites ad ſe adventantes. *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Ubi opportunè cum Cujacio alii legum periti verbum *Concutere* interpretantur injectum aliis terrorem & vim illatam, pecuniæ aliarumque rerum extorquendarum gratia. Fallitur enim ſiquis exiſtimat bellicam diſciplinam artem eſſe atque ſocietatem latrocinandi. Quis enim ſit adeo novus & peregrinus in legiſlatorum legumque ſanctionibus, qui ignoret graviſſimis per omne tempus ſuppliciis animadverſum fuiſſe in eorum militum licentiam, qui furta exercentes in caſtris, aut prope militum tentoria ad decem fere millia paſſuum eſſent deprehenſi? Breviter hæc monere & indicare ſatis fuerit, cum abundè legantur, & affatim ſuppetant ea monumenta ac ſeveriſſimæ præſeriptiones in legibus & plebiſcitis omnium ferè nationum; ut nihil plane crebriùs occurrat, quàm injuſtè alios ſpoliantibus injunctam eſſe miſſionem ignominioſam à caſtris, dejectionem à militiæ gradu, manus præciſas, ſuſtuarium, ſubjecta reorum colla diſtrictis gladiis commilitonum, aut confoſſa ſagittis eorum pectora, aliaque nihilo mitiora ſupplicia ad Imperatoris arbitrium nutumque irrogata. Notum præterea eſt Imperatores de remiſſiore diſciplina caſtrenſi inſtauranda ſeriò cogitantes, nihil ſanxiſſe graviùs & impenſiùs, quàm ut eam latronum peſtem quam longiſſime à ſuis ſignis amolirentur. Exempla aggerare ſuperſedeo, quorum tibi affluens copia in his paginis, præcipue verò ubi actum eſt de militum inſtitutione, diſciplina, & ſuppliciis. Adiiciam hic duntaxat uſque adeo vigiles fuiſſe Romanorum exercituum moderatores in prohibendis ſuorum manibus à qualibet vel leviſſima latrocinii ſuſpicione, ut in eorum faſtis legatur intactis fructibus relicta in copiarum diſceſſu arbor pomifera, quam propinquam caſtris habuerant in horum metatione. Progreſſus verò eorum militaris ita erat compoſitus, ut cujuſcumque in obvios injuriæ & contumeliæ expers eſſet. De Alexandro Severo ad belligerandum adversùs Parthos proficiſcente ita ſcripſit Lampridius: *Quacumque iter legiones faciebant, Tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant; ipſum verò ob hæc tot & tanta bona provinciales ut Deum ſuſpiciebant.* De Syllæ verò exercitu ita Paterculus lib. ult. *Putares Sullam veniſſe in Italiam non belli vindicem, ſed pacis authorem; tanta cum quiete exercitum per Calabriam, Apuliamque cum ſingulari cura frugum, agrorum, hominum, Urbium perduxit in Campaniam.*

Fuscina, æ. Telum eſt tridens vel bidens, quo utuntur Piſcatores ad configendos piſces in aquarum fundo; ex quo fundo dici Fuſcinam cenſet Perottus. Alii à fundendo, quaſi fuſum, vel effuſum ſit telum. Priſcianus negat dici poſſe à voce *Fuſcus*: hoc tamen etymon eligit Voſſius: hunc ſequor. Sed cur fuſcina à *Fuſcus*? vel ab aquæ colore, quæ ab ipſo telo turbatur, vel à colore ejuſdem teli. Eadem Fuſcina primarium eſt Inſigne, ſceptrum, & telum Neptuni. Eodem jaculo armabatur Retiarius adversùs Mirmillonem pugnaturus. Juven. Satyr. 2.

Vicerat hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.

Fuscus. Nomen equi victoris in Circenſibus, Vetus Inſcript.

Fusta, æ. Dicitur lignum, vel lignea materia à Latinobarbaris; à voce probè Latina Fuſtis, qui eſt ligneus baculus. Charta Raymundi Comitis Toloſæ: *Nullus homo, vel fœmina emat fuſtam in illo die, in quo fuerit delata, vel revendat:*

in qua fuſta intelligimus areas, vel vaſa ſive vinaria, vel alia, & circulos, & latas, & ſcamna, & lectos, & omnem aliam fuſtam, quæ neceſſaria fuerit ad ædificia & baſtimenta quæ deferuntur cum manibus &c. Et quoniam navigia fuſtâ, ſive ligneâ conſtant materiâ, idcircò noo ſolùm apud eoſdem Scriptores Latinobarbaros, verùm etiam apud Italos nominantur *Fuſte*, & accipiuntur fere pro oavigiis bellicis expeditis, potiſſimum verò piraticis. Greg. XII. epiſt. *Ad partes devenimus Sclavoniæ mutatis tamen Fuſtis.* Ad eandem formam quia navigia e ligno conſtant, ipſa etiam ab Italis Scriptoribus dicuntur *Legni*; neque verò ſolùm à Poetis. Petrarcha,

Quaſi ſenza governo e ſenza antenna
Legno in mar;

verùm etiam Proſaicis, Boccaccius Novell. 14. *Comperò un grandiſſimo Legno, e quello tutto di ſuoi danari caricò di varie mercatanzie.*

Fustibalus, i. Inſtrumentum eſt in genere miſſilium, quod ſic deſcribitur à Veget. lib. 3. cap 14. *Fuſtis longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, & utraque manu impulſus, prope ad inſtar Onagri dirigit ſaxa.* Cum autem ibidem Vegetius dicat Fundibulatores eſſe, qui fuſtibalis lapides jaciunt facilè credam, corruptum eſſe locum, & pro *Fundibalis*, intruſum *Fuſtibalis*. Iſidorus cæteroqui Fundibali meminit, dictumque docet quòd ſaxa fundat & emittat. Vitiatus Vegetii locus in errorem, niſi fallor, induxit authorem Vegetii Italici, qui ab Academicis Florentinis in hæc verba adducitur voce *Mazzafruſta*. *Mazzafruſto è l'haſta lunga braccia quattro, e legatovi una fionda di cuojo gitta la pietra a due mani, à modo di manganella. E di ſopra: Le ritonde pietre con la fonda, ò con mazzafruſto gettate, più che le ſaette ſon gravi*, Ex quibus verbis apparet, Italici ſeu Etruſci Vegetii authorem ſecutum fuiſſe latini Vegetii textum depravatum, *Fuſtibalum*, atque id armorum genus expoſuiſſe *Mazzafruſto*. Quod enim dicit de funda obligata longiori haſtæ, & lapides emittente, Fundibalo congruit, non Fuſtibalo. Quemadmodum verò præfati Academici non adverterunt lapſum authoris Etruſci Vegetii, ſic optimè ipſi ad eandem vocem *Mazzafruſta* adjecerunt locum ex Pulcio io Morgante,

Huomini neri di ſtatura giuſti,
Che portan per iſpade mazzafruſti,

Ubi *Mazzafruſti* non ſuot Fundibali, ſed Fuſtibali. Neque enim bellatores illi armis lithobolis, idest ſaxa proiicientibus utebantur, ſed clavâ, vel fuſte capitato, cum multiplici dependente corio, ad cujus ſummitatem plumbeæ obligantur pilæ, quo armorum geoere inſtructum Senem Montanum, mirum in modum incommodaſſe militibus crueſignatis in bello Palæſtino meminì me obſervare in Titulo *Aſſaſini*. Ejuſdem clavæ Italis *Mazzafruſto* mentionem reperio apud Bojardum. Orland. Innam, Cant, 5.

Queſto gigante, che guardava 'l ponte,
Fu nominato Zambardo il robuſto.
Più di due piedi havea larga la fronte,
Et a proportion poi tutta il buſto;
Armato proprio raſſembrava un monte,
E tenea in man di ferro un groſſo fuſto,
Dal fuſto uſcivan poi cinque catene;
Ciaſcuna una pallotta in cima tiene.
Ogni pellotta venti libre peſa.

Fuſtibalis perſimiles fuiſſe cenſeo, quas inferioris ævi Scriptores, qui SS. Martyrum ſupplicia ſunt proſecuti, Plumbatas appellant. Vide *Plumbata*. Cæterùm etymoo vocis *Mazzafruſta* ſtudioſiùs quæſitum vide in Tit. *Clava*. Redeo ad impeditiſſimum & facile mendoſum Vegetii locum de Fuſtibalo & Fundibalo, Fuſtibulatoribus & Fundibulatoribus. Steuvechius vitiatum quidem locum addubitat; ſed rem implexam nihil enucleat. Tria hìc breviter expendo, accerſita luce aliqua ab ipſis vocibus, quando noo ſunt funalia majora, quæ hanc caliginem diſcutiant. Funditores, Fundibulatores, & Fuſtibulatores lego. Funditores dici a funda ſimplici juxta mecum cenſere omnes arbitror. Fundibulatores plane dicti a fundibalo; quem expono fundam alligatam baculo, quæ item ſaxa projiciat. Fuſtibulatores dicti a Fuſtibalo, quem conjicio fuſtem non ſaxa quidem, ſed aliud quidpiam jacientem, & fortaſſe pilas plumbeas funiculis præfixas, quas expoſui: licet enim pilæ illæ retraherentur; adhuc eaſdem jaculari & contorqueri in hoſtem non eſt dubium. Certè ab his inſtrumenis emitti aliquid oportuit, cum æquè Fundibalus, atque Fuſtibalus dicatur a βάλλω, quod eſt *jacio*. Addo Fundibulariorum mentiooem fieri in ſacris Literis. Reg. l. 4. 3. *Et circumdata eſt civitas a Fundibulariis, & magna ex parte percuſſa.* Ubi vides projectionem lapidum pertinere ad Fundibalos. Item Judith, 6. *Exierunt contra eos Fundibularii*. Denique Machab. l. 1. 9. *Fundibularii & ſagittarii præibant exercitum*. Hìc verò Fundibularii videntur ſumi pro Funditoribus.

Fustiaulatores, Sic explicantur a Modeſt. de Vocabulis militaribus: *Fuſtibulatores, qui fuſtibalis lapides jaciunt*. Sed corrigendus hic locus eſt, & ſic emaculandus, *Fundibulatores, qui fundibalis lapides jaciunt*, juxta animadverſionem a nobis factam in Titulo *Fuſtibalus*.

Fustis, is. Teres lignum, aptumque ad feriendum. Iſidoro ſic dicitur, quoniam fixus ſtat in foſſis. Non adjicio meum calculum. Voſſius a fundendo; quoniam ejus percuſſu corpora humi funduntur. Virgil. Æneid. 1,

Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor
Corpora fundat humi.

Bellicum eſt inſtrumentum, non ſolum cum ferreos clavos recipit; de quo vide Tit. *Clava*: aut cum præligatur funiculis, plumbeas pilas agentibus, de quo vide Tit. *Fuſtibalus*; verùm etiam cum ſimplex eſt & recens de ſaltu cæſus. Virgil. 7.

non jam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur, ſudibuſve præuſtis.
Sed ferro ancipiti decernunt,

Plin. lib. 6. c. 56. *Prælium Afri contra Ægyptios primi fecere fuſtibus, quos vocant falangas.* Alamann. Gyr. Cort. c. 1,

Han per arme un baſton nodoſo e grave,
Fatto alle fiamme più che ferro duro:
Men che al foco la cera, ò al Luglio neve
Contra ai colpi di quei và l'huom ſicuro.

Obſerva igni duratos fuſtes, ut duriores ipſi acerbiùs ferirent: ad eundem modum Pulcius Morgan. c, 5,

E in man portava un gran baſton di ſorbo,
Tutto arſicciato, e nero come un corbo.

2. Non ſum neſcius ſolo fuſte armatos bellatores, ac præſertim Gigantes, multa, & præclara fortitudinis documenta ediſiſſe apud Poetas: ve-

Google

verùm nihil magis obſtupeſcendum, quàm quod Tciſſinus Ital. Liber. c. 20. comminiſcituc de Achille, qui nudato prorſus corpore, & ſolo ſuſte armatus congreditur adversùs Argaltum, ferociſſimum bellatorem eataphractum, haſta inſupec, enſe, & pugione ſuccinctum:

Argalto prima uſcì del padiglione,
Cinto di ferro da la teſta ai piedi,
Col ſcudo in braccio, e con la picca in mano,
E con la ſpada, e col pugnale al fianco.
L'Audace Achille poi ſen'uſcì nudo
Dall'altra parte, e ſolamente havea
Un nodoſo baſton nella man deſtra.

Equidem non impari audacia id Pocta finxit, quàm aggreſſus pcimùm ſuerit bellatoc ipſe, & ad felicem poſtea exitum pecduxerit. Neque enim exeantatio magiea, aut pactum cum malo Genio interceſſit, quo Aehillis corpus inſuperabili duritia confirmaretur. Inventi tamen oſtentoſi novitatem elevat quadantenus Beliſacii Ducis judieium, qui Achilli amore eonjunctiſſimum Corſamontem his verbis ſolatur:

Barone illuſtre, e di ſuprema forza,
Poiche detto non v'hà l'audace Achille
Di volerſi condur ſenz'arme, e nudo
Contra un de' primi de la gente Gota,
Ch'è dalle piante in sù coperto d'arme,
Certo ſi dee ſentir d'haver con ſeca
Qualche gratia del Ciel, che lo governi.

Huc etiam faciunt nonnihil Romanorum pceces illæ:

L'altri Romani, che vedeano il molte
Ardir d'Achille, e le ſue belle membra,
Che parean latte, e roſe entro un bel vaſo,
Pregavan Dio per lui con tai parole.
O Rè del Ciel, muovi il tuo ſanto ajuto;
Non laſciar ir queſto Barone a morte;
Che troppo a tutti noi moleſta il cuore
Vederlo ignudo andar con tanto ardire
Contro quel can, di rabbia armato, e d'arme,
Salvalo, almo Rettor dell'Univerſo,
Che puoi far ciò che vuoi con la tua forza.

Et qnoniam rei novitas invitat, ad pugnæ exitum feſtino:

Come udì queſto il furibondo Argalto
Li tirò un colpo dell'horribil haſta,
Che lo credeo paſſar da un canto all'altro.
Ma l'honorato Achille havendo pronti
L'occhio, e la mano, e pien d'ardire il petto,
Diè con la mazza ſua ne la gran picca,
F la mandò da parte, e poi caccioſſi
Con tal preſtezza addoſſo al fiero Argalto,
Ch'ei convenne laſciar la lancia e 'l ſcudo.
Ma eome Achille l'abbracciò a traverſo,
E eon la gamba avviticchiò le gambe
D'Argalto, il fece traboccare in terra;
Et ei ſopra gli fu, come un leone,
Che ha trovato un gran cervo entro una ſelva,
E l'ha con l'unghie ſue mandato al piano;
Poi gli ſtà ſopra, e con l'acuti denti
Gli prende il collo, e toſto il manda a morte;
Ch'ajutar non ſi può colle ſue corna
Ramoſe e lunghe, e ſenza alcuna forza:
Tal'era Achille; onde il feroce Argalto
Non ſi potea valer punto dell'arme:
Il che vedendo gl'ottimi Romani
Mandaron fuori un ſmiſurato grido;
E i Goti ſpinſer gemiti, e ſoſpiri.
Mà non sì toſto Argalto in terra cadde,
Ch'l fiero Achille a lui tolſe 'l pugnale,
Et alzò il braccio, e gridò, Corſamonte,
Moſtrandogli il pugnal, eh'havea in mano:
Poi tutto lo cacciò dentro alla gola
D'Argalto, e lo ſcannò come un agnello.

Diluit tamen hujus acerbitatem inventi exemplum Dioxippi, Græci pugilis, qui nudo corpore, & ſolo fuſte obarmatus, ſuperavit bellatorem Macedonem omni acmatura munitum, ut legitur apud Curtium lib. 9. c. 14. ex quo procul dubio hauſit Tciſſinus Achillem ſuum.

Fustis, is. Pro multiplici pœna ſumitur apud Veteres. Primum pco caſtigatione, quæ fiebat verberibus. Iterum pro non uno verberum genere: vite, qua liberi, & ingenui Romani ſolum a Centurionibus percutiebantur; virgis, quibus extranei. Apectè hoc diſcrimen tradit Livius in Epitome: *Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus; ſi extraneus fuſtibus cecidit.* Sed hæc levioc erat pœna. Longè acerbior, imò capitalis & probroſiſſima alia hoc etiam Fuſtis nomine, licet frequentiùs appellatione Fuſtuarii deſignatur. De hac Polybius, & Livius ſæpe meminerunt. Ejuſmodi verò erat præfatæ pœnæ modus. Tcibunus accepto Fuſte, leviter tangebat damnatum, manuque dejiciebat: illum poſtea reliqui milites gcaviſſimè cædebant in caſtris, ut pauci moctem effugecent; quam, ſi quis evitaſſet, omni mortis genere turpioc & ignominioſa illis vita ecat, ut pote ab omnibus ejectis, pcobcique publici loco habitis. Sed libet de hac pœna Polybii verba ſubjicere: *Ea pœna eſt talis. Fuſtem capiens Tribunus condemnatum leviter tangit, & delibat. Quo facto, omnes, qui in caſtris ſunt, ferientes, alius fuſtibus, alius lapidibus, pleroſque in ipſis caſtris occidunt. Quod ſi quis evaſerit, nec ſic ſalvus erit. Quomodo enim? cui nec in patriam reditus, nec quiſquam e neceſſariis tecto eum receperit. Itaque planiſſimè pereunt, quos ea calamitas attigit.* Obſecva nullum adhibitum eſſe earnificem in hac pœna irroganda, ſed a Tribuno militibus reum traditum, ut ſociocum manibus mortem oppeteret; quod omninò triſtius, licet honeſtius erat ſupplicii genus. Fuſtuacii eauſas ex veterum teſtimoniis intellige. Cic. Philipp. 3. *Fuſtuarium meruerunt Legiones, quæ Conſulem reliquerunt.* Liv. lib. 5. *Fuſtuarium meretur qui ſigna reliquit aut præſidio decedit.* Hirt. de Bell. Hiſpan. *Miles, qui fratrem ſuum in caſtris jugulaſſet, interceptus eſt a noſtris, & fuſte percuſſus.* Vellei. lib. 2. *Calvinus Domitius, cum ex conſulatu obtineret Hiſpaniam, graviſſimi comparandique Antiquis exempli author fuit; quippe primipili Centurionem, nomine Vibilium, ob turpem ex acie fugam Fuſte percuſſit.*

Fustuarium, ii. Cic. Philipp. 3. *Fuſtuarium merentur legiones, quæ conſules reliquerunt.* Vide *Fuſtis* pro Supplicio.

G

GAAALUS, i. Sive Gabulus. Vide *Crux*.

GABINUS CINCTUS. Vide *Cinctus Gabinus*.

GALE'A, æ. Mediâ productâ. Genus navigii longioris & roſtrati, cujus formæ Liburnas & Liburnicas Latini dixerunt. Apud Matthæum Pariſium hoc Poetæ cujuſdam diſticon legitur:

In terris galeas, in aquis formido Galèas;
Inter eas & eas conſula tutus eas.

Ebrardus in Græciſmo:

Armo caput galea, pelagus percurro Galèa.

Multas hujus vocis notiones Covarruvias, Voſſius, Scaliger, Robertus Titius, aliique congerunt Etymologici. Ovidii verſus illi lib. 1. Triſt. Eleg. 11.

Eſt mihi, ſitque, precor, flavæ tutela Minervæ
Navis, & a picta caſſide nomen habet,

Is, inquam, Ovidianus locus, itemque mos frequentiſſimus appellandi navigia ab inſculptis Inſignibus in eorum prora vel puppi effecerunt, ut Galèa navis a galea vel caſſide frontis tectorio, multorum ſuffragio diceretur. Mihi tamen derivatio omnium aptiſſima viſa eſt, quam à piſce *Galeote*, alio nomine Xiphia, Italis *peſce Spada*, accerſit Philippus Pigafetta in ſuis notis Italicis ad Tactica Leonis Imperatoris, cujus verba non morabor adſcribere: *Il nome, e la figura della galea, ſomiglia al peſce Spada; detto in Greco Galeotis, da cui prima ſi nominarono le galeotte, ritenendo più dell'antico nome, e poi le galèe. Il peſce Spada, del quale ho preſo conoſcenza a Conſtantinopoli, hà nel muſo una ſpada, più d'un braccio lunga: che ſi confà col becco della galeotta, vaſello. Onde Eliano, che fu perſona militare, ponendo forſe mente a ciò, avvertiſce nel 14. libro degl'Animali, che quella ſpada, così nel naſo poſtagli, ſomiglia al becco della trireme: uſando maſſimamente la trireme di ferire con lo ſprone il nemico a guiſa del peſce Spada. Le pinne, che il peſce Galeotis tiene al ventre, di quà e di là, diſſegnano li remi della galeotta vaſello: e la coda parimente di quel peſce, rappreſenta il timone, e la poppa uſando gl'antichi Greci di chiamar la poppa de navili Coda. Ecco dunque che le parti, e il nome del peſce Galeotis riſpondono al vaſello galeota. Alcuni ſtimano che galèa ſi denomini da un altro peſce detto Galeo; notiſſimo nell'Iſtoria de' peſci. In che poſſi notare, che in buon volgare, ſi dice galèa, e non galera; come per tutto ha il Boccaccio: e la ragione lo addita.* Et paulo poſt: *Non ſi debba credere che la galèa pigli il ſuo nome da gaulo, vaſello antico: peroche egli era da carico; non da remi: come ſi puole comprendere da Erodoto, nel libro Talia, e da Plutarcho nel Trattato della Tranquillità. Nel libro chiamato il grande Etimologico, nel vocabulo κινατίζων, è dichiarato che coſa ſia la galèa, col paragone del vaſello detto celoce: ove diceſi la galèa eſſere una maniera di vaſello da corſale, che è la galèa. E Gregorio Cedreno nella Vita di Baſilio, moſtra che le galèe erano chiamate anco Cumbari. Nè meno an ragione coloro, che affermano la galèa eſſere appellata da una maniera d'elmetto, che ſi portava per inſegna de vaſelli ſopra gl'alberi, detto in latino galea. Ben ſi puote affermare, negl' antichi libri Greci, e Latini, queſto vocabulo galèa non trovarſi: & eſſere egli moderno: cioè, uſato ſe non dopo che l'Imperio Romono fu tranſlato in Conſtantinopoli.* Ego verò ſi recedendum eſt a memorata ſententia Pigafettæ, quam cæteroqui arbitror omnibus eſſe anteferendam, Galèam navim non a galea, militari frontis integumento ſed potius a galea, vaſe vinario, fuiſſe nuncupatam crediderim. Certè Nonius & Varro galeam & galeotam inter vinaria recenſent vaſa. Notiſſimum verò eſt a vaſis multas habuiſſe appellationes genera navium: nam & a ſcypho dicitur *Schifo*: à Cymbio *Cymba*, & alia multa hujus generis, ut probè notare non prætermiſerunt Scriptores omnes de navigiis, & re navali. Habemus hinc vocem Italicam *Galèa*; ſic enim ſcribendum eſt, & non *Galera*, ut vulgò dicitur: hinc *Galeotta*. Addo hâc eadem voce *Galera* ſignificari apud Italos arcas prægrandes, quæ curribus impoſitæ deferunt impedimenta militaria. Ex his ornatiores ſunt, quæ Ducum ſarcinas ferunt. Hujus appellationis arcas ingenti numero a ſe viſas in bello Inſubrico ſuperiorum annorum ſignificarunt mihi teſtes oculati & fide digniſſimi.

GALSA, æ. Iſidoro galea e corio, vel pellibus eſt; caſſis e ferro. Ideo a ſele ex Græco dicitur, ut Voſſius, & alii monent, potiùs quàm a galero, ut placuit Varroni. Galeæ ex felina pelle meminit Homerus. Capitis tegumentum, & Antiquis quidem undique clauſum, exceptis oculis. Licet olim pellicea eſſet, vel coriacea, nunc apud omnes ferè gentes eſt ferrea, & plane idem ac caſſis. Cæterum nullo modo dubitare poſſum, morem non criſtas ſolum, ſed integrarum avium vel ferarum imagines in galeis æneis extollendi, a verorum animalium ſpoliis ortum eſſe, quibus Veteres capita tegebant. Cimbri, & Teutones horrentium animalium hiantibus rictibus pro galeis utebantur, ut refert Plutarchus in Mario. Equinis ſe Græcos jubis texiſſe Homerus tradit, Myſas, & Thraces bovinis capitum exuviis cum

ipſis

Digitized by Google

ipſis cornibus capita incluſiſſe, Herodotus memorat. Hammonii arietum capita frontibus inferebant: ex quo factum, ut ea ſpecie Jovis ſimulacrum apud ipſos coleretur. Vide apud Vaillant Hiſt. Ptol. nummos cum effigie Cleopatræ pellem elephantinam cum proboſcide, & Ptolemæi Alexandri pellem Leoninam geſtantis pro galea. Ferocia illa galearum tegumenta paulatim, uſu ferri crebreſcente, exolevere. Viſum tamen eſt ad militarem oſtentationem pertinere, depictas ſeu ſculptas retinere illas ferarum imagines in ferreis galeis. Spumiferi etiam Serpentis effigiem ſic elatam in caſſide deſcribit Taſſus Cant. 9.

Porta il Soldan sù l'Elmo horrido, e grande
Serpe, che ſi dilunga, e'l collo ſnoda:
Sù le Zampe s'inalza, e l'ali ſpande,
E piega in arco la forcuta coda:
Par che tre lingue vibri, e che fuor mande
Livida ſpuma, e che'l ſuo fiſchio s'oda
Et hor, ch'arde la pugna, anch'ei s'infiamma
Nel moto, e fumo verſa inſieme, e fiamma.

Idem Poeta de Tigride, quod erat inſigne ſublatum in Galea Clorindæ ſic cecinit Cant. 2.

Mentre ſono in tal riſchio; ecco un Guerriero
Che tal parea, d'alta ſembianza, e degna:
E moſtra d'arme, e d'habito ſtraniero,
Che di lontan peregrinando vegna.
La tigre, che sù l'elmo hà per cimiero;
Tutti gl'occhi a ſe trahe, famoſa inſegna:
Inſegna uſata da Clorinda in guerra,
Onde la credon lei, nè il creder erra.

2. Notandum eſt ex anaglyphis Columnę Trajani per ea tempora ſic religatas ſub mento fuiſſe galeas, ut patentes nudoſque relinquerent vultus. Nam antiquiores totum caput ære vel ferro galeæ obducebant, ut latè oſtendit Bathius in Animadverſ. ad Claud. in Ruffin. lib. 2. adductis multorum locis Poetarum, ac præſertim Silii lib. 14.

tenuata jacendo,
Et maciem galeis abſcondunt, ora, maluſque,
Ne ſit ſpes hoſti, velotur caſſide pallor.

Idem nos expreſſiùs admonet Plutarchus in vita Ariſtidis, ubi loquitur de Maſiſtio Duce Perſici equitatus: *Vix ab inſtantibus & ferientibus Athenienſibus confici potuit, non pectus modo & caput, ſed artus etiam auro, ære, ferroque munitus: tandem quà oculum galea conſpiciendum dabat, inferiori haſtæ cuſpide ictum, quidam interfecit.* Galeatorum certe ora nihil aut miuimum ſpiramenti habuiſſe indicant Statii verba:

galeiſque incluſa reliquit
Murmura.

Quod ita reddidit Chiabrera Poeta nobiliſſimus:

E dentro agl'elmi le querele laſſa.

Jovius in vita Sforziæ author eſt, Albericum Balbianum revocaſſe apud Italos galearum uſum; ſeu potius novum galeæ genus concluſæ & duplicis inſtituiſſe: *Hic eſt ille Albericus, qui equitem Cataphractum, ea ſpecie, quam videmus, formavit & inſtituit: adinvento hoc concluſæ duplicisque galeæ genere, quo nunc maxime utimur, & Gothico nomine Elmettum vocitamus.* Cum ex ferro, vel ex quolibet metallorum Galeæ fabricantur, illud eſt curatè ſtudioſèque providendum, ut aptè levigentur & expoliantur, ad eludendos avertendoſque hoſtium ictus. Cautè id fecit Camillus adversùs immanes Gallorum gladios, ut narrat Plutarchus in ejus vita: *Fabricatus eſt galeas pleriſque totas ferreas & leves in ambitu, ut gladii aut laberentur in iis, aut frangerentur.* Præcipuæ partes galeæ ſunt buccula, lora, ſive fibula, qua buccula ad guttur nectitur, conus, & criſtæ, de quibus ſuis in locis accurate dicitur. Inventores Galearum Lacedæmonios fuiſſe ſcribit Plinius. Vide *Munditia Armorum*

3. Eſt etiam galea multarum inſigne Familiarum, & paſſim uſurpata teſſera in ſymbolis Gentilitiis, quæ dicimus *Arme*. Viſuntur autem hujuſmodi Galeæ exornatæ atque diſtinctæ ſuperpoſitis leonibus, lupis, draconibus, aquilis, aliarumque capitibus, vel dimidiato corpore, & quandoque etiam integro beſtiarum. Apponuntur autem ſupra ipſum ſcutum, quo alii loco coronas, vel faſcias ſolent apponere: apud Italos *Morioni*, *Cimieri*. Indicare ſolent facinus aliquod militare, vel victoriam à depictis illis animalibus oſtentatam, vel eorundem animalium bene auguratum occurſum; quæ deinde in familiarum notas tranſeunt, ut nos fuſiùs explicabimus in dictione *Inſignia*. Hujuſmodi Gentilitias galeas antiquiſſimi moris fuiſſe tradit Steuvechius in Veget. lib. 1. cap. 20. Obſervat autem ibi ſcriptor præfatus ex Diodoro Sicul. lib. 2. Ægypti Reges capite geſtare conſueviſſe pro Inſigni principatûs, Lennis, Tauri, aut Draconis caput. Prædictum verò ritum ab Ægyptiis Græcos, ab his, ut multa alia, Romanos fuiſſe mutuatos, atque inde eam ad nos conſuetudinem permanaſſe.

4. Non eſt omittendus alius galearum uſus, quas pro poculis ad hauriendam & potandam aquam habere milites ſolent. Hinc militare & caſtrenſe proverbium: *Poculum militis Galea*. Curtius lib. 5. *Siti maceratus aceeſſit, ac dum galeâ hauſtam aquam ſorbet, tela conſpexit.* De Alexandro Macedone ſpecioſum illud in hoc argumentum tradit S. Jul. Front. lib. 1. Stratagemat. cap. 7. *Non alienus, ut arbitror, hic locus eſt referendi factum Alexandri illud nobile, qui per deſerta Africæ itinera, graviſſima ſiti cum exercitu offectus, oblatam ſibi à miliſe in galea aquam, ſpectantibus univerſis effudit.* Idem de Catone narratur, qui cum acerrima ſiti cum univerſo exercitu in Africa afficeretur, oblatam ſibi à milite aquam in galea, copiis circumſpectantibus, in terram effudit: quod factum Lucanus brevi elogio ſic commendavit lib. 9.

Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus unda:

Tanquam ardentiſſima ſiti vexatus exercitus, exemplo & magnanimitate Ducis in ea toleranda continuo ſublevaretur. Stat. etiam Theb. 3.

Hoſtilem Iſmenon galeis, Dircenque bibemus.

Propert. lib. 3. Eleg. 2.

Potabis galeâ feſſus Araxis aquam.

Poſtremò Claudian. lib. de Bell. Getic.

galeiſque Padum victricibus hauſi.

Eodem poculi genere uſus eſt Tancredus apud Taſſum, ut aquis luſtralibus Clorindæ regenerationem ritu catholico procuraret. Geruſ. Cant. 12.

Poco quindi lontan nel ſen del monte
Scaturia mormorando un picciol rio:
Egli v'accorſe; e l'elma empiè nel fonte,
E tornò meſto al grand'ufficio e pio.

5. *Orci Galea*. Adagium, quod latè exponit Zenodotus. Meminerunt ex antiquis Homerus & Ariſtophanes. Plutonis galeam ſic temperatam fuiſſe tradunt, ut qui eam geſtaret alios cerneret,

ipſe

ipſe nemini conſpicuus. Hujus galeæ & Minervæ clypei auxilio Perſeus Meduſam ſuperavit. Uſus adagii eſt de iis, qui non aperta vi, ſed inſidiis agunt. Affine huic eſt *Gygis annulus*. Hujus gemma ad geſtantem converſa, eundem omnium oculis occultabat; converſa ad alios, ut cerni poſſet, efficiebat. Fatalis ejus gemmæ auxilio Gyges ex Paſtore Rex factus. Rem ſsè narrat Plato l.2. de Republ. Refertur etiam adagium ab Herodoto, & Cicerone de Offic. l.3. De ritu ſortiendi, eductis e galea calculia Vide Tit. *Sortitio militaris*. Galea Italis eſt *Celata*, *Cimiero*, *Bacinetto*, *Barbuta*, *Elmo*, *Elmetto*, *Morione*, *Cervelliera*, *Viſiera*. Quę voces promiſcuè ferè uſurpatæ nonnihil tamen habent diſcriminis, quod à nobis alibi commodius notatur. Vide Titulos *Criſta*, *&* *Inſignia*.

Galearii. Servi militares. Memorantur bis terve apud Veget., ſed præcipue lib. 1. cap. 10. *Non ſolum autem pedites, ſed & equites, ipſoſque equos, vel lixas, quos Galearios vocant, ad natandam exercere percommodum*. Dictos putem, vel quod ipſi galeati eſſent, vel quod Dominorum galeas ferrent. Verum Vegetii locum corruptum eſſe indicat Steuvechius, & multis probat Salmaſius ad Spartianum in Adriano. Præclarum etiam de Galeariis locum adducit idem Salmaſius ex Euſebio: *Captivos in ſervitutem redegerunt, & militibus ſervos eos aſſignarunt, Galearios* (apud Salmaſium Galiarios) *vocantes*. Quod autem propriè fuerit ſervorum caſtrenſium genus, eſt divinandum.

Galeatia, æ. Navis eſt inter bellicas præcipui nominis: remis, veliſque agitur: duplici conſtat ordine, in quorum altero, qui tectus eſt, conſiſtunt remiges, in ſuperiori altero milites, & claſsiarii. Tribus eadem turribus, ſive caſtellis communitur: quod aſſurgit è puppi latè conſpicuum cæteris editius eſt, & validius machinis inſtructum. Sunt autem Galeatiæ militiæ navalis Venetæ peculiares, quibus conſimiles cum alii Principes in ſuis navalibus confici curaſſent, minus idoneæ compertæ ſunt. Eas ità deſcribit Anton. M. Gratiani de Bello Cyprio l.1. *His addunt tectas, & conſtratas duodecim, Galeatias ab magnitudine vocant, quæ remis impulſæ, veliſque, firmitudine, ac robore, & numero, & vi tormentorum, inſtar magnarum arcium mare perrumpunt, invictæ adverſus omnem vim tempeſtatis*. De iiſdem ità ſcribit Petrus Juſtiniani Hiſt. Venet. l.16. *Ac primo ſtatim congreſſu Cataphractę Venetorum Triremes in hoſtes rem præclarè geſſere; earumque validiſſima impreſſione Chriſtianis armis victoriæ ſine dubio aditus patuit. Nam conglobatas hoſtium denſa acie roſtratas naves a fronte in noſtras magno impetu irruentes, crebris fulminantium vaſtæ magnitudinis tormentorum ictibus adeò diſſiparunt, ut turbatis ordinibus, penè in fugam eâ in parte Barbari verterentur*. Adde poſtremò locum Andreæ Mauroceni Hiſtor. Venet. lib.11. *In ea contentione ac niſu, impari remigum conatu, ſemel perturbata Turcarum agmina, ob hærentes a tergo Galeatias redigi in ordinem nequivere*. Maluerunt Viri docti dicere Galeatias, Galeones, Caravellas, item Arcubuſios, Muſquettas, Falconettos, Colubrinas, & ſimilia ex linguæ vernaculæ idiotiſmis, quam longo verborum circuitu deſcribere eas naves, arma, vel machinas militiæ noſtratis. Sano id, optimoque factum conſilio. Nec verò ſolum quoniam non modo res ipſas, ſed rerum nomina a nobis adhibita pernoſcere intereſt poſteritatis; verum etiam jure quodam ſuo; quod agnovit, expoſuitque luculenter Horatius in Arte Poetica; propterea quod res novitii inventi novis ſignare vocabulis licet. Nego autem de vigente ſolum, & quæ in uſu eſt, lingua id intelligi oportere. Quis enim Viris doctrina præſtantibus vitio verterit quaſdam dictiones, a Græco vel Latino fonte, ut Flaccus loquitur, molliter cadentes, aptè cudere? At emortuam, deſitamque Linguam Latinorum, nec niſi è Veterum monumentis, tanquam è ruderibus, eruendam habemus. Vera quidem iſthæc in univerſum: reputandum tamen contrà eſt, tot Scriptorum, Operumque veterum memoriis deperditis, multis partibus deficientem, & mutilatum ad nos perveniſſe ſermonem Latium. Ad hæc multa, quæ proculdubio uſus probavit, non ſunt literis conſignata. Idcirco æquiorem me ſemper præbui noſtris Scriptoribus, ſicubi vocabulis novis, ad Veterum palatum, cognationem, typumque depromptis, quaſi novellis germinibus, aut appoſitè diducta propagine, Latini idiomatis fundum excolunt, & exornant. Fateor tamen parcè id, & prudenter audendum; ſed neque in tyrone toleraverim, quod in magnæ doctrinæ viro laude, nedum veniâ dignum duxerim. His verò adhibitis cautionibus nihil video eſſe pertimeſcendos Grammaticorum morſus, qui viros magnos eâ facultate uſos, illiteratos & barbaros ſupremo judicio pronunciant; nihil penſitantes immenſum quoddam eſſe diſcrimen inter puros putoſque literatores & illuſtres hiſtoricos, oratores, poëtas, philologos, qui non anguſtum poſſident regnum ſuper aridiſſima vocum trutina & anatome, ſed quam latiſſimè exſpatiantur; jactoque quaſi fundamento caſtigatæ locutionis adſtruunt magnarum rerum inventa, ſententiarum lumina, figurarum ornatum, ſplendidam denique, numeroſam, & omnibus Rhetoricæ myrotheciis excultam orationem.

Galeo, onis. Non major eſt oblonga navis, cujuſmodi hodie ad Americanum Orbem pergentes dicimus *Galeoni*, ſed minor galèa, vel longiore navi, quæ vulgo triremis dicitur. Pro certo id ſtatuunt teſtimonia Scriptorum mediæ & infimæ Latinitatis: & diſertè Hiſt. Hieroſolym. *Minor cymba, quam vulgò Galeonem vocant*. Et prolixiùs infra: *Quod autem Antiqui dixere Liburnam, moderni Galèam, mediâ productâ, nominant. Quæ longa, gracilis, & parum eminens, lignum a prora præfixum habet, & vulgo calcar dicitur, quo rates hoſtium transfiguntur percuſſæ. Galeones verò uno remorum ordine contenti, breviùs mobiles, & faciliùs flectuntur, & leviùs diſcurrunt, & ignibus jaculandis aptiores exiſtunt*. Apud Jovium Galeones ſunt naves bellicę magnitudine & apparatu militari præſtantes: ſic autem ſcribit Hiſt. l. 34. *In his videre eſt excelſum Galeonem, incomparabili tormentorum apparatu permunitum*. Sequutus eſt Jovius proprietatem linguæ Italicæ, in qua deſinentia in *one* vim habent augendi. Eadem vim habent contrariam in lingua Gallica: *Ecu*, *Ecuſſon*, *Aigle*, *Aiglon*.

Galeotæ, arum. Remiges galearum. Joannes Brompton. *Centum galèas armatas cum toto apparatu, & cum victu Galeotarum ad duos annos*.

Digitized by Google

Galsra, æ. Ejuſdem notionis eſt ac Galèa, mediâ productâ. Charta Alphonſi Regis Aragoniæ: *Quanda Rex fecit naves, & Galeras in Bayona.* Villelmus Apulienſis lib. 5. Rer. Norm.

Quamque magis celerem cognoverat eſſe galerã
Scandit.

Ab hac navi, quæ ex longioribus eſt, dictam eſſe aliqui putant vocem Italicam *Galleria.* Irridet tamen hoc etymon Ferrarius, commendatque derivationem, quæ Perionio placuit, à voce Gallica *aller* quæ ſignificat ambulare, ut *Gallerie* quaſi *allerie*, abſciſſâ priori literculâ, dictæ ſint. Theta nigrum huic originationi defigit Menagius; trahitque *Galeria* (ſic enim ſcribendum putat, non *Galleria*) à Galera. Ego non dubitarem *Galeria* dici ab Italorum *Gala*, quæ vox ornamentum & cultum exquiſitiorem ſonat: ſolent quippe ambulationes hujuſmodi ſtatuis & picturis ornari præ cæteris domorum partibus; ex quo Pinacothecæ Græcorum vocabulo appellantur: ſic, inquam, ſtatuerem, niſi obſtaret, quam plurimi facio, authoritas Academicorum à furfure, qui in aucto & noviſſime excuſo Vocabulario per l duplicatam proferunt *Galleria.*

Galsrus, i. Capitis integumentum fere pellitum, vel coriaceum: & quoniam ex fele appellatio illi eſt ex Græcæ vocis origine, credendum eſt ex ejus beſtiolæ pelle conflatos primùm Galeros fuiſſe. Militare extitiſſe capitis tegmen dubitari non ſinit Virgilius lib. 7.; ubi ita ſcribit:

fulvoſque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti.

Apud Romanos autem lupina pelle ut plurimum conficiebantur, ad oſtentandam Martiæ Urbis originem Virgil. lib. 1. Æneid. de Romulo:

lupæ fulvo nutricis tegmine lætus.

Et Polybius ubi de Caſtrametatione loquitur: *Adornatur præterea miles & ſimplici caſſide, cui lupi pellem imponunt.* Et hoc quidem inter galerum & galeam diſcriminis aliqui ſtatuunt, ut galea ex ære, galerus ex pellibus conſtet, tametſi iſthæc confundi à Poetis præſertim frequenter ſoleant. Diſcrepant hoc etiam, quòd figura galeæ turbinata eſt, galeri acuminatior. Poſtremò galea nonniſi militaris armatura erat, galerus ad alias inſuper hominum claſſes pertinuit. Pontifici proprium erat Inſigne Galerus ex pelle hoſtiæ cæſæ confectus: eoque tegumento ſuprema illa dignitas dignoſcebatur, quemadmodum Augures lituo, Reges diademate, Imperatores paludamento. Peculiare etiam Mercurii fuit Inſigne; quare ita deſcribitur à Claudiano:

Somniferam quatiens virgam tectuſque galero.

Author veterum Gloſſarum e juncis textos fuiſſe antiquitùs galeros tradit, & paſtorum extitiſſe pilea. Galeri noſtrates modò largiùs, modò arctiùs pro ingenio ſæculi, marginati, confectique ex compreſſa coactaque lana, non in urbibus duntaxat, verùm etiam in caſtris & prælio nobis deſerviunt. Commodiùs id exiſtimatur à recenti militia, quæ expedito corporis uſu maximè ſtudet. Quamobrem apud perpaucos hodie locus æratæ galeæ, quemadmodum reliquæ omni armaturæ graviori.

Galeaiculus, aſiis Galericulum. Parvus galerus. Uſum habet, quemadmodum galerus, tam urbanum, quàm militarem. De Urbano Sveton. in Othon. *Galericulo capiti, propter raritatem capillorum adaptato & annexo, ut nemo dignoſceret.* De militari Frontin. Stratagem. lib. 4. cap. ult. *Parmulis non amplis, & Galericulis gladiiſque ac ſcptenis ſingulos haſtis quaternorum circiter pedum armare &c.*

Galli. Sacerdotes Cybeles. Vide *Panici terrores.*

Gallica, æ. Cic. 2. Philipp. *Nam quod quærebas; quomodo rediſſem primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec Gallicis, nec lacerna.* Gellius lib. 13. cap. 21. tradit novitium id verbum, nec diu ante ætatem Ciceronis uſurpari cœptum. Genus calceamenti Gallorum proprium, ut ipſa vox ſonat; atque inde in Latium & Italiam delatum. Galli etiamnum *Galloches* vocant. Utebantur olim Gallicis pluvioſo præſertim tempore, quòd is calceus pedes a frigore & humore aptè defendat. Nigronius idem calceamenti genus fuiſſe ſtatuit Gallicam, & Caligam. Primùm quidem quia utraque caſtrenſis & militaris eſt habita: Paulus Manutius ad allatum ſuperiùs Ciceronis locum, Gallica, *caſtrenſe* inquit *pedum calceamentum*: deinde quoniam etymologici & gloſſarii Scriptores ſandallum promiſcuè exponunt, Gallicam, & Caligam: Gallicu1am, & Caligulam. Sed contra eſt, quoniam Tertullian. Carm. ad Senator. cap. 2. ſcribit:

caligâque remotâ
Gallica ſit pedibus molli redimita papyro.

Quibus verbis ſatis apertè diſtinguit inter Gallicas, & Caligas. Verùm Pamelius in loco Tertulliani Caligam Gallicæ in ſexto caſu conjungit: putatque legendum: Caligâque remotâ Gallicâ; uſumque affirmat Tertullianum venia quadam & facultate poetica in corripienda extrema ſyllaba vocis *Gallicâ*. Hæc nobis indicaſſe ſatis fuerit: nec otium ſuppetit ad digladiandum ſuper unius voculæ ſignificatione. Præſertim cum nihil facilius factu fuerit, quàm ut vitio exſcriptorum Gallicæ ſæpius, & Galliculæ pro caligis & caligulis irrepſerint. Vide Balduin. & Nigronium ubi ſupra, & Salmsſ. ad Pollionem in Gallien.

Gallicula, æ. Parva Gallica. Vet. Gloſſ.

Gallus. Domeſtica eſt avis: imo, ut ait Plinius, regnum in quacumque domo exercet, ſibique de victoria plaudit, erecta cervice, ſublimi criſta, inceſſu ſuperbo; triumphum ſibi etiam canit, ac veluti jactabunda latè nunciat prædicatque. Ob eam Gallus pugnacitatem Marti eſt ſacer. Marti autem appingebatur, vel ad notandam militum vigilantiam, vel propter fabulam Alectryonis Martis ſatellitis in eam avem converſi, quam narrationem habes apud Lucianum in ejus nominis feſtivo libello. Vide Cœl. Rodigh. lib. 16. cap. 13. Idem nocturnas agit vigilias, mortaleſque ſummo mane ad opera cantu evocat. *Domi certas more Galli.* Vetus dictum; cui illud ſimile: *Gallus in ſuo ſterquilinio plurimum poteſt.* De iis dicitur, qui domi fortes, & minaces non audent foras prorepere. Sed Galli iras ſuas non domi continent: Leonibus ferarum generoſiſſimis terrori ſunt. Lucret. lib. 4.

Quin etiam Gallum nocte explaudentibus alis
Auroram clara conſuetum voce vocare.
Quem nequeunt rapidi contra conſtare Leones,
Inque tueri, ita continuò meminere fugai.
Nimirum quia ſunt gallorum in corpore quædam
Semina, quæ cum ſint oculis immiſſa Leonum,
Pupillas inter fodicant, acremque dolorem
Præbent, ut nequeant contra durare feroces.

Cauſam oocturni cantus io gallo Democritus apud Tullium refert ad cibi coneoctionem; Poetæ ad fabulam, cujus meminit Lucianus io Gallo. Ambroſius Leo Nolanus eandem attribuit ejus avis ſalacitati, quæ mira eſt, & planè ſingularis. Nam, & unus Gallus par eſt turbæ gallinarum, ſoluſque inter animalia poſt coitum non elanguet. Ab imaginatiooe itaque véneris eum cantum enaſci putat præſatus Author. Auget porrò eam conjecturam ſilentium, quod a Gallis obſervari cernimus, priuſquam gallinis ioeundis maturi ſint, & idonei. Naturam Gallorum inſpicientes Lacedæmonii poſt victoriam cruentam Gallum immolabant, ut ſcriblt Plutarchus; bovem verò cum minima cæde, vel ſanguioe victoria obtigiſſet. Cantus verò Gallorum, ſeu gallioaceorum victoriarum quandoque prænuncios fuiſſe, teſtatur Cicero ex Calliſthene: eorum nimirum clamores præſagium ſuiſſe Thebanis victorlæ memorabilis adversùs Spartiatas relatæ apud Leuctram. Illuſtravit etiam eum altilem Fabius Cunctator, in cujus anulo ſigoatorio viſebatur Gallus; qui oota eſſet non vigilantiæ ſolummodo, verum etiam fortitudinis, & opportunitatis ad dimicandum. Illuſtrat commemorata de Gallis ſchema Gemmæ Anularis prolatæ a Liceto cap. 107. ubi inter duos dimicantes gallos caduceus cernitur interpoſitus, ad inſinuaodum ioter hoſtiliter ioſenſos ſocietatem, & pacem conciliari. Huc inſuper facit adagium, *Inſultas Gallus*: quod dici ſolet de certamen redintegrantibus, & vix tandem deponentibus odia. Quidquod Gallos nuncupatos accepimus milites Perſas propter cooos, quibus eorum galeæ ornarentur, quemadmodum Galli criſtis. Imo verò inter loſignia Perſici exercitus fuiſſe olim Gallum diſcimus ex Plutarcho in vita Artaxerſis, ubi ſcribit ab eo Rege militem e Caria, qui Cyrum jaculo vulneraſſet, co præmio honeſtatum, ut Gallum aureum præfixum lancea ante aciem ferret. Gallorum pugnacitatem incitari eſu allii, alibi notavimus. De gemma Alectoria, quæ in Galli ventriculo inveniri traditur, eamque geſtantibus præſtare victoriam, dicam in Titulo *Invulnerati*. Vide *Gallus Gallinaceus*.

Gallus Gallinaceus. Altilis apprime pugnax, ſeditionum, rixarum atque cooteotionum avidiſſimus. Sic enim inflammantur ad pugnam, ſic diſtendunt criſtas pennaſque ſubriguot, ut ſublata cervice, exporrecto pectore, intumeſcente collo, palearibus etiam, incitante rabie, quaſi quibuſdam veneni lituris, & maculis terribilem in modum aſperſis, viviſſimis expreſſam coloribus monomachiam, ſeriomque Martis conflictum objiciant oculis. A Perſide primum ea avls in alias regiones tranſmiſſa eſt, ut narrat Atheoæus lib. 4. cap. 25. Ælianus var. hiſt. lib. 2. tradit Athenienſes poſt relatam de Perſis victoriam, legem condidiſſe, ut Galli Gallinacei certo quotannis die certamen in theatro ioirent. Inſtitutum hoc a Themiſtocle, ut poſt devictos Perſas, in Perſicis altilibus, mutua ſe indignatione, & rabie conficientibus, & populo Athenienſi delicias faceret, & perpetuum victoriæ ſuæ monumentum relioqueret poſteritati. Tradit autem idem Hiſtoricus Themiſtoclem cum in aves illas dimicantes incidiſſet, non otioſum ignavumque adfuiſſe ſpectaculo, verùm numeris militaribus ſubſiſtere juſſis, ſic milites fuiſſe allocutum: *At hi neque pro patria, neque pro Diis familiaribus pugnant, neque verò pro avitis monumentis periculum ſubeunt, neque pro gloria, neque pro libertate, neque pro liberis; ſed ne alter ab altero ſuperetur, aut alter alteri cedat*. Additque ea oratione vehementer inflammatos Athenienſes, & conſeruiſſe fortiter manus adversùs Perſas, & de innumeria hoſtibus triumphaſſe. Sed libet eorum pugnam exponere verbis Divi Auguſtini in Libris de Ordin. *Cum ecce ante fores advertimus Gallos Gallinaceos ineuntes pugnam nimis acrem*. Et infra: *In ipſis Gallis erat videre intenta projectaque capita, inflatas comas, vehementes ictus, cautiſſimas evitationes, & in omni motu animalium rationis expertium nihil non decorum; quippe alia ratione deſuper omnia moderante. Poſtremò legem ipſam victaris, ſuperbum cantum, & membra in unum quaſi orbem collecta, velut in faſtum dominationis*. Suot etiam Nationes, quæ ejuſmodi avium pugnas præacutis additis mucronibus aſperant. Hollandorum certè navigationes Tom. 1. referunt Javanos Gallorum pedibus acutiſſimas novaculas addere, quibus illi armati cruentas admodum pugnas committunt. Pauſaoias lib. 5. memorat elatum fuiſſe in ſcuto Gallum Gallinaceum ab Idomeneo, quoniam Soli ſacra avis eſſet, ejuſque reditum caotu ounciaret; ipſe verò Idomeneus à Sole ex Paſiphaë genus traheret. Idem Scriptor lib. 6. Minervam teſtatur ejuſdem avis inſigne in galea geſtaſſe. *In arce Ælidis Minervæ ſignum eſt, auro, & ebore fabricatum: Phidiæ ajunt opus fuiſſe. Inſiſtit Deæ caſſidi Gallus Gallinaceus; quod, opinor, hæc eſt avis omnium pugnaciſſima*. Non poſtrema erat harum avium obſervatio in re augurali. Depromptis e cavea Pullis Gallinaceis eſcam porrigebant augures. Si avidè illam eſitarent, cibuſque ore excidens terram pàviret, ideſt feriret, nunciabatur auſpicanti tripudium ſoliſtimum, & ceſſurum feliciter quidquid animo concepiſſet. Quod ſi faſtidirent eſcam, oblatamque non caperent, omnia portendebantur infauſta. Hinc Pulli Gallinacei propoſitam nauſeantes eſcam iodicarunt infelicem conflictum adversùs Mancinuio a Numantinis illatum. Silius lib. 5.

Tunc ales, priſcum populis de more Latinis
Auſpicium, cum bella parant, menteſque Deorum
Explorant ſuper eventu, ceu præſcia luctus,
Damnavit veſci, planctuque alimenta refugit.

Et paulo poſt:

tunc ſigna ſequentur
Nulla vulſa manu, veſcique interritus ales
Gaudebit.

Gamberia, æ, Latinis ocrea, crurale, vel tibiale. Italis *Gambiera*, *Gamberuolo*. Vox corruptæ Latinitatis, a gamba, ideſt crure, ut infimæ Latinitatis Scriptores dixerunt. Hiſtor. rer. Laudenſium: *Donavit autem Imperator Laudenſibus ultra trecentas loricas, & multas Gamberias, quas de ſuis hoſtibus habuerat*. Eaſdem Gambrias dixit Nicolaus Optonus lib. 2. de militari officio cap. 8. *Sed utrum habere poſſunt Gambrias, & galeas in capitibus, neque lege, neque conſuetudine invenimus*. Gambam pro crure dictam a devexo Latio oſtendit Author rei Veterinariæ, apud quem frequens uſurpatio hujus vocabuli. Exemplum ſit ex l. 3. c. 19. *Sl lavæ in gambis fuerint, aut aliquis dolor coxæ, vel gambæ, ſanguis detrahatur gambis*. Vide Ocrea.

Gambesones. Vide *Filtrum*.

Gambria. Vide *Gamberia*.

Gamelum, i. Pars eſt machinæ jaculatoriæ ad modum lignei diſci, cujus meminit Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 22. *Capſa bonum debet habere Gamelum, quod capſam impellat versùs exteriorem partem*.

Garcio, onis. Servus caſtrenſis, de cujus officio hæc habet Brito in Vocab. *Garcio qui ſequitur curiam, & portat aquam in caſtris exercitus*. Verùm armigerorum dignitatem attigiſſe Garciones indicatur ab eodem Scriptore lib. 10. Philipp.

Hunc præcedebat cum parma Garcio.

Invenio etiam ſic appellatos infimæ plebis homines ſeditioſos & tumultuarios. Ordericus Vitalis lib. 13. *Et multos nebulones, indomitoſque Garciones, ad ſtrages hominum, & latrocinia quotidie peragenda ſibi adſciſcebat*. Fit à voce Italica *Garzone*, ſuper qua multa accuratè diſputat Menagius. Iſacius Pontanus deducit a *baro*, vel *varo*; omnia enim ferè, quæ in W apud Germanos incipiunt, Galli & Itali detorquent ad G; ut *Warda*, *Garda*, & alia innumera. Itaque a Varooe facit Pontanus *Garſon* apud Gallos, qui apud Italos *Garzone*. Tolerabilius hoc etymon, quam quod profertur a Lipſio Epiſt. Centur. 3. ad Belgas, ubi trahit a garrieodo; ex quo Garriones, & hinc *Garzone*. Ferrarius ab Agaſone magis accommodatè deducit. Menagius flectere a voce *Verna* conatur multis circuitionibus; ſed plane in irritum, niſi fallor. Maxime omnium arridet mihi etymon Pontani a Barone, vel Varone.

Garoanus. Nomeo equi militaris apud Silium lib. 4.

Nos, Gargane, vocont Superi ad majora; videſne
Quantus eat Chryxus? jam nunc tibi præmia pono
Illum Sidonio fulgentem ardore tapeta,
Barbaricum decus, & fulvis donabere frænis.

Garittæ. Vocem Arabicæ originis agnoſcit Sebaſtianus Covarruvias: *Garita, la caſilla pequeña, o celdilla que ſe haze ſobre la muralla para que alli eſten los que hazen la vela: Es nombre Arabigo, que vale tanto como cueva, o chozilla, de gar, o gara, que vale cuevo*. Villelmus Brito Philipp. lib. 2.

Nonniſi Varus erat, qui muris ſtoret in altis;
Omnibus ad tutas fugientibus ultrò Garittas.

Speculæ erant ſive turriculæ eminentiores in ædificiis, ad eorum ornamentum ſimul atque præſidium. Albertus lib. 8. cap. 5. refert raras olim ſine garittis domos fuiſſe, quare ſylvæ turrium in Urbibus exſurgebant. Romæ ſolum licet plus dimidia parte vetuſtate corruerint, ſupra duo millia & quingentas ſe vidiſſe idem Author commemorat. Etiam hodie in plurimis Italiæ Urbibus, ejuſmodi turres ędificiis adſitę conſpiciuntur. Nullæ tamen fere hujus inventi turres nunc temporis conſtruuntur, ſive ruinæ metu a terremotuum frequentia, ſive incuria, aut ſumptui declinando. Neapoli tamen oon ita paucas in ędificiis turriculas videre eſt, ac præſertim in ſuburbanis, quas populari hac ipſa nuncupant voce, *Garitte*. Species autem illarum perſimilis eſt ſpeculatoriis illis cellulis rotunda ſtructura fornicatis, quæ per certa intervalla diſponi in arcibus ſolent, ubi excobitores conſiſtunt.

Garnisio, onis. Annona caſtrenſis, vel quidqnid eſt neceſſarium ad muniendam Urbem. Nangius in Chronico: *Fugati de prælio omnem Garniſionem, quam ducebant cum bellico apparatu totaliter amiſerunt*. Pro militari ipſo præſidio caſtrenſi, vel urbano. Idem Nangius in vita S. Ludovici: *Æſtimantes Garniſionem munitionis egreſſam pro foribus exercitum invaſiſſe*. Voſſius trahit etymon a voce Germanica *Waren*. Obſervatam autem a nobis eſt alibi, a Gallis & Italis mutari in G quæ Germani incipiunt in W. Sirmondus ad Capit. Caroli Calvi Tit. 43. cap. 24. *Et ad hoc omnes Warniti ſunt, ideſt, parati, & neceſſariis rebus inſtructi. Quæ nunc in vernacula noſtra ejus vocis eſt notio. Ut cum domum Warnitam dicimus omni inſtrumento & ſupellectili ornatam atque inſtructam*. Ex eodem fonte Germanicæ prænotatæ vocis habent Itali dictiones *Guarnigione*, & *guernigione*, *guarnimento*, & *guernimento*, *guarnire*, & *guernire*; quibus aliquid paratum, inſtructum, ornatum, munitum demonſtrant. Joannes Villani l. 6. *E contro alla forza de Saneſi guarnirono il dette caſtello*. Et per translationem Sforz. Pallav. Stor. Conc. *Eſſendoſi già tre volte pronunziate le ſentenze, con aſſai ampio guarnimento di ragioni*. Ex eadem radice Aleander & Covarruvias trahunt voces item Italicas *Guarnacca*, quæ genus eſt veſtis, & *Guarnello*, qnæ panni cujuſdam ſpeciem, & per uſurpationem veſtem aliam ſignificat. Neque enim quidquam eſt operæ ſollicitare linguam Syriacam, ut irrito conatu contendit Menagius, adductis verbis Bulengeri, de Imper. Rom. c. 4. *Veſtis Conſtantinopolitani Imperatoris* Granatza, *dicta ex duabus vocibus Syris charana tzach*. Quis enim non videat longe planius ab Italorum *Guarnire*, quàm a Syrorum Granatza fieri *guarnacca*, & *guarnello*? Id mihi ita firmum & clarum eſt; ut potius Syriacam vocem *Granatza* ab Italica *Guarnacca* emanaſſe putem. Quemadmodum enim, ut prolixe aliàs docui, originationes vocum Latioitatis infimæ & barbariſſantia non ſunt repetendæ ab antiquo & purgatiore Latio, ſed ab idiotiſmia Gallis, Germanicis, & Italis: atque item themata vocum aliquot Græcarum deterioris ævi non ſunt accerſenda a Græcia veteri & Atticiſſante, ſed a Latina eorum temporum; ad eundem modum Linguam Syriacam, Turcicam, atque adeò Rabinicam noſtrorum temporum, ac multò maxime quæ in uſu eſt Conſtantinopoli agentibua, per occaſiooem multiplicis commercii cum Occidentalibus populis, ooo eſt dubium adoptaſſe innumeras penè voces noſtrsrum regiooum, quas illi ſua terminatione & gloſſemate corruptas proprias fecerunt: ſivè id linguarum egeſtate, ſive rerum novitate contigerit, quas novitiarum vocum inducendarum cauſas excuſavit Lucretius l. 1.

Multa novis verbis præſertim cum ſit agendum
Propter egeſtatem linguæ & rerum novitatem.

Jam verò harum, de quibus dixi, dictiooum ab Occidentalibus collectarum origines vano labore quis trahere ſtudeat a Syriaca vel Hebraica veteri, ſed omoinò ſunt deducendæ ab Italis, Gallis, Germanis, aliiſque populis Occidentis, quibuſcum gentes illæ mercimonii cauſa inſueverunt. Ex harum numero ſuſpicari mihi venit in mentem vocem eſſe *Granatzo*, quæ Italorum eſt *Guarnacca*. Sed hoc pro parergo divinatorio, & neceſſaria interdum egreſſiuncula, Lector, accipias.

Garrotus, i. Spiculom arcus balliſtarii exponitur a Cangio. Continuator Nangii: *Munientes*

Digitized by Google

turres balliſtis, *Gorrotis*, *canonibus & machinis &c.* Sed ex memoratis verbis adducor ut credam geous potius fuiſſe machinæ petrariæ, vel quomodolibet jaculatoriæ.

Gartseii equites. Ordo ſacer Militiæ equeſtris in Anglia, cujus Rex ipſe caput. Inſtitutor Edovardus III. Angliæ Rex. Origo ex prænobili ſœmina, cui cum crurale ligamen ſolutum cecidiſſet, idque Rex è terra ſuſtuliſſet, aliis rem per jocum & cavillum traducentibus, Rex effecturum ſe promiſit ut ei ligaculo in poſterum ſummus honor haberetur. Quamobrem Equeſtrem Ordinem coodidit, cujus Inſigne eſſet tibiæ corrigia fibulata, ſeu Periſcelis, quæ vox idem ſonat Græco idiomate: Anglica lingua *Gartier*; ex qua voce Ordinis appellatio. Addidit Zonæ lemma ſic inſcriptum Gallicis verbis: *Honni ſoit qui mal y penſe*, ideſt vituperetur qui malè cogitat. Vide Polyd. Virgil. Hiſt. Angl. lib. 19.

Gastaldionss. Gaſtaldii. Vox Loogobardica; ootione Germanica, Cuſtos hoſpitum, vel hoſpitum ſamulus. Nam in legibus Longobardorum *Aldiæ* ſunt ancillæ digaiores. *Aldius* autem, & *Aldio*, vel *Aldiou* ſuot famulus. Ferrarius tamen propiùs ex Latino ſonte trahit ab alendo, ex quo *alitus & oltus*, frequenter à Latinis uſurpatæ voces. Illud enim *Go* augumenti gratiâ ponitur. Hodie ſic appellatur villicus, actor, & quomodolibet procurator, qui domus curam gerit, abſeote domino. Et quorum domos cuſtodiebant, hoſpiteſque, Dominis abſentibus, ipſi ſolebant excipere, hinc e re & officio notione Saxonica, ut indicavi, dicti Gaſtaldi. Italis etiam *Caſtaldo*, & *Fattore*: quorum officium *Caſtalderia*, & *Fottoria*, Latinis Villicatio, Œconomia. Et hæc quidem Gaſtaldorum notio apud noſtrates. Nam ſuperioribus ſæculis eorum munus & officium, pro temporum & Principum ratione, varium fuit. Inveniuntur ſiquidem Præfecti urbium ſic appellati. Jura ſubjectis reddebant populis, & judiciis præerant, ut fusè explicat Cangius in Gloſſ. Bellorum etiam adminiſtratiooem & munera militaria curabant. Educebant nimirum ſubditos in aciem, Dominis ſuis morem gerentes, præſtanteſque victum, commeatum, omnemque operam militarem atque caſtrenſem. Aoaſtaſius iu Gregorio II. *Longobardos penè trecentos cum eorum Coſtaldione interfecit*. Lex Longob. lib. 1. tit. 15. *Si Gaſtoldius exercitalem ſuum contra raticuem moleſtaverit, Dux eum ſolatiet; quouſque veritatem invenlet*. Iterum de hujus nominis etymologia aliam hinc ſubit addere conjecturam, eam veterum Gaſtaldorum potentiam reputanti. Gaſtus veterum Francorum linguâ eſt Dominus. Hinc plurimæ apud Germanos voces *Wiſogaſt*, *Bodogaſt*, *Salegaſt*, *Windegaſt*, in quibus terminatio illa *gaſt* Dominum ſignificat. Quidſi autem Gaſtaldus à Gaſto, & Aldio formetur; ut nomen ipſum repræſentet referatque Gaſtaldorum officium, qui exercebant ſimul Principatum, & jus dicebaot in oppidis, ſimulque Dominis ſuis majoribus erant obnoxii?

Gattus, i. Non videtur eadem fuiſſe machina atque Cattus, quem Titulum conſule; cum Cattus quaſi tectoria machina, Gattus pro oppugnatoria deſcribatur: ut plaoe exiſtimem Cattum, ſive potius Catum dici pro Cauto Latioorum, ad exprimendam doloſam & fallentem machinam. De Gatto ita ſcriptum reliquit Conradus Uſpergenſis: *Fecit turrim ligneom erigi, & alia inſtrumenta, quæ Gattos, ſive aliis nominibus nuncupont, præparori*. Italis etiam hæc machina dicitur *Gatto*. Joannes Villani lib. 10. *Dando alla Città ſovente battaglie con Gatti, e Grilli, e torri di legname armate*. Vegetins Etruſco donatus idiomate: *Di travi, e buone aſſi fermeſi fà il Gatto, Il quale, accioche ardere non ſi poſſa, di euoja recenti, e di ciliccio, e ceutouio ſi veſte. Queſto Gatto hà dentro una trave, dove ſi mette un ferro uncinuto, il qoale è falce chiamato, col quale ſi traggono le pietre*. Lucas Pulci Ciriff. Calvan. Cant. 5.

Vn gotto v'è, che non era mommone,
E ſopra queſto molto gente ſale,
Ch'era tonto più alto che le mura,
Ch'a tutta la città facea paura.

Bocc. Theſeid. lib. 1.

E ſè drizzar trobocchi, e manganelle,
E torri per combottere le mura,
E ſè for gatti, & alle mura belle
Speſſo fece con eſſi gron paura.

Gaveloces. Genus eſt jaculi apud Gallos *Jovelot*. Occurrit apud Scriptores lapſæ Latinitatis, Matthæus Pariſ. *Ipſum Villelmum cum joculis, quæ vulgariter Gaveloces appellant, quorum maxime notitiam habent & uſum - hoſtiliter inſequuntur*.

Gaûlus, mediâ productâ. Phœnicum navis eſt peculiaris, ſpecie rotunda. Ex Plinio ſiquidem diſcimus, omnes Veterum naves uſque ad Jaſonem & Argonautas, rotundas fuiſſe. Atque hinc contigit, ut plurima vaſorum nomina navibus eſſent communia. Gaûlus ſiquidem vas eſt paſtoritium apud Theocritum & Plautum. Quidam inter minora navigia Gaûlum referunt: Herodotus & Plutarchus inter magna. Iterum alii ad oneraria illum rejiciunt: Herodotus contra lib. 3. tanquam bellicam delineat & triremi ſimillimam. Gellius inter Latinos Gaûli meminit lib. 10. cap. 25. in recenſione aliarum navium.

Gaunacum. Varro lib. 4. de L. L. exponit majus ſagum. Scaliger interpretatur ſagum, ſeu veſtem amphimallam, vel amphitapam, utrinque ſcilicet villoſam. Turnebus Adverſ. 22. 21. cenſet craſſam fuiſſe veſtem; quod autem eſt additum in Varronem *Majus ſagum* additamentum putat hominis ineruditi. Vide Martinium.

Gausape, Ex Græcis hanc vocem habet Latium. Genus eſt tunicæ militaris & iodumenti caſtrenſis, utrinque, aut una ſaltem ex parte villoſum aptumque ad calorem conciliandum. Plin. lib. 8. cap. 48. *Antiquis torus e ſtramento erot, quoliter nunc etiam in caſtris Gauſape*. Ejuſdem generis ſunt operimenta verſicoloria, quibus menſæ teguntur, qualia oos, villorum mollitie & artificio inſignia, vocamus tapetia Turcica.

Gazela, vel Gazella. Equorum geous, quod io uſu Saracenorum fuit, celeritate laudatiſſimum. Albertus Aquenſis lib. 7. *Ipſe verò aſcendens equum, qui linguâ Saracenicâ Gazela appellotur, eò quòd cæteris equis ſit curſu potentior &c.*

Generosior sparta. Adagium de viris inſignitè fortibus. Erant autem Spartani indole impensè generoſi, ac veluti ad imperandum à natura geniti, ut pote qui nec mœnibus urbem cingerent, exiſtimantibus patriam ſuam virorum fortium pectoribus abundè eſſe munitam. Iidem agriculturam & viliſſimas quaſque artes per aliarum nationum ſorvos exercebant, pollui ſe exiſtimantes humilioris operæ miniſteriis.

Ge-

Genua tangere. Antiquiſſimum fuit indicium & ſignificatio ſupplicis, ſeſeque victum ac ſuperatum ſatentis Liv. lib. 45. *Conſurrexit Conſul, & juſſis ſedere aliis, progreſſuſque paulùm, introeunti Regi dextram porrexit, ſubmittentemque ſe ad pedes ſuſtulit, nec attingere genua paſſus, introductum in tabernaculum, adversùs advocatos in concilium ſedere juſſit.* Simile eſt illud Plutarchi de Nicia in vita Marcelli: *Nicias adſiſtens flevit, ac tandem manus & genua Marcelli tangens, pro civibus, ac primo loco pro inimicis fuit deprecatus eſt.* Idem habet Dionyſius lib. 8. de Valeria, & Matronis Romanis Marcium Coriolanum rogantibus. Teſtantur id ipſum gemini vetuſti lapides apud Fabrettum cap. 2. Colum. Trajan., in quorum altero Dacorum miles captivus & catenatus, Trajano ſupplicans, ejuſdem tangit genua: In altero verò videre eſt Thetidem Jovis genua tangentem, cum vindictam ab eodem peteret adversùs Agamemnonem, qui Achillem filium injuriis affecerat. Servius autem ad illud Virgilii lib. 3. Æneid.

genua amplexus, genibuſque volutans
Hærebat,

Opinionem Veterum prodit, qui, quemadmodum alia humani corporis membra aliis Numinibus, ſic genua Miſericordiæ fuiſſe dicata aſſeverarunt. *Phyſici dicunt eſſe conſecratas Numinibus ſingulas corporis partes, ut aurem Memoriæ; hinc eſt, Cynthius aurem vellit, & admonuit; frontem Genio; unde venerantes Deum tangimus frontem, dextram Fidei, unde; atque animum præſenti pignore firmat; genua Miſericordiæ, unde hæc tangunt rogantes.* Quibus congruit Plinius lib. 11. cap. 45. *Hominis genibus quædam, & religio ineſt, obſervatione gentium. Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant, fortaſſis quia ineſt iis vitalitas. Namque in ipſa genu utriuſque commiſſura, dextrâ, lævâque, a priore parte gemina quædam, buccarum inanitas eſt: qua perfoſſa, ceu jugulo, ſpiritus fugit.* Hinc aptè Claudian. lib. 1. de Rapt. Proſerp.

genibuſque ſuas cum ſupplice vultu
Admovere manus.

Repetiverunt autem Vates, & Scriptores Latini hunc morem a Scriptoribus Græcis, & præſertim ab Homero, apud quem precantes, & precaturi genua tangunt.

2. Obiter hic non parcam animadvertere pedes etiam, & mentum ſupplices tangere, & oſculari conſueviſſe. Et de mento quidem illud eſt teſtimonium Euripidis in Hecuba:

Attigiſti meam, ut fateris, manum,
Attigiſti accidens hanc ſenilem genam.

Item Thetis Jovi ſupplicabunda apud Homerum:

apprehendit genua
Siniſtra manu, mentum dextera.

Invenio etiam in conciliatione fœderum invaluiſſe morem barbam tangendi, tempore Clodovæi Regis Francorum, ut ſcribit antiquus collector Chronicorum, quem adducit Demſpterus in Paralip. ad Roſin. Antiqq. lib. 10. *Quadam vice Clodovæus Rex Francorum, & Alaricus Rex Gothorum, qui ſedem Tholoſæ habebat poſt multa prælia, quæ invicem geſſerunt, intercedentibus legatis cum pacem inire cœpiſſent, hujus convenientiæ, ut Alaricus barbam tangeret Clodovæi, effectus patrinus perpetuam adinvicem pacem ſervarent, & ad hujus placidæ conventionis, nec Francus, nec Gothus penitus armatus accederet.* De more autem provolvendi ſe ad victorum, vel Principum pedes, affatim Hiſtoriæ veteres exempla ſufficiunt. Ex quo taxatur a Capitolino ſuperbia Maximini: *In ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manum porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nonnunquam etiam pedes.* Contra verò Trajani humanitas laudatur a Plinio: *Non tu Civium amplexus ad pedes tuos deprimis.* Hic tamen ritus mentum apprehendendi, contrectandique genas, intra Græcorum fines ſubſtitit, ut adnotavit Plinius. Jure etenim contemptus a Latinis; a virorum gravitate, & honeſtate fœminarum alienum meritò reputantibus, ſupponi a ſupplicibus manus mento victorum, aut Principum, eorumque a pudicis præſertim fœminis attrectari genas, demulcerique.

3. Inter orandi formulas ea etiam fuit uſurpata a victis, ut per genua orarent, & precarentur, quaſi ſancta ea eſſent, & ſpeciem quandam aræ obtinerent. Plautus in Trucul. *Per tua obſecro genua.* Sveton. in Tiber. *Per genua orare conantem.* Imò aliquid etiam majus legitur, ut ipſa genua adorarentur. Docet id Plinius relatus ſupra: *Hæc, ut aras, adorant.* Apud Euripidem verò Oreſtes Menelai genibus advolutus ait: *Tuis genibus primitias admoveo.* Clariſſimè verò idem Euripides in Aulide genua aram appellat. Poſtremò adverte cum Ludovico de la Cerda in Comment. ad Virgil. lib. 3. Æneid. proverbialem dicendi modum, *in genua dejicere*, pro evertere. Quemadmodum enim ſupplices cum ſe ad victorum pedes projiciunt, depreſſo, inclinatoque procumbunt corpore; ſic etiam de ipſis Urbibus hoſtili impetu dejectis, & procumbentibus, dicimus dejectas illas in genua. Author hujus locutionis Herodotus lib. 6. *Poſt hæc ſecuta eſt navalis pugna, quæ civitatem in genua dejecit.* Ex his longe ſecùs atque alii explico Juvenalem Sat. 10.

Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Turnebus Adverſ. lib. 30. cap. 19. aliique Critici referunt id ad morem Veterum, vel cereas candelas accendendi ſuſpendendique ad genua Statuarum Deorum veterum; vel ad tabellas, ſeu vota cerea, quæ ex eorum temporum religioſo ritu ibidem affigebantur. Gratis hæc putaverim dicta, & vix ſatis commode roboranda ullo Scriptorum veterum teſtimonio. Mihi non eſt dubium incerare genua Deorum apud Satyricum eſſe, eadem apprehendere, & ita ſupplicando attrectare, & lambere, ut quod facillimum factu eſt, nonnihil inquinamenti, & ſordium ab eodem attactu, atque oſculis contrahant, ut obduci videantur viſcoſis quibuſdam, glutinoſis, & quaſi cereis bracteolis. Idem contingere etiamnum videmus in pedibus æneis, vel marmoreis verorum Cœlitum, quos contactu, & oſculis religionis ergo affluentium, ſuperinduci, & obduci quibuſdam cruſtis neceſſe eſt.

Geographia, æ. Operosè inter cætera enixeque monent Scriptores rei militaris, ut viri bellatores, ac potiſſimum Duces, compertam habere curent rationem omnem regionum locorumque, in quibus arma exercentur. Ex eorum certè ignoratione frequentiſſimæ acceptæ leguntur clades; quemadmodum ſingulares victoriæ reportatæ, ob præſtantem Geographiæ uſum, univerſæque regio-

Digitized by Google

regionis, ubi erat dimicandum, exploratam conſtitutionem. Audiendus inprimis eſt Vegetius lib. 3. cap. 6., qui eam Ducibus peritiam impensè commendat per hæc verba: *Primum itineraria omnium regionum, in quibus bellum geritur pleniſſimè debet habere perſcripta: itant locorum intervalla, non ſolum paſſuum numero, ſed etiam viarum qualitates perdiſcat: compendia, diverticula, montes, flumina, ad fidem deſcripta conſideret: uſque eo, ut ſolertiores Duces, itineraria provinciarum, in quibus neceſſitas geritur, non tantùm adnotata, ſed etiam picta habuiſſe firmentur, ut non ſolum conſilio mentis, verùm aſpectu oculorum viam profecturis eligerent*. Licet autem a terra ſolùm ducatur Geographiæ nomen Græca notione, eo tamen intelligimus deſcriptionem, ſeu potius ſcientiam, certamque rationem totius globi Terraquei, cum ſuis omnibus tum fluidis, tum ſolidis partibus deſcribendi. Latiùs extenditur Coſmographia, quæ mundum, unde illi nomen, non elementarem ſolum, ſed etiam æthereum obſervat deſcribitque. Geographiæ partes ſunt, Hydrographia, quæ maria, & fluida aquarum exequitur: Chorographia, quæ regionum; Topographia, quæ oppidorum, & ſingularium locorum deſcriptionem exhibet. Antiquis pluſquam dimidiam terrarum mariumque partem, ac veluti alteram naturæ faciem ignorantibus, hæc facultas anguſtis admodum, & perexiguis incluſa terminis fuit. Caligarunt etiam paſſim ac vehementer in reliquis: Græcis, Romaniſque de terrarum imperio magis, quàm de earum deſcriptione ſolicitis. Hinc apud Veteres Scriptores, Poetas præſertim atque adeo Hiſtoricos, perpetui in re Geographica pudendique lapſus. Vide Joannem Clericum Art. Critic. p. 3. ubi multus eſt in Curtii mendis Geographicis configendis. Plura perſequi hujus generis Herculis, vel Theſei labor eſſet ærumnabilis. Dolendum equidem Geographicos Veterum commentarios, quorum longam Plinius ſeriem recenſet, intercidiſſe injuriâ temporum. Adhuc tamen longe minore damno poſteritatis id contigit, quam tot, aut vetuſtate, aut urbium direptionibus, & incendiis, collapſæ penitus ſublatæque rerum geſtarum memoriæ. Illa ſiquidem, utpote ſubjectâ oculis expoſitâque ſcribendi materiâ, & inſpicere ipſi diligentius, & accuratius exequi poſſumus. Veterum inſtitutiones, inventa, acta Urbana, res bello geſtas ullo modo reparare aut ſarcire perinde non valemus, atque illorum intereſſe temporibus. Primus de hac diſciplina ſcripſiſſe traditur Scylax, cujus opera Latinè reddita, notiſque illuſtrata edidit Iſaacus Voſſius. Hunc ſequuti Pytheus Maſſilienſis, Eratoſthenes, Timoſtenes, aliique, quorum præter nomina vix quidquam ſupereſt reliquum. Quorum hodie extent opera ex Græcis ſunt Strabo, Ptolemæus, Dionyſius, Stephanus: e Latinis Pomponius Mela, Plinius, & Solinus. Auctiùs hæc protulerunt ſtudia, magnamque illis lucem aſperſerunt Abrahamus Ortelius, Gerardus Mercator, Ludovicus Guicciardinus, Philippus Cluverius, Georgius Fournerius, Henricus Schævius, Petrus Bertius, Joannes Jaſſonius, Joannes Baptiſta Riccioli, aliique non pauci. Poſtremò Nicolai Sanſonis Abbævillani tabulæ, & Lexicon Geographicum a Philippo Ferrario editum, ac dimidia ſubinde parte auctum a Michaele Antonio Baudrand ſingularem meritò diligentiæ laudem obtinent, viamque hujus artis ſtudioſis expeditiſſimam ſternunt muniuntque. Horum maxime beneficio præſens ſæculum, præ ſuperioribus, ac multo maxime antiquis felix fortunatumque eſt. Ab illis nimirum explanata maximam partem detectaque cognitione terrarum, tum aliis diſciplinis, tum præcipue bellicæ arti compendiarium emolumentum, & inſignis fructus acceſſit. Enimverò bellici Duces in privatis tabernaculis, ſuper menſà, locorum, ubi militiam exercent, tabulis explicatis, non omnem modò regionem, ſed oppidula, & caſtella, vicos, pagoſque omnes; ad hæc interjacentes agros, interfluentes amnes, juga interpoſita, dimenſa habent, & explorata, in quo potiſſima pars ſecuritatis inferendi belli, & ad finem perducendi continetur.

Geometria, æ. Vide *Mathematica*.

Germundus, i. Inter naves bellicas recenſetur a Gaufredo Malaterra lib. 2. cap. 8. *Noſtri denique tantummodò Germundos, & Galeas; Sicilienſes verò cattos, & golafros, & dromundos, ſed, & diverſæ fabricæ naves habebant*.

Gerræ, arum. Vocem Perſicæ originis facit Harpocration apud Martinium. Quid autem ſint Gerræ in re militari, & quemadmodum tranſierit poſtea hoc vocabulum ad res frivolas & nugatorias, Feſtus in hunc modum tradit: *Gerræ. Crates vimineæ. Athenienſes cum Syracuſas obſiderent, & crebrò Gerras poſcerent, irridentes Siculi Gerras clamitabant. Unde factum eſt, ut Gerræ pro nugis & contemptu dicantur*. Ex eodem Feſto aliud habemus teſtimonium de Gerris in voce *Gerrones*. Ejus Scriptoris verba ſunt *Gerrones leves & inepti à cratibus dicti, quod Siculi adversùs Athenienſes cratibus pro ſcutis ſunt uſi*. Quibus verbis rem ipſam clariùs explicat Feſtus. Quamobrem vile quoddam è lignis craticulatis ſcutum fuerunt antiquitùs Gerræ. *Craticei*. Habuiſſe tamen Scutum illud figuram Rhombi tradit Strabo per hæc verba: *Perſæ Gerris ornabantur; quod erat genus Clypei Rhombi forma*. Gerras Architecti militares hodie nominant corbes aggeſta humo ſuffarctos, ſive ciſtas vimineas; eorumque diſpoſitas ſeries. *Gabionate*. Gerras pro re nihili habet Plautus in Penul. *Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt quod dici ſolet, Gerræ germanæ*. Adagium *Gerris Siculis vaniora* uſurpatum legimus ab Auſonio. Dicitur de re nullius ponderis & momenti.

Geseoreta. Vide *Proſumia*.

Gesta, orum. Duo ſunt hic obſervanda. Primum hallucinari vehementer, qui negant hanc vocem Latinam eſſe; nimirum quoniam de illa Nizolii, Calepini, Paſſeratii, atque alia omnium manibus trita vocabularia reticeſcunt. Sciant qui dubitant inveniri apud Plautum in Trucul. *Qui accipias geſta tecum*. Apud Tacit. in Vit. Agricol. *Nec Agricola unquam in ſuam famam geſtis exultavit*, & Ann. 15. *Pætus, cui ſatis ad gloriam erat, ſi proximus haberetur, deſpiciebat geſta*. Apud Valer. Max. in Prol. *Omnia ævi geſta comprehendere*. Non multum nitor teſtimonio Ciceronis Orat. poſt Redit. *Tanto ſupercilio; non enim poſſum dicere tantis geſtis*. Scio quippe lectionem eſſe ſuſpectam, & Manuccium, Lambinum, Gruterum in ſuis editionibus habere *rebus geſtis*. Sed ſatis ſuperque ſunt ſuperiora ad hoc

voca-

vocabulum afferendum. Addo, quod à Lexicariis præteritum adhuc eſt magis mirabile, vocem inſuper *Geſtus*, *ut* inveniri pro re geſta. Ulpian. l. 27. Tit. 3. *Etſi forte quis ex facto alterius Tutoris condemnotus extiterit, vel ex communi geſtu*: ideſt ex rebus ſimul geſtis. Fateor longe elegantiùs eſſe cum Cicerone & aliis purgatioris Latii Scriptoribus dicere Res geſtas. Alterum notatu dignum eſt: Res geſtas ab Authoribus primæ notæ dici ferè ſolùm de rebus militaribus; cum res civicæ, urbanæ, & ad mores ſpectantes, Acta potiùs appellari debeant. In quo etiam parum diligens fuit Scriptor Neotericus, qui Beati cujuſdam Juvenis vitam conſcribere aggreſſus, Titulum Operi fecit: *De rebus geſtis* &c. quæ eſt Inſcriptio Hiſtorico militari congruens. Æquè apud Italos atque apud Latinos mirè variat hoc vocabulum. *Geſta* numero ſolitario fœminini generis eſt gens, progenies; nec à gerendo, ſed à generando juxta hanc uſurpationem dicitur. Tavol. Rit. *Erane Signore un fellone Saracino di geſta di Gigante*. Dant. Inf. 31.

Dopo la doloroſa rotta, quando
Carlo Magno perdè la ſanta geſta.

Ubi *Santa geſto*, bonà venia Academicorum à Furfure mihi non eſt facinus, factum, *res geſta*, Sed gens, progenies; ut ſenſus ſit: cum Carolus amiſit pios Magnates, Duces ſacrus, gentem & proſapiam generoſam, ſacro bello addictam. Innuit autem Poeta memorabilem illam cladem, qua à Marſilio Hiſpanorum Rege, hortatu & vaferrimis artibus Gani proditoris, univerſus Caroli Magni exercitus ad Vallem roſcidam, *Roncifvalle*, occidione deletus eſt: quo prœlio in acie ceciderunt fortiſſimi Duces omnes, qui Galliæ Paladinorum nomine ſummam celebritatem obtinuerant. Idcircò nos eundem Dantis locum ſic reddidimus Similit. Dant. Inf. C. 31. 13.

Iratis poſtquam ſuperis & Marte nefaſte
Occubuere Duces, Caroli pia ſigna ſequuti.

At contra *Geſto*, *Geſte*, & *Geſti* indicant rem geſtam:arioſt. Fur. 41.

Ruggier, come in ciaſcun ſuo degno geſto
D'alto valor, di corteſia ſolea
Dimoſtrar chiaro ſegno e manifeſto.

Idem c. 1.

L'alto valor, e i chiari geſti ſuoi
Vi farò udir.

Joann. Villan. l. 2. *Chi voleſſe ſaper più diſteſomente le battaglie e geſte de Gotti*. Et in hanc ſententiam *Geſto*, *Geſti*, *Geſte* fiunt à gerendo, non à generando.

GESUM, aliis Gæſum. Liv. lib. 8. *Leves autem, qui haſtam tontum, Geſaque gererent, vocabantur.* Servius ita ſcribit de Gæſis: *Pilum propriè eſt haſta Romona, ut Gæſa Gallorum, Sariſſæ Macedonum.* Suidas: *Geſa, telum vel contus longè feriens* Feſtus etiam, *Gæſum*, ait, *grave jaculum*. In genere fuit miſſilium, & peculiare Gallorum. Bina autem fere geſtabantur. Liv. lib. 9. *Hi verò paſtorali hobitu, agreſtibus telis, falcibus, biniſque Geſis armati*. Virgil. lib. 8. de Gallis:

duo quiſque Alpina coruſcant
Geſa manu.

Sic etiam illos depingit Claud. lib. 2. de laud. Stilic.

Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,
Binaque geſa gerens.

A Gallis tranſiere Geſa ad Romanos. Athenæus tamen lib. 6. ab Hiſpanis eadem Romanos petiiſſe ſcribit.

GHIBELLINI, & GUELFI. Factiones famigeratiſſimæ, quæ prodierunt in Italia per occaſionem diſſidiorum atque rixarum inter Cæſares Germanos, & Romanos Pontifices. Ad tantam verò ſtragem populorum, & calamitoſiſſimi Regni vaſtitatem exarſerunt, ut referta cæteroqui populis natio, exhauſta cladibus, pene ad excidium raperetur. Super earum factionum origine, & nominum etymologia diverſi per ea tempora Scriptores diverſa prodidere. Joannes Villani lib. 5. cap. 38. ita de illis ſcribit: *I maledetti nomi di Parte Guelfa, e Ghibellina ſi dice che ſi criarono prima in Alamagna, per cagione che due gran Baroni di là aveano guerre inſieme, e ciaſcuno avevo un forte caſtello, l'uno incontro all'altro. L'uno ſi chiamavo Guelfo, e l'altro Ghibelline. E durò tanto la detta guerra, che tutti li Alamanni ſe ne partirono, e l'uno tenea una parte, e l'altro l'altra. Ed eziandio in fino in Corte di Roma ne venne la quiſtione; e tutta la Corte ne preſe parte; e l'una ſi chiamava Que' di Guelfo, e l'altra Que' di Ghibellino: e così rimaſono in Italio i detti nomi.* Morigia verò lib. Relig. author eſt, eas factiones initium habuiſſe in Urbe Piſtorienſi a duobus fratribus, quorum alteri Guelfo, alteri Ghibellino nomen fuit. Diditum inde iſtèque per omnes Italiæ provinciss propagatum malum, ut nulli plane eſſent, qui in partes non venirent; ſenſimque gliſcentibus odiis in ipſas familias urbeſque ab iiſdem oppidanis & conſanguineis eſt ſævitum; nulla pene reliqua Italiæ parte, quæ cruentarum factionum damna ingenti cum Reipublicæ incommodo non expaveſceret & ſubiret. Ammiratus Hiſt. Fior. lib. 1. *Nè età vide per molti anni Italia, non che Firenze più infelice di quel Secolo. Imperocche in eſſo nacquero gl'infauſti nomi di Guelfo, e Ghibellino: i quali quaſi infino a' preſenti tempi, non ſon reſtati di travagliar le Città, e i popoli: i quali infrà di loro uccidendoſi per un vano nome, di cui non ſi ſa la vera origine, hanno ſpeſſe volte con miſeri avvenimenti rinovellato i ſozzi eſempi dell'antiche Tragedie.* Longe aliter Tragicarum factionum initium exponit Otto Friſingenſis, eorum temporum æqualis, lib. 2. de Geſt. Frider. *Duæ in Romano Orbe apud Galliæ Germaniæve fines famoſæ familiæ hactenus fuere. Una Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorfio: altera Imperatores, altera magnos Duces producere ſolita. Iſtæ, ut inter viros magnos gloriæque avidos aſſolet fieri, frequenter ſeſe invicem æmulantes, Reipublicæ quietem multoties perturbarunt.* Quod autem a Friſingenſi indicatur, latiùs exponunt Scriptores alii præſertim Germanici. Revocant nimirum tot tantarumque exordia ſimultatum ad Conradum Imperatorem, cui cognomentum fuit de Weibelinghen, aliis Gueibelinghen, per mutationem uſitatam, quod a nobis eſt ſæpe obſervatum, literæ W Germanicæ in G communem; qui poſtquam Cæſar conſalutatus eſt, Welphonem Henrici II. Junioris fratrem Bavariæ Ducatu, ad Leopoldum Auſtriæ Ducem translato, privavit. Hinc ſcilicet funeſtiſſima erupere germina Guelforum, & Ghibellinorum; qui non Germanicos poſtea ſolùm, verùm longe immaniùs Italiæ faſtos, & annales cruentarunt.

GIGANTES. Notione Græca dicti a Terra, cujus ex Ti-

Titane filii perhibentur. Malunt alii procreatos ex ſanguine Titanum, quos Juppiter obtruncavarit. Heſiodus genitos tradit ax Cœli virilibus, exſectis a Saturno filio. Joſephus Antiqq. Jud. ſcribit progeneratos ex malorum Dæmonum coitu, cui ſententiæ favere videtur Lactantius; verùm illam S. Auguſtinus, & graviſſimi quique Theologi validè refellunt. Vide Pererium in Geneſim. Tria ſunt, quæ ſuper Gigantibus ad trutinam revocari poſſunt. Primum, quid de illia Græci ſenſerint Fabulatores; proximum, quid ſacræ doceant Literæ; poſtremum, quid humana narret Hiſtoria. Si eommenta fabularum expendimus, homines fuerunt enormi proceritate, & humanæ ſtaturæ modulum ſupra fidem exſuperante; pedibus vero in caudas Draconum ſimiles obvolutis. Corporum vaſtitate indicata eſt proſapiæ ſuperbiſſimæ arrogantia, truculentia, ferocitas: anguinis pedibus nihil illos recta ratione cogitaſſe demonſtratum eſt. De molis magnitudine Homerus Odyſſ.

Atque novem cubitos ambo crevere novennes
In latum, longumque novem corpus fuit ulnas.

Virgil. Georg. 1.

Aut gravibus raſtris galeas pulſabit inanes:
Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.

Idem Æneid. 3.

Cernimus aſtantes nequidquam lumine torvo
Ætneos fratres, cælo capita alta ferentes,
Concilium horrendum: quales cum vertice celſo
Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi
Conſtiterunt.

Idem lib. 9.

Pandarus & Bitias, Idæo Alcanore creti,
Quos Jovis eduxit luco ſilveſtris Hiera,
Abietibus juvenes patriis & montibus æquos.

De eorum verò robore & virium præſtantia Virgil. 12. ubi de ſaxo, agri limite, quod Turnus in Æneam contorſit:

Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Quo loco Homerum eſt imitatus Iliad. 5.

quod non duo ferrent viri
Quales nunc ſunt homines, & ille ſolus vibravit.

Virgilium Statius æmulatur 2. Theb.

Saxum ingens quod vix plena cervice gementes
Vertere humo, muriſque valent inferre juvenci,
Rupibus evellit; dein toto ſanguine nixus
Suſtinet, immanem quærens librare ruinam.

Æquè ponderoſum ſaxum jacit Polyphemus apud Euripidem in Cyd.

Pondus vix tribus curribus vehendum.

Quod iterum æmulatur Statius lib. 6.

Quale vaporifera ſaxum Polyphemus ab Ætbna,
Lucis egente manu, tamen in veſtigia puppis
Auditæ juxtaque inimicum exegit Ulyſſem.

Quæ Poetarum de projectis ſaxis ingentibus teſtimonia vellicant mihi mentem, ut cogitem de immani lapidum imbre, quo Gigantes everberabant Cœnobium Abbatis Claromontis. Audi Abbatem ipſum, qui de Monachorum infortunio ſic alloquitur Orlandum hoſpitem apud Pulcium Morg. C. 1.

Gl'antichi Padri noſtri nel deſerto,
Se le lor opre ſante erano e giuſte,
Del ben ſervir da Dio n'havean buon merto;
Nè creder ſol viveſſin di locuſte,
Piovea dal Ciel la manna; queſto è certo
Mà qui convien che ſpeſſo aſſaggi e guſte
Saſſi, che piovon di ſopra quel monte,
Che gettano Alabaſtro e Paſſamonte:
Il terzo, ch'è Morgante, aſſai più fiero
Iſveglie e pini e faggi e cerri e gl'oppi,
E gettagli inſin qui; queſto è pur vero
Non poſſo far che d'ira non iſcoppi.
Mentre che parlan così in cimitero,
Un ſaſſo par che Rondel quaſi ſgroppa,
Che da Giganti giù venne da alto,
Tanto ch'ei preſe ſotto 'l tetto un ſalto.
Tirati dentro, Cavalier, per Dio,
Diſſe l'Abbate, che la manna caſca
Riſpoſe Orlando, caro Abbate mio,
Coſtui non vuol, che 'l mio caval più paſca,
Veggo che lo guarrebbe del reſtio;
Quel ſaſſo par che di buon braccio naſca.
Riſpoſe il ſanto Padre: Io non t'inganno
Credo che il monte un giorno gitterranno.

Quoniam verò minimum ſolet eſſe mentis, ubi eximiæ vires ſuppetunt, idcirco portentis illis corporeæ firmitatis & roboris oſtenditur ex doctrina Veterum ſtolida Gigantum immanitas & violentia, qua per impetum & libidinem aliorum libertatem oppreſſum ibant nihil non audentes effrenatâ dementià; utque in publicum exitioſi, ſic privatim ſuſpecti omnibus inviſique. Atqui ubi ſemel furere cœpit, neſcit improbitas modum, Itaque tanquam dedecus eſſet gentis terris duntaxat vaſtitatem inducere, Cœlites aggrediuntur. Concervatis in Theſſalia montibus commiſſum in Deos prœlium, felici dicerem horum exitu, ſi in ſumma ignominia habere locum felicitas poſſet. Meminerunt hujus certaminis omnes ferè Scriptores antiqui, Poetæ præſertim. Homerus Odiſs.

Hi Superis pugnâque gravem bellumque minati
Prægrandes montes, ut cœlum poſſit adiri,
Involvere, Oſſam frondoſam, mox, & Olympum,
Cum ſilvis ſtabuliſque ſuper te Pelion altum.

Virgil. Georg. 1.

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam,
Scilicet atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum;
Ter Pater extructos disjecit fulmine montes.

Ovid. Metam. 5.

Bella canit Superum, falſoque in honore Gigantes
Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum.

Et Faſt. 5.

Terra feros partus, immania monſtra, Gigantes
Edidit, auſuros in Jovis ire domum.

Horat. l. 3. Od. 4.

Magnum illa terrorem intulerat Jovi
Fidens juventus horrida brachiis,
Fratreſque tendentes opaco
Pelion impoſuiſſe Olympo,

Et lib. 2. Od. 16. de Baccho loquens.

Tu, cum Parentis regna per arduum
Cohors Gigantum ſcanderet impia,
Rhœcum retorſiſti Leonis
Unguibus, horribilique mala.

Cæterum Gigantes, vel Titanes bellum Superis intuliſſe, ut Jovem de cœli poſſeſſione dejicerent, Macrobius interpretatur, amentes fuiſſe homines, & furioſos, qui Deos eſſe impiè negarent,

Cic.

Cie. de Seneſt. *More Gigantum bellare cum Diis, quid eſt aliud, niſi naturæ repugnare?* Idem commentum juxta phyſicam rationem commodè exponitur de terræmotibus. Sunt enim incluſi ſub terra ſpiritus, qui obſtructo undique, negatoque exitu, perfractis validiſſimo impetu montibus, ſublatiſque in altum, & quaſi io cœlum ejaculatis cautibus, ac rupium fragminibus, erumpunt terrore, & pernicie latè didita. Notum eſt, Fabulatores hæc etiam, ut pleraque, e Sacris hauſiſſe paginis. Origo proinde hujus fabulæ eſt a molitione celſiſſimæ turris, quam excitavit Nembrot; qui in Hiſtoria profana Ninus eſſe exiſtimatur. Cornazanus lib. 1. Capit. 1.

Ninive edificò da capo a piei,
E in Babilonia fece la gran torre,
Per combattere il Regno degli Dei.
Et in queſto la fabula concorra
De' Giganti, che monte ſopra monte
Per far guerra alli Dei volſer già porre.

Numerantur præterea Gigantea alii non Titani Terræque, verùm Neptuni filii. Ex horum numero ſunt Œthos, & Ephialtes, quos genuit ex Iphimedia, uxore Aloci, ex quo dicti Aloïdæ. De his Virgil. l. 6.

Hic, & Aloidas geminos immanla vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere cælum
Aggreſſi, ſuperiſque Jovem detrudere regnis.

Et Statius lib. 10.

quales mediis in nubibus æther
Vidit Aloidas, cum creſceret impia tellus
Deſpectura Deos; nec adhuc immane veniret
Pelion, & trepidum jam tangeret Oſſa Tonantem.

Ex eodem procreati Albion, & Bergion, qui a Jove in gratiam Herculis lapideo imbre conſumpti ſunt. Ab Albione nomen habuiſſe magnam Britanniam, quæ Inſula antiquitùs Albion dicta, non pauci opinantur. Id tanquam anilem fabulam meritò deſpicit deridetque Buchananus Hiſt. Scot. l. 1.

2. Huc uſque explanatis de Gigantum proceritate non leviter adſtipulantur Divinæ Literæ. Cum autem clariùs hæ de immani Gigantum ſtatura nos admoneant, quàm ut aliis adminiculis id indigeat, ſatis habeo teſtimonia ipſa in medium proferre, præteritis quæ ad fidem rei conciliandam non Thalmudiſtæ ſolùm, ſed ſacri etiam Interpretes paſſim adſtruunt. Numer. 13. *Terra, quam luſtravimus devorat habitatores ſuos. Populus, quem aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt. Ibi vidimus monſtra quædam filiarum Enac de genere Giganteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur.* Deuter. 2. *Terra Gigantum reputata eſt, & in ipſa olim habitaverunt Gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzomim, populus magnus, & proceræ longitudinis, ſicut Enacim, quos delevit Dominus a facie eorum.* Et c. 3. *Solus quippe Og Rex Baſan reſtiterat de ſtirpe Gigantum.* Judith c. 16. *Non enim cecidit potens eorum a juvenibus, nec filii Titan percuſſerunt eum, nec excelſi Gigantes impoſuerunt ſe illi, ſed Judith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſolvit eum.* Reg. 1. 17. *Et egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris Philiſthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubitorum, & palmi.* Inuſitatæ magnitudinis commemorati mortales, cum libidini ſervientes, & furioſa dementia abrepti finitimas gentes jugo ſervitutis opprimerent, omniſqoe humanitatis ſenſui nuncium remitterent, divinam ad extremum indignationem, & proprium excidium provocarunt. Veriſſimæ huie narrationi inductæ a Poetis ſuo more latæ fimbriæ atque laciniæ: Titanes in Phlegræis campis Jovem laceſſere auſos, alios quidem hujus ignito fulmine, alios Apollinis, & Dianæ telis concidiſſe, quoſdam ſub Æthna monte, inſulſque Lipara, & Inarime conſepultos veterem adhuc rabiem jugibus flammis nimboque fumeo efflare, evomere, eructare: alios demum ad Tartara detruſos cruciamentis exitu carituris inconſultam ferociam luere. Noo earet ſalubri monitu fabula, quæ ad modeſtiam nos provocat. Horat. l. 3. Od. 4.

Vis conſilii expers mole ruit ſua;
Vim temperatam Di quoque provehunt
In majus: iidem odere vires
Omne nefas animo moventes.

Senec. Troa. 1.

nan unquam tulit
Documenta Fors majora, quàm fragili loco
Starent ſuperbi.

Juvenal. Satyr. 10.

qui nimias optabat honores,
Et nimias poſcebat opes, numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata, unde altior eſſet
Caſus, & impulſa præceps immane ruinæ.

3. Fabularum eommentis, & oraculis Voluminum divinorum, ex humana Hiſtoria quædam in tranſcurſu ſubtexam. Excipio autem Rabbinorum verſutiaſne dicam an deliramenta, qui Adami parentis humani generis ad Hebron ſepulti cadaver a terra ad Cœlum pertingere potuiſſe mentiuntur: Item quæ ex Hermone Eremita Ægyptio affert Patricius Dialog. 3. de Hiſt. primæ ætatis homines inter ſidera protuliſſe capita, dictoſque Emephymos; his proximos inter nubes; appellatoſque Phtaimos; ætatis tertiæ mortales ad Noe tempora minores aliquanto. Nimirum abſurdiora ſunt iſthæc, quam ut vel inter fabulas, quarum aliquis tandem pudor eſt, referri poſſiot, & ableganda prorſus ad eas, quas Lueianus veras narrationes, per antitheſin nominavit. His repudiatis, S. Auguſtinus de Civit. lib. 15. ſcribit vidiſſe ſe Uticæ deotem hominis centuplo majorem ac ſolent communes eſſe. Boceaccius Genealog. l. 4. authnr eſt Drepani in Sicilia cadaver Gigaotis effoſſum, cujus dentes libras ooveoas penderent, cranii verò pars multa frumenti modia poſſet excipere: creditum (nam primò inventum contrectatumque in cineres continuò diſſolutum eſt) ad ducentos proceſſiſſe cubitos, & Polyphemi eadaver fuiſſe. Addo menſuram corporis Ferracuti ex Joanne Turpino de Geſt. Carol. M. e. 17. *Erat ſtatura ejus quaſi cubitis duodecim, & facies ejus langa quaſi unius cubiti, & naſus unius palmi menſurati, & brachia, & crura ejus quatuor cubiti erant, & digiti tribus palmis.* Puteolis etiamnum viſuntur oſſa admiraodæ magnitudinis cum hac Pomponii Læti, ut creditur Epigraphe:

Huc quicumque venit ſtupefactus ad oſſa Gigantum,
Diſce cur Etruſco ſint tumulata ſolo.
Tempore quo domitis jam victor agebat Iberis
Alcides captum langa per arva pecus,
Colle Dicæarcha clavaque arcuque Typhonet
Expulit, & ceſſit noxia turba Deo.

Digitized by Google

Hydruntum petiit pars, & pars altera Thuſeos,
Interiit victus terror ubique loco.
Hinc bona poſteritas immania corpora ſervat,
Et tales mundo teſtificatur aves.

Vide oppido plura apud Philippum Camerar, Hor. ſubciſ. Cent. 1. c.82. Hieronym. Maggium Miſcell. l.1. c.4. Thom. Fazzell. de reb. Sicul. dec.1. Joann. Caſſionem de Gigant. Caſaubonum item de Gigant. Antonium Terillum de terminis magnitudinis in animalibus, ac demum Scriptores Itinerariorum, apud quos leges Pantagones, Americæ Meridionalis populos ſex cubitos communiter excedere. Gigantum verò fabuloſa habes apud Girald. de Diis Gent. & Natal. Com. Mithol. l.6. c.18. & ſeqq.

4. Cæterum an unquam natura tam vaſta mole homines protulerit, ut indicare videntur cadavera ſexaginta, centum, atque adeo ducentum cubitorum, qualia apud Scriptores præfatos inventa produntur; iterum an majores noſtri magnopere exceſſerint noſtræ modum ſtaturæ, ut ſibi perſuaſiſſe viſus eſt Juvenalis Satyr. 10.

Terra malos homines nunc educat, atque puſillos.

Viri eruditi adhuc addubitant. Tametſi quippe quæ ex Sacris juxta atque profanis documentis eruuntur quàm apertiſſimè ſidem videantur adſtruere magnitudini eorum corporum ingentiſſimæ, verumtamen non eſt diffitendum, multa intervenire potuiſſe, quæ eandem vehementer infringerent. Equidem ita ſtatuerim nonnulla pro veris habenda, quæ de præmagna humanorum corporum mole literis tradita circumferuntur, ut omnem prorſus abrogem fidem leviſſimis aliis, iiſdemque abſonis, & commentitiis; quæque a mendaciſſimis aretalogis relata ne Phryges quidem crediderint. Quid enim? ut ſequar cum Juvenali Satyr. 15.

Tam vacui capitis populum Phæaca putavit?

Humani corporis modum ducentos expleſſe cubitos? Ad nubes, ad ſidera perveniſſe? partem cranii continuiſſe farinæ ſaccos? Apage meracos logos, & circumforaneos impoſtores. At publicis iſthæc literarum monumentis conſignata ſunt. Aintu verò? ego certe non ita Latio & Patri Tyberi ſum mancipatus, ut ſolam, quod eſt in adagio, Græciam mendacem putem. Si dixero Scriptores nonnullos talia narrantibus ſe plus juſto credulos præbuiſſe, darique ſibi verba facile paſſos, non idcircò id vitio illis verſum iri exiſtimaverim; cum Tullius in Epiſtolis diſertè pronunciet: *Credulitas error eſt magis quàm culpa; & quidem in optimi cujuſque mentem facillimè irrepit*. Præterea quid obſtat alios ſuam operam Lectoribus gratificandi ſtudio, modo jucunda commemoratu depromerent, verane an ab his longe ſepoſita ſcriberent, nihil penſi cogitatique habuiſſe? Sed, & multa deterunt elevantque Rhetoricæ Hyperboles, exaggerationes mirificæ, figuratæque locutiones aliæ, quas ipſi non infrequenter admittunt Sacri Scriptores. Neque enim reputandi ſunt ſecus loquuti Hebræorum exploratores, cum ſuis renunciarunt, habitatores Enacim ea eſſe corporis celſitudine, ut præ illis viderentur ipſi quaſi locuſtæ. Poſtremò ſuſpicari licet errorem, quæ humani ingenii conditio, & infirmitas eſt, a veritatis linea in diverſum abduxiſſe quandoque alios, ut ſpuria, & ſuppoſititia pro legitimis atque germanis vulgarent; nec dolo malo, ſed deceptos decepiſſe. An putas ſtupendæ molis oſſa denteſque, quæ inter eſſodiendum, aut in cavernis paſſim reperta hominum fuiſſe fama tenuit, Elephantum ſæpe potius aut marinæ alicujus belluæ eſſe non potuiſſe? Agricolis plerunque, & Paſtoribus ea primùm viſa; tum ab oppidanis eſſoſſa, & diligentiùs aſſervata; tralatitio denique rumore celebrari cœpta: non viri ſapientes in examen adhibiti; non adducti Doctores Phyſici, & Anatomici, quos etiam conjectura fallere valuiſſet. Id ut ſæpe contigiſſe facilius credam, ſuadet mihi Svetonius, qui Capreis collecta a quibuſdam ferarum immanium oſſa teſtatur, non alio conſilio, quàm ut fucum poſteritati facerent, caperentque ea fraude ſpectatores improvidos, tanquam veterum hominum, Gigantum utique membra cognoſcerent. Locus Svetonii eſt in vita Auguſti c. 72. *Ampla & operoſa prætoria gravabatur: & neptis quidem ſuæ Juliæ profuſè extructa diruit ad ſolum: ſua verò quamvis modica, non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xyſtis & nemoribus excoluit, rebuſque vetuſtate & raritate notabilibus, qualia ſunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur Gigantum oſſa & arma Heroum*. Hæc verò, lector, ſic velim accipias, ut intelligas nihil in me moræ futurum, quominus multa approbem de Gigantibus, quæ non ſacra ſolum Volumina, quibus religioſè ſubſcribimus, ſed profana etiam prodit Hiſtoria. Humanæ ſtaturæ modum ad novem vel decem cubitos interdum perveniſſe, nihil depugno: verùm centenos atque adeo ducentos, quæ turrium altitudo eſt, exæquaſſe; hæc, inquam, & ſimilia ut facile concoquam, non ita mihi cornea fibra eſt. Quin exclamare ſubit cum Perſii Melicerta: *Periſſe frontem de rebus*. Eſt quodam, ut inquit ille, prodire tenus; utque in rebus agendis, ſic in attribuenda rebus fide certi quidam fines, niſi plane deſipimus, agnoſcendi;

Eſt inter Tanaim quiddam Socerumque Vitelli,

ut Horatius ſcitè monuit. Sunt qui Poetis ipſis igne entheo & aqua Caſtalia interdictum velint, ſi occinere audeant quædam prodigialia atque monſtroſa, quæque nullam præ ſe veri imaginem atque ſimilitudinem ferunt. Nolim cum iis tam ſevere agere, præſertim ſi non ad unum ſimplexque facinus rigidioris Epopejæ legibus ſe adſtringant, ſed Mileſias, quas vocant, fabulas aſſuant; nec inceſſu gradario, ut ab eorum Pegaſo comparationem acceſſam, ſed levitate deſultoria huc illuc palantes & ſaltuatim ferantur, cujuſmodi narrationes Romanenſes item fabulas appellamus. Horum uſui & jucunditatis creandæ ſtudio mirum in modum faciunt, quæ de Gigantum magnitudine & robore Antiquitas commenta eſt. In ſingulis ferè eorum paginis membroſi homines, &, ut Vitruvius dixit, Coloſſicoteri, nunc quercus pinuſque, cas etiam Giganteas, evellunt, nunc fores æneas pugno arietario perfringunt, nunc cuſpidato conto obvia hoſtium transfixa corpora, ut verubus aviculas vernulæ coquinarii, adſtipant, nunc (audi facinus majoris abollæ) ſolo manus impulſu tentoria militaria proſternunt, eadem cum omnibus armamentis, caſtrenſi ſupellectile, atque adeo cum occluſis viris armatis ibidem degenti-

Digitized by Google

gentibus, io humeros attollunt, nihilque ea ſarcina impediti tranſmittuot nemora, amnes traiiciunt, clavæque robore obarmata dextera conſertos hoſtes cædunt fugantque. Author lepidiſſimi figmenti Aloiſius Pulci Morg. C. 7.

E'l padiglione ſquadrava d'intorno;
Vide ch'egl'era un padiglion da ſogni:
Prima penſò d'appiccargli un ſuſorna
Al capo, e dir ch'alſuo modo zampogni:
Poi diſſe, queſto ſarè poco ſcorno,
E credo, ch'altre unguento quì biſogni;
E finalmente il padiglion ciuffava
Di ſapra, e tutte le corde ſpezzava.
Dette una ſcoſſa sì farte è villana,
Ch'harebbe fatto cader un caſtello;
O s'egli haveſſe ſcoſſa Pietrapana,
Harebbe fatto, come è fece a quello:
Così in un tratta il padiglion giù ſpiana,
E d'ogni coſa ne fece un fardello;
E Manfredonie, e Dolan vi ravvolſe,
E fuggi via, e il ſuo battaglio tolſe.
E'n sù la ſpalla il fardel ſi gettava,
Dall'altra man col battaglio s'arroſta,
E'l capo a queſt' e quell'altro ſpiccava
Di qae' pagan, che volevon far ſoſta:
Tal volta baſſo alle gambe menava,
Tanta che ignun à coſtui non s'accaſta.
E teſte, e gambe, e braccia in aria balzano:
La furia è grande, e le grida rinalzano.

5. Cum verò liqueat portenti monſtrique nomina Gigantea eſſe, vides ſubinde hanc appellationem nullo pacto iis eſſe impertiendam, quibus eximia, eminens, prolixa corporis forma decori ſuit. Hac laude Homerus Menelaum, Ajacem Pauſanias, Plinius Trajanum, Pacatus Theodoſium, aliique alios exornarunt. Regem Saul Hiſtoria Divina ab humero & ſurſum reliquis bellatoribus teſtatur eminuiſſe. Idem Virgilius lib. 9. Turno attribuit:

medio Rex agmine Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.

Statius de Capaneo lib. 10.

ingenti Thebas exterruit umbra.

Herndotua verò l. 7. Xerſem memorat corporis magnitudine ſic excelluiſſe, ut ea laude cæteris imperio dignior fuerit judicatus. Vide plura in Tit. *Statura militaris*. Ad eandem lineam exigenda ſunt, quæ de eximio quorundam robore Scriptores prædicant. Maximini hoc ſuiſſe peculiare præconium Capitolinus & Herodianus fidem faciunt. Vide quæ de C. Mario Trebellius, de Aureliano Vopiſcus, Jovius de Georgio Caſtriota, Fazzellus de Galeatio quodam, ſeu Galeoto Bardaſino memoriæ prodiderunt. Ut verò aliquam preſtare fidem non detrectem iis, quę prorſus admiranda leguntur de Milone Crotonienſi, facit cognitus mihi homo Germanus, qui me aliiſque plurimis ioſpectantibus, vas vinarium ad dimidiati dolii magnitudinem, Latinis lacum labrumque, Italis *Tino* aqua oppletum, ſolis apprenſum dentibus e terra ad juſtum erecti corporis ſtatum elevavit. Idem attritu dentium laminas ferreas, equorum ſoleis non abſimiles comminuebat. Illud porrò auditu jucundum, quod mihi de eo renunciatum eſt; adiiſſe aliquando fabrum cultrarium, ut menſarium cultrum coemeret; cumque opifex ſolnto cultellorum faſciculo multos commonſtraſſet, ille arreptum unum ac deotibus ſubjectum illicò perfringens; At vides, inquit, ut hic ſit male ferrumioatus. Faſciculum alium reſignat artifex: iterum ille dentium morſu perfringit alium; cumque inſtaret, quo periculum in tertio faceret; Quin tu, inquit ille, cum iſthac mola ferraria te in malam rem actutum proripis? Germanus medium inter obſtupeſcentem & ſubiratum amplexus, quanti venales erant cultelli, tantidem illi numeratæ pecuniæ reddidit pene reluctanti ob cooceptam rabiem, nec ſatia præ ſtupore diſpicienti quid rerum ipſe aliive agerent.

Gigantum arrogantia. Parœmia de iis, qui temerè inconſultòque res gerunt, propriiſque freti viribus nihil agunt conſilio. Sumitur a fabula de Gigantibus nota. Homerus quantum in omni re gerenda conſilium viribus præſtet pulcherrima ſententia docuit:

Conſilio ſauè multo quam robore præſtat
Hirſutam quicumque parat ſuccidere ſilvam.
Conſilio rurſum nauclerus in æquore nigro
Dirigit undivagam navim raptantibus auſtris.
Conſilio auriga aurigam vincitque præitque.

Ginnus, i. Vide Burdones.

Giostra, æ. Monomachia imaginaria, certamen ludicrum, fere ioter duos. Hiſt. Cortuſiorum lib. 5. cap. 7. *Fuerunt etiam haſtiludia, Giaſtræ, tornerla, & omnia ſolatia cogitata.* Italis etiam *Giaſtra*: Gallis *Jouſte*. Et plane aſſentior Menagio, qui a voce *Juſta*, trahit *Giaſtra*. Neque enim niſi paribus & paria arma gerentibus licet concurrere. Petrarcha:

Il Mantovan che dì par ſeco gioſtra.

Covarruvias trahit ab adverbio Latino *juxta*; quoniam ſic dimicantes propiùs accedere oporteat. Barbarus in Gloſſematis Plinianis deducit a voce *Clauſtra*, & *Claſtra*; quoniam monomachiam exercentes quibuſdam ſeptis vel terminis concluſum campum habebant. Sic autem Barbarus: *Euripi foſſæ in ludis circumdatæ pro ſeptis, quorum loco temporaria prius claſtra fuerunt, authore Plinio. Hinc natum exiſtimo, ut ludi equeſtres, vulgari verbo Cloſtra nuncupentur, ideſt, Cloſtrales.* Ab Italis dicitur etiam *Aringo*. Nov. Ant. *Dopo molto torneare, il Conte d'Angiò, e quello d'Univerſa ſi fecer deliverare l'Aringa, e l'uno contro l'altro ſi moſſero con la forza de' paderoſi deſtrieri.* Itidem ludi à Nicephoro Gregnra vocantur *Cintzuſtra*, & per hæc verba deſcribuntur. *Hi à Latinis olim ſunt excogitati exercendi corporis gratia, cum à re bellica vacabant; quorum unus duelli ſpeciem præferens Cintzuſtra dicitur. Dividuntur ſecundum tribus, municipia, curias. Deindè utraque pars armatur, ſinguli contra ſingulos. qui volunt, & ab omni parte armis teguntur. Deindè utrique haſtis veruto præfixo acceptis, impetu concurrunt: & alii alias fortiter urgent: qui equo alium dejecerit, corolla ornatur.* Vide *Decurſiones equeſtres*, & *Torneamenta*.

Gisarma, æ. Genus ſpiculi brevioris, quod Joannes de Janua idem cenſet ac Geſum Gallicum. Fleta lib. 1. cap. 24. apud Caogium: *Ad falces, Giſarmas, cultelles, & alia arma minuta ſint jurati.* Apud Spelmannum tamen Giſarma, genus eſt ſecuris; quam conjecturam firmant Poetæ veteres Gallici apud eundem Cangium.

Gladiatoaes. Spectata vocabuli notione ſunt gladio certantes. Uſus tamen obtinuit, ut eo indicarentur nomine, qui in Amphitheatro gladio dimicantes mutuis vuloeribus ſe cooficiebant. Ludi

illud apud Romanos,& quidem quęſitiſſimi, jucundiſſimique genus fuit ; ſi tamen ludi nomine pluſquam feriuæ immanitatis portentum , & corporum laniena deſignari poteſt . Quoniam res gladiatoria à morte & ſepulchris virorum armis illuſtrium originem traxit , ideo aliquid de ea leviter hic delibaverim: nam plenior ejus diſciplinæ tractatio eorum eſt , qui ſpectaculorum generibus deſcribendis operam impendunt . Origo itaque artis Gladiatoriæ a re funebri , in qua potiſſima pars celebritatis erat , ad rogos ſeu tumulos extinctorum Ducum captivos immolari . Immolationes illæ , ad feritatem & atrocitatis ſpeciem quoquomodo minuendum , in pugnam converſæ ſunt , inductique qui mutuis vulneribus cædibuſque confecti impiè mnrtuis parentarent . Ideo a Buſtis buſtuarii vocabantur , ut eſt notatum in voce *Ludi Funebres* . Id etiam poſtremò ab omni humanitate alienum meritò eſt viſum . Itaque ludicræ lanienæ ferox & barbara conſuetudo ab Inferiis præſtandis ad Amphitheatrum Circumque tranſiit . Eam ob cauſam ſervi coemebantur , qui in Laniſtarum magiſterium traditi , ut feriendi depugnandique in Circo artem edocerentur , cum ſatis eruditi eſſent , Munerariis (id nominis iis erat , qui ludos edebant) artem ſuam elocabant . Nec fugitivi duntaxat , emptique e cataſta à Laniſtis ſervi ; ſed liberi etiam homines ad fœdiſſimam exhibendam voluptatem auctorari ſe patiebantur . Certâ ſolemnique formulà fidem illi ſuam obſtringebant , ad necem uſque ſe pugnaturos ; ſecus , virgis ferroque ſe excruciandos offerebant . Ideo Auctorati vocabantur . Horat. Ser. 2. 7.

Quid refert uri virgis , ferroque necari ,
Auctoratus eas an turpi clauſus in arca ?

Fidem ſuperat , quod de ~~Nerone~~ legitur , quadringentos Senatores , equites ſexcentos ab eodem in arenam inductos . Adhuc tamen probroſiore exemplo Domitianus fœminarum pugnas noctu edidit,Pugnaturi corpora & ſingulos artus juxta artem componebant , ne ſuus ſceleri ordo deeſſet & regula . Ignominioſum ducebant , aut cum gemitu vulnera accipere , aut necari juſſos à populo , veſtigio cedere , vel jugulum avertere , Vitæ arbitrium penes populum , vel Principem , non penes victorem erat . Præmiorum genus victoribus multiplex . Pecunia , ſertum , vel palma lemniſcata , pileum , libertas , jus civis ; præcipue verò obtenta miſſio percuſſione rudis; ex quo *Rude donari* adagium eſt de emeritis in aliqua facultate. Cicer. *Bonus Gladiator rudem citò accepit*, Horat. Epiſt. 1.

Spectatum ſatis , & donatum jam rude quæris,
Mecœnas , iterum antiquo me includere ludo .

Inprimis verò ſolemne Romanis fuit munus edere gladiatorium , antequam Imperatores in provincias proficiſcerentur . Ejus inſtituti cauſas in hunc modum pertexit Capitolinus in vita Maximi & Balbini : *His geſtis celebratiſque Sacris , datis ludis ſcenicis ludiſque Circenſibus , gladiatorio etiam munere , Maximus ſuſceptis votis in Capitolio, ad bellum contra Maximinum miſſus eſt cum exercitu ingenti , Prætorianis Romæ manentibus . Unde autem mos tractus ſit ut proficiſcentes ad bellum Imperatores , munus gladiatorium & venatus darent , breviter dicendum eſt . Multi dicunt , apud Veteres hanc devotionem contra hoſtes factam , ut civium ſanguine litato ſpecie pugnarum ſe Nemeſis , ideſt vis quædam fortunæ , ſatiaret . Alii hoc literis tradunt,quod veriſimilius credo,ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre , & vulnera , & ferrum , ne dimicantes in bello armatos hoſtes timerent , aut vulnera , & ſanguinem perhorreſcerent .*

2, Incredibile dictu eſt, ludis crudeliſſimis juxta atque turpiſſimis ſic homines affici oblectarique potuiſſe, ut vel ad Orientis uſque Cæſares obſcœna feritas pertineret ; nec tamdiu impunè ſolum ea ſpectacula , ſed etiam avide celebrarentur . Ritum nulla non parte omnis humanitatis immemorem penitus antiquavit Theodoricus Gothnrum Rex : factumque non levi tot cultiorum gentium Principumque exprobratione atque convicio , ut è gente Rex barbara pluſquam barbaræ inſtitutionis exemplum corrigeret , tolleretque . Sublatam ajo prorſus eam peſtem a Theodorico : neque enim ſum neſcius a Conſtantino Magno vetita prius fuiſſe Gladiatornm ſpectacula ; verùm conſtat Hydram illam repullulaſſe ; ſpectatoſque eos ludos Theodoſii , & Honorii tempore . Etiam S. Auguſtinus Alipium amicum ſuum magnopere captum fuiſſe gladiatoriis certaminibus author eſt in lib. Confeſſ.

3. Obſervo manu , & digitis multa ſignificari conſueviſſe apud populum atque ipſos Gladiatores . Populus verſo pollice jubebat occidi , compreſſo abſolvebat . Juvenal. Satyr. 3.

& verſo pollice vulgi
Quemlibet occidant populariter .

Certantes verò ipſi provocabant inter ſe minimo exerto . Horat. Serm. l.1.

Criſpinus minimo me provocat .

Iidem fatebantur ſe victos , vel ſublato pollice : Perſ. Satyr. 5.

digitum exere , peccas .

vel manum jungendam tendentes adverſario , vel demum gramen terramve ipſam eidem porrigentes ; ex quo ritu illæ proveniunt parœmiæ populares *Manum do* : *Herbam porrigo* ; quarum uſus eſt de iis , qui ſe victos victoribus profitentur . Gladiatorum genera fuerunt Andabatæ , Hoplomachi , Parmularii , Thraces , Retiarii , Laquearii , Mirmillones , & alii , quos recenſet Hoſmannus . De re gladiatoria vide Caſaubonum Hiſt. Aug. Roſin. Antiqq. l.5. c.24. , & in hunc Dempſteri Paralip. Mercurial. de art. Gymn. l.3. apud quem habes Gladiatorum Iconiſmos ; ſed præ omnibus eruditiſſimum Lipſium Saturnal. l.2. , qui etiam illorum ſchemata offert . Gladiatores Itali dicimus *Accoltellatori* , *Accoltellanti* . Davanz. Tacit. Annal.4. *Un certo Atilia Libertina preſe a celebrare lo ſpettacolo degli Accoltellanti* . Idem An.1. *Druſo celebrò lo ſpettacolo già promeſſo degli Accoltellatori* ,

GLADIATORIUS , a , um . *Gladiatorio animo* non ſine adagionis ſpecie legitur apud Terent. in Phorm.

Hem gladiatorio animo ad me affectat viam .

de iis dicitur , qui more Gladiatorum , periculo neglecto , vel perire parati , ad nocendum accedunt . Ariſtoteles hujuſmodi audaciam , cum propriæ ſalutis contemptu conjunctam , *Audaciam Celticam* appellat , a Celtis , Galliæ Comatæ populis inter Garumnam , & Sequanam .

GLADIATORIA' . Lamprid. in Commod. *Quæ crudeliter , quæ Gladiatoriè , quæ Lenonicè faceret .*

GLADIATURA,æ. Congreſſus Gladiatorum. Tacit. Annal.3. *Adduntur , e ſervitiis gladiaturæ deſtinati* ;

Gla-

Gladiator in arena conſilium capit. Mooemur hoc adagio militari, quod refertur a Seneca Epiſt. ad Lucil. lib. 3. in conſiliis capiendis, &, cum res poſtulat, permutandis, tempori ſerviendum eſſe. Refertur etiam a Cæſare Bell. Gallic. lib. 5.

Gladium, ii. Lucil. apud Varron.

Hærebat gladium mucrone in pectore totum.

Item Varro l. 1. *Qua latet conditum gladium*. Sed loogè frequeotiùs virili genere.

Gladius, ii. Inter arma offendentia præcipuum, & nobiliſſimum obtinet locum. Lamina chalybea, utrinque mucronata, & io cuſpidem deſinens, ut cæſim pariter, & punctim ferire poſſit. Ad duas ferè ulnas extenditur: nam breviores, vel longiores laminæ, item lunatæ, recurvæ, falcatæ, quæque, vel obtuſam alteram babent aciem, vel in virgulas ad trinam faciem exſulcantur, aliam ſortiuntur nomenclaturam. Olim ab humeris dependebat; nunc cingulo religatus geſtatur ad femur: vaginâ tegitur extante manubrio, quo apprehenſus io hoſtes adigitur. Adversùs nocentiſſimum inſtrumentum Tibullus Elegiam conſcripſit. Vide *Ferrum*. Gladiorum uſum monſtraſſe Spartanos docet Plinius l. 7. Tot tantæque a gladio ubique gentium, atque io omnes ætates ſtrages ubique editæ faciunt, ut Varroni aſſentiar, affirmanti a clade gladium, quaſi cladium nomioatum. Propriè tamen clades dicitur ſurculorum ſive ramorum detritio, nam κλάδος apud Græcos ramus eſt. Tria verò hæc a re agreſti ad homines translata habemus, cladem, calamitatem, ſtragem: calamitas enim de exciſione cannarum vel calamorum, ſtrages de ſtra[illegible]s arboribus dicitur. Cum igitur tantum ponderis [illegible] ineat, & quam latiſſimè ad belli uſus pateat gladius, mirum non eſt ſi Thraces & Scythæ ſub ejuſdem effigie Martem coluerint. Ejus rei Ammianus lib. 31. author eſt ampliſſimus: *Nec templum apud eos viſitur aut delubrum, ne tugurium quidem culmo tectum cerni uſquam poteſt: ſed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem, regionum ſuarum Præſulem, colunt*. Nobilitari inprimis illud ioſtrumentum conſenſu omnium ferè gentium, Regum, Principumque, qui ejuſdem traditione tyrones & candidatos in militiam & ordines equeſtres aſciſcunt, prolixe nec ſemel eſt alibi a oobis notatum.

2. Hic verò oon eſt prætereuodum adnotare, viros militares non ſolum in acie & caſtris, verum etiam inter epulas geſtare gladios conſueviſſe, nec niſi illis incinctos dies feſtos ludoſque & ſacra ſolemnia celebrare. Id potiſſimum de Perſis memoriæ prodidit Ammianus lib. 23. de Gallis verò Forcatulus, de Germanis Tacitus teſtificatur. Animadverſione inſuper digniſſimum eſt, ne conſopitos quidem milites aut Duces gladium, veluti ſalutis ſuæ publicæque cuſtodem fidiſſimum, deſeruiſſe. Eo de ritu nos dubitare non ſinunt ſacræ Literæ, ubi de Olopherne Aſſyriorum Duce ita legimus: *Acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus & pugionem ejus, qui in ea ligatus pendebat, exſolvit*. Idem etiam diſcimus ex Homero Iliad. 10. apud quem cum dormientem Neſtorem inveniſſet Agamemnon, ita ſtatim ſubditur:

Juxtàque eum arma variegata jacebant.

Nec omiſit Virgilius eam conſuetudinem tangere, tum lib. 7., ubi ita loquitur de Turno, quem jacentem Furiarum una ad arma excitat:

Arma amens fremit, arma toro tectiſque requirit.

Tum lib. 6. de Deiphobo:

Egregia interea conjux arma omnia tectis
Emovet, & fidum capiti ſubduxerat enſem.

Appianus etiam lib. 3. de Catone ita ſcribit: *Enſem ſolitum lecto adſtare minime inveniens, exclamavit ſe hoſtibus ab domeſticis prodi*. Tetigit eundem morem Seneca io Hercul. Œt.

Eligere neſcis, anime, cui telo incubes:
Utinam eſſet, utinam fixus in thalamis meis
Herculeus enſis!

Plutarchus in Vita Alexandri, & iterum in Vita Catonis ſcribit utrunque Ducem ſub pulvino gladios habuiſſe. Nec verò enſe duntaxat, ſed panoplia armatos dormitaſſe comperio. Alamann. Gyron. c. 1.

Così il fero Giron ſpogliato giace
Sopra l'infide e ſconoſciute piume:
E benche in alcun loco, in guerra ò in pace,
Di così ripoſar non hà coſtume,
Anzi quando ha più il Luglio ardente face,
O quando gelan più l'algenti brume,
Sotto l'ardente Sol, ſopra la neve,
Dormìa con l'arme indoſſo dura e greve;
Pur ſendo ei laſſo &c.

Æneam denique arma cervicali proxima tenuiſſe teſtatur Dido apud Virgil. l. 4. Æneid.

arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuviaſque omnes, lectumque jugalem
Quo perii, ſuperimponas.

3. Indicavi ſuperiùs, Veterum gladios humeris fuiſſe ſuſpenſos, non medio corpori alligatos. Demonſtrat id ipſum nomen *Arma* ubi Feſtus: *Arma appellata, quòd ex armis, ideſt humeris penderent, ut gladius*. Ex antiquiſſimo idem eſt ritu. Homer. Iliad. 2.

Circum humeros poſuit enſem, cui clavi argentei.

Idem Iliad. 15.

In terram ab humeris gladii ceciderunt.

Calaber lib. 1. de Pentheſilea.

humeris autem
Impoſuit magnum enſem gloriabunda.

Virgil. 8.

Tum lateri atque humeris Tegeæum ſubligat enſem.

Et lib. 12.

humero cum apparuit alto
Baltheus.

Quamvis verò Gothis etiam in uſu fuerit ab humeris dependentes geſtare gladios, quod non obſcurè tradit Sidonius Epiſt. l. 4. 20. nihilominus manifeſtum eſt longe prius inductum morem eos appendendi femoribus. Vide *Baltheus* & *Bullæ*.

4. Mirum novumque noſtræ accidat militiæ, Romanos, & quidem florentis Reipublicæ tempore, non a ſiniſtro, ſed a dextero pendentes femore geſtaſſe gladios. Ea de re ita ſcribit Polybius: *Una cum ſcuto gladium imperant, quem fert ad dextrum femur. Appellant Hiſpanienſem, habetque mucronem eximium, & ictum utrinque validum, quoniam lamina ejus firma eſt & ſtabilis*. Steuvechius ad lib. 1. Vegetii, cap. 20. geminam proponit iconem ex antiquis Tabulis marmoreis, in quibus exprimitur miles legionarius cum gladio ad dextrum femur appenſo. Horat. etiam Epod. 7.

Quò quò ſceleſti ruitis, aut cur dexteris

Aptan-

Aptantur enſes conditi?

Videtur plane id minus aptè factum ad uſum militarem: nam & difficilis enſis eductio à parte dextera, & impedimento pugnantibus vagina eſſe omninò debuit. Sed ſciendum eorum temporum gladios breviores fuiſſe, ac proinde nec geſtatu incommodos, nec ad eductionem difficiles à dextro illos femore extrahentibus. Ejuſmodi autem fuiſſe gladios Hiſpanienſes, & memorata ſuperiùs pictura ex Steuvechio, & Livius nnn uno in loco evincit, qui gladios illos brevitate habiles tradit. Minimum plane differre eos gladios crediderim à noſtris pugionibus, quos vulgò dicimus *Pugnali.* Quod genus armaturę liquet nunc etiam proprium eſſe nationis Hiſpanienſis. Nov. Antich. 92. *Egli preſe uno ſcudo di pedone, & una ſpada Spagnuola agiata a combattere di più preſſo.* Et infra: *Allhora il ferìo col ferro della ſpada, ebe era corta, per mezzo il ventre, & abbattello morto alla terra.* Quo verò tempore Romani gladios Hiſpanienſes aſſumpſeriot, exponit Polybius per hæc verba: *Celtiberi paratura gladiorum longe aliis antecellunt. Nam & mucronem validum babent, & ictum potentem ex utraque parte. Quare & Romani uſitatos & patrios gladios deponentes, a temporibus Annibalis Hiſpanorum iſtos aſſumpſerunt. Et formam quidem aſſumpſerunt, ipſam verò bonitatem ferri, & aliam accuratiorem neqnaquam imitari potuerunt.* Cæterum non eſt dubitandum longiores gladios, qui equitum potiſſimum fuere, oon a dextera, ſed a ſiniſtra parte pendentes habuiſſe milites Romanos. Sed & utroque gladio, tum breviore Hiſpanienſi, tum longiore interdum fuiſſe milites inſtructos narrat Joſephus: *Pedites utrinque gladium geſtant. Longiorem quidem illum ad ſiniſtrum latus: nam qui ad dextrum eſt, palmi ſive duodecim digitorum menſuram non excedit.* De gladii Hiſpanici præſtantia ſcribit frequenter Livius, ſed luculentiſſimè 1. Dec. 4. *Nam qui haſtis, ſagittiſque, & rara lanceis vulnera facta vidiſſent, cum Græcis Illyriiſque pugnare aſſueti, poſteaquam gladio Hiſpanienſi detruncata corpora, brachiis abſciſſis, ac tota cervice deſecta, diviſa a corpore capita, patentiaque viſcera, & fœditatem aliam vulnerum viderunt, adversùs quæ tela, quoſque viros pugnandum eſſet, pavidi vulgo cernebant.* Congruit Livio Plutarchus in Vita Æmilii: *Gladii illorum* (Romanorum ſcilicet) *gravitate & ictu per omnia arma ad corpora pervadentes.* Adde Dionem Caſſ. l. 38. *Gladioli enim Romanorum & breviores Gallieis, & mucrones e chalybe babentes, utiliſſimi iis fuerunt.* Ubi vices rerum & morum ineonſtantiam obſerva, Gladios Gallicos longiores, Hiſpanienſes propter brevitatem gladiolos Dio nominat. Hodie Hiſpanorum gladii onn parum Gallicis longiores eſſe ignotum eſt nemini. Idem licebit animadvertere de brevitate gladii Hiſpanienſis præ gladiis Germanorum ex Lucano l. 6.

aut ſi tibi terga dediſſet

Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.

5. Eſt a nobis ſuperiùs indicatum, gladios equitum longiores fuiſſe, quàm peditum. Apertè id oſtendit Fabrettus cap. 7. de Columna Trajani productis teſtimoniis veterum marmorum, & inſcriptionum antiquarum. Idem eorum oſtendunt exempla, qui ut ſibi mortem conſciſcerent, utraque manu adſtricto gladii manubrio, in ejuſdem mucronem ineubuerunt. Plutarchus in Vita Bruti: *Stricti gladii manubrium utraque manu ſuffulciens, in mucronem incubuit, itaque finem vitæ fecit.* Idem Author Othonem etiam apprehenſo gladii manubrio utraque maou, in ejuſdem mucronem narrat iocubuiſſe. Niſi fortè mavis gladium in iis locis appellatum pugionem. Nam certe in ea re, ut fere in aliis militaribus vehementer variatum eſt, ut oos ſæpius, ſed nunquam ſatis obſervavimus. Id etiam eſt animadvertendum in loco gladii. Licet enim Lipſius ad dextrum femur ſuſpendi ab Antiquis conſueviſſe multis docere contendat, vetuſti tamen lapides, & præſertim cælaturæ Columnæ Trajani ad ſiniſtrum femur geſtatos gladios ipſis exhibent oculis, ut oſtendit Fabrettus in explicatinne ejuſdem Columnæ eap. 7. Aſſeverat tamen Lipſius in eadem Columna, atque adeo in altera Antonini Duces & præſtantiores milites conſpici cum gladiis ab humero dependentibus. Ego pro neutro horum Scriptorum vadimonium in perendinum eoncipio: ſed vel rem fuiſſe arbitrariam prn eerto habeo, vel variatum, ut dixi, pro diverſitate temporum, aut Imperatnrum arbitratu. Quantam denique gladii mutationem in annos ceperint, oſtendam tibi verbis Laonici Chalcocnndylæ l. 7. de reb. Turc., ubi gladios Germanos Italoſque inverſo prorſus modo deſcribit, ae hodie ab iis nationibus geſtari ſolent. *Gladii Pannonum, & Germanorum longi ſunt & acuti; nec librato ictu feriunt, quemadmodum barbarici & Italici. Barbariei gladii (& ejuſmodi utuntur Turci), ponderoſi ſunt admodum, unaque tantum parte ſcindunt: nec ſcio gladios, quorum acies a[illegible] in corpora penetret. His comparantur gladii Italici, qui quondam Græcis in uſu fuere. Germanici, & Pannonici gladii longi & rotundi, necnon interdum quadrati ſunt: aciem babent acutam, & in mucronem oblongum deſinunt. Vulnera inſigunt, ſiquis iis utatur inſidens equo, qualia haſta dari ſolent.* Commovit me ingenioſa, eademque perutilis Indorum conſuetudo, qui manubria gladiorum crepitaculis quibuſdam vinciunt, quorum ſonitu ſumunt aoimos, & acrius extimulantur: Maff. Hiſt. Ind. lib. 1. *Cæſim plerunque feriunt; bracteolis pluribus ad gladii manubrium annexis, quorum tinnitu numeroſo ad Martem pugnamque incitantur.*

6. Addo præcipuam fuiſſe gladii prærogativam & decus, ut pro Imperii dignitate, & militaris Præfecturæ teſſera caperetur. Qund enim armorum eſt nnbiliſſimum, jure meruit notari eligique pro ipſo Prineipatu & Imperio. Senec. 1. de Clementia cap. 2. *Præſtitiſti, Cæſar, civitatem incruentam, & boc quod magno animo gloriatus es, nullam te toto Orbe ſtillam cruoris humani miſiſſe; quo majus eſt mirabiliuſque, quod nulli nuquam gladius citiùs commiſſus eſt.* Ubi *gladius commiſſus*, eſt Imperium traditum. Non abſimili forma Xiphilinus in Pertinace: *Cum Prætoriani milites in Pertinacem irruiſſent, unus eorum, Hunc tibi, inquit, gladium milites mittunt.* Frequentiſſime verò in Sacris Literis gladius pro Imperio legitur. Ezechiel 30. *Et confortabo brachia Regis Babylonis, daboque ei gladium meum in manu ejus.* Ideſt conſtituam illum Ducem meum adversùs Ægyptios. Et Barueh cap. 6. *Habet etiam in manu gladium & ſecurim.* Ubi gemina illa arma gladium & ſecurim, pro duplici poſuit Imperii Inſigni: gladius quippe rem mili-

lita-

Digitized by Google

ſitarem, & de hoſtibus victoriam reſpicit; ſecuri verò notatur res forenſis & judiciaria, cum eo inſtrumento conſtet in reos ſuiſſe animadverſum. Ex quo omninò ab Etruſcis ad Romanos mos ille fluxit, ut lictores cum ſecuribus præcederent ad inſinuandam judicandi poteſtatem. Adſcribo certam Formulam, qua traditio illa gladii cum poteſtate peragebatur. Refert illam Crinitus lib. 5. cap. 6. per hæc verba: *En accipe gladium: quod ſi hic quidem Principe dignus eſt, utere pro me.* Non abſimili Formula uſus eſt Trajanus, ut eſt apud Dionem, cum Suram cohortibus Prætorianis præficeret: *Accipe gladium, quem pro me, ſi bene atque ratione imperavero, diſtringes: ſin minus eo ad interitum meum utere.* Non eſt prætereundum illud etiam indicare, gladium inſigne fuiſſe apud Romanos Magiſtratus publicum judicium exercentis; ſicut haſta Prætoris Urbani Inſigne fuit judicii privatim exerciti. Proditum præterea eſt per ejuſdem gladii collationem Regna tradi conſueviſſe, quemadmodum Provinciæ per collationem vexilli. Otto Friſingh. lib. 2. de Geſt. Freder. *Eſt enim conſuetudo Curiæ, ut Regna per gladium, Provinciæ per vexillum a Principe tradantur, vel recipiantur.* Guntherus lib. 1. Ligurini:

Ergo ubi vexillo partem quam diximus ille,
Hic autem gladio regnum ſuſcepit ab ipſo:
(Hunc etenim longo ſervatum tempore morem
Curia noſtra tenet) paſto diademate Petrus
Regali dextra tulit alti Principis enſem,
Præceſſitque ſacram brevius diadema coronam.

Ut gladius a Principe in manus traditus poteſtatis Imperatoriæ ſignificationem gerit, ſic ejuſdem redditio abdicationem Imperii, & clientelam notat. Unum porrò eſt ex indiciis apud omnes ſere gentes, quibus ſuperiorem aliquem quiſpiam agnoſcit, ſeſeque fatetur devictum, nexumque victori jure bellico. Plutarchus in Pompejo author eſt, Tigranem Armeniæ Regem, cum ſe ad Pompejum victorem adeundum compararet, enſe, & baltheo femur diſcinxiſſe, ſic præmonitum a militibus. Congruunt illa Taciti 15. Annal. de Tiridate Rege Parthorum: *Quippe propriis nunciis a Corbulone petierat, ne quam imaginem ſervitii Tiridates præferret, non ferrum traderet.* De eodem Rege Xiphilinus in Nerone: *Ad quem veniens Tiridates Rex, & juſſus acinacem ponere, noluit; ſed clavis eum vaginæ affixit.* Sed clarius idem Hiſtoricus in Vitellio: *In concionibus gladium tradebat Conſulibus, & Senatui, ut ex eo ſummum Imperium deponeret.* In privatis etiam conflictibus gladium victoribus victi porrigunt: nihilque habetur turpius, quàm ſemel ab hoſte ſtratos e terra ſurgere, gladiumque non reddere adverſario, ſed in eundem ſtringere: quod meritò a quodam Matafolle, de gente Saracenorum, exprobratum Berlingherio legitur apud Pulcium Morg. Cant. 8.

Ah, diſſe il Saracin, tu falli troppo:
Uſanza è ſempre de' gentil Baroni,
Che quei, che ſon caduti al prima intoppo,
Porghino il brando, e dienſi per prigioni.
Hor ch'io t'hò vinto, fracaſſato, e zoppo,
A quel, che vuol la giuſtitia t'opponi;
Et hai cavato fuor lo ſpadaccino:
Queſta uſanza non è di Paladino.

Victori autem gladius tradebatur a victo apprehenſa cuſpide, Idem ibidem:

La ſpada per la punta il Paladino
Dava al Pagan, che l'havea abbattuto.

Exadverſum qui olim in Regis, aut Ducis clientelam ſe tradebant, eique aulicum, vel militare profitebantur obſequium, id præſtabant gladii capulo manu contacto. Tradit hunc morem Saxo Grammaticus lib. 2. Hiſtor., ubi ita loquitur de Hiartuaro Dunorum Tyranno: *Wigone oblato, perinde ac de munere gratulatus, an ſibi militare vellet, perquirit. Annuenti diſtrictum gladium offert. Ille cuſpidem refutans, capulum petit: hunc morem Rovolni in porrigendo militibus enſe extitiſſe præfatus. Olim namque ſe Regum clientelæ daturi, tacto gladii capulo, obſequium polliceri ſolebant.* Nec te velim prætereat quod de nudatis gladiis ad collum appenſis legitur apud Conradum Abbatem Uſpergenſem, ac refertur in partem habitus ſupplicantium, veniamque deprecantium a victoribus. Sic autem Conradus: *Poſtremò cives ad id devenere conſilii, ut ſe, & ſua Imperatoris traderent voluntati. Gladios itaque denudatos ſuper colla ponentes, cruces quoque, & alia inſignia præferentes, nudis plantis ad pedes Imperatoris miſerabiliter ſe proſtraverunt.* Obſignatos interdum fuiſſe militum gladios a propriis Ducibus, ne diſtringere illos poſſent niſi adversùs hoſtes, indicat Plutarchus in Pompejo: *Poſt hæc audiens Pompejus milites ſuos, cum iter agerent, ineptè, & abſque ordine ire, omnium gladios obſignavit, quique ſignum non obſervabat, mulctabatur.*

7. Non leviter fortaſſe demiraberis, gladium inter præmia militaria neutiquam adnumerari a Scriptoribus. Polybius haſtas, phialas, phaleras, coronas recenſet; de gladio ne gry quidem. Lipſius de Milit. Rom. l. 5. c. 17. ad eum locum Polybii addit armillas, torques, catellas, anulos, fibulas, vexilla; gladios omnino prætérit. Nec in Romana id ſolum, verum etiam in Græcorum militia licet obſervare. Equidem Homerus Iliad. 19. ubi munera, quibus Agamemnon Achillem decoravit, proſequitur, omiſſo gladio ita ſcribit:

Septem è tentorio tripodas ferebant, quos ei promiſerat,
Splendenteſque lebetes viginti, duodecim quoque equos
Eduxerunt, & mulieres egregias, opera edoctas,
Septem, ſed octavam Briſeida, pulchras genas habentem.

Quem Homeri locum ita reddidit ejuſdem ſtrenuus & aſſiduus imitator Triſſinus Ital. Liber. 19.

E portar primamente venti pezzi
Di drappo d'oro, e venti di velluto,
Venti di raſi, e venti di damaſchi,
Et una bella tavola d'argenti,
Doppia di vaſi, & altretanti d'oro.
E dopo queſti dadici corſieri
Furon menati, e ſette belle ancelle,
Modeſte, e che ſan far tele e ricami.

Equidem niſi me conjectura fallit, ideo reputaverim excluſum ſegregatumque gladium à catalogo munerum bellicorum, quoniam Inſigne eſt, quemadmodum dixi, & teſſera poteſtatis Imperatoriæ. Quid enim? enſem à Principe Imperatori donatum velis? At hoc plane redundans & ſupervacaneum: actumque ageretur à Principe, qui pridem Ducem enſe tradito authoraverat. Num cenſes ab

ipſo

ipſo Duce militem ſtrenuum gladio munerandum? At hoc neque ex ipſius dignitate, neque ex fide fuerit, qui traditum ſibi jus Imperii in alium conferat. Vides oon eſſe gladio locum inter dona militaris, ubi translatæ poteſtatis ſuſpicio intervenit. Id verò ſicubi legeris factitatum, aut præter ordinem, & conſuetudinem cootigiſſe, aut temerè, & inconſulto crediderim a Poetis quandoque eſſe confictum. Intelligis verò, me non vagè effuſeque, ſed circumſcriptè defioiteque verbs facere de iis muneribus, qoæ io teſtimooium præmiumque navatæ fortiter operæ a Principe, vel Ducibus conferuntur. Neque enim ſum neſcius paſſim occurrere donatos gladios aut ineundi fœderis cauſa, sut amieitiæ conciliandæ, & quoquo modo benevoleotiæ ſignificandæ gratià ioter privatos, & hoſpites. Huc referas Jaſonem eoſe donstum ab Hypſipylo. Valer. Flacc. Argon.2.

Tunc enſem, notumque ferens inſigne Thoantis,
Accipe, ait; bellis mediæque ut pulvere pugnæ
Sit comes.

Et iterum l.5. ubi idem Jsſon a Colehorum Rege accipit

accinctum gemmis fulgentibus enſem.

Hoſpitii item gratià gladium Æneas Didoni tribuit: Virgil. l.4. Æneid.

enſemque recludit
Dardanium, non hos quæſitum munus in uſus.

Et Gothefridus Arganti Legato: Taſſ. Gieruſ. c.2.

Hebbe Argante una ſpada, e'l fabro egregio
L'elſe, e'l pomo le fè gemmato, e d'oro,
Con magiſtero tal, che perde il pregio
Della ricca materia appo il lavoro.

Gladii dono traditi inter privatos bellatores, amieitiæ eooglutinandæ gratia exemplum habemus apud Homerum Iliad.7. ubi ſcribit Hectorem, & Ajacem dona invicem permutaſſe; & Ajacem quidem Hectori baltheum, hunc verò Ajaei gladium donaſſe:

Hunc rurſus allocutus eſt magnus caſſide varia
Hector:
Ajax, quando tibi Deus dedit magnitudinem, vireſque
Et prudentiam: inter Achivos verò haſta præſtantiſſimus es,
Nunc quidem ceſſemus a prælio,
Poſtea rurſus pugnabimus, donec Deus
Nos dirimat, detque alterutri victoriam:
Nox jam adeſt; bonum eſt nocti parere;
Ut tu lætifices omnes apud naves Achivos.
Tuoſque maxime cives, & ſocios;
At ego in civitate magna Priami Regis
Trojanos lætificem, & Trojanas longis veſtibus ornatas,
Quæ pro me ſupplicantes ingrediuntur Templum.
Dona verò mutuò inclita demus ambo,
Ut aliquis ſic dicat Achivorum Trojanorumque:
Profectò pugnabant pro contentione animum rodente,
Et iterum in amicitia ſeparati ſunt conciliati.
Sic utique locutus dedit enſem argenteis clavis diſtinctum,
Cum vagina offerens, & artificiosè facta corrigia:
Ajax autem baltheum dedit puniceo colore ſplendidum.

Atque hic mihi iterum latus fodit bonus Triſſioi Genius, ſeque moleſtiſſime laturum ſignificat, ſi detrectem sppooere quæ ille ad hujus Homericæ narrationis exemplar, & libellam exegit. Annuis, Lector, a nobis illum exoratum dimitti? Eccos tibi Triſſini verſus, Ital. Liber. l.17., ubi poſt deſcriptum ſingulare certamen inter Turriſmoodum, & Aquilioum ad hune modum proſequitur:

Onde poi diſſe Turriſmondo a lui.
Valoroſo Aquilin, Maſtro di guerra,
Poiche 'l Rè delle Stelle eſſer t'ha fatto
Il miglior Cavalier, ch'alberghi in Roma,
Laſciam per hoggi la battaglia fiera,
Poiche la notte è giunta, che c'ingombra
La viſta, e ci conforta a ripoſarci.
Diman combatterem, ſin ch'al ciel piaccia
Di giudicarci, e far che l'un di noi
Habbia dell'altro la vittoria e'l vanto.
Tu tornerai nella Città di Roma,
E farai lieti i cari tuoi compagni
Della preſenza tua, ch'ognun la brama;
Et io ritornerò dentro il mio vallo,
Per far lieta di me la mia famiglia,
Che ſtà ſoſpeſa, e prega 'l Ciel ch'io vinca.
Io vuò, ch'ancora ſi doniam l'un l'altro
Qualche bel dono, acciò ch'alcun de' noſtri
Dica: coſtor, che combattero inſieme
Tanto aſpramente, ſon partiti amici.
E detto queſto, ſubito ſi ſcinſe
La ricca ſpada, e con la cinta e'l fodro
Carchi di perle, ad Aquilin donolli.
Et Aquilino anch'ei volſe donarli
Il pugnaletto ſuo, ch'havea per pomo
Un ametiſto, e'l manico d'acate,
E tutto il fodro di puriſſim'oro.

Non me fugit Æneam apud Virgilium Dareta gladio donaſſe, poſtquam ceſtu cum Entello certaverat: Sic enim lib.5. de ipſius ſociis:

galeamque enſemque vocati
Accipiunt.

Verum ludicrum illud certamen ſoit; oec oilo pacto donatus glsdius in argumentum trshi poterst poteſtatis Imperatoriæ. Quod obſervavi de gladio in munus tradito dictum accipias ex uſu militiæ veteris. Neque enim ſum dubius, in recenti militia hoc etiam fuiſſe immutatum, ut gladii pars, & quidem potiſſima militarium munerum haberentur.

8. Gladium in caſtris, & acie individuum militum geſtamen ab Urbibus pacis otio fruentibus elimioant leges. Admittunt illæ tamen armorum uſum venationis, itineris, & navigationis tempore. Marcianus D. ad Legem Juliam de vi publica l.1. *Lege Julia de vi publica tenetur qui arma, tela, domi ſuæ agrove, præter uſum venationis, vel itineris, vel navigationis coegerit.* Militibus tamen in urbe gladios geſtare conceſſum. Dio. l.41. *Permiſit illis ut inermes præter gladios in urbem venirent. Gladios enim in urbe alias geſtare conſueverant.* Severiſſimè tamen cantum; nequis in Forum, vel concionem enſem inferret. Id prius apud Græcos ſua lege vetitum ſua mox validiùs morte ſancivit Charondas. Cum enim legis a ſe latæ immemor armatus proceſſiſſet io concionem, ubi primùm sdvertit muſſitare eà causâ criminantem populum, ſe ipſum eodem gladio transfixit. Narrat id Diodor. Sicul. l.12. ſed audi Valer. Max. l.6. c.5. *Ad vim, & cruorem uſque ſeditioſas conciones civium pacaverat,*

lege

Digitized by Google

lege cavendo, ut ſiquis eas cum ferro intraſſet, continuò interficeretur. Interiecto deinde tempore ex longinquo rure gladio accinctus domum repetens, ſubito indicta conciona, ſicut erat, in eam proceſſit, ab eoque, qui proxime conſtiterat, ſolutæ a ſe legis ſuæ monitus: Idem ego, inquit, illam ſanciam; ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto, incubuit. Eadem cautio retenta omni ſtudio apud Romanos uſque ad necem Tiberii Gracchi, qui leges ferens in concione occiſus eſt. Excuſſa poſt illud exemplum verecundia itum in præceps. Neque enim ita multo poſt à Mario & Sylla in ſoro pugnatum eſt, abruptiſque legum patriarum ſrenis, conculcataque Fori dignitate, collatis utrinque ſignis immenſum cruoris hauſtum, & civium internecione deformata Civitas: Appianus de Bell. Civ. l. 1. *Nullum ad id tempus gladium in concionem illatum fuiſſe, aut cædem Civium patratam priuſquam Tiberius Gracchus Tribunus plebis leges ferens in ſeditione necatus eſſet. Neque piaculo hoc admiſſo ſeditianes amplius defuerunt.* Germanos tamen & Parthos conſtat armatos conciones frequentaſſe: idemque in Græcia aliquando permiſſum indicat Homerus Odyſſ. 2. ubi ita de Telemacho:

Ille forum petit, & dextra tenet arduus enſem.

9. Superiorum temporum mos occupavit, ut gladii Regum, vel Cæſarum ſingulari nomine inſignirentur. Ad hunc modum Arturi Britonum Regis gladius dicebatur Caliburne, ut nos ſuo loco diximus. Durendal vulgo Durindana Orlando Comiti attribuunt fabuloſi Scriptores. Appellationem Duriſſimi habuit ſpatha Villelmi Comitis Inculiſmenſis apud Ademarum in Chronico. Curtana verò nomen eſt gladio S. Eduardi Confeſſoris Angliæ Regis. Vide Titul. *Durendal.* Poſtremo non eſt reticendus mos antiquus ſalutem impertiendi gladiis ori admotis Lucan. l. 4.

tenuere parumper
Ora metu: tantum nutu motoque ſalutant
Enſe ſuos.

Item Stat. lib. 12.

teque ille acie reſpexit ab ipſa
Enſe ſalutatam & nutantis vertice coni.

Notum eſt apud Sacros equeſtres ordines moris fuiſſe ut, dum Evangelium recitare incipit rem ſacram faciens, gladios educerent. Ampliatum eum morem in Poloniam induxit Rex Miecislaus. Cromer. de Reb. Polon. l. 3. *Non videtur ſilentio prætereundum eſſe, quod ſub hoc Principe mos inolevit apud Polonos, ut homines equeſtris ordinis in templis, dum Sacerdos apud altare pronunciat Evangelium, gladios medio tenus ſtringerent, quaſi profitentes Evangelii & religionis defenſionem: Choro autem reſpondente, Gloria tibi Domine, rurſus reconderent.*

10. *Gladio ignem ne fodito*: Vetuſtum adagium à Platone, Laertio, Plutarcho, & Horatio commemoratum, ſed admodum diverſo ſignificatu. Plato 6. de Leg. exponit de conatu & opera irrita; ut *ignem glodio diſſecare* ſit parœmia illis ſimilis: *aquam cribro haurire: mulgere hircum: perfodere Iſthmum*: quæ dicuntur de iis, qui fruſtra quidpiam moliuntur. Laertius & Plutarchus in eos efferri docent, qui laceſſunt ira percitos, præſertim potentiores. *Gladius plumbeus*: aliud proverbiale dictum, relatum à Cicerone, qui gladio, vel pugione plumbeo jugulare dixit, pro levi & futili argumento uti. *Gladius Delphicus*: hujus adagionis meminerunt Euripides & Ariſtoteles. Uſus eſt in homines ingenii verſatilis, & ad ſcenam ſactos. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabreſactus, ut eodem nocentes afficerentur ſupplicio, & victimæ Diis immolarentur. Gladium Itali dicunt *Spada* à Latinorum Spatha, & Græcorum σπάθη. Item *Brando*, non à Germanorum *Brandt*, quæ vox torrem ſignificat; ſed potius à Latinorum voce *Brachia*; ex quà profluit dictio *branca*, quæ dicitur de ungulis rapacium avium & ferarum; ut *brando* ſit homini, quod *branca* vel ungula iliis eſt feris avibuſque. Vocamus etiam *branche* extremas arborum & ſruticum partes, quæ diſpertiuntur ad modum humanæ manus, quæ poſtrema eſt brachii pars. Vide Cangium in Gloſſ. & Ferrarium Orig. Qui tamen Ferrarius aliud non contemnendum addit etymon vocis *Brando* à Latinorum verbo *Vibro* in hunc modum *vibrans, vibrante, branto, brando*. Propriè enim *brando* eſt enſis vibrans, & *brandire* enſem vibrare: à qua vibrati enſis ſimilitudine dixit Caſa Galat. *Tale gitta l'uno de piedi in fuori, e tale brandiſce la gamba.* Demum gladius Italis dicitur *Stocco*: verum *Stocco* propriè eſt enſis quadrangularis, & punctim feriens, ex quo *Stoccata* ictus cuſpide illatus; nam cæſim illatum ictum vocamus *coltellato*. Fit autem *Stocco*, ſi Menagio credimus, à Germanorum *ſtoch*, qua illi voce caudicem ſignificant, Italis *Ceppo*. Juxta hanc uſurpationem pro ſtirpe gentilitia ponitur apud Italos. Joann. Villan. l. 8. *Queſti Conti non ſono per legnagio maſculino dello Stocco degl' antichi Conti di Fiandra.* Et quoniam acutæ ſudes prima fuerunt hominum arma, contigit ut gladii, qui poſtea truncis illis ſucceſſerunt, appellarentur *Stocchi*. Ferrarius trahit à Latino vocabulo Stipes, ex quo ſtipicatum apud nos *Steccato*, & *Stecca*, & *Steccone* item trunculi, & ſudes, ex quibus fiunt ſepta munitoria: & ex iis *Stocco*. Antonius del Caſto, *Sogno di Fiorindo* Cart. 592. aliam affert originem à Græcorum στιάζομαι; addit in Lexico Baſileenſi Græcæ Linguæ poſt relatum hoc verbum ſic legi: *Inde Eſtoch genus ſpathæ petitionibus gladiatoriis præcipue accommodum, quo punctim adverſarium petimus potius quàm cæſim.* Quod plane miror non animadvertiſſe Ferrarium, Cangium, & Menagium. Cum verò memoratum verbum ſignificet petere, collineare, ad ſcopum tendere, in præfati Authoris ſententiam diſcedo, ut inde habeamus vocem *Stocco*.

GLADII DRUSSANI. Ad parœmiæ formam dicuntur acutiſſimi. Author adagii Dio per hæc verba. *Druſo, cum crudeliſſimus eſſet, adeòut gladii acutiſſimi Druſiani ab eo vocentur, vehementer ſuccenſuit.* Sic autem appellati, ut coniicit Lipſius ad Tacit. Annal. l. 3., quoniam à Druſo viro ſæviſſimo, cum ludos gladiatorios ederet, & de more gladiatorum enſes primum inſpiceret, non niſi acutiſſimi probarentur. De eo more Dio: *Iiſque gladios tradidit, verbo quidem ut inſpiceret, ut fieri ſolitum, ſatiſne acuti eſſent, re autem vera ut oſtenderet &c.*

GLADIUS HISPANIENSIS. Vide *Gladius*.

GLADIUS. Pro pœna militari. Vide *Securis*.

GLADIUM PORRIGERE. Vide *Manus dare*.

GLADIORUM NOMINA. Vide *Gladius*, & *Durendal*.

GLADIOLUM, i. Pro parvo gladio a Meſſala dictum improbat Quintilianus: ſed a Meſſala dictum,

bonâ veniâ Quintiliani, Latinè dici poterit, &

Gladiolus, i. Pro herbæ genere, Plinius. Pro parvo gladio: Apul. Aſin. l.3. *Gladiolo, qui me propter hujuſmodi pericula comitabatur, armatus.*

Glans, dis. Propriè fructus eſt quarumdam arborum, ac præcipue quercus, ilicis, fagi. Ad harum ſimilitudimem glandem dixere Veteres ad hujus formam conformatum plumbum, quod fundâ emittebant, vel loro alligatum torquebant retrahebantque. Ex ferro interdum factos eos globulos indicare videtur Hirtius de Bell. Afric. *Officinas ferrarias inſtruere, ſagittaſque, & tela uti fierent complura curare, Glandes fundere.* Fiebant quandoque ex argilla fuſili. Cæſar lib.5. *Ferventes fuſili ex argilla glandes fundit, & fervefacta jacula in caſas jacere cœperunt.* Verum frequentiſſimè comparabantur ex plumbo. Virgil. lib.7.

pars maxima glandes
Liventis plumbi ſpargit.

Propert. lib.4. Eleg.3.

Plumbea cum tortæ ſparguntur pondera fundæ.

Ovid.2. Metam.

Balearica plumbum
Funda jacit.

Recens militia oppugnatoria nulli magis machinarum generi fidit, quàm pilis, ſeu glandibus plumbeis ac ferreis. Majores illæ, minoreſque pro fiſtularum magnitudine jaciuntur. Interdum confertæ conglobatæque plures ad modum grandinis effunduntur. Nexæ quandoque catenatæque ſolent emitti. Servanda tamen ſemper menſura eſt, & certa ratio, ut glandes contorquendæ ſuis reſpondeant fiſtulis: Idem naviter obſervandum in ollis incendiariis, quas magnitudine, & pondere ſuis oportet reſpondere mortariis. Ea de re ſcripſit Blondel, Volumine ſingulari *L'Art de Jetter les Bombes.* Vide *Funda,* & *Olla.*

Glauci. Appellatio equorum peculiaris, certum in iiſdem colorem ſignificans, qui viridi & albo miſcetur; quo etiam epytheto olivas & ſalices Virgilius, alii verò oculos felis, leonis, & noctuæ indicarunt. Proximus eſt cinericio color: cujuſmodi oculos Minerva habuiſſe dicitur apud Homerum, quæ ideo ab eodem appellatur γλαυκῶπις: Latini veteres cæſiam dixerunt. De Glaucis equis Virgilius lib.3. Georg.

honeſti
Spadices, glaucique.

Ubi Servius: *Glauci, felineis oculis, ideſt ſplendore perfuſis.* Quod autem Virgilius inter nobiles, & generoſos equos, Glaucos recenſeat, id factum eſt, quod eorum ſpecies jactantior ſit atque formoſior, oſtentui magis apta, quàm prœlio & laborioſæ vectationi. Idcirco Gratius de Venat. poeta terſiſſimus, & Virgilii æqualis idoneos illos quidem ludis equeſtribus eſſe tradit, minime verò operibus Martiis. Sic enim ſcribit:

Conſule Penei qualis perfunditur amne
Theſſalus, aut patriæ quem conſpexere Mycenæ
Glaucum, nempe ingens, nempe ardua tollet in auras
Crura; quis Eleas potior luſtrabit arenas?
Ne tamen hoc attingat opus, jactantior illi
Virtus, quàm ſylvas durumque laceſſere Martem.

Cum a colorum varietate præſtantes equos, vel degeneres Scriptores arguunt, ita eos conjicio eſſe intelligendos, ut id verum eſſe tradant de ſe-minio earum regionum, ubi memorati colores optimi, vel degeneres in equis habentur. Accidere enim poteſt ut qui equorum color laudatur in Græcia, equos degeneres prodat in Perſia; quod de quavis alia regione ad ſimilem modum ſentio eſſe intelligendum, ut bene notat Pontanus ad memoratum Virgilii locum. Parco inſuper longum ſermonem pertexere de maculis, ſtellis, ſive rotulis, quibus equorum frontes, & crura notari ſolent. Item de amplioribus tractibus nigri coloris; totidem coloris albi adiectis; quæ omnia longæ ſunt tractationis in re veterinaria, nec ita multum faciunt ad equorum uſus in prœlio, & itinere militari. Ad ejuſdem artis Scriptores rejicio operoſiùs ſcrutantes eorum vitia, quique ſternaces, retrogradi, ſucenſſores, anheli, calcitrones, aut ceſpitatores dicantur. Iſthæc nimirum omnia communia quædam ſunt; nec tam bellicos, quàm agreſtes, urbanos, atque domeſticos equorum uſus reſpiciunt.

Globus. i. Propriè eſt corpus ſolidum, undique rotundum. In re militari recenſetur a Gellio inter formas aciei inſtructæ. Sic ſcribit lib.10. c.9. *Frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ſerra, alæ, turres.* Exponitur a Vegetio lib.3. c.19. *Globus dicitur, qui a ſua acie ſeparatus vago ſuperventu incurſat inimicos.* Iterum uſurpatur ſæpe pro multitudine armatorum. Saluſt. *Alii globis eruptionem tentaverunt.* Hinc conglobari hoſtes &c. Poſtremo globos, & globulos dixeris etiam pilas, vel glandes plumbeas, quas ejiciunt pulverariæ fiſtulæ. Vide *Orbis.*

Gloria. Cicero, ut gloriæ fuit multo appetentiſſimus, ſic eandem longè ſupra cæteros Scriptores multis in locis diligenter ac ſplendidè definivit, deſcripſit, illuſtravit. Pulcherrima eſt definitio illa pro M. Marcel. *Gloria eſt illuſtris ac pervagata multorum, & magnorum, vel in ſuos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum.* Ubi optimè gloriam nuncupavit famam illuſtrem; cum ipſa fama rumor ſit latè diditus, verùm æquè in bonam ac deteriorem partem accipi ſoleat. Preſſiùs clarinſque ad Tullii mentem eam definiunt Ethici ex D. Ambroſio: *Clara notitia cum laude.* Provido ſane conſilio humanis natura pectoribus quandam indidit facem, cujus beneficio, diſcuſſa caligine temporum futurorum, poſteritatem perſpicimus, utque ab eadem petamus laborum periculorumque mercedem quam poſſumus nobiliſſimam, & jucundiſſimam, vehementer accendimur. Quis enim tam duros vitæ caſus ſuſtineret, in tam laborioſa diſcrimina pro patria, vel alia honeſta causâ ſe ultrò conjiceret, niſi præſentiret in poſterum, ſciretque ultra vitæ mortalis ſpatium, nimis anguſto ambitu circumſcriptum, immenſam magnis animis immortalis vitæ latitudinem oſtendi, quæ ad nos maxime pertinet? Præſtaret exiguos hoſce mortales dies per otium atque deſidiam inter voluptatis delinimenta conterere, niſi erectus animus immenſis illis inhiaret ſpatiis æternitatis. Ut enim optimè dixit Juvenalis Satyr.10.

quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas? patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis titulique cupido.

Egregiè etiam Silius lib.6.

Arripuit traxitque virum fax mentis honeſtæ
Gloria.

La-

Labores itaque diuturnos domi militiæque ſuſcipimus; victu teoui, veſtitu rudi, ſomno leviſſimo agimus ſub pellibus; curſu, luctatione, natatu, cæteriſque duriſſimis rudimentis ad Martis tyrocinium imbuimur & præparamur: poſtremo nulla onera, oullos adverſarum rerum caſus, nullas vulnerum proſciſſuras, nec ipſius aſpectum mortis reformidamus, illecti excitatique ſpe vitæ ulterioris, & gratæ commemoratione poſteritatis. Præclare proinde Cyrus apud Xenophootem teſtatur, a gloriæ adipiſcendæ reputatiooe leviſſimum reddi laborem omnem militarem & imperatorium. Uſque adeo verò eo gloriæ thyrſo tangimur, ut etiam Philoſophi illi, qui de gloriæ contemptu doctiſſimos eommentarios ediderunt, in his ipſis libris ſua nomina inſcribereot, ut advertit Cicero in Orationo pro Archia Poeta. Luculenter idem Cicero Philipp. 14. *Is verus triumphus eſt, cum bene de Republica meritis teſtimonium a conſenſu civitatis datur*. Et latiùs 3. Tuſcul. *Gloria eſt ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata: ea eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute: ea virtuti reſonat tanquam imago, quæ quia rectè factorum plerunque comes eſt, non eſt bonis viris repudianda*. Utinam verò Cicero quam graviſſimis ſententiis oobilitavit, moderatius ipſe & magis ſobria cupiditate gloriam quæſiviſſet. Ut enim nihil hìc dicam de ipſius Conſulatu, noo ſine cauſa, ut ait Quintilianus, ſed ſine fine laudato; quam commiſerandum in modum, perditè, & uſque ad ioſaniam gloriam deperiiſſe legitur in Epiſt. ad L. Luccejum, quæ habetur lib. 5. Epiſt. Famil. Efflagitat primùm obteſtaturque obnixe hominem, ut res Romanas ſcripturus honorificam prolixamque ſui, ſuique Conſulatûs memoriam faciat: *Ardeo*, inquit, *cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, reprehendenda, noſtrum ut nomen ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis*. Hoc quidem hominis eſt virtutis amiciſſimi. Gliſcit paulò poſt aviditas gloriæ in Oratore, dum Hiſtorieum rogat, nt ſtatim ad res ſuas collaudandas animum & ſtylom advertat. Sie enim proſequitur: *Equidem ad noſtram laudem non multum video intereſſe, ſed ad properationem meam quiddam intereſt, non te expectare dum ad locum venias; ac ſtatim cauſam illam totam & tempus arripere*. Jam verò quæ ſubdit cx iotemperanti faſtu ac præturgida ſui opinione proficiſcuntur: *Quid ſi illa tibi non tantopere videntur ornanda? ſed tamen, qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, eum bene & naviter oportet eſſe impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut & ornes ea vehementius etiam quàm fortaſſe ſentis, & in eo leges Hiſtoriæ negligas -- amorique noſtro pluſculum etiam, quàm concedit veritas, largiare*. Apage ſuperbiam hominis commiſeratione digniſſimam. Equidem meo judicio, dimidium laudum ſuarum & eo amplius Tullio periit tam petulanti atque proterva expoſtulatione ſui efferendi nominis, qua virum graviſſimum non puduit Hiſtorico rem unam omnium pretioſiſſimam detrahere, veritatem, eundemque ad viliſſimam aſſentationem projicere, ut ipſe aliquanto ornatius ejuſdem teſtimonio inelareſceret. Auget rei turpitudinem in Latino Oratore, quòd ille ejuſdem vitii notam inuſſerit Demoſtheol, quem tanquam leviculum, & popularis auræ captatorem traducit in Tuſculanis. Tam anormis & effrenata cupido gloriæ de ſtatu meotis ooo dejeciſſet prudentiſſimum alias Oratorem, nec eo etiam compuliſſet, ut per eonculcatam familiaris Hiſtorici exiſtimationem & nomen ad ſuæ perennitatem memoriæ graſſaretur, ſi pernoviſſet intimè conditionem ipſam atque naturam glorię mortalis, qua nihil fluxum eſt magis, ut nos ex Boetio, Daote, & Petrarcha, oſtendimus in Titulo *Fama*. Notum etiam atque protritum illud, ſeram eſſe gloriam poſt cineres, quod ſic eleganter Etruſcè protulit Maffeus Valierus in pulcherrimo cantu de S. Franciſco Aſſiſiate Chriſti Domini vulneribus inuſto atque coodecorato:

E ſe manca la vita,
Che ti giova la fama? egri conforti:
La gloria è viva a' vivi, è morta a' morti.

Neque porrò hìc ego valdè ſollicitem generoſum famæ gloriæque humanæ cootemptum juxta illud ad Galatas 5. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes*; nam quæ verax atque legitima ſit gloria, indicatum habemus 2. Cor. 1. *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei converſati ſumus in hoc mundo*. Opnlentam aliam gloriæ ſegetem oſtendit Paulus Apoſtolus in infirmitatibus ſuis. Sic autem ſcribit 2. Cor. 11. *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor*. Hæc autem oon obſtant quominus moderatè quærere & pro virili tueri quiſque debeat exiſtimationem ſuam. Eſt eoim virtuti probitatiqne debitum aliorum præſtans de eadem pervagatumque judicium. Equidem in ſacris paginis ubique occurrit ſtudioſiſſimum ſuæ eſſe gloriæ ſupremum Numen. Sic enim Iſaiæ 42. *Ego Dominus hoc eſt nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo*. Ut autem ejus exemplo nos etiam noſtro nomini conſulamus præcipitur Eccleſiaſt. 41. *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi & magni*. Et Proverb. 3. *Gloriam ſapientes poſſidebunt, ſtultorum exaltatio, ignominia*. Verùm ad humanæ gloriæ ſtudium iterum relabi me cogit inſtituti mei ratio. Nam ſi omnes artium magiſtri, philoſophi præſertim, ac literarum amatores nihil operosè magis & anxiè quàm ſui quæritant oominis propagationem, oon immeritò de eadem contingit multò ardeotiùs eſſe ſollicitos bellatores viros, quorum res geſtas & eximia facinora loogè pervagatior conſequi ſolet recordatio poſterorum. Eorum certè ſtatuæ ſunt, arcus, trophæa, quæque alia ceoſentur, aut metallis iociſa, aut conſignata literis teſtimonia illuſtrium in Rempublicam meritorum. Splendidè admodum verèque dictum de Romanis a Saluſtio, iis gloriam ingentem, divitias honeſtas eordi eſſe. Quare oullum io Triumphis ſpectaculum erat illuſtrius, quàm contueri nuda triumphantium pectora inuſta cicatricibus & vulneribus exarata. Scævola etiam elato maſculoque animo dixit, vile eorpus iis eſſe, qui magnam gloriam petunt. Græcis porrò militibus pro iogeoti fuit probro in Campis Marathoniis vulnus non accepiſſe. Quam glorioſæ extiteruot vigiliæ Themiſtoelis, cui ſomnum exeutiebant trophæa Miltiadis? Ex hac ſcilicet ambitione gloriæ tot tantiſque præſtantiſſimæ virtutis documentis profecerunt animæ illuſtres, non modo Heroicorum temporum, verùm omoium ferè præſtantium

Nationum, ac præſertim Macedonum & Romanorum. Optime hinc inſtitutum apud Lacedæmonios, ut qui fortiter pro patria occubuiſſent, oliva lætiſque aliis redimiti frondibus, amictique purpura inter hymnos & Pæanes lætitia frementis populi, majorum ſepulchris mandarentur. Apud eoſdem verò etiam gloriæ deſpicientia pro majori interdum gloria fuit. Oſtendit id luculenter Livius lib. 27. exemplo M. Fabii, qui negavit lauream ſe accepturum, interempto Q. Fabio fratre, & amiſſo Conſule. Sic antem concludit Livius: *Omni acto triumpho depoſitus triumphus clarior fuit: adeo ſpreta in tempore gloria, interdum cumulatior redit.* Vide *Fama*.

Glossocomum. Dicitur ab antiquis Mechanicis, & Architectis mirabile & nobiliſſimum organum tractorium, quo immenſa quævis opera dimoventur facile atque librantur, motrice, ut ajunt, virtute duplicata & plurimum aucta per opificium hujus machinamenti. In machinis bellicis ſummam apud Veteres vim atque efficaciam præſtitit. Sic autem quinque connexis tympanis, & rotis grandioribus compingitur, ut ad vim addendam huic inſtrumento omnes conſpirent potentiæ, ut dicunt, artis mechanicæ. Hoc plane fuit inſtrumentum, quo ſe terram emoturum eſſe audacter promiſit Archimedes, ſi nanciſci potuiſſet extra terram punctum immobile, ubi conſiſtere, & defigere machinam poſſet. Idem inſtrumentum fusè deſcriptum eſt ab Herone Alexandrino. Sed hujus authoris opus deperditum Pappus item Alexandrinus reſtituit. Vide plura apud Vital. Lex. Mathem.

Gnoma, æ. Vide *Forum*.

Gnomon, onis. Pro ſtylo horologii ſolaris uſurpatur a Plinio lib. 2. cap. 71. In re ædificatoria tum civili tum militari eſt inſtrumentum rectangulum, notiori nomine libella nuncupatum, quo res librantur, ut cadant in planum ad perpendiculum. *Squadra*.

Golafrus. Inter naves bellicas recenſetur a Gaufredo Malaterra lib. 2. cap. 8. *Noſtri denique tantummodo Germundos & galeàs; Sicilienſes verò Cattos, & Golafros, & Dromundos, ſed & diverſa fabricæ naves habebant.*

Gordius nodus. Dicitur de re difficillima: Ab Alexandro Magno ortum adagium, ut Plutarchus ſcribit in ejuſdem vita. Tradit autem, Alexandrum Magnum, ſubacto oppido Gordio, viſere voluiſſe celebre quoddam plauſtrum, de quo is rumor erat vulgatus, ut qui ejuſdem nodos explicuiſſet, Terrarum Orbis imperio potiretur: arctiſſimam illam nodorum maſſam Alexander enſe diſſecuit; quo ictu, ut ſcribit Curtius, *Oraculi ſortem vel eluſit, vel implevit.*

Gracilis. Genus buccinæ, vel cornu ab acuto & gracili ſono, quem edit, ſic appellati. Recenſetur ab Iſidoro lib. 12. cap. 3. Gautherius Antiochenus: *Libetque præconeri voce propatula, ut univerſi audito primo ſonitu Gracilis feſtinent bellicis indui.* Idem alibi: *Gracilibus, tibiis, tubis clangentibus.*

Gradarii equi. Quorum mollis eſt inceſſus, & ſine equitis ſuccuſſatione. Lucil. *Ipſe equus non formoſus, gradarius optimus.*

Gradivus. Vide *Mars*.

Gradivicola, æ. Gradivi cultor, Bellator. Sil. 4.

Et Gradivicolam celſo de colle Tudertem.

Gradus militaris. Vide *Agmen*.

Græci tentando ad Trojam pervenerunt. Proverbium commemoratum a Theocrito in Syracuſiis:

tentando ad Trojam venere Pelaſgi.

Docemur, nihil eſſe tam arduum ſeptumque periculis, quod induſtria ſuperari non poſſit.

Granaria, orum. Nemo dubitat, proprium in caſtris fuiſſe locum granariis. Quoniam verò in deſcriptione caſtrenſi, quæ non ſemel viſitur in tabulis anaglypticis Columnæ Trajanæ apud Fabrettum, occurrunt bina ædificia contexta tabulis, & lignea contignatione; & alterum quidem quadratum, rotundum alterum; ſed utrunque tignis ſuffultum & quaſi penſile, exiſtimat idem Scriptor, Granaria fuiſſe caſtrenſia. Et quidem non ſolum Varro de re Ruſtic. lib. 1. cap. 57. de penſilibus granariis mentionem injicit; eaque maxime accommodata dilaudat ad uſum ſtativorum; verum etiam ad Urbanos uſus eorundem meminit granariorum Scævola L. Titius 60. d. de Acq. Rer. Dom. *Titius horreum frumentarium novum ex tabulis ligneis factum mobile in Seji prædio poſuit.* Proceſtria in caſtris fuiſſe conjicio, quę Fabrettus appellat granaria. Vide *Proceſtria*.

Grantare. Vide *Creantare*.

Graphium, ii. A ſcribendo ex Græco dicitur. Stylus eſt ferreus, ab una parte acutus, quo literæ in cera exarantur, ab altera parte planus, qua inducebatur, ſiquid fuiſſet vitiosè ſcriptum, & iterum cerâ complanabatur. Romanis interdictum antiquitùs erat gladium aut pugionem geſtare in Urbe: itaque graphia cum pugillaribus circumferebant. Vindictam porrò ſuadente ſubitâ irâ confugiebant ad graphium. Sveton. in Vita Julii cap. 82. ſcribit Cæſarem a conjuratis obſeſſum Caſſii brachium graphio trajeciſſe. Idem in Cajo hæc habet cap. 28. *Cum diſcerpi Senatorem concupiſſet, ſubornavit qui ingredientem curiam, repente hoſtem publicum appellantes invaderent, graphiiſque confoſſum lacerandum cæteris traderent.* Senec. etiam de Clement. lib. 1. cap. 14. *Erixonem equitem Romanum, memoriâ noſtrâ, quia filium ſuum flagellis occiderat, populus in foro graphiis occidit.* Miſſum feciſſem hoc teli genus, utpote quod civium potius, atque adeo litteratorum, quàm militum fuit. Sed quoniam Dempſterus in Paralip. ad Roſin. lib. 10. putat graphium idem eſſe telum ac verutum, quod certè bellicum eſt, idcircò illud etiam cum aliis recenſendum putavi; licet aliud graphium, aliud verutum eſſe liqueat. Invenio tamen apud Areoſtum Cant. 39. inter arma ferientia ea etiam relata, quæ ipſe vocat *Graffi*:

Li cade ſopra un nembo di ſaette
Da lato ha ſpade, e graffi, e picchi, e accette.

Verùm ea inſtrumenta licet Græcæ, ut videtur, originis appellationem habeant apud Monoſinum, & alios, nihilominus longe videntur diſtare a graphiis Antiquorum; & potius eſſe genus quoddam Harpagonum, ut bene animadvertunt & exponunt Academici a Furſure. Vide *Stylus*.

Grassor, aris. Eſt omninò frequentativum a verbo *Gradior*; ut graſſari ſit vehementer, & cum impetu incedere. Quamobrem tam in bonam, quàm in malam partem antiquitùs ſumebatur hoc verbum, quod maxime oſtendit Saluſtii locus de Bell. Jugurth., ubi ſic loquitur de humano animo: *Qui ubi ad gloriam virtutis via graſſatur.* Ubi graſſari eſt pleno gradu contendere. Huc

etiam

etiam referas, quod a Feſto ſcribitur, graſſari Antiquis fuiſſe adulari: nimirum quoniam paraſiti, & adulatores per vias, & ædes divitum perpetuò curſitabant, cibum alienum ſectantes. Mars ipſe Gradivus eſt appellatus a præcipiti ferocique gradu, quo rapiebatur; & quoniam validè impigreque inferret gradum, cum ſeſe ad prœlium applicabat. Uſus tamen poſtea obtinuit ut graſſari duntaxat dicerentur latrones vias obſidentes. Licet autem nefariæ ejus gentis conſuetudo & inſtitutum potius ſit deliteſcere, clanculumque & in obſcuro agere, nihilominùs perbellè iiſdem congruit appellatio Graſſatorum, quoniam ſaltuum anfractibus concluſi primum, immotoque ſubſiſtentes pede, ubi tamen ad manum præda eſt citatiſſimo ac præcipiti gradu confeſtim ad illam convolant, & viatores incautos maturato adoriuntur gradu. Tametſi verò improbiſſimæ vitæ genus diris omnibus atque conviciis ſit obnoxium, & meritò tanquam humani generis peſtis habeatur, nihilominus ſubit animum ſuſpicari non ita turpe atque flagitioſum aliquando miniſterium fuiſſe exiſtimatum per vim & fraudolentas inſidias ſibi victum quæritare. Suadet id mihi inprimis non impar omnino ratio & origo piratarum, quorum non inhoneſtum vitæ genus antiquitus eſt reputatum. Accedit repertos quandoque ſummi loci atque adeo Regiæ dignitatis viros, qui vitæ per graſſationes tranſigendæ, aut injuria aliqua laceſſiti, aut aliam ob cauſam animum appulerunt. Id verò ab ipſo Rinaldo multo maxime illuſtris proſapiæ viro, atque adeo ab aliis Aulæ Gallicæ Proceribus vulgò Paladinis factitatum fuiſſe ſcribit Aloyſius Pulcius in Etruſco Poemate *Morgante*, cujus verſus referimus in voce *Malandrini*.

GRASSATOR, oris. Qui prædandi ſpoliandique obvios causâ vias obſidet. Cic. de Fato: *Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus, cauſa foret, cur a Graſſatore ſpoliaretur.*

GRASSATIO, onis. Plin. lib. 3. cap. 22. *Nocturnis graſſationibus converberatam faciem illinens.*

GRASSATURA, æ. Graſſatio. Sveton. in Tiber. *Tuendæ pacis a graſſaturis & latrociniis curam habuit.*

GRATULATIONES PRO VICTORIIS. De multiplici pompa, muneribus, & monumentis, feſtivaque acclamatione populari, lætoque ac ſplendido Urbium veſtitu ornatuque, poſt acceptos victoriarum nuncios, aut certe in ipſo victorum Ducum reditu in patriam, multa ſparſim, quibus oportuit in locis, collocavimus. Apud Romanos verò non poſtremam publicæ hilaritatis partem obtinebant officia externarum Urbium Principumque, quibus rem proſpere geſtam per legatos Reipublicæ gratulabantur. Exempla harum gratulationum, ac ſubinde Senatus reſponſa ad Legatos diligenter colligit Briſſonius de Formul. lib. 2. Commemoratione digniſſimum reputo, quod de Saguntinis Legatis ſcribit Livius lib. 28. *Ob hæc, quibus majora neque ſperare, neque optare à Diis immortalibus poteramus, gratias actum nos decem legatos Saguntinus Senatus, populuſque ad vos miſit: ſimul gratulatum, quòd ita res per hos annos in Italia atque Hiſpania geſſeritis, ut Hiſpaniam non Ibero amne tenus, ſed quà terrarum ultima finit Oceanus, domitam armis habeatis: Italiæ, niſi quatenus vallum caſtrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno. Jovi. Opt. Max. Præſidi Capitolinæ Arcis non grates tantum ob hæc agere juſſi ſumus, ſed donum hoc etiam, ſi vos permitteretis, coronam auream in Capitolium victoriæ ergo ferre. Id uti permittatis, quæſumus: utique, ſi vobis ita videtur, quæ nobis Imperatores veſtri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua authoritate veſtra faciatis.* Quibus in hanc ſententiam reſponſum legitur à Senatu: *Et dirutum & reſtitutum Saguntum, fidei ſocialis utrinque ſervatæ documentum omnibus gentibus fore. Suos Imperatores rectè atque ordine, & ex voluntate Senatus feciſſe, quod Saguntum reſtituerint: quæque alia eis benigne fecerint, ea Senatum ita voluiſſe fieri. Donum permittere ut in Capitolio ponerent.* Non ex hac ſolùm legatione gratulatoria à Saguntinis obita, verùm ex univerſis etiam in ſimilem ſententiam memoratis a Livio, aliiſque, adnotare licet conjunctam ſemper fuiſſe legationi exhibitionem munerum Jovi Capitolino. Idem enim legitur apud Livium lib. 3. præſtitum à Legatis Latinorum & Hernicorum, miſſis gratulatum de concordia Patrum ac Plebis. Idem lib. 45. occurrit de Pruſia Bithyniæ Rege poſt gratulationem de victoria factam. Idem lib. 7. de legatione Carthaginienſium poſt devictos Samnites. Et lib. 45. de Legatis Rhodiorum. Uſitatum etiam, ut poſt gratulationis officia poſtularent legati, ut liceret ſibi ſacrificare in Capitolio, grates Diis immortalibus acturis pro victoria Romanorum. Legitur id apud Liv. lib. 45. in legatione Maſgabæ filii Maſiniſſæ. Idem occurrit apud eundem lib. 35., ubi Philippi Regis legati gratulantur de abſoluto bello in Græcia cum Antiocho.

GRAVIS ARMATURA. Sæpe occurrit apud Livium, & alios Hiſtoricos. Exercitio & genere armorum diſtinguitur à velitibus; ſive levi armatura. Erant enim illi Graves Cataphracti, de quibus prolixè eſt dictum ſuo loco. Potiſſimum in illis exercitûs robur. Ideo murus ferreus à Veget. dicitur lib. 2. cap. 17. *Excipiebat autem prœlium Gravis armatura, quæ tanquam murus ferreus ſtabat.* Eadem metaphorâ tum alibi ipſe Vegetius; tum paſſim Latini poſteriores utuntur.

GREGARII MILITES. Ductâ metaphorâ à gregibus ovium, caprarum, & ſimilium animalium minutorum, dicuntur tumultuariò collecti, delectu minimo, ac proinde infimæ notæ. Cic. pro Planc. *At id etiam Gregarii milites faciunt inviti.*

GROMA, æ. Aliis Gruma. Perottus trahit a *Gruo*, quod eſt congruo, vel convenio; & dicitur ab ipſis gruibus. Et quidem verbum congruo in proprio accepit ſignificatu Solinus cap. 15., ubi ſic de gruibus loquitur: *Concors cura omnium pro fatigatis, adeunt, ſiquæ defecerint, congruant univerſæ, laſſaſque ſuſtollant.* Ingenioſum magis hoc thema, quàm verum. Eſt autem Groma, vel Gruma genus machinulæ, cujus uſu locus metandis caſtris capitur, agrique & regiones cognoſcuntur, ac diriguntur ad lineam. Superponebatur illa ferramento, cujus ſæpiſſimè fit mentio apud Agrimenſores. Falsò quidam ferramentum illud confundunt cum Groma: ſiquidem apertè illa diſtinguit Hyginus in Gromat. *Sive in dictatione metarum poſito ferramento Groma ſuperponatur, ut portæ Caſtrorum in conſpectu rigoris ſtellam efficiant.* Statuebatur autem Groma cum ferramento in tetrantem, ut lineis ductis in quatuor partes ita ſpatium divideretur, ut quatuor faceret normales angulos. Vide Schema propoſitum a Salmaſio in Solinum cap. 37. A quatuor por-

porrò cornibus, quibus ſpatium circa Geomam diſſecabatur in crucem, totidem pendebant funiculi ex nervis conſtantes, qui propterea dicti ſunt *Nerviæ*, ex quibus appenſum plumbum perpendiculo deſerviebat. Vetus Ageimenſoe: *Et ferramento primo mutato, omnia indomita perpenſa dirigere, cujas ex omnibus corniculis expenſa ponderibus, & inter ſe comparata fila tenuere.* Et hoc quidem maximi compendii inſtrumentum eſt, & menſura Agrimenſoribus, & metatoribus, quâ dirigantur ad lineam viæ flexæ. Aggenus apud Scaligerum in Feſt. *Nam & in caſtris, & in coloniis capiendis Groma ponebatur in tetrantem, anticâ & poſticâ lineâ ſe invicem ad rectos angulos interſecantibus.* Idem inſtrumentum ant omninò ſimila dicebatur Chorobate. Uſus erat in aſſignandis agris per occaſionem deducendæ coloniæ, omnique agrorum menſura capienda; ſed potiſſimum in delineanda metatione caſtrorum. Hinc degrumaire apud Veteres peo dirigere Gromâ: Lucilius apud Nonium:

viamque
Degrumabit, ut in caſtris menſor facit olim.

Agnoſcis vel maxime ad caſtrorum metationem Gromam pertinuiſſe. Apertiùs Hyginus in opere ſingulari, quod ab eadem menſura inſcribit *Gromaticum*: *In introitu prætorii partis mediæ ad viam principalem Grumæ locus appellatur, quòd turba ibi congruat, ſive quòd in dictatione metarum, poſito in eodem loco ferramento Gruma ſuperponatur, ut portæ caſtrorum in conſpectum rigoris ſtellam efficiant: & profeſſores ejus artis eaaſá Gramatici ſunt appellati.* Habes hioc primùm profeſſores, & ſtudioſos agrorum metiendorum capiendorumque limitum, & metationis caſtrorum nominari a Gruma Grumaticos. Agnoſcis etiam thema hujus vocis Hygino eſſe *a grue*, vel *congruo*; quare Grumam ipſe, noo Gromam appellat. Percipis demum non uſum duotaxat Gromæ fuiſſe in caſtris metandis, ſed peculiarem in ipſis caſtris locum ab eadem dictum eſſe *Gromæ locum*. Locus autem Gromæ in caſtris erat forum ad introitum Prætorii, quò turba conveniebat, vel congruebat. Is autem locus eeat in caſtrorum medio, ubi ſcilicet excitabatur prætorium. Ibi audiebantur legationes, eecitabantur nuncii, expediebantur gravioris momenti negocia. Quam ob cauſam a cogooſcendis rebus eum fuiſſe appellatum locum plurimi ſtatuunt, dictumque mutatione literulæ a voce Græca γνώμη, vel γνώμων, quæ cognitionem ſignificat. Quod ſuperiùs dixi de Groma poſita in tetrantem, cave ſic accipias quaſi tetrans idem ſit quod quadrans Latinorum. Quadrans ſiquidem Latinorum quartam partem ſignificat, quæ alio nomine Latinis dicitue norma; tetrans verò Græcorum ab Hygino, & aliis Latio donatus quatuor partes indigitat. Dicitur autem Geoma figi in tetrantem, cum figitur ad dirigendas quatuoe partes. Addo ex eodem Salmaſio non paucis antiquis agrimenſoribus Geomam fuiſſe perticam, quæ habebat normas, ſive Latinorum quadrantes, & perpendicula dependentia. Incertus Agrimenſoe: *Si fuerit ergo vallis, quæ conſpectum agentis exſuperet, per ipſam metis ad ferramentum appoſitis erit deſcendendum: cujas rigoris inceſſum, ut a ſe in contraria æquemus, afflicta ante linea capitulum perticæ æqualiter, & perpendiculum cultellare debemus.* Idem alibi: *Nam quoties cultellamus ſine linea, conſpectum metarum ſæpe excedimus, & cam feſtinantes ex ea loco iterum rigorem conſpicimus, tunc in illa perticarum quamvis exigua converſione non minus fit diſtenſio.* Meminit etiam ejuſmodi perticæ Author Dirarum:

Pertica quæ noſtros metata eſt impia agellos.

Et Peopert. l. 4. 1.

Abſtulit excultas pertica triſtis oves.

Ubi tamen de Pertica ſubhaſtationis potius quam de menſoria exponendus Poeta. Verùm quoniam Varro, Columella, aliique enumerantes menſuras agrorum nihil enunciant de hujuſmodi pertica; contra verò ipſe ager, ſeu territorium ſæpius perticæ nomine effertur ab Agrimenſoribus, ideo non deſunt, qui non leve diſcrimen ſtatuant inter Gromam & Perticam. Adi omninò ſuper ea quæſtione, Salmaſium ad indicatum Solini locum. Sunt etiam qui perticam, idem menſuræ genus eſſe ſtatuant, ac decempedam, aliis tamen contra obnitentibus; quoniam decempeda digitos haberet ſexdecim ſupra decem pedes, pertica verò digitos decem & octo ſupra pedes duodecim. Id etiam eruditè diſceptat idem Salmaſius.

Gromatica. Dicitur a Groma, agrimenſorum inſtrumento, ſive machina directoria, quæ idooea eſt ad regiones dignoſcendas. Vox eſt corrupta a Græca voce *Gnoma*. Vide *Metatores*, *Caſtrametatio*, & *Groma*.

Gromatici Scriptores. Vide *Groma*.

Grosphus. Dictio Græca, qua Polybius utitur in deſcriptione Velitum, cujus etiam meminit Euſtathius Homeri Scholiaſtes. Sic autem dicitur haſta velitaris; eujuſmodi ſeptenas manu geſtabant Velites, qui proinde Groſphomachi appellabantur. Vide *Haſta Velitaris* & *Velites*.

Grosphomachi. Vide *Graſphus*.

Grues. Aves ſunt notæ, verùm eædem volatu ſuo magiſtræ ſunt militaris ordinis in commeatu probè ſervandi. Neque enim Scriptores aliter loquuntur de illis commigrantibus, quàm de incedente exercitu. Latè & eleganter de illis Solinus cap. 15. *Nec piguerit meminiſſe, quateaus expeditiones ſuas dirigant. Sub quodam militiæ eunt ſigno, & ne pergentibus ad deſtinata vis flatuum renitatur, arenas devorant, ſublatiſque lapillulis ad moderatam gravitatem ſaburrantur. Tunc contendunt in altiſſima, ut de excelſiori ſpecula metentur quas petant terras. Fideus meatu præit catervas: volatus deſidiam caſtigat voce, quæ cogit agmen: ea ubi obraucata eſt, ſuccedit alia. Pontum tranſituræ angaſtias captant: & quidem eas promptum eſt oculis deprehendere, quæ inter Tauricam ſunt & Paphlagoniam, ideſt inter Caramben, & Κριῦ μέτωπον. Cum trans mediam alveum adventaſſe ſe ſciunt, ſcrupulorum ſarcina pedes liberant. Ita nautæ prodiderunt, compluti ſæpe ex illo caſu imbre ſaxatili. Arenas non prius revomant, quàm ſecuræ ſedis ſuæ fuerint. Concors cura omnium pro fatigatis, adeont ſiquæ defecerint, congruant univerſæ, laſſaſque ſuſtollant, uſque dum vires otia recuperentur. Nec in terra cura ſegnior, Excubias nocte dividunt, ut exſomnis ſit decima quæque. Vigiles pondaſcula digitis amplectuntur, quæ ſi forte exciderint, ſomnum coarguant. Quod cavendum erit, clangore indicant.* De iiſdem Plin. lib. 10. cap. 23. *Quando proficiſcantur conſentiunt; volant ad proſpiciendum altè; Ducem, quem ſequantur, eligunt: in extremo agmine per vices, qui acclament, diſpoſitos habent, & qui gregem*

vuce

Digitized by Google

voce contineam. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno & decidens, indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Dux erecto providet collo, ac prædicit. Militaris earum proceſſus ſic Etruſco ſermone deſcribitur a Brunetto Latini Italico interprete lib. 5. c. 27. *Grue ſono una generazion d'uccelli, che vanno a ſchiera, come i Cavalieri, che vanno a battaglia, e ſempre vanno l'uno dopo l'altro, ſicome vanno i Cavalieri in guerra, e ſempre ne và uno dinanzi, come gonfaloniere.* Homerus etiam 3. Iliad., & Oppianus lib. 1. Hal. Earum avium tranſmigrationem mirabilem exornarunt. Nec defuerunt ſibi Latini Vatea, quin ab earum deſcriptione ſuis Poematibus gratiam accerſerent. Virgil. lib. 10.

Tela manu jaciunt: quales ſub nubibus atris
Strymoniæ dant ſigna grues, atque ethera tranant
Cum ſonitu, fugiuntque Notos clamore ſecundo.

Quem Virgilius clamorem nominat, Poetæ Græci propiùs ad militarem ſimilitudinem, clangorem dixere. Adſcribo illa ex Lucano lib. 5.

Strymona ſic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturæ te, Nile, grues, primoque volatu
Effingunt varias, caſu monſtrante, figuras.
Mox ubi percuſſis tenſas Notus altior alas,
Confuſos temerè immiſtæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit diſperſis littera pennis.

Adiice Claudian. de bell. Gildon.

Pendula ceu parvis moturæ bella colonis
Ingenti clangore grues æſtiva relinquunt
Thraeia, cum tepido permutant Strymona Nilo:
Ordinibus variis per nubila texitur ingens
Littera, pennarumque notis inſcribitur aer.

Id ſcilicet eſt, quod Plinius dixit, Exercitu literato grues procedere. Et tetigit Martialis lib. 13.

Turbabis verſus, nec littera tota volabit,
Unam perdideris ſi Palamedis avem.

Vide plura apud Raderum in eum locum Martialis. Quod autem Claudianus de Pygmæis commeminit, contra quos aciem inſtruunt atque depugnant Grues, id quidem habet etiam Nonnus lib. 14. Dionyſ.

Clangore quidem nigricantes ad pugnam Indi ibant,
Thracicis gruibus ſimiles, cum fugientes
Hyemale flagrum, & ætherium impetum imbris,
Irruunt catervatim in capita Pygmæorum.

Rei nonnihil fidem exſuperanti lacinias addunt Poetæ alii, dum ſublatos in aerem Pygmæos ab earum avium catervis comminiſcuntur. Vide, quæ diximua in Titulo *Pygmæi*. Noa certe Gruibus locum in bellica hac noſtra dedimus tractatione non tam propter earum conflictua adversùs gentem illam minutulam, in quibus indicandia deſcribendiſque ſtrenuè nugatos potius credimus Latinos juxta, Græcoſque Poetas, & Hiſtoricoa; quàm propter admirabilem illum ordinem, quem tranſvolantea tuentur ad exemplum aliquod typumque exercituum commigrantium.

GRUMA, æ. Vide *Groma*.

GRUMUS, i. Longe alia notio apud Latinos eſt Grumi, quàm Grumæ vel Gromæ. Exponitur à Feſto, & Nonio, terræ collectio, minor tumulo. Verum Vitruvius lib. 8. cap. 3. montium cacumina vocat ſummos grumorum tumulos. Idem Vitruvius lib. 2. cap. 1. ubi tradit, qua ratione primi mortalium ac præſertim Phryges ſtudium adhibuerint collocandis humilibus depreſſiſque caſis, terræque ad ſtructuram effodiendæ, videtur Grumos accipere pro globis terræ congeſtitiæ. Sic enim ſcribit: *Inſuper ſtipites inter ſe religantes metas efficiunt, quas arundinibus & ſtramentis tegentes exaggerant ſupra habitationes maximos Grumos e terra.* Agnoſcis Grumos accipi pro aggere terreo. Idem lib. 2. cap. 10. *Grumoſque, quos ad verſuram plerunque tractæ faciunt crates, diſſipabimus.* In re militari Grumos dicimus quoſcumque tumulos vel aggeres farctos terrâ congeſtâ, ſive ad tegendum, ſive ad oppugnandum excitatos. Preſſiùs tamen atque ſimpliciùs ſignificant Grumi eos terræ globos, qui corbibus comportari ſolent, & adhibentur in caſtria ab oppugnatoribus conſolidati opere craticio, impactiſque ſæpe ſudibus ad firmandos aggeres ſuggeſtuſque oppugnatorios adversùs vim hoſtilium tormentorum. Verùm de his ſub alia multiplici nomenclatura redibit nobis aliaa ſermo. Cæterum latiſſimè excurrit Grumi appellatio ad multa indicanda. Quidquid enim in maſſam aliquam ſive fruſtum concretum ſpiſſatumque eſt, Grumum vocitamua. Hinc Grumos dicimus ſalla, ac ſimilium rerum, quæ coagulari ſolent. Præcipua verò appellatione ſic indicamus maſſulaa ſive globulos, guttaſque concreti ſanguinis, minimeque fluidi. Hinc paſſim apud Medicos ſanguis grumoſus dicitur, grumique ſanguinis, ideſt ejuſdem excretio craſſa. Quoniam verò id humore frigido perfici ſolet, idcirco plerique exiſtimant habere Latinos vocem Grumus a Græcorum voce κρυμὸς, quæ frigus eſt Græcis; frigore ſiquidem concreſcere denſarique ſolent fluida.

GRUMULUS, i. Parvus grumus, ſive clivulus terræ aggeſtæ. Quid notare poſſit in re militari repete a titulo *Grumus*. Plin. lib. 19. cap. 6. per grumulos, ideſt parvoa aggeres terræ effoſſæ, ſerendum allium præcipit: *Quidam ulpicum, & allium in plano ſeri vetant, caſtellatimque grumulis imponi, diſtantibus inter ſe pedes ternos*

GRUS. Reponitur a Vitruvio lib. 10. cap. 19. inter machinaa arrectarias, cujus inventorem facit Diadem Alexandri Magni machinarium, qui illam habuiſſe docet inter alias oppugnatorias. Sunt qui Gruem cum Ciconia, & Corvo demolitore confundant. Uſus illius erat ad ea, quibus applicabatur arripienda ex hoſticis navigiia. Oblongo autem erat collo, duobuſque in extremo uncis arrectariis, quaſi roſtro Gruis, vel Ciconiæ, vel corvi, ex quo illi nomen, armata. Iis verò arrectariis uncis adapertis ac ſubinde conſtrictis, ea, quibus admovebatur, arreptabat; ut cibum roſtro capere ſolent Grues, aveſque prædatoriæ. Hac etiam machina uſum fuiſſe Archimedem adversùs claſſem Marcelli, tradunt Plutarchus, & alii.

GRYLLUS, i. Inſectum in genere locuſtæ, cicadæ ſimile, ſed longiori corpore. Fuit omninò etiam hoc nomine machina bellica. Memoratur à Joanne Villani lib. 10. *Dando alla Città ſovente battaglie con Gatti, e Grilli, e torri di legname armate.* Ex Latinis verò Scriptoribus, qui hujus machinæ hoc meminerit nomine, nullum habeo quem producam.

GRYPHUS, i. Propriè genus eſt retis. Inde ſic appellatur ſermo implicitus. Gellius lib. 1. cap. 2. *Alioſque id genus Gryphos, neminem poſſe dicens,*

niſi

Google

niſi ſe, diſſolvere. Hoc vocabulo aptiùs dices, quas minus politæ litteraturæ viri vocant Ziferas. Vide *Ziſera*. Non diſſimili forma, quoniam ſirpus, ſive ſcirpus naſſa eſt, ſive vas vimineum, quo ſic piſces capiuntur, ut inde egredi non poſſint aptè idem Gellius ænigmata dixit, ſirpos, ſeu ſcirpos. Nec obſtat difficultas Criniti, quod ſcirpus ſit juncus ſine ullo nodo, quod ænigmati non videtur congruere: quamobrem adagium eſt de re clariſſima in dubium vocata. *Nodum in ſcirpo quærere*. Via enim ſimilitudinis inter ſirpum, & ænigma non ſtat in ſirpo junco, ſed in vaſe piſcatorio ſeu naſſa, quæ ſit ex ſirpis, quæque ſirpus etiam vocatur. Idcircò non eſt legendum apud Gellium ſcrupus, pro ſirpo, ut idem contendit Crinitus; ſed retinenda germana & vetus lectio. Scrupus quidem lapillus eſt moleſtiam ingerens, quod non ænigmati ſolum, ſed omnibus convenit Authorum locis quomodolibet difficilioribus, quique lectorem remorantur. Ex quo habes ænigmata latius deſignari ſcrupis, preſſius & exactiùs ſcirpis. Scio Crinitum in ſuam ſententiam pertraxiſſe Alciatum, & Rhodiginum, quos etiam ſequitur Calepinus auctior; ſed nihil temerè immutandum de veteri lectione ſuadet mihi vera ratio, quam optimè agnovit P. Moſellanus.

Gualdana, æ. Spectata vocis origine eſt excurſus in ſilvam vel ſaltum ad venatoriam artem exercendam. Gualdus enim apud Latinobarbaros eſt nemus. Charta Carolomanni Regis Italiæ: *Donamus partem terræ de Gualdo noſtro*. Transmigravit poſtea hoc vocabulum à venatoribus ad bellatores, apud quos ſignificat militarem manipulum, vel equitatum expeditum. Rollandius in Chronico: *Imperator ſequenti die miſit primò balliſtarios, & miſit Gualdanam ſuam, ſecundò milites & pedites*. Idem infra: *Præmiſſis balliſtarios, & Gualdanam, omneſque vaſtatores cum illis*. Legitur etiam frequenter W*aldana* conſueta permutatione W duplicis Germanicæ cum noſtrate G, ut non ſemel obſervavimus. Ejus vocis originem à *gilda*, vel *geldra* trahunt Ferrarius, & Menagius. Nos potiorem reliquis derivationem arbitramur indicatam ſuperiùs à voce Gualdus. Ineptum verò opinamur quod obſervat Achariſius à Gualdana fluxiſſe ad Italos vocem *Guadagno*. Sic enim ſcribit *Gualdana, vocabulo antico, che vale la correria, ò cavalcata, che fanno i ſoldati a rubbare sù quello de nemici, e la preda, la quale hoggidì chiamono guadagno*. Neque enim aut à voce *Gualdana*, vocem *Guadagno*, aut a voce *Guadagno* habemus *Gualdana*. Vide Menagium in voce *Guadagnare*. Itali etiam Scriptores expeditas equitum turmas dicunt *Gualdane*, quas de ludicris certaminibus loquens memorat Dantes Infern. cap. 21.

Corridor vidi per la terra voſtra,
O Aretini, e vidi gir Gualdane,
Oferir torneamenti, e muover gioſtra.

Guarniamentum, i. Quid ſit explicant Statut. Patav. L. III. 110. *Guarniamentum eſſe intelligimus quotieſcumque, vel quandocumque cœtus, vel turba hominum factus, vel facta fuerit: in qua fuerint decem homines armati tavolaciis, vel ſcutis, lanceis, ſive lancionibus, cervelleriis, & curtelleriis.*

Guaytæ, arum. Excubiæ. A voce Saxonica *Wachte*. Charta Galeacii Comitis Virtutum an. 1371. *Dictus Emanuel inveſtitus poſſit, & valeat in prædicto caſtro imponere fodra, & taleas; rogias; & caregia, Guaytas, ſcaraguaytas, exercitus & cavalcatas.*

Gubernator, oris. Propriè, & uſitatius apud Latinos dicitur rector, & moderator navis. Cic. de Senect. *Ut ſiqui gubernatorem in navigando egere nihil dicant*. Vox eſt Græcanicæ originis, ut optime notat Voſſius. Neque enim audiendus eſt Iſidorus, cujus ea ſunt verba lib. 19. cap. 1. *Gubernio, qui & Gubernator, quaſi cohibernator, quòd cohibeat prudentiâ ſuâ hiberna, ideſt tempeſtates maris*. Dicitur tamen proximius a gubernaculo, cui moderando præeſt, quæ etiam pars navis apud purgatiùs ſcribentes Italos dicitur *Governo*. Petrarcha:

& Orione armata
Spezza a' triſti nocchier governi, e ſarte.

Et alibi:

Paſſa la nave mia colma d'oblio
Per aſpro mar à mezza notte il verno
Infrà Scilla, e Cariddi; & al governo
Siede 'l Signor, anzi 'l nemico mio.

Quemadmodum propugnatores, trierarchi, & pentecontarchi militiam in navibus procurabant, ita Gubernatores adminiſtrabant rem omnem navalem. Quantumvis verò puppi ſeſſitent, proficiunt tamen plurimum ad cautè prœliandum, & comparandam victoriam. A Livio lib. 43. optimè dicuntur Magiſtri ſociorum navalium, quoniam nauticæ turbæ, nedum remigibus, imperabant. Virgil. lib. 5.

Ipſe gubernator puppi Palinurus ab alta
Colligere arma jubet, validiſque incumbere remis.

Neque ſolùm curæ ipſorum erat recta velorum, clavique, ſeu gubernaculi adminiſtratio, verùm etiam ſidera, & cœleſtia ſigna pernoſcere ad ventos ac tempeſtates præcavendas; portus & loca maritima probè callere ad certum nautarum perfugium, & claſſium ſecuritatem. Omnia hæc miniſteria complexus eſt Ovidius lib. 3. Metam.

Ars illi ſua cenſus erat: cum traderet artem,
Accipe quas habeo, ſtudii ſucceſſor, & hæres
Dixit, opes; morienſque mihi nihil ille reliquit,
Præter aquas: unum hoc poſſum appellare paternum.
Mox ego ne ſcopulis hærerem ſemper in iiſdem,
Addidici regimen, dextra moderante, carinæ
Flectere, & Oleniæ ſidus pluviale capellæ,
Taygetenque, Hyadaſque oculis, Arctonque notavi,
Ventorumque domos, & portus puppibus aptos.

Ad dirigendum proinde navis curſum, certumque viæ modum per undarum incerta retinendum, neceſſaria eſt Gubernatori aſtrorum ſignorumque cœleſtium peritia. Quare Phœnices, qui omnium gentium in re navali multo maxime ſtudioſiſſimi extiterunt, primi obſervationem ſyderum inveniſſe in navigando perhibentur, ut ſcripſit Plinius lib. 7., & cecinit Propertius lib. 2.

Quæritis & cælo Phœnicum inventa ſereno,
Quæ ſit ſtella homini commoda, quæque mala,

Pręcipua verò fuit apud Veteres obſervatio utriuſque Urſæ. Majorem Helicen appellatam perſpiciebant curabantque Gręci, minorem. Cynoſuram vocatam, obſervabant Phœnices. Feſtus Avienus:

Namque Helice Grajos, Tyrios Cynoſura per altum

Par-

Parva regit.

Et elegantiſſime Ovid. Triſt. l. 4. 3.

Magna minorque feræ, quarum regit altera Grajas,
Altera Sidonias, utraque ſicca, rates.

Neque enim Antiquis alia fuit ratio moduſque, quàm ex globorum cœleſtium obſervatione dirigendæ navis. Nec aliter quidem à Veteribus navigatum ante inventum pyxidis nauticæ, ſive illam Flavius Campanus, ſive alius quiſpiam invenerit. Hujus certè beneficio ingens factum eſt laborum compendium, planaque atque certiſſima inventa eſt ratio polum dignoſcendi, converſione acus ferreæ aſtrictæ magneti, polumque certo indicio edocentis. Eo inſuper nomine utiliſſima eſt Gubernatori intelligentia Aſtrorum, cum hydrogeographicæ tabulæ cognitione coniuncta, ut eorum notatu compertas habeat poſituras regionum, quæque in mari ſcopuloſa ſunt loca, aut minimum vadoſa. Veget. lib. 4. cap. 43. *Gubernatorum ſolertia eſt loca, in quibus navigatur portuſque cognoſcere, ut infeſta prominentibus vel latentibus ſcopulis, vadoſa, ac ſicca vitentur.* Eâ imbutus peritiâ Scipionis Gubernator ita proloquitur apud Livium lib. 29. *Non plus quinque millia paſſuum Africam abeſſe, Mercurii promontorium ſe cernere, ſi jubeat eò dirigi, jam in portu fore omnem claſſem.* Poſtremò licet ſinguli ſingulis navibus Gubernatores ferè præeſſent, legimus tamen Carthaginienſes, binos ſingulis navibus attribuiſſe Gubernatores. Ad ejuſdem auxilium præſto etiam erat Proreta, Gubernatori dignitate proximus, & ejuſdem imperiis obnoxius. Nam licet hujus miniſterium eſſet ſedere in prora, & inveſtigare ventorum exortus, nihilominus accedebat interdum ad regendum clavum, ſupplendamque vicem Gubernatoris. Procurabat idem Proreta armamenta omnia, & inſtrumenta navalia, locumque ſingulis rebus aſſignatum, ut diſtinctè refertur a Xenophonte per hæc verba: *Proretam ita cujuſque loci guarum reperi, ut vel abſens dicere poſſet, ubi ſingula ſita eſſent, & quam eſſent multa, non minus atque is, qui litteras novit, quot in Socratis nomine litteræ ſint, dicere poſſit, atque ubi ſingulæ ſint collocandæ. Eundem vidi per otium omnia luſtrantem, quibus utendum in navi eſſet. Quum hanc ejus inſpectionem miratus eſſem, quærebam quid ageret? Reſpondit ille: Inſpicio, mi hoſpes, ſi forte quid accidat, quo pacto ſita ſint omnia in navi, ac numquid abſit, vel inconcinnè collocatum ſit.* Proretam gubernaculo uſum, atque illud aptaſſe proræ indicant Tacitus Annal. 2. & Suidas. Verba Taciti ſunt. *Appoſitis utrinque gubernaculis, ut repente remigio hinc vel illinc appellerent.* Vide ad hunc locum hæſitantem Lipſium, & binis gubernaculis inſtructum navigium demirantem. Et tamen Tacitus Annal. 2. adhuc expreſſius loquitur de duplici gubernaculo in navi. *Naves fluviatiles non a puppi ſolum, verum etiam a prora gubernaculum habentes.*

Guelphi. Vide *Ghibellini*.

Guerra, æ. Bellum. Occurrit frequenter apud infimę Latinitatis Scriptores. Domnizo lib. 2. de vit. Mathildis:

Finis adeſt guerræ, requiē rogat ut ſibi præſtet.

Origo vocis a Germanis, apud quos ejuſdem notionis eſt *Werre*. Et fruſtra eſt Ferrarius, qui guerram, contorto collo trahit a voce *bellum*. Hinc tempus guerrinum, guerriare, guerrare. guerreggiare, guerrificare, & alia vocum portenta apud Scriptores lapſæ corruptæque Latinitatis, Meritò autem Cangius irridet Ludovicum d'Orleans ad 2. Taciti, ubi guerram, vel Werram dictam putat a verrendo, quaſi bellum ſit rerum omnium everriculum. Cluverius German. antiq. l. 1. c. 8. indicat guerram dici ab antiqua voce Germanica *Ger*, ex qua dicti etiam Germani ipſi natio procul dubio maximopere bellicoſa.

Guerreggiare. Guerram facere. Charta Oldegarii Epiſcopi Barcin. apud Cangium: *Guerreggiare omnes homines, qui jura Eccleſiæ tollere voluerunt.*

Guerreiare. Charta Villelmi de Montecano apud Cangium: *Guerrejare prædictum honorem contra cunctos homines.* Hìc eſt tueri, Italis *Mantenere*.

Guerrificare. Brito Philipp. l. 11.

Guerrificare Ducem præ ſe nihilominus audent.

Gula, æ. Nota dictio. In arcium propugnaculis eſt apertus introrſum aditus, quo acceſſus receſſuſque patet militi præſidiario. *Gula del Baluardo.* Ad eandem formam Marius Nizolius gulam dici ſcribit eam follis partem, qua aer intromittitur & exprimitur. Hactenus vera narrat. Cum autem ad id comprobandum adducit locum ex Plauti Aulularia 2. 4.

Quin, cum it dormitum, follem obſtringit ob gulam.

Delicias mihi facit Scriptor cæteroqui minime proletarius. Eandem cum Mario ſerram ducunt Calepinus, Paſſeratius, & quotquot Calepini dictionarium auxerunt. Nimirum omnes Andabatarum more occluſis oculis, non quo eundum eſt, ſed quo itur, feruntur. In eandem foveam incidit Lambinus, & ipſe non pedarius, nec infimi ſubſellii criticus. Accipe Interpretis verba: *Hyperbole pene dixerim inexuperabilis. Cum Euclio, inquit Strobilus, it dormitum, follis, quo ignis accendi ſolet; gulam, ideſt fiſtulam, & foramen follis, per quod ſpiritus ſeu anima efflatur, arcto aliquo vinculo conſtrictum obturat, nequam animam, ideſt nequem ventum ſeu ſpiritum amittat ipſe inter dormiendum.* Nihil perſpicuæ ſententiæ hinc eruo. Quem ventum, quem ſpiritum, quam animam avarus Euclio timet amittere? Proprium, an follis? Utrolibet ſtatueris modo, hæc nimirum illa eſt, quæ reſiſtens & ſalebroſa oratio dicitur a Quintiliano. Felix Felicius Onomaſt. ad vocem *ſoffietto*, hunc afferens Plauti locum, cum aliis deceptus eſt. Philippus Pareus Lex. Plaut. ad vocem *Follis* ita ſcribit. *Follis: pro ſacculo ſcorteo nummorum receptaculo. Aul. 2. 4. v. 23.* Quibus verbis viſus eſt follem in eo Plauti loco accipere pro marſupio nummorum: ut Poetæ ſententia ſit: Euclio, cum diſcedit cubitum marſupium nummorum non relinquit in veſtium loculis; ſed ob gulam, ideſt ad ſuum ipſius collum alligat, ut excitari ſe à ſervulis vel furunculis neceſſe ſit, ſi noctu ſuos nummos extractum veniant. Commoda hæc eſſet explicatio, præſeque nonnihil ferret comici ſalis & venuſtatis, niſi eam prorſus everterent, quæ ſequuntur verba, quibus cauſa redditur, cur Euclio follem ob gulam alliget, nimirum: *Nequid animæ forte amittat dormiens*; ideſt ne halitus emiſſus inter dormiendum avaro pereat ſeni. Ego follem ihi accipio pro ſacculo, non quidem nummario, ſed ſimplici & communi, cujus caput alterum Euclio

gulæ adſtringat, alterum ſupra os, imò vero ſupra caput ipſum obducat, ut capite ſic involuto dormiens animam, ideſt halitus non diſperſos amittat, ſed clauſos retineat; ut ipſe ſcilicet ſibi perſuadebat rudis hebeſque, ut fingitur, ſenex. Opinor Plauti mentem me eſſe aſſequutum dextro Apolline, licet nunquam Delon aut in Orthygiam navigaverim.

GUNNA, æ. Genus validiſſimi miſſilis. Somnerus contractam vocem putat a *Mangona*, vel *Mango*. Thomas Valſinghamus: *Nec mora, conſuetis adhibitis inſtrumentis, miſſilibus ſcilicet, quæ vulgus Gunnas vocat, terribiliter feriunt*. Idem author per hæc verba: *Et illic figere, vel locare Gunnas ſuas, quas Galli Canones vocant, quibus validius villam infeſtare poſſet*, apertè monſtrat inter Gunnam & Canonem vix quidquam diſcriminis interceſſiſſe. Non perperam proinde Cangius, Canones, quaſi Gunnones a Gunnis vocitatos opinatur. Cæterum Gunna, & Gonna apud ſequioris ævi Scriptores veſtis etiam genus eſt, & quidem pelliceæ: Italis etiam *Gonna*, *Gonnella*, *Gonnelletta*, *Gonnelluccia*. Saxonicę originis nonnulli vocem putant. Voſſius de vitiis ſermonis ex Hebræo trahit fonte. Vide Menagium.

GUNTFANO, onis. Vexilli genus per modum infulę ab haſtis vel lanceis pendens. Hariulſus lib. 3. Chronicon. *Item poma Guntfanonum ſeptem argento, auroque parata*. Originis eſt Germanicæ, apud quam nationem *Fane* eſt vexillum. Hinc Guntfanonarius: Signifer, vel vexillifer. Anaſthaſius ad Synodum octavam: *Primus Guntfanonariorum, & conſobrinus uxoris ejus*. Indicatur hodie hac voce ſupremus Magiſtratus in liberis aliquot civitatibus; atque etiam in iis, quæ a veteri ſtatu libero eam appellationem retinent. *Gonfaloniero*; ſic enim ſcribendum, & non *Confaloniero*. Quod ſæpius dixit Arioſtus, non immeritò notatus a Benedicto Fioretti in Progymnaſmatis, quæ vulgavit nomine Udenii Niſieli. Quemadmodum etiam *Gonfalone* dicendum & non *Confalone*.

GUTTATI EQUI. Latinis melioris notæ appellantur ſcutulati. Albi ſunt coloris, verum nigris maculis quaſi punctis vel guttis conſperſi. Ita palliatas eſſe gallinas Numidicas tradit Martialis l. 5,

Et picta perdix, Numidicæque guttatæ.

Item guttatæ ſeu ſcutulatæ erant Admeti equæ apud Stat. l. 6.

noctemque diemque
Aſſimulant, maculis internigrantibus albæ.

GUTTONARII EQUI. Recenſentur a Vegetio, & licet ab eodem diſtingui videantur a colatoriis, adhuc res nullius aut minimi videtur eſſe diſcriminis. Ii ſunt, qui gradatim, minutim, & minima progreſſione incedunt. Dicuntur a Gutto vaſe, ex quo liquor modiciſſimè & per guttas defluit. Verba Vegetii habentur de re Veterin. l. 4. c. 6. *Inter colatorios & eos, quos vulgus Guttonarios appellat, ambulatura eorum media eſt*.

GUZIA, vel GOSA, vel GUSSA. Apud Latinobarbaros genus eſt machinę militaris jaculatoriæ. Charta Jacobi I. Regis in Conſtit. Catalauniæ: *Statuimus quod nullus portet fundibulum, Guziam, vel gatam, aut aliud ingenium contra aliquem ſine ſpeciali noſtro mandato*. Edictum Nunonis Sancii: *Statuimus — quod nullus expugnet aliquod caſtrum, vel aliquam manitionem cum Guſſa, vel pererio, vel manganello, vel cum alio genere lignorum*. Uſatici Barcinonenſes MS. cap. 83. *Nemo præſumat caſtrum contra Principem ædificare, nec fortitudinem tenere obſeſſam, nec debellare cum ingeniis, quod ruſtici dicunt fundibula, & Goſa*.

GYMNASTICA, cæ. Latinè ars exercitatoria. Plaut. Moſtell.

Cor dolet, cum ſcio nunc ut ſum, atque ut fui:
Quo neque induſtrior de juventute erat
Arte Gymnaſtica, diſco, haſtis, pilo, curſu,
armis, equo.

Origo vocis a γυμνὸς, *nudus*; quoniam nudi exercebantur. Eſt exercitatio corporis, uſu apud Græcos & Romanos receptiſſimo. Quemadmodum enim ſcribit Plato, cum corpore & animo homines conſtent, utraque pars ut aptè exerceatur & ritè componatur, geminæ debent arti, Muſicæ nimirum & Gymnaſticæ. Et Muſica quidem numeris ſuis, & mirum in modum compoſita modulatione, aptiſſima eſt ad componendos animos modumque ac debitum temperamentum in ſubitis motibus, & eorum perturbationibus inducendum. Compoſitis per Muſicæ concentus animis, ſupereſt ut corpora inſuper ad rectam tuendæ ſanitatis, & variarum exercitationum, quæ Reipublicæ ſtatui ſunt neceſſariæ, normam, & diſciplinam exigantur. Ut id rite perficeretur inventa eſt Gymnaſtica, quæ multiplici exercendi corporis ratione præſtat, ut ſua corporibus ſalubritas & firmitas conſtet, & ad patriam adverſus hoſtes armis propugnandum expediti probeque comparati ſint cives. Id verò non uno ludorum & certaminum genere obtinet. Ut autem ad hujuſmodi exercitamenta æquiore animo atque conſtantius cives accederent, injecta iiſdem eſt curatio & ardor quidam religionis. Idcircò ſolemnes illi ludi atque certamina dicata Diis & conſecrata fuerunt ab inſtitutoribus.

2. Licet notione nominis, & prima fortaſſe inſtitutione ſpectata, vix quidpiam Athletica à Gymnaſtica differat, uſus tamen & degeneres Athletarum mores ingens inter utramque diſcrimen invexerunt. Itaque Gymnaſtica vel corpora exercet ad ſanitatem tuendam, & meritò pars Medicinæ à Galeno eſt habita; vel eadem corpora multiplici certaminum genere ad propulſandos hoſtes, & patriam armis tuendam diſponit; & quoddam eſt belli meditamentum, & proluſio. Athletica tota eſt umbratica & venalis: præmia nimirum, populi acclamationes, & ſtudia conſectatur. Quinque erant præcipua certaminum genera, quibus Athletæ præmiis & honore potiri contendebant: lucta, pugilatus, curſus, ſaltus, & diſcus. Hinc luctatores, pugiles, curſores, ſaltatores, diſcoboli dicuntur. Qui ſeparatim in lucta & pugilatu excellebant, Pancratiaſtæ appellabantur; qui cunctis iis certaminibus victor aut inſignis erat, Penthatlus, & Romano vocabulo Quinquertio vocabatur: periodon autem ideſt circuitum quendam omnium certaminum, eum viciſſe dicebant, authore Feſto, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, & Olympia viciſſet. Cum autem ſummæ voluptatis & oblectationis eſſet in vulgus, Athletarum certaminibus intereſſe, nihil eſt demirandum, eoſdem mirè expetitos, maximiſque honoribus publicè affectos fuiſſe. Idcircò Athletis ludos ingredientibus omnes, ut tradit Plinius, aſſurgebant; iidem Senatui ſedebant proximi: victores autem in patrias triumphantes invehebantur. De eorum coronis ſuo lo-

co

Google

co eſt notatum. Alia iiſdem attributa præmia recenſet Clemens Alexandrinus.

3. Meritò equidem Euſebius Veteres damnat eò ſuperſtitionis & inſaniæ provectos, ut Pugiles & Athletas in Deos referre non erubuerint. Id verò eam etiam ob cauſam probroſum magis fœdumque viſum eſt, quod illuſtrem prius artem posteriores Athletæ praviſſimis moribus corruptam & adulteratam turpiter vitiaverint. Ut enim corporis robur conciliarent, multo ſe cibo onerabant; cujus immoderato uſu notati Heraclides pugil, & Milo Crotoniates inter primos memorantur. Ideo ſegnes morboſique effecti; populo etiam intolerabiles. Quam ob rem non eſt mirum, ab Hippocrate, Euripide, & Galeno multis amariſſimiſque modis Athleticam ſugillari atque proſcindi. Plato inprimis Hippocratem Medicum ſecutus, Athletas ſomnolentos, deſides, vertiginoſos appellat. Quòd ſi idem alicubi commendare illos legitur, obſervandum eſt Platonem de bellicis (quo ſemper adiuncto utitur) Athletis habere ſermonem, à quorum virtute liquet longe diſtaſſe, quos præmii ſpes & populi ſolùm oblectatio rapiebat. A Venere tamen abhorruiſſe Athletas non modo Plato & Galenus, ſed Baſilius Magnus, & alii conſtanter teſtantur. Horat. de Art. Poet.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, ſudavit & alſit
Abſtinuit Venere & vino.

Plato autem lib. 8. de legibus non ſolum commemorat eam conſuetudinem, ſed indicat etiam eorum nomina, qui pudicitiam, deliciis valere juſſis, amplexati ſunt. Recenſet autem Iccum quemdam Tarentinum Olympionicem, Criſſonem, Aſtyllum, & Diopompum, qui ejus gloriæ coronæque conſequendæ deſiderio, ſe ad ſtudium ludicrum præpararunt abdicata Venere & Baccho. Atque eò reſpexiſſe non eſt dubium Divum Paulum, ubi dixit: *Qui in ſtadio currunt, ab omnibus ſe abſtinent, & hi quidem ut corruptibilem coronam accipiant.* Ex quo ad inſinuandum virginitatis & pudicitiæ ſtudium efficax ducitur argumentum. Nam ſi homines cætero vitæ uſu contaminatiſſimi, ſpe tamen umbratilis fluxæque victoriæ, & oleaginæ coronæ ſtudio, ad inhibendos libidinis impetus nullam artem intentatam reliquerunt, ne corporis vigor difflueret; non equidem tantopere arduum idem conſequi à Chriſtianis erit exiſtimandum, quos tot cœleſtia ſubſidia ſulciunt, & immortalium erigit expectatio præmiorum. Præclarum illud porrò eſt Euripidis teſtimonium de corruptis Athletarum moribus:

Cum mala innumera per Græciam ſerpant,
Nullum deterius Athletarum genere eſt,
Qui primum bene incolere haud diſcunt,
Neque poſſunt etiam, quo etenim modo
Quiſquis eſt gulæ deditus, ventrique indulget,
Divitias parabit, ut alat familiam?
Neque item egeni eſſe, & fortunis inſervire
Sciunt: nam in malis diu verſati
Moribus, non facilè mutantur in melius.

Meritò etiam Diogenes, cum Dioxippus pugil in Athenienſi theatro muliërculæ cujuſdam contemplationi totus vacaret, ad ſocios converſus, magnum dixit eſſe celeberrimi pugilis dedecus, cujus cervicem puella confringeret.

4. Gymnaſticæ ſeu Palæſtræ inventorem Theſeum fuiſſe ſcribit Pauſanias in Atticis. Sed quoniam tractatio publicorum atque ſolemnium Ludorum, qui ad venalia præmia & urbanam ferè ſpectatorum oblectationem tranſierunt, ad eos pertinet, qui de ſpectaculis, ludis Circenſibus, re gladiatoria, atque aliis hujuſmodi egerunt civicis exercitationibus & oblectamentis, ideo materiam illam omnem inſtituti noſtri memores ad eoſdem reiicimus. Item domeſtica omnia, civica atque adeo puerilia etiam ludorum genera, quæ tametſi aliquam habeant ſpeciem concertationis, non ſunt tamen propria & peculiaria bellicæ materiæ & diſciplinæ. Ex iis tamen quoniam aliqua recenſentur, quæ vel originem, vel proximam habent cum armorum uſu & re bellica cognationem, ideo de illis ſingillatim agere non omittemus. Reliqua vide apud Hieronymum Mercurialem de Arte Gymnaſtica, Roſinum, Fabrum, Alexandr. ab Alex. & alios.

Gymnica certamina, vel ludi. Sveton. in Nerone cap. 12. *Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more Græco triplex, muſicum, Gymnicum, equeſtre, quod appellavit Neronia.* Vide *Gymnaſtica*, & certaminum Titulos ſingulares.

Digitized by Google

H

Habena, æ. Exponitur commodè ab Iſidoro. *Habenæ ab habendo dictæ; quod iis equos habeamus, hoc eſt teneamus, unde & equi habiles dicti*. Et de equis quidem frequentiùs habenæ dicuntur. De junctis currui Virgil. Georg. 1.

fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

De equo ſeſſorio Tibull. l. 4.

validiſque ſedet moderator habenis.

Habenas porrò de funda dicimus, omnique miſſili amentato. Virgil. 9.

Stridentem fundam poſitis Mezentius armis
Ipſe ter adducta circum caput egit habena.

De retinaculo turbinis luſorii. Idem lib. 7.

ille actus habena
Curvatis fertur ſpatiis.

Item propriè habenas accipit Gellius l. 13. c. 20. pro ligamine ſolearum veterum: *Cætera propè nuda, & teretibus habenis vincta ſunt: ſoleas dixerunt*. Per metaphoram verò ~~habenæ~~ excurrunt prælargè. Quædam ex Virgilio afferam. Pro navis gubernaculo poſuit l. 6.

claſſique immittit habenas;

Sic enim eum locum adversùs alios Interpretes expoſui in Tit. *Claſſis*. De vitis claviculis & cincinnulis Georg. lib. 2.

dum ſe lætus ad auras
Palmes agit, laxis per purum immiſſus habenis.

Ad ventos transfert l. 1. Æneid.

Regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.

Ad ignem l. 5.

furit immiſſis Vulcanus habenis

Ad abdieationem imperii exerciti l. 7. de Latino Rege:

Sepſit ſe tectis, rerumque reliquit habenas.

Ad bellicam indignationem l. 12.

irarumque omnes effundit habenas.

Itali habenas appellant *Redini*, à Latinorum verbo *retineo*, ex quo *retinaculum*. Item *Briglie*: ſuper cujus vocis originatione multa adaggerant Etymologici noſtrates: minus cæteris diſplicet quod advertit Menagius, ut fiat à Græcorum ῥύω, quod eſt *traho*: ex quo deſitum verbum Latinorum *brito*: Sed & Galli *bride*, & Hiſpani *brida* nuncupant. Quidni ducatur planiùs à *brillo*, vel *brillare*? Equidem habenæ præſertim adductæ tremere vibrarique videntur in manibus Aurigarum: ipſa porrò equorum capita adductis habenis emicant & evibrantur, quod eſt Italorum *brillare*. Poſtremò dicuntur etiam *Predelle*. Dantes Purg. 6.

Guarda, com'eſta fiera è fatta fella,
Per non eſſer corretta dagli ſproni,
Poiche poneſti mano alla Predella.

Ubi contra mentem vetuſti Interpretis *Predella* habenas exponunt Butius Landinus, & Vellutellus. Sed vide erudiſſimum Taſſonum *Annot. ſopra la Cruſca*.

Habeo, es. Duplicem, relictis aliis, hujus verbi uſurpationem expendo: alteram rei gladatoriæ, quæ militari affinis eſt, peculiarem; alteram bellicam. Cum enim gladiator, aut ſpectator ipſe populus alterum ex gladiatoribus vulnere affectum adverteret, *Habet* dicebat; ideſt vulnus accepit. Huc procul dubio reſpexit Virgilius l. 12. ubi ſic loquitur Meſſapus poſt interfectum Auleſten.

Hoc habet; hæc melior magnis data victima Divis.

Formulam gladiatoriam Terentius in Andria ſcite tranſtulit ad rem amatoriam, oſtendens optimo documento ſequentem opportunitates peccandi nihil fere diſtare a peccante. Sic autem ibi fatur Simo Act. 1. Sce. 1.

Qui tum illam amabant forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc ſecum, ut una eſſet, meum.
Egomet continuo mecum; certe captus eſt,
Habet.

Huc referas illud Senecæ Tragœd. Herc. Œt.

Habet: peractum eſt: quas petis pœnas, dedit.

Acceptione altera *haberi* eſt vinci, vel in poteſtate alicujus eſſe, etiam ſine vulnere & ſanguine. Juxta hanc ſententiam Seneca ſcripſit, quoſdam non tam voluptates habere, quam ipſos haberi a voluptatibus. Item Cic. Epiſt. l. 9. ult. ubi refert Ariſtippi dictum, affirmantis habere ſe Laida, non haberi a Laide. Video commemoratas acceptiones ſimiles eſſe: eas tamen diſtingui, non confundi oportuit a doctiſſimo de la Cerda.

Habergellum. Sic effertur in ſtatutis Roberti I. Regis Scotiæ: *Qui non habuerit Actonem & Baſinetum, habeat unum bonum Habergellum, & unum capititium de ferro*. Aliis Albergellum. Loricæ genus. Rogerus Hoved. in Henrico II. *Omnis homo habens in catallo 40. vel 30. libras Andegavenſis monetæ ad minus, haberet Albergellum, & capellum ferreum.*

Hæc Helena. Proverbiali ſchemate dicitur de certaminum vel rixarum cauſa. Alluditur ad ſingulare prœlium inter Menelaum & Paridem pro Helena reddenda, quod narrat Homerus Iliad. lib. 3. Item bellum Trojanum, quod tempore & obſtinatione animorum inter Trojanos & Græcos acerbiſſimum fuit, Helenam raptam originem habuit.

Hæc Medus non asportabit, Vulgato ſermone dieitur, ubi quis largius res effundit, ne in hoſtium manus deveniant. Græci ſiquidem, approperan-

te

te Xerxe cum exercitu, facultates ſuas impendio abſumebant ne quidquam hoſtibus reliquum facerent, addeutes identidem: *Hæc Medus non aſportabit*.

HALABARDA. Vide *Alabarda*.

HALOSIS. Latine expugnatio. Haloſin Ilii Neronem decantaſſe, cum e turri Mecœnatiana Romæ incendium proſpectaret. Svetonius in ejus vita narrat his verbis. *Hoc incendium e turri Mecœnatiana proſpectans, lætuſque flammæ, ut ajebat, pulchritudine, Haloſin Ilii in illo ſuo ſcenico habitu decantavit*.

HALSBERGA. Æneum colli & pectoris munimentum. Vocabulum Saxonicum ex gemina dictione confectum, quarum altera collum, altera munitio eſt. Occurrit apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21. *Helmum cum Halsberga*. Ejuſdem notionis eſt *Halſperga*. Charta Caroli III. Imp. *Et hoc in arbitrio Dominorum pendeat, quos ducunt a quibus ſtipendia accipiant, quibus Halſpergas concedant*. Item *Alsbergum*. Charta Heccardi Comitis apud Perardum: *Rotardo donate meam bruniam, cum Alsbergo*. Item *Osbergum*. Chronicon Beſuenſe: *Acceptis pro pretio duobus militantium inſtrumentis, quæ vulgo dicuntur Helmam, & Osbergum*. Demum *Hoſpergum*. Hiſtoria Bellunenſis. *Similiter debet habere unuſquiſque miles Hoſpergum unum aut panceriam cum capirone, & alia arma, ut decet*. Inde diminutiva Albergellum, & Ausbergotum, pro minore lorica. Rogerus Oved. in Henrico II. *Haberet Albergellam, & capellum ferreum, lanceam & gladium*. Statuta Maſſilienſia: *Habeant & portent ad minus loricam, vel Ausbergotum*. Itali *Usbergo* Bern. Or. l. 3. 1.

Dopo l'arneſe l'usbergo brunito
Li poſe in doſſo, e cinſe il brando al fianco.

Vox eſt proculdubio Germanicæ originis.

HALTER, eris. Fit a Græcorum ἄλλομαι, quod eſt ſalio. Saltantes nimirum exerceri ſolebant apprehenſis Halteribus. Martial.

Halterem facili rotat lacerto

Una fuit inter exercitationes Gymnaſticę veteris bellicæ. Maſſulæ autem fuerunt Halteres ex plumbo, vel etiam leviori alia materia. Iis apprehenſis utraque manu librare ſe certatores ſolebant, ut certius ſe ſaltu exercerent: Et in hunc modum Halteres exponit Turnebus Adverſ. lib. 28. cap. 28. Idem prius ſenſerat vetus Scholiaſtes Juvenalis Satyr. 6.

magno gaudes ſudare tumultu,
Cum laſſata gravi ceciderunt brachia maſſa.

Uſus porrò alius Halterum extitit, authore Lipſio, ut gravioribus illis arreptis, jactuque crebro ſublatis depreſſiſque manibus ſudorem excirent. Atque huc fortaſſe reſpexit Seneca lib. 5. *Cum fortiores exercentur & manus plumbo graves jactant, cum aut laborant, aut laborantem imitantur, gemitus audio*. Sed & alia Halterum diſcrimina obſervat Mercurialis de Art. Gymnaſtica lib. 2. cap. 12. Manibus nimirum extenſis & viciſſim inflexis proiiciebantur interdum. Iterum vario corporum flexu exercebant ſe certatores, quos vide Iconiſmo expreſſos apud præfatum Mercurialem. Poſtremò opinantur non pauci, Halterum uſum non fuiſſe duntaxat ad vehementiorem ſaltum concitandum, nec manu comprehenſos ſemper ipſos Halteres; verum etiam emiſſos interdum excuſſoſque, vel manus impetu brachiique, vel adjecto inſuper adminiculo reſtis ſive funiculi, quo Halter circumligabatur. Meminerunt Halterum Galenus, Oribaſius, Artemidorus, Paulus Ægineta, aliique Scriptores. Sed Halterium deſcriptionem antiquiorem habes apud Pauſaniam lib. 5. ubi ſcribit à Smicytho Eleo inter alia ſigna dedicatum fuiſſe Agonem cum Halteribus. *Inter cætera Smicythi dona Agonis, ideſt certaminis ipſius, tanquam Dei ſignum eſt Halteres portantis. Sunt Halteres Athletarum libramenta, cinguli oblongiere figura, illa quidem non prorſus in ambitum circumducta, nam quà parte manibus prenſantur, anſulas habent, intra quas digiti, ut intra clypeorum lora immittuntur*.

HAMAXA, æ. Vox Græca, Latinis plauſtrum. Capitolin. in Max. *Quod Hamaxas manibus attraberet, rhedam onuſtam ſolus moveret*. Gell. l. 2. c. 21. *Hoc ſydus, quod a figura poſituraque ipſa, quia ſimile plauſtri videtur, antiqui Græcorum Hamaxam dixerunt*. Dicitur Hamaxa Græcis a ſimul agendo vel vehendo. Hinc *Hamaxor* Verbum apud Plaut. Trucul. 2. 2.

Ego me rure hamaxari mavelim.

Quemadmodum errorum vel conviciorum plauſtra, ſic & Hamaxas dicimus: atque adeo errorum vel conviciorum Hamaxarios, ut plauſtrarios. Ex eodem fonte ſunt Hamaxobitæ, Sarmatiæ populi, ſic appellati, quòd plauſtra pro domibus habitarent. Memorantur a Pomponio Mela, ſed quod habet Vadianus Melæ interpres, ab Hamaxobitis corrupta voce appellatos, quos Moſcovitas nominamus, frivola eſt conjectura. Vide Michaelem Anton. Baudrand. Lexic. Geogr.

HAMAXARII, vel HAMAXICI. Hanc vocem pro Latinorum plauſtrariis vel carrucariis, qui ſervi ſunt militares, frequenter adhibent Græci poſteriores. Ab Authoribus Calepini auctioris affertur Svetonii locus in Neron. c. 30. *Cum Hamaxicorum turba atque curſorum*: Verum ſuſpecta eſt lectio: ubi Pitiſcus, aliique pro *Hamaxicoram* legunt *Mazacum*. Vide *Mazages*.

HAMO, as. Eſt hamis nectere; ut fit in loricis, quæ idcirco hamatæ appellantur. Claudian. in Ruff.

Flexilis inductis hamatur lamina membris,

ubi mendoſe alii Codices habent *animatur*.

HAMUS, i. Ferrum teres, reflexum retortumque, ſed exigua mole; nam grandius harpago vel uncus dicitur. Cæſar tamen non dubitavit hamos vocare uncos ferreos taleis infixos ad iter obſtruendum & retardandum, ut murices faciunt. Sic autem ſcribit de bell. Gallic. l. 7. *Taleæ pedem longe ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur; mediocribuſque intermiſſis ſpatiis, omnibus locis diſſerebantur, quos ſtimulos nominabant*. Ovidius hamos tranſtulit ad ferrum ſagittarum: Triſt. l. 3.

Pars cadit hamatis miſerè transfixa ſagittis.

Verùm omiſſo hamo piſcatorio, præcipuum hami uſum in loricis habent. Virgil. l. 3. Æneid.

Loricam conſertam hamis, auroque trilicem.

Sidonius ad Anthem.

nec futilis illi
Circulus impactis loricam texuit hamis.

Hoc genus Itali dicimus *Giacco*, de qua voce alibi erit ſermo. Hamos autem in loricis vocamus ſpirulas, ſeu circulos illos metallicos, qui necti inter ſe inſerique ſolent. Dicuntur etiam

ſquamæ, anuli, maculæ, anſulæ: harum ſeriem catenam vocat Lucanus lib. 7.

quà torta graves lorica catenas
Opponit.

Et Stat. l. 12.

Multiplicem tenues iterant thoraca catenæ:
quo verſu optimè per periphraſim explicat conſuetum loricarum Epitheton, quas trilices nuncupamus. Neque enim ſimplices illæ ſunt catenarum ſeries, ſed binæ interdum, quas bilices, ſæpius ternæ ob majorem firmitatem, quas vocamus trilices: Italis *Maglia*, *Maglia doppia*; ſuper qua voce vide Titul. *Macula*. Commemorati anuli, licet figuræ ſint orbicularis, hami tamen dicuntur, ut tradit de la Cerda, quoniam nexi dimidia parte latent, & in hunc modum hami figuram referunt. Dixerim potius vocari hamos, quoniam adaperti, ut alii alios recipiant, ad hamos accedunt.

HAMULUS, i. Parvus hamus. Celſ. l. 5. *Specillo auriculario protrahendum eſt, aut hamulo retuſo.*

HARALDUS, vel HERALDUS. Fecialis, nuncius, interpres. De hujus officio operæ pretium fuerit exſcribere quæ habentur apud Nicolaum Uptonum lib. 1. de militari officio cap. 12. de Haraldis: *Ex quibus quidem Proſecutoribus creari debent, poſtquam autem exercuerunt per ſeptennium alii nuncii majores, qui Haraldi armorum nuncupantur. Quorum officium eſt minores nuncios creare, ut ſuperiùs dictum eſt, multitudinem populi faciliter numerare, tractatus inter Principes matrimoniales, & pacis inchoare, diverſa regna, & regiones viſitare, militiam honorare, & ſingulis actibus militaribus intereſſe deſiderare, clamores publicos & proclamationes in torneamentis & ſimilibus actibus militaribus ordinare, fidelem negotiorum relationem inter hoſtes deferre. & nuncii favere parti in actibus bellicis, aut in pugna, quæ inter duos aliquando nobiles geritur incluſos; ſed omnia per ſuperiorem parti, vel partibus mandata, ſeu a parte parti fideliter & ſine palliatione nuntiare.* Impendio plura de Haraldis colligit Cangius in Gloſs. Italis *Araldi*. De etymo hujus vocis hæc habet Voſſius: *Ex Her quatenus Dominum ſignificat, & holt, vel hout, ideſt fidus, ſive fidelis; ut Heraldus ſit miniſter Principis, fidei nomine Domino commendatus: quo internuncio, in bello indicendo, vel agendo de pace, aut induciis utebantur:* Diſtinguuntur Haraldi tum ſingulari veſte, de qua egimus in Titulo *Cota*, tum Inſigni privato, quod interdum fuiſſe aquilam ante pectus, & a tergo dependentem, notavi in Titulo *Caduceum*. Utrunque tetigit Alemannus Gyron. Corteſ. c. 2.

E l'Araldo eſce fuor col ſegno in petto,
E di cotta real d'intorno cinto;
Gridando, Sagramoro il pregio hà vinto.

Peculiare eiſdem geſtamen, ad virgæ vel ſceptri modum; de quo iterum conſule Titulum *Caduceum*. Eâ virgâ interpoſitâ, vel ejuſdem jactu privatis certaminibus terminum afferebant. Triſſin. Ital. Lib. c. 17.

Harian fornito quell'horribil zuffa,
Se Rubicone, e ſe Carterio Araldi
Non gettavan trà quelli in terra il ſcetro,
Ch'era ſegnal di dipartir la pugna.

Taſſus Geruſ. C. 6.

I pacifici ſcettri oſar coſtoro
Frà le ſpade interpor de combattenti,
Con quella ſecurtà, che porgea loro
L'antichiſſima legge delle genti.

Quemadmodum verò dirimunt certamina ſceptri interiectu, ſic ad eadem invitant acceptis allatiſque libellis provocatoriis. Triſſin. Ital. Lib. C. 17.

L'Araldo giunte a Belliſaria avanti
Lo ſalutò con un ſembiante altero,
E moſtrolli il cartella, e poi lo leſſe
In preſenza d'ogn'uno, il qual dicea.
Io Turriſmondo Duca d'Aquileja,
De la famiglia nobile de i Balti,
Disfido ogn'un de' Prencipi Romani,
Ch'habbia ardimento di combatter meco;
Ch'io, gli vuò mantener, come ſan male
A farci guerra, e torci le Cittadi,
Poſſedute da noi molti e molti anni.
Eleggia dunque l'arme, ch'io li mando
Per campo franco il Prato di San Piero;
E'l naſtro Rè prometteragli in modo
Che tema non haran d'alcun'oltraggio.

Et non ita multis interpoſitis:

Allora il Capitanio delle genti
Chiamò Carterio, ſuo fedele Araldo,
E diſſe a lui queſte parole tali.
Hor và, Carterio, e nuntia al Re de Goti,
Come Aquilin verrà con l'arme indoſſo,
A far con Turriſmondo aſpra battaglia,
Per ſoſtenerli, che con gran ragione
Li facciam guerra, e tolte habbiam le terre
Più giuſtamente, che ce l'han rubbate;
Et ancor ne torrem, perfin ch'habbiamo
Poſta l'antica Heſperia in libertate.
E l'arme poi ſaran la lancia, e'l ſcudo,
E la ſpada, e'l pugnale, & harà indoſſo
La Corazza, i ſpallacci, e i braccialetti,
E la falda, e i fiancali, e'l gorzarina,
E i guanti in mano, e la celata in teſta.
Io verrò poi fuor dell'Aurelia Porta
Con cinquecento cavolieri armati,
Per compagnare il mio Guerriero al campo;
Et ei potrà venir con altretanti,
E menar Turriſmondo alla campagna
Con le medeſim'arme ch'io t'hò detto.

Ex adducto ſuperiùs Uptoni teſtimonio non obſcurè videtur indicari, Haraldorum inſuper curæ fuiſſe ipſos bellatores, vel monomachos intromittere in arenam, atque eorum arma cognoſcere; equos etiam explorare, atque adeo curare, ut pugnæ locus exæquatus ſit aptuſque equeſtri decurſioni. Hæc tamen videntur potiori jure pertinere ad ſequeſtres & ſponſores, quos Itali dicunt *Patrini* mutuato vocabulo ab iis, qui infantes e ſacro fonte ſuſcipiunt, & in Eccleſiam aſciſcunt, qui Patres a lavacro item appellantur. De Sequeſtribus verò ſive Haraldis ſive Sponſoribus Triſſinus ibidem:

Poi l'arme di ciaſcun furon riviſte
Da Aldibaldo e Trajan, ch'eran patrini.
E ritrovate eſſer fedeli e giuſte,
Subitamente li fur poſte intorno.

Alamannus Avarch. l. 3.

Fanno prima purgar di ſterpo e ſaſſo,
E per tutto adegnar l'eletto loco:
Poi miſuran lo ſpatio a paſſo a paſſo,
Dividendo il canfin tra'l molto e'l poca.

Et mox:

Van l'arma viſitando in ogni lato,
Se raddoppiata viene ove s'allacein,

Se

Digitized by Google

Se l'elmo è fermo aſſai, s'egli è fidato,
Se crolla in teſta, ò ſe la viſta impaccia.
Se la maglia è ben forte, e tien guardato,
Ove piaſtra non ſia, ſotto le braccia.
Prendon la ſpada appreſſo, e guardan come
Trovin ſicure in lei le guardie e'l pome.
Il medeſimo ch'all'huom, fanno al deſtriero,
Cominciando dal piè fin'alla fronte,
Se ben ferrato ſia, ſaldo e leggiero,
Da non gravare al gir le voglie pronte;
Se'l fren dritto di lui tenga l'impero,
E non troppo s'abbaſſe, o troppo monte;
E ſe ciò che'l governa, e che'l ſoſtiene,
Armato ſia di fuor, come conviene.
Se la teſta è col petto d'arme ornata
Quanto è 'l biſogno, e con ragione aſſiſa;
Se la ſella è ben poſta, e ben ferrata,
Da non temer di ſeggio eſſer diviſa;
Se l'una e l'altra ſtaffa è ben locata
Trà 'l lungo e corto in aſſai forte guiſa:
E van tutto guardando, come deve
Chi ponga ſopra sè faſcio sì greve.

Videſis Titulos *Cota*, *Caducum*.

HARNASCHA. Vide *Harneſium*.

HARNESIUM, ii. Italis *Arneſe*. Sed Italis ea vox omne genus ſupellectilis ſignificat, tum domeſticæ & urbanæ tum bellicæ. Verùm apud Scriptores corruptæ Latinitatis Harneſium ferè eſt apparatus bellicus, vel armatura. Gauterius Cancellarius de bellis Antioch. *Hæc inter diſcrimina conventus noſtri Harneſii cum totius exercitus ſupellectili, in quodam monte prope exiſtente ſe locavit*. Ejuſdem notionis eſt Harnaſcha. Radevicus lib. 3. cap. 26. *Si miles vociferatione ſigni litem commoverit, auferetur ei omne ſuum Harnaſcha, & ejicietur de exercitu*. Italicum *Arneſe*. Caſtelvitrus in additionibus ad proſas Bembi trahit vel ab armis, ut *Arneſe* dicatur quaſi *Armeſe*; vel ab ornando, *Orneſe*. Ferrarius deducit à voce Latina Armitium. Cangius fruſtra quæri hoc etymon ſcribit. Menagius Germanicam agnoſcit originem ex voce *Harniſch*, quæ ſignificat domeſticam ſupellectilem. Animadverſione dignum eſt, Poetas Italos aliquantò audaciùs interdum uſos fuiſſe voce *Arneſe*. Dantes Inf. cap. 20. ſic appellavit caſtrum munitum:

Siede Peſchiera, bello, e forte Arneſe,
Da fronteggiar Breſciani, e Bergameſchi.

Petrarca autem ad rem animatam traduxit, ſic enim ſcribit de Annibale:

Si che egli era a vederlo ſtrano Arneſe,
Sopra un grande Elefante un Duce loſco.

Ubi *ſtrano Arneſe* dicit quaſi inuſitatum ſpectaculum, & rem novam atque admirabilem. Exſcripſit nimirum illud Juvenalis Satyr. 10. de eodem Annibale:

O qualis facies, & quali digna tabella,
Cum Gætula Ducem portaret bellua luſcum!

HARPAGA, æ. Harpagas, inſtrumenta oppugnationi apta dicit Nonius. Author vocis Siſenna Hiſt. l. 4. Nomen ab apprehendendo. Videtur aliud eſſe ab Harpagone, bellico in conflictibus navalibus inſtrumento. Nam Harpagas in urbium potius oppugnatione recenſet Siſenna, cujus verba refero: *Falces injectas comminuunt: pluteos propius collocatis harpagis dejiciunt*.

HARPAGINETULI. Vide *Harpago*.

HARPAGO, onis. Dictio deflexa ex Græco. Dicta eſt ab apprehendendo & retinendo. Inſtrumentum ferreum in fine aduncum, ſeu potius haſta vel tabula cum præfixo ferro adunco, qua in navalibus conflictibus apprehenduntur naves. Adverte mediam in hac voce, tum nomine, tum verbo brevem eſſe, ut oſtendit Gretſerus Inſtit. Lin. Græc. l. 3. c. 18. & evincunt plures verſus Græcorum Poetarum. Id te volui monitum, ne tibi Author Theſauri Ling. Lat., & Calepinus imponant, qui mediam productam habent. Putandum omninò Harpagones uncos fuiſſe ferreos, ex trabis capite dependentes, quibus e malo navis, vel turri aliqua demiſſis, corripiebatur navis hoſtilis, correptaque attollebatur in ſublime, ac rurſus in fluctus demiſſa agebatur. Quare non eſt mirum, ſi a memoratis uncis, qui anchoræ ſimilitudinem referebant, Harpagones ipſos anchoras vocaverit Zonaras lib. 2. ubi loquitur de Duilio. Diverſum fuiſſe inſtrumentum a Manu ferrea non modò colligitur ex Plinio lib. 7. c. 56. ubi Harpagonis inventorem Anacharſim facit, Manûs verò Periclem; verum etiam ex Cæſare, qui eas machinas apertè diſtinguit de bell. Civil. l. 2. *Ii manus ferreas, alii Harpagones paraverunt*. Confundit verò eadem Livius lib. 37. *Ferreæ quoque manus, Harpagones vocant, præparabantur*. Et Curtius lib. 4. *Ferreæ manus, Harpagones vocant*. Ubi nota Raderum ad Curtii lib. 4. cap. 6. negare promiſcuè haberi memoratas machinas a Livio, verum a Curtio ſolùm confundi. Diſſimile ab Harpagone Anacharſis ille eſt, quem excogitavit Agrippa quemque Appianus plurimū momenti ad victoriam attuliſſe teſtatur: ſic autem ab eodem deſcribitur: *Agrippa & Harpagonem commentus eſt, quinquecubitale lignum ferro indutum, in utraque extremitate habens circulum, & in horum altero Harpagonem uncum ferreum, in altero multas reſtes, quæ machinis attrahebant Harpagonem, catapultâ in hoſtilem navem immiſſum*. Et paulò poſt: *Maxime Harpago probabatur, e longinquo propter levitatem in naves involans inhæreuſque, præſertim cum retraheretur reſtibus, nec præcidi propter ferrum poterat, nec pertingi uſque reſtes propter longitudinem, & ignotum erat genus machinæ*.

2. Iterum verò in his machinis alia confuſio. Cum enim Veget. lib. 2. cap. ult. idem eſſe dixerit Harpagones & lupos, idemque doceant Iſidorus & Gloſſæ antiquæ, inde fieret lupos etiam & manus ferreas idem eſſe; vel certe nihil diſtare lupos ab Harpagonibus, quod videtur aliis repugnare Scriptoribus. Certè manum ferream, quam Archimedes adhibuit adversùs Marcellum Syracuſas claſſe oppugnantem, longe grandiorem & validiorem eſſe oportuit machinam, quàm ulli ſint lupi vel Harpagones. Ut enim ſcribit Livius lib. 33. Archimedes ad navalem illum Marcelli apparatum disjiciendum varia in muris tormenta diſpoſuit, quibus immania torquebantur ſaxa in naves procul agentes. Adversùs illas verò, quæ muris proximè erant, aliud excogitavit machinamentum, nimirum Manum ferream firmiſſimæ catenæ alligatam, quæ cum proræ hoſtili injecta eſſet, *gravique*, ut ſunt Livii verba, *libramento plumbi recelleret ad ſolum, ſuſpenſa prorâ navim in puppim ſtatuebat: deinde remiſſa ſubito, velut ex muro cadentem navim, cum ingenti trepidatione nautarum ita undæ affligebant, ut &c*. Ea verò navigia hac immanitate ponderis ſublata identidem & depreſſa, aut diffringi cre-

crebro quaſſatu, aut demergi neceſſe erat. Dolendum equidem aut intercidiſſe, aut minimum memoriarum a vetuſtis lapidibus & numiſmatis ad nos perveniſſe de toto hoc genere navalium machinarum; cujuſmodi ſunt Harpagones, Manus ferreæ, Corvi, Corvi demolitores, Coraces, Lupi, Grus, Ciconia, & alia non pauca hujus generis, quarum formam genuinam idcircò etiam planè dilucidèque exhibere non poſſumus, quoniam Scriptores veteres, ſic promiſcuas illas habent traduntque, ut non ſolum alii aliis diſſentiant, ſed ipſorum non pauci ne ſibi quidem ſatis conſtare videantur. Hoc inter has machinas diſcrimen ſtatuit Vitalis: Manum nempe ferream magnæ molis eſſe, ſemelque navi defixam inextricabili nexu eidem adhærere, nec divelli inde poſſe: Harpagones celeriùs immitti, ac ſubinde retrahi, ut teſtatur Dio. Horum uſus etiam hodie viget in navalibus prœliis: Manus ferrea ne nota quidem ſatis nobis eſt propter Scriptorum veterum in ea tradenda varietatem.

3. Ab Harpagonibus compoſitum vocabulum Harpaginetuli. Legitur apud Vitruv. lib.7.cap.5. Eris, Lector, mihi magnus Apollo, ſi commodiuſculè hanc expoſueris vocem. Plane nimis eſt Vitruvius in rerum nomenclatura Græciſſator: ut frequenter accidat nullo labore deprehendi poſſe, quo pacto implicatiſſima vocabula ad rerum expoſitionem trahantur. At, inquies, quid ejus interpretes? quid Philander? ornamenti genus eſſe dicit, & ſic foveam tranſilit. Quid Barbarus? agit lege Mutia: ne gry quidem. Quid Turnebus? multa movet, nihil promovet. Quid Baldus? provocat ad divinum aliquem in vocabulo inexplicabili: poſtea verò, quaſi meliori genio afflante, corruptum locum pronunciat. In tanta rerum caligine hoc ſolum liquet, Harpaginetulos Vitruvianos longe in diverſum abire a bellicis Harpagonibus. Loquitur enim Vitruvius de Striatarum columnarum ornamentis, inter quæ, & noſtros harpagones omnes intercedunt Perſicæ paraſangæ, nedum leucæ Germanicæ. Vide *Uncus*, *Manus ferrea*, *Corvus*, *Grus*, Conſule Schefferum de Milit. Naval. lib.2. cap.7. Raderum in Curt. lib.4. cap.6. Steuvech. in Veget. lib. 4. cap. 44. Harpago eſt Italis *Raffio*. Joannes Villani lib.10. *E ciaſcuno Coneſtabile aggiunge pedoni con paveſi, e baleſtra, e Raffi*. Item *Rampicone*. Boccacc.n.41. *Preſo un rampicone di ferro, quello ſopra la poppa de Rodiani gittò*. Item *Rampone*. Cr. 10. *Si pigliano con tagliola di ferro, che hà intorno a ſe molti ramponi*.

Harpastum. Pila ſcortea, lanea, vel tomento flocciſque farta, major paganica, ſed minor folle. Hanc projectam adverſæ acies arripere & extra ludi limites ejicere obnituntur. Dicitur ex Græco à rapiendo. Genus eſt ludi laborioſum. Nam in terram confertim provoluti ſternuntur. Martial. l.4. 19.

Sive Harpaſta manu pulverulenta rapis

Harpe. Enſis in ſummitate falcatus. Hoc Perſeus Meduſæ caput amputavit. Eodem Mercurius Argum interfecit. Notandum, Harpen cuſpide intus inverſa fuiſſe falcatam, ut ex vetuſtis marmoribus obſervat Gruterus, & iterum demonſtrat Fabrettus cap.8. ad Colum. Trajan. Ex quo erroris eſt manifeſtus Lipſius, qui gladiis Turcicis, *Sciabla*, ſimilem Harpen ſcribit. Et quidem inflexio ad exteriorem partem figuræ falcis eſt prorſus contraria. Thracum peculiaris ſuit gladius Harpe, ut ex Clemente Alexandrino, Artemidoro, & aliis diſcimus. Eam Perſis etiam attribuit Xenophon Cyropæd. lib. 2. Eo gladio armati dicti ſunt Harpigeri ab Albertino Muſſato: *Per latera diſtinctis Harpigeris, lancea riis, ſundibulariis*. Meminit Harpes Ovid. Metam. lib.5.

Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Meduſæ.

Et Lucan. lib. 9.

Harpen alterius monſtri jam cæde rubentem.

Id ſcilicet eſt quod Juvenalis Satyr. 8. vocat falcem ſupinam:

Nec clypeo Gracchum pugnantem, aut falce ſupina.

Ubi epitheton *Supinâ*, pro incurvâ, explicat vetus Interpres: ad quem modum Catullus Argon. ſupinos vocavit Parcarum digitos, torquendo nempe ducendoque filo inflexos, ac verè falcatos:

Dextera tum leviter deducens fila, ſupinis.
Æquabit digitis.

Harpigeri, orum. Milites harpis, ſeu falcibus inſtructi. Vide *Harpe*.

Harpones. Spicula ferrea; ſed ferè quibus balenæ in mari configuntur. Charta ex Regeſto Burdegal. *Unam balenam, cujus Harpones, cum quibus interfecta fuerat, fuerunt poſiti ad trabem unam magnæ aulæ Caſtri Burdegalę*.

Hasta, æ. Ab aſtu Iſidorus trahit; quaſi peritiâ quadam ſit tractanda. Non placet. Melius Varro ab aſtando, eliſa, quod ſæpe fit, aſpiratione: nam ea erecta & ſtante milites adſtant. Teres eſt lignum cuſpidato ferro præfixum. Pręcipuum apud cultiores gentes feriendi inſtrumentum; idemque longe antiquiſſimum, ut ex Homero ſit manifeſtum. Ornamentum porrò militum erat nobiliſſimum: nam haſtis niti, germanus eſt militaris ſtatus. Sic nixi milites circumfuſique audiebant Duces hortantes. Claudian. de de Bell. Gild.

ſtat circumfuſa juventus,
Nixa haſtis, pronaſque ferox accommodat aures.

Erigebant illas Macedones in ſignum deditionis; quod ſcutis ſupra capita impoſitis a Romanis eſt factum, ut advertit Grotius de Jur. Bell. & Pac. Olim ipſæ ſolo haſtæ infigebantur; poſtea vero majoris cuſtodiæ gratiâ, loculi inventi ſunt, ſive thecæ ferreæ, in quas ima cuſpis haſtæ immittebatur, & ſic illa figebatur terræ. Hac formâ defixæ haſtæ viſuntur Romæ in Ædibus gentis Cęſiæ, quemadmodum refert Lipſius Analect. ad Milit. Rom. De gemino haſtæ & ſimilium inſtrumentorum uſu animadverſione dignus eſt vetus, plurimiſque gentibus communis ritus, de quo ita ſcribit Strabo lib.10. *Duplex enim haſtarum uſio, alia cominus, alia eminus, & tanquam jaculorum: ſicut & contus utrunque uſum præbet, nam & ſtatim utimur, & jaculantes; quod & ſariſſa poteſt, & pilum.*

2. Divinis olim honoribus cultas ſuiſſe haſtas obſervat optimiſque confirmat teſtimoniis Ludovicus de la Cerda ad Virgil. lib.12., ut plane non ſit demirandum Turnum preces fudiſſe ad haſtam, ut ibidem ſic legitur:

nunc, o nunquam fruſtrata vocatus
Haſta meos, nunc tempus adeſt: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da ſternere corpus,
Loricamque manu valida lacerare revulſam

Se-

Digitized by Google

Semiviri Phrygis.

Ad eandem formam Mezentius lib. 10. Æneid. ſuum telum ut Numen invocat:

Dextra mihi Deus, & telum quod miſſile libro
Nunc adſint.

Id autem non ex militari tantum jactantia factum, verum etiam ex receptiſſimo Veterum more, quo arma, ac præſertim haſtæ ut Numina colebantur a viris Martiis, ut docet Plutarchus in vita Marii, ubi haſtæ meminit vittis & coronamentis redimitæ. Idem in Pelopida ſcribit, Alexandrum Tyrannum coronis exornaſſe lanceam, qua Polypheonem transfixerat, quaſi religioſam illam haberet, quæ tantam victoriam ſibi comparaſſet. Huc etiam pertinet, quod prodidit idem Plntarchus de Haſta Ageſilai, quæ religioſè Lacedæmone aſſervabatur. Clarè id teſtatur Juſtinus lib.4.cap.3. *Nam & ab origine rerum pro Diis Immortalibus Veteres Haſtas coluere, ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris Haſtæ adduntur.* Imò verò Romæ Haſtam fuiſſe pro ſimulacro Martis ex Varrone tradit Arnobius lib.9. Nec inobſervatum relinquam ritum alium Antiquorum Haſtas domi cuſtodiendi recondendique in columnis ligneis ad hoc ipſum excitatis. Tradit id Homerus Odyſſ. lib. 1.

Haſtam quidem ferens poſuit ad columnam longam
Intra thecam haſtarum, ubi aliæ
Haſtæ Ulyſſis in mari ærumnoſi ſtabant multæ.

Et lib. 17.

Lanceam quidem poſuit portans ad Columnam longam.

Quem facilè morem reſpexit Virgilius lib. 12.

Exin, quæ in mediis ingenti adnixa columnæ
Ædibus aſtabat, validam vi corripit haſtam.

Non itaque pendulæ vel jacentes aſſervabantur haſtæ, ſed reconditæ intra columnam ligneam. Vide Hieronymum Magium Miſcell. lib. 3. cap. 2. & Ludovic. de la Cerda ad Virgil. lib. 12. Et Columna quidem lignea haſtarum in pace cuſtodiendarum repoſitorium fuit. Nam in bello eas dormientes milites proximo in loco terræ defigebant, nt docet Homerus Iliad. lib. 20. ubi deſcribit Diomedem cum ſociis conſopitum. Quam verò ob cauſam ſic defixas erectaſque haberent haſtas ſopiti milites, exponit Dio Chryſ. Orat. 2. de Regno in hæc verba: *Diomedem verò valdè dure reclinavit ſuper tergore bovis agreſtis, figens in circuitu haſtas, non ornatûs gratiâ, ſed ut paratæ ad accipiendum eſſent.* Eandem conſuetudinem Hebræos etiam coluiſſe indicat Sacrum volumen Samuelis lib. 1. cap. 26. *Venerunt ergo David, & Abiſai ad populum nocte, & invenerunt Saul jacentem & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terram ad caput ejus.* Ariſtoteles in Poet. ubi refert ex Homero ita dormiviſſe in caſtris exercitum Diomedis, nt omnia haberet ad pugnam parata, & haſtas terræ defixas, obiicit ſibi, cur non obverſas potius in hoſtes eas habuerint. Reſpondet autem, Poetam reſpexiſſe eo in loco ad morem Græcorum, non ad id quod expeditius futurum fuiſſet Græcis ad pugnam evigilantibus.

3. Moris antiqui fuit apud Græcos pariter & Romanos duas interdum geſtare haſtas. Virg. lib. 12.

bigis it Turnus in albis
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Et ibidem de Meſſapo:

Læva duo forte gerebat
Lenta levis curſu præfixa haſtilia ferro.

Homerus Sarpedoni, Hectori, aliiſque, ſed & Calaber Pentheſileæ binas haſtas attribuit. Pindarus etiam Pyth. 4.

Venit vir haſtis geminis terribilis.

Haſtam Lacedæmonii invenerunt, Velitarem Tyrrhenus; verùm de hac ſuo loco. Plin. l. 7. c. 57. *Gladium, galeam, haſtam Lacedæmonii invenerunt, haſtas velitares Tyrrhenus.* Nobilitantur in primis eo geſtamine Pallas & Juno. De Pallade notum ex nummis, ſimulacris, & omni Antiquitatis memoria. Claud.l.2.de Rap.Proſerp.

Et Pandionias quæ cuſpide protegit arces.

Juno autem Curitis vel Quiritis, ideſt Haſtata dicitur. Feſtus: *Matronæ Junonis Curitis in tutela ſunt, quæ ita appellatur à ferenda haſta, quæ linguâ Sabinorum Curis dicitur.* Idem Martis & Romuli geſtamen, quam ob rem uterque audit Quirinus. Porrò Junonis causâ, quæ Præſes erat nuptarum & partuum, novæ nuptæ caput comebatur haſta, tracta ex corpore interfecti gladiatoris ad conjunctionem nuptæ cum viro explicandam; ut quemadmodum haſta illa gladiatoris inhæſerat cadaveri, ſic viro ſponſa jungeretur. Aliter alii: ut meminerit nupta viros ſe patriæ armis idoneos edituram, haſtamque in ejus rei omen & præſagium accipiat. Tetigere hunc morem Plutarchus in Romulo, Arnobius lib. 2. Ovid. Faſt. 2.

Comat virgineas haſta recurva comas.

De armorum concuſſu ad ciendum terrorem alibi ſermonem inſtitni. Addo hic pauca ſeparatim de haſtæ & ſcuti alliſione, quam triſtitiæ & doloris fuiſſe indicium ſcribit Ammianus l. 14. *Miles haſtis feriens ſcuta. qui habitus iram pugnantium concitat & dolorem.* Et clariùs lib. 15. ubi diſtinguit lætitiæ fremitus & mœroris: *Militares omnes horrendo fragore ſcuta genibus illidentes, quod eſt proſperitatis indicium plenum; nam contra, cum haſtis clypei feriuntur, iræ documentum eſt & doloris.* Apta haſtis conficiendis materia cornus & fraxinus. De cornu Virgil. Georg. 2.

& bona bello
Cornus.

Idem lib. 9.

volat Itala cornus
Aera per tenuem.

De Fraxino Plinius l. 16. c. 13. *Procera hæc ac teres, pennata & ipſa folio, multumque Homeri præconio & Achillis haſta nobilitata.* Structas quandoque ex corio Hippopotami colligitur ex eodem Plinio, qui talem eſſe aſſeverat ejus corii firmitatem, ut inde haſtæ tornentur.

4. Inter præmia militaria recenſentur inprimis haſtæ. Harum duplex genus: aliæ ferro carentes, quæ haſtæ puræ vocabantur, de qnibus mox dicam: aliæ ferro inſtructæ, quæ donaticæ nuncupabantur. Feſtus: *Romani fortes viros ſæpe haſta donabant.* Polybius: *Poſt hæc ei quidem, qui hoſtem percuſſerit, haſtam donat.* Tacit. Annal. 3. Rufum & Helvium ab Apronio torquibus & haſtis donatos memorat. De haſtis donaticis meminit Cato: *Haſtas donaticas, alioſque honores.* Vide Tit. *Donaticæ haſtæ.* Haſta pura non eſt nitida & perpolita, ut parum diligenter exponit Ruæus, ſed haſta ſine ferro, qua donari ſolebant juvenes, qui primùm viciſſent in prœlio;

ut ex antiquis libris de *Gente Populi Romani* docet Servius. Nec in aliam ſententiam explicandus Virgil. 6.

purâ juvenis qui nititur haſtâ.

Cæterum haſta ſine ferro, juxta eam dicendi formam vocatur Haſta pura, juxta quam argentum purum appellamus, cui nihil eſt inſculptum, veſtem puram, cui nihil e purpura eſt adtextum. Et juxta hanc etiam intelligentiam exponendus eſt Svetonius in Claudio: *Quem Britannico Triumpho inter militares viros haſtâ purâ donavit*; Et Propertius lib. 4.

Sed tua ſic, domitis Parthæ telluris alumnis,
Pura triumphantes haſta ſequatur equos.

Haſtas puras & donaticas Lipſius non diſtinguit. Exiſtimo magnum inter eas fuiſſe diſcrimen: & quidem puras ad Juvenes, donaticas ad Veteranos fere pertinuiſſe. Frequentior apud Scriptores eſt mentio haſtæ projectæ. Non ſolum apud Romanos valuit ritus ille, ut haſtæ jactu bella profiterentur, ut nos notavimus, ubi actum eſt de Fecialibus, qui non aliter quàm projectâ in hoſtium fines haſtâ, bella indicebant; verùm etiam apud Græcos, aliaſque nationes id factitatum, ut enim narrat Diodorus Siculus lib. 7. *Alexander in Perſidem profecturus, e navi in litus haſtam ejaculatus eſt, terramque primus egreſſus navigio, quaſi captivam cepit.* Quemadmodum enim apud Antiquos caduceum pacis atque concordiæ conglutinandæ ſignum pignuſque erat, ſic haſta belli denunciandi. Hinc apud Gellium lib. 10. cap. 27. legimus, Q. Fabium ad Carthaginienſes haſtam & caduceum miſiſſe; duo nimirum notiſſima belli paciſque ſigna: ex quibus utrum vellent eligerent; id unum ab ſe miſſum exiſtimantes, quod ipſi elegiſſent. Idem Author refert M. Varronem non haſtam ipſam, neque ipſum miſiſſe caduceum; ſed duas teſſerulas, in quarum altera caduceum, in altera haſtæ ſimulacrum erat inciſum. Ejuſdem moris mentionem facit Ammianus lib. 19. *Ubi Grambates haſtam infectam ſanguine, ritu patrio conjecerat more fecialis, exercitum concrepans involat in muros.* Tangit eundem morem Feſtus, ubi agit de Bellica, columella ſcilicet ante Bellonæ Templum locata, ex qua haſtâ jacta bellum denunciari à Romanis ſolebat, de qua etiam Ovid. lib. 6. Faſtor.

Hinc ſolet haſta manu belli prænuncia mitti.

Hinc crebrò apud Poetas legitur concuſſa haſta pro belli initio, vel incitamento. Virgil. lib. 9. ubi Turnus

jaculum intorquens emittit in auras
Principium pugnæ.

Ad quem locum Servius ita ſcribit: *Hoc de Romana ſolemnitate tractum eſt: Cum enim volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc eſt Princeps Fecialium, proficiſcebatur ad hoſtium fines: & præfatus quædam ſolemnia, clara voce dicebat ſe bellum indicere propter certas cauſas: aut quia ſocios læſerant; aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc Clarigatio dicebatur, a claritate vocis: poſt quam clarigationem, Haſtâ in eorum fines immiſſâ, indicabatur pugnæ principium.* Eadem fermè habet ad lib. 10. *Ancus Martius, cum videret populum Romanum ardentem amore bellorum plerunque inferre bella gentibus, nulla juſta extante ratione, & exinde pericula gravia creari, miſit ad gentem Æquicolanam, & accepit jura fecialia, per quæ bellum indicebatur hoc modo, ſicut etiam de Albanis retulit Livius. Nam ſi quando homines, vel animalia ab aliqua gente rapta eſſent Populo Romano, cum Fecialibus, ideſt Sacerdotibus, qui faciendis fœderibus præſunt, proficiſcebatur etiam Pater patratus, & ante fores ſtans clara voce dicebat belli cauſam, & nolentibus res raptas reſtituere, vel auctores injuriæ tradere, jaciebat haſtam. Quæ res erat pugnæ principium: & ſic licebat res rapere.* De haſta projecta item Stat. 2. Theb.

Ite alacres tantæque, precor, confidite cauſæ.
Dixit, & emiſſâ præceps iter inchoat haſtâ.

Et Sidon. Apollin.

O Latii ſopite vigor, tua mœnia ridet
Inſidiis ceſſiſſe ſuis: non concutis haſtam?

Fuiſſe verò quandoque haſtam belli nunciam ſanguine infectam, ad majorem terrorem incutiendum non ſolùm liquet ex Ammiano lib. 19. verùm etiam ex Dione, qui ſcribit M. Antoninum, cum ad bellum Marcomannicum proficiſceretur, ſanguine imbutam haſtam præjeciſſe. Errant proindè, qui haſtam ſanguineam apud Scriptores conflatam exponunt ex arbore vel frutice cruenti coloris. Iam varium uſum, tantumque honoris haſtæ à Romanis, aliiſque gentibus unanimi conſenſu traditum legimus, quoniam bello gerendo inſtrumentum maxime idoneum eſſe crederetur. Hinc Deorum, Heroumque ſtatuæ haſtatæ viſuntur, ut notant Servius, & alii. Romæ ipſius ſtatua ubique haſtata conſpicitur.

HASTA, Imperii ſymbolum. Vide *Roma*.

HASTÆ LONGÆ NAVALES. Fuerunt in uſu in prœliis navalibus, præcipuè verò apud Græcos, de his enim loquens Homerus ita ſcribit:

Movebat contum magnum navalem in manibus,
Compactum ligneis clavis viginti duo cubitorum.

Ad quem locum eas haſtas deſcribens Scholiaſtes ita loquitur: *Longas haſtas intelligit, ad prœlia navalia idoneas, & ex pluribus lignis conglutinatas, ut longiores fiant.* Expreſsè de illis ſcripſit Livius lib. 28. *Aretini triginta millia ſcutorum, galeas totidem, pila, gæſa, haſtas longas, millium quinquaginta ſummam pari cujuſque generis numero expleverunt.* Eaſdem Herodotus appellat grandes haſtas nauticas. Valerius Flaccus vocat tela trabalia & uncum navalem. Sic enim lib. 8.

Princeps navalem nodoſi roboris uncum
Arripit.

Et alibi:

Jamque alii clypeos & tela trabalia dextris
Expediunt.

HASTULA, æ. Haſtula regia Plinio l. 21. c. 17. herba eſt. *Noſtri illud albucum vocant; & aſphodelum haſtulam regiam.* Pro parva haſta impunè poſueris.

HASTATI, orum. Liv. 7. *Ne tu mihi plus quam unius legionis Principes Haſtatoſque dederis.* Ordo militiæ apud Romanos, Velitibus quidem ætate & cenſu præſtantior, inferior autem Principibus & Triariis. Eorum arma ſcutum, gladius Hiſpanienſis, galea, ocreæ, & haſta, ex qua illis nomen: Iidem dicti Anteſignani, de quibus proprio in loco. De his late a nobis eſt diſputatum ubi de diſpoſitione aciei & caſtrorum metatione. Addo hic ex Triſſino Ital. Liber. l. 18. deſcriptionem

Digitized by Google

nem aliam brevemque Romanorum Ordinum militarium.

Nella quel poi le genti degl'Haſtati
Tutti ordinò nella primiera fronte,
A ſedici per fila, e i capi avanti:
E dietro a queſti nell'iſteſſa forma
Ordinò i Principai da lunge alquanto:
Poi còl ginocchio in terra i buon Triari
Stavano in dietro all'ultime riſcoſſe:
E ne' gran ſpatii ancor, ch'avea laſciati
Trà l'una e l'altra legion, vi poſe
I Veloci, gl'Arcieri, e i Baleſtrieri,
Acciochè quindi primamente uſciti
Doveſſen dar principio alla battaglia.

Hastiferi, orum. Fit horum mentio in veteri lapide apud Reineſium, ubi memoratur Mamerius Magiſter Haſtiferorum. Videntur fuiſſe cuſtodes corporis apud Cæſares.

Hastile, is. Aliis parva haſta, aliis haſtæ ſcapus, teres nempe ipſum lignum exponitur, ſine ferro. Liv. 1. de Bell. Punic. *Miſſile telum haſtili oblongo & cætera tereti.*

Hastici ludi. Pro equeſtribus haſtatorum decurſionibus. Svetonii locus in Caligula ſic profertur a Calepino. *Edidit in Sicilia Syracuſis haſticos ludos.* Ne dubites depravatam eſſe ſcripturam, & ex MS. veterum fide legendum *Atticos*, vel *Actiacos.*

Hastiludium, ii. Voce mihi nunquam apud veteres Scriptores, frequentiſſimè apud recentiores reperta, appellamus equeſtria prœliorum ſimulacra, ad veri conflictus formam rationemque addiſcendam, quæ Græci Sciomachiam, Latini Trojam nominant. Vide memoratas dictiones. Joann. de Janua: *Haſtiludium, quidam ludus militum cum haſtis, ſcilicet quando equites currunt & frangunt haſtas.* Matthæus Pariſ. *Circa Pentecoſten apud Blie commiſſum eſt Haſtiludium proſperè & generaliter ſecundum legem & diſciplinam militarem.* Hinc *Haſtiludiare.* Haſtis confligere. Ægidius de Roya an. 1386. *Ubi facta ſunt ſolemnia magna & Haſtiludia, ubi Rex Franciæ haſtiludiavit.*

Hasta caduceum. Adagium a Suida relatum, cujus etiam Polybius meminit Hiſtor. lib. 4. *Legatum ad Byzantios Aridicen miſere, & cum eo Polemoclem cum tribus triremibus, volentes id, quod eſt in proverbio, haſtam & caduceum Byzantiis mittere.* Uſurpari ſolet quoties aliquis minando terrendoque ad concordiam invitat, vel pacem petit armatus. Simile eſt illud: *Preces armatæ.* Origo hujus proverbii ita traditur a Gellio l. 10. cap. 27. *Q. Fabius Imperator Romanus dedit ad Carthaginienſes epiſtolam, ubi ſcriptum fuit Populum Romanum miſiſſe ad eos haſtam & caduceum, ſigna duo belli aut pacis, ex quibus utrum vellent eligerent; quod elegiſſent, id unum ut eſſe miſſum exiſtimarent. Carthaginienſes reſponderunt neutrum ſeſe eligere; ſed poſſe, qui attuliſſent, utrum mallent, relinquere: quod reliquiſſent, id ſibi pro lecto futurum. Marcus autem Varro non haſtam ipſam, neque ipſum caduceum, ſed duas teſſerulas; in quarum altera caduceum, in altera haſtæ ſimulacra fuerunt inciſa.*

Hasta et scuto uti. Vetus ſermo. Dicitur de re, quæ omni vi conatuque geritur: metaphora ſumpta a milite omnibus armis inſtructo. Author hujus effati Ariſtophanes.

Hastam abiicere. Sermone populari idem eſt, ac cedere, & contentionem relinquere. Tranſlatum a militia, ubi qui fugam circumſpectant, & propriis diffidunt viribus, haſtam abiiciunt. Uſurpavit hoc adagium Cicero pro Murena.

Hastas primas jactare. Pro *velitari* dixit Cicero: quod etiam ad Orationem tranſtulit; quæ initio debet eſſe ſedatior, in progreſſu incaleſcere.

Haud fas est super occisis jactare te ipsum. Verſus Homeri proverbialis, quo monemur non eſſe mortuis inſultandum. Sunt autem verba Ulyſſis de Procis extinctis.

Hecatebeletes. Latinè à longe jaculans. Epitheton Apollinis peculiare. Inter cæteros verſus à populo jactatos vulgatoſque in Neronem refertur diſtychon illud.

Dum tendit citharam noſter, dum cornua Parthus,
Noſter erit Pæan, ille Hecatebeletes.

Ideſt cum Nero cithara canit Apollinem Citharædum imitatus, Parthus ſagittis Romanos vincit, imitatus Apollinem à longè jaculantem.

Hecatontarchus. Latinè Centurio, vel centum militibus imperans. Vox pro ea militum præfectura frequenter uſurpata a Græcis Hiſtoricis. Decarchos illi appellant, quos Latini Decuriones, Hecatontarchos, quos Centuriones, Chiliarchos, quos Tribunos. Incidit ea Magiſtratuum bellicorum mentio apud Joſephum de bell. Judaic lib. 6. *Divinus quidam impetus militibus incidit, ambitumque partiti, non ſolum rectores inter ſe, verum ipſi etiam ordines certabant; & miles quidem Decarcho, Decarchus autem Hecatontarcho, iſque Chiliarcho placere properabat: Chiliarchorum oſtentatio ad Duces ipſos pertinebat; Ducum vero certamina Cæſar ipſe judicabat.*

Hecatonphonia. Sacra erant Meſſeniorum, poſt victoriam de Lacedæmoniis, dicta a clade centum hoſtium. Memorantur a Plutarcho in Convivio Sapientum.

Hector. Regis Priami & Hecubæ filius, quo ſoſpite nec Troja expugnari, nec Imperium Aſiaticum potuit excindi. Perpetuus idem Græcorum terror, quorum turmas uſque ad mare fugavit, eorum inſuper navibus concrematis. Senec. Troad.

Columen patriæ, mora fatorum;
Tu præſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras, humeriſque tuis
Stetit illa decem fulta per annos:
Tecum cecidit; ſummuſque dies
Hectoris idem patriæque fuit.

Achillis armis indutum Patroclum interfecit, & ſpoliis exuit. Senec. Troad.

qualis in Danaos furens
Vera ex Achille ſpolia ſimulato tulit.

Ipſe demum ab Achille vita ſpoliatus, curruque raptatus circa Trojæ mœnia. Virg. Æneid. 1.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros:

Et l. 2.

Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.

Ejus ſubinde caſum conſequutum eſt Ilii excidium, Regnique Aſiatici, quod multo maxime ad eam diem præſtans pollenſque fuerat, ſucciſæ vires, opes afflictæ. Horat. l. 2. Od. 4.

Barbaræ poſtquam cecidere turmæ
Theſſalo victore, & ademptus Hector
Tradidit feſſis leviora tolli
Pergama Graiis.

Hedera, ſive hederacea corona. Conſtat fuiſſe Pa-

Patris Liberi peculiare. Ovid. 6. Faſtor.

Bacche, racemiferos hedera redimite capillos.

Item Aurelius Nemeſianus:

Te cano, qui gravibus hederata fronte corymbis
Vitea ſerta plicas.

Adde Ovid. de Triſt. l. 1.

Siquis habes noſtr': ſimiles in imagine vultus,
Deme meis hederas, Bacchica ſerta, comis.

Cauſa verò cur Baccho Hedera ſit potiſſimum ſacra, ab eodem Poeta redditur Faſt. 3.

Cur hedera hæc cincta eſt? hedera eſt gratiſſima
Baccho.
Hoc quoque cur ita ſit, dicere nulla mora eſt,
Nyſiades nymphæ, puerum quærente noverca,
Hanc frondem cunis appoſuere novis.

Itaque non aliter fere, quam hederatum & corymbiferum Poetæ Bacchum depingunt. A Baccho ad ejus ſocias Bacchantes facile tranſiit hederaceum coronamentum. Catull. de Berec.

Ubi capita Mænades jaciunt Hederigeræ.

Cenſetur præterea ea planta ideo ſacra eſſe Baccho, quoniam vim habet furoris cujuſdam ingenerandi: quo furore perciti Bacchus cum ſociis excurrebant lymphati, ſuique minime compotes. Mirum tamen videri poſſit Numen vinoſiſſimum præcingere ſe voluiſſe præviridi quidem fronde, lapſuque erratico ac tenaci ſpecioſe deflexa, verùm vino, vinoſiſque admodum infeſta. Perhibent ſiquidem eam frondem mederi vel maxime ebrioſis, menteſque à rationis uſu dejectas ad frugem & ſanitatem reducere. Scio id ſapienti quodam conſilio, optimoque ad vitam ſobrie tranſigendam documento priſcos fabulatores fuiſſe commentos. Nimirum ut proxima eſſent antidota, ubi effrenatiùs vitia graſſarentur; & Hedera amica atque conciliatrix ſobrietatis racemis viteis complicaretur, occurreretque propinquo facilique paratu remedium adverſùs vini uſum immoderatum. Atqui contra alii ſentiunt, idcircò eam ſibi frondem in coronam Bacchum ſepoſuiſſe, ut nativa ejus frondis frigiditate muſti ardore æſtuque temperato perpotaret ſecuriùs, liquoriſque ſibi amiciſſimi voluptatem diutius produceret. Cæterum Coronam hederaceam inter militares alias recenſeri minime eſt dubitandum. Bacchus ſiquidem, Hederæ complicato ramuſculo coronatus, victor ex domita India remigravit. Ad cujus exemplum eadem fronde præcingi juſſit Alexander Macedo, ut author eſt Plinius lib. 16. 34. milites ſuos, cum victor idem ex eadem rediret India. Nec verò frontes duntaxat bellatorum, verum etiam clypeos hedera nobilitavit. Sic enim Statius lib. 7. de Eunæo:

clypei penetrabile textum
Pallentes hederæ Niſeaque ſerta coronant.

Plutarchus etiam in Æmilio author eſt corollis hederaceis ſua tentoria Romanos coronaſſe, ubi victores redierunt ex eo prœlio, quod geſſerunt adverſùs Perſen Regem Macedonum. Poſtremo ad victoriam denotandam pertinere hederaceum coronamentum liquet teſtimonio Horatii 1. Epiſt.

Prima feres hederæ victricis premia.

Helcium, ii. Fit à Græcorum ἕλκω, quod eſt *traho*. Dicitur in equis, aliiſque beſtiis onerariis, funis ab humeris dependens, cujus beneficio onera & currus trahuntur. Apul. lib. 9. *Defectum alioqui me, Helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicat præſepio.* Hinc Helciarii dicuntur, qui innexis ad humeros funibus, collatis viribus, vel onera moliuntur, vel naves deducunt ſubducuntque. Martial. lib. 4. Epig. 64.

Quem nec rumpere nauticum Celeuſma
Nec clamor valet Helciariorum.

Eodem inſtrumento molis verſandis utimur, plauſtriſque & carrucis per temonem trahendis. Sidonius Epiſt. 2. 9. Helciarios curvos vocat.

Curvorum chorus Helciariorum:

Dorſum incurvant ſcilicet, dum univerſis nitentes viribus admoliuntur; naveſque præſertim deducere, ſubducere, aut remulco trahere adlaborant.

Helciarii. Vide *Helcium*.

Helſpolis. Latinè urbium ſubactrix. Machina eſt ad urbes quaſſandas & evertendas longe validior ariete & aliis machinamentis oppugnatoriis. Et arietibus quidem ſucceſſit, inventore Demetrio Poliorcete in expugnatione Rhodi. Eam ad hunc modum deſcribit Ammianus lib. 23. *Pro his arietum machinamentis, crebritate jam deſpectis, conditur machina Scriptoribus Hiſtoricis nota, quam Helepolim Græci cognominant: cujus opera diuturna Demetrius Antigoni filius, Rhodo aliiſque Urbibus oppugnatis, Poliorcetes eſt nominatus. Ædificatur autem hoc modo. Teſtudo compaginatur immanis, axibus roborata longiſſimis, ferreiſque clavis aptata, & contegitur coriis bubulis, virgarumque recenti textura, atque limo aſperguntur ejus ſuprema, ut flammeos detrectet & miſſiles caſus. Conſeruntur autem ejus frontalibus triſulcæ cuſpides præacutæ, ponderibus ferreis graves, qualia nobis pictores oſtendunt fulmina: ut quidquid petierit, aculeis exſertis abrumpat. Hanc ita validam molem, rotis & funibus regens numeroſis intrinſecus miles, languidiori murorum parti, viribus admovet concitis: & niſi deſuper propugnantium valuerint vires, colliſis parietibus aditus patefacit ingentes.* Plutarchus autem ſic eandem deſcribit in vita Demetrii: *Muriſque admoverat Helepolim maximam. Baſis quadrata erat, cujus unumquodlibet latus octo & quadraginta cubitorum, altitudo decem & ſeptem ſupra quinquaginta cubitûm: inclinabantur autem & concurrebant latera ad faſtigium infima baſi anguſtius. Ipſa intus machina variis domiciliis & regionibus intercepta, frontem adverſùs hoſtem apertam habebat, & ad ſingula domicilia feneſtram: per has omnis generis tela emittebantur. Repleta enim erat viris omne pugnæ genus obeuntibus: atque ita recta & inconcuſſa æqualiter undique cum ſtrepitu & violentia magna muris admovebatur, ut ſimul & perterreret & oblectaret.* Sed & multa de eadem machinâ habet Diodorus lib. 20. Meminit illius etiam Heliodorus lib. 9. Denique videndus eſt Vitruvius lib. 10. cap. 22. & ibidem notę Barbari, Philandri, & Baldi.

Helix. Græcíæ eſt vocabulum, involucrum ſignificans. Helices in vitibus ſunt capreoli, ſive coliculi, vel, ut interpetratur Varro l. 1. de Re Ruſtica, cincinni intorti. Hos Plinius quandoque claviculas, interdum etiam vibratos pampinos vocavit. Vitruvius l. 4. cap. 1. tranſtulit hanc vocem ad fictos ſeu marmoreos coliculos, qui inſurgunt inter folia achanti, molliter intorti, in capitulis columnarum Corynthii ordinis. Italis *Volute* à volvendo. Verùm neceſſe eſt tractorium etiam organum fuiſſe Helicen apud Græcos,

cos, ut eruditè diſputat Hieronymus Magius Miſcell. l. 2. cap. 10. Utrum verò fuerit in genere cochleæ, vel ergatæ, quæ inſtrumenta appoſitiſſima ſunt ad elevanda onera, uſumque frequentem habent in Architectura militari, nec terreſtri minus quàm navali, incertum eſt. Helicis repertorem fuiſſe Archimedem Favorinus tradit per hæc verba: *Dicitur autem Helix & quoddam machinamenti genus, quod primus inveniens Archimedes, præclarus habitus eſt*. Adiice teſtimonium Athenæi lib. 5. cap. 8. ubi loquitur de celebri Hieronis nave: *Archimedes Mechanicus ſolus poucorum corporum adiumento ipſam deduxit. Is enim Helicem comparant, tantam navem in mare traxit. Primus autem Archimedes Helicis uſum excogitavit*. Ad enucleationem autem hujus vocis advocat Magius aſpergitque obſcuræ rei lucem ex Plutarcho in vita Marcelli, ubi docet, Polyſpaſtum dictam fuiſſe machinam, qua commemoratam navem Archimedes jecit in mare. Machinam verò Polyſpaſtum Latini Multitraham dicerent; ſic autem appellatur, quoniam multis orbiculorum circuitionibus facilitatem operi præſtat & celeritatem. Simile eſt inſtrumentum, quod Vitruvius vocat Triſpaſtum, cui tres orbiculi inſunt. Ex qnibus videtur liquere Helicem Archimedis non fuiſſe in genere cochleæ, quam voce vernacula vitem dicimus, ſed potius in genere ergatæ, inſtrumenti tractorii noti, ad Architecturam urbanam æquè ac militarem deſervientis. Vide *Cochlea*.

HELICES. Apud veteres militiæ profeſſores appellantur mucrones artificioſè contorti ad frontem, & caput Arietis, & ſimilium machinarum. Memorantur ab Herone de Machinis bellicis lib. 11. pro parte Arietis librati in Teſtudine Arietaria; quem locum ſic exponit Barocius Heronis interpres: *Helicas hîc intelligie mucrones illos, quos debet habere ferrum in extremitate Arietis affixum tanquam ejus caput, quod ſit cornibus præditum; quibus murus ipſe rumpitur. Helicas autem ipſos vocavit ad ſimilitudinem pampinorum vitis, qui a Græcis Helices nuncupantur*.

HELMUS. Galea, vel caſſis. Vox eſt Germanica; uſurpata ſæpe a Scriptoribus Latinobarbaris apud Cangium in Gloſs. Italis *Elmo*.

HEMERONROMI. Latinè ſpeculatores, qui unius diei curſu ingens ſpatium emetiuntur. Sic illos exponit Livius l. 31. *Et reſpondiſſet, ni ſpeculator (Hemerodromos vocant Græci ingens die uno curſu emetientes ſpatium) contemplatus regium agmen e ſpecula quadam, progreſſus nocte quadam Athenas perveniſſet*.

HEMEROSCOPI. Latinè ſpeculatores diurni. Commemorantur & explicantur ab Ænea, vetuſto Scriptore Græco apud Turnebum l. 27. c. 7. quo interprete ſunt, *qui antelucano tempore ex Urbe emittuntur, & interdiu ſpeculantur; curruntque eo, unde proſpectus petendus eſt, & in Urbem revertuntur, ubi contenebraſcit*.

HEPTERIS. Voce Græcanica appellarunt ita ſæpius optimæ notæ Scriptores Latini navim ſeptem conſtantem remorum ordinibus. Liv. Dec. 4. lib. 7. *Regia claſſis ſeptem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres Hepteres, & quatuor Hexeres habebant*.

HERBAM DARE. Eſt veteri proverbio fateri ſe victum, & æmulum victorem agnoſcere. Orta vox a conſuetudine decertantium in Veterum ludis, qui quo loco ab adverſario ſuperati eſſent, herbam inde decerptam victori porrigebant, quo ſymbolo inferiores ſe confitebantur.

HERCIUS, ii. Sed melius Hericius. Vox Græca. Latinè ſeptum, repagulum. Porta pendula in munitionibus, de qua diximus in voce *Cataracta*. Retinent boc vocabulum Galli, qui eam portam *Herce* vocant. Cæſar l. 3. de bell. Civil. *Objectus portis Hericius*. Et paulo poſt: *Sed tamen noſtri virtute vicerunt, exciſoque Hericio irruperunt*. Janus Laurembergius in Antiquario utrobique Hericium in Hercium mutandum putat: quòd Ericius, vel Hericius non ſit repagulum, ſed machina oppugnatoria. Nihil exiſtimo mutandum in Cæſare. Nam Ericius non oppugnatoria ſolum, ſed tectoria etiam eſt machina, ut nos in ea voce obſervavimus. Vide *Cataracta*.

HERCLE. Plautus Stic. *Hercle rem geſtam bene*. Item *Hercule*. Cic. pro Quinctio: *Itaque, Hercule haud mediocriter de communi, quidquid poterat, ad ſe in privatam domum ſevocabat*. Atque adeo *Hercules*. Cic. pro Roſc. Amer. *Licet, Hercules, undique omnes terrores, minæ, periculaque impendeant omnia; ſuccurram, atque ſubibo*. Formulæ ſunt jurandi per Herculem. Quæ autem etiam inveniuntur, *Mehercule*: Cic. Cælio Epiſt. l. 2. 10. *Mihi, Mehercule, magnæ curæ eſt edilitas tua*, & *Mehercules*, Cic. pro Plancio: *Verè, Mehercules, hoc dicam*, item ſunt Formulæ jurandi per Herculem; in quibus tamen ſubaudiendum eſt, *juvet*, ut ſenſus ſit: *ita me Hercules juvet*. Moris antiquiſſimi fuit, cujus hîc originem repetere non eſt operæ, dicta vel promiſſa confirmare interjectione ſermonis, qua divinum aliquod Numen teſtamur, vel advocamus. Romanis verò, ut pote genti bellicoſę familiare fuit præ cæteris adhibere Herculis nomen. Præter memoratas verò Formulas, ad eundem indicandum Herculem, illa interdum utebantur voce, *Mediusfidius*. Vox porrò hæc eſt hibrida; eamque ſic reddas, *Me Jovis filius*, & ſupplendum, *juvet*, Fidium quippe Antiqui dicebant pro filio, conſueta mutatione literæ *l.* in *d.* Jovem autem Græci Δία vocant. Advertit autem Gellius lib. 11. cap. 6., neque mulieres Romanas per Herculem, neque viros per Caſtorem dejurare conſueviſſe: Cur autem fœminæ Herculem non adhiberent in juramentis non obſcurum eſt. Nam & Herculaneo ſacrificio non intererant, & parum ad ejus debilitatem ſexus faciebat vir immenſi roboris, & periculorum avidiſſimus. Cur autem viri per Caſtorem non dejerarent, & ignorare ſe fatetur Gellius, & inter eruditos adhuc quæritur. Juſiurandum verò per Pollucem, eodem Gellio teſte, fœminis viriſque commune erat. Edebatur autem per Pollucem juſiurandum his fere formulis: *Pol, Perpol, Ædepol* quaſi dicas per Ædem Pollucis. Per Caſtorem autem ſic jurabant, *Ecaſtor, Mecaſtor*. Exempla non addo, nam vulgatiſſima ſunt apud Scriptores, ac pręſertim Comicos. Apulejus autem lib. 4. Metam. quod eſt ingenium hominis liberum, & legum intolerans, non dubitavit vetulam quandam inducere per Herculem jurantem his verbis: *Bono animo eſto Mehercules, nec vanis ſomniorum figmentis terreare*. Plutarchus Problem. cap. 27. docet, per Herculem juraturos ſub dio coactos jurare; neque enim id licuiſſe ſub tecto: quoniam Hercules non umbraticam & delicatulam vitam domi egerit, verùm foris & ſub

dio

dio ſemper vixerit. Turpe autem fuiſſe talem Deum periculis, laboribuſque maximis ſemper exercitum, ſub ignavo tecti otio appellare. Profuerit vero me id inſinuaſſe tyronum gratià, ut militarem duritiam, & aſpera itinerum atque periculorum eò libentiùs amplectantur. Jure queritur Tertullianus in lib. de Idololat. vitioſæ conſuetudinis, qua Chriſtiani ſui temporis inter jurandum nomen Herculis adhibebant: Sic autem ſcribit: *Conſuetudinis vitium eſt, dicere Mehercule, dicere & Mediusfidius; accedente ignorantia quorumdam, qui ignorant, juſjurandum eſſe per Herculem*. Scio non modo ſuperioris ævi, ſed ætatis etiam noſtræ Scriptores uſurpare frequenter *Hercle*, *Mehercule*, & aliss jurandi formulas Ethnicorum. Scio, extare eruditorum hominum graves epiſtolas, aliorum quidem eam conſuetudinem vehementer improbantium, aliorum verò tolerabilem illam eſſe profitentium. Mihi in neutram partem judicium ferenti ſatis fuerit adnotare cum Donato ad Terent. Andr. eas locutiones ſive formulas *Hercle*, *Mehercule*, & ſimilia abiiſſe in particulas ornativas ſermonis, ut jam jurisjurandi vim aliquam vix retineant. Sunt qui non abſimili ratione eos excuſent, qui inter domeſtica & familiaria alloquia obſcœniorum quarundam vocum interjectione utuntur. Ego verò, quemadmodum eos homines facilè purgaverim & abſolverim a graviore nequitia adjurantis formulæ, quaſi per Priapum, aut ſimile quidpiam, ſic iiſdem author fuerim, ut non in agendo ſolum, verùm etiam inter loquendum pudorem modeſtiamque viro Chriſtiano dignam, diligentiùs cuſtodiant.

HERCULES. Conſtat vetuſtiſſimos Fabulatores non modo Ethices præcepta, vitæque civiliter componendæ deſcriptionem & normam, verum etiam quidquid ad ſecretioris Theologiæ tractationem pertinet, poeticis numeris incluſiſſe. Ut enim apud Platonem, Plutarchum, & alios obſervatum ſæpe legimus, Religionis myſteriis faciliùs animi imbuuntur nexu & vinculis modulatione alligati ſermonis. Quæ nimirum jucundiùs audiuntur, iiſdem animus impenſiùs capitur; & firmiùs tradita inoleſcunt, quæ numeroſæ locutionis concinnitate aures detinent, & alliciunt. Quemadmodum autem viri inſignitè prudentis egregium typum formavit Antiquitas in Ulyſſe, & Neſtore: quemadmodum iis coloribus Æneam ſpectandum propoſuit, ut in eodem non tum delineatio maximum in modum pii Ducis, quàm ipſius pietatis ad ſuperſtitioſæ nempe gentis captum, ſpirans quædam forma, & vivis coloribus expreſſa proponeretur; ad eundem profectò modum ſic eadem de Hercule locuta eſt, totque ejuſdem illuſtria facinora militaria commemoravit, ut non tam univerſæ poſteritati virum fortem, quàm ipſius ſpecimen & ſimulacrum fortitudinis viſa fuerit adumbraſſe. Efferri plane oſtendique omnibus ingenii viribus oportuit virum nulla non vera laude præſtantem, ut vitam per deſidiam atque ſegnitiam obſcurè tranſigere refugerent homines; illectique exemplis ac documentis exhibitæ ſibi virtutis eximiæ, ad patriam benefactis illuſtrandam, ad perpetuam ſibi comparandam prædicationem nominis, omni conatu niſuque inflammarentur. Neque verò defuerunt, qui Herculem Philoſophum putarint, aſſignatamque illi clavam, qua Philoſophia ſignificatur, & pellem leonis; qua prudentiæ conjunctum militare robur innuitur. Monſtrorum quippe domitor ille, & hominum maleficorum per univerſum Terrarum Orbem everſor, non inconſulta quadam fortitudine polluit, ut Milo ille Crotoniates, aut Ajax temerè ferox, ut ab Homero deſcribitur, verùm ſtrenuitatem prudentiæ nexam ubique præſetulit. Enituit id cum maxime in victoria Hydræ Lernææ, in qua perdomanda, monſtrique capitibus renovato fœtu ſubinde repullulantibus excindendis vir fortiſſimus ad ſolertiam prudentiamque confugit; monſtrumque teterrimum non tam clava quàm igne, ſapientiæ ſymbolo, demum pervicit. Scite, ut ſemper, id Virgilius advertit, ubi de eo certamine ita cecinit l. 8.

non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circumſtetit anguis.

Jamverò labores innumeri, & perardua pericula, quibus Hercules intrepidè ſe objecit, ita ut nihil eſſet tam horrendum, totque implexum difficultatibus, quod ille patientia & robore non ſuperaverit, fidem adſtruunt multis, & præclaris authoribus, qui unum fuiſſe Herculem negarunt. Affirmant verò vel a pluribus hujus nominis fortiſſimis viris, quæ de Hercule tradita ſunt, fuiſſe perpetrata; vel Herculis nomen, non tam hominis alicujus utcumque robuſtiſſimi, & feliciſſimi, ſed appellationem ipſius fortitudinis extitiſſe. Sunt qui ſingulari ſapientia Ducem fuiſſe Herculem memorant, cujus prudentiæ conſilia non Græciam ſolùm, ſed remotiſſimas etiam gentes moderarentur; ita ut præclara facinora, & pulcherrimæ per totum orbem a viris illuſtribus victoriæ reportatæ Herculi attributæ ſint, qui licet non opere manuque, conſilio tamen illa, & dedita ubique prudentiæ fama perfecerit. Id verò prolixe teſtatum reliquit Dionyſ. Halicarnaſſ. per hæc verba: *Verior de Hercule ſermo talis eſt, Herculem Ducem fuiſſe omnium ſuæ ætatis optimum, validumque exercitum habuiſſe, terras omnes inter Oceanum peragraſſe: eos dominatus amoviſſe, ſiqui ſubditis populis graviter, & tyrannicè imperarent, aut urbi finitimos injuria atque impotentia læderent: aut ſiqui eſſent homines immanes, & hoſpitum cædibus nefariis gaudentes, in eos regna legitima conſtituiſſe, gubernationeſque moderatas & humanitatis mores, jus denique æquabile omnibus inferens, tam Græcis, quam barbaris maritimis, & mediterraneis. Quin & in deſertis locis urbes condens, atque divertens flumina, quæ campos inundarent, in montibus excidens ſemitas inviis, & cætera, quæ mortalium eſſe uſui arbitratus eſt.* Nihil propterea eſt demirandum, ſi non unum, ſed plures hoc nomine fuiſſe Heroes antiqui Scriptores tradiderint. Varro Hercules collegit duos & quadraginta: Duodecim alii, nonnulli tres, duos plurimi conſtituunt Hercules, & innumera, quæ referuntur, facinora inter Thebanum & Lybicum dividunt. Cicero autem ſex enumerat Hercules, cujus verba libet adſcribere: *Ex Jove & Liſcito eſt is Hercules, quem concertaviſſe cum Apolline de Tripode accepimus: alter traditur Nilo natus, Ægyptius; quem ajunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius, eſt ex Idæis indigenis, cui inferias Cretes afferunt. Quartus, Jovis eſt Aſteriæ, Latonæ ſororis, quem Tyrii maxime colunt, cujus & Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Be-*

lus

lus dicitur. Sextus hic ex Alcmena, quem Jupiter tertius genuit. Præter omnem dubitationem omninò eſt, ſive unus Hercules, ſive plures hoc nomine ſudiant, omnium celeberrimum fuiſſe Thebis natum, qui vixit ante bellum Trojanum, & paulò ante Saulis regnum. Fuit autem Jovis ex Alcmena, ſive Alcumena Amphitryonis uxore filius. In hujus conceptu multa Poetæ ſabulati ſunt, ac præcipue Junonem illius novercam trinoctium integrum ejuſdem partum remoratam fuiſſe, ut inter alios teſtatur Orpheus in Argonaut.

Hic prius Herculeum robur mihi cernitur: olim
Hunc Alcmena Jovi peperit conjuncta ſuperno.
Cum latuit Phœbus longas tres ordine noctes
Continuas: caruitque die Sol, lumine Soles.

Cum adhuc infans eſſet, eliſiſſe dicitur geminos angues ad illum perdendum a Junone immiſſos. Ovid. Heroid. 9.

Tene ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues
Cum tener in cunis jam Jove dignus eras?

Idem Theocritus eleganter expreſſit.

Sub mediam noctem quando Urſa illabitur undis
Oriona prope, iſque humerum cum protulit altum,
Ingenioſa duos immiſit Juno Chelydros
Tergoribus nigris, ſpiriſque ingentibus atros.

Ubi primum adolevit, præclaras artes, neque verò militares ſolùm, verùm etiam literarias, & quæ pacis otium ſuſtentant, a præclaris eorum temporum magiſtria addidicit, quemadmodum prolixè teſtatur Theocritus:

Hunc Linus edocuit ſapientum ſcripta priorum
Pervigil, & claro Phœbi de ſemine natus.
Flectere at arte arcus, emittere & arte ſagittas
Edocuit dives patriis hunc Eurytus agris.
Eumolpus vocem formavit, finxit & idem
Ad cytharam digitoſque rudes, dextramque tremendam.
At quæcumque fuit membrorum ars apta paleſtræ,
Qua ſtravere viros & decepere viciſſim,
Quæ foret ars pugilum, & gravibus decernere loris,
Quæque graves pugiles reperere ex arte doloſè,
Hæc a Mercurii doctus de ſanguine creto
Harpalyco.

Artibus, quæ fortem Ducem decerent, condiſcendis prælidio erat ipſa corporis forma, magnitudo & proceritas, qua non leviter commendabatur. Heraclides Ponticus quatuor cubitorum & unius pedis longitudinis fuiſſe Herculem ſcribit. Herodotus verò in Œdipode, & Jon Chius tres dentium ordines eundem habuiſſe, & igneum ex oculis ſplendorem effudiſſe commemorant. Ad hæc Leonina pellis, qua pro thorace & clypeo, utebatur nullo ferro erat penetrabilis: clava verò multo prægravis ferro, vel, quemadmodum ſcribit Piſander, tota erat ferrea. His animi corporiſque dotibus nobilitatus, adversùs implacabile Junonis odium, quæ novis illum ſemper monſtris objecit, non modo par, verùm etiam ſuperior fuit; Euryſthei verò, ſub cujus erat dominatu, quique illum perdomandis terræ portentis continenter exercuit, innumera & perdifficilia imperia fatigavit. Nihil enim in Orbis univerſitate horrendum & aſperum, cæteriſque fuit Heroibus inſuperabile, quod Hercules non adierit, repreſſerit, ſummaque cum laude confecerit. Herculei porrò labores ab aliis duodecim, a nonnullia triginta, quinquaginta etiam a quibuſdam connumerantur. De iis in tranſcurſu quædam & obiter delibabimus, fuſius cognoſcenda apud Scriptores Mythologos. Hydram colubris, & capitibus pullulantem in Palude Lernæa ferro & igne oppreſſit. Cervam æripedem in Mænalo monte interfecit. Inuſitatę magnitudinis Leonem jugulavit in ſilva Nemeęa; Diomedem Thracię Regem, qui equos ſuos hoſpitum carnibus & ſanguine paſcebat, ſuperatum, ipſius equis in pabulum obiecit. Arcadiam ſublevavit, terribili apro in Erymanthi ſaltu interfecto. Stinphalides aves, Taurum, Cretam inſulam devaſtantem, Buſiridem Ægypti Regem ſuos mactantem hoſpites, Anteum Gigantem in Lybia perfregit, perdomuit, ſuffocavit. Calpem, & Abylam, conjunctos antea montes diviſit. Draconem in hortis Heſperiis, Geryonem Hiſpaniæ Regem tricorporem, Cacum latronem ſuſtulit. Cœlo ferendo ſuppoſuit humeros. Ad Inferos etiam deſcendit, & Cerberum catena vinctum traxit ad Superos. Cum Argonautis in Colchicam expeditionem profectus eſt. Trojam Laomedonte interfecto, expugnavit. Amazones ad Thermodoontem fluvium debellavit. His aliiſque facinoribus non modo ſummam apud mortales gloriam eſt adeptus, verum etiam inter Heroas, Semideos, ac demum Deos ipſos relatus in fabulis legitur. Hinc ejuſdem nomini Templa & Altaria erecta, ceremonię ſtabilitę, inſtituti ſacerdotes, latèque per omnes gentes divini eidem honores, cultuſque propagati. Romę prope Circum Flaminium Herculis Magni Ædes fuit. Alteram habuit in Circo Maximo: in Foro Boario altera etiam Herculi triumphali dicata eſt. Populus arbor eidem ſacrata. Fabulantur ſiquidem Herculem, cum ad Inferos deſcenderet, ex inventa ad ripam Acherontis fluvii alba populo ſibi coronam concinnaſſe. Quamobrem in ſacris Herculia ramis populeis coronati omnes incedebant, ut ſcribit Enarrator Theocriti. Mirum tamen eſt, virum adeo fortem tot pręclarè geſtis comparatam ſibi gloriam turpiſſimis amoribus corrupiſſe. Ut enim Hylam catamitum prætereain, Omphales Lydorum regis filię amore captus, plurima viro forti indecora & a cęteris rebus geſtis abhorrentia facere coactus eſt. Pellici nimirum Leonina pelle conceſſa, fœmineo ipſe habitu indutus colum aptare lateri, vitamque inter fœminas indigniſſimam agere libidinis vile mancipium non eruhuit Ovid Heroic. l. 9.

Non fugis, Alcide, victricem mille laborum.
Raſilibus calathis impoſuiſſe manum?
Craſſaque robuſto deducis pollice fila.
Æquaque formoſæ penſa rependis heræ?
Crederis infelix ſcuticæ tremefactus habenis
Ante pedes Dominæ pertimuiſſe minas.

Eam ob cauſam Heros cęteris partibus laudatiſſimus deriſione & contēptu apud omnes gentes traductus eſt. Diagoras verò non ſolum Atheus, ſed irriſor Deorum, ut inter alios refert Epiphanius, Herculis divinitatem ſatis ſcitulè ludos fecit. Cum etenim lignorum penuria laboraret, & ligneum Herculis ſimulacrum domi haberet, eam ſtatuam in aſſamenta diſſectam iniiciens in caminum: Age inquit, ò Hercules & tertium decimum laborem adi, obſoniolum nobis cocturus: Et cum dicto diſſiſſum in aſſulas Deum igni concremans perbella ſibi cibaria excoxit. Neque porrò mirum fuit

ſi pro-

Digitized by Google

ſi propter mulierculiarum amores acerbiſſimo demum mortis genere ſublatus fuerit. Combuſtus quippe obiit im monte Œta, ubi pyram conſcendit, poſtquam veſtem indniſſet veneno imbutam, quam eidem Dejanira miſerat, ut ab amoribus aliarnm fœminarum illnm abſtraheret. Pręcipua Herculis cognomina fuere: Aleides, ſic appellatus ab Avo Alceo, vel a fortitudine notione Gręca: Cynoſarges, a ioco quodam Athenis ſie dicto, ut ſcribit Suidas. Prodicius verò Hercules, cujus etiam meminit Cicero, dictus eſt a Prodico Ceo Sophiſta antiquiſſimo. Tradidit is Virtutem & Volnptatem in ſolitudine Herculi adhuc puero apparuiſſe; & illam quidem ſimplici incultoque habitu, licet nativo decore ſpectandam, hanc verò ornatiſſimis veſtibus, omnique ex parte manantem odoribus comitem ſeſe Herculi vitæ ineundę obtuliſſe; Herculem vero, Voluptate repudiata, abiiſſe poſt Virtutis veſtigia, ut inter alios ſcribit Xenophon. Sed ſatis ſuperque de Hercule. Reliqua ad illum ſpectantia vide apud Natalem Comitem Mytholog. lib.7. & Girald. Syntag. 10.

Hercules triumphalis. Statua erat ferè omnium antiquiſſima, quæ Romæ viſebantur. Dicata creditur ab Evandro Herculi, poſt Caci victoriam. Eadem veſtitu triumphali ſolebat obtegi, cum illae Triumphantes tranſirent. Mcminit Herculis Trinmphalis Plinius lib.34. c.7. per hęc verba: *Fuiſſe autem Statnariam artem familiarem Italiæ quoque & vetuſtam, indicat Hercules ab Evandro ſacratus, ut ferunt, in foro Boario, qui Triumphalis vocatur; atque per triumphos veſtitur habitu triumphali.*

Herculei labores. Proverbiali ſermone dicuntur labores numero & gravitate inſignes, quales Hercules præcellenti ſua fortitndine feliciter exantlavit.

Herculi clavam extorquere. Multorum eſt literis celebratum adagium, & jactari ſolitum in eos, qui ea audent invadere, quæ potentiores occuparunt. Ortum à Virgilil Maronis effato, qui, quemadmodum ſcribit Macrobius, obiurgatus, quod verſus quoſdam Homeri pro ſuis uſurpaſſet, reſpondit, magnificum hoc etiam eſſe, Clavam Herculi extorquere; Jovi fulmen eripere.

Herculiani. Sic appellabatur una ex legionibus ſex Palatinia, quæ ſuberat Magiſtro militum Præſentali. Maximianus Cæſar, qui ſe Herculem nominabat, id illis impertiit cognomentum. Sext. Aurel. Vict. de Cæſar. *Huic*, Maximiano, *poſtea cultu nominis Herculei cognomentum acceſſit, uti Valerio, Jovii. Unde etiam militaribus auxiliis longe in exercitu præſtantibus nomen impoſitum.* Meminit etiam hujus Legionis Nicephorus lib. 11. cap. 1. *Vetus conſuetudo erat, ut qui Joviauæ atque Herculiauæ, ita ab Jove, & Hercule dictis, legionibus praeeſſent, Principem à tergo ſequerentur.* Hujus legionis Inſignia refert Pancirol. Comment. Not. Imp. Orient. cap. 39.

Herebannum, Heribannum, Arribannum. Italis *Arierban*. Indictio, monitio, invitamentum, quo proceres & magnates, aut quovis alio vinculo ſummis Principibus aut Regibus obærati ad arma ſuſcipienda, cogendumque, quantum maxime poſſunt, militem invitantur & evocantur. Certis autem legibus id eſt inſtitutum, pœnis etiam mulctiſque in eos propoſitis, qui præſtò non adeſſent, aut debitum militum numerum non afferrent, Vide multa de Heribanno apud Cangium in Gloſſ. Vox eſt Germanicæ originis ab exercitu & monitione conglutinata. Capitul. Carol. Magni lib. 3. cap. 67. *Quicumque liber homo in hoſte bannitus fuerit, & venire contempſerit, plenum Heribannum componat ſecundum legem Francorum.* Cujacius in præfatione de Feudis: *Vaſallorum conditio hæc eſt, ut cum delectus edicitur, in militiam eant, vel certum cenſum Domini ærario inferant, quod Heribannum, ſive Haribannum dicitur, à Germanorum antiqua voce here, qua ſignificatur Exercitus.* Præter publicam admonitionem, & edictum, etiam vim pœnæ, ut dixi, mulctæque habet Heribannum, in eos ſumi ſolitæ, qui imperio obtemperantes non eſſent; adversùs quos agebatur, velut in emanſores. Grotius in Gloſſ. Gothico: *Heribannum, her ban. Caſtrenſe edictum, quo ad exercitum homines vocantur, & inde mulcta in emanſores.* Et quoniam non ſemper pecunià, in Principis fiſeum ſive ærarium illatà, animadvertebatur in edicti contemptores, verum etiam exilium interdum iiſdem irrogabatur, inde factum, ut *Banditi* dicerentur acti in exilium. Nec immeritò Pithæus Bannum à Bando putat factum, hoc eſt ab Exercitus vexillo, quod erectum publicum erat ſignum procinctus militaris, & acclamationis ad bellicam expeditionem. Sed vide *Bandum, & Bannum.* Conſule *Monſieur de la Roque Traitè du Ban & Arriereban.*

Herethochius. Vox conflata ex duplici Germanica, quarum alia *exercitum*, alia *ducere* ſignificat. Sic dicebatur, pręſertim apud Anglos, militarium copiarum moderator. Extat de Herethochiis & eorum officio caput integrũ in legibus Eduardi. *Erant & aliæ poteſtates & dignitates per provincias & patrias univerſas, & per ſingulos comitatus totius regni prędicti conſtitutæ, qui Heretoches apud Anglos vocabantur, ſcilicet barones nobiles & inſignes. ſapientes & fideles & animoſi. Latinè verò dicebantur Ductores exercitus, apud Gallos Capitales Conſtabularii, vel Mareſcalli exercitus. Illi verò ordinabant acies denſiſſimas in prœliis, & alias conſtitnebant, prout decuit, & prout eis melius viſum fuit, ad honorem Coronæ & utilitatem regni.*

Heribergium. Germanicę eſt originis. Item Herbergum, & Heribergum. Lipſius Centur. ad Belgas: *Herberga. Caſtra. Nos latiùs pro omni diverſorio: ſed illud propriè & primo.* Edictum Caroli Calvi: *Et nunc illud Heribergum non ſine labore & diſpendio fidelium noſtrum fieri facimus.* Congruit vox Italica *Albergo*, quæ omne diverſorium indiſcriminatim notat: verum antiquitus ea etiam vox militaria caſtra ſignificabat. Otho Morena Hiſt. Laudenſ. *Ipſi ſocii tentoria eorum, quod in capite Albergariæ versùs Papiam fixum fuerat defixerunt, & in terram dejecerunt.* Ubi Albergarias vocat tentoria Caſtrenſia.

Herisliz. Linguà Germanicà eſt armorum depoſitio, vel diſceſſio ab armis. Hinc facere Herisliz ſæpins legitur in legibus Longobardorum, & aliis Scriptoribns Latinobarbaris. Lindenbrogius Rhenanus lib. 2. Rer. German. *Deſeruiſſe Exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Francì vocabant Herisliz, quaſi dicas exercitus ſciſſionem*

Heristalcus. Linguà Germanicà ſedes vel manſio Exercitus. Annales veteres editi à Lambecio: *Intravit in Saxonia, & ibi habitavit ipſam hyemem,*

Digitized by Google

mem, & fecit ſedem ſuam juxta locum, ubi Timella fuit, quem Heriſtalli appellavit, eo quod ab Exercitu ſuo fuerunt conſtructæ ipſæ manſiones, ubi habitabant. Poeta Saxonicus:

poſitis in littore caſtris
Sedit, Heriſtellique locum juſſit vocitari.

Heros, ois. Eximia virtute vir, ſupra reliquorum conditionem præclarè factis, ac potiſſimum militari robore, & felicitate ſe efferens aſſurgenſque. Vocis thema vel à Junone, quæ Græcis Ἥρα appellatur, quoniam ignotus quidam ejuſdem filius vocatus primum Heros fuerit: ſeu quoniam aerem, qui Junoni inprimis ſacer eſt, Heroes & Dęmones promiſcue incolere crederentur: vel à voce ἔρως, quoniam ii dicerentur Heroes, quos immortalis aliquis Deus procreaſſet mortalis fœminæ amore correptus, vel Dea immortalis amore percita mortalis viri. Trahunt poſtremò alii à vocabulo ἔρα, quod Græcis eſt terra, quaſi Heroes Dii quidam terreſtres extiterint. Ac plane ſi minus Dii, certè Semidei Heroes dicti, utpote qui mortali parente altero, altero verò immortali progeniti, licet homines eſſent, excellentia tamen & amplitudine rerum geſtarum, ac præſertim facinorum bellicorum, proxime acceſſerunt ad Deos. Et quidem poſt obitum in Deos referri Heroas moris ſuit, præcipue ſi, inſigni aliqua fera monſtroque interempto, de patria vel aliis provinciis præclarè eſſent commeriti, ut notat exemplo Lycophronis Carolus Paſchalius Coron. lib. 11. cap. 26. Hinc habemus apud Ethnicam Theologiam occiſarum ſpoliis ferarum circumferre ſe conſueviſſe Heroas antiquos, ut nos fuſiùs explicabimus in voce *Pelles Ferinæ*. Notandum tamen eſt, à Poetis, viros egregios, licet utroque parente mortali procreatos, adhuc tamen propter eximiam virtutem Heroas nominari conſueviſſe. Ovid. 13. Met.

donec Laertius Heros
Aſtitit.

2. Equidem Veteres nonniſi bellica fortitudine dimenſi ſunt virtutem Heroicam. Neque enim alios nobili Heroum appellatione Antiquitas inſignivit teſte Cornuto de Natur. Deor. Gentil., quam qui corporis robore & animoſitate in adeundis periculis reliquis præſtarent. Philoſtratus etiam Heroic. Elenchum Heroum recenſens eorum duntaxat meminit bellatorum, qui Trojano adfuerunt bello, & ſingulare fortitudinis ſpecimen ediderunt. Licet autem poſtea figuratè & per uſurpationem etiam ſapientia & probitate viri præſtantes Heroes paſſim ſint nuncupati; nihil tamen id derogat virtuti militari, cujus peculiaris eſt honor & prærogativa, Heroas facere & nominare. Ad eandem formam triumphus, ſtatua in Capitolio, & ſimilia quædam honeſtamenta nonniſi bellicæ fortitudinis præmia fuerunt & teſſeræ. Jure omnes æquiſſimum judicarunt, ſingularibus honorum monumentis affici atque diſtingui virtutem Martiam, cujus præclara facinora non tam ad privatum ſortium virorum ornatum, quam ad afferendam publicam felicitatem & gloriam nituntur atque collineant. Nec omittas obſervare Heroas ſæpenumero à Poetis Juvenes appellari, non ſolùm commendationis gratià, quod opportunè advertit eruditiſſimus de la Cerda ad illud Virgil. Æneid. lib. 1.

Heus, inquit, Juvenes monſtrate mearum
Vidiſtis ſiquam hic errantem fortè ſororum:

Verùm quoniam laborioſiſſima quædam atque duriſſima opera militaria ætatem integram vegetamque depoſcunt, manuque & audacia conficiuntur. Nobiliſſimus Heroum cœtus fuere Argonautæ: eos Virgilius Heroas appellat Eclog. 4.

& altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas:

Eoſdem Juvenes vocat Catullus in Nupt. Pel.

Cum lecti Juvenes, Argivæ robora pubis,
Auratam optantes Colchis avertere pellem,
Auſi ſunt vada ſalſa citâ decurrere puppi.

Propert. l. 1. 20. de Hyla Herculis comite:

At comes invicti Juvenis.

Vide plura apud præfatum Cerda: Nec proinde Heroum nomine fraudaverim ſeniores, qui multis maximiſque promeritis militaribus exacta juventute, annis poſtea prægravati referunt Priami imaginem, de quo Virgil. Æneid. 2.

Arma diu ſenior deſueta trementibus ævo
Circumdat nequidquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur.

Ubi iterum nota, arma à Virgilio paulo poſt juvenilia vocari:

Ipſum autem ſumptis Priamū juvenilibus armis
Ut vidit.

3. Noveris tamen non ſine ſuperſtitioſi alicujus Numinis auxilio fere contigiſſe, quæ Heroes maximi ſupra niſus humanos edidiſſe commemorantur. Subſidiaria illis falſa Numina in difficillimis expeditionibus vel conflictibus adfuerunt, quæ vel lethales hoſtium ictus occulto clypeo exciperent, vel ſibi in cuſtodiam traditos ut mortis diſcrimina declinarent, nunc repentinis tegerent nebulis, nunc exorto turbine, in abditiſſima loca procul occulerent. Incenſæ cœleſtibus flammis eorum facies ad abſterrendos hoſtes; additum verbis miniſque robur inſuperabile; clam redditi in manum excuſſi enſes; novo ſupernoque ſubſidio reſtitutus animis vigor, corporibus ſuppletæ vires. Ejus rei documenta ubique affluunt apud Homerum, præſertim verò in Iliade. Hanc ſi paulo diligentius evolvas, continuò cognoſces bellum Trojanum non tam Græcorum Trojanorumque armis & robore, quàm Deorum interventu fuiſſe nobilitatum. Homeri ſtrenuus imitator Triſſinus Cæleſtes Genios, Palladium, Gradivum, alioſque perpetuò fatigat avertendis eludendiſque dimicantium ictibus, iiſque nebula cooperiendis: horum porro affatu crebro & ſalutaribus monitis Gothici illius belli univerſi conſilia capiuntur, ſubmoventur inſidiæ, pericula explicantur. Idem liquet non prætermiſſum a Virgilio in Turno & Ænea, quorum alteri nunquam Venus, nunquam alteri Juno deſuit. Huc faciunt impenetrabiles galeæ, cujuſmodi ab Hectore Trojano geſtatam Pariſienſi bello adhibuit Ferragutus, eaſuque in puteum prolapſam quæſivit anxie, nudato capite nulla non laceſſens Martis diſcrimina, donec Hectorea caſſide potiretur: haſtæ felici exitu nunquam fruſtratæ, qualem Argalias & Bradamantes geſtarunt: impermeabiles item clypei, cujus generis a Vulcano excuſis Venus Æneam, Achillem Thetis armavit. Advocatæ inſuper Sybillæ adjutrices, e quarum numero Cumæa aditum Æneæ ad Inferos reſeravit, Spoletina apud Triſſinum de futuris in Italia bellis Narſetem edocuit. Adjuncti eorum præſidio Magicarum ar-

tium peritiſſimi quique, qui ſidera & Tartara excantarent: fœminæ præterea immortales illæ atque divinatrices, quas dicimus *Fatæ*, quæ impeditiſſima rerum evolverent, averruncarent mala omina, plenaſque diſcriminis aleas prædocerent. Adſtrue antidota & amuleta illis divinitus impertita, Lethęas aquas, ſuccoſque neſcio quos medicatos, quibus expertia vulnerum redduntur corpora, non ferro, non igni obnoxia: miræ virtutis anulos, quibus inviſi inobſervatique omnia ſcrutabantur latibula; portentoſi ſonitus cornua, quo phalanges integræ armatorum in fugam conjectæ: arcanarum inprimis rerum libellos, quorum indiculis, quid facto opus eſſet in re ſubita & plena periculi, admonerentur. His atque talibus Heroes præſidiis communiebantur, ut quiſque Deorum cuipiam Dearumve aut cognatione conjunctus, aut clientelę vinculo erat adſtrictus. Documentum hinc capere poſſumus, quam ſint imbecillę humanę vires. Nam ſi commemorati Scriptores nullum eſſe exiſtimarunt paulo durius cœptum aut facinus, quod fortiſſimi cæteroqui viri, licet omni conatu adhibito, ſine cęleſti auxilio tranſigere, & ad optabilem exitum perducere poſſent, quid fiduciæ nobis ſupererit ad valide obſiſtendum Tartareis Hoſtibus, ad verarum virtutum opera, ſupra mortalem conditionem vireſque poſita, exercenda, ad quidquam denique, ſuperna mercede dignum, agendum vel cogitandum, ſine aſſidua præſentique ope, & ſummi Numinis adjutrice manu, de quo dictum eſt Iſa. 26. *Omnia opera noſtra operatus es nobis*. Et ad Corinth. 1. *qui operatur omnia in omnibus?*

4. De corporum magnitudine, quæ Heroum eſt propria vide Titul. *Statura militaris*. De uſu carnium apud Heroas conſule Titul. *Menſa militaris*. Addo hic ex Athenæo l. 11. Heroas magnis crateribus conſueviſſe bibere: *Nos in Græciæ locis, neque in picturis, neque in Antiquorum monumentis poculum magnum factum invenimus, præterquam in Heroicis. Solis enim Heroibus id genus poculi tribuerunt*. Et infra de Hercule: *Gaudebat Heros magnis poculis: propter quam magnitudinem Poetæ atque Hiſtorici illum in poculo navigaſſe fabulati ſunt*. Quod hic Athenæus habet de poculo navi, commune illud eſt: tractumque a navibus, quarum nomina cum vaſis erant communia, propter ſimilitudinem figuræ in vaſe & navi, ut liquet in ſcypho, cymba, cupa, & aliis navium appellationibus, quod a nobis alibi eſt obſervatum. De magnis Heroum poculis Virgil. lib. 3. Æneid.

Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit, implevitque mero.

Quod hic indicatur a Poeta de vino, ſeu potius cratere coronato, clariùs traditur l. 7.

Crateras læti ſtatuunt, & vina coronant.

Item apertè Homerus Iliad. 9.

Pueri crateras coronarunt vino.

Et Stat. 3. Silv.

feſtaſque dapes redimitaque vina
Abripiunt famuli.

Quid autem ſit vina coronare non adhuc in vado eſt apud Criticos haudquaquam pedarios. Tertullian. de Coron. Milit. tradit flores in ipſa vina conjectos ad uberiores potandi delicias; ex quo vina coronari exponere poſſis, vina floribus inſpergi. Tertulliani verba de floribus, hujuſmodi ſunt: *In ſinum conde, ſi tanta munditia eſt: in lectulum ſparge, ſi tanta mollitia eſt: in poculum crede, ſi tanta innocentia eſt*. Innocentes autem vocat flores, in quos nulla cadit veneni ſuſpicio. Sunt qui ſertis floreis ſuperinducta fuiſſe pocula exiſtiment. Id videtur ex mente Lucretii l. 3.

ubi diſcubuere, tenentque
Pocula ſæpe homines, & inumbrant ora coronis:

Statuunt verò alii tunc coronari vina, cum affatim infunduntur, atque ita pocula explentur, ut horum margines atque oras ſuperextans merum exſuperet. Satis habeo aliorum ſententias in medium protuliſſe, nequis me evictionis nomine in jus ambulare compellat. Fateor tamen, me poſteriorum Scriptorum opinionem ſequutum eſſe, ubi de conficienda potione Mexicana, vulgo *Cioccolate* ſcripſi Carm. Tom. 2. Eleg. l. 2. 6.

Suſpenſi exſuperent pocilla tepentia rores,
Et toto gurges celſior orbe tremat.
Quam ſibi Bacchæi latices meruere coronam;
Expetit hanc meritò Mexica lympha ſibi.
Aggere ſed celſo poſtquam cumulata pependit,
Aſſilienſque hauſtus provocat unda tuos,
Carpe manu cyathum.

5. Honores Heroibus habiti non ſolum qui Laribus erant communes, quorum thure & vino ſacra celebrabantur, quoſque ut Genios aereos Antiquitas coluit, verùm non impares Diis Cœleſtibus, quibus victimas inſuper immolari mos erat. Virgil. de Auguſto Eclog. 1.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit:
Namque erit ille mihi ſemper Deus; illius aram
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.

Sed enucleatiſſimè Iſocrates in Encomio Helenæ: *Uſque in hunc diem Therapnis in Laconia patrio ritu illis ſacra faciunt, non ut Heroibus, ſed ut Diis*. Loquitur autem de Caſtore, Polluce, & Menelao. Neque verò hic moveo projectam & licentioſam poſteriorum temporum aſſentationem, cum nequiſſimi quique Cæſares divinos honores nacti ſunt, quod facetè irridet in Claudio, turpiſſimo Cæſarum opprobramento, Author ludi de ejuſdem morte, qui Senecæ attribuitur. Denique receptiſſima apud Veteres opinio percrebuit, Heroum animas in ſidera verti vel recipi. Virgil. de Auguſto lib. 8.

geminas cui tempora flammas
Læta vomunt; patriumque aperitur vertice ſidus.

Nimirum Stella crinita, quæ ludis funebribus Julii Cæſaris dies ſeptem apparuit, ejuſdem anima reputata eſt, ut ſcribunt Plinius, Svetonius, aliique. Idem Virgil. Eclog. 9.

Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

Horat. l. 1. 12.

micat inter omnes
Julium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

Romani certe ad Lacteum, quem vocant, Cœli orbem vel circulum Heroas, viroſque impensè fortes locarunt; ut ſpiſſitudo illa nitoris, quo pars illa diſtinguitur, proveniat ex Heroum copia, ibi pacatiſſimos ac plane Halcyonios dies agentium, vacantiumque contemplationi rerum Cœleſtium. Illuſtravit hanc conjecturam præ cæteris Cicero de Somn. Scip. *Ea vita via eſt in Cœlum, & in hunc cœtum eorum, qui jam vixerunt, & corpore laxati illum incolunt locum, quem vides (erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flam-*

mas

Digitized by Google

mas circus elucens) *quem vos*, *ut a Graiis acce-piſtis*, *orbem Lacteum nuncupatis*. Non procul abiit Paulinus:

Pande viam, *qua me poſt vincula corporis ægri*
In ſublime feram, *puri qua lactea cœli*
Semita ventoſæ ſuperat vaga lumina Lunæ,
Quà Proceres abiere pii.

Eodem Virgilium reſpexiſſe Eclog.5. conjicit de la Cerda.

Candidus inſuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibuſque videt nubes & ſidera Daphnis.

Latiùs tamen & liberalius Platonici non ad Lacteum illum duntaxat nrbem, quem a lactis candore Græci Galaxiam nominant, ſed ad univerſam cœli amplitudinem, ſtellaſque omnes, animarum illuſtrium deſcenſum in corpora reditumque referunt. Ajunt autem animas ab illa beatorum ſede & nativis, ut ſic dixerim, ſtellis, in corpora delapſas per Cancrum, eodem poſt vitæ exitum remigrare per Capricornum. Petrarca p.2.

L'alma mia fiamma, *oltra le belle bella*,
Ch' hebbe quì 'l Ciel sì amico, *e sì corteſe*,
Anzi tempo per me nel ſuo paeſe
E' ritornata, *& a la par ſua ſtella*.

Et iterum ibidem:

Levommi il mio penſier in parte, *ov'era*
Quella ch'io cerco, *e non ritrova in terra*:
Ivi fra lor, *che 'l terzo cerchio ſerra*,
La rividi più bella, *e meno altera*.

Eam Platonicorum opinionem, quam Plato prolixe tradidit in Timæo, ad ſaniorem ſenſum, & a catholicis doctrinis non alienum deflectit Poeta Dantes Paradiſ. c.4.

Quel, *che Timeo dell'anime argomenta*,
Non è ſimil'a ciò, *che quì ſi vede*,
Perocchè, *come dice*, *par che ſenta*.
Dice che l'alma alla ſua ſtella riede,
Credendo quella quindi eſſer deciſa,
Quando natura per forma la diede.
E forſe ſua ſententia è d'altra guiſa,
Che la voce non ſuona, *& eſſer puote*,
Con intention da non eſſer deriſa.
S'egl'intende tornar a queſte rote
L'honor de l'influentia e'l biaſmo; *forſe*
In alcun vero ſu' arco percote.
Queſto principio mal'inteſo corſe
Già tutt'il mondo quaſi: *sì che Giove*
Mercurio e Marte a nominar traſcorſe.

Vides animas a ſtellis deciduas exponi vim illam, quam habent ſidera diverſam corporum temperiem progignendi, ex quo contingit alios proclivinres ad vitia, quæ vituperatione digna dicit, alios ad virtutes, quæ honorem pariunt. Quibus ſi addas fieri tamen nequitia hominum, & pravo libertatis uſu, ut ad virtutem provocati ſponte vitiis ſe dedant; nec verò honeſti quidquam ſanctique agere vel cogitare ſine opis divinæ conſortio poſſint; tunc enimvero undique ſanam doctrinam agnoſces.

Heroides. Dictæ ſunt virtute præſtantes fœminæ. Stat. 3. Silv.

Qua veteres Latias, *Grajaſque Heroidas æquas*.

Herdina, æ. Fœmina virtute inſigni, Herois parens, vel filia. Prnpert. lib. 1.

Illa ſit Inachiis & blandior Heroinis.

Heroicus, a, um. Egregius, eximius, Herone dignus, vel pertinens ad Heroem. Hinc Hernici verſus, qui res a ſumma virtute viris geſtas complectuntur. Cic. de Legibus lib. 2. *Ne plus quatuor Heroicis verſibus*, *quos longos appellat*. Vide *Epopeja*.

Hernus, a, um. Hernicus. Ovid. a. Faſt.

Heroi res erat iſta pedis.

Hetæria, æ. Et Hetærice, es. Cornel. Nepos in Eumen. *Noviſſimo tempore præfuit alteri equitum alæ*, *quæ Hetærice appellabatur*. Plin. lib. 10. Epiſt. 43. *Quodcumque nomen ex quacumque cauſa dederimus iis*, *qui in idem contracti fuerint*, *Hetæriæ quamvis breves fient*. Nepos & Plinius non tanti fuerunt noſtris Linguæ Latinæ Lexicariis, ut hoc vocabulum in catalogum referrent. Hetæria vel Hetærice ſignificari a Græcis ſodalitium vel ſocietatem non eſt dubium. Quid verò iſtud ſodalitii fuerit, Joannes Maria Catanæus Interpres Plinianus plane reticet. Claudius Minoe in ſuis ad Plinium notis exponit cœtum, ſeu collegium privatum. Cum enim Plinius Trajanum conſuleret de condendo Nicomediæ Fabrorum collegio, reſpondens Trajanus negavit placere ſibi Hetærias fieri, Ex quo Trajani animo a collegiis alieno occaſionem Plinius arripuit divexandi Synaxes ſacras, & ſodalitia Chriſtianorum, præſertim cum legibus vetiti abolitique nonnulli eſſent cœtus, & ſeveriùs quidem nocturni. Verba Plinii leguntur l. 10. epiſt. 97. *Quod ipſum facere deſiſſe poſt edictum meum*, *quo ſecundum mandata tua Hetærias eſſe vetueram*. Longè ſecus de Hetæria ſentit Cangius, ubi exponens vocem *Hetæriarcha* eum eſſe ait, qui cohortibus conflatis ex Romannrum ſociis præerat in Palatio ad Imperatoris cuſtodiam. Vide hujus Scriptoris notas in Annæ Alexiad. Intelligis autem ex Cangii interpretatione Hetæriam genus eſſe militiæ, non Romanæ, ſed auxiliariæ & ſocialis, & quidem à genere ſtipatorum vel Prætorianorum. Opinor, variam hujus vocis fuiſſe acceptionem pro diverſitate temporum: illud autem fixum & ſtabile, ſic nominatam alam Equitum, quod expreſſè docet teſtimonium Nepotis.

Hetæriarcha. Vide *Hetæria*.

Hexeres, is. Navis ſex remorum habens ordines. A Græcorum ἕξ, quod eſt *ſex*, & ἐρέτης, ideſt *remigo*. Liv. dec. 3. lib. 9. *Scipio poſt paucos dies Locros Hexeri advectus &c.* Idem dec. 4. l. 7. *Hoſtium claſſis trium & nonaginta navium fuit*: *maximæ formæ naves tres Hexeres habebant*, *duas Hepteres*.

Hexagona munitio. Latinè ſex propugnaculis conſtans.

Hiatus murnaum. Mœnium, vel murorum ruina: foſſa rudere complanata. His formulis dicimus dejecta atque diſperſa everberatis prnpugnaculis, atque cortinis ſaxa, per quæ victnres in nbſeſſam Urbem ſolent ingredi. Italis *Breccia*. De nrigine hujus vocis *Breccia* prn murorum fractura cnnjectare aliquid poteris ex verbis Buchanani lib. a. rerum Scotic. *Apud Scotos a* Brix, *quod Veprem ſignificat*, *declinatur* Briſſac, *ideſt Vepricula*: *& a* Brix, *quod rupturam ſignificat*, Brixa, *quod nunc Galli pronunciant* Briſſac: *quod enim* Brix *Scotis dicitur*, *id Galli adhuc* Breſche *appellant*. Menagius non inſcitè hujus vocis originem trahi poſſe exiſtimat à Latinorum voce *Mica*, quæ eſt fruſtulum, & ferè de particulis a pane divulſis dicitur: in hunc autem mndum deducit; *Mica*, *Bica*, *Bicium*, *Bicia*, *Bricia*, *Breccia*. Ut enim ex pane ſolido minutias deci-

dentes Italicè dicimus *Bricia*, & *Briciolo*, ſic lapides ab urbium muris divulſos dicimus *Breccia*.

Hiserna, orum. Loca ubi milites hyeme ſtationem diuturnam faciunt. Cæſar. *Hujuſmodi tempeſtates conſecutæ ſunt, ut continuatione imbrium diutius ſub pellibus milites contineri non poſſent, Itaque exercitum Cæſar in Hibernis collocavit*.

Hibernacula, orum. Idem quod Hiberna. Liv. lib. 5. *Hibernacula etiam, res nova Romano militi ædificari cæpta*.

Hibbrno, as. Hiberno tempore ſtationem ago. Cic. pro Leg. Man. *Jam verò quemadmodum milites hibernent, quotidie ſermones ac literæ perferuntur*.

Hiemo, as. Hiberno. Cæſ. 1. de Bell. Gall. *Tres Legiones, quæ circum Aquilejam hiemabant*.

Hiematio, onis. Varro 3, de re Ruſt. *Reliquum hiemationi reliquatur*.

Hiera. Subaudi Corona. Corona Sacra. In ambigua victoria, præſertim cum utraque pars defatigata, pari rerum ſortuoa, bellum dirimit, & ab armis diſcedit, Diis ſacrari ſolebat Corona. Polybius tradit, Romanos & Pœnos indefeſſos, nec unquam cedeotes, parium Athletarum more, Coronam Sacram feciſſe. Senec. Epiſt. 83. *Quomodo tamen hodiernum certamen nobis ceſſerit, quæris? quod rarò curſoribus evenit; Hieram fecimus*. Subaudi coronam. Hunc morem ab exercendis corporibas ad ingenia translatum fuiſſe, commemorat Gellius lib. 18. cap. 2. Viget adhuc aliquod hujus moris veſtigium. Nam cum in ludis victoria in neutram partem inclinat, & pares æmulæ partes diſcedunt, vulgo ſolemus dicere, *La Vittoria è del Papa*. Vide Lipſium ad Senecæ Epiſt. 83. & Gellium loco citato. Nota Calepinum in voce *Hiera* ſignificationem ~~coronæ prorſus reticere. Sic autem ſcribit~~: *Hiera Inſula inter Siciliam & Liparim*. Mox addit: Senec. Epiſt. 44. *Ut curſores ſolent, Hieram fecimus*: ubi Hiera noo eſt Inſula, ſed corona. Iterum oon meminit alterius Hieræ Inſulæ in Mari Cretico, apud Stephaoum & Plinium lib. 2. 87. Nec alterius quæ eſt Promontorium Lyciæ apud Strabonem lib. 14. Sed neque ejuſdem nominis matris Pandari & Bitiæ apud Virg. lib. 9. Hæc ignoſcenda: ſed quod Senecæ locum adducat pro Hiera Inſula, ſupina eſt oſcitantia.

Hieronicæ. Latinè ſacri victores. Hoc nomine notabantur victores Sacrorum certaminum apud Græcos. Fuere illa Olympia, Nemæa, Pythia, Iſthmia. Summis illi honoribus exculti apud Antiquos, & opima præmiorum mercede palam affecti. Ii ſunt, qui in patriam reduces per murorum ruinas, oon per portas in urbem recipiebantur. Vide Titulos *Iſelaſticum*, & *Triumphus*. De Hieronicis Sveton. io Neron. cap. 24. *Ac ne cujus alterius Hieronicarum memoria, aut veſtigium extaret uſquam, ſubverti, & unco trahi, abiicique in latrinas omnium ſtatuas & imagines imperavit*. Et iterum cap. 25. *Reverſus e Græcia Neapolim, quod in ea primam artem protulerat, albis equis introiit, disiecta parte muri, ut mos Hieronicarum eſt*. Veriùs tu digniuſque Hieronicas dixeris e ſacris expeditionibus adversùs fidei hoſtes in patriam remeantes Duces, militeſque Crucesignatos: cujuſmodi generis Heroes plurimi adnumerantur, in multiplicis ſacri belli faſtis & Annalibus. Quemadmodum verò eorum certaminum victores, quo major iiſdem exiſtimatio atque honor accederet, dicebantur ſacri, ſic corooæ ipſæ, victorum præmia, ſacræ appellabantur. Silius lib. 14.

Hic Arethuſa ſuum piſcoſo ſonte receptat
Alphæon, ſacræ portantem ſigna coronæ.

Hinc belli initium. Proverbium ex Thucydide, uſurpatum a Luciaoo: quo ſignificamus primum caput ſive origioem cujuſpiam rei laborioſæ implexæque.

Hinnus, i. Pullus, ſive filius equi & aſinæ. Colum. lib. 7. cap. 37. *Qui ex equo & aſino concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod Hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt*. Ab Hinnis trahit Ferrarius originem vocis Hiſpaoicæ & Italicæ *Chinea*, qui equus eſt molliter incedens, & crura leniter explicans. Baptiſta Pius trahit a cunis, quaſi præſtet mollem inceſſum, ſimilemque cunarum motui. Arabicam alii originem agnoſcunt. Menagius ab Equinea deducit. Idem Ferrarius ab Hinnis trahit vocem *Ginnetti*, qua indicantur admodum geoeroſi magnique pretii equi apud Hiſpanos, non ad equeſtres tantummodo decurſiones, pulcherrimamque ſui ſpeciem in Feſtis Urbanis, verum etiam ad militiæ uſum percommodi.

Hippaoinss. Aliis Hippagogæ naves. Aliis Hippagi. Ab equis dicuotur notione Græcanica. Genus eſt onerariarum, quæ deſerviuot equis tranſportandis ad uſum militarem. Liv. 5. Dec. lib. 4. *Forte poſtero die quam Subota claſſis tenuit, quinque & triginta naves, quas Hippagogas vocant, ab Elea profectæ cum equitibus Gallis equiſque, Phanas promontorium Chiorum petebant*. Eaſdem Demoſthenes & Polybius vocant Hippagioes. Velis fere duntaxat utebantur: nam ~~apud Diodorum & alios leguntur~~ remulco tractæ a militaribus. Harum meminere etiam Feſtus & Gellius. Plinius lib. 7. vocat Hippagos, inſtitutaſque primùm putat à Salaminiis.

Hippagogi, orum. Recenſentur a Polluce inter genera militiæ equeſtris apud Græcos. Latioè dixeris equorum rectores.

Hipparchus, Equitatus univerſi Præfectus, quem Latini magiſtrum equitum dicunt.

Hippobalistæ. Occurrunt apud Boofinium Rer. Uogar. Dec. 2. l. 3. *Ex Ungaris Hippobaliſtæ quidam audaciſſimi, concitatis equis, arduum montis clivum conſcendunt, è ſagittariis quoſdam obtruncant, perturbant eorum aciem, ſuiſque ſuccedentibus animos addunt*. Noo explicat Hiſtoricus quodnam genus militiæ fuerit. Ex ipſo nomine coniicio fuiſſe decertantes equis ſunditores, aut potius balliſtarios, qui balliſtis minoribus manuariis ſaxa proiicerent. *Baleſtrieri a Cavallo*

Hippocentauri, Vide *Centauri*.

Hippodromus. Equorum curriculum, ſive planities, io qua equi equiteſque umbratill & imaginario prœlio certaot, atque concurrunt. Ab ἵππος, equus, & δρόμος, curſus. Martial. 12.

Pulvereumque fugax hippodromon ungula pulſat.

Hippogryphus, i. Græca dictio, animal fabuloſum ſignificans, ex equo & gryphe commixtum. Et gryphes quidem animalia ſunt pennata & quadrupedia, alis & capite aquilioo, cætero habitu leones. Equis perhibentur infeſtiſſimi eſſe: ex quo vim habet expreſſio illa apud Virgil. Eclog. 8.

Jun-

Digitized by Google

Jungentur jam Gryphes equis.
Aurum educere & aſſervare exiſtimantur in Scythia, nt memorat Plinius lib. 7. cap. 2. ex quo obiter diſeere etiam poteris, non Gryphes ſolùm, verùm etiam Gryphos ca dici animalia: ſic autem ſcribit: *Sed & juxta eos, qui ſunt ad Septentrionem verſi, produntur Arimaſpi, quos diximus uno oculo in fronte media inſignes; quibus aſſidue bellum eſt circa metalla cum Gryphis.* Monſtroſam hanc ferè formam novo portento auxit & maritavit Areoſtus, Gryphe cum equo coniunčto, Id verò animal Hippogryphum nominat. Ab Athlante Carenæ Mago apud eundem Poetam primùm educatus inſeſſuſque legitur. Sic enim ſcribit Fur. Cant. 4.

Non è finto il deſtrier, mà naturale
Ch'una giumenta generò d'un Grifo.
Simile al padre havea la piuma, e l'ale
Li piedi anteriori, e il capo, e 'l grifo.
In tutte l'altre membra parea, quale
Era la madre, e chiamaſi Ippogrifo;
Che ne i monti Rifei vengon, ma rari,
Molto di là da l'agghiacciati mari.
Quivi per forza lo tirò d'incanto,
E poiche l'hebbe, ad altro non atteſe,
E con ſtudia e fatica operò tanto,
Ch'a ſella e briglia il cavalcò in un meſe:
Così che in terra, e in aria, e in agni canto
Lo facea volteggiar ſenza conteſe.

Et Cant. 7.

Vede la donna un'alta meraviglia,
Che di leggier creduta non ſaria.
Vede paſſar un gran deſtriere alato
Che porta in aria un cavaliere armato.
Grandi eran l'ale, e di color diverſo,
E vi ſedea nel mezza un Cavaliero
Di ferro armato, luminoſo e terſo,
E ver Ponente havea dritta il ſentiero:
Caloſſi, e fù trà le montagne immerſo:
E come dicea l' hoſte (a dicea il vero)
Quell'era un Negromante, e facea ſpeſſo
Quel vareo, hor più da lungi, hor più da preſſo.

Equus hic prodigialis bellatores heros frequenter mutat apud memoratum Vatem, multiſque atque præclaris victoriis inſignis ubique legitur. Poſtremo eodem potitus Aſtolfus, alato quadrupede in ſublime evectus lunæ regna perluſtrat, unde Orlandi Comitis cerebrum olla conclusum in terram reportat. Eodem etiam fugat atque proſternit Harpyas, quæ Senapi Æthiopiæ Imperatoris menſas diripiebant. Sic autem de Aſtolfo Cant. 33.

Voglio Aſtolfa ſeguir, ch'a ſella, e a morſo
A uſa facea andar di palafrena
L' Hippogrifo per l'aria a sì gran corſa,
Che l'aquila, e'l falcon vola aſſai meno.

Apud Latinos quidem Scriptores nuſquam invenio mentionem factam Hippogryphi. Verùm quoniam in Africanorum bello adverſùs Carolum Magnum memoratiſſimus eſt apud Areoſtum, & ipſum cæteroqui peregrinæ belluæ nomen a Græco fonte detortum commodam inſuper ſpeciem habet Latinitatis, ideircò, inquam, recenſendum hic peregrinum animal reputavi. Quin occaſione in manibus exorta, non parcam labori, alia etiam equorum nomina hic referendi, eorum præſertim, qui ſeſſores habuere Duces egregios memorati belli Franeici, Afrieanique; quorum apud præfatum Poetam non ſemel incidit mentio. Inprimis verò memoratur Rabicanus equus Rugerii, de quo hæc habet Cant. 7.

Venne alla ſtalla, e fece briglia e ſella
Porre a un deſtrier, più che la pece nero;
Così Meliſſa l'havea inſtrutto, ch'ella
Sapea quanto nel corſo era leggiero;
Chi lo conoſce Rabican l'appella.

Et iterum de eodem Cant. 15.

Lunga il fiume Trajano egli cavalca
Sù quel deſtrier, ch'al mondo è ſenza pare;
Che tanto leggiermente corre e valca,
Che nell'arena l'arma non appare.
L'herba non pur, non pur l'arene calca,
Co' piedi aſciutti andar patria ſul mare:
E sì ſi ſtende al corſo, a sì s'affretta,
Che paſſa e vento, e folgore, e ſaetta.
Queſt' è il deſtrier, che fù dell' Argalia;
Che di fiamma e di venta era concetta;
E ſenza fieno e biada ſi nutria
Dell' aria pura, e Rabican fù detto.

De eodem equo hæc habet Bojardus Lib. 1. cap. 13.

Dico che quel gigante in guardia havia
Quel buon deſtrier, che fù dell' Argalia.
Fu il Caval fatto per incantamento
Perche di foco e di favilla pura
Fù fatta una Cavalla a compimento,
Benchè ſia coſa fuora di natura.
Queſta dapoi ſi fè pregna di vento,
Nacque il deſtrier veloce oltra miſura
Ch'erba di prato, ne biada rodea;
Ma ſolamente d'aria ſi paſcea.

Dignus etiam memoratu eſt equus Orlandi, *Brigliadoro*, de quo Cant. 8.

Di piaſtra e maglia quanto li biſogna,
Tutto guarniſſi, e Brigliadora tolſe,
Nè di ſcudiero alcun ſervigio volſe.

Et iterum Cant. 23., ubi equum fortiſſimum cum armis deſerere inducitur e ſtatu mentis dejectus.

Languido ſmonta, a laſcia Brigliadoro
A un diſcreto garzon, che n'habbia cura.

Idem equus poſt Orlandi inſaniam a Zerbino repertus Cant. 24.

Sente annitrire, e leva al ſuon la fronte;
E vede Brigliador paſcer per l'erba,
Che da l'areion pendente il freno ſerba.

Apud eundem Poetam Rugerii equus fuiſſe legitur Frontinus, inter nobiliſſimos ſui generis recenſeri dignus, Cant. 27.

Et eran poi venuti, ove il deſtriera
Facea mordendo il ricco fren ſpumoſo,
Io dico il buon Frontin per cui Ruggiero
Stava iracondo, e più che mai ſdegnoſo.
Sacripante, ch'a por tal cavaliero
In campo havea, mirava curioſo;
Sì ben ferrato, e ben guarnito, e in punto
Era il deſtrier, come doveaſi a punto.
E venendo a guardorgli più a minuto
I ſegni e le fattezze iſnelle & atte,
Hebbe fuor d'ogni dubio conoſciuta,
Che queſta era il deſtrier ſuo Frontalatte,
Che tanto caro già l'havea tenuto,
Per cui già havea mille querele fatte.
E poiche li fù tolto, un tempo volſe
Sempre ire à piede, in modo gli ne dolſe,
Innanzi Albracca glie l'havea Brunello
Tolto di ſotta quel medeſmo giorno,
Ch'ad Angelica ancor tolſe l'anella,
Al Conte Orlando Baliſarda, e'l corno,

E la ſpada a Marfiſa, & havea quella
Da poiche fece in Africa ritorno,
Con Baliſarda inſieme a Ruggier dato,
Ilqual l'havea Frontin poi nominato.

De Equo *Frontalatte*, quo Sacripantes, uſus ita ſcribit Bojardus Lib.2. cap.3.

Frontalatte avea nome quel deſtriero
Che fu cotanto deſtro è tanto iſnello:
Che quando Sacripante a quello è in cima
Gl'Uomini tutti, e'l Mondo non iſtima.
Quel buon deſtrier, che fu ſenza magagna,
E sì compiuto, che nulla gli manca,
Bajo era tutta a ſcorza di caſtagna,
Mà fino al naſo avea la fronte bianca.
Nacque a Granata nel Regno di Spagna,
La teſta ha ſchietta, e groſſa ciaſcuna anca
La coda è come bionda, e terra tocca
E da tre pie è balzan, e dolce bocca.
Quando gl'è ſopra Sacripante armato
D'aſpettar tutto 'l Mondo ſi dà vanto.

De geoeroſiſſimis equis Bajardo, & Alfana, qui in eodem leguntur Poemate, alibi eſt à nobis ſermo inſtitutus. Apud Triſſinum quatuor equi excellunt: Vallarcus Beliſarii, Diſtycus Vitigis Regis Gothorum, Hircanus Corſamootis, & Leandus Achillis. De Vallarco Ital. Lib. lib. 12.

Poi montò ſopra il ſuo deſtrier Vallarco.
Queſti era Sauro, con la fronte bianca
E le nare, e le labbra, e molto deſtro
De la perſona, e di ſtatura tale,
Che vincea di grandezza ogni corſiero:
Però l'amava e cavalcava ſempre
Nelle ſue gravi e perglioſe impreſe,

De Diſtyco lib. 15.

E'l Rè come li vide a lui venire,
Salì ſopra Diſtyco ſuo cavallo,
Di aſpetto acerbo, e di colore oſcuro.

De Hircano lib. 11.

In queſto mezzo fece por la ſella
Al ſuo deſtrier, ch'era nomato Hircano.
Queſto era balzo colle gambe nere,
E la coda, e le chiome, & havea anco
Nell'ampia ſchiena in mezzo delle groppa
Una correggia di colore oſcuro.
Queſto non laſciò mai ſopra il ſuo dorſo
Seder alcun, nè mai ſoſtenne in ſella
Se non l'ardito Corſamonte ſolo;
A cui donato fù, ch'era polledro,
Dal Rè d'Hircania, nominato Oronte:
Onde il feroce giovine domollo,
E ſolo il pote cavalcar al mondo,
Mentre che vivo fù ſopra la terra.
Queſto leggiadro ſuo corſiero havea
La teſta magra, picciola, & allegra,
Il petto largo, il collo alto e leggiero,
La ſchiena curta, e rilevato il fianco,
Le gambe aſciutte, e sì l'alzava ſvelte,
Che'l piè levato gli toccava il ventre.
Poſcia nel correr ſuo pareva un vento:
E fù ſi preſto, sì animoſo e forte,
Sì deſtro al volteggiar, pronto alla mano,
Che divinava l'animo del Duca.
Mà per recar molte parole in una,
Era 'l miglior caval, che foſſe al mondo.

De Leando Eqoo Achillis lib. 11.

Onde il corteſe Achil ſi veſtì d'arme,
E venir fece il ſuo deſtrier Leando,
E poſcia, come fur montati in ſella,
Subitamente s'allaccior l'elmetti,
Ch'havean ſovr'eſſi il bel cimier del Sole.

Ab Alamanno memoratur equus Lancillotti, *Nifonte*: de quo Avarch. lib.19.

E mi porti Nifonte il ſuo deſtriero,
Più d'ogn'altro che ſia, forte e leggiero.

Et lib. 20.

Vien poi il nobil deſtrier, che candid'era
Qual pulito Ermellin, che in don già diede
D'Artur la realiſſima mogliera.

Et infra.

Placido al ſuo Signor, humile e piano,
Fero al nemico; e doloroſi guai
Agl' avverſi corſieri, & all'altra gente
E col morſo, e col piè porgea ſovente.

Celebratur etiam apud Lucam Pulci Ciriff. Calvao. Cant. 4. Equus nomine *Serpentino*.

E come e' vidde il Povero vicina
Rivolſe in quella parte Serpentino.
Serpentino era un famoſo corrente;
Che più veloce aſſai, ch'un dania corre,
Il quale haveva capo di ſerpente;
Beltramo irato con queſto traſcorre,
Oltre paſſando via di gente in gente.
E non vale à ſuoi colpi impiaſtro porre.
Ma ſempre ſi vedea, dov'è cavalca,
Tanta era la ſua furia, aprir la calca.

Item alios Caot.2. nomine *Sinettore*.

Il Padre ſuo havea un corridore
Che, come lui, ſi chiama Sinettorre;
E di bianco bermelino era il colore
E non vi ſi potea neſſun sù porre,
Mà ſol d'Aleandrina havea timore;
Et à ſua poſta lo teneva, e corre,
Ch'era à coſe famoſe e degne avezza;
E così ciò ch'è vil diſdegna e ſprezza.

Adjice optimæ notæ Equum Paladioi Daneoſis, *Rondello*, quo frequenter uſus eſt Orlandus, de eo ita canit Aloiſius Pulcius Morg. c. 1.

Mentre che parlan così 'n cimitero,
Un ſaſſo par che Rondel quaſi ſgroppi,
Che da Giganti giù venne da alto;
Tanto che e' preſe ſotto il tetto un ſalto.

Et ſtatim infra,

Orlando governar fece Rondello.
Et ordinar per ſe da colezione.

Et iterum Caot. 1.

Ad Hermelina moglie del Daneſe
Tolſe Cortana, e poi tolſe Rondello.

Et iterum Cant. 2.

Orlando laſcia à Morgante Rondello.
E và nel Padiglion col Rè Pagano.

Et iterum Cant. 3.

Le lancie al Vento in più pezzi volorne,
E Rondel paſſa furioſamente,
Col ſuo Signor, che tutto ſi ſcontorſe
Pe'l grave colpo, che colei gli porſe.

Memoratur etiam ab eodem Poetá Equus Oliverii nomioe *Vegliantino*, de quo ſic loquitur Cant. 3.

E. Ulivier ch'è pur di quei di Francia,
Quei Saracini affetta come pani,
E ſopra Vegliantino era ſalito,
E del diciotto tenea ogn'invito.

Receoſet etiam *Mattafellone* Equnm Gani Cant. 11.

Gan ſi ſcontorſe tutto in sù l'arcione.
La lancia ſi ſpezzò ſubitamente,
E' l ſuo forte deſtrier Mattafellone
S'accoſciò 'n terra, ſe Turpin non mente;

Singulari porrò laude pernicitatis effertur Aquilinus

linns Raymundi Comitis Toloſani Equus, quem ita deſcribit Taſſus Cant. 7.

Su'l Tago il deſtrier nacque, ove tal'hora
L'avida Madre del guerriero armento,
Quando l'alma ſtagion che n'innamora,
Nel cor le inſtiga il natural tolento,
Volta l'aperta bocca incontra l'ora,
Raccoglie i ſemi del ſecondo Vento:
E de tepidi fiati, (ò meraviglio!)
Cupidamente ella concepe, e figlia.
E ben queſto Aquilin nato direſti
Di qual'aura del Ciel più lieve ſpiri,
O ſe veloce ſi ch'orma non reſti,
Stendere il cerſo per l'arena il miri;
O ſe 'l vedi addoppiar leggieri e preſti
A' deſtra & à ſiniſtra ongaſti giri.

Idem Torquatus Geruſal. Conquiſt. cant. 54. meminit Equorum Circini & Tigrini:

Ne'l ſuo Circin ſè men terribil'apra;
Anzi il nero Tigrin gittò ſoſſopra.

Bernardus Taſſus Torquati pater Ipſe etiam Aquilini nomine equum habet alatum, quo uſus eſt Floridantes. Sic autem ſcribit Amad. C. 44.

Or mi convien cantar di Floridante,
Il qual laſciamma, ſe ſovviene à voi,
Ch'aveva allor'ucciſo il Negromante,
E giva lieto verſo i liti Eoi,
Trattando l'aria ſu'l deſtrier volante
Per ſtrade non uſate oggi da noi,
Con gran diletto rimirando coſe,
A vedere, ed à dir meraviglioſe.
Vola il caval ſicuro ove d'umanu
Pianta veſtigio alcuno non appare.

Et iterum ibidem.

Poſe la ſella, e 'l freno al volatore
Cavallo, e sù ſalito immantinente
Gli fè l'ali ſpiegare al ſuo camino.
Con gran ſtupor del gran Padre Apennino.

Apud eundem Bernardum memoratur equus Alidori nomine *Biondello*.

V'eran molti corſier, che que' ladroni
Avean tolto per furza o queſto, e a quello,
Un ne ſcelſe Alidoro, e de' più buoni,
Balſano di trè piè tutto morello,
Che gli occhi acceſi avea, come carboni,
Di viva fiamma in ogni parte bella,
Vivace, lieto, ardiso, alto, e raccolto,
Ch'al ſuo Biondel s'aſſomigliava molto.

Selecta hæc equorum nomina ex antiquis primæque notæ Poetis Italicis protuli. Si plura deſideras adi Carmen Italicum Lucæ Pulci, quod inſcribitur: *La Gioſtra fatta In Fiorenza dal Magnifico Lorenzo de Medici il vecchio*, ubi ionga ſeries equorum, & eorundem nominum pertexitur. Nomina aliquot equorum victorum in Circenſibus ex vetuſtis Inſcriptionibus recenſet Dempſterus Paralip. ad Roſini Antiqq. l. 5. c. 5. Equi nobiles, relati a Latinis Scriptoribus, recenſentur in propriis iocis.

Hippopsra, æ. Bulga, vel ſacculus, quem equites in equos coniiciunt, ibique convehunt quæ itineri & uſui reputant neceſſaria. Italis *Bolgia*, *Voligia*. Ab equis nomen illis ex Græco. Horum uſus non viatoribus duntaxat, verùm etiam copiis equeſtribus commeantibus eſt percommodus. Senec. in Epiſt. ad Lucil. *Marcus Cato Cenſorius, quem tam neceſſarium fuit Reipublicæ naſci, quàm Scipionem; alter enim cum hoſtibus noſtris bellum, alter cum moribus geſſit, Conterio vehebatur, hippoperis quidem impoſitis, ut ſecum utilia portaret.*

Hippotoxotæ, arum. Latine Equites ſagittarii. Recenſentur à Polluce, & aliis inter ordines Grecæ militiæ equeſtris. Eorum meminit Herodotus lib. 9. Thucyd. lib. 2. Ex Latinis verò Hircius de Bello Africo, & Cæſar lib. 3. Bell. Civil. per hec verba: *Ducenti ex Syria à Comageno Antiocho, cui magna præmia Pompejus tribuit: in his plerique Hippotoxotæ.*

Hirundo, inis. Avis nota, inter cujus prærogativas ea potiſſimùm recenſetur à Pierio Valeriano lib. 22., ut non ſemel deſervierit nunciandis negociis militaribus per inſutas alis litteras, vel alias victoriæ notas. Scribit autem, Cecinnam Volaterranum, equeſtris ordinis virum, afferre ſecum in expeditionibus conſueviſſe Hirundines in Urbe comprehenſas, quas poſtea certo quodam condictoque victoriæ ſignificandæ colore illitas, rei bene geſtæ nuncias amicis mitteret. Traditur præterea à Fabio Pictore, cum præſidium Romanum obſideretur à Liguſtinis, Hirundinem cum epiſtola ad ſe rediiſſe, qua ſignificabatur quoto die adventare deberent auxilia, & fieri militaris eruptio. Vide Plin. l. 10. c. 24.

Hirundo, inis. Bellica machina, ſive jaculum apud Henricum Roſlam in Herlingsberga:

Non hic unigena fabricotur machina: nomen
Hæc Librilla tenet, quaſi ſoxea pondera librans;
Obtinet illa Sui:; ſed Hirundinis hæc: ſtat Aſelli
Illa vocata notâ.

Historia. Idem ille famæ apud poſteros propagandæ ſtimulus, quo illecti percitique eximiæ indolis viri ad conſectanda Martis munia adjiciunt animum, efficere etiam ut plurimum ſolet, ut iidem avidè ſtudioſèque conquirant Scriptores egregios, ac præſertim magni nominis Hiſtoricos, qui ab ſe per militarem virtutem inſigniter facta, ſpectabili eloquio atque narratione in omnem tranſmittant ambitum temporum futurorum. Nec verò proinde idoneum problemati locum, aut aditum aperiri exiſtimaverim curioſiùs inquirendi, præſtetne ad æterni celebritatem nominis ſcribere potius illuſtria facta, quàm ſcribenda facere. Satis ad Scriptorum gloriam fuerit, magnorum facinorum authoribus exequari. Id ſcilicet ſuadere voluit Saluſtius in Coniur. Catil. *Sed in magna copia rerum aliud aliis natura iter aſtendit. Pulchrum eſt benefacere Reipublicæ, etiam bene dicere haud abſurdum eſt. Vel pace vel bello clarum fieri licet. Et qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudantur.* Nec tamen inficias iverim nonnihil ſplendidioris gloriæ præ Scriptorum numero, magnarum rerum authores conſequi. In eam me ſententiam idem trahit Saluſtius: *Ac mihi quidem, tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & actorem rerum; tamen inprimis arduum videtur res geſtas ſcribere.* Memorabile inſuper illud eſt Miltiadis effatum, qui inter Achillem & Homerum illud intereſſe pronunciavit, quod inter præconem, actoremque rerum maximarum. Quod ex Plutarcho ſic Italicè reddidit Cornazanus, initio ſui operis de Arte militari:

Milziade coſtretto o dire 'l vero,
Qual per elettion prima toglieſſe
D'eſſere 'l forte Achille, o 'l ſaggio Homero;
Diſ-

Digitized by Google

Diſſe al domandator, ch'a lui diceſſe,
Qual foro meglio, ò ritornar vincente
D'Olimpia, o banditor di chi vinceſſe.

Scio Scriptores aliquos id ægre concedere, ac potiùs Litterarum ſtudiis quàm bellicis diſciplinis impertire principatum; ſed vehementer vereor, ne, ut aſſolet, ea præ cæteris ſtudia laudatum eant, io quibus ſe exercent, & eorum excellentia in aliquam nominis celebritatem evadere ſe poſſe confidunt. Notum eſt quod ſcripſit Cicero pro M. Marcello: *Bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis, eoſque detrahere Ducibus, communicare cum multis, ne propriæ ſint Imperatorum. Certe in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus multum juvant; maximam verò partem quaſi ſuo jure fortuna ſibi vendicat, & quidquid proſperè geſtum eſt, id pene omne ducit ſuum.* Satis tamen conſtat incitari vehementer bellatorum animos cogitatione memoriæ, quam aſſequuntur Hiſtoricorum beneficio, ſempiteroæ. Quod ſi imagines, ſimulacra, & marmoreorum arcuum monumenta, quæ præmia eſſe ſolent ſpectatiſſimæ in bello virtutis, maximopere extimulant animum ad ardua quæque impigrè invadenda; quantum roboris reputandum eſt, quantumque animorum in præſtanti indole ingigni poſſe à præconiis ſuæ laudis in chartis Hiſtoricorum nullo ſæculorum circuitu obliterandis? Neutiquam proinde demirer Scipionem Africanum, qui Polybium Hiſtoricum indiſcretum habere voluit ſocium, teſtemque bellicorum facinorum; tanquam fortiſſimi Imperatoris animus maximoperc incaleſceret reputatione diuturnæ celebritatis, quam in omnem ætatem præſtantiſſimi Hiſtorici ope eſſet conſecuturus. Vide quæ in hoc argumentum plura congeſſimus in dictione *Poeta*, & quæ ſcripſimus Orat. Vol. 2. 4.

2. Alterum verò caput, quo Hiſtoria rem militarem magnopere provchit, copia illa eſt atque varictas exemplorum, qua Duces & bellatorcs inſtruit, iiſque veluti digitum intendit præteritorum Ducum exemplis propoſitis, ad laborum tolerantiam, ad explicanda pericula, ad ſiniſtros eventus fortiter ſuſtinendos, ad opportunam hoſtium aggreſſionem, receptum ordinatum atque compoſitum copiarum, militarem progreſſionem, normam denique omnem capiendi caſtra, ordines inſtruendi, edendique conflictus. Pervidit id expreſſitque graphicè Diodorus Siculus in Proœmio Vit. Philipp. & Alexand., ubi meritò jucundiſſimum, nec minus proficuum Imperatori eſſe docet, io otio domeſtico ſedentem, & Veterum documenta in Scriptorum faſtis & annalibus lectitantem, ſine ſuo periculo aliorum intereſſe periculis; aliorum omnigena exempla ad proprium uſum traducere, cautumque atque ſapientem fieri deteriorum Ducum imperitiâ, aut virtute atque dexteritate optimorum. Quod nempe per noſtræ ætatis anguſtias, & exiguos vitæ terminos præſcriptos oon licet, præteritorum hominum atque adeo multarum nationum militiæ, bellicæque adminiſtrationi univerſæ intereſſe poſſumus, evolvendo in Veterum memoriis maximorum auſpicia imperiorum, & militares progreſſiones enaſcentium ſubinde regnorum. Item aſtus omnes, ſtratagemata, & rerum opportunitates, quibus mirificè juvari poſſumus ad armorum regimen, artiſque cæteroqui impeditiſſimæ perfacilem tractationem. Eam Imperatoribus veluti ſcholam aperiunt, qui res publicè privatimque geſtas, omniſque generis militaria facinora poſteris tradiderunt. Quid enim exoptandom magis, aut cooducibile eſſe poteſt, quàm per tranquillitatem ſedatiſſimi otii, quæritare quid fortiter, quid feliciter, quid parum ex voto fauſtèque majores noſtri geſſerint? atque iode, quod optimum factu ſit, nobis proponere, expenſis Majorum conſiliis, quos longa ætas & experientia prudeotiſſimos fecit? Eſt enim Hiſtoria cuſtos fidiſſima rerum, quas cum excellenti laude vel ſecùs ſuperiorum ætatum geſſerunt peritiſſimi quique Duces. Ex quo noo immeritò Tullius eam appellat lucem veritatis, magiſtram vitæ, atque omois nunciam vetuſtatis. Magnarum illa rerum conſilia, progreſſus, exitus, tanquam viva quædam atque ſpirans pictura, oculis legentium exhibet, indicatiſque ſuperiorum Ducum, aut bellatorum exemplis, ad optimam diſciplioę inſtitutionem legentes provocat inflammatque.

3. Eo præterea nomioe præſtat etiam Hiſtoria numeris dulciſſimis atque cantibus Poetarum, qoòd illa non vanis commentis, & fabuloſis narrationibus, nt ferè Poetæ faciunt, ſed veris germaniſque Veterum exemplis objectis impensè docet atque erudit Poſteritatem. Hinc quandam vitæ extenſionem, & ampliora ſpatia ætatis humanæ curſui produeere putatur Hiſtoria. Quidni verò? Cum juniores, edocti eruditique geſtis factiſque majorum, horum etiam videantur ætatem ſuis annis adjicere, ac veluti eorundem intereſſe temporibus. Noo immeritò proinde Sacerdos quidam Ægyptius pueros vocabat Solonem & Græcos, quoniam veterum memoriarum, & Majorum ſuorum facta negligerent. Veritatis ſtudium in recenſione omnis vetuſtatis potius, quàm elocutionis nitor & elegantia, aut ſolertia politicarum animadverſionum, Hiſtoricum commendat. Neque enim alio nomioe, quàm Sacerdotum veritatis, audiunt memoriarum veterum concinoatores, præconeſque totius Antiquitatis. Propterea minimum à re ipſa abludit præceptio illa, qua Hiſtorici commonentur ut nihil falſi ſcribere audeant, nihil veri non audeant. Neque enim ſtudio partium, aut alienâ gratiâ illecti corruptique, ſed unicam veritatis ſpeciem & ductum ſecuti ad pertexendos rerum geſtarum annales, & conſignanda poſteris in utramque partem ab antiquioribus geſta, ad ſanctiſſimum ejuſmodi ſcribendi otium, ſervandamque incorruptè fidem Antiquitatis, rerum narratores debent accedere. Perinde quippe Hiſtoriam æſtimamus, atque regulam normamque dimenſoriam, cui ſcilicet non ex ebore aut auro pretium, verùm à recto duntaxat ductu lineæ comparatur. Referre ſiquidem rerum atque virorum imagines Hiſtoriam oportet ex germano genoinoque eorum prototypo, rejectis fimbriis atque laciniis, quibus quodam veluti inducto fuco, & adulterino ſplendore grandeſcant; ut ſuus unicuique ſtaturæ modus & ratio conſtet; non quemadmodum umbræ, quæ admodum exiguæ ſuot in meridie, in ortu verò occaſuque longiſſimæ. Poetarum fuerit libertas illa, multa per ingeoii audaciam comminiſci. Licet Poetis etiam interdum deſponſam eſſe veritatem Heſiodus ſcribat in Theogonia;

Sci-

Scimus falſa quidem narrare ſimillima veris ;
Scimus item, quoties libitum eſt, & vera fateri :

Verùm Hiſtoria perpetuò intra veritatis cancellos & ſepta ſe continet. Scripſit Ariſtoteles, Polygnotum ſolitum eſſe, quos exprimeret, facere meliores, Dionyſium verò ſimiles : Primum Poetæ, poſteriorem Hiſtorici imitantur.

4. Eſt etiam aliud non exigui roboris argumentum, quo clarum fit atque dilucidum latiſſimam utilitatem fructumque ab Hiſtorica facultate proficiſci in rem Martiam & ſtudia militaria. Enim verò ſi præmagnam vim obtinet ad bellica facinora capeſſenda & expedienda ſenioris cujuſpiam in rebus humanis expertiſſimi conſilium atque ſapientia ; quamobrem vetuſtum illud veriſſimumque promanavit effatum de Romæ Senatoribus : *Sedendo vincunt* : quid erit exiſtimandum de Hiſtoricæ artis efficacitate, quæ non alicujus duntaxat gentis populique naturam, mores, rituſque perſequitur ; neque res eventuſque ad exigui temporis vertiginem anguſtè refert atque metitur ; ſed nationum omnium leges, inſtituta, diſciplinam, & conſuetudines amplectitur ; latiſſimèque pervagatur per omnium temporum ſpatia, undique excerpens leges & documenta ad optimam Reipublicæ vitæque inſtitutionem ? Cum enim illi omnium ferè gentium atque ſæculorum res geſtæ cognitæ perſpectæque ſint, nihil tam eſt implexum, quod explicare non poſſit ; nihil tam arduum incertumque, quod non ſtatim exæquet, uberrimè depromens ſapientiſſimos cogitatus atque conſilia, ex quibus adversùs inſperatos fortunæ caſus, & rerum præſertim bellicarum diſcrimina, affatim arma comparat & munimenta. Firmiſſimum in modum id comprobavere non exiguo numero egregii bellatores, qui poſtquam in acie & ſub caſſide ætatis partem contriverunt, ad Hiſtoriam, annales, faſtoſque contexendos appulerunt animum. Notum eſt Herodotum, qui, quo tempore Xerxes Perſarum Rex Græciæ bellum fecit, militiam exercuit, poſtremò mentem adjeciſſe ad rerum geſtarum memorias literis conſignandas. Thucydides etiam bello clarus, cum eſſet junior, rerum geſtarum narrationibus clarior fuit ætate maturior. Annibal, ut Probus teſtatur, licet aliis ex aliis quaſi ſuppullulantibus bellis, per omnem ferè vitæ curſum vehementer fuiſſet implicitus, adhuc tamen labori literario non pepercit, quominus Manlii Volonia res in Aſia geſtas conſcriberet. Timotheo Cononis filio, rerum bellicarum Imperatori ſcientiſſimo, ad elegantiſſimè perſcribendam Hiſtoriam otium ſuperfuit. Non diſſimilem in modum Q. Fabius & bellator egregius & Romanæ fuit Scriptor Hiſtoriæ : M. Porcius Cato poſteris tradidit libros Originum, quibus multiplex Carthaginienſe bellum comprehendit : Sylla præſtantiſſimus copiarum moderator Luculli res geſtas ad poſteros demandavit. Poſtremò Julius Cæſar licet aſſiduis bellorum expeditionibus & perpetuo Marte fatigatus, nactus tamen eſt tantum ſolitudinis otiique, ut, quæ in Gallia atque Theſſalia geſſiſſet ſtrenuè, nitidiſſimis commentariis, qui ad poſteritatem omnem erudiendam proficerent, illuſtraret. Octavianus etiam Auguſtus libros tredecim rerum à ſe in Hiſpania geſtarum vulgavit : idemque traditur de Claudio, Gordiano, aliiſque Cæſaribus. Sed & Joſephus genere Hebræus, cum popularium ſuorum copias duxiſſet in Palæſtina adversùs Vaſpaſianum Cæſarem, ab eodem captus, & Romam adductus, de bello Hieroſolymitano truculentiſſimo ac diuturno ſplendidiſſimum opus reliquit. Præclarè proinde à providentiſſimis Principibus inſtitutum eſt, ut non tyrones duntaxat & candidati, verùm etiam veterani & multis victoriis ſpectatiſſimi Duces Hiſtoricorum libros ſtudiosè perlegerent, eoſque nunquam è manibus dimitterent, quod præſertim traditur à Scipione Africano, & Demetrio Phalereo uſurpatum : & Africanus quidem doctiorem ſe in dies fieri in bellica diſciplina fatebatur aſſidua lectione commentariorum, quibus Cyri vita contineretur. Neque alia profectò fuit Homeri mens & conſilium, cum poſteris Ducibus & rei militaris amatoribus Ulyſſem imitandum propoſuit, virum ſolertiſſimum, multorumque vehementer gnarum tum hominum tum locorum, de quo aptè Horatius Epiſt. 1. 2.

Qui, domitor Trojæ, multorum providus urbes,
Et mores hominum inſpexit, latumque per æquor
Dum ſibi, dum ſociis reditum parat, aſpera multa
Pertulit, adverſis rerum immerſabilis undis.

Eundem Hiſtoriæ omniſque Vetuſtatis evolutæ fructum obſervavit ſedulò, & diligenter expreſſit Claudianus lib. 4. Conſ. Honor.

Interea Muſis, animus dum mollior, inſtes,
Et quæ mox imitere, legas : nec deſinat unquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetuſtas.
Antiquos evolve Duces. Aſſueſce futuræ
Militiæ. Latium retro te confer in ævum.
Libertas quæſita placet ? mirabere Brutum.
Perfidiam damnas ? Metii ſatiabere pœnis.
Triſte rigor nimius ? Torquati deſpue mores.
Mors impenſa bonum ? Decios venerare ruentes.
Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles, Mucii te flamma docebit.
Quid mora perficiat, Fabius : quid rebus in arctis
Dux gerat, oſtendat Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus :
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam,
Regule. Succeſſus ſuperant adverſa Catonis.
Diſcitur hinc quantum paupertas ſobria poſſit :
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis.
Pauper Fabritius, Pyrrhi cum ſperneret aurum.
Sordida Serranus flexit dictator aratra.
Luſtratæ Lictore caſæ, faſceſque ſalignis
Poſtibus affixi. Collectæ conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.

5. Quanta demum utilitatis ſit Hiſtoriæ cognitio, Cicero, ut alios miſſos faciam, tradit luculenter in Oratore, ubi ea præſertim leguntur verba : *Neſcire autem quid, antea quam natus ſis, acciderit, id eſt ſemper eſſe puerum. Quid enim eſt ætas hominis, niſi cum memoria rerum veterum cum ſuperiorum ætate contexitur ?* Quem Tulii locum Joannes Clericus magnæ cæteroqui eruditionis, nec imparis diligentiæ Criticus, curſim avocataque aliò mente legiſſe ſuſpicor, dum caſtigatione illum indigere putat Art. Critic.

par. 3. cap. 12. Negotium Illi faceſſit, quod nulla ſit diſtinctio inter vetera & ſuperiora tempora; ac proinde ſic locum emaculat, ut expuncta voce *ſuperiorum*, reponat *recentiorum*, vel expuncta voce *veterum*, reponat *noſtrarum*. Miror virum doctum non animadvertiſſe, Ciceronem innumeris plane in locis diſcrimen ſtatuere inter vetera, & ſuperiora. Vetera quippe, quæ ſunt admodum remota, ſuperiora autem dicit, quæ non ita multum diſtant a ſcribentis tempore. In hunc modum Latini omnes optimi Scriptores, pro eodem habent ſuperiora tempora, & quæ ab anteactæ vitæ noſtræ, vel patrum, vel avorum memoria repetuntur: cum vetera dicamus, quæ longe majore ſpatio, ambituque a noſtra ætate diſcriminantur. Hinc apud Tullium pro Planc. *Comitiis ſuperioribus eſt Plancus deſignatus Ædilis*. Et de Senect. *Senes ſemper aliquid agunt, tale ſcilicet, quale cujuſcumque ſtudium in ſuperiore vita fuit*. Ejuſdem illæ ſunt Formulæ: *Superioribus temporibus nullas ad te litteras miſi*. Et: *Quæ ſuperioribus litteris a te petii*. Item: *Sententia ſuperioribus diebus agitato in Senatu*. Et in hanc formam frequentiſſimè loquitur: ubi ſuperiora tempora, pauci ſunt anteacti dies, vel menſes. Licet autem non negaverim ſuperiora tempora poſſe etiam accipi pro vetuſtis, uſitatior tamen & frequentior ejus vocis uſurpatio eſt pro evoluto proxime tempore; In quo autem ſenſu ſumenda ſint ſuperiora tempora, dignoſcitur a ſcripturæ contextu. Itaque cum in adducto loco dicit *memoria rerum veterum cum ſuperiorum ætate contexitur*, ſententia Oratoris eſt, ut res antiquorum cum rebus geſtis patrum vel avorum conferantur & componantur, Mentionem autem fecit Tullius *ſuperiorum temporum* potius quàm *ſuorum*, non ſolùm modeſtiæ gratiâ, verum etiam quòd ſuperiora tempora longè majus ſpatium comprehenderent, quàm ſua duntaxat ipſius ætas. Et quoniam idem Clericus ſtatim ibidem tranſgreditur ad immutandum refingendumque Livii locum; quandoquidem in forum Criticum ſum ſemel digreſſus, non pigebit eam etiam caſtigationem diſcutere, Sic autem Livius loquitur lib. 34.; ubi M. Porcius Cato, poſt multa, quæ protulit adverſus luxum matronarum, illa adiicit: *Date frenos impotenti naturæ, & indomito animali, & ſperate ipſas modum licentiæ facturas, niſi vos faciatis*. Hæret aqua erudito Scriptori in intelligentia hujus loci, utque claram ſententiam eſſiciat, multa movet pertentatque, librariorum inſcitiam incuſans, qui Hiſtorici verba imperitè depravaverint. Statuit autem vel legendum eſſe, *Nec ſperate niſi &c.* aut *Et ſperate &c. ubi vos feceritis*. Quis autem non videat deprimi ſic potius & clangueſcere Livii verba, quæ cæteroqui vividè ſunt contorta, & minimè obſcura. Exiſtimavit Clericus *dare frenos* eſſe frenos addere vel iniicere: ibi autem ſignificat frenos laxare vel exſolvere: quo ſtabilito nitidiſſimum reddunt ſenſum Liviana verba in hanc formam: *Laxate frenos avido fœminarum ſenui & ſperate &c.* Ajo clariſſimam fore ſententiam; modò verba Scriptoris accipiantur dicta per figuram Ironicæ conceſſionis, cujuſmodi innumera penè exempla ſuppetunt. Virgil. lib. 7.

I nunc ingratis offer te, irriſe, periclis.

Et lib. 9.

I, verbis virtutem illude ſuperbis

Et lib. 4. Æneid.

I ſequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Quæ omninò voces conceſſionis acerbiſſimæ & contumelioſæ non hortantis ſunt & ſuadentis, ſed obiurgantis exprobrantiſque. Cæterum *data frena* apud Livium pro laxatis & effuſis eſſe exponenda vidit etiam Marius Nizolius Theſau. L. L., ubi expendit acceptiones varias & ſyntaxes verbi *Do*,

Hobellarii. Voce Anglica ſunt levis armaturæ milites, ab equo curſorio ſic appellati. Villelmus Thorn. *Pro expenſis factis circa conſtabularios, Hobellarios, ſagittarios*. Vide *Ubini*.

Homagium, ii. Inter alia indigitat militarem operam præſtandam Principibus, ob feuda vel prædia ab iiſdem obtenta. Vide multa de Homagio apud Cangium in Gloſſ. Italis *Omaggio*. Ferrarius trahit à voce *homo* pro cliente vel ſubdito. Inferiori ſiquidem ævo *Homo meus*, *Homo tuus*, pro ſervo dicebatur. Vide proximum Titulum.

Homines. Ævo Principum Longobardorum ſic dicebantur Vaſſalli, Regibus vel Dominis ſuis fide adſtricti, quique eoſdem in bellicis præſertim expeditionibus ſequebantur; ut a nobis eſt latè expoſitum in dictionibus *Vaſſalli*, *Miniſteriales*, *Aldii*. Famulatus verò & obſequium ab iiſdem Dominis præſtitum, item formula ſpondendi famulatus, & obſequii deferendi dicebatur Hominium, & Hominagium, & crebrò etiam Homagium. Et quidem vox ipſa *Huomo* pro obnoxio & ſubditò non ita raro uſurpatur ab Italicis Scriptoribus. Boccacc, Novell, 100. *Da' preghi de ſuoi huomini coſtretto di pigliar moglie*. Atque iterum: *La qual coſa a ſuo' homini non piacendo*. Formula autem uſitata, qua Homines, ſeu vaſſalli fidem ſuam Dominis obligabant, in hæc verba refertur a Bractano lib. 2. cap. 35. *Devenio Homo veſter de tenemento, quod vobis teneo, & fidem vobis portabo contra omnes gentes, ſalva fide debita Domino Regi & hæredibus ſuis*. Plura de Hominibus, & Homagio, vide apud Cangium in Gloſſ.

Honorarii consules, praetores &c. Adſcititii fuere & conſtituti pro arbitrio à Cæſaribus ad paucos menſes, ſpatiumque annuo ſemper brevius. Ejus rei initium ad Cæſarem refertur à Dione lib. 41. ubi narrat, Cæſarem abdicaſſe ſe Conſulatu, priuſquam annum expleſſet; Q. Fabio verò Conſuli, extremo die ſui Magiſtratus demortuo, ſtatim ſufſeciſſe in pauculas illas & reſiduas horas C. Caninium; de quo facetè dixit Cicero, Conſulem eum fuiſſe omnium vigilantiſſimum, utpote qui in toto Conſulatu ſuo ſomnum non viderit. Idem poſtea, atque adeo majori licentia adverſùs Majorum diſciplinam fecit libido Cæſarum, Proſtitutæ nimirum Conſulares atque Prætoriæ dignitates ad tempus cum ingenti damno Reipublicæ & diſciplinæ militaris. De dignitatibus honorariis bellicis conſule L. Quicumque infantes, Cod. Theod. de Re milit., & Steuvechium ad Vegetii lib. 1, cap. 7.

Honorarium, ii. Donum fuiſſe, quod olim bene ominandi gratiâ dabatur Conſulibus in provincias advenientibus, ſatis liquet. Cicero in Piſon. *Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi, qui Honorarii?* De eodem Trajanus in reſponſione ad Epiſtolam Plinii: *Honorarium Decurionatus, omnes, qui in quaque civitate Decuriones fiunt*, in-

inſerre debeant nec ne, à me non poteſt ſtatui. Hooorarium porrò dicimus, quod honoris potius, ut vox ipſa ſonat, quam ſtipendii gratià exhibetur Magiſtratibus, vel eorum miniſtris; nec verò bellicis duntaxat, verùm etiam urbanis, & cujuſvis artis vel diſciplinæ Profeſſoribus: ut ſit beneficii potius quàm ſervilis operæ teſtificatio; ideoque noo exigi aut expeti debeat, ſed oblatum humaniter accipi.

Hoplomachi. Ex Græca nominis derivatione tam ii ſunt, qui ſcuto potiſſimum, quàm qui omoibus armis tecti dimicant; oam Græcè τὸ ὅπλον tam arma, quàm ſcutum ſignificat: μάχομαι verò eſt *dimico*. In arena gladiatoria noti ſunt Hoplomachi, quos Lipſius Samnites prius appellatos reputat. De illis Martialis lib. 8.

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.

Ubi ſenſus eſt gladiatoriam artem exercere, qui prius fuerat medicus ocularius. Svetonius etiam in Caligula: *Hunc e ſpectaculis detractum, repente & in arenam deductum, Thraci, & mox Hoplomacho comparavit*. Ad quem Svetonii locum Marcellus Donatus coojicit in re militari dictos fuiſſe Hoplomachos, Crupellarios, vel Clibanarios, armaturas nimirum graves in genere Cataphractorum.

Hoadearium æs. Feſtus docet fuiſſe pecuoiam, quam equites accipiebaot pro hordeo. Ut eoim notat Polybius, ſeptem medimni hordei equitibus aſſignabantur: quandoque verò pro hordeo pecuniam accipiebant, quod dicebatur, ut memoravi, æa hordearium.

Hoamum. Carmen bellicum, cujus meminit Apulejus Aſin. lib. 10. *At pone tergum tibicen Hormum canebat bellicoſum*. Dicitur à Græcorum voce ὁρμὴ, quæ eſt impetus; ut conſtet carmen fuiſſe accommodatum bellicæ alacritati. Beroaldus tamen in Comment. Apuleii legit potius *Orthryum*. Vide *Orthryum*. Rhodigious l. 5. c. 4. tradit fuiſſe ſaltatiooem, qua præcedebat Ephœbus ſaltu alacri & militari terram pulſans: ſubſequebatur autem Puella decenter admodum gradiens; ot intelligeretur, alacritatem militarem modeſtia eſſe temperandam. Præclarè inveotum. Sed oportuit Rhodiginum commonſtrare rudetum ex quo gemmam effoderat. Gratis datum gratis reddimus.

Hortatio militaris. Vide *Allocutio militaris*.

Hosa, æ. Noo erat, ut quidam ſcripſeruot, tegumentum crurum, ſed potius pedum. Ugutio: *Hoſa quoddam genus calceamenti, & dicitur ab os, oſſis: quod primo de coriis boum Hoſæ factæ ſunt, & quamvis nunc ex alio genere fiant, priſtinum tamen nomen retinent*. Conſtat autem pedes duntaxat iis fuiſſe contectos, qoooiam hoſæ deſuper tubrucos accipiebant. Paulus de Geſtis Longobard. *Calcei verò eis erant uſque ad ſummum pollicem penè aperti, & alternatim laqueis corrigiarum retenti. Poſtea verò cœperunt Hoſis uti, ſuper quas equitantes tubrucos birreos mittebant*. Itaque aliud Hoſæ nempe pedum operimenta ex corio cancellatim ſecto, vel corrigiis plicatili: aliud tubruci, qui erant ocrea lanea, vel coriacea, ipſis Hoſis imponi ſolita, ad eum modum, quo hodie viatores ocreas induunt, quæ ſunt veluti tubuli coriacei, qui ſuperinducuotur calceis. A forma autem tubi dicti ſunt tubruci. Imo & tubuli interdum dicta tibialia. Author Queruli: *Utaturque in æſtu tubulis anguſtis & novis*. Falluntur proinde, qui ab Hoſa Latinorum trahunt Italorum vocem *Uſatto*, quod eſt cruris operimentum laoeum, vel coriaceum. Quod enim Italicè dicimus *Stivale*, *Uſatto*, Latini dicebant potius tubrucum. Quæ autem hujuſmodi operimenta ad mediam duntaxat tibiam pertingunt, Latini ocreas mioores, vel æſtivales, item mioores dicebaot tubrucos, Itali verò appellant *Stivaletti*, *Calzaretti*, *Borzacchini*. Utrunque genus tibialium non in veteri ſolùm militia percrebuit, verùm etiam in præſeoti admodum eſt in uſu, præſertim apud Cataphractos, & milites gravioris armaturæ. Et mioorihus quidem ocreis, ſive tubrucis coopertos picturæ veteres & numiſmata exhibent tum Duces copiarum, tum ipſos Heroes. Vide Salmaſium ad Lamprid. in Alex. Severo.

Hospergum. Vide *Halſperga*.

Hospitia Militum. Vide *Menſores*.

Hospitium, ii. Livius dec. 3. lib. 7. ubi agit de transfugio duorum Principum Hiſpanorum ad Scipionem, ita ſcribit: *Eo die in hoſpitium adducti. Poſtero die fœdere accepta fides, dimiſſique ad copias adducendas. Iiſdem deinde in caſtris tendebant*. Vides Hoſpitium hic apud Hiſtoricum non pertioere ad actiooem hoſpitii, ſed ad locum. Quamobrem io caſtris Romanis, aut certe prope caſtra locum fuiſſe oportuit Hoſpitii nomioe, ubi honeſta qualibet ex cauſa peregre accedentes exciperentur.

Hostagius, et Hostiaorus. Obſes. Qui in alterius poteſtatem tranſit, ſpooſoremque agit & prædem pro altero, ſacramenti fide ioterpoſita. Interdum etiam Fidejuſſor. Hiſt. Franc. *M lites etiam & burgenſes totius territorii Nigellæ Hoſtagii ſunt per ſacramentum hujus conventionis*. Italis *Oſtaggio*. A voce *hoſpes*, quoniam qui in alienam poteſtatem ſic tranſit, ibi hoſpitem agit.

Hostanduciæ, arum. Exhibitio eſt operæ bellicæ, quam qui Jure feudali, vel ſimili tenetur præſtare. Baratus lib. 4. Feudor. tit. 48. *Hoſtenduciæ dicuntur adjutorium, quod faciunt Vaſſalli Dominis in hoſtem pergentibus, quando cum eis non vadunt*. Nimirum vel operam ipſam præſtare, vel ſolutione pecuniæ aut cibariis juvare debebaot belli ſumptus.

Hostia, æ. Ab hoſtibus etymoo: quòd pro obtioenda victoria ab Imperatore immolabatur, antequam in bellum proficiſceretur, vel ab eodem cædebatur poſt partam victoriam. Ovid. Faſt. 1.

Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur;
Hoſtibus amotis Hoſtia nomen habet.

Gellius autem hoc putat diſcriminis eſſe inter Hoſtiam & victimam, quòd hoſtia à quovis Sacerdote mactari poteſt, victima ab eo tantùm, qui hoſtes viciſſet.

Hostis, is. Virgil. 2. Æneid.

denſos fertur moriturus in hoſtes.

Etiam fœminini generis. Quintil. lib. 2. c. 2. *Studiorum perniacioſiſſima hoſtis*. Deſcivit hoc vocabulum a veteri origioe & uſurpatione, qua peregrinum ſignificabat, & quem nunc Hoſpitem dicimus: & plane doleodum, appellationem olim nobilem ſordeſcere hodie apud Italos in caupoois viliſſimis, quarum dominos, vel curatores hoſpitiorum dicimus *Hoſti*. Varro l. 4. de LL. *Multa verba aliud nunc oſtendunt, aliud ante ſignificabant: ut hoſtis:*

Digitized by Google

nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui ſuis legibus uteretur; nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem. Eadem ſententia verbis ineſt Ciceronis de Offic. l. 1. *Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. Hoſtis enim apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.* Originatio vocis diverſimodè traditur. Vetus eſt verbum *hoſtio*, pro *reprimo, contundo*. Pacuvius: *Niſi coercuero protervitatem, hoſtiero ferociam.* Atque hinc apud nonnullos *Hoſtis*. Nonius: *Hoſtimentum eſt æquamentum: inde hoſtes dicti, qui ex æqua cauſa pugnam ineunt:* atque hinc fortaſſe etiam frequens Formula: *In æquum deſcendere*. Hoſtes ſunt, contra quos publicè bellum habemus; inimici, in quos privata exercemus odia. Ideo inter hoſtium cadavera alius amicum, alius inimicum reperiſſe legitur apud Saluſtium. Quæſtum atque compendium quæritantibus imbecillus hoſtis in optatis eſt. Hinc Alexandri aliorumque adversùs Perſas & Aſiaticos pugnantium frequens ad milites hortamentum: In hoſtem incidiſſe divitem & imbellem. Contra verò animoſiſſimi quique & nobili præſtantes indole hoſtem expertiſſimum atque fortiſſimum ambiunt affectantque. Ubi talis inciderit, alterutra commendatione potiri licet, jactantibus aut opimiorem in victoria laudem, aut ingens in clade ſolatium. Ariſtid. Orat. de Concord. *Nihil dignum eſt, ſiquis ſtet contra nullius pretii hoſtes: verùm cum præſtantibus ſuſcepta contentio in utramque partem tuta eſt. Nam & victoria inſignem habet gloriam; &, ſiquid ſecus acciderit, adeſt conſolatio.* expreſſa habes hæc duo à Pallante apud Virgil. l. 10.

Aut ſpoliis ego jam raptis laudabor opimis.
Aut letho inſigni.

Ingenioſè Ovidius Phaetontis igne flagrantem Terram Jovis fulmina expetentem inducit Metam. 2.

quid ò tua fulmina ceſſant
Summe Deûm? liceat perituræ viribus ignis
Igne perire tuo, clademque authore levare.

idem l. 9. de Acheloo.

nec tam
Turpe fuit vinci, quam contendiſſe decorum eſt

Idem l. 12.

Quiſquis es, o Juvenis, dixit, ſolamen habeto
Mortis, ab Hæmonio quod ſis jugulatus Achille.

Adde illud Virgilii lib. 10.

Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem;
Æneæ magni dextra cadis.

Taſſus:

e per tua gloria baſti,
Che dir potrai, che contro me pugnaſti.

Idem Virg. l. 11.

nomen tamen haud leve partum
Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillæ.

Splendidum eſt illud Capanei apud Statiū Theb. 9.

non inficiamur honorem
Mortis, ait: refer huc oculos: ego vulneris auctor:
Lætus abi; multumque aliis jactantior umbris.

Contra verò nihil calamitoſum magis pudendumque, quam ſtrenuos ab ignavis & obſcuris ſuperari. Hoc ipſis pyræ incenſæ flammis crudelius excruciabat Herculem apud Senec. Œt.

Fœmina Herculeæ necis
Author feretur? Author Alcides quibus?

Antiquiſſimi moris fuiſſe hoſtes mactari ad placandos extinctorum manes docui in Titulo *Gladiatores*, & alibi. Addo Catonis dictum apud Plutarchum in ejus vita: Non offerendos Diis eſſe agnos vel hædos, ſed lacrimas hoſtium mactatorum. Apud Virgilium verò lib. 12. Meſſapus poſt Auleſten haſta confixum:

Hoc habet: hæc melior magnis data victima Divis.

2. Hoſtis pro univerſis copiis, vel ipſa bellica expeditione paſſim legitur apud Scriptores lapſæ Latinitatis; & quidem non maſculino tantùm, verum etiam fœminino genere. Chronicon Cameracenſe: *Terram hoſti ſuæ devaſtandam diſtribuit.* Charta Ludovici VII. *Condonavimus illis, ne ulterius in hoſtes noſtras, vel expeditiones ire non compellantur.* Itali *Hoſte*. Apud quos etiam invaluit, ut utroque genere, ſed frequentiùs fœminino dicatur. Ex quo illæ Formulæ *bandire hoſte, fare hoſte, porſi ad hoſte*. Obligationem etiam & vinculum ſumendi arma & ad bellum progrediendi, quæ eodem hoc indicatur nomine, multis diſcutit Cangius in Gloſs. ad hanc vocem. Hinc habemus Hoſtiaticum, pro neceſſitate proficiſcendi in exercitum. Charta Berengarii Regis Italiæ: *Nulla denique magna, parvaque publicæ authoritatis perſona eos Hoſtiaticum facere compellat.* Hoſticum etiam & hoſtilitas ab ejuſdem notæ Scriptoribus pro exercitu paſſim ſumitur. Laurentius Leodienſis in Hiſt. Epiſcop. Virdunenſium: *Rainaldus triſtibus auditis, mox contrabit Hoſticum.* Concilium Vernenſe: *Nulla Abbatiſſa extra monaſterium licentiam habeat exire, niſi Hoſtilitate cogente.*

Hoſticum. Regio vel ager hoſtilis, cui opponitur pacatum. Liv. lib. 8. *Sine commeatu vagi milites in pacato in hoſtico errent.* *Hoſticum* pro exercitu. Vide ſuperiorem Titulum.

Hoſticus, a, um. Inimicus, adverſus. Horat. 1. ſerm. 9.

Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis.

Hoſtilis, le. Idem. Virgil. 11.

Indutoſque jubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre Duces.

Hoſtiliter. Ad modum hoſtium. Cic. 5. Philipp. *Quid ille fecit hoſtiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat?*

Hoſtilitas, atis. Inimicitia. Senec. de vita Beat. *Adversùs hoſtes inhumana crudelitas, adversùs ſuos etiam hoſtilitas eſt.*

Hoſtisapax, aliis, & fortaſſe melius, *Hoſticapax*. Qui hoſtem capit, ut Auceps, qui avem. Feſtus.

Hoſtisus eveniat. Popularis ſermo. Dicitur de ſummo infortunio, cujuſmodi in hoſtium capita imprecari ſolemus. Hac devovendi formula nihil eſt apud Veteres uſitatius. Horat. l. 3. 27.

Hoſtium uxores pueríque cæcos
Sentiant motus orientis Hœdi.

Virgil. Georg. 3.

Dii meliora piis, erroremque hoſtibus illum.

Ovid. Epiſt. Paris Helenæ:

Hoſtibus eveniant convivia talia noſtris.

Hoſtium munera non munera. Vetuſtiſſimum proverbium, quod refertur à Sophocle in Ajace Maſtig. Natum creditur ex Homero Iliad. 7. Narrat

Digitized by Google

rat ibi Poeta Hectorem & Ajacem initæ amicitiæ gratia dona inter ſe permutaſſe, & ab Hectore quidem Ajaci gladium, ab Ajace verò Hectori baltheum fuiſſe donatum. Verùm ea munera fatalia utrique fuere: tradito ſiquidem ſibi ab Hectore gladio Ajax periit: Hector verò ab Achille interfectus eſt per occaſionem balthei, quem acceperat ab Ajace. Ea de re circumfertur Epigramma Græcum, ſic redditum:

Ajaci datus enſis ab Hectore, baltheus Ajace
Hectori, utrique ſuum donum erat exitia.

Hinc ſcitè Virgil. l. 2. Æneid.

timeo Danaos & dona ferentes.

Munere irriſorio ludificati olim ſunt Gothi Darium Regem Perſarum, ave, rana, & mure eidem dono miſſis: quibus indicabant elabi illum non poſſe, niſi aut avolaret ut avis, aut in ſtagnis deliteſceret more ranarum, aut ſibi cavernas aperiret, ut mures faciunt.

Humanitas Imperatoris. Vide *Benignitas Imperatoris.*

Humatio cadaverum. Vide *Funus.*

Humerals, is. Non ſolùm eſt pars illa veſtitûs ænei, qua teguntur cataphractorum humeri; verum etiam quodcumque militare amiculum humeros contegens. Italis *Dorſiere. Schiniera.* Triſſin. Ital. Lib. l. 12.

E'l ſangue human ſaltava inver la ponza
Di quel deſtriero, e inſanguinava i ſproni,
E le ſchiniere al Capitano eccelſo.

Item *Spollaccio* Luc. Pulc. Ciriff. 1.

Trovò le ſpalle, e tagliò lo ſpallaccio.

Refertur inter veſtes militares a Paulo Juriſconſulto: *Si tibiale vel humerole miles alienavit, caſtigari verberibus debet.* Inferioris verò ævi Scriptores detorquent humerale ad indigitandum ſacræ veſtis genus, peculiare Clericorum, Sacerdotum, atque Pontificum. Id Cangius confundit cum ſuperhumerali. Secus tamen ſtatuunt Macri Fratres, quos conſule. Hildebertus Cenomanenſis de officio Miſſæ:

ſcapulas humerale tegebat
Præſulis intrantis interiora ſacri.

Hordicium, Hurdicius, & Hurdecium. Ligneum ſepimentum craticulatum; ſive pali foſſarum marginibus defixi, qui oppugnatores remorabantur, & eorum machinas molliore materia exceptas fruſtraneas reddebant. Saxonicæ originis eſt vocabulum. Villelmus Brito lib. 7. Philipp.

Et quæ reddebant tutos Hurditia muros.

Rogerus Hovedenus: *Combuſſerunt quatuor Hurdicios per ignem Græcum.* Villelmus Armoricus de Geſtis Philippi Auguſti: *Cœpit lapidibus emiſſis damnificare propugnaculo & Hordecia.* Invenio tamen pro machina bellica arietaria uſurpatum Hordicium. Henricus Knyghton. *Habuit namque unum Hordicium forte & bene proviſum, cum quo ad tales inſultus operatus eſt mirabilia in proſternendo muros caſtrorum.* Hurdare etiam pro munire cratibus dixerunt pſeudolatini Scriptores. Villelmus Brito l. 1. Philipp.

Hurdari turres & propugnaculo, muros
Subtus fulciri facit.

Huzarones. Militia Hungarica levis armaturæ. Decret. 28. Matthiæ Regis. *Quia nonnullæ gentes, potiſſimum vero levis armaturæ, ſive Huzarones hoc facere conſueverunt, quod poſt deſcenſum exercitus, aut etiam expirato ſtipendio eorum, non in propriis eorum, ſed in aliorum bonis jacent, ſeque reficiunt, & plurima iſthic damna, moleſtias, & alia nocumentorum genera impunè committunt; ſtatutum & definitum eſt, quod tales à modo nuſquam in bonis aliis manere ſeù jacere poſſint, ſed teneantur ad propria redire, & ibi, ſi volent nova ſtipendia expectare.* Hoc ſcilicet illud eſt Hungaricæ militiæ genus, quod etiamnum appellamus *Huſſari.* Idem ſub Cæſareis Vexillis receptum ſtrenue rem geſſit exacto ſæculo adverſus Turcarum exercitus, qui ad extremum primum diſcrimen adducta Religionis & Cæſaris cauſa, à Viennæ poſtea oppugnatione rejecti, graviſſimiſque & iteratis cladibus affecti, demum memorabili ad Albam Græcam conflictu cæſi fugatique, non Ungariam duntaxat, ſed multarum acceſſiones provinciarum Auſtriacis Cæſaribus reliquerunt. Iidem poſtea Huzarones, non Germanico ſolum bello aſſociati, ſed in Gallia Belgioque mercede conducti militarunt. Corporum in primis agilitate, & equorum celeritate dimicationes adjuvant. Carpendis incurſu ſubito hoſtibus, occupandiſque fuga dilapſis mirum in modum excellunt. Eam ob cauſam veſtitu ſimplici, & ſingulos artus exprimente utuntur; plumato reductoque galericulo frontem tegunt: nixique ſellæ arcu duplici inſtructæ, e pedaneis ſubicibus, quos ea cauſa breviores adhibent, in ſublime ſe attollunt; erectique ponderoſas frameas aut in gyrum agunt, amputatis vaſto impetu obviorum artubus, aut ſurſum elevatis in capita hoſtium, integra corpora valido certoque ictu diffindunt. Vide equitis Huzaronis ſchema apud P. Daniel Hiſt. *de la Milice Francoiſe* lib. 12.

Hydram secas. Proverbiale dictum, uſurpandum ubi mala vel incommoda confertim & conglobatim ingruunt, ita ut uno ſublato longe plura proveniant ſuperanda. Natum à fabula Hydræ Lernææ, quam centum fuiſſe capitum Poetæ memorant, itaut uno reciſo alia ſubinde capita ſuppullularent. Contra illud monſtrum Hercules feliciter dimicavit, licet plurimum tot reſecandis capitibus eſſet defatigatus. Horat. l. 4. Od. 4.

Non Hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem.

Uſurpavit hoc adagium Plato lib. 4. de Republica. Celebre eſt etiam dictum Cyneæ Oratoris, qui Pyrrhum Regem in bello ſequebatur: ajebat autem, Romanos poſt acceptas clades iterum atque iterum novas copias inſtruentes Hydram videri ſibi adversùs Pyrrhum decertantem.

Hydraulus, i. Muſicum Inſtrumentum inprimis nobile, quod pulſari ſolebat manibus pedibuſque agilitate mirabili, edebatque ſonum decurſu aquarum, ex quibus nomen illi adhæſit ex Græco. Inventorem habuit Cteſibium Alexandrinum, ut ſcribit Vitruvius. Hodie apud nos organum eſt pneumaticum: tametſi nec veri Hydrauli, ideſt aquatici organi uſus deficit, ſed ferè in hortis Regiis, ubi occulta aquarum vi exicipiuntur ſonitus erumpentes ex æneis tubis. Sed admodum mirum eſt hoc inſtrumento aquatico præcinente Perſas olim pugnaſſe. Teſtatur id Petronius: *Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam ita geſticulatus laceravit obſonium, ut putares Darium Idraule cantante pugnare.* Cæterum hydrauli deſcriptionem habes apud Porphyrium in Panegyr. ad Conſtantin. Aug.

Hæc erit in varios ſpecies aptiſſimo cantus,
Perque modos gradibus ſurget fæcunda ſonoris,

Æro

Ære cavo & tereti, calamis creſcentibus aucta.
Quis bene ſuppoſitis quadratis ordine plectris,
Artificis manus in numeros clauditque aperitque
Spiramenta probans placidis bene conſona rhythmis,
Sub quibus unda latens properantibus incita ventis,
Quos vicibus crebris juvenum labor haud ſibi diſcors,
Hinc atque hinc animæque agitant.

Hymnus, dicitur ab ὑμνῶ, quod eſt *Cano, Celebro*. Non antiquitùs modo, ſed etiamnum canticum eſt Dei duntaxat, & Cœlitum laudes continens. Juxta hanc notionem vide plura de Hymno apud Macros Fratres. Pindarus tamen Pyth. Ode 2., præmia fortium hymnos appellans, oſtendit hoc genere canticorum Heroas etiam, & Viros prælio illuſtres fuiſſe decoratos. Addo ipſi Deo & Cœlitibus lucubratis hymnis multa militaria contineri, ut clarè cognoſcitur in cantico Moyſis. Judas Machab. 2. 12. Hymnis hoſtem fugat. *Cum Hymnis clamorem extollens fugam Gorgiæ militibus incuſſit.*

Hyperaſpistes. Latinè propugnator & quaſi ſcuto protegens: ἀσπὶς enim Græcis ſcutum eſt. Hieronym. in Præfat. *Cum Ariſteus ejuſdem Ptolemæi Hyperaſpiſtes & Joſephus nihil tale retulerint.* Hac eadem voce libros ſuos adversùs Lutherum inſcripſit Eraſmus.

Hypomochlion. Cylinder eſt, ſive quodcumque fulcimentum, quod vecti ad onera dimovenda & levanda ſupponitur. De hujus inſtrumenti efficacia prolixè agunt Ariſtot. in Mechan. quæſt. 3. & Vitruv. lib. 10. cap. 8. *Sottoleva.*

I

D. JACOBI MILITIA. Sacer ordo militaris ſummæ celebritatis. Produit in Hiſpania per occaſionem peregre accedentium ad D. Jacobi Apoſtoli Sepulcrum. Cum enim Maurorum incurſionibus itinera, cæteroqui aſpera, infeſtarentur, actique in captivitatem nunciarentur multi mortales, D. Eligii Canonici ſecuritati publicæ proſpicere ſatagentes, multis per eam regionem excitatis atque diſpoſitis domiciliis peregrinos excipiebant. In humani piique ſocietatem conſilii venere præcipuæ nobilitatis viri, coactiſque in commune privatia opibus, tum largiores in dies cenſus nacti, cum ex omni parte affluerent, qui ſodalitio nomina darent, legatos ad Alaxandrum Pontificem miſerunt, ut quam erant amplexi vitæ normam ex regula S. Auguſtini, S. Eligii Canonicis præſcripta, Pontificio diplomate confirmaret. Id aſſequuti, & mirum in modum opibus, vectigalibus oppidiſque traditis aucti, eximiæ pietatis exemplis, magnifque in rem Chriſtianam promeritis, partam à majoribus gloriam novis per omne tempus incrementis amplificarunt. Vide Marian. l. 11. c. 13.

JACTANTIA MILITARIS. Vide *Timor*.

JACTANTIOR QUAM PELEUS IN SUA MACHÆRA. Zenodotus refert, Pindarum & Anacreontem hujus adagii mentionem facere. Congruit iis, qui ſibi in re quapiam arroganter placent & inſoleſcunt. Ajunt autem, Machæram à Vulcano conſtructam, & Peleo dono traditam fuiſſe. Cum verò eo inſtrumento utenti Peleo omnia in dimicationibus ad votum fluerent, Machæram illam ſuam onerare laudibus, ac præſeferre jactanter cum ſociis non ceſſabat.

JACTATORIUM. Recenſetur inter bellicas machinas lithobolas, ſive petrarias à Galberto in vita Caroli Comitis Flandriæ: *Arietes, ſues, Jactatoria--quibus muros deſtruere ſolent*.

JACULUM, i. A jaciendo dicitur. Indigitamus autem hoc nomine quidquid manu jacitur, ſive totum emittatur, ut lapis, pilum, ſudes; nam his non ſolùm manu prenſis atque retentis, verùm etiam projectis Veteres prœliabantur: ſive aliquid retineatur, ut amentum in haſta amentata, ſive demum inſtrumentum ipſum jaciendi retrahatur, ut funda, arcus, in noſtris verò armis pulverariis omnis generis fiſtulæ, ſclopique. Quidquid demum ampliſſimo vocabulo dicimus miſſile, jaculum eſt, quia mittitur, vel projicitur. Licet autem nonnulli diſtinxerint inter jacula & ſagittas, adhuc tamen ſagittas liquet genus jaculi Antiquis fuiſſe, imò ſagittam ipſam jaculum appellatum. Horat. lib. 1. Od. 8.

ſæpe diſco
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.

Ubi apertè Poeta loquitur de certaminibus ludicris & gymnicis, in quibus liquet adnumeratam fuiſſe exercitationem decertandi ſagittis ad ſcopum propoſitum, ut dicemus in voce *Sagitta*. Jaculatio proinde non minus ab Athletica, quàm à bellica arte admiſſa eſt, locumque habuit in medicina gymnaſtica, quoniam ad artus explicandos, & confirmandos lacertos non mediocriter proficeret. Sed quoniam jaculorum, ſive miſſilium infinita ſunt genera, de ſingulis in propriis Titulis erit à te quæritandum. Subiicio hic tantummodo novum & prodigio ſimile jaculi genus, quo legimus ſe ipſos nonnullos immiſiſſe pro jaculo, aut immittere, ſeu torquere cupiviſſe. Votum id fuit Tyrrheni, Romani militis apud Lucanum lib. 3.

ſtat lumine rapto
Attonitus. mortiſque illas putat eſſe tenebras.
At poſtquam membris ſenſit conſtare vigorem,
Vos, ait, o ſocii, ſicut tormenta ſoletis,
Me quoque mittendis rectum componite telis.

Ejuſdem notæ eſt illa Phlegræ, ſive Terræ Matris adhortatio ad filios contra Jovem prœliaturos apud Claudian. Gigant.

defendite matrem,
Sunt freta, ſunt montes, noſtris ne parcite membris:
In Jovis exitium telum non eſſe recuſo.

Subolfacias ſimile quidpiam apud Horatium lib. 1. Od. 19., ubi ita ſcribit de Venere.

In me tota ruens Venus
Cyprum deſeruit.

Sed nihil expreſſiùs aut venuſtius in hoc genere, quàm quod Anacreon Od. 14. ſcripſit de Cupidine. Poeta poſtquam ſagittas ſuas omnes adverſùs ſe conſumpſiſſe cæcum puerum ennarravit, ſubdit ſe ipſum poſtremò vibraſſe pro jaculo:

Libet libet jam amare.
Cupido me monebat
Ut amator eſſe vellem:
At ego inſciens monenti
Parere negligebam.
Mox ergo ſumpſit arcum
Et auream pharetram,
Me prœlio laceſſens.
Ego verò ut olim Achilles,
Lorica amictus, atque
Scuto minax & haſta,
Cum amore prœliabar.

Ja-

Jaciebat ille tela ,
Vertebam at ipſe terga .
Tandemque miſſili omni
Quum deſtitutus eſſet ,
Ira æxtuans jacit ſe
In me , velut ſagittam :
Penetrans & in cor uſque
Medium , reſolvit artus .
Scutum ergo nil juvat me :
Nam cur petamur extra ,
Quum prælium ſit intus ?

Suaviſſimi Poetæ pulcherrimam cantiunculam nos cum cæteris recantavimus , & ad ſententiam honeſtiorem convertimus , poeticè explanantes verba illa Joann. 13. *Cum dilexiſſet ſuos , qui erant in mundo , in ſinem dilexit eos* . Eam oden tuo hic , lector , judicio ſponte ſubmitto :

Compellat ut rebellem
Amare te ſuperum
Amor , ferire doctoe
Ubique tendit arcus .
Si fixa cernis alto
Coruſca ſigna cælo ,
Stellante torquet ille
Ignita tela cælo .
Si picta flore tellus
Te pellicit rapitque ,
Occulta deliteſcene
Poſt ceſpites roſarum ,
Intorquet ille tela :
Si fontis unda leni
Tibi deſilit ſuſurro ,
Ne fide ; certiores
Nam vibrat inde flammas :
E montium nivoſa
Cervice , vallibuſque
Petit ille te ſupinis .
Venator impeditos
Si figis ære cervos ,
Per luſtra , perque ſaltus
Te quæritat , premitque .
Expanſa vela vaſto
Si nauta ſolvis alto ,
Non te ſequax ab omni
Ceſſat ferire fluctu .
Propiuſque poſſet ille
Ut te docere amorem ;
Humana membra , noſtræ
Subiit viceſque ſortis :
Docetque amare cæco
Te vagiens in antro ;
Docetque amare , tecto
Latere dum fabrili
Tot ſuſtinet per annos ,
Illum ſuprema demum
Cum jam maneret hora ;
Laceſſeretque duris
Acerba fata pœnis ,
Potentiore telo ,
Ut te feriret ; ipſe
Converſus in ſagittam ,
Tua corda , dulcis eſca ,
Tua corda , dulcis hauſtus ,
Pervadit , irrigatque .
Quo tela nunc repelles
Umbone , fortis extra ;
Si , cordis arce capta ,
Amor triumphat intus ?

Jaculi & amenti inventum Ætolo Martis filio attribuit Plinius . Artem verò ipſam jaculandi ab Hyſtrice nos accepiſſe , author eſt Claudianus :

Quod ſi omnis noſtræ paulatim induſtria vitæ
Fluxit ab exemplis ; quidquid procul appetit hoſtem ,
Hinc reor inventum , morem hinc traxiſſe Cydonas
Bellandi , Parthoſque retrò didiciſſe ferire ,
Prima ſagittiferæ pecudis documenta ſecutos .

Jaculo immisso fugsas : proverbialis eſt metaphora , cujus Ariſtoteles meminit , de iis , qui dicto convicio , ſe ſtatim ſubducunt , ne vel tueri dictum cogantur , vel mutuum recipere . Huic eſt ſimile , *Infixo aculeo fugere* .

Jaculo , as . Claudian.

latit jaculabat in arvis .

Et uſitatum quidem apud Antiquos fuiſſe hoc verbum actiuum colligitur ex Gellio , qui adhibet compoſitum *Ejaculo : Arionem cum fidibus & indumentis , cum quibus ſe in ſalum ejaculaverat , extitiſſe* . Sed tutiùs fuerit ſcribere

Jaculor , aris . Jaculum emitto vel coniicio . Liv. lib. 8. Bell. Punic. *Et cum in latus dextrum , quod petebat , Numidæ jacularentur &c.*

Jaculatio , onis . Hoc etiam nomen vel prætermiſſum video à Lexicariis , vel indicatum ſine teſtimonio commodi Scriptoris . Senec. 2. quæſt. 12. *Illa--comminatio eſt & conatio ſine ictu : iſta jaculatio cum ictu* . Solin. cap. 33 . *Hyſtrix ſpinas--plerunque laxatas jaculatione emittit voluntaria* . Plin. lib. 3. Epiſt. 5. Inter libros avunculi ſui Plinii refert : *De jaculatione equeſtri unus* . Quintil. lib. 6. cap. 3. *Non in hac veluti jaculatione verborum* .

Jaculator , oris . Qui jaculum emittit. Horat. l. 3. Od. 4.

Enceladus jaculator audax .

Liv. l. 7. Bell. Punic. *Annibal turmatim per equites peditumque Jaculatores levia certamina ferens &c.*

Jaculatrix , icis . Quæ jaculum coniicit . Ovid. 5. Metam.

Pallada nonne vides , jaculatricemque Dianam?

Jaculatorius , a , um . Quod pertinet ad jaculum , vel jaculationem, ut campus jaculatorius apud Ulpian. in L. item . Sed ſi ff. ad L. Aquil.

Jacio , is . Emitto , impello . Virgil. 5.

Sublataque procul dextra connixa coruſcat ,
Et jacit .

Jacto , as . Frequentativum à *jacio* Virgil. Georg. 1.

Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem .

Jactito , as . Frequentatiuum à *jacto* . Liv. 7. *Ridicula intexta verſibus jactitare cœpit* .

Jactus , us . Jacendi actus . Virgil. Georg. 2.

ubi aera vincere ſummum
Arboris haud ullæ jactu potuere ſagittæ .

Jactatus , us . Idem . Ovid. Metam, 6.

quarum jactatibus omnie
Afflata eſt tellus .

Jactatio , onis . Livius 10. *Leviorem in navigatione , quàm in via jactationem vulneris fore* .

Janizeri . Vulgo *Gianizeri* . Turcici Imperatoris milites prætoriani, & lectiſſimi , utpote à pueritia nullis non exculti inſtructique militaribus exercitationibus . Voſſius id nominis trahit à Janua ; quoniam Aula Turcica dicitur *Porta* . Eandem alii etiam originem protulerunt , inter quos Junius ad Codinum pag. 247. *Janua verò , vel ſive ex Orientalium uſu dicitur metaphoricè quiſquis* *adi-*

Digitized by Google

aditum ad ſuperiorem præbet; quem Latinè cum Feſto admiſſivum, aut cum recentioribus admiſſionalem commode nuncupaveris. Chalcocondylas l. 1. de reb. Turcicis: *Othomanum Othopuli filium Othomanici generis principem, ſatellites ſibi adhibuiſſe, & allegiſſe, quos Janizaros, ideſt januas Regis, ſeu Principis appellaverit.* Verùm non de origine duntaxat hujus appellationis, ſed de univerſa etiam ratione, tyrocinio, & educatione Janizerorum audiendus eſt præ cæteris Lazarus Soranzus in Othomann. ſectione 20. part. 1. *I Gianizzeri dunque, come s'è detta, ſono i migliori ſoldati a piedi ch'abbio quell'Imperio. Queſti ſervono come facevano i ſoldati Pretoriani, ed i Momalucchi, alla cuſtodia del lor Signore, e come facevan quei valoroſi Giovani, che accompagnavano ſempre il Rè di Perſia; quali ſi chiamavano appunto* Janitores; *come dice l'Autor di quel libro, il cui Titolo è* de Mundo *trà l'opere d'Ariſtotele. E perciò forſe è piaciato ad alcuni, che i Gianizzeri ſian così detti dalla parola* Janua, *per alluder alla* Porta; *cioè alla Regia del Gran Turco. Mà invero che queſti tali ſi ſono ingannati; perciochè la porta* Capì *ſi dice in Turcheſco, e non* Janua; *onde il capo ſupremo de' Portieri vien chiamato da Turchi* Capizibaſſi. *La parola Gionizzero è compoſto di due voci Turcheſche,* Jegni zeri; *le quali ſignificano* nuova militia: *nuova detta, non già perche ſia ſtata introdotta nuovamente; conciosſia coſa che foſſe inſtituita fino da Oſmanne Gasì; altrimenti detta Ottomano, e rinovata, a pur migliorata ed ampliata da Amorato il primo, per conſiglia di Carà Ruſtem, tenuto allora da Turchi per uomo ſanto, mà perciochè i Gianizzeri ſono figli de Criſtiani; pigliati anco fanciulli da padri come per tributo, da miniſtri del Gran Signore, ogni cinque, o ſette anni, e talor anco più ſpeſſo occorendo, in età d'otta, e dieci, e fina a venti, e più anni: e poi, per lo più diſtribuiti trà Turchi nell' Anatolia; acciochè s'ammaeſtrino per tempo nella Legge Maomettana, ed apprendino i coſtumi e la lingua di quella nazione, e ſi aſſuefaccino alle fatiche, ed a diſagi.* Ut verò Janizerorum, & eorum educationis cumulatam notitiam habeas, accipe antiquiorem deſcriptionem ex Laonico Chalcocondyla lib. v. de reb. Turc. *Januæ autem ſic ſe habent. Pedites adſunt apud regem ſemper ſex mille, interdum decem mille. Ex his præſidiarios milites eligit, quos arcibus defenſandis imponit, & in eorum locum ſubrogat alios. Ad hunc autem modum Januæ milites ad regem conveniunt. Pueros quoſcunque poteſt acquirere, ubicunque terrarum captivos abductos, Turcis in Aſia in diſciplinam tradit, ut Turcicam linguam addiſcant: penes quos ſi manſerint duobus aut tribus annis linguam apprehendunt Turcicam. Ubi linguam didicerunt quantum ſatis eſt, ex eorum numero quos in diſciplinam dedit, bis mille, aut ter mille eligit, quos Callipolim perducit, navibuſque præficit, ut artem nauticam diſcant, tranſvehentes homines qui in Aſiam ex Europa iter inſtituunt. Quotannis ſinguli tunicam & gladium inſtar veru accipiunt. Haud multo tempore poſt citantur in regis Jannas, quibus rex ſuppeditat mercedem ſufficientem, ut hinc vivere poſſint: aliiſque ampliorem tribuit mercedem. Qui ſub decurionibus & quinquagenariis conſtituti, & in cohortes cuneoſque diſcreti, ſtipendia faciunt, manentque menſibus duobus in tentorio Decurionis. Hi tentoria ſua figunt, ut ſe mutuo contingant quam proximè apud regem. Intra hos nulli tendere tentorium licet, præterquam filiis regis. Inter hos ſunt theſauri regii, cubiculumque regium. Tentorium rubrum, quandoque duo, & aliquando tria regi ponuntur, quæ fiunt ex argilla rubea, & inaurantur. Sunt & alia tentoria regis intra peregrinos numero fermè quindecim. Extrà tendunt reliqui Januæ milites, Amurachorii, & pocillatores quos Sarapetarios vocant: Signiferi, quos Emuralamios nominant: Januarum judices, quos Bixorides appellant, & regis tabellarii. Hi omnes cum numero ſint plurimi, numerus tamen eorum augetur, cum accedunt miniſtri & famuli, quos habent complures. Illos quos modo diximus, ordine ſequuntur in Januis regis, Sylictorides circiter trecenti, qui ſunt equites ex peregrinis in iſtum ordinem allecti. Hos attingunt Caripedes peregrini, iſto nomine notati, quòd ab Aſia, Ægypto, & Africa in Januas veniant: & exercentes fortitudinem mirabilem, mercede à rege conducuntur, alius quidem majore, alius verò minore. His ordine proximi ſunt Alophatzides, qui mercenarii dicuntur, qui numero ſunt octingenti. Ab his tendunt Spachides, quorum cohors ducentos complectitur. Hi ſunt ducum & Principum filii, quos de ſuo cubiculo rex eiiciens, in iſtum militiæ ordinem mittit, & alios in ejectorum locum ſubſtituit. In hoc grege eos retinet, qui virorum bonorum & illuſtrium filii cenſentur. Hic eſt ut paucis dicam, Januarum ordo.* Accipe poſtremo quæ de eorum veſtitu & armis ſcribit Jovius Hiſt. lib. 14. *Janizari peculiari prærogativa, Exarcolam, hoc eſt, pileum album aurea anteriore faſcia, & criſtis inſignem acinaci impenetrabilem, demiſſaque per tergum lata cauda cervices munientem pro galea geſtant. Lunatoſque item calceos cæteris vetitos induunt. Arma eorum præter ſclopettos & arcus, quibus jam multò maxima eorum pars utitur, ſunt haſtæ Germanicis breviores, ferro lato, aut triangulari, aut fuſcinato, aut in romphæam adunco præfixæ. Præter hæc gladio incurvo parvaque ſecure, cum expedit, rem gerunt. Breviores togulas colore cyaneo, aut rubro, aut praſino ab anteriore fimbria in tergum redactas baltheis ſubcingunt, & terra marique omnium audaciſſimè & conſtantiſſimè pugnant. Ex hoc mirifico inveteratæ diſciplinæ genere, tanquam ducum & præfectorum ſeminario, plerique in alas prætorianas ad equum reſcribuntur, alii ad ſuperiores ordines traducti ad præfecturas ſcandunt, alii nulla ferè alia quàm teſtatæ virtutis commendatione Sanzachi, &, quod ſupremæ eorum fortunæ munus eſt, Bellerbechi & purpurati Baſſæ creantur.* Plane Janizari in exercitu Turcarum ſunt quod olim in Romano legiones erant; aliæ vere copiæ Romanorum Auxilia imitantur.

Jani portæ geminæ. Portæ erant templi, quod Jano condidit Romulus, compoſitâ inter ipſum & T. Tatium pace. Hæ adaperiebantur ſolemni ritu à Conſule, flagrante bello; eædem pace inita claudebantur. Virgil. lib. 7.

Sunt geminæ belli portæ, ſic nomine dicunt
Religione ſacræ, & ſævi formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri
Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Janus.
Has, ubi certa ſedet patribus ſententia pugnæ;
Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino

Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul:
Ipſe vocat pugnas, ſequitur tum cætera pubes.

Idem lib. 1,

diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ: furor impius intus
Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento.

A Numę Regno ad Auguſtum ter tantùm clauſum fuiſſe id templum dicitur: ab ipſo ſcilicet Numa, deinde à T. Manlio Torquato Conſule poſt primum bellum Punicum, denique ab Auguſto poſt confectum bellum Actiacum. Quartùm tamen ab eodem Auguſto clauſum eſt poſt Cantabricum bellum: quintùm ab eodem circa tempora Nativitatis D. N. J. C. ſextùm clauſum eſt à Nerone, ipſo & Valerio Meſſalla Conſulib., ſeptimum à Veſpaſiano, Conſulib. ipſo & Nerva. Sunt qui Neronem ſine cauſâ clauſiſſe Templum memorent. Ideò Tacito, & Oroſio ſextùm, non ſeptimùm clauſiſſe ponitur Veſpaſianus. Poſt Veſpaſiani tempora ſilent Hiſtoriæ de portis Jani; quamvis vetus illud inſtitutum ſub Chriſtianis etiam Cæſaribus viguiſſe teſtetur Ammianus l. 26. in Hiſt. Conſtantii. Adverte hìc, Glareanum falsò caſtigaſſe Svetonii locum in Vita Auguſti, ubi hęc habet: *Janum Quirinum ſemel atque iterum à condita Urbe ante memoriam ſuam clauſum, in multo breviori temporis ſpatio, tęrra marique pace parta, ter clauſit*. Ubi pro *ter clauſit* repoſuit *tertiò clauſit*, ut numerus reſpondeat templo Jani clauſo ab Urbe condita, non ab ipſo Auguſto. Semel autem clauſiſſe Auguſtum Templum illud putavit poſt Antonium ſuperatum. In eundem errorem inductus eſt Langius, qui retenta lectione Glareani expungenda putavit verba illa, *in multo breviori temporis ſpatio*, ut pote quæ nocerent Glareani ſententię. Allucinatum autem fuiſſe utrunque interpretem, retinendamque Svetonii lectionem de ter clauſo Jani Templo ab Auguſto, validè contendit Lipſius Elect. lib. 1. cap. 20. Lapſùs occaſio Glareano, Langio aliiſque fuit locus Livii lib. 1. *Bis deinde poſt Numæ tempora Janus clauſus fuit: ſemel T. Manlio Coſ., poſt Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod noſtræ ætati Dii dederunt ut videremus, poſt bellum Actiacum ab Imperatore Cæſare Auguſto, pace terrâ marique parta*. Atqui Livius Auguſti æqualis fuit, eodemque res gerente ſcripſit Hiſtoriam; ut facilę fuerit, quo iſta narrabat tempore, ſemel tantummodo Auguſtum Jani templum clauſiſſe. Cęterum ter obſeratas Jani portas fuiſſe ab Auguſto exploratiſſimum facit Oroſius lib. 6. ubi diſtinctè atque per partes clauſas eas primum notat poſt pugnam Actiacam, iterum devictis Cantabris, tertiò verò ſuperatis terra marique gentibus, & pace compoſita. Confirmat verò id etiam Oroſius ex quodam Taciti fragmento. Idem clare dę Cantabris tradit Dio lib. 33., & expreſſiùs teſtatur vetuſtus lapis Emeritæ in Hiſpania, qui ab eodem Lipſio adducitur in hæc verba:

IMP. CÆS. DIVI. F. AUGUSTUS. PONT. MAX. COS. XI. TRIBUNIC. POT. X. IMP. VIIII. ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO. TEMPLO. JANI. CLUSO.

2. Jani portas togæ ſuæ ſinu imitatus eſt Fabius, ut luculenter Florus exponit: *Tergiverſantibus Pœnis, Dux legationis, quæ, inquit, mora eſt? Fabius. In hoc ego ſinu bellum, pacemque porto! utrum eligitis? Succlamantibus Bellum: Bellum igitur, inquit, accipite, & excuſſo in mediam curiam togæ gremio, non ſine horrore, quaſi plane ſinu bellum ferret, effudit*. Quod à Romano Duce præclare factum dictumque, ut alia multa ex Antiquis, ſic reddidit Taſſus C. 2.

Così riſpoſe, e di pungente rabbia
La riſpoſta ad Argante il cor trafiſſe:
Nè'l celò già, mà con enfiate labbia
Si traſſe avanti il Capitano, e diſſe,
Chi la pace non vuol, la guerra s' habbia,
Che penuria già mai non fù di riſſe,
E ben la pace ricuſar tu moſtri,
Se non t'acqueti ai primi detti noſtri.
Indi il ſuo manto per lo lembo preſe
Curvollo, e fenne un ſeno, e'l ſeno ſporto
Così pur anco a ragionar ripreſe,
Via più che prima diſpettoſo, e torto.
O ſprezzator delle più dubbie impreſe,
E guerra, e pace in queſto ſen t'apporto;
Tua ſia l'elettione, hor ti conſiglia,
Senz'altro indugio, e qual più vuoi ti piglia.
L'atto fiero, e'l parlar tutti commoſſe
A chiamar guerra in un concorde grido,
Non attendendo, che riſpoſto foſſe
Dal magnanimo lor duce Goffrido.
Spiegò quel crudo il ſeno, e'l manto ſcoſſe,
Et a guerra mortal, diſſe, vi sfido.
E'l diſſe in atto sì feroce, & empio,
Che parve aprir di Giano il chiuſo tempio.

JANUS. Hic etiam inter alia, quæ de ipſo memorantur, bellorum potens eſt creditus. Eam ob cauſam Quirinus, quod etiam fuit poſtea Romuli cognomen, eſt appellatus ab haſta, quam Sabini Curin appellant. De ejuſdem templo bellorum tempore adaperto vide in dictione *Jani portæ geminæ*. Inter antiquos Romanorum Numina, quæ communia cum Græcorum Diis fuerę, ſolus Janus ignotus Græciæ extitit. Equidem nec Heſiodus in Theogonia, nec Appollodorus in bibliotheca Deorum, nec alii Græcæ gentis Mythologi Jani mentionem iniiciunt. Appoſitè proinde Ovid. 1. Faſt,

Quem tamen eſſe Deum te dicam Jane biformis?
Nam tibi par nullum Græcia Numen habet.

JANI, orum. Pro arcu triumphali. Memorantur à Svetonio in Domitiano cap. 13. *Janos, arcuſque cum quadrigis, & inſignibus triumphorum, tantos ac tot extruxit &c.* Nizolius accuratè quidem in Theſauro Linguæ Latinæ titulum exhibet *Jani*; ſed poſtea, neſcio quo pavore perculſus, ubi Svetonii verba adducit pro *Janos*, ſuſtituit *Januas*. Retinenda procul dubio eſt prior lectio, quam afferunt vetuſti codices & purgatiſſimi. Neminem fugit Januas à Jano dictas. Cic. 2. de Nat. Deor. *Perviæ tranſitiones, foreſque in liminibus profanarum ædium, Januæ vocantur*: à Jano ſcilicet. Conjunctim verò memorato in loco Svetonius Janos poſuit arcaſque triumphorum, ut enim optime notat Raderus in Martial. lib. 8. 61. arcus nihil erat aliud, quam ingens & arcuata porta, quam ſubibant Triumphantes: id enim intellexit præfatus Martialis indicato Epigrammate de arcu Domitiani:

Hæc eſt digna tuit, Germanice, porta triumphis.

JASON. Æſonis Theſſaliæ Regis, & Alcimedes filius: Paterno hujus regno inhians Pelias patruus juvenem laudis & gloriæ avidiſſimum ad aureum vel-

Digitized by Google

vellus apud Colchos aſſervatum, diripiendum exſtimulavit, confidens ſore ut Regno Theſſaliæ potiretur, Jaſone undis merſo, aut attrito cum navi à ſcopulis Cyaneis inter ſe concurrentibus. Ille verò hos ſuperandi modum edoctus à Rege Phineo, & egregiè communita navi, cum Græcæ Juventutis flore lectiſſimo ad Colchicam expeditionem profectus, tauros æripedes & draconem vigilem, Medeæ conſilio & ope, confecit, obtentoque aureo vellere ſoſpes in patriam cum ſociis revectus eſt. Viri fortiſſimi expeditionem Poetæ Græci Latinique ſummis certatim laudum præconiis extulerunt. Equidem non Ulyſſi duntaxat, verùm Theſeo, atque ipſi Herculi comparandus, qui mare, monſtrum violentiſſimum, imò monſtrorum ſeminarium, aggredi auſus eſt, illudque rudi & brevi ligno, & eo quidem glorioſiùs, ſuperavit. Verè Horatius ære triplici obarmatum eum cecinit,

Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos Acroceraunia.

Qui ſabularum involucris ſapientiæ arcana contineri contendunt, nec aliam fuiſſe eorum mentem, qui talia commenti ſunt, quàm ut naturæ & diſciplinarum ſecretis, quemadmodum Ægyptii Hieroglyphicis, ſic ipſi fabuloſis pigmentis velum obtenderent, Jaſonis expeditionem variè interpretantur. Sunt qui incertas navigationis vices ad vitæ pericula, tauros & draconem domitos ad ſubactas animi pravas affectiones, auratam pellem ad obtentam acquiſitione ſapientiæ animi tranquillitatem referunt. Fuere qui pro tot laboribus quæſito aureo vellere lapidem, quem Philoſophorum vocant, aut Volumen, quo certa ratio Chryſopejæ contineretur, intelligerent. Ovillas alii pelles exponunt, quibus incolæ exciperent fluvii patrii arenas aureas. Alii demum alio abeunt in explicatione ſpecioſiſſimæ expeditionis, qua mare primum laceſſitum eſt: nimirum ſabulam inaniore fabula explanantes, appingentesque rei falſæ longè abſurdiora gloſſemata. Vide Natal. Comit. Mythol. l. 6. cap. 8.

Ibis. Avis ex genere Ciconiarum: in Ægypto admodum frequens. Decertat cum alatis ſerpentibus, qui infeſtant itinera inter Arabiam & Ægyptum. Earum præſidio Moyſen incolumem copias duxiſſe ex Joſepho tradit Valerianus. Adverte tamen, Lector, quod notarunt Scriptores alii, Joſephum Hiſtoricum popularibus ſuis, ac præſertim Ducibus Hebræorum blandiri pluſculum; multaque in eorum gratiam facta divinitus detorquere ad cauſas naturales, ut miraculorum fidem elevet apud lectores. Eadem avis ſigna militaria Ægyptiorum ornavit, ut indicavi in Tit. *Columba* pro Vexillo.

Ibyci equus. Populari ſermone ſic eos notamus, qui per ætatem vel aliud vitium minus idonei ſunt rebus arduis & laborioſis tractandis. Originem adagii refert Plato in Parmenide. Erat autem Ibycus amoribus addictus Poeta, idemque ætate confectus: Idem equum habebat, generoſum illum quidem, ſed multis exactis annis imparem bellicis aut ludicris certaminibus; dicere autem ſolebat Ibycus, equum domini ſimilem eſſe. Neſcio quid ſimile Horatius innuit Epiſt. 1. 1.

Solve ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Icere foedus. pro *conciliare fœdus*. Vide *Fœdus*.

Ichnographia, æ. Latinè reddas *Veſtigii deſcriptio*. Definitur à Vitruvio lib. 1. cap. 2. *Ichnographia eſt circini regulæque modicè continens uſus, ex qua capiuntur formarum in ſolis arearum deſcriptiones*. Planiùs & clariùs: Eſt veſtigium ſive delineatio futuri operis in plano. Fluxit vocabulum ab hominis veſtigio ad veſtigia ſeu delineationes ædificiorum in plano. Itali Græcanicæ vocis origini inſiſtentes appoſitè vocant *Pianta*. Huic futuræ conſtructionis deſcriptioni in plano tabulæ vel membranæ ſuccedit Orthographia, quæ ejuſdem faciem modicè depictam oſtendit. Poſtremo Scenographia non frontis ſolùm, ſed totius corporis ædificii imaginem, cum laterum abſcedentium adumbratione demonſtrat.

Ictus, us: pro acie militari. Rodericus Toletan. lib. 8. de Rebus Hiſpanis: *Exercitum ſuum diſpoſuit in totidem aciebus. Primos Ictus habuit Garcias Romerii: ſecundam aciem Eximinus Cornelii.*

Ictus: pro percuſſione: Vide *Vulnus*.

Idomeneus. Filius Deucalionis: Cretæ Rex. Ad bellum Trojanum profectus, oborta in reditu tempeſtate, immolaturum ſe Neptuno vovit quod ſibi primum occurriſſet. Cum de mactando filio, quem primùm obvium habuit, cogitaret, à ſuis pulſus devectuſque in Calabriam ibidem regnavit. Virgil. Æneid. 3.

Fama volat, pulſum regnis ceſſiſſe paternis
Idomenea Ducem, deſertaque litora Cretæ.

Atque iterum ibidem:

Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus.

Igniarium, ii, aliis Ignitabulum. Quælibet materia, ex qua ignis elicitur. Quoniam verò excitari is maxime ſolet ad omnis generis uſus percuſſione & colliſu chalybis ſiliciſque, idcirco chalybem præſertim illum, qui ſcintillas elicit, mox in fomite excipiendas, dicimus Igniarium. Plin. lib. 16. cap. 40. *Calidæ morus, laurus, hedera, & omnes, e quibus Igniaria fiunt*. Pars eſt Igniarium ſclopi tormentarii manualis, cujuſlibet magnitudinis; quo nimirum ſcilicem atterente, & eliciente ſcintillas, ignem flammamque concipit fornacula pulveraria. Italis *Acciajo, Acciainolo, Battifuoco, Focile*. Qui verò ejus generis ſclopis inſtructi militant, dicuntur hodie *Fucilieri*. Græcis Pyrites dicitur, vulgò *Petra focaria*. Iſidorus lib. 15. *Eſt alius Pyrites vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui ferro vel lapide percuſſus ſcintillas emittit, quæ excipiuntur ſulphure, vel aridis fungis, vel foliis, & dicto celerius præbent ignem. Hunc vulgus focacem petram vocat*. Vide *Pyrites*.

Ignifer, ri. Vetus eſt adagium ad indicandum omnes ad unum in prœlio cecidiſſe. *Ne Ignifer quidem reliquus eſt factus*. Ab hoc ſermone vulgato, cujus etiam meminit Euſtathius in Homeri Iliadem, coniieiunt nonnulli, vatem lauro coronatum copias præcedere conſueſſe, & quidem facem geſtantem, qua & alios concitaret ad pugnam, & ipſe eâ projectâ ejuſdem initium faceret; ſimili nempe ritu, quo moris fuiſſe apud Romanos haſtam proiicere ante conflictum, alibi obſervavimus. Et quidem de face ante dimicationem immiſſa apertum eſt teſtimonium Euripidis in Phœniſs.

Emiſſa fax fuit ſymbolum cruentæ pugnæ.

Ubi vetus ſcholiaſtes: *Veteres in bello utebantur*

Digitized by Google

Igniferis loco tibicinum. Meminit præterea Igniferi Sophocles in Antig. Eſt porrò locus Abdiæ Prophetæ, ubi in vulgata legitur: *Et non erunt reliquiæ domus Eſau*. Verùm Septuaginta: *Et non eris Ignifer domus Eſau*: quod ſic explicatur à Theodoreto apud Franciſcum Riberam, ut ſententia ſit; nullam ſuperfuturam vim aut fortitudinem, quæ ignis nomine ſæpius notatur: ſed clariùs & magis propriè S. Cyrillus apud de la Cerda ad illa Virgilii verba lib. 7.

hic torre armatus obuſto,

ita exponit: *Penitus itaque devorabuntur; ut in tota tribu ſive gente Ignifer unus inveniri nequeat*. Superiori adagio ſimile illud eſt: *Ne nuncius quidem ſuperfuit*. Nam cui parcitum velit hoſtilis ira, ſi ne illos quidem reveretur, quos ab omni injuria offenſaque omnium præſcriptiones gentium tuentur ac protegunt?

Ignifea, ri. Lapis Siliceus ad uſum fiſtulatorum. Vide *Pyrites*.

Ignis. Nihil igne præſtantius eſſe in rebus creatis, rationis & ſenſus expertibus, omnium conſentit annuitque memoria gentium. Ea cauſa meritò illum Veteres in divinitatis ſymbolum extulerunt. Deuter. 4. *Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt*. Ipſe porrò Divinus Spiritus eam formam amplexus illapſu ſuo terram fortunavit: Act. 2. *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum*. Allocuturus verò Moiſen Deus in Monte Sinai, ſignificandæ majeſtatis ergo, igneo turbine cacumen montis inſedit. Exod. 19. *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in Igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace; eratque mons omnis terribilis*. Quod in Sacris Hebræorum paginis myſterium erat & figurata adumbratio, nudo ſimplicique ſignificatu accipientes Chaldæi Ignem pro Deo cœperunt colere. Huc illuc autem curſitantes, Ignemque cum aliarum gentium Diis fictilibus, lapideis, & metallicis committentes, cum pateret omnia igne vinci corrumpique, facilè Perſas primum, tum finitimos alios populos pertraxerunt in ſui communionem erroris. Hinc ignis, Veſtæ, Laris, & Vulcani nomine, cultores invenit. Obſtiterunt tamen Ægyptii; ex quibus Canopi, apud eam gentem Dei habiti, Sacerdos quidam vaſerrimus hydriam aquæ percolandæ multis undique obſitam foraminibus, ſic aqua opplevit, ut cerâ prius foramina obleverit, & picturato inducto tectorio ſuperficiem exæquaverit. Fraude in hunc modum compoſita, ad Chaldæos ignem circumferentes hydriam attulit, quo præſenti experimento de Diis utriuſque gentis judicium caperetur. Vas aquarium igni impoſitum liqueſcere quidem primùm; ſed poſtquam impacta foraminibus cera diſſoluta eſt, exilientes nimirum cum impetu aquæ ſuppoſitum ignem confeſtim extinxerunt, non ſine irriſione & populari ludibrio Chaldæorum. Rem puerili nugamento & anili fabulæ nihil diſſimilem tradunt Ruffinus & Suidas, quorum teſtimonia refert Fortunius Licetus Gemm. Anul. cap. 73. apud quem vetuſtum quoque Schema exhibetur gemmæ anularis, ubi viſitur Canopus Deus ad formam hydriæ cum ſubjecto igne. Amplificat non parum dignitatem ignis munus Internuncii, quod inter homines ac Deos obtinere exiſtimatus eſt. In omnium fere gentium ſacrificiis igne inſtructæ aræ, eoque flagrante emiſſæ preces: quo creditum eo ſequeſtre & parario nos Cœlites alloqui. Invenit id fidem, quaſi utriuſque naturæ medius, craſſiori materiæ adhæreſcens, noſtrarum rerum eſſet conſcius; in ſublime verò ſemper elatus liberam nobis cum Cœlo commercii viam aperiret. Idcircò ſublunarem ignem Veteres referebant imagine ſenis baculo nitentis; quoniam nempe nutrimento indiget: nec, ut cœleſtis ille, ſuapte natura viget perennatque. Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 49. ut aſſerat fidem igni internuncio, & inferiora ſuperioribus concilianti, adducit Virgilii verba lib. 12.

Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit:
Tango aras, medioſque ignes, & Numina teſtor;

Ubi *medios ignes* refert ad hujus naturam & officium internuncii. Nihil neceſſe eſt uti verbis Virgilii, quæ planè nudèque ſunt accipienda de loco, quo ignis ibi erat ſitus; ut plane idem ſint hìc *ignes medii* quod ibidem ſuperiùs

In medioque focos, & Diis communibus aras:

ubi ſimplex eſt ſenſus, referendus, uti dicebam, ad locum, non ad naturam vel munus quodcumque myſticum & allegoricum ignis. Humanos itidem animos, quoniam eorum intelligentia ſupra noſtrum captum eſſet, ad ignis naturam accedere Philoſophi pronunciarunt. Ut enim ignis in imo craſſior, ubi fomentum accipit, in acutam deſinit & puriorem flammam; ſic anima, adjuncta corporis ſarcinæ, præclaris cogitationibus paulatim ab hujus concretione ſe eximit. Et quoniam inter humanas affectiones amor nobiliſſima habetur, ignem paſſim amorem nominant divinæ humanæque Litteræ. Ex divinis eligo oraculum ex Cant. 8. ubi de amore ſic legitur: *Lampades ejus lampades ignis atque flammarum: aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*. Apud profanos verò Scriptores nihil occurrit frequentius: ſubiicio illud ſolum ex Ovid. Metam. 14.

Nec medeare mihi, ſaneſque hæc vulnera mando:
Fineque nil opus eſt: partem ferat illa caloris.

Quod ita reddidit Petrarca,

Non prego io già, nè puote haver più luoco,
Che miſuratamente il mio cor arda;
Mà che ſua parte habbia coſtei del foco.

Sed obſervandus eſt ejuſdem Poetæ locus, ubi amorem ſuum, Lauræ pulchritudinem, & utriuſque poſt cineres gloriam eadem ignis appellatione ſic celebrat;

Ch'io veggio nel penſier, dolce mio foco,
Fredda una lingua, e duo begl'occhi chiuſi,
Rimaner dopo noi pien di faville.

2. Jam verò ignis vim incredibilem, præcipites impetus, ſummam celeritatem, ut nihil de Sole dicam, fonte ampliſſimo quoquo modo diffuſi ardoris & lucis, ut reticeam Palæſtinæ civitates cœleſtibus flammis abſumptas, & inde exortum commentum Phaetontis incendii; terra ipſa nimis facundè demonſtrat, in ſummis montium faſtigiis multiplici adaperto ore flammivomo, turbineos eructans flammarum globos, agroſque opulentiſſimos obſidens, æſtuoſa alluvione miſerrimè conſepultos. Quodſi vitæ civilis miniſteria & artes expenderis, quæcumque humanam ſocietatem, aut ad alimoniam fulciunt, aut ad ornatum expoliunt, illico deprehendes, rerum copiam, varieta-

tatem operum, omnium denique artium auxilia ignis vel maxime beneficio contineri atque procedere. Rem certe militarem nihil magis ſuſtentat, totque ac tam præclaria inventis magis magiſque ſpectabilem quotidie reddit. Non hic enumeraverim faces, phalaricas, cuniculos, ollas incendiarias, totque organa uſtoria, & multifariæ molitionis fulminantes tubos, de quibus per otium paſſim hic diſputant ſingulares Tituli: ſed neque res & ratio ſinunt inire calculum urbium flammis everſarum. Satis fuerit indicare urbem Trojam, Aſiatici caput Imperii, igne Græcorum ſolo æquatam & exciſam fuiſſe. Virgil. lib. 2. Æneid.

ferus omnia Juppiter Argos
Tranſtulit: incenſa Danai dominantur in urbe.
Arduus armatos mediis in mœnibus aſtans
Fundit equus, victorque Sinon incendia miſcet
Inſultans.

3. Ab ipſo exortu artis oppugnatoriæ militaris cognita utilitas & ratio habita pertractandi ignis, quantum conniti potuit imperitia temporum. Ad muros hoſticos comburendos vis lignorum interdum iiſdem fuit applicita, ut poſtea admoto igne, & flagrantibus ramalibus murus ipſe diffringeretur. Id in uſu quidem fuiſſe, ſed parum commodo eventu, tradit Hero de machinis bellicis lib. 6. per hæc verba: *Quidam verò juxtà lapideos muros ligna (ut mos erat) inferiori parti contigua, ad accendendos confringendoſque lapides, circumponebant. Verùm hæc operatio difficilis uſu, & quandoque fallax exiſtit: quia tum aqua deſuper infuſa ignem extinguit: tum debilior ad latus ipſius ignis latio fit, tanquam ea, quæ natura ſurſum tendit, ad actionemque potentior eſt: tum demum in ipſo flammæ impetu, qui introrsùm operantur, ſub teſtudine eſſe minimè poterunt, quandoquidem ſimul comburentur.*

4. Numeratur inter artes bellicas, flammis latè graſſantibus, agros incendere ad præcludendos hoſtibus commeatus. Integras porrò urbes nonnumquam ex Ducum imperio flamma corripuit & abſumpſit, ne, ſi nudatæ munimento aut præſidio eſſent, occupatæ ab hoſtibus nocendi anſam præberent. Factitatum id ſæpe legitur apud Hiſtoricos. Cæſar de Bell. Gall. lib. 7. *Oppidum, quod ab ſe teneri non poſſe judicabant, ne eſſet uſui Romanis, incenderant.* Apud eundem Cæſarem ibidem legitur, uno die viginti amplius urbes apud Bituriges Vercingentorigis imperio iniectis flammis deflagraſſe. Atrox quidem hoc & crudele ſecuritatis genus, quod tam ampla pernicie quæritur. Idem tamen ſæpe neceſſarium extrema calamitas fecit. Conſultiùs quippe reputatur ædificia dirui, vicos urbeſque apertas excindi, concremari corrumpique pecora & frumentum, & graviſſima alia perpeti, quàm propriis oculis contueri parentes, liberos, coniuges in ſervitutem abſtractos, oppidanos verò & præſidiarios ferro & igne confectos, viaſque & fora reſperſa ſanguine popularium.

5. Adverto hìc generatim, etiam apud Antiquos, ignem inter præcipua inſtrumenta fuiſſe habitum ad obſiſtendum oppugnatorum turribus, aggeribus, arietibus, aliiſque fulminalibus organis. Cæſar lib. 7. Comment. *Alii faces atque aridam materiam de muro in aggerem eminùs jaciebant.* Idem lib. 2. Bell. Civil. *Maſſilienſes portis ſe foras erumpunt, ſecundo magnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc ſic diſtulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, teſtudo, turris, tormentaque flammam conciperent, & prius hæc omnia conſumerentur, quàm quemadmodum accidiſſet, animadverti poſſet.* Lucanus verò vivis deſcribit coloribus hoſtium aggerem igne dejectum lib. 3.

Telum flamma fuit, rapienſque incendia ventus
Per Romana tulit celeri munimina curſu.
Nec quamvis viridi luctetur robore, lentas
Ignis agit vires: tædâ ſed raptus ab omni
Conſequitur nigri ſpatioſa volumina fumi.
Nec ſolùm ſilvas, ſed ſaxa ingentia ſolvit,
Et crudæ putri fluxerunt pulvere cautes.
Procubuit, majorque jacens apparuit agger.

Cum Romani Spartâ expugnatâ lætiores agerent, in caſtra ſecedere coacti ſunt ob ignem latè graſſantem, injectumque ex compoſito ad eoſdem deterrendos. Livius Dec. 4. lib. 4. *Nabis quidem, ut capta urbe trepidans, quanam ipſe evaderet, circumſpectabat. Pythagoras cùm ad cætera animo officioque ducis fungebatur: tum verò unus, ne caperetur urbs cauſa fuit. Succendi enim ædificia proxima muro juſſit, quæ cum momento temporis arſiſſent, ut adjuvantibus ignem, qui aliàs ad extinguendum opem ferre ſolent, ruere in Romanos tecta, nec tegularum modò fragmenta, ſed etiam ambuſta tigna ad armatos pervenire, & flamma latè fundi, fumus terrorem etiam majorem, quàm periculum facere. Itaque & qui extra urbem erant Romanorum, tum maxime impetus facientes receſſere à muro: & qui jam intraverant, ne incendio à tergo oriente intercluderentur à ſuis, receperunt ſeſe. Et Quintius poſteaquam quid rei eſſet, vidit, receptui canere juſſit. Ita jam à capta prope urbe revocati redierunt in caſtra.* Sed & iiſdem Romanis non levem terrorem incuſſit accepta ex igne calamitas apud Vejos, ut ſcribit idem Livius Dec. 1. l. 5. *Nam cum agger promotus ad urbem, vineæque tantùm non jam injunctæ mœnibus eſſent, dum opera interdiu fiunt intentiùs, quàm nocte cuſtodiuntur, patefacta repente porta, ingens multitudo facibus maxime armata ignes conjecit: horæque momento ſimul aggerem, ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hauſit: multique ibi mortales, nequicquam opem ferentes, ferro, ignique abſumpti ſunt.* Per eandem incendii vim minimum abfuit, quin Platæenſes à Peloponneſiacis expugnarentur. Thucyd. lib. 2. *Prius tamen igne tentandum rati, ſi poſſent machinas ingruente vento incendere. Omnia enim ſecum verſabant, ſiqua ratione rem ſine ſumptu & ſine obſidione conficerent. Allatos itaque materiæ faſces ab aggere in id foſſatum, quod ad murum prius interjacebat, conjiciunt; quo protinus, utpote à tanta hominum manu, impleto, proceſſerunt, quantum alterius urbis occupare è loco ſuperiore potuerant; injectoque igne cum ſulphure ac pice incenderunt materiam, unde tantum flammæ excitatum eſt, quantum nemo unquam ad tempus illud inſpexit. Hoc incendium cum ingens extitit, tum verò parum abfuit, quin oppidanos, qui alia mala effugerant, abſumeret, exiguo urbis tractu relicto, quo non pertingeret. Quod ſi ventus, ut hoſtes ſperaverant, commodiùs adfuiſſet, actum de illis erat.* Non abſimile per bellicam fraudem excitatum incendium à Romanis in obſidione Maſſadæ Palæſtinæ caſtro,

Digitized by Google

ſtro, contrariiſque ventis agitatum, primùm Romanis ipſis vehementer incommodum, poſtremò verò Judæos ingenti clade corripuit. Joſeph lib. 7. *Igne murum captum iri putans multas quidem ardentes faces militibus intrò jaculari præcepit. Murus autem, quippe magna ex parte lignis conſtructus, ignem cito comprehendit, & uſque ad imum ſui laxitate calefactus ingenti flamma colluxit. Incipiente quidem adhuc incendio, ſpirans Aquilo Romanis erat infeſtus; avertens enim deſuper flammam in eos abigebat, ut pene machinas jam conflagraturas pertimeſcerent. Deinde flatu mutato excitatus Auſter multa vi eam in murum repulit.* Satis hæc fuerit delibaſſe, cum refertæ ſint Hiſtoricorum paginæ ad ſatietatem Lectorum de incredibili vehementia uſuque ignis & incendiorum in agris devaſtandis & evertendis arcibus. Quodſi vetus militia tantopere valuit ignis violentiâ, quid erit exiſtimandum de uſu multimodo fiſtularum igneas pilas evomentium, & de validiſſimo adhibito pulvere tormentario ad perfringendos muros, & perniciem certiſſimam latè inferendam?

6. In immenſum aotem ſermo protraheretur, ſi vel levi calamo indicare aggrederer, quot quantoſque uſus in bello navali Ignis ſemper habuerit; quantique ſæpe potentiſſimis nationibus ſteterint amiſſiones magnarum claſſium propter incendiorum acerbitatem. Digniſſimum memoratu eſt omnes prorſus aoimos Carthaginienſibus concidiſſe, poſtquam in fœdere, quod cum Romanis ferierunt, graviſſimam conditionem illam accepere, ut inceodi ſinerent validiſſimam quingentarum navium claſſem. Id his verbis refertur à Livio Dec. 3. lib. 9. *Quingentas fuiſſe omnis generis, quæ remis agerentur, quidom tradunt. Quarum conſpectum repente incendium tam lugubre fuiſſe Pœnis, quàm ſi ipſa Carthago arderet.* Inventum poſtremo inprimis atrox ſævumque prodidit obſidio Oſtendana, ubi excogitata eſt ratio ignem veneno inficiendi. Angel. Galluc. de Belg. lib. 16. *Imo quaſi parum natura ſua noceret ignis confector & conſumptor omnium, addidere voracitati flammarum veneni malignitatem: ut non ſolum attactu corrumperent, ſed afflatu quoque ac fumo vertiginem aut morbum comitialem crearent; adeoque omnes ea peſte correpti, viribus ad ſe tuendum deſtituti, conciderent.* Populares parœmiæ ex igne ductæ illæ ſunt: *Ignem igni addere*: *Ignem gladio fodere*: quibus monemur, non eſſe malum malo addendum: ſed potius cedendum tempori, & blandis verbis commotos animos mitigandos. *Ignem diſſecare*: eſt operam perdere. Cui ſimilia ſunt: *Lapidem elixare*: *In ſaxis ſementem facere*. *Igni ferroque minari*: vulgato ſermone eſt exitium & extremam perniciem denunciare. Nam qui civiliter bellum adminiſtrant, abigere prædas, captivos facere, ſatis habent: a cædibus & incendiis abſtinent. Non ſemel Tullius hoc adagio utitur.

Ignis Auguralis. Vide *Ignis Veſtalis*.

Ignis Castrensis. Adhibebatur in Vigiliis: ex quo & vigiliarum numerus, & vigilum etiam alacritas dignoſcebatur. Hinc illud apud Tacitum 1. Annal. *Apud Romanos invalidi ignes*; quod ſumitur pro languidis & remiſſis Vigiliis. In eandem ſententiam Statios lib. 8.

Incertæque faces, & jam malè pervigil ignis.

Cui contrarium eſt, quod apud eundem Poetam legitur lib. 12.

Contractæque vices, & crebrior excubat ignis.

De iiſdem meminit etiam Propertius lib. 4.

Ignes caſtrorum, & Tatiæ Prætoria Turmæ.

Faces etiam exerebantur è feneſtris ſpecularum, ubi vigiles excubabant, oon ſolùm ad illuceodum, verùm ad danda indicia, utque ea loca accedentes poſſent cognoſcere. Certè varius facium uſus ad indicandum à Polybio memoratur. Cæſar autem: *Ignibus ſignificatione facta ex proximis caſtellis eò concurſum eſt.* Faces ejuſmodi ad hoſtiom adventum, vel aliquid ſimile indicandum è turribus, vel ſpeculis elatæ antiquiſſimi fuerunt inventi: eoque pro nunciis, aut litteris Græci præſertim oſi ſunt, ut fusè tradit Thucydides, & ejuſdem Hiſtorici Scholiaſtes. Eas faces ſic è feneſtris ſpecularum ſublatas exhibet Columna Trajani, quarum iconem proponit Lipſius lib. 5. de Milit. Rom. Dialog. 5. Dicebantur autem apud Græcos illæ faces Phrycti, de quibus hæc habet Svidas: *Phrycti, faces quædam è ligno factæ, quas ſuper muros ferentes ſignificabant vicinis aut ſociis, cum vident hoſtes adventantes. Atque etiam cum ſocios vel auxilium vident: ſed cum iſtos, geſtant faces quietas; cum hoſtes, quatiunt & movent.* Plinius iſtiuſmodi ſpeculares ſignificationes Sinoni in bello Trojano attribuit, qui facem ſuſtulerit ad Græcos advocandos, de qua re ſic cecinit Q. Calaber.

Tune Sino flagrantem faculam ſublime locavit,
Oſtendens Græcis ignis decus.

Græci verò Scriptores ſpecularium faciom inventum referunt ad Palamedem. Ignem etiam per noctem, fumum per diem, indicium habuiſſe caſtra Romana, tradit Vegetius per hæc verba: *ſi diviſæ ſint copiæ, per noctem flammis, per fumum die ſignificari ſociis.* Huc pertinet flammarum ſublatus ardor ex puppi Prætoriana Græcæ claſſis, qui ſignum fuit ſociis in equo Trojano deliteſcentibus ad exiliendum, urbemque vaſtandam atque incendendam. Virgil. lib. 2. Æneid.

Et jam Argiva phalanx inſtructis navibus ibat
A Tenedo tacitæ per amica ſilentia Lunæ,
Littora nota petens: flammas oum regia puppis
Extulerat.

Qood indicium explicans idem Poeta lib. 6. ab Helena manaſſe ſcribit.

Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ
His merſere malis: illa hæc monimenta reliquit.
Namque ut ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti: & nimium meminiſſe neceſſe eſt:
Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama, & armatum peditem gravis attulit alvo.
Illa chorum ſimulans, evantes orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipſa tenebat
Ingentem, & ſumma Danaos ex arce vocabat.

Sed geminatum plane fuit indicium illod ex igne, prolatumque ab Helena ſimul, & à Græcorum claſſiariis, ut difertè affirmat Tryphiodorus:

Ilicet Æacidæ juxta ſublime ſepulcrum
Exhibuit ſignum lucenti lampade Graiis
Æſonides, tacitu mouitque recurrere claſſe.
Pervigil ipſa etiam è celſo formoſa cubili,
Purpureo ſocios hortata eſt Tyndaris igni.

Inter artes ſolertium Imperatorum ſæpius fuiſſe

legi-

legitur celare caſtrenſes ignes, vel prohibere, quo tectiores eſſent inſidiæ, ac potiſſimum copiarum adventus. Cæſar de Bello Civil. 3. *Suoſque omnes caſtris continuit, ignesque fieri prohibuit, quo occultior eſſet ejus adventus*. Sunt denique ignes caſtrenſes lætitiæ iudices, utpote quibus felicium eventuum nuncii celebrari ſolent. De his alibi eſt dictum, ac præſertim in Titulo *Pyroboli*. Adſtrui verò ſolent ejuſmodi ignes ex leviori & temporaria materia, palea, ſtupa, ſarmentis. Itali vocant *Luminare*, *Falò*, a Græcorum φῶ, quod eſt *Luceo*. Joannes Villani l. 5. cap. 37. *I Ghibellini ne fecero feſta, e Falò*. Et lib. 9. cap. 126. *Laſciando i Falò, e le luminare acceſe nel campo*.

Ignis Græcus. Occulta variorum bituminum commixtione conficitur; eâque pollet efficacitate, ut omnia voraciſſimè vaſtans, adhærens verò tenaciſſimè, nullâ aquarum copiâ extiugui poſſit; imò harum profuſione vires ſumat, & incrementum. Zonaras Chr. 670. ſcribit inventum fuiſſe à Calliuico Græco, qui in ſubſidium Conſtantini Pogonati eodem Saraceuorum naves ſub ipſis aquis incenderit, perpaucis reliquis in fugam converſis. Soli ferè Orieutales populi eo uſi ſunt; nec unquam adduci potuerunt, ut peſtis conficiendæ rationem communicatam aliis vellent. Innotuit tamen poſtea etiam in occideute illud inventum, ut refert Luitprandus lib. 5. cap. 4., & alii Scriptores ejus temporis. Uſi ſunt ferè igne Græco populi Orientis adversùs exercitus & naves Chriſtianorum. De eodem hæc ſcribit Nicetas Choniates in Iſaacio: *Inlicitur ædificiis miſerorum, qui ad mare ſiti, ignis Græcus, quem tegentibus quibuſdam vaſis ſopitum habuerant. Is ſtatim more fulminis erupit & exiluit, & incendit quæcunque nactus eſt*. Vide Cangium ad Joinvillam pag. 71., & eundem in Gloſs. ex quo hęc tibi, ſtudioſe lector, carmina, ad ſublevandum lectionis tædium authore Florentino quodam monacho, repræſento.

Pereat ò utinam ignis hujus vena,
Non enim extinguitur aquâ, ſed arenâ,
Vixque vinum acidum arctat ejus fræna,
Et urinâ ſtringitur ejus vix habena.
Ignis hic conficitur tantum per paganos,
Ignis hic exterminat tantùm Chriſtianos:
Incantatus namque eſt per illos profanos:
Ab hoc perpetuò Chriſte libera nos.

In mari potiſſimum ad comburendas naves hujus erat uſus. Quomodo verò repertum ſit poſtea remedium adversùs eundem, ex arena, vel oleo, vel vino, vide apud Cangium locis adductis. De hoc nautici ignis miſſilis genere, cujus porrò impetu graviſſima ſaxa evibrabantur, hæc habet Lucas Pulci Ciriff. Calvan. Cant. 6.

Falcone haveva alle gagge ordinati
Più zolfi, e piombi, che non hà l'archimia,
Et ſaſſi, e dardi, e fuochi lavorati,
Ch'eron coſe mortal, più che Epidimia,
Et huomin di riſpetto deputati,
Che montavan là sù come una ſcimia;
E più che dieci mila il dì ne coſſe,
Et ſbrucava le carni inſino all' oſſe.
Erano i ſaſſi un zucchero candito,
Et cannella confetta i dardi, e i pali:
Si che chi era da queſti ferite,
Non biſognava alzar sù gl'orinali;
Vn balſamo parea l'olio bollito,
Che ne portava il moccol dagl' occhiali:
Et cener, e calcina di riſpetto
Era polver di duco, o violetto.
Per queſto Falcon molto s'avvantaggia,
Peroche i legni de pagan ſon baſſi
La maggior parte, e non havevon gaggia,
Si che Falcon li ſorbotta co ſaſſi;
Et triſto a quel, che ſua vivanda aſſaggia:
Che la bocca quel giorno coceraſſi,
Et ſaprà dir come ella ſtà di ſale:
Et così ſpeſſo un' huom per mille vale.

Vide *Naphtha*.

Ignis in galea. Illud etiam inventum, ciendo in hoſtes terrori, ut in galeis ignem flammamque bellatores geſtarent. Luculentum ejus rei exemplum exhibet Florus lib. 4. cap. 12. de Domitio Centurione per hæc verba: *Non minimùm terroris incuſſit Barbarie Domitius Centurio ſatis barbaræ, efficacis tamen apud pares homines ſtoliditatis, qui foculum gerens ſuper caſſidem, ſuſcitatam motu corporis flammam velut ardenti capite fundebat*. Nimirum, ut bene advertit Curtius, ſæpe accidit, *vanis & inanibus militem magis, quàm juſtis formidinis cauſis moveri*. Id tamen Gruterus non ita inuſitatum fuiſſe priſcis ſæculis tradit, ut barbaræ ſtoliditati adſcribendum fuerit a Floro. Certe Homerus Diomedis galeam flammas vomentem deſcribit. Homerum imitatus eſt Virgil. lib. 7., ubi de galea Turni ſic loquitur,

Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram
Suſtinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes:
Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.

Ignis missilis. Memoratur à Tacito, & aliis: quorum teſtimoniis à facibus diſtinguitur. Vide *Bolides*, *Ignis Græcus*, *Naves Incendiariæ*.

Ignis vestalis. Satis conſtat Veſtæ nomine Veteres Ignem coluiſſe. Ovid. Faſt. 4.

Ne tu aliud Veſtam, quàm vivam intellige flammam.

Peculiare hoc Trojanorum Numen fuit, unuſque ex Diis & Deabus penatibus fuiſſe creditur, quos Æneas poſt patriam, Deorum monitu reiictam Græcis victoribus, ſecum adduxit, longorum itinerum laborumque ſocios, novique & maximi in Italia condendi Imperii auſpices, ut expreſſe tradit Virgil. lib. 2. Æn.

Sic ait, & manibus vittas, Veſtamque potentem;
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Livius etiam non diſſimulat, ab Ænea, poſt bellum Trojanum, advectum in Italiam Ignem Veſtalem: eundem verò ſumma cuſtodia aſſervatum ab Albanis Regibus, tranſmiſſumque poſtea ad Romanos, tanquam firmiſſimum regni atque imperii propugnaculum. Et quidem quemadmodum Æneas pro aſſerendo, in communi patriæ excidio, Veſtali igne, ſummæ alacritatis conatus adversùs Græcos aggreſſores dimicans oſtendit; ad eum plaue modum, poſtquam appulit in Italiam, longa bellorum ſerie, eum retulit victoriæ ſuæ fructum, ut ab everſo Aſiatico Imperio, ad alterum in Italia conditum triumphalem ignem transferret. Rex Numa multis poſtea ceremoniis ejus ignis cultum propagavit apud poſteros: de quo ſic Plutarchus: *Traditur Numam cuſtodiæ cauſa perenni igne Veſtæ Templum cir-*

cum-

Digitized by Google

cumdediſſe : quod rotundum ab eo extructum eſt ; ut Univerſi figuram exprimeret. Idem Numa eidem cuſtodiendo Sacerdotes virgines, ſtipendio publico donatas, creavit. Alternatim illæ excubando, perpetuum ignem tuebantur. Nunquam ille ſine portento, aut incutienda calamitate publica, credebatur extingui. Et rarò quidem extinctus eſt. Accidiſſe id præſertim narratur paulo ante exorta bella civilia inter Cæſarem & Pompejum, quæ haud dubiè ab extincto igne præſignificata fuiſſe Roma credidit. Renovabatur autem ſolemni ritu Ignis Veſtalis, ut certiſſimum illud, quemadmodum opinabantur, ſecuritatis publicæ pignus, perpetuum ipſum, perpetuam imperii felicitatem ſponderet præſtaretque. Lucan. lib. 9.

Dii cinerum Phrygias colitis quicunque ruinas
Æneæque mei, quos nunc Lavinia ſedes
Servat & Alba Lares, & quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius.

Idem lib. 1. non obſcurum belli civilis præſagium ab eodem igne deſumpſit :

Veſtali raptus ab ara
Ignis, & oſtendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoque cacumine ſurgit,
Thebanos imitata rogos,

Ignitabulum, i. Non eſt materia arida ad excitandum ignem, ut exponi ſolet : ſed lignum duplex, quorum alterum levius & rarius ſubſternebatur, atque ab alio duriore, & in terebræ formam facto, tandiu perforabatur, donec excitato calore ignem eliceret. Id poſtea terebrâ ferreâ factum eſt, cujus inventionem ad Mercurium refert Homerus in ejus Hymno. Et hac quidem ratione Veſtales æternum ſervaſſe ignem, tradit Feſtus. Solinus cap. 18. ubi loquitur de Ortygia, quæ una eſt ex Cycladibus inſulis, quam ſcribit vocatam fuiſſe etiam à Græcis Pyrpilen, quoniam ibi primum inventa ſint Ignitabula : *Ortygia, quæ clariſſima in Cycladum numero multifariè traditur, nunc Aſteria à cultura Apollinis, nunc à venatibus Lagia, vel Cynetho : Pyrpile etiam, quoniam & Ignitabula ibi & ignis inventa ſunt*. Vide Salmaſium ad eum Solini locum, & apud nos *Pyrites*.

Ilarcha, vel Ilarchus. Equitum turmæ Præfectus : nam Græcis *ἴλη* eſt turma. Gloſſ.

Ilerda, æ. eſt nomen equæ apud Silium lib. 16.

Tum Lamus, & Sicoris proles pugnacis Ilerdæ.

Idem nomen eſt Urbis Hiſpaniæ Tarraconenſis, vulgò *Lerida*. Ad equam translatum reor nomen Civitatis, præcipue, cum alter ex equis Ilerdæ filiis, dicatur Sicoris, qui tamen ejuſdem Tarraconenſis Hiſpaniæ eſt fluvius.

Illic qui vir iners, qui strenuus, ipsa docet res. Recenſetur inter verſiculos proverbiales Homeri, & verba ſunt Idomenei Ducis Cretenſium; quibus docemur viri fortitudinem in diſcrimine & re difficili agnoſci.

Illuctor, aris, Luctor. Stat. lib. 4. Theb.

Et teneris meditans verba illuctantia labris.

Ilias malorum. Vetus dictum, quod a Cicerone uſurpatur Epiſt. ad Attic. *Tanta malorum impendet Ilias*. Adhibetur, cum infortunia magno numero, majori gravitate ingruunt. Tractum ab Iliade, Homeri Poemate, quo contexuntur res ad Ilium, ideſt ad Trojam geſtæ. Redundat autem Poema illud triſtiſſimis eventibus, qui multijuge argumentum dederunt Tragœdiarum Scriptoribus, ut ex Odyſſea ut plurimum Comicæ Fabulæ prodierunt. Simile eſt adagium : *Malorum Lerna*.

Imaginarii, &

Imaginiferi. Explicant horum munus verba Vegetii l. 2. c. 7. *Imaginarii, vel Imaginiferi, qui Imperatoris imagines ferunt*. Singularem illis honorem exhibitum docet Tacitus, qui ea ſigna Numina Legionum, & alibi bellorum Deos appellat. Ex Herodiano lib. 8. diſcimus revelli a ſignis eas imagines ſolitas, cum ad defectionem militum animi tenderent. Id ipſum tradit Tacitus l. 1. & 4. Hiſt. Nec præſentium duntaxat Imperatorum imagines erigi ſolitæ, ſed etiam virorum, qui Principum gratiâ potentes eſſent, licet procul a bellica adminiſtratione Romæ degerent ; ut fit manifeſtum ex verbis Svetonii in Tiberio : *Quædam munera Syriacis Legionibus dedit, quòd ſolæ nullam Sejani imaginem inter ſigna coluiſſent*. Cæſarum verò imagines etiam poſt obitum in acie circumferri ſolitas, ex Tacito, & Svetonio bene conjicit Steuvechius. Alexandri Macedonis non imaginem ſolùm, ſed etiam tabernaculum poſt ipſius mortem erectum in caſtris Plutarchus & Diodorus commemorant. Pertinere autem hoc Veteres arbitrabantur tum ad conciliandam Imperatoribus reverentiam ; tum ad virtutem extimulandam, tanquam, perpetuo operum teſte & judice, ſublato in ſignis Imperatore. Imago Druſi ſic elata recenſetur a Tacito : *Tua, Dive Auguſte, cælo recepta mens, tua pater Druſe, imago*. Promiſcuè verò de imaginibus Cæſarum Svetonius in Caligula cap. 14. *Artabanus tranſgreſſus Euphratem aquilas & ſigna Romana, Cæſarumque imagines adoravit*. Idem compertum eſt apud Arrianum : *Signa ſelecti exercitus aquilæ, imagines Principum, vexilla, omnia aurea, extenſa in haſtis argentatis*. Nec diſſidet Encomiaſtes Maximiani : *Demens qui neſciebat, quocumque fugeret, ubique numina veſtræ divinitatis eſſe, ubi vultus veſtri, ubi ſigna coluntur*. Clariſſimè demum Vegetius lib. 2. cap. 6. *Prima cohors Imagines Imperatorum, ideſt divina & præſentia ſigna veneratur*. Neque verò in caſtris ſolum & bello eum honorem cultumque Cæſarum vel magnorum Ducum imaginibus Veteres impertiebant. Ex Appiano, & Svetonio conſtat Romæ etiam hujuſmodi effigies erectas, circumlataſque. Quidquod in funerum ſolemnitate antiquo ritu circumvehebantur ? In publico etiam luctu deformabantur ejuſmodi imagines, tanquam præſentium ærumnarum conſcii eſſent Duces illi, qui multò ante diem obierant ſuum. Eadem ſigna vel imagines in lætis eventibus coronabant floribus, ac diebus præcipuè natalitiis, ſertis virentibus exornabant. Sed & longe maximus adhibitus honos eſt atrienſibus imaginibus quod perſpicue docet Juvenalis Satyr. 6. & 8.

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Majorum, & ſtantes in curribus Æmilianos ?

In navibus etiam ſublatas interdum fuiſſe imagines Cæſarum docet nummus M. Antonii, ubi Antonii caput in prora navis expreſſum eſt. Vide *Clypeus* 6.

Imbellia, æ. Rei militaris imperitia ; utque Feſtus loquitur inſcientia. Macrob. 2. Saturn. *Tunc*

Pæ-

Digitized by Google

Pœnus eludens ignaviam imbelliamque militum ejus pretioſè armatorum, planè, inquit, ſatis eſſe credo Romanis hæc, etiamſi avariſſimi ſint. Gellius lib.5. cap.5. hæc ipſiſſima habet verba.

Imbellis, le. Ad bellum ineptus vel iners. Liv. lib.10. *Tamen, ne prorſus imbellem ageret annum, parva expeditio in Umbria facta eſt.*

Imbellus, a, um. Imbellis. Interpres Dictys Cret. lib. 2. *More ingenii humani, quod imbellum adverſùs dolores animi, & invidiæ plenum, anteiri ſe a meliore, haud facile patitur.*

Immortales. Vide *Athanati*.

Immunio, is. Munio. Tacit. Annal. 11. *Ne juſſa exuerent, præſidium immunivit.* Immunitus tamen contrariam ſignificationem habet. Liv. 2. Bell. Pun. *Edictoque propoſito, ut quibus oppida caſtellaque immunita eſſent, in loca tuta commigrarent.*

Immunitus. Vide *Immunio*.

Immunes milites. Opponuntur munificibus; iique ſic appellantur, qui a muniia & ſervilibus vacant operibus. Ex quo immunis pro otioſo & aſymbolo ſæpe ſumitur. Virg. lib.4. Geor.

Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus.

Immunes apud Romanos Veterani erant præcipue, & Evocati, qui cum ſponte militarent, nulla ſervilium munerum neceſſitate adſtringebantur. Tacit. 1. Annal. *Cæterorum immunes erant, niſi propulſandi hoſtis.* Vide *Vacatio*.

Impedimenta. Dicuntur in exercitu ſarcinæ, genus omne carrorum, annona militaris, & demum quicquid in expeditione bellica neceſſarium habetur. Jumenta ipſa inter impedimenta recenſet Frontinus in Stratag., ubi ſcribit, in Hiſpania a Petrejo Pompeii legato, in magna aquarum & pabuli inopia, Impedimenta fuiſſe interfecta. Quod ſi beſtiæ vectariæ Impedimentorum partem occupant, quidni etiam milites ipſi invalidi, aut vulneribus affecti; ſervi etiam militares inferioris notæ, cujuſmodi ſunt carrucarii, clitellarii, aliique hujus generis? Nec non inter impedimenta, meo judicio, recenſenda veniunt ſcorta militaria, lupæque tribulares; quæ à voce Italica *Bagaglie*, dicuntur *Bagaſcie*, quemadmodum ſervi ipſi militares relicti ad ſupellectilem bellicam aſſervandam ab eadem voce *Bagaglie* dicuntur Italicè *Bagai*, e *Bagaglioni*. Sed nos alibi fuſiùs de originatione vocis Italicæ *Bagaglie*. Cæterum Impedimenta dici ab *Impedio* & hoc porro verbum, quemadmodum *compedio*, & *præpedio*, fieri a pedibus, non eſt dubitandum. Cæſar 1. Bell.Gall. *Alteri ad impedimenta & carros ſuos ſe contulerunt.* Impedimenta autem commemoratæ dicuntur ſarcinæ, machinæ, & ſervitia, quoniam commeantem exercitum remorari ſolent, & tardiorem reddere progreſſum militarem. De ſingulis Impedimentorum generibus, item de loco, quem obtinere ſolent in acie, abundè dixi in Titulis *Agmen*, *Acies*, *Legio*.

Imperator. Cic. 4. Philipp. *Faciam igitur, ut Imperatores inſtructa acie ſolent, quanquam paratiſſimos milites ad præliandum videant, ut eos tamen adhortentur.* Prima radix hujus vocis a verbo *Paro*, quod eſt ordino, diſpono, *A*, quod ſæpe fit, in *E* mutata. Hinc Impero; ubi *In* non eſt, ut quidam putarunt, præverbium redundans; ſed vim habet injungendi, quod paratum, ordinatum, & diſpoſitum eſt. In quo Latini Græcos ſequuntur, quibus τάττω eſt ordino; ἐντάττω eſt rem ordinatam ſive paratam injungo, vel jubeo. Hinc habemus imperium: ex quo, ut Varro docet, Imperator. Ex antiqua conſuetudine ille ſolùm dicebatur Imperator, qui ſuis auſpiciis parta victoria, & aliquot hoſtium millibus cæſis, primùm acclamatione militum in caſtris, deinde in urbe ſententià Senatus, eo exornabatur nomine. Appianus ſua ætate nonniſi decem millibus occiſis acclamatum eſſe ſcribit. Conſequebantur Duces id nominis Inſigne, licet per Legatos aut Quæſtores rem ſeliciter gererent. Semel in quovis bello acclamabatur. Hinc primùm, iterum, tertiùm &c. Imperator; pro numero ſcilicet non tàm victoriarum, quàm variarum expeditionum militarium. Octavius viceſimùm Imperator fuiſſe traditur; idque de eo aliiſque nummi veteres clarè docent. Sicubi legitur, ſæpius quenquam uno bello Imperatorem dictum, quod a Dione de Claudio ſcribitur, id nimirum præter ordinem, ad ſingularis præſtantiæ teſtificationem fuit. Idem ſentiendum eſt de Antonio, qui Catilina victo interfectoque, eodem Dione teſte, dictus eſt Imperator, licet cæſi hoſtes numerum conſtitutum non adæquarent. Perpetuam Imperatoris appellationem a Senatu, ut memorat Svetonius, Julius Cæſar primus accepit. Immutata tunc Veterum conſuetudo; nec nomen, ut antea, Imperator, ſed prænomen eſſe cœpit. Prius enim, ut exemplo utar, dicebatur *M. Fabius Licinius Imperator*: poſtea inductum, ut diceretur. *Imperator C. Julius Cæſar*. Inde Imperatorium nomen adhæſit Cæſaribus, quod hodie quoque in Auſtriaca Familia, de Religione & Republica præclariſſimè ſemper meritâ, retinetur. Imperatorium proindè nomen duplici apud Romanos ſignificatione percrebuit. Appellati primùm Imperatores quicunque Duces exercituum, qui ſuis auſpiciis rem gererent, & jus haberent belli gerendi. Iterum eo nomine inſigniti, qui cum hoſtibus juſto prœlio congreſſi eoſdem viciſſent; inque ipſo loco profligati hoſtici exercitus, impetu quodam exultantis animi atque lætitiæ ſalutati a milite pronunciatique eſſent Imperatores. Cic. ad Attic. lib. 5. 20. *Magnum numerum hoſtium occidimus; caſtella munitiſſima cepimus, incendimus, Imperatores appellati ſumus.* Tacit. 3. Annal. *Tiberius id quoque Blæſo tribuit, ut Imperator a Legionibus ſalutaretur: priſco erga Duces honore, qui bene geſta Republica, gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur.* Idem ibidem. *Conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum, at tunc Tiberius Blæſo poſtremum.* Sic enim legit Lipſius ad eum Taciti locum, ut *poſtremum* ſit ultima vox periodi, non autem prima conſequentis, ut mendoſè alicubi legitur. Docemur ex Taciti verbis appellationem Imperatoris ſic a Tiberio fuiſſe conceſſam Blæſo, ut hic poſtremus fuerit ex privatis & ſubditis, qui eàdem frueretur. Ex commemorato diſcrimine Imperatorii nominis fas erit iterum intelligere, quamobrem in priſcis inſcriptionibus præponatur interdum nomen Imperator, quandoque verò ſubſequatur. Proinde cum leges: *Imper. Cæſ. Aug.*, ſcias præpoſitum ibi nomen *Imperator* accipiendum eſſe pro ſupremo legionum moderatore: cum autem leges *C. Cæſar Imp.* ſcias in fine appoſitum nomen *Imperator* ſumendum eſſe pro Duce victore, & Imperatoris nomine ab exercitu ſalutato. Iterum quod de certo cæſo-

Digitized by Google

rum hoſtium numero dictum eſt, qui ſufficeret ad obtinendum Imperatoris nomen, id ipſum ſcias non ſemper fuiſſe obſervatum. Exiſtimandum autem eſt non tam numeri, quàm hoſticæ virtutis, & nationum, quibuſcum bellum gereretur, fuiſſe habitam rationem. Nam ſi hoſtium peritia & robur excelleret, & cum gente admodum bellicoſa committi pugnam contingeret, Ciceronis calculo, mille vel duo millia hoſtium cæſa fatis fuiſſent. Sic enim ſcribit Philipp. 14. *An ſiquis Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine, quæ increbuit, Imperatorem appellaret Senatus?* Sed neque ratum habebant Imperatoris nomeo Duces victores, niſi illud a Senatu de Victoria per litteras certiore ſacto confirmaretur. Obſerva priſcos, ac præſertim Poetas, pro *Imperator* dixiſſe etiam *Induperator*, ut *Endogredi*, pro *ingredi*, quod metri gratia uſurpatum ab Ennio & Lucretio arriſit etiam Juvenali Sat. 4.

Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putemus
Induperatorem?

Vide *Dux*,

IMPERATRIX, icis. Cic. *Fortes viros ab Imperatrice in inſidiis, atque in præſidio balnearum locatos.*

IMPERO, as. Cic. pro leg. Manil. *Omnibus gentibus & nationibus terra marique imperare.* Et

IMPERITO, as. Frequentativum. Liv. lib. 7. *Qui Cære opulento tum oppido imperitans.* Italis *Imperiare*. Joannes Villani lib. 3. cap. 16. *Doppo il ſopradetto Ludovico, imperiò Lottieri dieci anni.*

IMPERATA, orum. Juſſum, mandatum. Imperata facere. Liv. *Qui cum in pace eſſet, Imperataque prioribus Conſulibus feciſſet.* Sed ſimplicius Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. *Facere imperata.* Imperata effecta reddere dicimus etiam eleganter ex Plauto.

IMPERATUS, us. Juſſus, imperata, imperium. Marcellin. lib. 31. *Richomeres imperatu ejuſdem Gratiani motus e Galliis properavit ad Thracias.*

IMPERATIVUS, a, um. Ut feriæ imperativæ. Macrob. 1, Sat. 16. *Imperativæ ſunt, quas Conſules vel Prætores pro arbitrio poteſtatis indicunt.*

IMPERIA, æ, ſeu potius EMPIRIA. Veget. 4. 41. *Hæc gubernatores ſe ſe ſcire profitentur, ſed eatenus, quatenus eos Imperiæ* (ſic enim omnino legendum & non *imperitię*, ut ſeuſus poſtulat) *uſus inſtruit, non altior doctrina firmavit.* Imperiam idiomate Gręco dixit experientiam militarem. Unum eſt ex ionumeris vocabulis, quę non recenſentur a Lexicariis.

IMPERIABILITER. Pro imperioſè. Ita Cato Senior ex Chariſio cap. de Adverbio: *Ubi Maximus nimis imperiabiliter*, hoc eſt, imperioſè & durè.

IMPERIUM, ii. Pro juſſu & actione imperantis. Liv. lib. 1. *Nec Imperium illud meum, ſed conſilium, & imperii ſimulatio fuit.* Hinc Formulæ: abnuere, detrectare imperium: ejurare imperium: capeſſere imperium. Item pro poteſtate & juriſdictione imperantis. Cic. de Leg. Agrar. *His inſignibus, atque inſulis Imperii venditis, quibus ornatam vobis Majores veſtri Rempublicam tradiderunt.* Hinc formulæ paſſim uſurpatæ, Imperium abrogare, amittere, ſociare, explere, perferre, proferre. Italis *Imperio*, *Imperiato*, Joannes Villani: *Il qual Carlo ben avventuroſamente tenne, e governò lo'mperiato di Ponente.* Comment. Dant. Inf. *Nacque a tempo di Giulia Ceſare, quaſi nel fine del ſuo Imperiato.*

IMPERIOSUS, a, um. Pro exercente imperium. Cic. in Orator. *Cognoſcat etiam rerum geſtarum, & memoriæ veteris ordinem, maximè ſcilicet noſtræ civitatis, ſed & Imperioſorum populorum, & Regum illuſtrium.* Ubi imperioſos populos dicit, apud quos diuturnum rerum imperium fuit. Item pro rigidè & ſeverè imperante, & quaſi oſtentatore potentiæ ſuæ; cujuſmodi fuit apud Livium Manlius ille, qui locum fecit proverbio: *Manliana Imperia*, quod a nobis eſt alibi explicatum. Cic. in Paradox. *Quid? Jam illa cupiditas honoris &c. quàm dura eſt domina! quam imperioſa! quam vehemens!*

IMPERIOSISSIMUS, a, um. Liv. lib. 9. *Imperioſiſſima & ſuperbiſſima familia.*

IMPERATORIUS, a, um. Quod ad Imperatorem pertinet: ut Jus, laus, labor Imperatorius. Cic. 3. Verr. *Quæ ſigna atque ornamenta ex urbe hoſtium virtute capta, belli lege, atque Imperatorio jure ſuſtulit.*

IMPERATORIE. Trebellius io Claudio: *Dumque ſe ad id bellum, quod confecit, Imperatoriè inſtruit.*

IMPERIALIS, le. Quod ad Imperium attinet. Capitolin. in Pertinace: *Imperium & omnia Imperialia ſic horruit, ut ſibi ſemper oſtenderet diſplicere.*

IMPERATORUM MULTITUDO CARIAM PERDIDIT. Adagium natum a Caribus, qui cum florentiſſimi eſſent populi, ſumptis armis per civilem ſeditionem ſe reſque ſuas in caſum dederunt. Admonemur, nihil eſſe pernicioſius, quam multos Duces uni Reipublicæ, vel exercitui præeſſe. Idem docuit Homerus, ubi Ulyſſes tumultuantes milites verbis illis compeſcit:

Multos imperitare malum eſt; Rex unicus eſto.

IMPLERE ARCUM. Formula militaris. Vide *Arcus*.

IMPRESSIO, onis. Nomen fere militare, pro impetu aſſultuque pugnantium. Hinc impreſſionem facere. Liv. Dec. 1. l. 2. *Poſtquam impreſſionem ſenſere ex adverſo factam.* Impreſſionem dare: Idem l. 4. *Redintegrato clamore dent impreſſionem.*

IMPRISA, æ. Pro militari expeditione. Charta apud Thuanum: *Multum nobis cederet ad honorem, ſi Impriſam, quæ, ſicut dicitur, adverſum vos & nos incæpta erat, diſrumpere poſſetis.* Erythræus originem vocis Italicæ *Impreſa* trahit ab impreſſione, quæ fit adverſùs hoſtes. Dicitur melius a prehendendo, vel apprehendendo.

IMPROPUGNATUS, a, um. Indefenſus. Marcell. l. 29. *Quod ſi contigiſſet, impropugnata civitas veniſſet in manus hoſtiles.* Et lib. 31. *Ut tanquam ſigna erecto occultiùs--civitas prorumperetur impropugnata.*

IMPUGNO, as. Oppugno. Plaut. in Milit. 5. *Adeum vineas pluteoſque agam. Res parata eſt, impugnandoque capere certa res eſt.* Livius etiam l. 3. ſcripſit *Impugnare tergà hoſtium.*

IMPUGNATIO, onis. Oppugnatio. Cic. ad Attic. l. 4. *Ipſe domum P. Syllæ pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumpſerat.*

IMPUGNATUS, a, um. Non eſt *victus*, ut exponitur à Nizolio; nam Veritas oppugnatur ſæpe, nec tamen vincitur. Scias *impugnatum* dici etiam de non oppugnato. Gellius: *Siquid in mala cauſa deſtitutum atque impugnatum relinquas.*

IMPULSO, as. Invado. Veget., lib. 3. cap. 6. *A lateribus quoque pari armatorum manu impedimenta claudenda ſunt: nam inſidiatores in alio loco impulſant, tranſverſo frequenter incurſu.*

IN ACIE NOVACULÆ. Parœmia militaris ad indicandum res iniquo loco poſitas, & prope conclamatas. Trahitur à dimicantibus, cum de ſumma re-

Digitized by Google

rerum agitur in ferri cuſpide; quemadmodum Theocritus habet in Dioſcuris;

Certa ſalus hominum jam ferri in cuſpide ſtantum.

Sunt qui deducant adagium à circulatoribus, qui vel per cuſpides gladiorum gradiuntur, vel enſes agili contactu manu verſant.

IN ARCTUM COGUNTUR COPIÆ. Proverbium militare: tractum ab exercitu iniquo loco concluſo, ita ut difficile admodum ſit effugere. Terent. in Heautontim. *In anguſtum oppido nunc meæ coguntur copiæ.* Uſurpatur ad ſignificandum ſtatum rerum prope conclamatum, & ad ultimas redactum anguſtias.

IN BELLO BIS PECCARE NON LICET. Vetus dictum, cujus author commemoratur Lamachus, qui cum increparet Ducem manipularem, quod ignavè ſe geſſiſſet in prœlio; Corrigam, reſpondit ille, id vitium alia dimicatione: cui Lamachus, Non licet, reſpondit, in bello bis peccare, ubi ſæpe primus error vita luitur. Præclare in hanc rem Vegetius illa habet ex Catone; *In aliis rebus ſiquid erratum eſt, poteſt poſtmodum corrigi, præliorum delicta emendationem non recipiunt, cum ſtatim pœna ſequatur errorem.*

IN CARE PERICULUM. Sermo origine militaris. Cum in re vel homine abjectæ conditionis ita periculum facimus, ut ſi res parum proſperè cedat, non multum diſpendii capiamus, *In Care periculum* facere dicimus. Scribit autem Svidas Cares primos mortalium ad militandum mercede conductos fuiſſe, ut qui propriam vitam viliſſimam ducerent. Eos verò qui conduxiſſent, primos in acie collocabant ad excipiendos recentes hoſtium impetus. Uſurpat hoc adagium Plato non uno in loco. Ejuſdem meminit Cicero pro L.Flacco: *Quid de tota Caria? nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt, ſiquid cum periculo experiri velis, in Caria potiſſimum eſſe faciendum?* Quem locum Tullii facilè vitiatum eſſe, & pro Caria *Care* eſſe reponendum, probè advertit Author Chiliadum.

IN BELLO MULTA INANIA. Parœmia militaris de pavore inani, cuique nulla ſubeſt cauſa; cujuſmodi ſolent multa in bello contingere, ubi per fraudem bellicam ad terrefaciendos hoſtes panici ſæpe terrores excitantur. Lacedæmonii non ſemel ea arte terrorem adverſis copiis incutiendo, victoria potiti ſunt. Curtius etiam lib. 7. ejuſdem artis meminit: *Ea res ſicuti pleraque belli vana & inania, barbaros ad deditionem traxit.*

IN PROCINCTU RES EST. Dicitur ad modum parœmiæ pro re expedita, & in promptu. A militibus, qui cingulo militari inſtructi, ad prœlium ſunt probè comparati. Utitur non ſemel Cicero hac formula. Tacit. Annal. 19. *In procinctu & caſtris habitos.* Ovid. 1. de Ponto:

Hæc in procinctu carmina facta leges.

INAUGURATIO IN MILITIAM EQUESTREM. Vide *Ordines Sacri Militiæ Equeſtris.*

INCASTELLO, as. Eſt munire ad modum caſtri, vel redigere ad formam caſtelli. Eccleſias incaſtellare olim ſolebant ad majorem cuſtodiam & tutamentum. Id tamen poſtea ſacris Conciliorum legibus vetitum. Otto Friſingenſis Chronic. lib.7. *Eccleſiam B. Petri incaſtellare ſacrilegè & profaniſſimè non metuunt.*

INCENDIUM, ii. Vide *Ignis.*

INCERTUM OPUS. In genere Architecturæ genus eſt, quo lapides & cæmenta, quaſi temere iniiciuntur. Hinc Incertum dicitur. Opponitur operi reticulato, quod conſtat certa connexione & ordine. Vide *Reticulatum opus.*

INCILIA. Ulp. *Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus quod incidatur. Inciditur enim lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi poſſit.* Profectò non inter poſtrema militiæ opera recenſeas ejuſmodi foſſas educere; quod minus incommodam reddit militum ac præſertim equitum tranſvectionem in trajectu fluminum. Id autem fit derivando aquas in plures & minutiores alveos, ut ſic vadari amnes tuto poſſint. Laborioſiſſimi operis fuit fluvium Rhenum ſic ſcindere prope Belgium, quod fecit Druſus; vocaturque nunc etiam is locus Foſſa Druſiana. Quod autem de Hercule memoratur congreſſum illum fuiſſe, ac demum ſuperaſſe fluvium Acheloum, nihil verò aliud id fuit, quàm intumeſcentem amnem, incoliſque ac viatoribus pernicioſum, in plures dividere alveos; ut facilè poſtea traiici potuerit. Hiſtoriam ſuo more Poetæ fabuloſis commentis corrupere, & ſub humana forma cum Hercule Acheloum decertaſſe concinunt. Vide Ovid. Metam. lib. 9. Ejuſmodi Incilia, Seneca Conciſuras dixit. Ulpianus verò alibi Græcis appellationibus Commata, & Diacopos nuncupavit. Faciunt autem illa etiam ad rem hortenſem, ubi in plures herbarias areolas agitur aqua ductilis, quæ primum in ampliori fonte diſſecta per terram ab utraque ſponda aggeſtam ad modum canalis ſic effluit, ut identidem ligone concidi poſſit, & aliò derivari.

INCITATUM, i. Famigeratiſſimum equi nomen. Quam inſanis illum honoribus affecerit Caligula, ſic meminit Svetonius in ejus vita: *Incitato equo, cujus cauſa pridie Circenſes, ne inquietaretur, viciniæ ſilentium per milites indicere ſolebat, præter equile marmoreum, & præſepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac monile e gemmis, domum etiam, & familiam, & ſupellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur: conſulatum quoque traditur deſtinaſſe.* De eodem equo ita ſcribit Dio lib. 59. *Quendam ſuorum equorum, Incitatum nomine, ad cœnam quoque adhibebat, & inauratum ei hordeum apponebat; & in poculis aureis vinum propinabat, ſalutem ejus, ac fortunam jurabat.* Nos etiam de eodem equo, cum illum ſibi Collegam in Conſulatu Cajus pronunciaret, ſic olim luſimus Epigr. l.2.

Olim ſi dura venit Dictator aratro;
E ſtabulo faſces nunc quoque Conſul habet:
Do Cajo veniam; non poſſum parcere Romæ:
Unum Cajus equum nom colit; iſta duos.

INCLINARE AD SCUTUM, VEL AD HASTAM. Locutio eſt militaris, uſurpata frequenter à Scriptoribus Græcis, præſertim à Diodoro, Xenophonte, & Polybio. Significat autem inclinare ad dexteram, vel ad ſiniſtram partem, deducta formula à ſcuto, quod ſiniſtrâ, & ab haſta, quæ dextra manu geſtatur.

INCOMMA, æ. Veget. l. 1. c. 5. hæc habet: *Proceritatem Tyronum ad incommam ſcio ſemper exactam.* In vulgatis codicibus pro *incommam* paſſim legitur, *a Conſule Mario*, quo nihil ineptius: aliqui Codices habent *commodam*, aliqui *quondam*; omnes depravate. Salmaſius ad Lamprid. ex vetuſtis optimæque fidei editionibus *incommam, incomam,* vel *encomam* meritò putat legendum. Eſt autem Incomma, ut notant Gloſſæ Iſidori, palus, ſeu

pertica menſuralis, ſex ferè pedes longa, ad quam Tyrones, vel qui ſponte ad militandum accedebant, admovebantur, ad examinandam juſtam ac legitimam corporis ſtaturam. Licet enim eximios aliquot bellatores exiguæ ſtaturæ fuiſſe conſtet, nt Homerus tradit de Tydeo, nihilominus nemo ignorat non ætate ſolum & viribus, ſed etiam proceritate æſtimari conſueviſſe Tyrones. Hinc apud Frontinum l. 4. c. 1. Pyrrhus delectnri ſuo dixiſſe legitur: *Tu grandes elige, ego fortes reddam*. Ex Græca origine Incomma palus eſt defixus terræ: arridet tamen magis aliud etymon ab inciſionibus, quas Græci commata appellant. Erat enim palus, inciſuris quibuſdam ſectus, qnaſi notis ad ſingulos pedes atque adeo uncias deſignandas; ut exactè ſciri poſſet, quot cuique pedes aut unciæ deeſſent, ad explendum legitimum ſtaturæ modum. Ex Galeno enim de oleariis menſuris, & aliis Authnribus conſtat, omnis generis menſuras ſic fere fuiſſe ſectas, ut ratio ponderum & dimenſionum exactiùs notaretur. Hinc etiam mihi licet coniicere, non caſtrenſem dntaxat menſuram fuiſſe incommam, ſed potius regulam ad multiplicem metiendi uſum idoneam, cujuſmodi ſunt apud Italos, quas appellamus *Mezza canna*; *Paſſetto*. Exponitur autem tanquam menſura ſolùm caſtrenſis, quia ejus notio ad nos pervenit à Vegetio in re militari. Eadem voce pro menſura militari uſus eſt S. Hieronymus ſub finem lib. 2. adverſus Jovinianum, contendentem unam juſtorum omnium in Cælo remunerationem eſſe; ut denarium unum in parabola Chriſti Domini acceperunt, tam qui ſummo mane, quam qui poſtrema hora diurna in vinea laborarunt. Adverſus quem ità ſcribit S. Doctnr: *Si tollis ordinem tabernaculi Templi, Eccleſiæ; ſi omnes, qui à dextris ſunt, unum, ut vulgò dicitur, oncoma ad militiam probat, nequaquam Epiſcopi, fruſtrà Præsbyteri, ſine cauſa Diaconi ſunt*. Sic enim Marianus Victorius in Scholiis eum locum reſtituit ex fide quinque MS. Vide diſſertationem de hoc S.Hieronymi loco in memoriis Trevoltianis.

Incursio, onis. Impetus conglobatorum militum, ad incendendos agros, vel quomodolibet infeſtandum hoſtem feſtinantium. Cæſ. Bell. Gall. 5. *Pinitimam partem Provinciæ incurſionibus vaſtari audiebat*. Levis plerunque armaturæ milites ad incurrendum eliguntur, utpote omnium expeditiſſimi. Expenditur etiam Genins gentis & ratio diſciplinæ. Sunt etenim nationes, quibus nonniſi incurſionibus conſtat bellandi modus. Tales olim Numidæ, Getæ, Sarmatæ: nunc accolæ minoris Scythiæ, ac fere extra Europam poſiti. Cavendæ in incurſionibus inſidiæ, quæ gravius nocent in leviùs armatos, defatigatos itineribus, & præda onuſtos. Ideo prætentandi primùm aditus ab exploratoribus, & tuta a tergo reliquenda confugia. Eò diligentinr cautio adhibenda eſt excurſoribus, quò ardentiùs dirlpiendi ſtudium & prædæ cupiditas eoſdem ſolet abripere. Nec metuendę ſolummodo hnſtium, ſed oppidanorum vel maximè collectæ manus, & ruſtici ſubſeſſores, quos annonæ amiſſione exaſperatos egeſtatis timor & deſperatio validiùs armat. Vide *Excurſor*. Italis *Correrie*, *Scorrerie*. Joann. Villani l. 8. *Sono uſi di fare aſſalti e correrie*. Guicciard. Hiſt. *Tumultuando già tutto 'l paeſe di Roma per le Scorrerie, che i Colonneſi facevano*.

Incursus, us. Idem. Cic. pro Cecinn. *Impetum armati Antiochi, cæterorumque tela & incurſus refugit*.

Incurso, as. Currendo & feſtinando impetere. Tacit. 19. *Nutantem aciem victor equitatus incurſat*.

Indago, aginis. Non fit ab *ago*, & *in* interpoſitâ *d* euphoniæ gratia, ut ſcribit Nizolius: ſed vel ab *ago* & *inde*, ut opinatur Scaliger de Cauſ. L. L. c. 32. quoniam venantes ex aliquo loco feras agunt, ideſt educunt: vel ab *ago* & *indu* pro *in*, ut Induperator, induciæ, & quædam ſimilia, ut arridet Voſſio. Vocem venatoriam, ac propterea rei bellicę affinem ſatis belle Scriptores aliquot adhibent militariter. Liv. l. 7. *Cum præmiſſus eques velut indagine diſſipatos Samnites ageret*. Ubi indaginem vocat armatos equites per intervalla diſpoſitos ad hoſtem intercludendum, quo modo Indagine, ideſt plagarum ſerie præcinguntur ſaltus, ut feræ capiantur. Lucanus etiam l. 6. indaginem appellat munitiunculas & aggeres perpetuos tutandis limitibus, vel caſtris: cujuſmodi opera dicit *Cordoni* recens militia. Verſus Lucani adſcribo:

pandit foſſas, turritaque ſummis
Diſponit caſtella jugis, magnoque receſſu
Amplexus fines, ſaltus, nemoroſaque teſqua,
Et ſilvas, vaſtaſque feras indagine claudit.

Indicere bellum. Res divina peragi juſſa a Conſulibus ex Senatuſconſulto, procuratio prodigiorum, ludi, & dona Cœlitibus promiſſa, diſceſſio Fecialium in fines hoſticos, haſta in eoſdem projecta, vel ad Columellam, quæ Bellica dicebatur, quique alii ritus & ceremoniæ in uſu erant apud Romanos, antequam bella ſuſciperentur, ea, inquam, omnia commemorata à nobis ſunt aliis in locis, cum ipſis Fecialium formulis, quibus res repetebantur, & bellum denunciabatur. Addendæ hìc Formulæ, quibus poſt ſacra peracta, & abſolutas ceremonias ex Veterum religione, imo potius ſuperſtitione, ab ipſo Senatu, & populo Romano indicebantur bella. Moris autem fuit, ut rogationem de ea re Senatus ferret ad Populum. Liv. lib. 31. *Ut is Conſul, cui Macedonia provincia eveniſſet, ad populum ferret, ut Philippo Regi Macedonum indiceretur bellum*. Idem lib. 36. *Patres rogationem ad populum ferri juſſerunt, vellent juberentne cum Antiocho Rege, quique ſectam ejus ſecuti eſſent, bellum iniri*. Et iterum lib. 42. *Patres, quod fauſtum felixque Populo Romano eſſet, Centuriatis Comitiis primo quoque die ferre ad populum Coſſ. juſſerunt, ut quod Perſeus Philippi filius Macedonum Rex, adversùs fœdus cum Patre Philippo ictum, & ſecum poſt mortem ejus renovatum, ſociis populi Romani arma intuliſſet, agros vaſtaſſet, urbeſque occupaſſet: quodque belli parandi adversùs P. R. conſilia iniſſet; arma, milites, claſſem, ejus rei cauſa comparaſſet, ut niſi de iis rebus ſatisfeciſſet, bellum cum eo iniretur*. Hanc rogationem ad populum ſequutum eſt Senatuſconſultum; *Ut cui Macedonia provincia obveniſſet, ut is Regem Perſea, quique ejus ſectam ſecuti eſſent, niſi Populo Romano ſatisfeciſſent, bello perſequeretur*. Rogare de bello populum ſolebant Romani priuſquam illud indicerent. Id autem certa quadam initiali fiebat Formula in hunc modum. Liv. lib. 21. *Vellent juberent populo Carthaginienſi bellum indici*. Et lib. 31. *Vel-*

lent

Digitized by Google

lent juberent Philippo Regi, Macedonibuſque, qui ſub regno ejus eſſent, ob injurias, armaque illata ſociis populi Romani, bellum indici. Et lib. 36. *Vellent juberent cum Antiocho Rege, quique ſectam ejus ſecuti eſſent, bellum iniri.*

2. Indicto autem bello proximum erat, ut quantis copiis, quot legionibus, quibus potiſſimum Ducibus uteretur, Senatus decerneret. Item, ſi opus eſſet, ſupplementa conſcribere, haberi novos delectus, Conſulibus, Prætoribus, aut eorum vicariis prioris anni imperium prorogare. Suppetunt ejus rei ubertim exempla apud Hiſtoricos. Satis fuerit unum, aut alterum ex Livio Senatuſconſultum indicaſſe, ut qua id formula ſanciri ſoleret, exhibeam. Sic autem Livius lib. 44. *Delectus cura Cn. Licinio Conſuli impoſita. Is ſeptem millia civium Romanorum, & equites cc. ſcribere juſſus, & ſociis nominis Latini ſeptem millia peditum imperare, cccc. equites: & Cn. Servilio Galliam obtinenti provinciam litteras mittere, ut ſexcentos equites conſcriberet. Hunc Exercitum ad Collegam primo quoque tempore mittere in Macedoniam juſſus.* Idem lib. 22. *Tum de bello, reque publica Dictator retulit: quibus, quotve legionibus victori hoſti obviam eundum eſſe Patres cenſerent. Decretum ut ab Cn. Servilio Conſule exercitum acciperet: ſcriberet præterea ex civibus, ſociiſque, quantum equitum, ac peditum videretur: cætera omnia faceret ageretque, ut è Republica duceret.*

3. Poſt bellum indictum delectumque ſubinde habitum, & factam armorum diſtributionem, ſacrificiis verò præcipue confectis, & auguriis captis, certus militibus indicebatur dies locuſque, quo convenirent. Eum porrò diem indicere ipſius erat Imperatoris, Conſulis nimirum, Dictatoris, vel Prætoris ad bellum profecturi. Liv. lib. 3. *Dictator cum Magiſtro equitum in concionem venit, juſtitium edicit, claudi tabernas tota urbe jubet, vetat quemquam privatæ quidquam rei agere, tum quicunque ætate militari eſſent, armati cum cibariis in dies quinque coctis, valliſque duodenis ante ſolis occaſum Martio in Campo adeſſent.* Et lib. 27. *L. Cornelius Conſul pro concione edixit, ut milites, quos ipſe in ſupplementum ſcripſiſſet, Idibus Quinctilibus Brunduſium convenirent.* Et iterum lib. 36. *M. Acilius Coſ. edixit, ut quos L. Quinctius milites conſcripſiſſet, & quos ſociis nominique Latino imperaſſet, quos ſecum in provinciam ire oporteret, Tribuni militum legionis primæ & tertiæ, uti omnes Brunduſium Idibus Maiis convenirent.* Et lib. 34. *Minutius Coſ. cui Ligures provincia obvenerat, ex authoritate patrum in roſtra adſcendit, & edixit, ut Legiones duæ Urbanæ, quæ ſuperiore anno conſcriptæ eſſent, poſt diem decimum Aretii adeſſent.*

Inducia, æ. Singulari numero Veteres hac voce fuiſſe uſos, apertum facit Gellius lib. 19. cap. 8. *Cur inducias & ceremonias Scriptores veteres nonnunquam ſingulari numero appellaverunt, ferias, & nundinas, & inferias, & exequias, nunquam?* &

Induciæ, arum. Pax brevis, ad certum tempus utrinque pacta: imò otium potius, quàm pax. Ideo ab otio dictæ, quaſi breve inde otium. Virgilius pacem ſequeſtram, Varro pacem paucorum dierum appellarunt. Sopita tunc magis odia, quàm extincta; acrius eruptura, ubi primum conſtituta ſpatia deſierint. Datas inducias, pacem negatam frequenter legimus apud Hiſtoricos. Abſolutis tamen induciis, iterum ſolemni ritu bellum indictum alicubi legitur apud Livium. Verùm id non fuit neceſſaria cautio; ſed ut expreſſius paterent juſtæ armorum cauſæ. Aulus Gellius lib. 1. cap. 25. non inſcitè oppugnat etymon Induciarum, a Varrone propoſitum per hæc verba: *Induciæ ſunt pax caſtrenſis paucorum dierum*: Et alibi: *Induciæ ſunt belli feriæ.* Adducit autem locum ex Quadrigario, ubi C. Pontius Dux Samnitium à Dictatore Romano poſtulavit Inducias ſex horarum. Ex quo Varronem redarguit, qui paucorum dierum dixit Inducias. Sed leviculum hoc Gellii acumen. Agnoſcit verò ipſe Gellius, fateturque, non iſthæc ſuperſtitiosè religioſèque definiri a Grammaticis. Affert verò idem poſtea aliam ejuſce vocis originem per hæc verba: *Inducias ſic dictas arbitramur, quaſi tu dicas Inde uti jam. Pactum induciarum hujuſmodi eſt, ut in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur: ſed ex eo die poſtea uti jam omnia belli jure agantur. Quod dicitur dies certus præfinitus, pactumque ſit, ut ante eum diem ne pugnetur, atque is dies ubi venit, inde uti jam pugnetur. Idcircò ex iis quibus dixi vocibus, quaſi per quendam coitum & copulam nomen Induciarum connexum eſt.* Hujus derivationis fides penes Gellium ſit.

2. Induciarum mentio non infrequens apud Hiſtoricos. Opulentiſſimum eſt Livii teſtimonium lib. 4. *Cum Vejentibus nuper acie dimicatum ad Nomentum & Fidenas fuerat, Induciæque inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant.* Idem lib. 23. *Hæc conſcripta conſignataque ſunt, & in duos menſes Induciæ factæ, donec Romam mitterentur legati, ut populus in has conditiones pacem juberet.* Illud, ut dixi, crebro uſuvenire contigit, ut hoſtibus pacem petentibus Induciæ duntaxat concederentur. Liv. lib. 1. *Subacti Vejentes pacem petitum Oratores Romam mittunt: agri parte mulctatis in centum annos Induciæ datæ.* Idem lib. 9. *A Peruſia, Cortona, & Aretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum erant, legati pacem petentes Inducias in triginta annos impetrarunt.* Quæ etiam verba demonſtrant non admodum aptè definiri Inducias otium, ſive ceſſationem ab armis pactitiam & brevem, horarum ſcilicet vel dierum paucorum; cum habeamus ex Livio in integrum ſolidumque ſæculi ambitum pactas inducias. Sic autem acies hoſticæ agebant Induciarum tempore, ut non ſolum ab injuriis & vi abſtinerent, verùm etiam mutuæ ſocietatis & benevolentiæ vinculo jungerentur. Et quidem contra Jus gentium delinquere credebantur, qui pactam ad tempus concordiam vel leviter violaſſent. Liv. lib. 40. *Omnes portas concionabundus ipſe Imperator circumiit, & quibuſcumque irritamentis poterat, iras militum acuebat, nunc fraudem hoſtium incuſans, qui pace petita, Induciis datis, per ipſum Induciarum tempus, contra Jus gentium ad caſtra oppugnanda veniſſent.* Quocirca non immeritò Cic. lib. 1. Offic. tanquam nimis callidum Juris interpretem eum notavit, qui noctu agros populabatur Induciarum tempore; eumque ea cauſa in crimen vocaretur; Quidni, reſpondit, id fieri per leges potuit, cum Induciæ in triginta dies pactæ fuerint? Induciarum itaque & ceſſationis pactitiæ tempore

re

Digitized by Google

re non injuriæ ſolummodo ſuſpendebantur ; verùm commercium quandoque & vitæ ſocietas promiſcuè inita ; commigratumque ultro citroque ſine offenſæ ſuſpicione , atque adeo permixti hoſtibus agebant uſu amicabili . Virgil. 11.

Bis ſenos pepigere dies ; & pace ſequeſtra
Per ſylvas Teucri , mixtique impunè Latini
Erravere jugis .

Ad quem locum Servius uſque adeo cuſtoditam à Priſcis illis induciarum fidem commemorat , ut inter Porſenam & Romanos induciis factis , cum ludi Circenſes in Urbe celebrarentur , Duces hoſtici non ſpectaculi duotaxat , verùm etiam certamiois participes eſſent , & victores coronarentur . Induciarum quoque tempore oefas eſſe ſubditos hoſtium deficientes admittere oſtendit Livius lib. 42. *Coronæi & Haliartii favore quodam inſito in reges , legotos in Macedoniam miſerunt præſidium petentes, quo ſe adversùs impotentem ſuperbiam Thebanorum tueri poſſint . Cui legationi reſponſum ab rege eſt , præſidium ſe ob inducias cum Romanis factas mittere non poſſe .* De conditionibus Induciarum multa accuratè tradit Grotius de Jur. Bell. l.3. c.21. Italis *Tregua* . Petrarca per uſurpationem dixit :

Non hò mai tregue di ſoſpir col ſole .

Vide *Tregua* .

INDUPERATOR . Vide *Imperator* .

INERMUS , a , um . Opponitur armato . Lucret. lib. 5.

Omnia cedebant armatis nuda & inerma .

Saluſt. in Jugurt. *Neque quenquam decere , qui manus armaverat, ab inermis pedibus auxilium petere .* Et

INERMIS , e . Liv. lib.2. *Ad hæc Albana pubes inermis ab armatis ſepta* . Præſtabilis eſt , & Romano cive digna , vox Camilli apud Livium : *Arma habemus, ſed adversùs armatos* . Et quidem omnes paulò cultiores gentes damnorum immunitatem indulſere inermibus . Nec verò pueri modò fœminæque eam impetrarunt , quas ſua ætas ſexuſque protegit , ſed marium quicunque inermes eſſent , modò nullo privato aut publico flagitio hoſtilem indignationem , aut æquam vindictam commererentur . Miniſtros inprimis , cultoreſque rerum ſacrarum à bellicis injuriis religio quædam ſemper exemit. Hinc cum omnis Græcia bello ſæviret , illibato otio Elæi , utpote Jovi ſacri , perfruebantur , ut legimus apud Strabonem . Eos etiam , qui ad Olympia , Nemea , Iſthmia , alioſque ſacros ludos certatum ibant , ſecuritatem & tutelam in publicis armorum incendiis habuiſſe , Thucydides memorat . Agricolas præterea , tanquam io commune utiles , omnium fere nationum hoſtilis ira præteriit . Suum quoque litteratis viris aſſertum otium Alexander Macedo oſtendit , qui expugnatis Thebis , cum omnia permiſiſſet iræ victorum militum , Pindari ſolùm vatis domum indemnem ſervari juſſit . Conſule Grotium de Jur. Bell. & Pac. l. 3. c. 11. Vide etiam , ſi libet , illuſtria quædam exempla hujus argumenti apud nos Oration.4. Tom. 2. Hujus loci eſt,quod Equeſtris militiæ lege præſcriptum nullo tempore violarunt bellatores optimi ; ut in privatis conflictibus impari armorum paratu dimicare refugerent . Quamobrem equites peditibus armatis obvii non prius pugnam capeſſebant , quàm ex equo deſilirent in pedes . Adverſus hoſtem vero nudo capite occurrentem , aut gladio ſcutove ſpoliatum , nonniſi projecto prius eoſe , dimiſſo clypeo , & caſſide depoſita , pugnæ exæquandæ cauſa , congrediebantur . Areoſtus Cant. 12. de Orlando :

Poi volto a Ferraù , diſſe : huom beſtiale ,
S'io non guardaſſi che ſenz'elmo ſei ,
Di quel ch'hai detto , s'hai ben detto o male ,
Senz' altra indugia accorger ti farei .
Diſſe il Spagnuol : di quel , ch'a me non cale ;
Perche pigliarne tu cura ti dei ?
Io ſol contro ambidui per far ſon buona
Quel , che dett' hò , ſenz'elmo , come ſono .
Deh (diſſe Orlando al Rè di Circaſſia)
In mio ſervigio a coſtui l'elmo preſta
Tanto , ch'io gl'habbia tratta la pazzia ,
Ch'altra non vidi mai ſimile a queſta .
Riſpoſe il Re : chi più pazzo ſaria ?
Mà ſe ti par pur la domanda boneſta ,
Preſtagli il tuo ; ch'io non ſarò men atta ,
Che tu ſia forſe , a caſtigare un matto ,

Et infra :

Nè da te voglio un minimo vantaggio .
Così dicendo l'elmo ſi diſciolſe ,
E lo ſoſpeſe a un ramoſcel di faggio .

Alamann. Gyr. Cort. lib.7.

e'l ſaggio Brun perfetto
Con la perſona pur piagata e ſtanca
Laſſa il deſtrier , dicendo : gran difetto ,
Poi ch'io veggio la parte verde e Bianca
Eſſer' a piè , farei ; s'a caval ſendo
Proponeſſi la guerra dove io intendo .

Et lib.9.

Poi gli dice : Io confeſſo , ò cavaliero ,
Che nel primo gioſtrar ſon da voi vinto ,
Perche avete caval del mio più fero ;
E con troppo furor nel corſo hà ſpinto :
Mà ſe ſete guerrier perfetto e vero ,
D'alto valor (come ſtimate) cinto ;
Diſcenderete ancor ſopra la ſtrada
Alla prova infallibil della ſpada .
Il buon Signor , che mena la donzella ;
Ch'è forſe de i miglior , che vada intorno ,
Volonteroſo ſcende delle ſella ,
E'l caval lega , ove l'adombra un orno .

Et lib. 10.

Pur temendo riſpoſi : ei ſia gran fallo ,
Se aſſalite uno a piè ſendo a cavallo .
Come , mi riſpoſe ei , penſate voi
Ch'alla cavalleria faccia tal torto ?
Montate pure , e vi avvedrete poi
Come quì reſterete o vinto , o morto .

Et lib. 11.

Dice orgoglioſo , che per ciò non cede ,
Infin che la ſua palma non rinova :
Che molti nel gioſtrar caddero a terra ,
Che con la ſpada poi vinſer la guerra .
Il che ritenterò quanto più poſſo .
Queſto accorda Gyron corteſemente ;
E'l dorſo del cavallo hà di ſe ſcoſſo ,
E l'attacca ove ſtia ſicuramente .

Et lib. 15.

Gyron , che diſarmata gl'hà la mano ,
Getta il ſuo ſcudo e quella aſſai lontano .

Io eaodem ſententiam Torquatus Taſſus Cant. 19.

Vede Tancredi , che 'l Pagan diſeſo
Non è di ſcudo ; e' l ſuo lontano ei gitta .

Idem Cant. 12.

Non vuol Tancredi , che Pedon veduto
Ha 'l ſuo nemico , uſar cavallo , e ſcende .

Ideo non immeritò de Cupidine Petrarca conque-

queritur, qui ne oſtenſo quidem arcu puellæ Lauræ, quæ contra ipſum omnibus honeſtatis armis eſſet inſtructiſſima, adversùs ſe atrociſſimo ſagittæ vulnere deſæviſſet:

Trovommi Amor del tutto diſarmato,
Et aperta la via per gl'occhi al core;
Che di lagrime ſon fatti uſcio e varco.
Però al mio parer, non li ſu honore
Ferir me di ſaetta in quello ſtato,
E a voi armata non moſtrar pur l'arco.

Et hæc quidem de æquanda pugna inter armatos; nam inermibus parcendum eſſe latè tradidi in Titulis *Benignitas*, *Religio*, *Juſtitia armorum*.

Inequito, as. Equito. Solin. cap. 45. *Crocodili victores ſuos inequitantes dorſo vehunt*.

Inequitabilis, le. Quod minime commodum eſt equiti, vel equitatui. Curt. lib. 8. *Imber violentiùs, quàm aliàs fuſus campos lubricos & inequitabiles fecerat*.

Inexpugnabilis, le. Quod expugnari non poteſt. Liv. lib. 31. *Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore*. Ovid. 4. Triſt.

Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis
Cor mihi.

Inexsuperabilis, le. Inſuperabilis. Liv. lib. 8. *Alpes inde oppoſitæ erant, quas inexuperabiles viſas haud equidem miror, nullâ dum viâ ſuperatas*.

Infamia, æ. Macula læſæ dignitatis, nota turpitudinis nomini inuſta, & quidem publicè ac diuturnè. Si juſta eſt infamia, non ea, ſed illius potius cauſa deflenda eſt. Supplicium illa eſt potius & pœna, quàm vitium. Imò quod eſt pœnæ proprium, ſæpe improbos corrigit, extimulatque ut levem maculam majoribus laudibus & promeritis vincant in poſtorum obliterentque. Multis brevis infamia magnæ fuit gloriæ ſtimulus & initium. Alcibiadem nequiores adoleſcentes ob oculos habeant, qui probra quædam pueritię expunxit exaggerata virtute, & præclarè factis in patriam. Quod ſi non flagitio, ſed caſu aliquo, vel iniquitate fortunæ colligatur infamia, levis illa eſt, nec admodum iniquo ferenda animo. Appius Claudius, pulcherrima amiſſa claſſe ſævitiâ tempeſtatis, cum multi ea cauſa ejus famam arroderent, indignationem verò ipſe popularem mortemque non poſſet effugere, ſubito coorto turbine feliciter evaſit. Abſolvit cœlum cui mare fuit infeſtum, & breve dedecus in immortalem gloriam vertit. Verum, quæ multorum eſt hominum iniquitas & importunitas, dolemus non ita raro, probitate & honeſtè factis infamiam conciliari. Nulla re magis, quàm invidia, & obtrectationis attritu ſplendeſcit abſoluta Virtus. Tu cave infamiæ nomine appelles ſiniſtros quoſdam rumores, convicia, & irriſionem veræ virtutis. Communem cum maximis viris fortem conqueri deſine. Fabium Maximum, Africanum, ac prope innumeros Græciæ Romanæque Reipublicæ Duces ad eximiam claritudinem non tam gloria militaris, quàm adverſæ improborum opiniones, æmulorum invidia, & injuriæ Civium extulerunt. Eo nomine longe majorem in modum in ſinu gaudeant exultentque, qui Chriſtianæ militiæ dederunt nomina. Annales Sacri, Faſtique omnes perpetua laudum commemoratione & immortalibus præconiis efferunt atque exornant, quos nulla non dedecorum labe & inquinamentis nequiſſimorum hominum improbitas aſperſit. Suo nempe ſuis militibus exemplo præfulſit cæleſtis ille Imperator Chriſtus Dominus, cujus nomen famamque ut violaret & obtereret, populi Judaici ſævitia cum Sacerdotum perfidia, horum impietas cum Præſidum odio & inſania conſpiravit. Quid autem tot actum machinis? Quid tot perditæ malignitatis commentis & fraudibus vicerunt? Certiſſimæ id fidei Scriptor prodidit. *Deus donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Ad hunc locum pertinent non ita paucæ militares pœnæ, quæ ſontibus inuruntur, ignominiæ atque dedecoris causâ; cujuſmodi ſunt abrogationes Magiſtratuum bellicorum, dejectio a gradibus, mutatio militiæ, atque his aliæ conſimiles, de quibus a nobis compoſitâ agetur operâ, ubi de pœnis militaribus redibit ſermo. Interim obſervo non privatos duntaxat milites, ſed integras quandoque legiones ignominioſis probris affectas; quorum præcipuum exiſtimatum eſt, cum eorum nomen aboleretur. De hujus pœnæ genere Frontin. lib. 4. *Nulliſque precibus legionis impetrari a M. Curione potuit, ne ſigna ejus ſubmitteret, nomenque uboleret; milites autem in ſupplementum cæterarum legionum diſtribueret*. Habemus etiam ex Dione lib. 54., ab Agrippa antiquatum fuiſſe & abolitum nomen Legionis Auguſtæ. Huc porrò pertinet exauthoratio, miſſio ignominioſa, ceſſatio ſtipendiorum, de quibus ſeparatim erit agendum.

Infanciones. A Scriptoribus Latinis ævi deterioris dicuntur inferioris ſubſelii nobiles apud Hiſpanos, & filii militum, qui per ætatem militari cingulo & appellatione militis donati non ſunt. Cenſentur eſſe, quos alio vocabulo Scriptores dicunt Hidalgos. Blanca in Comment. Rer. Aragon. *Militum vox & Infancionum id ſonat, ut priori equeſtris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari ſermone Cavalleros, poſteriori verò, quos vocare ſolemus Hijoſdalgo*. Et iterum: *Infanciones dicuntur non ſolum filii militum, quorum patres creati fuerunt milites in Aragonia, ſed etiam illi, quorum patres creati ſunt milites in alia Regno per alium Regem juxta Leges Provinciæ*. Hinc probare Infancioniam apud Hiſpanos erat, oſtendere nobilitatem. Vide plura de Infancionibus apud Cangium in Gloſs. & Additionibus.

Inferiæ. Vide *Captivi*.

Infidelitas. Vide *Fides*.

Informatio, onis. Pro rudi modulo ædificii, machinæ, & cujuslibet artefacti. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. *Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam Deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, hoc eſt, ante acceptam animo rei quandam informationem, ſine qua, nec intelligi quidquam, nec diſputari poſſit?*

Infrenati equi. Vide *Frenum*.

Infronto, as. Se ſe infrontare: opponere, quaſi frontem fronti opponere. Congredi. Iſidorus Pacenſis in Chronico: *Cum Conſule Franciæ viro belligero & rei militaris experto ſeſe infrontat*. Verbum Latinobar.

Infugo, as. Agere vel conjicere in fugam apud Latinobarbaros. Joannes Biclarienſis: *Claudius Dux vix cum trecentis viris ſexaginta millia fermè Francorum noſcitur infugaſſe*.

Infractus, a, um. Idem eſſe ac fractum, aut potius valde fractum, ex Cicerone & aliis non eſt dubium. Trahitur enim ab *Infringo*, quod eſt *frango*. Servius tamen ad illud Virgilii l. 12.

Tur-

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos
Defeciſſe videt,

Infractos exponit antea non fractos. *Quia*, inquit, *ſic major eſt ſenſus, quàm ſi valde fractos exponatur*. Miror Servium ab uſitatiſſima bujus vocis, imo perpetua acceptione Veterum voluiſſe deficere. Addo ſervatam vocis proprietatem mirè congruere ſententiæ illius loci: plane enim Virgilius & propriè innuit, adverſà pugnâ fractos ac debilitatos animos Latinorum. Neque obſtat locus Plinii adductus à Calepino: *Mares quammaxime ſimos, longis auriculis infractiſque, armis quam villoſiſſimis probant*. Ubi *infractas aures*, non erectas, ſed pendulas, & quaſi fractas intelligit Plinius.

Ingenium, ii. Quæ ſit vis animi humani ſatis eſt notum. Uſurpatur ab infimæ Latinitatis Scriptoribus aliquot pro ſtratagemate, ſive machina militari peregrinæ inventionis. Ex qua habemus bellicos machinarios, apud Italos nominari *Ingegnieri*. L. 6. Cod. Theodoſ. de Curioſis: *Callida machinamenta commeantium, & ſimulatæ obſervationis ingenia, & fraudes depellant*. Tertullianus lib. de Pallio cap. 1. de Ariete ſic ſcribit: *Stupuere illicò Carthaginienſes, ut novum & extraneum Ingenium*. Robertus Monachus lib. 6. de Bell. Palæſt. *Caſtrum hoc nec arma, nec hoſtem, nec aliquod Ingenium metuebat*. Ideſt, ingenioſum inventum, vel machinam artificioſè confectam. Petrus Chryſologus Serm. 48. de Chriſto Domino: *Chriſtus erat fabri filius, ſed illius, qui Mundi fabricam fecit non malleo, ſed præcepto: qui elementorum membra non Ingenio, ſed juſſione compegit*. Ubi Ingenium pro inſtrumento fabrili, vel artefacto clarè ſumitur. Epiſt. Balduini Comitis Flandriæ: *Duxitque foſſatum, ne muris applicare poſſent Ingenia*. Villelm. Brito Philipp. lib. 7.

Ingeniorum
Cura quibus, pontemque data eſt à Rege tuendi.

Ipſam etiam munitionem, ſive turrim, vel caſtrum, hoc nnmine invenio notatum. Tudebodus lib. 5. *Atque eum acceptum ligatis manibus & pedibus poſuerunt in fundum cujuſdam Ingenii, quod Perrea vocatur*. Hinc Ingeniarii, qui bellicis machinis præſunt, vel eaſdem comminiſcuntur, aut conficiunt. Ugutio: *Arcepellones, qui vulgò dicuntur Ingeniarii*. Appellati etiam Ingenioſi: Albertinus Muſſatus lib. 4. *Cum balliſtarum tormentorumque omnis generis apparatibus Ingenioſos od caſtri oppugnationem ſerò perordinat*. Etiam apud Antiquos Ingenioſi homines dicti Architecti. Plin. lib. 10. Epiſt. 40. *Architecti ſibi deeſſe non poſſunt. Nulla provincia eſt, quæ non peritos & ingenioſos homines habeat*. Nec aliunde, quàm à voce *Ingenium*, advocanda eſt dictio Italica *Inganno*. Gregorius Turonenſis lib. 16. cap. 22. *Proclamante verò Epiſcopo, & dicente quod ſæpius hic Ingenium quæreret, qualiter eum ab Epiſcopatu deiiceret*. Id verò apud Italos eſt omninò compertum. Guitton d'Arezzo:

Per ingegnare l' homo,
Che l'affetti di lui crede amoroſo.

Item Areoſtus:

Il vincer ſempre fù lodevol coſa,
Vincaſi per fortuna, ò per ingegno.

Ubi Ingenium omninò ponitur pro dolo, juxta illud Virgilii

dolus, an virtus quis in hoſte requirat?

Quoniam verò ejuſmodi Ingeniis, ſive ingenioſis machinationibus oppugnari arces expugnarique ſolent, factum propterea eſt, ut Ingeniare pro expugnare & capere diceretur. Auctor Hiſt. Palæſt. cap. 20. *Si aliquo modo, vel Ingenio civitatem acquirere, vel Ingeniare potueris*. Idem cap. 38. *Tunc ſeniores noſtri ordinaverunt quomodo poſſent Ingeniare civitatem*. Apud Italos, etiam *Ingegno* non rarò eſt machina militaris. Boccac. Theſeide, lib. 1.

Si ferno innanzi li Baron più degni,
E al modo, che avevan diviſato
Gittaro a terra ſcale, ed altri Ingegni.

Adde ex vocabulario Florentin. lib. Maccab. M. *Uſciron della cittade, e affocaron l'Ingegni*. De machinis etiam nnn militaribus, præſertim ad uſum feras adaperiendi Boccacc. Novell. 19. *E con certi ſuoi Ingegni apritala, chetamente della camera uſcì*. Eas machinas & artefacta vocarunt etiam Etruſci *Argomento*. Joannes Villani lib. 8. cap. 76. *Mà i Lombardieri, e i Toſcani, come ſavi e maeſtri di guerra, fecero un bello e ſubito Argomento à loro ſcampo*. Piſt. di S. Girol. *In ſomma tutte le volte, che tu n'hai aſſaliti, e agnatato, io hò disfatti i tuoi Argomenti*. Huc reſpexit Petrarca, ubi dixit,

Povere d'argomento e di conſiglio.

Ingenio, as. Vide *Ingenium*.

Ingeniarii. Vide *Ingenium*.

Ingenioſi. Vide *Ingenium*.

Ingredior. Verbum eſſe militare, notarunt Homeri, Virgilii, aliorumque Poetarum veterum Scholiaſtæ; ipſumque Martem Gradivum à gradiendo appellari. Vide *Iſelaſticum*.

Inimicus, ci. Grammatici ſic diſtinguunt inter hoſtem & Inimicum, ut inimicus ſit privatus, hoſtis, publicus adverſarius. Verùm de hoſte, ſive adverſario publico Inimicum appoſitè dici, oſtendit Plaut. in Pſeud. *Perduelles ſpoliem, mox inimicum communem*. Idem in Milit. *Intercludito Inimicis commeatum*. Et quidem ſæpe Hiſtoricis Inimicus & hoſtis ſunt ſinonyma. Liv. lib. 9. Bell. Maced. *Quo in numero me eſſe apud vos vultis? Si tanquam Inimicum & hoſtem inſectari propoſitum eſt, pergite*. Sveton in Tiber. *Scribit eti am ad ipſum hoc familiariter, nec dum plane Inimicus aut hoſtis*. Fateor tamen uſitatius Inimicum pro privato adverſario, hoſtem verò pro publico accipi. Vide *Hoſtis*.

Inimicus, a, um. Quod pertinet ad inimicum, ut gens inimica. Virgil. lib. 1. Æneid.

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.

Et hic quidem inimicus ponitur pro adverſario privato, nimirum male animato erga ſolam Junonem. Pro adverſario publico idem lib. 2. Æneid.

quos omnes undique Grajæ
Circumerrant acies: & ni mea cura reſiſtat,
Jam flammæ tulerint inimicus & hauſerit enſis.

Inimiciſſimus, a, um. Cic. Tuſcul. *Inimiciſſimi mentis vitæque tranquillæ* Senec. de vit. Beat. cap. 18. *Hoc, maligniſſima capita, & optimo cuique inimiciſſima, Platoni objectum eſt*.

Inimicitia, æ. Definitur a Cicerone Tuſcul. 4. *Ira ulciſcendi tempus obſervans*. Et hoc quidem propriè reſpicit odium privatum.

Inimico, as. Inimicum facio. Horat. lib. 4. Od. ult.

Non

Non ira, quæ procudit enſes;
Et miſeras inimicat urbes.

Inimice. Adverſo animo. Cic. 2. Philipp. *Vide quàm tecum agam non inimicè.*

Inimiciter. Idem, ſed obſoletum. Accius apud Nonium: *Pacare hoſtem ferocem inimiciter accenſum.*

Inimicissime. Cic. pro Quint. *Inimiciſſimè atque infeſtiſſime contendere.*

Insessor, oris. Dicitur ab inſidendo eàdem forma, qua obſeſſor ab obſidendo, & fere de latronibus uſurpatur, qui penes viam ſedentes quempiam aggrediuntur. Feſt. *Inſeſſores, latrones, qui circa viam inſidiantur ſedentes.*

Insidiæ, arum. Cæſar Bell.Gall.2. *Inſidias veritus.* Dicimus inſidias locare, facere, comparare, componere, inſtruere, moliri, parare, ſtruere, tendere: inſidiis circumvenire. Inſidiis & aperte agere opponuntur. Dicuntur Inſidiæ ab inſidendo, quoniam per vias aſſidere ſolent, & quaſi vias obſidere inſidiatores. Quamvis dictio videatur propriè ſpectans ad privatum explendum odium, non ad publicam juſtamque ultionem capiendam, occurrit tamen frequenter a Livio, Cæſare, & aliis uſurpata in re bellica. Suum ibi honeſtumque locum habent Inſidiæ; ingenioſæ nimirum technæ & fallaciæ, ad intercipiendos commeatus, diripiendos ex improviſo agros vel oppida, hoſteſque ipſos callidè opprimendos. Obſcuros etiam locorum anfractus, & ſaltuum invia ſectari ſolent inſidiatores. Habemus hinc vocem Italicam *Imboſcata*, *Imboſcamento*. Virgil. lib. 11.

Arripuitque locum, & ſylvis inſedit iniquis.

Italis *Inſidia*, *Aguato*, *Imboſcata*, *Celata*, *Appoſtamento*. Vit.Plut. *Li Cartagineſi fecero una Celata, & uccifero li ſoldati.* Vide *Dolus*, *Strategemata*.

Insidior, aris. Cic. de Orat. *Non enim id agit, ut inſidietur, & obſervet, ſed favet.* Per tranſlationem tempori inſidiari dicimus, pro captare opportunitates. Liv. lib. 3. Bell. Punic. *Huic maxime tempori Gracchus inſidiandum ratur.* Italis *Inſidiare*, *Aguatarſi*, *Imboſcarſi*, *Appoſtare*.

Insidiator, oris. Qui tendit inſidias. Cic. pro Milon. *Inſidiatori verò & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex?*

Insidiatrix, icis. Quæ inſidiatur. Ammian. l.31. *Inſidiatrix aviditas materia omnium malorum fuit.*

Insidiosus, a, um. Fallax. Cic.4. in Verr. *Quis acerbior, quis inſidioſior, quis crudelior unquam?* Eleganter Cajus ad loca ipſa tranſtulit: *Culpæ autem reus poſſeſſor eſt, & qui per inſidioſa ſervum miſit, ſi is periit.*

Insidiose. Cic. de Offic. *Ratio ergo hoc poſtulat, nequid inſidioſè, nequid ſimulatè, nequid fallaciter.*

Insidiosissime. Cic. ad Q. Fratr. *Sceleratiſſimè & inſidioſiſſimè tractare.*

Insigne, is. Nota, ſignum, quo generis ſplendor, Magiſtratus, Præfecturæ, teſſeræ militares, & ſimilia indicantur. Ad hanc formam Faſces, Secures, Aquilas, Trophæa dicere ſolemus Inſignia. Inſignia etiam familiarum nominamus gentilitia ſtemmata, quibus quarundam expreſſione figurarum exhibemus earum antiquitatem, primamque ſplendoris originem, a bellicis potiſſimum facinoribus conciliatam. Sed de his infra erit dicendi locus. In præſentiarum Inſignium nomine deſignatum illud poponimus lucubrationis genus, quod Itali vocant *Impreſe d'armi*, e *d'amore*. Duo complectitur, figuram expreſſam, quam vocant *corpo*, & inſcriptionem, quam appellant *motto*. Non ſatis aptè rei congruit Inſignis nomen. Hoc enim ſtabile quiddam, immutabile & perpetuum obiicit, cujuſmodi ſunt ſymbola Familiarum, Magiſtratuum, & Ordinum militarium, quæ apud ſingulas gentes ſtabilia ſunt, nec in dies, vel horas pro cujuſque arbitrio variantur. E diverſo notæ illæ, quas dicimus *Impreſe*, aſſumuntur variè pro re nata, uſurpantur ad tempus, & per occaſionem diverſorum eventuum; nec fixas plerunque, certaſque ſedes habent, ſed ſemel expoſitæ, elapſis ſignificandarum rerum opportunitatibus, ipſæ etiam deponuntur, & pereunt. Finge tibi gymnicum bellatorem, cujus patrium ſtemma ſit Leo, Aquila, vel quid ſimile. Idem ad ludicrum haſtarum certamen diſcedens, ut ſui ardorem amoris in puellam nobilem exprimat, in Circum ſe inferat, præferens in caſſide Phœnicem in pyra flagrantem. Primum illud gentis ſymbolum, Aquilam, Leonem &c. perpetuum habet familiæ teſtimonium, & ornamentum: Aſſyriam avem in caſſide deponet utique, ubi primum confecto ludo domum redierit. Notandum tamen, plures aliquot & illuſtres Academias perennem ſtabilitatem his etiam ſymbolis donare cœpiſſe, ex quo eiſdem utuntur ad univerſum cœtum & ſodalitium, vel ad ſingulos nominatim conſcriptos deſignandos: Dicimus autem hæc etiam Inſignia propter inopiam Latini ſermonis. Quanvis commodiore, niſi fallor, nomine, argumenta, ſymbola temporaria, ſchemata, phrenoſchemata, vel teſſeræ vocarentur. Virgilius ſpecimina dixit lib.12. de Sole loquens, qui oſtendebatur in caſſide Latini Regis.

cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt,
Solis avi ſpecimen.

2. Cæterum quod attinet horum Inſignium ſtructuram, non deſunt, qui illorum originem ad Deum referant, cum primævis parentibus boni malique ſcientiam expreſſam arbore commonſtravit, addita etiam Inſcriptione, *Ne comedas.* Immodica prorſus ambitione certatum eſt in artibus, ut earum homines initia illuſtria facerent. Modeſtè magis agunt & ſobriè, qui a Sacris Ægyptiorum Inſignia repetunt, & a figuris notiſque illis ambagioſis, quas Hieroglyphica nuncuparunt. Satis aliis fuit in adverſis Numiſmatum cælaturis prima agnoſcere Inſignium rudimenta. Cæterum, ut quidam nimis ambitioſi, ſic alii æquo moderatiores fuerunt in hac origine indaganda. Ex horum cenſentur numero, qui Inſignium anthores faciunt Reges fortiſſimos Pandagronium & Arturum, & armigeros equites, qui in veteri aula magnæ Britanniæ ejus fuere ordinis, quem appellant *Tavola Ritonda*, Phœbum, Hectorem, Galealthum, Gyronem, Lancillottum, Meliadum, Triſtanum, Danainum, & eorum gloriæ æmulos ex aula Caroli Magni bellatores egregios, vulgo Paladinos, Orlandum, Ganum, Rinaldum, Aſtolſum, Sanſonettum, Ricciardettum, Malagigium, Brandimartem, Griſonem, & bellatricem Bradamantem; item ex Africanis Hiſpaniſque, Agricanem, Agramantem, Marſilium, Rodomontem, Ferragutum, Sacripantem, Ruggerium, Mandricardum, Marfiſam; alioſque, qui in clypeis & galeis impreſ-

preſſa & ſublata ſtudii militaris, vel amorum ſuorum Inſignia geſtaverint. Conſtat autem hujuſmodi geſtamina in uſu fuiſſe, & quidem longorum ſæculorum circuitu, antequam citeriorum temporum Heroes illi clareſcerent. Prætereo hic autem armatorum ſymbola, quæ in luſtrationibus militum veteris Latii & Etruriæ a Virgilio non ſane pauca recenſentur. Omitto, quæ his etiam antiquiora a Græcis aliquot ac Latinis Scriptoribus poſſem depromere. Ea ſiquidem explicari referrique aptius poſſunt ad ſtabile illud & immutabile gentilitiorum ſtemmatum genus, quàm ad hæc, de quibus agimus, exemptilia ſymbola, ac tempori ſervientia. Abundè fuerit Æſchyli, Poetæ Tragici, teſtimonium, qui in Tragœdia, quæ inſcribitur *Septem ad Thebas*, tradit Capaneum geſtaſſe in clypeo uudi hominis effigiem, facem jactantis cum inſcriptione: *Comburam Urbem*: Etheoclem verò armati hominis ſimulacrum cum ſcala in clypeo prætuliſſe, cum Epigraphe: *Ne Mars quidem à muris divellet*. Idem Poeta ſimilia ibidem bellatorum profert ſymbola, quæ eodem fere ordine referuntur etiam ab Euripide in Phœniſſis. Nou eſt dubitandum nullam his Inſignibus antiquiorem memoriam extare in litteris. Nam Thebanum illud bellum bello ipſo Trojano vetuſtius fuit. Hinc, quod optime advertit Julius Cæſar Capaccius, deprehendere licet originem illius appellationis, quâ hæc Inſignia notiore vocabulo Heroica ſymbola paſſim dicuntur. Profecta eſt ſcilicet nomenclatura ab Inſignibus, quæ gerebant in clypeis Duces illi, ſive Heroes ad Thebas. Sic autem Heroicæ teſſeræ initio uſurpabantur, ut liberè ſuo quiſque arbitrio eaſdem proderet. Acceſſerunt poſtea certæ leges; ac demum politiores viri, non ante avorum noſtrorum memoriam, conſtruendorum Inſignium methodum, normam, atque præcepta, ut cæteræ habent artes, conſtituerunt. Quatuor potiſſimum dotes in horum figuris, ſive, ut vocant, corporibus, deſiderantur: Veritas, Unitas, Nobilitas, & Symmetria. Tunc autem vera figura dicitur, cum ab aliquo vel naturæ, vel artis opere elicitur. Profectò ficta & commentitia non faciunt ad veros hominum ſenſus ſeriò, ut par eſt, & graviter exprimendos. Adhibenda tamen hæc cautio eſt, ut tanquam vera multa admittantur, quæ licet conficta ſint, apud vulgus tamen pro veris habentur, & quaſi publicam fidem obtinuerunt. Hiſtricem miſſiles aculeos in venatores jacere, ab enatis viperis matrem occidi, urſam partus lambendo fingere, cycnum canere, & quidem in morte ſuaviùs, degenerum crurum aſpectu pavonem triſtari, & quædam his ſimilia, meritò falſa credimus: ſed quoniam à quibuſdam Authoribus tradita circumferuntur ut vera, non reiiciuntur à figuris Inſignium. Ut unitatem figura exhibeat, ne tria corpora excedat, præcipit Ruſcellius. Verùm nihil unitati officit figura quantumvis multiplex, modò ſub unum aſpectum ſic cadat, ut ad unum omnia ſcopum collimare intelligantur. Simpliciores tamen figuras eſſe laudabiliores non depugnaverim. Nobilitas in figuris jure poſcitur; ne objectu vilium ac ſordidarum rerum ſpectatores ad riſum vel ſtomachum provocentur. Ineptum etiam, ac præpoſterum fuerit (quod, ubi agitur de Metaphora, monent ſapienter Rhetores) comparatione & imagine deteriorum dejici fœdarique, quæ exornanda potius proponuntur & illuſtranda. Symmetria denique præcipua eſt pars ac verè anima Inſignium. In eo ſiquidem opus hoc totum vertitur, ut quos exprimere contendimus animi ſenſus, probè ſcitèque referant aſcita corpora. Perſpicuitatem in ſymbolis mediam quandam ſtatuit Jovius. Obſcura penitus nemo non reiicit. Sed iterum nimis clara faſtidit ſpectator, qui ſuarum eſſe partium judicat, invenire nexum, & diverſa coniungere. Generale id eſt de omni metaphora præceptum. Symbolum autem picta eſt ferè Metaphora. Non abs re fuerit alias quaſdam minoris momenti præſcriptiones adſcribere; quas qui minus religioſè ſervarit, non idcirco illi nigrum Theta præfixerim. Cum enim ars ſit novitii inventi, & adhuc in procurſu, ab aliis accepta & animadverſa, poterit quis ultra indagando progreſſus corrigere, excipere, temperare, ut cuique recta ratio, & ſecundæ curæ, quæ diligentiores ſolent eſſe, ſuadebunt. I. Humanam figuram proſcribit Jovius in ſymbolis. Arripuit id tueturque acriter Bargaglius contra Ruſcellium. II. damnant aliqui figuras, ſic à natura vel arte deſumptas, ut ad rem ſabuloſam, vel actionem hiſtoricam referantur. Hujuſmodi eſſet ſpeculum Archimedis, quo Romanam claſſem incendit, vel Achillis haſta, à qua, quæ infligebantur vulnera, ſanabantur. III. Excluduntur imagines rerum pleriſque ignotarum, ut ſunt exotica animalia, barbaricæ arbores, ex Indicis vel Americanis regionibus huc recens deportatę. IV. Ejus tantùm naturæ corpora induci præcipiunt, quæ coloribus, ut exprimantur, non indigent, ſed ſubobſcurè delineata, facilè dignoſcuntur. Inſcriptiuncula, ſive epigraphe, ſive lemma figuræ additum partes viceſque obit Indicis vel Gnomonis, quo docemur, quem ordinem expreſſæ figuræ habeant cum Authoris propoſito, & conſilio operis. Extra omnem controverſiam dupliccm prærogativam habere debet, brevitatem & perſpicuitatem. Adſtrui hic etiam alia quædam ſolent præcepta, de quibus adhuc diſputatur ab eruditis. Ea ejuſmodi ſunt, ut ſi eorum ratio habeatur optimum factu ſit; ſin minus, non proinde in minus religioſos ſit verbis Herculis inſurgendum. I. Ne lemmatis verbis Author ipſe loqui videatur; ſed vel res ipſa depicta per proſopopejam, vel alius, ſuppreſſo nomine, ad loquendum inducatur. II. Ingenioſa & elegans ſit Epigraphe; hoc enim ipſum, non minus quàm brevitatem inſinuat vox Italica *Motto*. III. Verba lemmatis à pręſtanti aliquo Scriptore mutuari debent; ſed non in eandem aptari ſententiam. IV. Quæ in ſymbolo ſunt expreſſa vetitum eſt in Epigraphe nominari. V. Numerum habere debet Epigraphe: ideò vel verſu, vel hemiſthychio, vel alia ratione, jucundè accidente auribus verborum nexu contineatur. Reliquum eſſet aliquot exemplis rem ipſam illuſtrari, & planiorem fieri. Deſideret porrò fortaſſe quiſpiam exempla Inſignium, quæ nobis omnium maximè arrideant. Nobis negotium contentioſum declinare eſt conſilium. Satis ſuperque ſuper hoc invento ab aliis ſcriptum, diſceptatum, recoctum eſt. Satins fuerit digitum lectori intendere, ut hæc apud alios prolixe tractata adeat, otioſeque perquirat. Præcipui, aut Symbolorum collectores, aut hujus Magiſtri facultatis hi fermè ſunt: Paulus Jovius: *Ragionamen-*

mento ſopra i motti e diſegni d' Arme, e d' Amore, che communemente chiamano Impreſe. Girnlamo Ruſcelli. *Diſcorſo dell' Impreſe, dell' Inſegne, de' Motti, e delle Livree*. Ejuſdem: *Impreſe Illuſtri* &c. Scipinne Ammirato. *Il Rota, overo dell' Impreſe*. Scipione Bargagli. *Dell' Impreſe*. Camillo Camilli: *Impreſe Illuſtri di diverſi co i diſcorſi*. Luca Contile. *Ragionamento ſopra la proprietà dell' Impreſe*. Giulio Ceſare Capaccio. *Delle Impreſe*. Simon Biralli: *Impreſe ſcielte*. Giovanni Ferro. *Theatro d' Impreſe*. Impreſe dell' offitioſo Accademico intrnnato. Ludovico Domenichi. *Ragionamenta dell' Impreſe*. Torquato Taſſo. *Dialogo dell' Impreſe*. Hercole Taſſn. *Della realtà, e perfettione dell' Impreſe*. Panlo Areſi. *Impreſe Sacre*. Gio. Belloni. *Sopra l' Impreſa de Ricovrati di Padova*. Girolamo Aleandro. *Sopra l' Impreſe dell' Humoriſti di Roma*. Rolo, o vero Cento Impreſe d' Huomini d' arme Seneſi. Silveſter Petraſancta, *de Symbolis Heroicis*. Philibertus Monetius, *de Origine & uſu Symbol. Gentilit.* His adde Alexandrum Farra, Claudium Paradinum, Gabrielem Simonem, Emanuelem Theſaurum, qui omnium tempore non diligentia poſtremus, copioſè de hoc diſputat argumento: *Cannocchiale Ariſtotelico cap. XV*. S. Ignatii Lnynlæ Acta totidem ſymbolis expreſſit Carolus Bovius, vir pietate ſingulari, & humanis literis clarus, qui paucos, antequam hęc ſcriberem dies, in hoc Rnmann Collegin e vita migravit quatuor annos nnnagenarin major. Vide *Inſignia pro ſymbolis vel ſtemmatis familiarum*.

INSIGNE, is. Prn vexillo. Len Oſt. lib. 2. *Ibi eum à Abbas & equo optimo, & armis præcipuis, cum Inſigne pulcherrimo donans, monaſterii defenſorem illum conſtituit*.

INSINNE, is. Prn veſte militari, vel ſagn. Thuroczius in Geiſa cap. 55. *Salomon autem & Ladislaus exibant Inſignia ſua mutantes, & velut milites pugnabant*.

INSIGNIA NAVIUM. Vide *Tutela Navium*.

INSIGNIA, um. Notæ & ſymbola figuris expreſſa in teſtimonium virtutis, ac fere bellicnrum facinnrum. Decorari illis ſolent viri præſtantes, Familiæ, Urbes, Provinciæ, Regna, Academiæ. Varium id figurarum genus; aliquando ſimplex, interdum multiplex. Sunt autem ferè imagines & ſtatuæ majnrum, arma, balthei, faſciæ, & ſimilia nrnamenta hoſtibus inter prœliandum direpta. Item aves, animalia, & alia hujus generis, vel dimicando ſtrata feliciter, vel propter acceptum inde præſidium ſtemmatis gentilitiis inſita. Poſtremò huc ſpectat & refertur quidquid victoriæ, legationes, præfecturæ, facta illuſtria, militaria præſertim facinora, ſed & caſus ipſi eventuſque fortuiti exhibere poſſunt ad factorum virorumque præſtantiam indicandam. Exprimuntur autem hæc ſigna tabulis, ſtatuis, clypeis, galeis, capulis enſium, baltheis, anulis, numiſmatis, vaſis, & ſimilibus. Horum quædam ſic a viris illuſtribus ſunt exorta, ut in illorum familias nnn tranſierint: alia a ſtirpium Authoribus genti tradita, & ab omnibus retenta pnſteris. Thebanum bellum, quod inter Œdipi filios exarſit, hnrum Inſignium rudimentum dedit in præclaris Ducibus, quorum ſymbola in clypeis, cum Inſcriptiunculis additis leguntur apud Æſchylum in Trag. *Septem ad Thebas*. Amphiaraum in eodem belln Thebano draconem in clypeo prætuliſſe tradit Pindarus. Statius a Capaneo hydram, a Polynice ſphyngem docet exhibitam. Virgilius etiam Aventino hydram adſcripſit lib. 7.

clypeoque inſigne paternum
Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus
Hydram.

Idem in Latini Regis caſſide Solem inſculptum commemorat lib. 12.

cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt
Solis avi ſpecimen.

In capulo expreſſa Inſignia majorum Theſei legimus apud Ovid. Metam. 7.

Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa ſui generis.

Theodoſianæ etiam ſtirpis notas in capuln cælatas refert Claudianus lib. 2. de Laud. Stilicon. Sed ejuſmodi memoriarum frequentiſſima occurrunt exempla apud veteres Poetas, præſertim verò apud Virgilium & Siliam. Eadem ſchemata in anulis etiam, & adverſis numiſmatum cælaturis oſtendebantur. Pyrrhus Rex Epirntarum ſignabat Achate gemma, Apollinis & Muſarum nativis figuris delineata. Alexander Macedo imaginem Perſei, Seleucus anchoram, Julius Cæſar Venerem armatam, Pnmpejus Leonem enſiferum, Auguſtus Sphyngem, Galba proram geſtabant in anulis. Delphin anchoræ obvolutus cum lemmate, *Feſtina lentè* Schema fuit Veſpaſiani. Verùm hæ privatorum hnminum potius, quàm familiarum fuere teſſeræ. Idcircò non invitus Capaccin & aliis aſſentior, qui negant ſymbnla familiarum in uſu fuiſſe apud Romanos. Arriſit illis magis, ut cognominibus, quæ in nmnem poſteritatem tranſirent, familiæ innoteſcerent. Inſignia ſiquidem, imagines, ſtatuæ, & ſimilia præſentibus ſolum nnſcuntur; cngnomina apud remotiſſimos quoſque familias patefaciunt. Hæc certe ratio & forma gentilitiorum ſtemmatum, quibus hodie utimur, a Caroli Magni, & Longnbardorum temporibus percrebuit. Etenim diviſâ ſciſſâque in partes Italiâ, Principes factionum arma largiebantur ſuarum quiſque partium ſtudioſis; ex quo *Arme* (ut quidam ſcripſerunt) apud Italos hæc vocantur Inſignia. Ex celeberrimis autem illis in Italia factionibus Guelforum & Ghibellinorum exortæ ſubinde ſunt diverſitates colorum in cingulis, obliquis faſciis, aliiſque generibus nrnamentorum, & veſtium, qunrum ingens copia in illuſtrium familiarum teſſeris hodieque paſſim viſitur. Præterea omoes ferè panlò cultiores Europæ gentes, per occaſinnem multiplicis ſacri belli, & iteratarum in Orientem & Palæſtinam expeditionum latiſſimè propagarunt dnmeſticorum ſtemmatum uſum & oſtentationem. Indita quippe ſunt ſcutis familiarum vel argumenta & memoriæ facinorum militarium, vel præmia excellentis virtutis, quæ a ſupremis Ducibus, ant Regibus & Cæſaribus crucesignatis referebant victores, ut cuique firmior in bello conſtantia, aut felicior in acie audacia fuiſſet. Pro exempln ſit alba faſcia Leopoldi Auſtriaci ſnrtiſſimi equitis cruceſignati; quæ hnſtili tincta ſanguine in prœlio, in argumentum & notam gentilitiam Auſtriacæ gentis immigravit. Hæc Inſignia ſive ſtemmata familiarum cnronas etiam appellamus; quoniam antiqui moris fuit, floreis coronis ea ſymbola coronari. De horum

Inſignium collocatione, diviſuris, diſtributione colorum, adnexiſque ad frontem, & latera ornamentis multa diſputant Silveſter Petraſancta Teſſer. Gentilit. Andreas Alciat. Emblemat. Julius Cæſar Capaccius *Dell' Impreſe*. Lucas Contilis *Impreſe*.

2. Aliàs indicavi, ſymbola Legionibus & Auxiliis tradita a Romanis, tam quæ in militaribus vexillis aliiſque Imperii Inſignibus ſuſtollerentur, quàm quæ ſcutorum ambitu areiſque depicta, aut cælata, aut demum veſtitu ipſo, aliiſque ornamentis geſtarentur, eò maximè optima inſtitutione ſpectaſſe, ut ſiquando turbatæ prœlio acies diajicerentur, ſe invicem paſſent agnoſcere, & redire ſub ſigna, ut ſcribit Vegetius loco a nobis alibi producto. Licet autem nunqaam ejuſmodi ſymbolis caruiſſe conſtet ordines militares, nihilominus eadem poſt diviſionem Imperii, ſub poſterioribus Principibus tum Orientis tum Occidentis, ingenti quadam copia percrebuere. Neque enim Legiones duntaxat, omniſque militia caſtrenſis, verùm Palatinæ etiam dignitates, præſertim Byſantii, ſua prætulerunt Inſignia, variis animalium, armorum, aliarumque rerum imaginibus, ad ſingularum procurationem aptè ſtudioſèque exprimendam excogitata. Hinc Præfecti Prætorio, Magiſtri militum, Magiſtri Officiorum, Præfectorum legionum, Prætorum, Præfecti vigilum, Præfecti Urbani, Decanorum, & Curatorum, & innumerarum ferme vexillationum varia apud Scriptores ſymbola occurrunt: quæ præ cæteris affatim exhibet non uno in loco a nobis commemoratus libellus Nntitiæ utriuſque Imperii; eaque porrò cuique in promptu eſt contueri apud Pancirol. in Comment. præfatæ Notitiæ. Obſervatum autem ab omnibus ferè eſt Nationibus, ut cælatis, depictis, aut quomodolibet delineatis figuris omnifarii rerum generis, tanquam involucris quibuſdam, quæ maxime ex uſu eſſent, conarentur innuere. Ut verò prætéream inſtitutionem antiquiſſimam Ægyptiorum, qui arcanis animalium, aliorumque corporum notis, quæ Hieroglyphica nominamus, aut ſapientiæ præcepta, aut alia quælibet ſcitu digua incluſere; certè Hebræorum natio eo ſymbolorum uſu in immenſum ferè præpolluit, Luculentiſſimè id Sacræ teſtantur literæ, ex quibus, ne in infinitum abeam, ſatis fuerit obſervare cœleſtem illum currum, a quatuor vectum diverſi generis animalibus, & eximiæ altitudinis coloſſum, ex omni compactum genere metallorum. Quæ nimirum ſymbola præſtanti ſingularique virtute viros, & diverſarum imperia Nationum commonſtrant. Ab ea inſtitutione minimè ſibi deflectendum eſſe duxit Chriſtus Dominus, qui Divinos animi ſui ſenſus, cum populum erudiret, figuris fermè quibuſdam atque parabolis, ut Sacræ teſtantur paginæ, contegebat. Verùm ex infinita quadam rerum ſegete paucula hæc, ad ſymbolicum vitæ rerumque uſum apud Veteres indicandum, decerpſiſſe ſufficiat. Ut autem ad ea me referam utriuſque Imperii Inſignia, de quibus ſermonem inſtitueram, intererit animadvertere, non ſine callido prudentique conſilio ea ſymbola & Inſignia a ſapientiſſimis Principibus fuiſſe imperata. Quædam ſiquidem ad patefaciendam Imperii perpetuitatem conducunt. Hujuſmodi eſt pila, ſeu globus, uno aut altero circulo incluſus, quo unius vel duplicis Imperii firmiſſimum robur exponitur. Idem inſinuat ſtipes diviſus, aut decuſſatus, duobus interdum conſtrictus funibus, quandoque verò inter duo gubernacula collocatus. Item in cippo juncti dimidiati ſerpentes, aut dimidiatæ Lunæ ad complendum tendentes orbem. Eandem perpetuitatem notant circuli clypeorum marginem complexi, duplicatique, quibus arcta utriuſque Imperii concordia continetur. Omnia certè, neque enim de ſingulis proloqui eſt neceſſe, aut vim adverſus hoſtes Romani nominis validiſſimam, aut Principatus longævitatem, aut utriuſque Imperii concordiam nexumque teſtificantur. Poſtremò quoniam variis coloribus expreſſa eadem occurrunt Inſignia; atque iiſdem variata apud nos in gentilitia ſtemmata tranſierunt, non omninò ſupervacaneæ fuerit operæ indicare breviter eorundem in memoratis ſymbolis, aut naturam, aut proprietatem colorum. Et Aureus quidem ſæculi felicitatem, & omnia fauſta prænunciat. Hinc Ætas Aurea, cui cum vitæ innocentia, & nativa quadam integritate omnia fluebant ad votum. Virgil. Eglog. 4.

toto ſurget gens aurea mundo.

Albus ſive argenteus fidei candorem teſtatur. Virgil. 1. Æneid.

Cana Fides & Veſta, Remo cũ fratre Quirinus.

Niger, quoniam is color in alios colores non vertitur, firmitatem & perpetuitatem inſinuat. Purpureus, qui temperatur ex rubro, albo, nigroque, & Principum veſtes exſaturat, Imperii ſublimitatem portendit. Rubeus, Martis peculiaris, ardorem militarem, & ſanguinis aliquando ſitim, vel effuſionem exprimit. Ferrugineus facit ad effingendam animorum corporumque duritiem. Puniceus, qui exuberantiſſimus eſt color ad rubeum vergens, victoriam ſpondet, ut author eſt Servius ad illud Virgilii lib. 5.

Jamque adeo donati omnes, opibuſque ſuperbi,
Puniceis ibant evincti tempora tæniis.

Cæruleus, famæ perennitatem, & claritudinem exhibet præclarè factorum. Viridis, vulgo ſpem, ſed & animi vigorem explicat. Viridem ætatem, florentem, vernantemque dicimus. Virgilius verò viridem ſenectutem, robuſtam nempe, validamque dixit lib. 6. Superponi ſcutis Inſignium ſolent non unius generis coronæ, faſciæ, vel galeæ, quæ plerunque a bellicæ virtutis præmiis tranſierunt in digmata familiarum. Galeis verò ipſis ferarum cornua, vel avium, aut quadrupedum animalium effigies cernimus interdum ſuperinductas. Interdum verò ipſa ferarum capita cum extantibus cornibus ſuper ſcutis extolluntur. Ea verò conſuetudo a Germanis & Gallis, imò Aſiaticis etiam aliquot populis originem habuit. Statius de Parthis hæc habet lib. 3.

ore ferarum
Et rictu horrificant galeas.

Diodorus verò ita de Gallis: *Galeas æreas capiti circumponunt, quæ magnas eminentias verticeſque habent, & magnificam opinionem ſpectantibus obiiciunt. Aliis enim naturalia cornua appoſita ſunt, aliis avium, aut quadrupedum animalium expreſſæ effigies.* Plutarchus demum in Mario ſic loquitur de Germanis: *Galeas habentes, quæ aſſimilarent terribilium ferarum rictus, aut alias peculiares facies, eoſque criſtis pennatis extruentes, majores, quam erant, apparebant.* Ea ſymbola Italis dicuntur *Arme*, quoniam

Digitized by Google

niam in ſcutia ferè cælata antiquitus erant & colorata. Arma verò, ut non ſemel obſervavi, apud Latinos erant ſcuta. Dicuntur etiam *Scudi delle Famiglie*. Inſignium ſpecies varias & innumeras offerunt tibi paſſim Poetæ omnes, ſed frequentius ubi digerunt armiluſtria, & militum recenſiones. Exhibentur autem tam in ſcutis, quam in galeis. Repete exempla a Titulo *Criſta*, & adde ex Luca Pulci Ciriff. Calvan. l. 5.

Portava il Re Tibaldo tre leoni,
Ch'era roſſo di fuoco il lor colore,
Nel campo azzurro in tutti i gonfaloni:
Onde ſi legge più d'uno Scrittore,
Che afferman come vere opinioni,
Che gli furon trovati intorno al cuore;
Sì che l'animo ſuo fu molto invitto,
Così confeſſa ogni autor che n'ha ſcritto.
L'altra ſchiera guidò Cornes Daliſſe,
La terza fu di Malducco di Ramma,
Et Amfilitia ne' ſuoi brevi ſeriſſe,
Che del ſuo amor ancor tutto rinfiamma,
E per cimiero in sù l'elmo ſi miſſe
Un cuor, che ſi ſtruggea ſopra una fiamma,
E porta nello ſcudo il ſuo amadore
Folea, dipinto come traditore.
La quarta ſchiera Tibaldo ha voluto
In mezzo, come il Sol nel Ciel ſi dice,
Che ſia conceſſo al Povero avveduto,
Che porta hor per cimiere una fenice
Dal dì che Maometto fu caduto:
Poi nella quinta venne Palpatrice,
Che porta ne ſuoi ſegni un pappagallo
Con gente aſſai pedeſtre, & a cavallo.
Tibaldo al Pover poi veniva dopo
Con molta ornata e bella compagnia,
Et nella deſtra ſpalla ha un piropo,
Che mai sì bel non fu viſto in Soria;
Talche la notte, ſe veniſſi a huopo,
Riſplendea ſi, che moſtrava la via,
Et in una ricca targa alla moreſca
Il Sol, che par dell'Ocean fuori eſca.

Vide Scriptores indicatos in Tit. *Inſigne* pro Scriptionis certo genere, & Udenum Niſiely Progin. 3. 69. & ſeqq.

INSPSCTIO ARMORUM. Pro armorum luſtratione, ſive tranſvectione, cenſu, & recognitione uſurpat Vegetius lib. 3. cap. 4. appoſitè & cum cognatione quadam ad vocem Italicam *Moſtra*. Sic enim ſcribit, ubi multa enumerat, quibus miles detinendus eſt, ne per otium ad ſeditiones incaleſcat: *Campicurſionem, ut ipſi appellant, inſpectionemque armorum aſſiduè faciant: nullis commeatibus vacent*. Vide *Luſtratio*.

INSPSCTOR UNIVERSI EXERCITUS. *Viſitator generale*. Inſpectores quippe Latini dicunt, qui res venales, & officia cognoſcendi poteſtatem habent. Plin. lib. 37. cap. 7. *Accedit religio narrata à ſiderum cognitione ab Inſpectoribus*. Ubi Inſpectores dicit ſidera contemplantes. Cum vox ſit probè Latina, & bellè cadat ad novam ſignificationem, eadem ſic uti ne refugias.

INSTRENUUS, a, um. Strenuo contrarius, ignavus, deſes, timidus. Terent. Heaut. 1.

illud inceptum tamen
Animi eſt prudentis ſignum, & non inſtrenui.

INSTRENUE. Ignavè, timidè. Juſtin. lib. 17. *Eo bello Lyſimachus, amiſſis ante liberis, non inſtrenuè moriens poſtremus domus ſuæ ruinæ cumulus acceſſit*.

INSTRUCTOTES. Qui in ordinem diſponunt militares numeros. *Sergenti*. Cic. poſt red. in Senat. *Hi ſunt conditores Inſtructoreſque convivii*. Hanc etiam vocem ad rem militarem deflecti, in lucro ponendum eſt. Dicimus autem Inſtructorem Centuriæ *Sergente d'una Compagnia*. Inſtructorem Legionis, *Sergente d'un Terzo*.

INSTRUCTIO, onis. Copiarum diſpoſitio, ordinatio. Cic. pro Cecinn. *Inſtructione aſpectuque ſignorum magnas copias pulſas eſſe & vidimus & audivimus*.

INSTRUCTUS, us. Idem. Cic. 3. de Orat. *Eodem eſt inſtructu ornatuque comitata*. Vide *Acies*.

INSTRUO, is *Ordino, diſpono*. De Acie: Terent. Eunuc. *Tu hoſce inſtrue: his ego ero poſt principia*. Vide *Acies*.

INSULTURA, æ. Inſultus, ſive aſcenſus in equum. Plaut. Milit. 2. 3. *Ego iſtam Inſulturam, & deſulturam nihil hic moror*.

INSUPERABILIS, le. Quod domari & ſuperari non poteſt. Virgil. 4. Æneid.

genus inſuperabile bello.

Liv. lib. 1. Bell. Punic. *Conſtabat non tam bello motos, quam longinquitate viæ, Alpiumque inſuperabili tranſitu*.

INTARTA, æ. Vocabulum recentioris ævi; paulò antiquioribus *Antarta*. Ex Græco dicitur quaſi contra aſſurgens. Intartæ vel Antartæ dicebantur tyranni & rebelles duces; cujuſmodi fuerunt triginta Tyranni, quorum res geſtas expoſuit Trebellius Pollio. Frequenter hujus vocis meminit Anaſtaſius Bibliotech. in vitis Pont. Chron. Fontanell. cap. 3. *Actum eſt bellum inter Carolum Exarchum, & Ragemfridum Intartam*.

INTARTIZARE. Rebellare, inſurgere. Verbum lapſæ Latinitatis. Anaſtaſius in Theodoro PP. *Mauritius cum ipſis, quibus antea devaſtaverat Eccleſiam Dei, intartizavit adversùs Iſacium Patricium*. Idem in Adeodato: *Mezzetius, qui erat in Sicilia cum exercitu Orientali, intartizavit & arripuit regnum*.

INTERCIPIO, is. Eſt inter agendum inopinato occupare *Sorprendere, Cogliere in mezzo*. Dicimus autem copias, nuncios, commeatum intercipere. Plaut. Pſeud.

Tu redimes me, ſi me hoſtes interceperint.

INTERCEPTIO. *Sorpreſa*. Cic. pro Cluent. *Quæ deinde interceptis poculi?*

INTERCEPTOR. Liv. l. 4. *Prædæne interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus?*

INTEREQUITO, as. In medio equito Liv. 5. Bell. Maced. *Redire in ordines conantes interequitantes alarii non patiebantur*.

INTERFICIO, is. Occido. In *interficio* eandem vim habet *facio* atque in *conficio*, quod propriè eſt *abſolvo, perficio*: quoniam verò qui vitâ alium privat, ejuſdem vitæ finem imponit, eamque terminat & abſolvit, ideo *interficere* & *conficere* ſumuntur pro *vitâ privare, vel occidere*. Cæſ. 7. Bell. Gall. *Equitem Romanum, qui rei frumentariæ præerat, interficiunt*.

INTERFECTOR, oris. Cic. de Clar. Orat. *Interfectorem Gracchi*.

INTERIMO, is. Cic. pro Milon. *Me quidem exanimant & interimunt hæ voces Milonis*. Occido. Fit ab *inter*, & *emo*, quod Antiquis erat *Tollo*, ut tradit Feſtus; ex quo *Interimo*, quaſi inter, ideſt, de medio tollo. Et ſimiliter *Perimo*, quaſi penitùs tollo. Sumitur etiam pro *privare*; & *vi-*

vitâ interimere pro *vita privare* dicimua. Plaut. Ciſtell. *Nam dudum, ut concurrimus, Alceſimarchus ne ſe vitâ interimeret*. Simpliciùs etiam dicitur prò *tollere*. Ulpian. *Quatenus dilatione interempta illicò accipiat, quod poſt tempus ſequi poterit*. Ubi *dilatione interempta* eſt pro *dilatione ſublata*: ut plane vetus verbum *Emo* ſignificationes haberet omnes, quas habet verbum *Tollo*. Cognatę autem affineſque ſunt ſignificationes elevādi quidpiam vel auferendi: quod enim aufertur, ut pecunia ex arca vel loculis, manu prius elevatur, & attollitur. Etiam bodie Romanæ plebis idiotiſmus eſt, ut vocem *Alzare* uſurpet pro tollere vel auferre, Mihi verò non ſemel contigit in foro Agonali a propolis & inſtitorculis, in ſubdiali menſa libellorum quæſtum facientibus, audire ſæpiùs, quos ſtudioſè quærerem libros, iiſdem a furunculis circumforaneis fuiſſe ſubreptos, quod ipſi vernacula dicebant popularique voce: *M'è ſtato alzato*. Non ita leve, aut frivolum fuerit, ut quibuſdam fortaſſe videbitur, hæc obſervare. Liquet ſiquidem non ita paucas plebis viliſſimæ locutiones voceſque originia eſſe optimæ & pervetuſtæ; quod a nobis in aliis etiam formulis eſt animadverſum.

INTEREMPTIO, onis. Cædes, Internecio. Cic. pro L. Manil. *Teſtis eſt Gallia, per quam Legionibus noſtris in Hiſpaniam iter, Gallorum interemptione, patefactum eſt*. Sunt tamen, qui ibi pro interemptione legunt *internecione*.

INTEREMPTOR, oris. Interfector. Senec. Epiſt. 71. *Nefas judicent ipſum interemptorem ſui fieri*.

INTER LAPIDES PUGNANT, NEC LAPIDEM TOLLUNT. Parœmia origine prœliaris, uſurpanda in illos, qui rebus paratis & commodo expoſito, per ignaviam & ſocordiam ſuam, non utuntur; quemadmodum ſummæ deſidiæ haberetur, qui ex acervo ſaxorum gravaretur ſaxum tollere ad hoſtem repellendum. Refertur a Plutarcho 4. Decad. Sympoſiaca

Pugna erat in ſaxis, neque ſaxum tollere quibant.

Idem carmen ab Athenæo refertur lib. 10.

INTERMURALIS, le. Quod eſt intra muros. Liv. lib. 4. Dec. 5. *Diviſa eſt Intermurali amni, & eadem ponte juncta*. Vox eſt ad rem munitoriam bellicam ſæpe faciens.

INTERNECO, as. Neco: ſed referri ſolet ad multitudinem. Plaut. Amphit. *Duello extincto maxima, atque internectis hoſtibus*.

INTERNECIO, onis. Vitæ privationem exponit Feſtus. Liv. lib. 9. *Samnites ad internecionem cæſi*.

INTERNECINUS, a, um. Ut bellum internecinum, quod finem habet alterius partia exitio, ut redire ad conflictum, & redintegrare pugnam ultra non poſſit. Liv. lib. 9. *Deletaque Auſonum gens, perinde ac ſi internecino bello certaſſet*.

INTERNUNCIUS, ii. Aliquando nuncium ſimplicem, vel exploratorem ſignificat. Cæſ. 1. Bell. Civ. *Internunciis ultrò citròque miſſis, quæ ignorabant de L. Domitii fuga, cognoſcunt*. Aliquando eſt miniſter & ſequeſter. Liv. 3. Bell. Maced. *Servus erat Zeuſippo totius internuncius & miniſter rei*.

INTERNUNCIO, as. Liv. lib. 2. Dec. 5. *Pauliſper internunciando cunctatio fuit*.

INTERORDINIUM, ii. Spatium, quod relinqui ſolet inter vitium ordines in vineia. Nomen eſt ejuſdem notionis, ac internodium, intercolumnium, & quædam hujus formę. Columell. lib. 3. cap. 13. *Minimum eſt quinque pedum interordinium, ſeptem maximum*. Si hoc etiam vocabulum a re ruſtica ad bellicam tranſtuleris, pro explicandis ſpatiis, quæ relinqui ſolent inter ordines militares, ſcitè nimirum, & e re tua feceria.

INTERSIGNE. Pro ſymbolo, nota, vel teſſera militari, ad faciendum diſcrimen inter militea. Guillelmus de Podio Laurentii: *Erant in eodem caſtro centum hoſpitia militum, equos cum Interſignibus & arma habentium*. Ornamentum interpretor in veſtitu.

INTERSIGNUM. Pro clamore militari, quo ſua vexilla clamitantes milites ad eadem defenſanda hortantur ſe mutuò, quemadmodum aliàs animadverti de voce *Vexillum*. Geſta Conſulum Andegavens: *Exclamavit unuſquiſque Interſignum ſuum*. Vide Cangium diſſert. 11. ad Joinvill.

INTERVALLUM, i. Vox origine militaria. Nam propriè ſpatium eſt inter vallos ſeu palos, qui conficiunt ſeptum caſtrenſe. Divagatum deinde vocabulum ad omnia locorum atque adeo temporum ſignificanda ſpatia, Cic. ad Caſſium: *Ut te, quem jamdiù plurimi facio, tanto intervallo viderem*. Quid ſint in acie intervalla, vide in Tit. *Acies*. 6. 7.

INTRA SEPTIMAM. Adagium origine militari, quo admonemur maturè omnia & ſuo tempore tentanda eſſe. Ortum ab Athenienſibus, quorum lege erat præſcriptum, nequis ante ſeptimum menſia diem exercitum educeret.

INTRA TELI JACTUM. Virgil. l. 11.

Jamque intra jactum teli progreſſus uterque.

Vide *Ad teli jactum*, quod eſt huic ſimile adagium.

INTRIPEDARA. Occurrit apud Symmachum: *Tunc Imperator equo adacto in curſum calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc uſque ad ſuam defatigationem, variis inflexibus intripedavit*. Ubi Salmaſius coinquinatam multorum codicum lectionem, apud quos erat *interpedavit*, ſic aptè correxit. Dicitur antem intripedare de equis trepidariis, vel tripedariis, qui ſunt ſuccuſſatores, ut explicabitur in voce *Trepidarii equi*.

INVADO, ia. Vi, vel armata manu irruo. Adorior. Virgil. 2. Æneid.

Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultum.

INVASOR, oris. Qui invadit. Sext. Aurel. Victor in Aurelian. *Romanam urbem triennia ab Invaſoribus receptavit*. Videtur autem Invaſor vim habere oppugnatoris injuſti.

INVICTUS, a, um. Non victus vel ſuperatus. Tibull. lib. 4.

Te manet invictus Romano Marte Britannus.

Cum genitivo interdum jungitur. Tacit. 1. Annal. *Antiquam duramque militiam revocabat invictus operis ac laboris*.

INVICTISSIMUS, a, um. Plaut. in Milit. *Virtute & forma & factis invictiſſimis*.

INVINCIBILIS, le. Apul. 1. Apol. *Cum hæc ab illis quaſi gravia & invincibilia dicerentur*.

INVINCIBILITER. Apul. Florid. 4. *Ratio concluſa judicibus acriter & invincibiliter videbatur*.

INULTUS, a, um. De quo vindicta non eſt ſumpta. Virgil. Æneid. 2.

nunquam omnes hodie moriemur inulti.

Curtius l. 3. novo exemplo inultum dixit poſitum extra periculum: *Unde inultus ſubeuntem prohibere, aut opprimere hoſtem poſſet*.

INULTÈ. Sine ultione. Curtius l. 4. *Occupent liberum mortis arbitrium, haud inultè tamen perituri*.

IN-

Digitized by Google

Invulnerati, ſeu Invulnerabiles. Cic. pro Sextio. *Cæteri vero aut repentina vi perculſi, aut tempeſtate populari, per populum tamen ipſum recreati ſunt, atque revocati: aut omninò invulnerati, inviolatique vixerunt.* Illa etiam leviſſima, & plena ſtolidæ falſitatis npinin pervaſit inſeditque, a remotiſſimi ævi longinquitate repetito erroris initio, hominum animns, ut quædam habere ſe poſſe npinarentur veluti pignora ſecuritatis ex Magicis excantationibus, pactiſque cum malis geniis clam initis, vel occulta alia ſiderum & latentium cauſarum vi & efficacia, quorum præſidio nnn urbes duntaxat ab hnſtium expugnatione immunes ſore ſibi perſuaderent, verùm ipſa hominnm corpora nulln armorum genere extingui atque adeo libari poſſe, ſtatuerent eſſe certiſſimum. Pro lenocinio nimirum quodam atque ſolatio propriæ imbecillitatis accipiebant, ab aſtris, atque ipſia Cœlitibus, herbarum quarumdam, carminum, ſigillorum, ac ſexcentarum ejuſmodi ineptiarum auxilio ſecuritatem acceſſere. Licet ea commenta meditato ſtudin refellere, abuti operam putem, eadem tamen indicare non erit injucundum. A bello Trnjano, & jucundiſſimis in vulgus Hnmeri figmentis exnrdium facilè habuit vana illa credulitas, quam inſuper Oraculnrum ſortes & reſponſa corroborarunt. Rebantur antem Trojani, patriam ſuam perire non poſſe, dnnec Palladium, ſive Minervæ ſimulacrum, ſervaretur in ſumma arce: item ſi Rheſi equi deguſtaſſent paſcua agri Trojani, & bibiſſent Xanthi aquam; quos proinde callidè averterunt Ulyſſes & Dinmedes, ut fatale illud vinculum invictæ futuræ urbia diſſolverent. Virgil. 1. Æneid.

Ardenteſque avertit equos in caſtra, priuſquam
Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent.

Adde alia ſecuritatis pignora, quæ recenſet Plautus in Bacchid.

Signum ex arce ſi periſſet, alterum etiam Troili mors,
Tertium cum portæ Scææ limen ſuperum ſcinderetur.

Non abſimile ſibi præſidium fnre arbitrati ſunt Romani Ancilia e cœln delapſa, & aſſervatum perpetun Ignem Veſtalem. Hæc & ſimilia ſabulamenta a nugaci Vetuſtate cnnficta nnn dubitamus, & plane prodiiſſe ab eburnea ſomninrum porta, ex qua, ut loquitur Virgil. l.6.

falſa ad cœlum mittunt inſomnia Manes.

Nec tamen commenta illa Veterum aut fructu aut ſolertia aliqua caruere. Adeſſe quippe in urbibus certiſſimos illos ſecuritatis publicæ veluti nbſides, & ſigna fiduciaria palàm vulgarunt, ut eo alacriùs patria mœnia ſocoſque tuerentur populares, iiſque ſervandis ſnrtunarum amiſſinnem facere, & extremis periculis capita obiectare non dubitarent, quo firmius ipſnrum mentibus inoleſceret opinin de parato Cœlitum auxilio, & belli cauſa plauſibili; nt ſcilicet non tam paternos lares, quàm ſimulacra Numinum atque ipſns Cœlites propugnarent.

2. Ab oppidis cuſtndiendis tranſiit ventoſa & inaniſſima hominnm fides ad ſua ipſnrum cnrpora immunia ſervanda. Id verò primum ut aſſequerentur, interdum tres animas unico inſeruerunt corpori, quod de Rege Herilo traditur a Virgilio lib. 8.

Et Regem hac Herilum dextra ſub Tartara miſi,
Naſcenti cui tres animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat; terna arma movenda;
Ter letho ſternendus erat.

Interdum tria corpora eidem animæ agglutinarunt, nt de Hiſpano Gerynne fabulati ſunt, quem idcirco triformem, tergeminum, tricorporem vocaverunt. Sed lnnge frequentiorem immunia a vulneribus corpora reddendi rationem petiverunt a firmiſſimn carnis contextu & duritie membrorum; nec tamen ſine npe ſuccorum vel carminum Magicorum, aut quibuſvis aliis præſtigiis, & medicamentis. Nnn alin mnnitum duratumque temperamento corpus geſtavit Cycnus Neptuni filius, qui ſcutum, loricam, & galeam ornamenti gratiâ, non præſidii induebat, irritoſque reddidit ictus haſtæ etiam Achilleæ. Sic autem Ovid. lib. 12. Metam. de Cycnn:

Sed quanquam certa nullus fuit error in haſta:
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri.
Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu,
Nate Dea (nam te fama prænovimus) inquit
Ille, quid a nobis vulnus miroris abeſſe?
(Mirabatur enim) non hæc, quam cernis, equinis
Fulva jubis caſſis, neque onus cava parma ſiniſtra
Auxilio mihi ſunt: decor eſt quæſitus ab iſtis.

Non imparis prndigii ſtructura corpnris Cęneum ab omni miſſilium ictu illibatum inducit adversùs Centauros depugnantem Ovidius ibidem:

Ecce ruunt vaſto rabidi clamore bimembres,
Telaque in hunc omnes unum mittuntque: feruntque:
Tela retuſa cadunt, manet imperfoſſus ab omni
Inque cruentatus Cęneus Elatejus ictu.

Verum bellatnr gladiis & haſtis impervius exciſarum arborum pondere nppreſſus eſt; nnuſque illi fuit prn vulnere. Sic autem Poeta ſequitur.

Saxa, trabeſque ſuper, totaſque involvite montes,
Vivacemque animom miſſis elidite ſilvis.
Silva premat fauces, & erit pro vulnere pondus.

Cæneo perſimilem Corſamnntem ſuum effingit Triſſinus l.22.

E queſto fece il Re, perche Burgenzo
Detta gl'haveva, che'l Duca ha una maniglia
Ch'a Gnatia gli donò la buona Areta,
Ch'eſſer non può nè punto, nè ferito.
Però biſogna, over gittarli addoſſo
Qualche gran torre, over ſiaccarlo in modo,
Che per ſtanchezza ſia condotto a morte:
E queſto parve à lui conſiglio eletto;
Perch'era più ſicuro il ſtar lontano,
E ferir quel Baron, ch'andarli appreſſo.

Et infra;

E ben da tutta'l ſtuol' s'haria difeſo,
Se quei ch'eran di fuor co i picchi in mano,
E che più di quattr'hore havean piccato
Intorno ai fondamenti della torre;
Non la facean cader ſopra'l ſuo capo.
Le genti, come vider quella torre
Caduta ſopra l'animoſo Duca,
Mandarono un gridor fino alle ſtelle:
E così morto fu quel gran guerriero,
Con danno eſtremo dell'Italia afflitta.
Poi non fu Goto alcun, che non piglioſſe
Legnami e ſaſſi, e no i gettaſſe ſopra

La gran ruine, e le cadute pietre;
Quaſi temendo ancor, che quindi uſciſſe,
E tutti quanti li mandaſſe a morte.
Così gettando ogn'un materia molta,
Crebbe sù quella piazza un'alto monte
Non minor del Teſtaccio, e non men grave
Di quel, ch'l grand'Encelado ricuopre.

Ex Homero etiam habemus invulnerabile evaſiſſe Achillis corpus, poſtquam infantem Thetis mater Stygiis undis immerſit, ea ſolummodo excepta pedis parta, qua comprehenſus a matre fuerat, dum ablueretur. Acceſſit illi naturæ beneficio, & immerſioni Stygiæ immunitas ab ipſo clypeo, & armorum temperatura, quæ Vulcanus eadem Thetide poſtulante procuderat, utque vulneribus inacceſſa eſſent, effecerat. Meſſapus etiam apud Virgilium eodem amuleto legitur communitus lib. 7.

Quem neque fas igni cuiquam nec ſternere ferro.

Ab his aliiſque Veterum exemplis immenſa ſeges ſuppullulavit apud Etruſcos vates bellatorum, qui nullis telorum jactibus, nullo igne vulnerari poſſent, corporaque, ut Ovidianus ille Cycnus, æneis munimentis præcincta circumferebant ad pompam, non ad munimentum. Horum exempla ubertim habes apud Fabulatores Italicos, ac præſertim apud Areoſtum in Orlando & Orillo. Verùm Orlandus nullis vulneribus obnoxii corporis prerogativam, non ſuccis aut excantationibus, ſed ſummi Numinis ope ſortitus eſt. Sic enim Poeta c. 24.

Trar ſangue de quel corpo a neſſun lece,
Che lo fere e percuote il ferro invano.
Al Conte il Rè del Ciel tal gratia diede,
Per porlo e guardin di ſua ſanta Fede.

At contra Orillus Magus multiplici vulnere detruncato corpore, ex equo deſiliens manus, brachia, vel tibias amputatas e terra legebat, ac minimo negotio nectebat iterum corpori. Nulla autem mortalium vi mactari poterat, niſi ex ipſius capite certus quidam & fatalis capillus, in quo vis omnis magica continebatur, abſcinderetur. Id commentum à ſacra Samſonis Hiſtoria, vel a Niſi ſabula apud Ovidium l. 8. procul dubio mutuatus eſt Areoſtus, non à fabulamento Herili ternam habentis animam, ut ex levicula ſimiliū nominum conjectura arbitratus eſt Gaſpar Naudæus. Sic autem Sacra Hiſtoria Judicum cap. 16. loquitur de Samſone, cujus fortitudo omnis intonſo ipſi erat concluſa: *Si raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroque ſicut cæteri homines.* Quemadmodum autem Græci Mythologi alia multa e Sacris Codicibus ad ſua figmenta tranſtulerunt, ſic inprimis à Samſonis Hiſtoria & inexpugnabili corporis duritie derivarunt, quæ ſtudio conciliandæ jucunditatis ſuorum verſuum pigmentis adumbrarunt in iis bellatoribus, qui nulla enſium aut flammarum violentia vel leviſſimum ſubire damnum poſſent in qualibet ſui corporis parte.

3. Quibus verò artibus ad eam virium firmitatem pervenire illi potuiſſent, variè traditur. Exiſtimarunt nonnulli tantum efficaciæ ineſſe icunculis & ſigillis præſtantium Heroum, quæ nimirum in zonis, vel anulis geſtata non ſolum novas ſubinde vires ſufficerent, augerentque, ſed membra ipſa ſic etiam confirmarent, ut nullis jaculis, aut ignitis miſſilibus ſauciari poſſent. Tacitam hujuſmodi vim occultamque inprimis profluere à geſtata Herculis imagine eſt creditum, quòd acerrimus ille Ductor Thebanus, & immenſo quodam virium robore polluiſſet, & excindendis monſtris, omnique ſiniſtro omine averruncando mirum in modum faveret atque præeſſet. Idem de imaginibus Alexandri Magni refert Trebellius in Quieto, uno ex triginta tyrannis, ubi loquitur de familia Macrianorum: *Alexandrum Magnum Macedonem viri in anulis & argento, mulieres in reticulis, & dextrocheriis, & in anulis, & in omni ornamentorum genere exſculptum ſemper habuerunt: eo uſque ut tunicæ & limbi & penulæ matronales in familia ejus hodieque ſint, quæ Alexandri effigiem deliciis variantibus monſtrent.* In more quippe poſitum erat antiquitùs ut Numinum vel Heroum imagines, brevia, vel inſcripta ſchedulis nomina, ſecuritatis cauſa geſtarentur. Narrat id Ammianus lib. 22. de Aſclepiade Philoſopho, qui *Deæ cæleſtis argenteum breve figmentum, quocumque ibat, ſecum ſolitus erat efferre.* Tale porrò aliquid fuiſſe, quod Apulejus linteo ſudario habuit involutum, opinatur Caſaubonus ad præfatum locum Trebellii. Huc referas malos Genios anulis, zonis, aut ſudariis portatiles: quæ ſi falſa ſunt, non ſine impudenti temeritate pro veris narrantur; ſi vera, non ſine ſacrilegæ impietatis nota geruntur. Præterea majorum noſtrorum memoria Georgii Caſtriotæ Epirotarum Principis, & præſtantiſſimi Imperatoris, cognomento *Scanderbergh*, vita functi comminuta oſſa cineresque certatim milites geſtare ſatagebant pro certiſſimo habentes, invulnerabiles ſe in poſterum fore eo genere munimenti. Alii vim eam corporum impermeabilem referunt ad notas Magicas, ſive characteres inexplicabiles, qui ad hunc ipſum finem clam alios deferri ſolent. Numerantur verò præcipuè literæ Epheſiæ, de quibus videndus eſt Clemens Alexandrinus l. 5. Stromat. Equidem apud Suidam legimus pugilem quendam Mileſium, cum decertaret adversùs antagoniſtam Epheſium, nihil adversùs illum, omnibus cæteroqui exertis viribus, conſequi potuiſſe, licet primi nominis eſſet palæſtrita. Compertum autem poſtea eſt ab Agonothetis, ſive judicibus, pugilem Epheſium patrias, quas dixi, literas ſive notas geſtare ſub talo; quibus detractis, facilè ſuccubuit. Hujuſmodi notarum atque adeo librorum ingentem copiam publice combuſſerunt Epheſii hortatu S. Pauli Apoſtoli. Act. Apoſt. c. 19. *Multi autem ex eis, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus.* Eas nimirum notas libroſque Epheſum invexerat Apollonius Tianæus, qui ibidem ſcholam aperuit. Legimus porrò apud Ælianum virtutem maſculam in militum pectoribus ingenerari creditum fuiſſe ab effigie Scarabei, quam proinde anulis inſculptam geſtabant: quamobrem etiam inter Romanorum ſigna Scarabeum fuiſſe adnumeratum refert Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 8. Idem alii attribuunt certis quibuſdam herbarum ſuccis, quibus imbuta membra nullis armorum cuſpidibus aditum præbent. Hac ratione caſtiſſima apud Areoſtum fœmina Iſabella, ut properata morte caſtitati conſuleret, a Rodomonte occiſa legitur Cant. 29.

Hò notitia d'un herba, e l'hò veduta
Venendo, e sò dove trovarne appreſſo,
Che bollita con ellera e con ruta
Ad un foco di legna di cipreſſo,

E

E frà mano innocenti indi premuta,
Manda un liquor, che chi ſi bagna d'eſſo
Tre volte il corpo, in tal modo l'indura,
Che dal ferro e dal foco l'aſſicura.
Io dico ſe tre volte ſe n'immolla,
Un meſe invulnerabile ſi trova,
Oprar convienſi ogni meſe l'ampolla,
Che ſua virtù a più termine non giova.
Io sò far l'acqua, & oggi ancor farolla,
Et oggi ancor voi ne vedrete prova,
E vi può (s'io non fallo) eſſer più grata,
Che d'aver tutta Europa oggi acquiſtata.

Ludovici commentum ex vera hiſtoria tractum eſt, quam ſic exponit Cromerus lib. 11.--*Memoratur forte & præclarum monachæ cujuſdam facinus, quæ capta a Lituano quopiam, cum ad ſtuprum traheretur, rogavit eum, ne ſibi vim faceret; mercedis autem loco promiſit, ſe eum edocturam eſſe, qui corpus ejus vulnerari nullo nuquam ferro poſſet: quod cum diſcere ille percuperet, jugulum ei fortis puella præbuit, ut in ipſam ejus rei periculum faceret. Credulus ille, ſtricto gladio, caput ejus amputavit. Sic illa Barbari libidinem eluſit, ſtuprumque turpe honeſta morte evaſit.* Herbam Promethæam ſingularem illam prærogativam obtinere, ut eadem inuncti artus non igne, non ferro violari poſſint, tradit Apollonius lib. 3. Argon. Odiorum etiam ſemina ab eadem herba conſeri ex eodem Vate, & Propertio diſcimus. Notum etiam eſt eruditis Alectorio lapidi vel gemmæ inſuper adſcribi, ut firmiſſima faciat & invia vulneri corpora depugnantium. Traditur id in Solini Metricis:

Eſt & Alectorius gallorum in ventre lapillus,
Ut faba, cryſtalli ſpecie, pugnantibus aptus.

Dicitur autem is lapis themate Græco à gallo, in cujus ventre coaleſcere perhibetur. Ejus porrò lapidis ſive gemmæ geſtatæ uſu & beneficio Milonem Crotoniatem in quolibet Athletico certamine victorem fuiſſe, præter commemoratum Solinum, teſtatur Plinius lib. 37. cap. 10. *Alectorias vocant, in ventriculis gallinaceorum inventas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotonienſem uſum in certaminibus invictum fuiſſe videri volunt.* Eadem de Alectorio lapide habet Julius Africanus lib. de Bellico apparatu. Sunt præterea qui præfatam ſecuritatem progigni poſſe exiſtiment à pelle Hyænæ, qua ſuccincti in medios hoſtes poſſunt pervadere, formidinis omnis expertes, etiamſi viliſſimi cæteroqui fuerint, ac lepores veluti & cuniculi galeati ſe induant in hoſtium cuneos. Eam ob cauſam Ægyptii virum intrepidum, nec extrema pericula reformidantem expreſſuri depingebant pellem Hyænæ, ut tradit Orus Apollo in ſuis ſymbolis. Anulis eandem virtutem fuiſſe inſitam tradiderunt alii ex Luciano in *Navigio*: quemadmodum de anulo Gygis Herodotus aliique ſcripſerunt vim habuiſſe, ut illum geſtantes omnium aſpectui ſubtraherentur: quod plane imitati ſunt Etruſci fabulatores in anulo Angelicæ. Adſtruunt porrò alii vim inſuperabilem Magneticæ philoſophiæ, ex cujus virtute Magicophyſica, & Electro quodam Vulcanio, quod etiam tonitruale, & fulminatorem vocant, exſurgere arbitrantur armaturæ temperamenta, quæ nulla vi diffindi diſſolvique poſſint. Multa item aggerant ex arcanis Alchymiæ, & Chryſopejæ; item ex omnimoda tranſmutatione metallorum, & permixtione ſimpathica ſanguinum quorundam & unguentorum. Verùm iſthæc omnia viris cordatis ſomnia ſunt, nugamenta, gerræque meraciſſimæ; nec niſi aniles fabulæ, & mendaciſſima deliria impoſtorum. Neque porrò fidei plurimum iis eſt tribuendum, qui ad Magicas excantationes, faſcinos, & veneficia, ac neſcio quas obmurmuratas comprecationes ſuſurroſque confugiunt, ut ſcilicet à familiaritate & commercio mali cujuſdam Genii & Tartarei veteratoris affatu, atque multiplici inita pactione, pudendiſque & execratione digniſſimis conditionibus, inanem obtineant, futilem, & deridendam corporum ſecuritatem. Sunt enim pleraque ex infimæ plebis ſentina atque gurguſtiis edita; aut hominum, omnium vitiorum fæce contaminatorum temeritatem ſapiunt & impudentiam. Quid enim præſtare poſſint ad corporis tutamentum adversùs incendia, ferrumque & fiſtulas fulminales ſchedulæ ignorabilibus quibuſdam notis exaratæ, ſuſpenſæque e militum collo, tibialibus inſertæ, vel inſutæ thoracibus, aut quomodolibet geſtatæ, vel etiam, quæ nugaciſſima multorum credulitas eſt, deglutitæ ante certamen? Venditare iſthæc quidem fortaſſe poſſunt aretalogi, clamoſique impoſtores circumforanei, aut Baucis pannucia, ut cum Perſio loquar, ut minutulum ſcilicet aſſem planſumque aliquem ex infimo popello corradant: cæterum cordati viri eadem plane derideant, & ineptiſſima commenta omni veritatis ſucco atque adeo colore deſtitui, nec niſi ludibrium ſanis mentibus debere prorſus exiſtiment. Non igitur quidquam Magici characteres, non aſſervata brevia & ſchediaſmata, non herbarum ſucci, non ferinæ pelles, aut lapides, anulique, ſed nec ipſa fornax Æthnæa cum ſudantium Cyclopum laboribus atque ictibus malleorum, armaturæ genus ullum ſatis firmum polliceri poſſunt, aut quamcunque demum ſpondere diſcriminum immunitatem. Petenda hæc ſolummodo eſt ab innocentia dimicantium, ac Supremi Numinis, Cœlitumque beneficio. Sublatæ ſignis militaribus Cruces, Deiparæ Virginis, ac Cœleſtium civium circumactæ in vexillis imagines, ſuſpenſa e bellatorum atque equitum pectoribus, auroque & gemmis radiantia ſalutis ſigna; inprimis verò religio, pietas, & ſanctitudo militantium, ea ſcilicet ſunt vera & germana, eademque perpetua pignora ſecuritatis. Equidem Sacræ icunculæ, ac præſertim Chriſti Domini effigies à militibus geſtata ad eorum ſalutem & tutamentum plurimum ſæpe profecit. Exemplum ſcitu digniſſimum refertur ab Oderico Rinaldo ann. 1209. N. 26. *Nec diſſimile prope arcem, cui Carabeſi nomen erat, contigit. Percuſſus enim miles in pectore, ubi affixum crucis ſignum geſtabat, telum e balliſta libratum non modo ipſo incolumi, ſed nec veſte læſa, non aliter quam ſaxo percuſſo, quamvis inermis eſſet, reſiliit.* Longè verò maximum ac planè Divinum militiæ munimentum, & præſidium auguſtiſſimum, Euchariſticum eſt immortalitatis epulum, quo non animi duntaxat ab omni turpitudinis labe, verùm etiam corpora ad immortalem alimoniam exſaturantur. Cœleſtis ejuſce commeatus & annonæ adumbratio quædam apud Judæos extitit Arca fœderis, quam iiſdem aram extitiſſe perfugii, ac fidiſſimum tutamentum improbiſſimi hoſtes non una clade ſenſerunt. Satis hic fuerit eas Philiſthæorum voces indicare quæ le-

guntur Reg. 1. cap. 4. *Quænam eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et cognoverunt, quod Arca Domini veniſſet in caſtra. Timuerűtque Philiſtiim dicentes: Venit Deus in caſtra: & ingemuerunt dicentes: Veh nobis: non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius. Veh nobis: quis nos ſervabit de manu Deorum ſublimium iſtorum?* Ex iſtiuſmodi ſanctuariis, ſacriſque civium Cœleſtium ſignis & imaginibus, cum vitæ præſertim innocentia, & morum integritate conjunctis, petenda militibus ſunt vera & ſolida tutamenta, eliminatâ irriſâque universâ alchimiæ, magiæ, veneficiorum, & faſcinationum officinâ, errorum ſcilicet, & offuciarum pleniſſimâ. Obſervo hic poſteriorum Græcorum ritum in Aula Byzantina, ubi ſacro oleo ex Eccleſiæ more imbutæ chartulę diſpergebantur in milites, quarum præſidio admodum alacres exercebantur in prœliis. Rem ſcitu dignam refert Georgius Pachymeres Hiſt. Michael. Lib. 6. cap. 32. *Tùm paratos ad id faſciculos ſegmentorum papyri conſecrato tingerent oleo, mox darent expeditis Curſoribus, qui hos ad exercitum portaturi in procinctu ſtabant. Erat autem numerus chartularum oleo tinctarum quantus ſufficeret, ut unicuique militi contra hoſtem ituro ſua tribueretur, quam ſecum in prælio geſtaret:* Et infra: *Ergo ſub auroram noſtri omnes armis ſumptis, correptaque quiſque in manum tincta oleo ſacra chartula, trajecto amne, in turbatas clade Ducis hoſtes ruunt.* Quæ verò dixi de mendaciſſimis medicamentis ad inviolabilem corporibus duritiem conciliandam, dicta etiam accipias ad eorum detegendam abſurditatem, qui ſic exiſtimant conflari temperarique poſſe cujuſque generis arma, ut vim certiſſimam habeant vel inferendi mortales ictus, vel repellendi. Cum enim Homerus poeticis coloribus & jucundo acroamate demulcendi animos causâ, Achillem Ducem prodigiali quadam armaſſet haſta, cujus impetum ictuſque exitiales nulla vis vel adamantini clypei objecti fruſtrare poſſet, nihil obſtitit quin ejus poetæ aliorumque exempla aliquot ſecuti Vates ſimilia, in ſuis bellatoribus muniendis, armorum portenta prodiderint. Hinc galea Hectoris, quæ poſtea ad Ferrautum tranſiſſe fingitur ab Areoſto, quæ nulla miſſilium impreſſione pertundi poſſet. Hinc Æneæ, & aliorum clypei, ne ſylvis quidem haſtilium pervii. Ad hæc haſta aurea Argaliæ apud Bojardum, & apud Areoſtum haſta Bradamantis, quam ſemel emiſſam excuſſi ab equis vel primæ notæ bellatores ſequebantur; cornu Aſtolphi Ducis, cujus ſonitu in fugam citatiſſimam obvios quoſque agi neceſſe eſſet; aliaque ejus generis non ſane pauca, à fabulatoribus adinventa, ut canoris ejuſmodi nugis lectorum mentes caperent & devincirent. Jucundiſſimis ſcilicet narrationibus volutandis otium fallunt longumque condunt diem de plebe homines; exiſtimantque tam vera eſſe abſona figmenta, quàm certa fuiſſe Veteres reputarunt, quæ ad Sagram geſta ſunt. Verùm eadem ſapientibus ſunt deriſui, qui probè intelligunt nulla eſſe amuleta, nullas excantationes magicas, fornacem nullam, aut incudem Æthnæam, quæ tam abſurdæ atque prodigialis temperaturæ arma poſſit procudere. Non admodum diverſi generis ſunt, quæ falſa & nugatoria perſuaſione circumferri paſſim video de amuletis quibuſdam periaptis, & phylacteriis, quæ miram atque certiſſimam habeant efficacitatem quodcunque morborum genus ac præſertim Herculeum & comitialem propulſandi & averruncandi. Huc pertinent certis quibuſdam metallis conflati anuli, vel bullæ, lamellæque penſiles, & in ſinu geſtata numiſmata, quibus non ſolùm homines de trivio, verùm etiam viri interdum cæteroqui ſapientes ſe ineptè communiunt adversùs caſus fortuitos, languoreſque ſubitos, ſiniſtroſque rerum eventus. Non ſum neſcius apud omnes ferè nationes hujus generis multa invaluiſſe, ac præſertim apud Ægyptios, Indos, Perſas, Babylonios, atque adeo Romanos. Memorantur præſertim mala citria incluſa capſulis, lecti cubiculares, ſeu potius tricliniares, inumbrati vite aurea, coroniſque hederaceis, quibus occultam ineſſe vim ad morbos depellendos Perſæ, Hebræique perſuaſum habuere. Verùm de his vide quæ ſcripſit Martinus de Roa Singular. par. 2. cap. 2.

Jô Pæan. Exclamatio eſt rem indicans proſperè geſtam, præcipuè verò victoriam: de qua ita Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 17. *Hanc vocem, ideſt Jô Pæan, confirmaſſe fertur Oraculum Delphicum Athenienſibus petentibus opem Dei adversùs Amazonas, Theſeo regnante. Namque inituros bellum juſſit his ipſis verbis ſemetipſum auxiliatorem invocare hortarique.* Harum vocum originem ex Hebræo deducit Hofmannus. Ovid. 2. de Art.

Dicite Jô Pæan, & Jô bis dicite Pæan.

Translata deinde eſt ea particula ad expreſſionem doloris; ut eſt apud Tibull.

Uror Jô: remove, ſæva puella, faces.

Ab hac voce Jô originem ducere verbum vulgo tritum *Jobilare*, ſeu *Jubilare*, author eſt Scaliger, ſed vide *Jubilum*.

Jo triumphe. Vetus Formula acclamationis, qua triumphum agentibus milites ſolebant plaudere, cum in Capitolium curru per Urbem veherentur. Tibullus lib. 2. Eleg. 5.

Ipſe gerens laurus, lauro devinctus agreſti.
Miles, Jo, magna voce, triumphe canam.

Ovid. lib. 1. Amor. Eleg. 2.

Omnia te metuent, ad te ſua brachia tendent,
Vulgus Jo, magno voce, triumphe canet.

Horat. lib. 4. Od. 2. de Triumpho Auguſti.

Tuque dum procedis, Jo triumphe,
Non ſemel dicemus, Jo triumphe,
Civitas omnis; dabimuſque Divis
Thura benignis.

Et lib. Epodon. Od. 9.

Jo triumphe, nec Jugurthina parem
Bello reportaſti Ducem.

Jobagines, aliàs Jobagiones. Interdum appellatio fuit Colonorum, atque adeò Mancipiorum in Regno Hungariæ. Interdum etiam Nobilibus & Baronibus accenſentur. Elucidat iſta Cangius prolatis decretis Regum Hungariæ. Addo militiæ inſuper genus fuiſſe. Decretum Regis Matthię. *Concluſum eſt, quod tam Nobiles, quam eorum familiares & Jobagiones, ſedem judiciariam ingreſſuri, arma omnia cujuſcunque generis exiſtant, in hoſpitiis deponere & inermes in ipſam ſedem ingredi debeant.*

Joviani milites. Id erat cognomen uni ex legionibus ſex Palatinis, quæ ſuberant Magiſtro militum in præſenti vel præſentali. Lecti conſtitutique dicuntur à Diocletiano, & à Jovis nomine, quod ſibi uſurpabat, ſic appellati. De iis Zoſimus ita ſcribit lib. 3. *Sunt à Diocletiano, & Maximia-*

ximiano profectæ legionum appellationes; habentium cognomina Principum illorum, quorum alter Jovis, alter Herculis cognomentum uſurpavit. Ea legio, ut ſcribit Sozomenus lib. 6. cap. 6., Imperatorem proximè à tergo præſidii cauſâ ſequebatur. Sozomeno adſtipulatur Nicephorus lib. 11. cap. 1. *Vetus conſuetudo erat, ut qui Jovianæ, atque Herculianæ, ita à Jove & Hercule dictis, legionibus præeſſent, Principem à tergo ſequerentur*. Huic legioni præfuiſſe legimus ſub Juliano Apoſtata Valentinianum, qui poſtea rerum potitus eſt. Hæc ferè de Jovianis Pancirolus Comment. Not. Imp. Orient. cap. 39.

Iphicratensss. Memorantur a Polluce & aliis inter ordines equeſtris militiæ apud Græcos. Liquet dictos fuiſſe ab Iphicrate, rei militaris Duce ſcientiſſimo. Ut enim a Fabiis præſtantiſſimæ notæ bellatoribus inditum nomen eſt militibus Fabianis, ſic Iphicratenſibus ab Iphicrate. Expreſsè id tradit Probus in vita Iphicratis: *Quem quidem ſic omni diſciplina militari erudivit, ut quemadmodum quondam Fabiani milites, Romani milites appellati ſunt, ſic Iphicratenſes apud Græcos in ſumma laude fuerint*.

Irenarchæ. Genus militum Irenarchæ erant, per Italiam & per provincias antiquitùs diſpoſiti ad arcenda latrocinia. De iis loquitur Svetonius in Tiberio cap. 37. *Tuendæ pacis a graſſaturis ac latrociniis, ſeditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit*. Eligebantur autem a Decurionibus ſingularum urbium, ut adjectos agros & limites cuſtodirent. Honorius in Leg. 1. Cod. de Irenarchis. *Irenarchæ, qui ad provinciarum tutelam per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, a Decurionibus judicio Præſidum nominentur*. Dicuntur Irenarchæ a Pace ex Græco: propterea quod coercitis graſſatoribus, pacem atque concordiam in provinciis afferebant.

Irenarches. Latinè Pacis Author, Præfectus, Conciliator. Convenit tum iis, qui onus ſervandæ inter Principes pacis in ſe recipiunt, quod eſt munus Principis potentis, vel Reipublicæ illuſtris; *Garonte*; tum iis, qui ad concilianda fœdera & pacem, cum publicæ fidei literis in condictum rei tractandæ locum diſcedunt. *Plenipotentiarii*. Agitur de Irenarche in Cod. Juſtinianæo; ex quo diſcimus ab eodem Juſtiniano reſtitutam fuiſſe eam dignitatem, poſtquam ab antiquioribus Cæſaribus fuit abolita, & abrogata, propter abuſum eorum, qui pacis aſſerendæ nomine & obtentu facti erant hoſtes & turbatnres publicæ tranquillitatis. Notandum etiam, apud Scriptores Eccleſiaſticos, Irenarchem appellari Chriſtum Dominum, qnoniam nos Æterno Patri benigniſſimè cnnciliavit; ex qno in ſacris etiam paginis dicitur Princeps pacis.

Irene. Latinè Pax. Vox uſurpata a viris eruditis. Oh, ſi pulcherrima Irene nobis illuxerit!

Irenica, orum. Preces pro pace ineunda. Gloſs. Meurſ.

Iris. Nomen equi jugalis Admeti apud Stat. lib. 6.

Nominibuſque cient Pholoen, Admetus, & Irin.

Iris, idis. Vulgata acceptione Arcus cœleſtis. Pro pacis nuncia ſumi aſſolet, propterea quod fœdus & pacatam iram divinam poſt diluvium notavit, Geneſ. 9. Eadem tamen diſcordias & bella præmonere creditur. Hinc apud Virgil. 5.

Irim de cœlo miſit Saturnia Juno;

cum Trojanæ mulieres ad ſuorum claſſem concremandum extimulatæ ſunt. Ideo ſcripſit Servius obſervatum eſſe, Mercurium ad concordiam, Irim ad diſcordiam plerunque mitti. Crediderim in bonam ſiniſtramque partem promiſcuè accipi; ut eadem ſuàpte naturâ & pluviam proximam, & futuram ſerenitatem ſignificat.

Irregulares munitiones. Vide *Regulares*.

Irrumpo, is. Cum impetu & violenter ingredior. Cæſar 1. Bell. Civil. *Ne ſub ipſa profectione milites oppidum irrumperent*.

Irruptio, onis. Incurſio violens. Cic. pro Leg. Manil. *Nam cum hoſtium copiæ non longè abſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur*. Vide *Incurſio*, & *Eruptio*.

Iselasticum. Latinè Ingreſſnrium, a Græcorum εἰσελαύνω. Præmium erat iis propoſitum ab Imperatore vel urbe, qui certaminis victores patriam ingrederentur: quemadmodum coronarium pro triumpho conferebatur a Provinciis. Videntur autem obſonia etiam & annona largior pro pompæ impenſa, & reliquis ſumptibus, eo nomine contineri; ut ex Juſtino & Plinii Epiſtolis colligit Joſeph Scalig. Virgil. 8.

Tu, cujus & annis

Et generi fatum indulget, quem Numina poſcunt,

Ingredere, ò Teucrûm atque Italûm fortiſſime Ductor.

Multis olim ceremoniis rituque vario peragebatur victorum ingreſſus, ut videre eſt apud Sveton. in Caligula, & apud Curtium, ubi agit de ingreſſu Alexandri in Babylonem. Dicta proinde Iſelaſtica, quonim victores, præſertim Athletæ, in ſuam quiſque patriam ingenti cum pompæ apparatu introducebantur. Eam verò per disjectam ante muri partem ingrediebantur equis albis ſublimes, quo indicabatur, ut notat Plutarchus, non indigere muris eam civitatem, cui tales viri eſſent, qui pugnare poſſent & vincere. Eodem eximio præmio triumphalis ingreſsûs donatos etiam fuiſſe victores in bello, cum in patriam remearent, obſervatum a nobis vide in Titulo *Triumphus*. Cæterum de toto hoc genere accuratè omnia amplexus eſt Plinius, cujus ad Trajanum Epiſtolam exſcribo. Legitur autem lib. 10. *Athletæ, Domine, ea quæ pro Iſelaſticis certaminibus conſtituiſti, deberi ſibi putant ſtatim ex eo die, quo ſunt coronati. Nihil enim referre, quando ſint patriam invecti, ſed quando certamine vicerint, ex quo invehi poſſint. Ego contra ſcribo Iſelaſticorum nomine. Itaque eorum vehementer addubitem, an ſit potius id tempus, quo εἰσελάσαι intuendum. Iidem obſonia petunt pro eo agone, qui a te Iſelaſticus factus eſt, quamvis vicerint, antequam fieret. Aiunt enim congruens eſſe, ſicut non datur ſibi pro his certaminibus, quæ eſſe Iſelaſtica poſtquam vicerunt, deſierunt; ita pro iis dari, quæ eſſe cœperunt. Hìc quoque non mediocriter hæreo, ne cujuſquam retrò habeatur ratio; dandumque quod tunc cum vincerent, non debebatur. Rogo ergo ut dubitationem meam regere, ideſt beneficia tua interpretari ipſe digneris*. Huic Epiſtolæ in hanc ſententiam reſpondet Trajanus; *Iſelaſticum tunc primum mihi videtur incipere deberi, cum quis in civitatem ſuam ipſe εἰσήλασεν. Obſonia eorum certaminum, quæ Iſelaſtica eſſe placuit mihi, ſi ante Iſelaſtica non fuerunt, retrò*

non debentur, nec proficere pro deſiderio Athletarum poteſt, tam eorum, quæ poſtea Iſelaſtica lege conſtitui: quàm quæ, cum vincerent, eſſe deſierunt. Mutata enim conditione certaminum, nihilominus quæ ante perceperant, non revocantur. Intelligis porro ex hac Trajani Epiſtola, quæ ſint certamina Iſelaſtica; & quid a Gymnicis ſimplicibus diſcrepent. Extat vetus inſcriptio de certamine Iſelaſtico Puteolanorum inſtituto ab Antonino Pio: *IMP. CÆSARI. DIVI HADRIANI. FILII. DIVI. TRAJANI. PARTICI. NEPOTI. DIVI. NERVÆ. PRONEP. T. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO. AVG. PIO. PONTIF. MAXIMO. TRIB. POTEST. IMP. II. COS. III. P.P. CONSTITVTORI. SACRI. CERTAMINIS. SELASTICI. SOCII. LICTORES. POPVLARES. DENVNCIATORES. PVTEOLANI.* Ubi nota irrepſiſſe mendum in voce *Selaſtici* pro *Iſelaſtici*.

Isthmia, orum. Unum fuit ex quatuor certaminibus, quæ quinto quoque anno Græcia celebravit. Appellatio illis ab Iſthmo, qui propriè eſt terræ lingula, quæ tractu gracili peninſulam nectit continenti. Multiplex eſt, ſed omnium celeberrimus, quo Peloponneſus Græciæ colligatur, in quo tractu ſita eſt Corinthus, hinc Jonio, Ægæo hinc mari imminens. Lucanus lib.1.

qualiter undas
Qui ſecat, & geminum gracilis mare ſeparat Iſthmos,
Nec patitur conferre fretum: ſi terra recedat,
Jonium Ægæo frangat mare.

Iſthmiorum certaminum originem, quæ edebantur in ipſis Iſthmi Peloponneſiaci faucibus, prope Neptuni templum, quod illic erat percelebre, referunt quidam ad antiquiſſima tempora, utpote quæ inſtituta fuerint in honorem Melicertæ, ſive Palæmonis extincti. Quare a quibuſdam accenſentur inter ludos funebres; eandemque ob cauſam Statius Sylv. lib.3. dixit,

lacrymabilis Iſthmos.

Idem teſtatur vetus Epigramma Græcum Archiæ Poetæ, quod extat in Anthologia. Verùm Plutarchus ſpectacula Iſthmiaca diſtinguit a ludis inſtitutis in memoriam Melicertæ, & illorum authorem Theſeum expreſsè facit in hujus vita. Dicavit autem illa Theſeus Neptuno, eademque inſtituit æmulatione Herculis, qui Olympiorum author fuerat. Quod attinet verò certamen ipſum, eadem fermè complectebatur, quæ reliqui Græcorum agones. Victorum præmium corona erat ex pinu. Plutarchus tamen Iſthmionicas apio coronatos memorat. Cæterum ea fuit celebritas Iſthmiorum, ut ne exciſa quidem Corintho fuerint intermiſſa, verùm translata ad Sycionios. Salmaſius in Solin. non pentaterieos, ſed trietericos eos ludos fuiſſe ſtatuit. Vide Fabrum in Agoniſt. & Paſcalium Coron. lib. 6, cap. 21. De Iſthmiis Stat. lib.6. per hæc verba:

Mox circum triſtes ſervata Palæmonis aras
Nigra ſuperſtitio, quoties animoſa reſumit
Leucothoe gemitus, & amica ad litora feſta
Tempeſtate venit, planctu conclamat uterque
Iſthmos, Echioniæ reſponſant flebile Thebæ.

Iter militare. Vide *Agmen*.

Itinerarium. Libellus, vel tabula topographica, ubi non oppida ſolùm pagique, item agri, flumina & montes deſignantur, ubi eſt a milite ſubſiſtendum; vel qua ab eodem eſt prætereundum in militari progreſſu, verùm etiam certa, diligens & exacta deſignatio, atque dimenſio ipſarum motionum, ſeu metationum militarium, de cujus utilitate, & peritia Ducibus neceſſaria, alibi fuſiùs fuit ſermo. Veget. lib. 3. cap. 6. *Primum Itineraria omnium regionum in quibus bellum geritur, pleniſſimè debet habere perſcripta.* S. Ambroſius Serm. 5. in Pſalm. 118. *Miles, qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipſe diſponit ſibi, nec pro ſuo arbitrio viam carpit, nec voluptuaria captat compendia, ne recedat a ſignis: Sed Itinerarium ab Imperatore accipit, & cuſtodit illud, præſcripto incedit ordine, rectaque via conficit iter, ut inveniat commeatuum ſibi parata ſubſidia. Si alio ambulaverit itinere, annonam non accipit, manſionem paratam non invenit &c.* Vide *Geographia*.

Itinerarium sonare. Formula militaris, quæ legitur apud Ammianum lib.24. *extracta quiete nocturna Itinerarium ſonare lituos jubet.* Significat autem profectionis ſignum indicere tuba, vel lituo; ut eo audito ſigno milites vaſa colligant, viæque ſe comparent.

Juba, æ. Virgil.3.Georg.

Denſa juba, & dextro jactata recumbit in armo.

Uſitatius tamen numero multitudinis dicimus Jubas. Sunt autem Jubæ crines a collo animantium dependentes, præcipue verò equorum & leonum. De leoninis jubis Plin. lib.8. cap.16. *Leoni præcipua generoſitas tunc, cum colla armoſque veſtiunt Jubæ.* Quidam a juvando trahunt, alii a jubendo, quoniam juba apprehenſa jubemus animal pergere. Sed frivolum illud ineptumque thema. Voſſius deducit a voce Græca φόβη, quæ crinem notat in veteri Etymologico, & proprie Jubam. In equis præſertim non poſtrema eſt jubarum conſideratio. Horum alacritatem & generoſam proſapiam Jubæ denſæ, diſperſæque, atque in armos rejectæ teſtantur. Stat. lib.6.

Ducitur ante omnes rutilæ manifeſtus Arion
Igne jubæ.

Et Claudianus de equo Honorii:

diſcuſſæque jubæ ſparguntur in armos.

Item Jubas erigere, attollere, jactare, nota eſt equi militaris. Stat. de equo Domitiani:

Cui rigidis ſtant colla jubis, vivuſque per armos
Impetus.

Et Nazianzenus ubi loquitur de leonibus, aliiſque feris iratis:

Ut ferri cernunt aciem, juba protinus ipſis
Horret, in hoſtilem proſiliuntque manum.

Quemadmodum verò Jubæ erectæ vigorem & alacritatem, ſic remiſſæ mœrorem languoremque ſignificant, ut optimè obſervat Ludovicus de la Cerda ad Virgilii Georg. 3. Hinc Homerus Xanthi, Achillis equi, triſtitiam ſignificans ejuſdem comas ad terram inclinatas notat. Et Stat. de Leonibus lib.2. Silv.

pavidi timuere leones
Et cunctis cecidere jubæ.

Columella lib.8. cap.2. minus propriè Jubas Gallinaceorum dixit plumas in eorum cervicibus ſtantes. Per uſurpationem etiam Plautus Jubas vocavit criſtas ſerpentium in Amphitr. *Devolant angues jubati deorſum, in impluvium duo.* Plautum ſecutus eſt Valerius Flaccus de dracone velleris aurei cuſtode:

Digitized by Google

Jamque altæ cecidere jubæ.

Jubilum, i. Vocem eſſe originis Hebraicæ contendunt Macri Fratres in Tit. Jubilæum. Fieri autem vel a *Jobel*, ideſt, cornu, quoniam annus Jubilæi cornu promulgaretur: vel a *Jebal*, quod eſt germen, quoniam anno Jubilæi agri non colebantur, licet divinitus factum fuerit, ut præcedentes anni annonam duplicem germinarent: vel a *Jobal*, quod eſt libertas, qua eodem anno gaudebant mancipia. Verùm Joſephus Scaliger apud Voſſium in Etymol. Græcam originem advocat. Veteres, ubi adversùs vim ſibi illatam opem quærerent, jubilare ſolebant & quiritare. Quiritare autem peculiare erat urbium, jubilare ruris, ut exponit Donatus ad Terentium in Adelph.

Obſecro, populares, ferte miſero atque innocenti auxilium.

Itaque jubilare fit Scaligero a Græcis particulis ἰὼ, ἰὼ. Scaliger verò pater de cauſis Ling. Lat. cap. 32. coniicit trahendam eſſe ejus originem vocis a voce Triumphantium ἰὼ ἰὼ, & verbo βιῶ, quod eſt vivo. Demiror Scaligeros Græcæ originis feciſſe vocem, quæ antiquiſſima eſt apud Hebræos. Eſt autem Jubilum expreſſum voce gaudium, nullis tamen certis verbis articulatum, ſed ſignificatum potius vocali aliqua litera ſæpiùs geminata cum quadam alacritate. Calphurn. Eglog. 7.

Et tua mærentes expectant jubila tauri.

Silius lib. 14.

Et lætis ſcopulis audivit jubila Cyclops.

Ego verò in militare ſyllabum hoc verbum refero, non tam ſubnixus authoritate Scaligeri patris, qui ejus originem depromit a voce triumphantium *Jo*, quàm propter Ammiani locum lib. 22. ubi fit Jubili mentio per hæc verba: *Acceſſere flagitia diſciplinæ caſtrenſis, cum miles cantilenas meditaretur pro Jubilo molliores.* Cum verò ſcribat queraturque in molles enervatoſque cantus degeneraſſe militum Jubila, plane oſtendit, Jubilum fuiſſe genus clamoris, vel acclamationis militaris. Videtur enim dubitari non poſſe, clamorem fuiſſe ad teſtificandam lætitiam. Adiicit conjecturæ fidem Eckeardus Minimus de vita Notkeri Balbuli cap. 16. *Eandem diſciplinam Angelicam Deus dedit viro ſancto per Spiritum Sanctum ſuum, & ſociis ſuis docere Eccleſiam in Jubilis ſequentiarum agendam.* Ubi Goldaſtus obſervat hæc notari ad marginem. *Jubilus, ideſt, neuma, quem quidam in organis jubilant, plauſum victorum lætantium commendat.* De Jubilo Eccleſiaſtico vide plura apud Cangium in Gloſs.

Judiciariæ Naves. Occurrunt apud Scriptores citimę ętatis, habenturque ex genere Luſoriarum, ſic appellatę a Ducibus Romanis, qui aderant cum præſidio ad pręgrandes fluvios, præcipuè ad Rhenum, & Danubium; qui etiam Judices finium appellabantur. Vide *Luſoriæ* & *Ripar ienſes*.

Jugulare mortuos. Militare dictum tranſlatum a prœliis, in quibus interfectos jugulare ignavum & probroſum habetur. Refertur a Laertio in Menedemo. Uſurpatur in illos, qui vel contra vità functos, vel adversùs quomodolibet reſpondere impotentes rixam ſuſcipiunt. Simile eſt illud: *Cum larvis luctari*; cujus adagii meminit Plinius in pręfatione Hiſtorię.

Jugum, gi. A jungendo trahit Perottus. Melius a jugando: nam jugare eſt antiquius quàm jungere, ſicut cubare quàm cumbere. Jugum dicitur in cythara ejuſdem cervix, ſeu pars ſuperior, quò verticilla inſeruntur: in trutina ſcapus, ex quo lances dependent: in vinea pertica duplici pedamento tranſverſa; ex quo jugatę vites. Jugum in militia genus eſt animadverſionis in hoſtes bello ſuperatos. Cujuſmodi illud fuerit docet Livius lib. 3. *Tribus haſtis Jugum fit, humi defixis duabus, ſuperque eas tranſverſa una deligata.* Extremę ignominię genus fuit hoſtes devictos ſub Jugum mittere, ideſt adigere ut ereptis armis diſcinctique tranſmittantur ſub jugali pertica. Geminum præ cæteris exemplum ſub Jugum miſſi hoſtis exhibeo tibi ex Livio lib. 9. alterum de Romanis ſub Jugum miſſis Samnitium victorum imperio & animadverſione: *Proponere ſibimet ipſi ante oculos Jugum hoſtile, & ludibria victoris, & vultus ſuperbos, & per armatos inermium iter. Inde fœdi agminis miſerabilem viam, per Sociorum urbes reditum in patriam, ac parentes: quo ſæpe ipſi majoreſque eorum triumphantes veniſſet: ſe ſolos ſine vulnere, ſine ferro; ſine acie victos: ſibi non ſtringere licuiſſe gladios, non manum cum hoſte conferre: ſibi nequicquam arma, nequicquam vires, nequicquam animos datos. Hæc frementibus hora fatalis ignominiæ advenit, omnia triſtiora experiundo factura, quam quæ præceperant animis. Jam primùm cum ſingulis veſtimentis inermes extra vallum exire juſſi & primi traditi obſides, atque in cuſtodiam abducti. Tum a Coſſ. abire Lictores juſſi, paludamentaque detracta, tantam inter ipſos, qui paulo ante eos execrantes, dedendos lacerandoſque cenſuerant, miſerationem fecit, ut ſuæ quiſque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majeſtatis velut ab nefando ſpectaculo averteret oculos. Primi Coſſ. prope ſeminudi ſub Jugum miſſi: tum ut quiſque gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus: tum deinceps ſingulæ legiones. Circumſtabant armati hoſtes exprobrantes eludenteſque: gladii etiam pleriſque intentati: & vulnerati quidam necatique, ſi vultus eorum indignitate rerum acrior victorem offendiſſet. Ita traducti ſub Jugum &, quod penè gravius erat, per hoſtium oculos.* Alterum ex eodem Livio ibidem de ipſis Samnitibus ſub Jugum miſſis a Romano victore. *His Papirius ita reſpondit, debuiſſe eos Pontium Herennii filium, quo auctore Romanos ſub jugum miſiſſent, conſulere quid victis paciſcendum cenſeret. Cæterum, quoniam ab hoſtibus in ſe æqua ſtatui, quam in ſe ipſi ferre, maluerint, nuntiare Luceriam juſſit, arma, ſarcinas, jumenta, multitudinem omnem imbellem intra mœnia relinquerent: militem ſe cum ſingulis veſtimentis ſub Jugum miſſurum, ulciſcentem illatam, non novam inferentem ignominiam. Nihil recuſatum. Septem millia militum ſub Jugum miſſa, prædaque ingens Luceriæ capta, receptis omnibus ſignis armiſque, quæ ad Caudium amiſerant.*

Jugum, gi. In diſpoſitione aciei, non apud Græcos duntaxat & in Phalange Macedonica, verum etiam apud Romanos eſt porrecta ſeries Paraſtatarum, ideſt militum ſibi lineatim adſtantium. Ex quo habemus jugare, prò vertere in jugum; & jugatim incedere, pro commeare linea vel ſerie manipularium porrecta, explicata, & extenſa. Ad hanc inſtructionem procedunt copiæ pugnam inituræ: majora quippè in longum ſpatia ſic occupant, eoque magis propagant impreſſionem

& im-

& impetum: Jugo opponitur Verſus. Eſt autem in acie verſus ordo a fronte incipiens, & per ſuccenturiatos a tergo, ſivè ſubſtites, ſigillatim ad extremum agmen porrectus, quemadmodum illum deſcribit Joannes Scapula ex Æliano, & aliis Græcis Scriptoribus. Et Ælianus quidem jugum & verſum ità diſcernit: *Stare per directum in longum aſtites jugare dicitur: ſtaro per directum in latum præſtites ſubſtiteſque verſare vocabulum accipit*. A verſu itaque ſit verſare, atque adeò verſatim incedere, quod eſt proprium exercitus commigrantis: ſic enim minore ſpatio occupato progreditur, immenſoque parcitur labori muniendæ exæquandæque per latas agrorum planities viæ militari. Quod verò ipſam attinet pugnam, vis tota conſerentium manus in verſu eſt; ea ſcilicet collocatione a poſterioribus priores ſubindè ſuſtinentur, validius repulſa hoſte, & continuato conflictu. Id recens militia dicit per columnas, vel columnatim progredi. Ab harum porrò columnarum ductu exiſtimo Legionum noſtrarum Præfectos vocatos *Colonelli*. De aciei diſpoſitione ad figuram columnæ hæc habet Raymundus Montecuccolus celeberrimi nominis Imperator Patrum noſtrorum memoria, in bellicis commentariis, qui in Bibliotheca Cæſarea diu aſſervati noviſſimè prodierunt in lucem. *Columna pars eſt exercitus, ſeù plures turmæ, ac cohortes militari in itinere latiorem in fundum extenuatæ, ſeù una poſt aliam incedens*. Idem ibidem, verſum, & jugum aliis vocab :lis frontem, & fundum nominat, explicatque in hunc modum: *Ordo frontis eſt militum ad latus ſibi conſiſtentium verſus in longum porrectus. Ordo fundi eſt militum a tergo ſibi conſiſtentium verſus in latum depreſſus*. De Jugo & verſu Triſſin. Ital. Lib. lib. 12.

E quivi ſeparò tutte le ſquadre,
Ed ordinolle poſcia in giughi e verſi,
Et in Falange Antiſtoma Duplare.

Et iterum ibidem.

Seguian coſtor con ordine mirando,
Che creſcea ſempre un Cavalier per giugo:
Et era raro, e non continuo il verſo.

Vide Patritium, ubi Phalangem Macedonicam exactiſſimè digerit.

JUGUM, i. Alia notione ſumitur ab Herone de Machinis bellieis cap. 9. ubi ſic exponitur a Barocio in deſcriptione Teſtudinis Arietariæ: *Juga hic intelligenda ſunt ligna duo inſtar Jugi bovini conjuncta, quæ unà cum aliis duobus eodem modo conjunctis baſim Teſtudinis conſtituunt*.

JUNCTA, æ. Occurrit frequenter apud Michaelem de Molino in Repertorio. Et dicitur a jungendo. Fuit antiquitus militum urbanorum ordo, additus popularibus, ad propulſandas injurias & graſſationes ſicariorum, præſertim in Regno Aragoniæ. Manu illi folùm armiſque præſtabant, in aciem ducti ab urbanis ducibus, quos dicebant Suprajunctarios: nullam verò cauſarum cognitionem habebant. Hodie retinetur idem nomen apud Hiſpanam Curiam, ſed non idem eſt officium Junctarum. Sic autem appellant varios conſiliariorum cœtus, qui cauſas cognoſcunt, & Regnorum, aut Regiorum redditum ſecuritati invigilant. Cæterum de Veterum Junctis ſic ſcribit præfatus Michael de Molino: *Sunt etiam Suprajunctarii ſuper Junctas, ideſt populorum turmas, a Domino Rege, quaſi Paciarii conſtituti: quorum eſt ipſas Junctas, cum neceſſe fuerit, evocare, & ſi eas exercitum facere contigerit, vel repentinum concurſum Appellitum vulgariter nuncupatum, ipſas Junctas, ſive populum gubernare*.

JUNIORES MILITES. Qui fuerint, vide in dictione *Ætas militaris*.

JUNIORSS TRIBUNI. Vide *Tribunus Militum*.

JUNO. Reliquis de Junone Dea prætermiſſis, ne te aliena conſectans nugis onerem, ſatis ſit indicare hanc etiam Deam bellatricem fuiſſe. Singulari certamine congreſſa cum Hercule, ab eodem vulnerata eſt, ut ſcribit Homerus 4. Iliad.

cum filius Amphitryonis
Percuſſit dextram mammam, petiitque ſagitta.

Eadem adversùs Trojanos indefeſſo animo depugnavit, Virgil. Æneid. 1.

Pallaſne excurere claſſem
Argivûm, atque ipſos potuit demergere ponto,
Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei?
Aſt ego, quæ Divûm incedo Regina, Joviſque,
Et ſoror, & conjux una cum gente tot annis
Bella gero.

JUPELLUM, i. Genus ſagi militaris, Legitur in Scheda Alexandri IV. ubi decernit nigram chlamydem deferendam eſſe a militibus Ordinis Hoſpitaliorum: *In bellis autem, ſive præliis utantur Jupellis, & aliis ſuperinſigniis militaribus, quæ ſint coloris rubei, in quibus etiam crux albi coloris ſit in eorundem vexilli modum aſſuta*. Fit proxime ab alia voce Latinobarbara *Jupa*, quæ veſtis eſt talaris, & memoratur in Regeſto ejuſdem Alexandri IV. Epiſt. 24. Octavius Ferrarius in originibus Linguæ Italicæ vocem *Giubba*, quæ Italis veſtis eſt induſio ſuperiodui ſolita, trahit a tunica ſupera, ſeu ſuperaria, quaſi addatur ſubuculæ, quæ tunica eſt interior. Menagius Hiſpanam, atque adeo Arabicam vocem cognoſcit. Deduxerim potius a voce Latina *Juba*, vel *Jubæ*, quæ ſunt animalium crines, vel villi e collo pendentes, quibus equorum & leonum cervices operiuntur. Hinc per quandam analogiam & ſimilitudinem opertorii, interior veſtis, quæ ſubuculæ ſuperinduitur, dicitur Jupa, a voce Italica *Giubba*, & hinc *Giabbone*, *Giubbetto*, *Giubberello*.

JUPPITER. Deorum omnium, atque hominum, ut Antiquitas credidit, Pater, ut credere debuit, dedecus & opprobramentum. Ejus flagitia, ſcorta, lenocinia; item innumera atque adeo viliſſima aſſumpta corpora, ut deterrimis voluptatibus adulter nequiſſimus deſerviret, ad hæc Ganymedi puero meritorio, tum verò puellis, matroniſque honeſtiſſimis vim illatam reticere ſatiùs fuerit, quàm ſermonis brevitate pro tanta rerum infamia leviter inſectari. Siſtendum quippe nobis in re fabuloſa iis duntaxat decerpendis, quæ rem militarem illuſtrant. Ob ſcelerum ſuorum cauſam a Titanis filiis bello armiſque fugatus, in Ægypto, quę Terrarum omnium depreſſiſſima eſt, metu delituit, & in Arietem converſus, ne ab iis reperiretur diu fœdiſſimè vixit. Is verò poſtea Aries, Ammonis nomine apud ſtultam Antiquitatem divinos cultus obtinuit. Exarſit autem Titan cum filiis ad illum atrociter inſequendum, quoniam ille per inſaniſſimam temeritatem Saturnum patrem armis oppreſſum captivum feciſſet, ejuſdem regno per vim occupato. Gigantibus tandem deletis, receptoque Regno moderatiùs egit Juppiter, paſſimque coli cœptus, illique Olympus mons in Theſſalia attributus, ex quo jaculari fulmina fingitur a Poetis. Hinc Tonantis,

tis, & Altitonantis ſpecioſa nomina. Pro ſcuto Capræ pellem, a qua dicitur educatus, habuiſſe dicitur; ipſum verò ſcutum Ægida, quod eſt Capræ nomen apud Græcos, a vetuſtis Scriptoribus vocitatum. Hinc illi cognomentum Ægiocho. Virgil. 8.

Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Jovem, cum ſæpe nigrantem
Ægida concuteret dextra nimboſque cieret.

Aquila illi, quæ bellicoſiſſima eſt avium, fulmina fertur miniſtrare. Quod autem eadem ad Jovem Ganymedem attulerit, variè ab authoribus explicatur. Sunt qui bellicam cohortem fuiſſe ſcribant ad rapiendum Ganymedem immiſſam cum vexillo, cui aquila eſſet intexta. Sunt qui navigium fuiſſe exiſtiment, quo Ganymedes extractus; aquilam verò in prora fuiſſe depictam. Non unum bellicum apud Veteres habuit cognomentum. Jovi Victori templum vovit Papyrius, ſi hoſtium legiones fudiſſet, eidemque extructo mox Templo Sacra celebrata Idibus Aprilis. Ovid. Faſt. lib. 4.

Occupat Apriles Idus cognomine victor
Juppiter, hac illi ſunt data templa die.

Alterum Jovi Victori Templum a Q. Fabio in Palatino monte conſtructum eſt poſt bellum Sabinum, ut author eſt Livius. Jovi Imperatori Templum etiam Romæ dicatum, ut tradit Livius per hæc verba: *Titus Quinctius ſemel acie victor binis caſtris hoſtium novem oppidis vi captis, Præneſte in deditionem accepto Romam revertit, triumphanſque ſignum Præneſte devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit.* Ejuſdem ſimulacri meminit Tullius Verrin. 6. Capitolino Jovi ſummus honor acceſſit; eidemque ab univerſis gentibus, quæ Romano parerent Imperio, pretioſiſſima miſſa donaria. Idem Tarpejus Juppiter dictus, a Tarpeja Virgine veſtali ibidem a Sabinis necata. Propert. l. 4. 1.

Tarpejuſque Pater nuda de rupe tonabat.

Cæterum de Jove Fulminatore, Fulguratore, Tonante appellato, vide plura apud Gyraldum Syntagm. 2. Qua verò origine Juppiter Feretrius diceretur, inter alios explicat Propertius, qui de Jove Feretrio Elegiam conſcripſit, cujus hoc habetur initium:

Nunc Jovis incipiam cauſas aperire Feretri,
Armaque de Dueibus trina recepta tribus.

De Jove porrò Statore licet multiplex ſit Scriptorum opinio, nihil tamen arbitror diſcedendum a Livio, qui de ejus nominis origine & Templo Jovi Statori condito, ita ſcribit Romuli verbis ad ſuos milites fugientes. *At tu Pater Deûm, hominumque hinc ſaltem arce hoſtes, deme terrorem Romanis, fugamque fœdam ſiſte: Hic ego tibi Templum Statori Jovi, quod monumentum ſit poſteris tua præſenti ope ſervatam urbem eſſe, voveo.* Ovid. etiam de Jove Statore, & Jovis Templo ſic cecinit Faſt. l. 6.

Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim
Ante Palatini condidit ora jugi.

Prædator etiam Juppiter nominatus, cujus cognominis hanc Servius originem refert in illud Virgilii Æneid. 3.

Ipſumque vocamus
In prædam, partemque Jovem:

Romani, inquit, *moris fuit, ut bella geſturi de parte prædæ aliquid Numinibus pollicerentur, adeo ut Romæ fuerit unum Templum Jovis Prædatoris, non quòd prædæ præeſt, ſed quod ei aliquid ex præda debeatur.* Hæc militaria de Jove dicta ſufficiant.

Juramentum. A jure fit Juramentum: jurantes ſiquidem juſte ac religioſe ſpondent ſe aliquid ſervaturos. Id Voſſio vel ideo magis arridet, quoniam Juramentum etiam dicitur Jusjurandum, quod a jure dici ſit manifeſtum ex obliquis *Juris jurandi, Jure jurando.* Lipſius tamen Elect. lib. 1. cap. 18. huic origini non leviter obnititur, authoritate Apuleii de Deo Socratis, ubi hæc leguntur verba: *ſi nemo huic capiti crediderit, quis pro te Deus fidem dicet? An ut ferociſſimo Mezentio dextra & telum, quod miſſile libro? Apageſis tam cruentos Deos, dextram cædibus feſſam, & telum ſanguine rubiginoſum. Utrunque idoneum non eſt, per quod adjures, utve per iſta jurent, cum ſit ſummi Deorum hic honor proprius: nam & Jusjurandum dicitur, ut ait Ennius. Quid igitur jurabo? per Jovem Lapidem Romano ritu?* In quibus verbis illa Lipſius immutat: *Nam Jusjurandum dicitur*, legitque, *Nam & Jovis jurandum dicitur.* Id autem videtur ab Apulejo tractum ex Ennio, cujus verſiculum illum adducit Cic. 3. Offic.

Fides alma, apta pennis, jurandum Jovis.

Item vetus illud Nævii legimus;

Jus ſacratum Jovis jurandum ſagmine.

Ex quibus Apulejo robur accreſcit aſſeveranti Juramentum proprium Jovis eſſe, & ex Jove dici Jusjurandum. Mitto hic quærere argute ne magis iſta atque ſubtiliter, quam verè ab Apulejo, vel Lipſio referantur: illud eſt mihi exploratiſſimum Poetas ſæpe inducere jurantem Jovem, idque magnificè, & cum ingenti commotione naturæ. Sic enim Virgilius lib. 9. de Jove ad Berecynthiam:

Dixerat: idq; ratum Stygii per flumina fratris,
Per piee torrentes, atraque voragine ripas
Annuit. & totum nutu tremefecit Olympum.

Eandem Juramenti Formulam habet lib. 10.

2. Juramentum, ſeu Jusjurandum definitur à Cicer. de Offic. *Jusjurandum eſt affirmatio religioſa.* Nam Deus vel Cœlites in aſſeveratæ rei teſtes advocantur. *Nullum vinculum* (ait idem ibidem Cicero) *ad adſtringendam fidem Jurejurando Majores arctiùs eſſe voluerunt.* Etiam cum hoſtibus jurejurando fidem devinciri in fœderibus & ſponſionibus, prolixè ibi idem Orator ſcribit, oſtenditque Reguli exemplo, cui pacti cum hoſtibus reditus religio vitâ potior fuit. Meritò contra Ulyſſem inſimulat propter neglectum Jusjurandum, cum ſimulatione inſaniæ detrectaret militiam, cui ſe ſacramento addixerat; additque Ajacis ad eundem exprobrationem illam:

Cujus ipſe princeps jurisjurandi fuit,
Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem.
Furere aſſimulavit: ne coiret inſtitit:
Quod ni Palamedis perſpicax prudentia
Iſtius percepſet malitioſam audaciam,
Fide ſacratum jus perpetuò falleret.

Ego vero ſupplementum innatæ cujuſdam probitatis jusjurandum putaverim. Nihil enim neceſſe eſſet, ut ajebat Solon, aras tangere, & Superum fidem implorare, ſi homines ſuapte natura, vel compoſiti duntaxat integrique animi ingenuitate fulti & illecti, promiſſa perſolverent, & verba factis exæquarent. Atqui nos hoc etiam ſocialis vitæ præſidio denudarunt corrupti mores. Itur gradu intrepido, vultu impudenti, perfrictaque & omni pudore deterſa fronte, ad rerum

ſacra-

ſacrarum contactum, palamque in foro, in triviis, in ſacris ędibus Deum teſtem mendaciſſimi quique compellant. Juvenal. Satyr. 13.

Tam facile & pronum eſt, ſuperos contemnere teſtes,
Si mortalis idem nemo ſciat. Aſpice quanta
Voce neget, quæ ſit ficti conſtantia vultus.
Per Solis radios, Tarpejaque fulmina jurat,
Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula Vatis.

3. His omiſſis, de Juramento militari, quo ſe Tyrones Conſulibus aut Tribunis militum obſtringebant, hæc habet Polybius: *Finita jam conſcriptione ad modum dictum, Tribuni militum ſuæ cujuſque legionis, eos congregantes, & unum ex omnibus maxime idoneum eligentes, ſacramento adigunt; obtemperaturum ſe, & facturum quicquid mandabitur ab Imperatoribus, juxta vires. Reliqui autem omnes adjurant ſingillatim prodeuntes, hoc ipſum affirmantes ſe facturos ut ille primus.* Ex hac Polybii formula explicandæ ſunt Præjurationes apud Feſtum, cujus illa ſunt verba: *Præjurationes facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis jurant; poſt quos in eadem verba jurantes tantummoda dicunt: Idem in me.* Ea jurandi formula, modusque ex veteri Romano militari inſtituto, hodieque multis in locis, atque adeo in Eccleſia Romana, in publica Sacroſanctæ Fidei profeſſione rite obſervatur. In ſacris nimirum cœtibus & Academiis, Rectore aſſidente, ſtudiorum Præfectus de genu verba pręit, parteſque ſingulas, ſive, ut vocant, articulos Divinę palam conteſtandę Fidei proſequens ex ſcripto, eoſdem jure jurando confirmat: reliqui verò ad Pręſidem accedentes iis duntaxat verbis jurant: *Idem ſpondeo, voveo, ac juro; ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.* Atque hinc facilè originem habet vox *Conjuratio.* Poſtquam enim primus ille præjuraverat, reliqui interdum conjunctè & centuriatim, interdum ſingulatim ipſi jurabant; quod eſt propriè conjurare. Sic autem Cęſar lib. 2. Bell. Civil. *Petrejus Princeps in hæc verba jurat, ſubſequuntur Tribuni militum, Centurioneſque: centuriatim producti milites idem jurant.* Ubi vides non modo nominatim citatos conſueviſſe jurejurando ſe obligare, ſed integris centuriis, una omnium voce fuiſſe juratum, quod eſt, ut diximus, conjurare. Præter memoratam à Polybio jurandi formulam, aliam habes ex Livio lib. 22. *Ad eam diem nihil præter ſacramentum fuerat, & ubi ad decuriatum, aut centuriatum conveniſſent, ſua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati, pedites centuriati conjurabant, Se ſe fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli ſumendi, aut petendi, aut hoſtis feriendi, aut civis ſervandi causâ. Id ex voluntario inter ipſos fœdere à Tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem tranſlatum.* Sapienter Seneca Epiſt. 96. primarium validiſſimumque nexum militiæ in religione poſuit. Sic autem ſcribit: *Primum militiæ vinculum eſt religio, & ſignorum amor & deſerendi nefas.* His, atque ſimilibus formulis ſtatim à conſcriptione milites jurabant. Cæterum in ipſis caſtris, ac ſæpius occaſione nata, jurejurando ſuam obligabant fidem, ſpondentes furtum ſe non eſſe facturos, ſecuturos quocumque Conſules aut Tribuni vellent. Cincius porrò lib. 5. de re militari apud Gellium lib. 16. cap. 4. author eſt Tribunum militarem, cum delectus antiquitùs fieret & milites ſcriberentur, in hæc verba adegiſſe milites in jusjurandum: *In Magiſtratu C. Lælii C. F. Coſ. L. Cornel. P. F. Cos. in exercitu, decemque millia paſſuum prope, furtum non facies dolo malo, ſolus, neque cum pluribus, pluris nummi argentei in dies ſingulos, extraque haſtam, haſtile, ligna, napum, pabulum, utrem, follem, faculam, ſiquid ibi inveneris, ſuſtuleriſve quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit, uti tu ad C. Lælium C.F. Conſ. L. ſive Cornelium P. F. Coſ. ſive quem ad utrum eorum jus erit, proferes, aut profitebere, in triduo proximo, quidquid inveneris ſuſtuleriſve dolo malo: aut domino ſuo, cujum id cenſebis eſſe, reddes, uti quod rectum factum eſſe voles.* Livius etiam, omnis antiquitatis Magiſter, aliam formulam producit Decad. 1. lib. 2. *Centurio erat M. Flacco ejus inter primores pugnæ flagitator. Victor, inquit, M. Fabi, revertar ex acie. Si fallo Jovem patrem, Gradivumque Martem, alioſque iratas invoco Deos. Idem deinde omnis exercitus in ſe quiſque jurat.* Et lib. 22. ubi Scipionis præjurantis, & milites poſtea ad jusjurandum adigentis verba refert: *Ut ego Rempublicam non deſeram, neque ullum civem Romanum deſerere patiar. Si ſciens fallo ex animi mei ſententia, tum me Juppiter Opt. Max. domum, familiam, remque meam peſſimo letho afficias. In hæc verba L. Cæcili jures expoſtulo, cæterique, qui adeſtis. Qui non juraverit, in ſe hunc gladium ſtrictum eſſe ſciat.* Et lib. 27. juniores coloniarum ſic adactos ſcribit jurejurando: *ſupra dies triginta non pernoctaturos ſe eſſe extra mœnia Coloniæ ſuæ, donec hoſtis in Italia eſſet.* Idem Dec. 1. lib. 10. hanc profert formulam in delectu per Samnium habito: *Erat cum alius apparatus ſacri, qui perfundere religione animum poſſet, tum in loca circa omni contecto ara in medio victimæque circa cæſæ, & circumſtantes Centuriones ſtrictis gladiis. Admovebatur altaribus miles, magis ut victima, quàm ut Sacri particeps. Adigebatur jurejurando, quæ viſa auditaque eo in loco eſſent, non enunciaturum. Dein jurare cogebatur diro quodam carmine in exſecrationem capitis familiæque & ſtirpis compoſito, niſi iſſet in prœlium, quò Imperatores duxiſſent, & ſi aut ipſe ex acie fugiſſet, aut ſi quem fugientem vidiſſet, non extemplò occidiſſet. Id primò quidem abnuentes juraturos ſe obtruncati circa altaria ſunt. Jacentes deinde inter ſtragem victimarum documento cæteris fuere, ne abnuerent.* Pręfiniebatur dies conſcriptis militibus, quo adeſſent, citatique Conſulibus reſponderent. Erat formula, qua legitimæ continebantur cauſæ, quibus impediri poſſent, ne præſto cum aliis eſſent in prœlio, aut ordines ſequerentur. Refert ejuſmodi cauſas per hæc verba idem Cincius in memorato Gellii loco: *Funus familiare, feriæque Denicales* (ſic enim legendum, & non vindemiales) *quæ non ejus rei cauſa in eum diem collatæ ſint, quo is eo die minus ibi eſſet: morbus ſonticus: auſpiciumve, quod ſine piaculo præterire non liceat, ſacrificiumve anniverſarium, quod rectè fieri non poſſit, niſi ipſos* (antiquè dictum pro ipſus, vel ipſe) *eo die ibi ſit: vis hoſtiſve, ſtatus condictuſque dies cum hoſte.*

4. Et hæ quidem formulæ Juramenti militaris apud Romanos erant, vigente Republica. Nam ſub Cæſaribus adjectum eſt, ut Cæſaris ſalutem, & filiorum omnibus rebus anteferrent.

Ca-

Caligulam verò inſtituiſſe, ut illa adiicerentur verba, *Neque me, liberaſque meos chariores habeo, quàm Cajum, & ſorores ejus*, teſtatur Svetonius in ejus vita. Relatu etiam dignum eſt quod habet Ammianus lib. 21. de militibus Juliani: *Juſſique univerſi in ejus nomen jurare ſolemniter, gladiis cervicibus ſuis admotis, ſub execrationibus diris, verbis juravere conceptis, omnes pro eo caſus, quoad vitam profuderint, ſi id neceſſitas exegerit, perlaturos*. Illa etiam ejuſdem ſunt Ammiani lib. 26. de copiis Procopii Tyranni: *Sub execrationibus diris in verba juravere Procopii, polliciti pertinaciam, quod eum ſuis armis defenſabunt*. Ubi obiter nota, familiarem antiquis fuiſſe Scriptoribus locutionem illam *Jurare in verba*. Livius lib. 3. *Cum, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba juraverint*. Et lib. 6. *Itaut ſeniores quoque, quibus aliquid roboris ſupereſſet, in verba ſua juratos centuriaret*. Et lib. 45. *Socios navales dato annuo ſtipendio dimitti, & cum his omnes, qui in Conſulis verba juraverant*. Illas etiam hujus loci peculiares eſſe locutiones ex Livio, Plinio, Tacito, & aliis conſtat: *ſacramento rogari, ſacramento dicere, in jusjurandum adigere*. Accipe ex Vegetio lib. 2. cap. 5., quo dicerent ſacramento milites, ubi primùm Chriſtianis ſacris imbui cœpere: *Jurant autem per Deum, & per Chriſtum, & per Spiritum Sanctum, & per majeſtatem Imperatoris, quæ ſecundum Deum generi humano diligenda eſt & colenda*. Non abſimilem in modum, in Principum novorum inaugurationibus, ſuam obligare fidem ſolent Regni magnates populique. Guntherus Ligurini lib. 1.

Mox ubi rite ſuam proceres juramine ſacro
Obſtrinxere fidem, cunctis, quæ poſtulat ordo,
Expletis, paucisque novo cum Rege relictis,
Diſcedunt, lætique ſuas referuntur ad urbes.

Quamobrem optimo jure validiſſimum Regnorum firmamentum & deſtina publicè jurandi ritus habetur: nihil quippe humanam ſocietatem, in Principem verò obſequium & reverentiam coagmentat magis atque ferruminat, quàm inſita populis religio, Deuſque & Cœlites advocati in teſtes & vindices operum humanorum. Liquet non apud Romanos duntaxat, verùm etiam apud Græcos, & omnem prope memoriam vetuſtarum gentium, uſurpatum fuiſſe morem, fidem operamque ſuam aliis obligandi, Diis teſtibus appellatis, eorumque indignatione inclamata adversùs fœdifragos & perjuros. Quemadmodum verò duo erant arctiſſima militiæ vincula, traditio cinguli, & nuncupatum ſacramentum; ita exauctorandi milites dimittendique, ſicut cingulum cogebantur deponere, ſic etiam a ſacramenti religione ſolvebantur.

5. Obſerva intervenire ſolitam apud Veteres in Juramento, ſceptri conteſtationem, & ejuſdem excuſſionem in terram, vel in manus ſimul jurantis. Tradit id Homerus Iliad. 10. ubi Dolon ſe Argivorum naves & opera exploraturum promittit Hectori.

Sed age, mihi ſceptrum porrige, & mihi jura
Te ipſos equos & currus ornatos ære
Daturum, qui vehunt eximium Peliden.
Tibi ego ſpeculator ero non vanus:
Tandiu per exercitum vadam, donec perveniam
Ad navem Agamemnonis, ubi futuri ſunt Principes
Conſilia capere vel fugiendi vel pugnandi.
Sic dixit: ille autem in manus ſceptrum jecit, jurans:
Sciat nunc Juppiter, valde ſonans maritus Junonis;
Non profectò his equis invehetur alius
Trojanorum: ſed tu illis ornaberis.

Eodem ritu Achilles Agamemnoni iratus jurat e caſtris diſcedens lib. 1.

Sed tibi edico; atque adeo magnum juramentum juro
Per hoc ſceptrum, quod nunquam folia & ramos
Producet, poſtquam primum inciſum eſt in monte,
Neque pullulabit (nam gladius ipſi decorticavit
Folia & corticem) nunc ipſum filii Achivorum
In manibus portant Judices, quique leges
A Jove acceptas protegunt. Hoc tibi erit magnum juramentum:
Aliquando Achillis deſiderium veniet Achivis
Univerſis. His autem non poteris, doleas licet,
Prodeſſe; quando multi ab Hectore homicida
Morientes cadent: tu autem intus lacerabis animum
Iratus, quoniam fortiſſimum Achivorum non honoraſti.
Sic dixit Pelides: ſceptrum autem projecit in terram
Aureis clavis transfixum.

Hunc Homeri locum ita reddidit Virgilius lib. 12. ubi Latinum Regem jurantem inducit.

Ut ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam forte gerebat)
Nunquam fronde levi fundet virgulta nec umbras.
Cum ſemel in ſilvis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitque comas & brachia ferro,
Olim arbos; nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, patribuſque dedit geſtare Latinis.

Sed longè uſitatiùs per proprium vel alterius caput jurare. Habitum id jusjurandum ſanctiſſimum & inviolabile, quòd caput nobiliſſima ſit pars humani corporis, ubi nimirum rationis ſedem præſtantes Philoſophi ſtatuerunt, eodemque nihil ſit homini charius. Homer. Iliad. 15. ubi Juno per Jovis caput jurat:

quodque maximum
Juramentum graviſſimumque eſt beatis Diis,
Tuum ſacrum caput.

Virgil. 9.

Per caput hoc juro, per quod Pater ante ſolebat.

Ovid. Triſt. 5.

Per caput ipſe ſuum ſolitus jurare tuumque.

Juvenal. Satyr. 6.

nondum Græcis jurare paratis
Per caput alterius.

Adverto hic obiter, uſitatam fuiſſe formulam *capite annuere* apud Deos, ac potiſſimum Jovem jurantem; quoniam nutu & commotione capitis non levis firmitas dictis videretur accedere. Homer. Iliad. 1. ubi Juppiter ad Junonem.

Sed age: jam tibi capite annuam, ut confidas.
Hoc enim ex me cum immortalibus maximum
Signum: neque enim revocabile, neque fallax,
Neque ſine exitu, quodcunque capite annuam.
Dixit: & nigris ſuperciliis annuit Saturnides:

Digitized by Google

Ambroſiæ autem comæ defluxerunt Regis
Ex capite immortali, ac magnum concuſſit Olympum.

Virgilius breviter lib. 9.

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Catull. de Nupt.

Aanuit invicto Cœleſtum numine Rector,
Quo tunc & tellus, atque horrida contremuerunt
Æquora, concuſſitque micantia ſidera mundus.

Reliquorum, per quæ Ethnici ſolebant jurare, catalogum vide apud Alexandr. ab Alex. & ootas Tiraquelli. Ea tamen omnia abrogat atque proſcribit lex Divioa Matthæi 5. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non perjurabis; reddes autem Domino juramenta tua: Ego autem dico vobis, non jurare omninò, neque per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per Hieroſolymam, quia civitas eſt magni Regis: neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum.* Exemerunt Veteres ab hoc oumero, quod locum adagio de leviſſimis pollicitationibus fecit, Venereum Jusjurandum, cujus inter alios meminit Plato in Convivio. Exiſtimarunt quippe paratam a Diis eſſe amantibus veoiam, ſi mious præſtaot, quæ jurati promittuot. Neque enim ulla eorum jurameota eſſe, ſed bullas, folles, & nugamenta. Nulli facilius, ut de aliis Juven. Sat. 13.

quæcunqae altaria tangunt:

Utque morti à ſe quotidie obitæ, & perfoſſo ſiniſtro lateri fidem adſtruant, ſtatim provocant, ut dicebaot Etruſci veteres *alle Vagnele*. Sed audi Callimachum:

Juravit; verùm vulgo dicunt in amore
Quod juras, aures non penetrare Deûm.

Ovid. 1. de Art.

Juppiter ex alto perjuria ridet amantum,
Et jubet Æolios irrita ferre notos.

Viſus eſt Petrarca aliquando mente purgatior eas inanias cognoviſſe:

Chi 'l crederà, perche giurando il dica?

Sed iterum ignis Cyprii fumo obcæcatus credulum ſe Cupidioi Deorum meodaciſſimo præſtitit:

e tu me 'l giuri
Per l'orato tuo ſtrale: & io te 'l credo.

Et apud Ethuicos quidem, ſaltem io vulgus, ita creditum. Verum oe ſibi fucum faciaot profani amatores; intelligantque juramenti vinculo, modo deliberatum illud ſit, ſe, periode atque alios illigari.

6. Certi porrò ſtabilitique jurandi ritus ab iis colebantur bellatoribus, qui ſingulare certameo debebant inire: maxime verò ſicubi ad id deſignati eſſent à ſupremis Regibus, ut diuturnum aliquod moleſtumque populis bellum mitteretur io compendium. Præibat ſiquidem ſœderis ſacramentum, & certa verborum formula, qua in pacta & conditiones adjectas utrinque jurabant, Cœlitibus in fidem aſcitis. Exactiſſimum ejus rei exemplum & teſtimonium cum accurata veterum rituum proprietate & ootitia, habes apud Virgil. lib. 12., ubi Æoeas & Latinus fœdera & pacta concipiunt ſuper monomachia Turni & ejuſdem Æneæ, in quorum privata dimicatiooe de amplissimo io Italia Regno certabatur:

Tum pius Æneas ſtricto ſic enſe precatur.
Eſto nunc Sol teſtis, & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et Pater omnipotens, & tu Saturnia Juno,
Jam melior, jam Diva, precor; tuque inclite Mavors,
Cuncta tuo qui bella pater ſub numine torques,
Fonteſque fluvioſque voco, quæque ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo ſunt Numina ponto.
Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno,
Convenit Evandri victos diſcedere ad urbem:
Cedet Julus agris: nec poſt arma ulla rebelles
Æneadæ referent, ferrove hæc regna laceſſent.
Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem
(Ut potius reor, & potius Dii numine firment)
Non ego, nec Teucris Italos parere jubebo:
Nec mihi regna peto: paribus ſe legibus ambæ
Invictæ gentes æterna in fœdera mittant:
Sacra Deoſque dabo; ſocer arma Latinus habeto,
Imperium ſolemne ſocer: nova mœnia Teucri
Conſtituent, urbique dabit Lavinia nomen.
Sic prior Æneas: ſequitur ſic deinde Latinus,
Suſpiciens cælum, tenditque ad ſidera dextram.
Hæc eadem Ænea, terram, mare, ſidera juro,
Latonæque genus duplex, Janumque bifrontem,
Vimque Deûm infernam, & diri ſacraria Ditis.
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit.
Tango aras, medioſque ignes, & numina teſtor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quo res cunque cadent.

Virgilianum hunc locum luculenter imitatus eſt Areoſtus Cant. 38., ubi à Carolo Magno, & Agramante Rege Africaoo ſiogulari duorum pugna deliberata, quæ Africani & Francici belli ſupremum judicium faceret, in hunc ritum & formulam pro utriuſque Principis religione concipitur ſacramentum:

Poiche de l'arme la ſeconda eletta
Si diè al Campion del popolo Pagano,
Duo Sacerdoti, l'un de l'una ſetta,
L'altro de l'altra uſcir co i libri in mano;
In quel del noſtro è la vita perfetta
Scritta di Chriſto: al'altro è l'Alcorano.
Con quel dell'Evangelio ſi fè innante
L' Imperator, con l'altro il Rè Agramante.
Giunto Carlo a l'Altar, che ſtatuito
I ſuoi gli haveano, al Ciel levò le palme,
E diſſe, o Dio, ch' hai di morir patito
Per redimer da morte le noſtre alme,
O' Donna, il cui valor fù sì gradito,
Che Dio preſe da te l'humane ſalme,
E nove meſi fù nel tuo ſanto alvo,
Sempre ſerbando il fior virgineo ſalvo,
Siatemi teſtimoni, ch'io prometto
Per me, e per ogni mia ſucceſſione
Al Rè Agramante, & a chi dopo eletto
Sarà al governo di ſua regione,
Dar venti ſome ogn'anno d'oro ſchietto,
S'oggi quì riman vinto il mio Campione;
E ch'io prometto ſubito la tregua
Incominciar, che poi perpetua ſegua.
E ſe 'n ciò manco, ſubito s'accenda
La formidabil ira d'ambedui;
La qual me ſolo, e i miei figliuoli offenda
Non alcun altro, che ſia quì con nui:
Siche in breviſſima hora ſi comprenda,
Che ſia il mancar della promeſſa a vui:
Così dicendo Carlo sù 'l Vangelo

Tenea

Tenea la mano, e gl'occhi fiſſi al Cielo.
Si levan quindi e poi vanno al' Altare,
Che riccamente havean Pagani adorno.
Ove giurò Agramante, ch'oltre al mare
Con l'oſercito ſuo faria ritorno,
Et a Carlo daria tributo pare,
Se reſtaſſe Ruggier vinto quel giorno,
E perpetua trà lor tregua ſaria
Co i patti, c'havea Carlo detti pria.
E ſimilmente con parlar non baſſo
Chiamando in teſtimonio il gran Maumette,
Su 'l libro, che in man tiene il ſuo Papaſſo,
Ciò che detto hà, tutto oſſervar promette.
Poi del Campo ſi partono a gran paſſo,
E trà i ſuoi l'uno e l'altro ſi rimette.
Poi quel par di Campioni a giurar venne;
E 'l giuramento lor queſto contenne.
Ruggier promette, ſe da la tenzona
Il ſuo Rè viene, o manda a diſturbarlo,
Che nè ſuo guerrier più, nè ſuo barone
Eſſer mai vuol, mà darſi tutto a Carlo.
Giuro Rinaldo ancor, che ſe cagione,
Sarà del ſuo Signor quindi levarlo,
Finche non reſti vinto egli, ò Ruggiero,
Si farà d'Agramante Cavaliero.

Eundem ritum ſingillatim diſtinctè & eleganter deſcribit Aloyſius Alamanni Avarchid. lib. 3.

Già gli Araldi reali in ogni parto,
Hanno a tutti ſilentio impoſto, e pace:
Già l'uno e l'altro Rè viene in diſparte,
E di commune accordo a ciaſcun piace,
Che Gaveno, e Clodin, chiamato il Marte,
Debban frà lor donar certo e verace
Fine alla lor quiſtion prima che 'l giorno
Faccia all'occaſo ſuo foſco ritorno.
Moſſe il primiero il valoroſo Arturo,
E in alta voce al Ciel rivolto, diſſe:
Padre, il cui gran figliuolo unico e puro
Avvolto in human vel, fra noi già viſſe;
E ritraſſe nel Ciel dal centro oſcuro
Chi le divine membra al legno affiſſe;
Te chiamo teſtimon, per te prometto
Dal mio lato ſervar quanto s'è detto.
Che ſe fia 'l tuo voler ch'hoggi Gaveno
Sia per man di Clodin, prigione o morto,
Ch'abbandonando il Gallico terreno,
Ratto ricercherò il Britanno porto;
E che tutto il mio campo terrò a freno
Si che fatto non venga oltraggio, o torto;
Mentre che 'l ſuo Cladin a guerra fia,
Mà sì, come un de miei, ſicuro ſia.
E s'io fallaſſi in ciò, la tua pietade,
Che fù ſempre infinita, cange ſtile;
E di nuda giuſtizia apra le ſtrade,
Facendo il mio poter negletto e vile;
E ſotto forza altrui le mie contrade
Sian di barbare genti albergo humile,
E così in baſſo caggia ogni lor gloria,
Che nulla unqua di noi viva memoria.
Dall'altra parte un Sacerdote allora,
Che lunghiſſima havea barba, e capelli,
Della ſacrata gregge ha tratti fuora,
Senza difetti alcun due vaghi agnelli:
L'un'è ſembiante alla più bianca Aurora,
L'altro ha più della Notte oſcuri i velli:
E dove è più 'l terren di polve ſcarco,
Gli poſe innanzi al vecchio Rè d'Avarco:
Che recataſi in man la ſpada antica,
Che per memoria ancor non vuol laſſare,
Ove più folto lor la teſta intrica,
Riſegò il pel, che fra le corna appare;
E'l fece intorno della ſchiera amica,
A i Cavalier più cari diſpenſare:
Indi tenendo al Ciel le luci fiſſe,
In devoto ſembiante così diſſe.
Giove, che de mortali, e degli Dei
Padre, ciaſcuna età verace appella;
Nè ſenza te gli effetti buoni, o rei,
Può di laſsù produrre alcuna ſtella,
E tu lucente Sol, che cagion ſei
Di cangiar le ſtagion di queſta in quella;
E voi notturni Dei, Signor di Lete,
Chi i difetti fra noi punir ſolete:
Siate voi teſtimon, ſervate voi
Quel, ch'io prometterò; che per voi giuro;
Che s'hoggi il mio Clodin de giorni ſuoi
Vedrà in man di Gaveno il fine oſcuro:
Ch'Avarco, e tutto quel ch'è ſotto a noi,
E già fu del Rè Ban, torni d'Arturo;
E mentre il Rè d'Orcania in guerra fia,
Dagl'altri miei guerrier ſecuro ſia.
E s'io gli mentirò, veder poſs'io
Preda queſta città d'arme e di fuoco;
La pia conſorte, i figli, il popol mio
Servi de lor nemici in chiuſa loco;
Et io fra loro in lungo eſſilio e rio,
Mi conſume di doglia a poco a poco,
Nè ardiſca a voi drizzar lamenti, o prieghi,
E s'io 'l faceſſi pur, neſſun ſi pieghi.
Detto così, nella ſagrata gola,
All'uno e l'altro agnello il ferro miſe;
Il ſangue in alto diſtillando vola,
Per le vene maggior ch'erano inciſe;
E mentre la fral'anima s'invola
Dalle tremanti membra in terra aſſiſe;
Con l'anfora, che tiene, aurata e terſa,
Puro & annoſo vin ſovr'eſſi verſa.

Accenſe his, quæ leguntur apud Triſſinum Ital. Liber. l. 20.

Ma come giunſe il Capitanio eccelſo
Con molti ſuoi Baroni in quelle ſchiere,
Tolſero Achille in mezzo, e ſe n'andaro
Con la falange iſtrutta al gran duello.
Dall'altra parte venne il Rè de Goti
Con Turriſmodo e con Argalto a lato,
Et havea dietro Totila e Biſandro,
Con tutta l'altra ſua fiorita gente.
E quando fur tra lor tanto vicini,
Quanto che un ſaſſo ſi trarria con mano,
Il Capitan mandò Trajano e Paulo
A confermar col Rè tutti que' patti,
Ch'havea propoſti Rubicone in Roma,
E che fur ſcritti in quell'almo conſeſſo.
Allora il Rè, ſendo preſente ogn'una,
Li leſſe, e poi giurò di mantenerli
Sopra la carta, che li diero avanti:
E parimente il Capitanio eccelſo
Giurò dall'altra parte di ſervarli.

7. Sunt & verba ſolemnia formulæque propriæ fœderum & deditionis urbium. Non pauca de his habes in propriis titulis. Addo hic ex Triſſino l. 7. Legatos Urbis Neapolitanæ deditionem paciſcentes cum Duce Beliſario:

Dapoi fu poſta preſtamente in carte
Quell'ampia libertà, que' patti honeſti,
Che deſiava Napoli gentile
Di conſeguir dal Correttor del Mondo.
E furon dati a Stefano Cataldo,

Per farlì ſottoſcriver di ſuo mano
Al Viceimperator dell'Occidente.
Ond'ei ſi dipartì ſenza dimora,
E menò ſeco il Veſcovo Ricardo
Col piviale in doſſo e con la mitra
Gemmata in teſta, e col meſſale in mana
Per far giurar ſovr'eſſo ogni promeſſa.

Et infra:

Così diſſe Catoldo; e poſcia diede
La carta in mano il Capitanio eccelſo:
Et ei la leſſe, e tolſe poi la penna,
E di ſua propria man la ſottoſcriſſe.
E dopo queſto fe portar del vino
Soave e dolce in una tazza d'oro;
E libò prima quel con le ſue labbra;
E poi lo diede a Stefano, & agli altri.
Di indi poſe la man ſopra'l meſſale,
Che li havea porto il Veſcovo davante,
E diſſe verſo'l Cial queſte parole.
O ſuprema cagion d'ogni cagione,
E tu che'l tutto vedi, e'l tutto aſcolti,
Occhio del Cielo, e voi fontane e fiumi,
Sarete teſtimoni a queſti patti
Che la Città di Napoli promette
Darſi all'Imperadore, e a ſuoi miniſtri:
Et io prometto lor dall'altra parte
Franchigia e libertà; nè volemo altro
Ch'aver le porte, e la famoſa rocca.

Feciales etiam conceptis verbis jurantes bella indicebant. Duces item copiarum in obſidionibus urbium certo quodam ritu & jurejurando evocabant hoſtiles Deos. Vide *Feciales*, & *Evocatio*. Vide etiam *Sacramentum*. Vide alias formulas ſacramenti militaris, & plura ſcitu digna in hanc materiam apud Gell. l.16. c.4. Steuvech. in Comment. ad Veget. l.2. c.5. Briſſon. de Formul. l. 4. & ult. Dempſter. Paralip. ad Roſin. l. 10. c.3. & ſupra commemoratum Tiraquellum. Jusjurandum vel Juramentum Italis dicitur *Saramento* & non *Sacramento* vel *Sagramento*, quod dicitur etiam *Giuramento*, & *Giuro*. Luc. Pulc. Ciriff. Calvan. cap. 1.

E mi fe mille giuri e ſaramenti,
Ch'altra ſpoſa di me mai non harebbe.

Jusjuranoum. Vide *Juramentum*.

Justa, æ. Sic olim dicta legitur Mnnnmachia ludicra. Origo vocis accerſitur a Cangio ab adverbin Latino *juxta*: quoniam ibi oon eminùs jaculis & tormentis, ſed cominus lancea & enſe rea gereretur. Villelm. Malmesbur. lib.2. Hiſt. *Tentavere primo Regii proludinm pugnæ facere, quod Juſtam vocant, quia tali arte erant periti.* Occurrit autem ea vox frequenter apud Scriptores infimæ Latinitatis. Multiplex autem erat diſcrimen inter Juſtas, & Torneamenta; ſed illud præcipuum, quod in Torneamentn turmatim congrediebantur equites: in Juſta verò aut duo ſolùm aut pauci utrinque pares numero decertabant. Et egn quidem ob hanc cauſam Juſtam potius dictam putaverim a juſto, ideſt, pari cnngredientium numern, cum paribus item armis, quàm a *juxta* adverbio. Deſcribit Juſtam Chronicon Belgium anno 1294. *Sed nobiliſſimus Princeps, cum eo die ab omnibus optaretur, ut ſuæ militiæ probitatem armorum exercitio præſentibus oſtentaret, annuit votis optantium, & circa horam veſpertinam armis accinctus unum ex præſentibus præcipuæ probitatis militem ad ſingularem concurſum elegit, cui ſcilicet eques occurreret, & ambo ſe lancearum incurſionibus per deputatat ad hoc vices exercerent.* Feciales etiam & armigeri cum Heraldis præſto aderant Juſtá dimicantibus: non item verò in equeſtrium decurſionum certaminibus, vel torneamentis. Vide plura in dictione *Menſa Rotunda*. Conſule Cangium Diſſert. 7. ad Jninvill. & Titulos *Torneamenta*, *Decurſiones*, *Troja*. A *Juſta* habent Itali vocem *Gioſtra*. Nihil enim neceſſe eſt, ut eam vocem Salmaſius a recentium Græcorum ζωρμα evocet. Ut enim alias docui, ipſæ recentiorum temporum voces Græcanicæ a Latinis, vel Italis ducunt originem. *Gioſtra* autem Italorum, quaſi Juſta dicitur, qund paribus armis decurſores concurrerent. Liv. *Sudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrentes*. Taſſus Geruſ. Cant. 6.

Ma vada innanzi a giuſta pugna ei ſolo,
Tu lunge alquanta a lui ritien le ſtuolo.

Id Virgilius Georg. 1. dixit

paribus concurrere telis.

Et Æneid. 5.

Tum ſatus Anchiſa ceſtus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.

De hac armnrum æqualitate plura nns alibi. Notatn etiam digna ſunt, quæ de hoc genere privatæ decurſionis habet Franciſcus Buti. *Oggi Gioſtra è quando un Cavaliere vien contro all'altro, a vero corre con l'aſte broccate col ferro di tre punte, ove non ſi cerca vittoria, ſe non dello ſcavalcar l'un l'altro.* Eum ludum equeſtrem proximè ad Italicam vocem *Gioſtra* Tzuſtriam dixit Cantacuzenus lib.1. cap.42. *Proinde & cum Imperatore venationes celebrabant, & tzuſtriam ludi genus, & torneamenta, hoc eſt equeſtres concurſus; quos ipſi Romanos ante id temporis penitus ignaros primi docuerunt.*

Justi dies. Nntione militari ſumuntur & explicantur a Macrnb. Saturn. lib. 1. c. 16. *Juſti ſunt continui triginta dies, quibus exercitui imperato vexillum ruſſi coloris in arce poſitum eſt.* Iterum bellicn ſignificatu, ſed alioverſum exponuntur a Feſto, qui docet, Prœliares dies appellatns, quibus fas erat res repetere, & hoſtem laceſſere: Juſtos autem, quibus nihil horum exercebatur. Contra verò Gellius juſtos dies interpretatur dies triginta, qui concedi ſolebant ære alieno implicatis, conquirendæ pecuniæ cauſà, qua illnd diſſolverent. Hinc habemus *Juſtitium* & *Juſtidium*, de quibus in voce *Juſtitium*.

Justinium, ii. Vide *Juſtitium*.

Justitia armnrum. Nnn hic ego de juſti belli cauſis, & legitimn inferendo Marte proloqui aggredior. Prolixè iſta, utque npnrtuit in re graviſſimi momenti, labnratiſſimà induſtrià viri magni tractarunt. Præterea inſtituti mei non immemnr, qund ſuapte natura nimis quam latè permanat, aliis expendenda relinquam negocia militaria, quæ impendio ſuperant, exceduntque terminns Lexicon aut Gloſſarinm conſcribentis; minime verò recipientis in ſe laborem immenſum ad examen & trutinam revocandi conſilia cauſaſque bellorum. Nec tamen proinde innuere ſaltem parcam, a cultiſſimis quibuſque nationibus, Græcis præſertim atque Romanis, nihil antiquius fuiſſe habitum, quàm ut rem militarem, quæ una eſt omnium periculi, publicique exitii pleniſſima, quam maxime poſſent, juſtè ſanctèque adminiſtrarent, Parum certè cum æquitatis, tum huma-

humanitatis memores voces illæ ſunt atque ſententiæ: *Jus in armis*, &, *Omnia fortium virorum eſſe*, quod prolatum legimus contra ſanctiſſimas vivendi leges, ſuraſumque oaturæ. Stultiſſimum illud eſt *Dextra mihi Deus*; Duciſque inſanè ferocis imago illa apud Taſſum:

D'ogni Dio ſprezzatore, e che ripone
Nella ſpada ſua legge, e ſua ragione.

Vidit id, prudenterque obſervavit io ſua arte militari vernaculis conſcripta numeris Cornazanus:

D'una induſtria mi reſta a dar ricorda
Ch'è principaliſſima nell'arte
Preſſo gl'Antichi, e tu non gl'eſſer ſordo:
E queſto ancor ſi tiene in ogni parte
Fra gli Moderni. Chi combatte a torto
Sempre è perdente, & ha nemico Marte.
Onde, inclito Signor, io ti conforto
Sempre dal canto tuo habbi ragione;
Che non è il gir a guerra andar all'horto.

Nullum itaque veoenum aut peſtis nocentior humanæ ſocietatis, quàm jus illud in armis ferociter jactarum, causâque potiorem haberi, quicunque ferro manuque promptior & validior eſt. Ejus ingeoii ſunt, quæ apud Plutarchum leguntur exempla. Spartanorum Rex Ageſilaus interrogatus, quonam uſque Lacedæmonum fines pertingerent, haſtam vibrans reſpondit: quouſque hæc pervenire poteſt. Pyrrhus verò utrum filiorum regno deſtinaſſet rogatus; cui firmior eſt gladius, reſpondit. Lyſander coorta de agris controverſia inter Spartanos & Argivos, cum hi æquiorem ſuam cauſam eſſe dicerent, nudato diſtrictoque gladio, qui huoc, inquit, agit fortiùs, is optime diſputat de agrorum finibus. Iniquiſſimum hujuſmodi jus in armis adumbratur veteri ſchemate gemmæ anularis propoſitæ a Liceto cap. 145. ubi exhibentur oculis Leones gemini pinguem taurum depaſcentes. Inſinuat autem vetus cælatura infirmiores obnoxios eſſe potentioribos: cum neminem prætereat Leonem ſuperbum & animoſiſſimum animal typum eſſe potentiæ ferociçque; bove autem terræ aratro proſcindendæ nato, indicari divites imbecilles. Leo igitur, innatæ magnanimitatis ſuæ prærogativà rex animalium, dum bovem devorat, ſuo quaſi jure videtur agere, non alienas opes prædari. Scio ejus cælaturæ ſententiam aliò trahi ab eodem Liceto, nimirum ad diviſionem diſtributionemque agrorum, quæ per leges agrarias fiebat Romanis victoribus, deductis illis in ſubactas proviocias, auctiſque certa agrorum portione ad ſuam familiæque alimoniam. Verùm ea anuli expoſitio olmis quæſita videtur mihi; præſertim cum diviſiones agrorum & leges agrariæ poſteriores facile fuerint ejuſdem anuli cælatura, & antiquiſſimi expreſſione ſymboli, niſi me conjectura fallit. Magno equidem ſuo ſuorumque malo famigeratiſſimi Duces Annibal & Pyrrhus eruditum ivere poſteros, quanti Jus, Fides, Sanctitas ſit arma indicentibus, & adminiſtrantibus rem militarem. Licet autem de eorum Ducum iniqultate & perfidia Plutarchus, Livius, aliique abundè graviſſimèque ſcripſerint; juverit tamen utriuſque Ducis damnoſa conſilia referre verbis ejuſdem Cornazani; qul ſi veroaculæ linguæ candorem oitoremque perinde curaſſet, atque io erudiendo ſapienter Duce, optimiſque documentis affatim ſubminiſtrandis ſtudióſiſſimus eſt, in libello, quem de re militari edidit, tractationem ejus artis abſolutiſſimam haberemus. Sic autem de Annibale ſcribit lib. 3. cap. 4.

Nella prima i Roman Punica guerra
Pace per mezzo d'Haſdrubal gli fero,
E i capitoli ſuoi così ſi ferra.
Ch'a l'uno, e l'altro regno il fiume Ibero
Termine fuſſe poſto, e ch'a Sagunto
Libertà ſi laſciaſſe e proprio impero.
Fatto Duce Annibal ardito e pronto,
La pace fatta co' Roman deſtruſſe
Nè degl'ambaſciador lor mai fe conto.
Proſpero tempo aſſai, pur ſi conduſſe
In Africa, e lui alfin Scipio che ruppe
Moſtrò quanto ragion contra gli fuſſe;
Dunque habbi cura che non ti avviluppe,
Che a torto al gran conflitto tu non vada,
Che giuſtitia di Dia non tome zuppe.

Idem de Pyrrho hæc ſubiicit:

Cinea vedendo Pirrho apparecchiato
Di paſſare in Italia, e tor la foma
Non per ragian, mà per ombito innato,
Dimondol, che farem pigliata Roma?
Riſpoſe: Italia e Iſole ſue havremo.
Che farem poſcia tutt'Italia doma?
Pirrho allegro riſponde: prenderemo
L'Africa eccelſa, e Cartagine ſeco.
Che farà poi ſe ben queſto ſoeemo?
Pirrho alla ſua dimanda ancora cieco,
Pigliarem l'Aſia, e Macedonia poi,
E tutt'i Regni del Paeſe Greco.
Che farà in fin? che ſona i penſier tuoi
Havuto il tutto? allor Pirrho gli diſſe;
Trionferemo, e gli noſtri con noi.
Appena il Rè cotal parlar finiſſe.
Sapendo quel che mai non hebbe honore
Chi ſenza cagion giuſta arme ſi miſſe;
O quanto è meglio, chiaro Imperatore,
Goder quel ch'hai, il quale a tutti baſta,
Che con tante angarie farſi maggiore.
E ſe la voce ſua fù ſanta e caſta,
Vè che d'Italia ſi partì nel vera
Mozza la coda e la compagnia guaſto.

Non proinde hooeſtius duntaxat, verùm etiam ſaniùs atque conſultiùs judicandum quocunque demum principatu pace compoſito, & ingenuis artibus illuſtrato, tutò ſedatèque perfrui, quàm res humanas & finitimos innoxios perturbatum ire ambitionis intemperantià, jus faſque ſola metiente decempedà utilitatis.

2. Quanta æqultate Romani veteres bella ſolereot indicere, prolixâ operâ expoſuimus in Titulis *Feciales*, *Fædus*, *Clarigatio*, *Haſta projecto*, *Pater patratus*. Ex ritu illo laudatiſſimo ortæ ſunt formulæ oon infrequentes juſti piique belli nominaodi. Curt. lib. 5. *Si juſta ac pia bella Dii averſantur, fortibus tamen viris licebit honeſtè mori*. Liv. lib. 9. *Exſolvamus religione populum, ſiqua obligamur, ne quid divini humanique obſtet, quominus juſtum piumque de integro ineatur bellum*. Et lib. 42. *Ut permitterent, ut adversùs injuſta arma, juſto pioque ſe tutarentur bella*. Et iterum ibidem: *Se neque arte, neque caſu, ſed collatis comminus viribus, juſto ac pio bello eſſe ſuperatum*. Suetooius in Galba cap. 10. *Alexandrina navis, Dertoſam appulit armis onuſta, ſine gubernatore, ſine nauta, ac vectore ullo, ut nemini dubium eſſet, juſtum piumque & faventibus Diis bellum ſuſcipi*. Contrariam ob cauſam

ſam bella civilia ſic execratur Lucanus lib. 2.

neque enim iſta vocari
Prælia juſta decet, patriæ ſed vindicis iram.

Contra verò pulcherrimum illud eſt Petrarcæ de Gothefrido, belli Palæſtini Duce fortiſſimo & religioſiſſimo:

Poi viddi quel, che fece i paſſi giuſti.

Non alio magis illicio atque invitamento Brutus & Caſſius, libertatis Romanæ aſſertores, milites ſuos incenderunt ad arma capeſſenda adversùs Octavium & Antonium, Principatum affectantes imminenteſque validis copiis cervicibus populi Romani. Sic autem ad Romanos milites loquitur Caſſius apud Appian. de Bell. Civil. lib. 4. *Cum igitur in hoc bello non idem utrorunque ſit propoſitum, ſed illi potentiam ac tyrannidem affectent, cujus jam dederunt iſta proſcriptione ſpecimen egregium; nos vero tantùm libertatem patriæ tueamur, contenti, ut par eſt, æquo cum privatis civibus jure vivere, meritò Diis, hominibuſque videri debet noſtra cauſa juſtior; nec eſt quidquam, quod in bello majorem ſpem, quàm fas & jus faciat. Quod ſi hoſtibus eadem, quæ nobis mens eſſet, liceret omnibus tuto arma deponere, & exercitus ſuos Reipublicæ reddere, ut illa in commune conſulat; & ſi placet hæc conditio, huc invitamus eos. Sed quoniam non placet, nec integrum eſt illis propter iſtas proſcriptiones aliaque facinora eam admittere, eamus, commilitiones, & bona fide militemus Senatui, populoque Romano, nihilque niſi libertatem ſpectemus. Conclamatum eſt, eamus; omnibus ut ſe quocunque duceret poſtulantibus. Qua alacritate lætus Caſſius, ſilentio per præcones facto, ſic exorſus eſt denuò. Dii, quibus juſta bella curæ ſunt, pro hac fide vobis, commilitones, faxint bene.* Sed Romanorum in exercendis armis juſtitiam eximiæ animi celſitudini ſociatam oſtendit præcipuè pars potiſſima Romani Senatus, cum Marcius & Attilius, ut tradit Livius lib. 42. de hoſte decepto per induciarum & pacis ſpem gloriarentur. Enim verò ſeniores quique indignati ſunt novas adminiſtrandi belli artes intruſas, captionem, & dolum. Non eas eſſe Romanorum artes, ſed potius Græcorum Punicorumque verſutias, apud quos glorioſius eſſet hoſtem fallere, quam ſuperare, & conſultiùs haberetur dolo, quam virtute proficere.

3. Quamobrem ubi primum inferendi belli cogitatio Principes vel Duces inceſſit, illud primùm omnium naviter eſt cogitandum, ut jus & æquitas armis auſpicia faciant, viteturque illud Lucani lib. 1.

Quemque ſuæ rapiant ſcelerata in prælia cauſæ.

Non igitur privatæ libidinis nomine extremum in rebus humanis remedium, & in quo bis delinquere non licet, tentandum eſt. Nihil porrò neceſſe eſt alia ex aliis bella conſerere, nec quantolibet effuſo ſanguine enſem recondere, ut quis refugiat legum compedes, quibus in pace obtemperandum eſt, ut publico exitio vindicet injurias privatim acceptas, aut iis demum ſe honoribus bellica efferat adminiſtratione, quos in pacis otio conſequi non poſſet. Sic enim piſcatores aliqui faciunt, qui piſces aliquot nonniſi emoto ſubverſoque cœno capere ſe poſſe confidunt, oderuntque quieta ſtagna & pacatas undas, quæ minimum ſcilicet ad ſuam avaritiam & copioſam piſcium capturam faciunt. Nullæ autem non veterum chartæ apertiſſimum reddunt ad exitium vocata fuiſſe præclariſſima regna, funeſtas in eadem immittente & ſuggerente faces Imperatorum avaritia, regnandique ambitu atque libidine. Hæc ſcilicet, ut Horatius loquitur,

altis Urbibus ultimæ
Stetere cauſæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Liquidò idem omnes intelligent, ſi per potentiſſima olim imperia ferro everſa cogitatione diſcurrent. Quid autem dicam de Regno Aſiatico & everſione Ilii, quam urbem non tam Martis incendia, quàm nequiſſimæ cupidinis flammæ diruerunt? Neque enim oppugnatione illa decennali tantum armis inter milites, quantum vitiis inter Duces ipſos pugnatum eſt. Audi Horatium 1. Epiſt. 2.

Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Græcia Barbariæ lento colliſa duello,
Stultorum Regum & populorum continet æſtus.

Et paulo poſt.

Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine, & ira
Iliacos intra muros peccatur & extra.

In caſtris etiam impunè ſcelus omne Ductorum, militum pernicie & ſanguine luebatur. Nimirum.

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

Nihil diſſimili crudelitate inter ſceleſtiſſimos fratres Etheoclem, & Polinicem cœptum ac peractum fuiſſe Thebanum bellum, proloquitur ſtatim ac profitetur ejuſdem ſtrenuus buccinator Poeta, cujus menti calor incidit.

Fraternas acies, alternaque regna profanis
Decertata odiis, ſonteſque evolvere Thebas.

Ille verò exitioſi & cruentiſſimi civilis belli Cantor jure eandem ob cauſam a Tragicis illis querelis ſumit exordium.

Bella per Emathios pluſquam civilia campos,
Juſque datum ſceleri canimus, populumque potentem,
In ſua victrici converſum viſcera dextra;
Cognataſque acies; & rupto fœdere regni
Certatum totis concuſſi viribus orbis
In commune nefas.

Adſtruit poſtea ſemina nefaſti Martis recenſione vitiorum in ejuſdem Imperatoribus, ac præſertim in Cæſare;

neſcia virtus
Stare loco; ſoluſque pudor non vincere bello.
Acer, & indomitus, quò ſpes, quòque ira vocaſſet
Ferre manum, & nunquam temerando parcere ferro:
Succeſſus urgere ſuos; inſtare favori
Numinis: impellens quidquid ſibi ſumma petenti
Obſtaret, gaudenſque viam feciſſe ruina.

Et paulò poſt.

Inde iræ faciles, & quod ſuaſiſſet egeſtas
Vile nefas: magnumque decus ferroque petendum,
Plus patria potuiſſe ſua.

Ac novo rurſus ardore profatur declamabundus:

Quis furor, o cives? quæ tanta licentia ferri,
Gentibus inviſis Latium præbere cruorem?
Cumque ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis
Auſoniis, umbraque erraret Craſſus inulta;
Bella geri placuit nullos habitura triumphos.

Is verò ille eſt Julius Cæſar, cujus manſuetudinem

Digitized by Google

nem atque clementiam Ciceronem io Oratione pro Marcello multis laudibus exoroare non puduit. Tam ſupinus altuſque ſtupor, tam cornea, ut cum Perſio loquar, fibra importunum palpum funeſtiſſimo Priocipi obtrudentem Oratorem obſederat. Ampliſſima ſcilicet leoitatis & moderationis laus fuit undecies centum, & nonaglota duo millia hominum, ooo ita magno vitæ ſupremique imperii ſpatio, neci dediſſe, ut literis conſignavit Plinius lib.7.cap.25. Per ſolidum verò decennium Trojani belli Daretis Phrygii recenſione abſumpta ferro conſtat quindecies centena, & ſaxagies duo hominum millia. Quid autem de Xerxe terrarum vaſtatore, & humani generis carnifice dicendum putem, qui cidenda amentiſſimaque ioflatus ſuperbia, ſi Herodoto credimus, quadragies bis centena, octuagies ter hominum millia rapuit in exitium? Id ſcilicet eſt inſervire ſtultiſſimæ progagandæ dominationis cupiditati: id eſt per mortalium ſtragem, & inexhauſti effuſionem ſanguinis ad Importunam gloriæ libidinem velificari. Sed non in populorum duntaxat peroiciem damna illa ex furioſa Principum ambitione redundarunt: eas oempe bominum myriadas non admodum multæ ætates reſtituere io priſtioum poterant atque ſarcire: ſolo exæquatæ dirutæque urbes, & everſa magni nominis regna, eorundem effreoatæ libidini ſervierunt, quibus ſcilicet reparandis nulli ſatis laborabunt circuitus ſæculorum. Probè Diogenes, acerrimus ille nequitiæ caſtigator & vindex, cum io Philippi propediem pugnaturi caſtra deveniſſet, ab eodem rogatus num ſpeculandi ſtudio illuc eſſet profectus; ſtultitiæ, inquit, tuæ ſpeculator acceſſi, qui opulentiſſimi cæteroqui regni dominus, nullo cogeote, regnum, vitam, ſocioſque in anciplitem caſum præcipitas. Innocentiam, probitatem fidem in extremis habere, leges omnes & jura in vagina gladil condita a ſe circumferri exiſtimare; non æquitatem, non honeſtum quidquam penſi habere, id nimirum eſſe imperare militibus vaniſſimi illi homines crediderunt. Verùm ſerus pleriſque illorum pœniteotiæ locus fult, cum funeſtiſſimis cladibus afflicti, ſuiſque exagitati furiis, nulla poſtmodum tempora, vel foris proſpera, vel domi quieta ducerent. Non illi tot provincias ferro concuſſas atque dilaceratas teterrima ſtrage compleſſent, ſi pro ambitu & ſævitia moderationem, clementiam, æquitatem, bellorum auſpices & comites habuiſſent. Divioum eſt effatum Deuter.23. *Quando egreſſus fueris adversùs hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala*. Et iterum Deuter. 20. *Siquando acceſſeris ad expugnandam civitatem, offeres ei primùm pacem*.

4. Quemadmodum verò Iniquæ bellorum cauſę ferociam militarem infringunt, adimuntque animos bellatoribus, juxta illud Propertii l.4. Eleg.6.

Frangit & attollit vires in milite cauſa,
Quæ niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor,

Sic religioſè juſteque Mars laceſſitus mirifica quadam plerunque coronatur eventuum felicitate. Neque enim ſatis credibile eſt quantum in pugna & acie roboris adiiciat cogitare, habere ſe in armis Deum victoriarum auſpicem, & Cœlites commilitones. Clariſſimè id docuit Onoſander cap.4. *Poſtquam enim perſpexerunt ſe injuriam non inferre, verùm illatam propulſare, nullius impietatis conſcii, abſoluta verè maſculaque virtute, & excelſo animo militiæ ſe ultrò dabunt*. Nulla mihi ſplendidior digniorque commendatio Romanorum viſa eſt, quàm quæ illis attribuitur a Rhodiorum legatis apud Livium l.45. *Certe quidem vos eſtis, Romani, qui ideò felicia eſſe bella veſtra, quia juſta ſunt, præ vobis fertis; nec tam exitu eorum, quod vincatis, quàm principiis, quod non ſine cauſa ſuſcipiatis, gloriamini*. Pulcherrima etiam illa Scipionis gloriatio apud eundem Dec.3. lib.10. *Neque patres noſtri priores de Sicilia, neque nos de Hiſpania fecimus bellum; & tunc Mamertinorum ſociorum periculum, & nunc Sagunti excidium nobis pia juſtaque arma induerunt*. Relatu etiam digoiſſima eſt reſponſio M. Antonini Cæſaris ad eum, qui feliciter declinatas Avidii Caſſii inſidias eidem gratulabatur: *Non ſic Deos colimus, nec ſic vivimus, ut ille vincere debuiſſet*. Contra verò poſtquam Pompejus pactum cum Numantinis fœdus violaſſet, deque bello adverſus eoſdem infeliciter geſto Mancinus ſe in Senatu purgaret, ſapieoter concluſit, haud mirum eſſe, ſi minus proſperè ceſſiſſet bellum illud, quod præter omnem æquitatem ipſi decreviſſeot.

5. Cum autem de armorum juſtitia diligenter & ſeriò deliberatum eſt, ſuge tamen credere expedienda contiouò arma eſſe bellumque ſuſcipiendum. Superſunt quippe clemeotia, humanitas, cautio multiplex, cauſæque aliæ oon paucæ, quæ deterrere Principem poſſint a Marte laceſſendo, tametſi belli æquitas ſibi, conſiliariiſque omnibus venerit in confeſſum. Proiode ex humanitate ſimul atque prudeotia factum eſt a Romanis, teſte Plutarcho in vita Numæ, ut licet juſtè ſuſcipi poſſe bellum feciales decreviſſent, tamen diſceptaretur a Senatu, ao ex uſu eſſet ſuſcipere. Et primum quidem illatas injurias non ultum ire, ſed vel diſſimulare, vel cootemoere, prę̨ſtantis eſſe ac nobiliſſimi animi apertiùs eſt, quàm ut innumeris, quæ latè ſuppetunt, exemplis illuſtrari deſideret. Altè porcò defigendum eſt animis magnanimum effatum Libanii in Oratione de Seditione Antiocheoa: *Qui Deo ſimilis eſſe vult, magis gaudeat condonatione, quàm pœna*. Ad hæc fallimur ſæpe dum bellicorum eveotuum rationem ducentes læta nobis omnia, hoſtibus verò ioteroecionem & excidium ominamur. Inopina nimirum plurima & plane inſperata contingere in acie poſſunt, quæ Duces in pœniteotiam oimis properæ expeditionis adducant. Quocirca monet optime Livius proponendas eſſe animo vires hoſticas, vim fortunæ, Martemque communem. Optimum certè factum exiſtimaverim, nullique noo Reipublicæ percommodum, ſi antequam de ſuſcipiendo bello iretur in ſuffragia, naviter cum animo expenderentur verſus Euripidis:

De Marte quoties itur in ſuffragia,
Nemo imminere cogitat mortem ſibi,
Sed quiſque cladem deſtinamus alteri:
Quod ſi in comitiis funera ante oculos forent,
Furiata bello non periſſet Græcia.

Id ſcilicet reputavit Xeoophon lib.6. ubi ſcripſit, ne ob graves quidem cauſas bellum eſſe capiendum. Quintiliani verò aurea illa ſunt verba: *Suadebimus Principi, ut laudem humanitatis potius, quàm voluptatem ultionis concupiſcat*. Nihil autem præſtantius verbis Maximi Tyrii: *De bello etiamſi demas injuſtitiam, ipſa per ſe neceſſitas miſeranda eſt*. Sæva, ut Plutarchus loquitur, res bellum eſt, ominumque ſecum cumulum calamitatum attrahens, quo idcirco oon eſt pro-

digè

digè utendum. Quemadmodum eoim in languoribus corporum non improbamus pharmacorum uſum, quæ cæteroqui violentiſſimæ ſunt efficacitatis; nec tamen proiode illa ſanus quiſpiam in eſcam verterit: ad eum plane modum morbo publieo admoveri interdum extremum Martis remedium non damnaverim; verum ejuſdem uſum nonniſi urgente ſupremæ neceſſitatis articulo ſalutarem fore crediderim; ne de temerè bellum ſuſcipientibus dici poſſit, quod ſcripſit Diodorus Siculus lib.18. de Thebanis *Animo forti magis quàm prudenti internecionem patriæ aceerſſverant.* Equidem cum incredibilem in modum Rempublicam ſumpta arma perturbent, genuſque humanum aut perdant, aut tradant io ſervitutem, tunc ſolummodo, ut ait Livius, ad illa reſpicieodum eſt, cum nulla ſpes extra illa relinquitur. Non defuerunt, qui rem ſecarent ad vivum, & militiam in univerſum damnarent. Verùm noo falsò illi ſolum & impudenter, ſed parum humanè judicarunt. Nam bellum propter acerbas elades, deprædationes, vaſtationeſque regionum, quæ ejuſdem pediſſequæ eſſe ſolent, vetitum nobis eſſe ii duntaxat affirmare poſſuot, qui in craſſa divini humanique juris ignoratione verſantur. Quemadmodum enim manus a natura, ſie ab arte & ingenio habemus arma, quibus injurias propulſare poſſimus. Docuit id D.Chryſoſt. Homil. in pſalm. 134. *A Deo habemus dextras, ut & nobis ipſis, & aliis injuria affectis opem feramus; ut ſcelera de medio tollamus, ut his, quibus vis & damnum affertur, ſimus portus & refugium.* Et Auguſtin. lib. 2. contra Fauſt. cap. 4. *Quid culpatur in bello? an quia moriuntur aliquando morituri, ut reguent in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum eſt, non religioſorum. Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi & ſiqua ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis jure culpantur.* Militiæ eonviciatores obmuteſcere jubent divina teſtimonia. Nihil enim frequentius occurrit in Sacris paginis, quam ſuſcepta bella, initi cooflictus, relatæque victoriæ, auſpice, ſponſore, & adjutore ſupremo Numine. Joſu. 10. *Dixitque Dominus ad Joſue: Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi eos.* Et paulo poſt: *Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de Cælo.* Et infra de ſole curſum ſiſtente: *Obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſrael.* Ab eodem Moiſes, Gedeon, David, aliique procedere in aciem juſſi, dimicandi modum edocti, confirmati in prœlio, adjutique prodigiis, ut hoſtes obtererent. Deo tanquam militiæ præceptore gloriatur David Pſal. 143. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Poſtremo quis audeat ſuſpicari proſcriptam ab eo eſſe militiam, quem Deum exercituum Divinæ literæ ubique nominant? Præcurſor autem Chriſti Domini Joannes militibus interrogantibus Luc. 3. *Quid faciemus & nos?* Reſpoodit, *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Quodſi a novi Teſtamenti præceptis vetitum eſſet militiam ſequi, ut pravorum dogmatum Sectarii ſcripſerunt, S. Joannes, ut docet S. Auguſtinus, commonuiſſet milites, ut depoſito cingulo a ſignis diſcederent; præſertim cum noſceret noo illos graſſatores eſſe, ſed publicæ ſalutis cuſtodes. Præterea ſuperſtitionis antiquæ cultores, ut oſtenderent arma & bellicam tractationem nequaquam exoſam Diis eſſe, aut a ſaeris abhorrere, ioſtituerunt ut Feſta Panathenaica virili pompa celebrarentur ab armatis. Quem Athenienſium morem amplexi ſunt cupidè & retinuere Romani in ſuis ſacrificiis, ut tradunt Polybius, aliique, & explicat Varro in Etymologia vocis Armiluſtrium: *Armiluſtrium, feſtum erat apud Romanos, quo res Divinas armati faciebant, ſacrificabantque ad tubarum clangorem.* Vide Grot. de Jur. Bell. & Pac. & apud nos *Occidio.*

Justitium, ii. Sic dicitur ſuſpenſio judiciorum, & ceſſatio juris dicundi. Id agebatur apud Romanos, cum aut acceptæ denunciarentur clades, aut graviſſimum Reipublicæ ab hoſtibus periculum ingrueret. Dicitur autem Juſtitium, quaſi juris ſtatio, ut cum aliis Scriptoribus docet Gellius lib. 20. cap. 1. Perperam quidam pro eadem re accipiunt Juſtitium, & Juſtidium. Procul dubio contrariæ res erant, quod ex ipſis advertere nominibus cuilibet ſane eſt obvium. Juſtidium quippe a jure dicendo, Juſtitium contra a juris interſtitione quadam & ceſſatione dicitur. Id verò in pace erat Juſtitium, quod in bello induciæ. Sicut enim per inducias ab armis & mutua offenſione ceſſabatur, ſic per Juſtitium a muneribus publicis cauſarum. Optime proinde Tacitus 3. Annal. mnnia Juſtitio opponit: ſic enim ſcribit in Germanici funere: *Tum exuto Juſtitio, reditum ad munia.* Quod autem addit Ludovicus de la Cerda in Comment. ad lib. 11. Æneid. Juſtitium in pace, in bello vero inducias factas ad mortuos duntaxat terræ tradendos, lugendoſque; id ſcilicet utrioque a veritate alienum eſt. Nàm & inducias aliis etiam de cauſis conciliatas alibi docuimus: & Juſtitium non solùm fieri ſolitum in luctu publico, & ſepeliendorum cadaverum causâ, verùm etiam in denunciatione præſentis periculi citra ullam acceptam cladem, ex mox dicendis conſtabit. Nihil igitur opus eſt in controverſiam vocare, ad ipſos ſæpe nuncios metumque appropinquantis hoſtis indici ſolitum eſſe Juſtitium. Id verò præſertim uſuveniebat, decreto per Senatum tumultu, ut ex non paucis Livii teſtimoniis & formulis fit aperiſſimum. Sic enim ſcribit l. 3. *Vocato deinde Senatu, cum ex authoritate Patrum, Juſtitio indicto, profectus ad tutandos fines eſſet.* Idem lib. 7. *Cum, quod per magnos tumultus fieri ſolitum erat, Juſtitio indicto, delectus ſine vacationibus habitus eſſet.* Idem lib. 10. narrat, allatis nunciis de hoſte Campaniam populante conterritum Senatum Juſtitium indixiſſe; delectumque omnis generis hominum habèri juſſiſſe. Duplex igitur cauſa indicendi Juſtitii ſuit, vel terror impendentis periculi, ut oſtendimus ex adductis Senatus Romani conſultis, vel mœſtitia luctuſque publicus in acceptis cladibus. Poſtremo hoc modo indicti Juſtitii exemplum habes apud Tacitum lib. 2. de Morte Germaniei: *Hos vulgi ſermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum Magiſtratuum, ante Senatuſconſultum, ſumpto Juſtitio, desererentur fora, clauderentur domus, paſſim ſilentia & gemitus.* Triſtiſſimam Romæ faciem poſt indicta Juſtitia ita deſcribit Lucaous lib. 2.

Ergo ubi concipiunt, quantis ſit cladibus Urbi
Conſtatura fides Superûm: ferale per Urbem
Juſtitium: latuit plebejo tectus amictu
Omnis honos: nullos comitata eſt purpura faſces.
Tum queſtus tenuere ſuos, magnuſque per omnes

Erra-

Google

Erravit ſine voce dolor. Sic funere primo
Attonitæ tacuere domus, cum corpora nondum
Conclamata jacent, nec mater crine ſoluto
Exigit ad ſævos famulorum brachia planctus:
Sed cum membra premit fugiente rigentia vita,
Vultuſque exanimes, oculoſque in morte jacẽtes:
Nec dũ eſt ille dolor, ſed jã metus: incubat amẽc,
Miraturque malum. Cultus matrona priores
Depoſuit: mæſtæque tenent delubra catervæ.
Hæ lacrimis ſparſere Deos, hæ pectora duro
Afflixere ſolo: laceraſque in limine ſacro
Attonitæ fudere comas: votiſque vocari
Aſſuetas crebris feriunt ululatibus aures.
Nec cunctæ ſummi Templo jacuere Tonantis;
Diviſere Deos: & nullis defuit aric
Invidiam factura parens.

Audiendus iterum idem Poeta lib. 5. ubi refert Cæſarem urbem Romam occupaſſe vacuam mœſtamque oppreſſis legibus, & indicta Juris dicundi intermiſſione triſtiſſimam:

mærentia tecta
Cæſar habet, vacuaſque domos, legeſque ſilentes,
Clauſaque Juſtitio triſti fora.

Reddita verò Urbi tranquillitate, tumultuque ſedato, remitti Juſtitium moris fuit. Id autem eſt quod ſcribit Livius lib. 23., Senatum Ædilibus negotium dediſſe, ut urbem circuirent, aperiri tabernas, & mœſtitiæ publicæ ſpeciem urbi demi juberent, cum nunciata clade exercitus Poſthumii a Gallis deleti pavor ioſolitus per multos dies urbem occupaſſet. Expreſſius autem idem Livius lib. 10. *Itaqua & ſupplicationes ob rem bene geſtam Conſulis nomine decernunt: Juſtitium remittitur, quod fuerat per dies decem & octo.* Idem lib. 3. *Inde Romam reditum eſt: Juſtitium remiſſum.* Obſerva falſos eſſe Budæum, & Concinnatores Theſauri Linguæ Latinæ, alioſque Lexicographos, qui Juſtitium exponunt vacationes forenſes propter ſolennitates Urbanas, nuocios feſtivos & ſimilia. Reclamant priſci Scriptores omnes, qui nonniſi io re ſubiti mœroris publici Juſtitium nominarunt.

JUSTUM BELLUM. Vide *Juſtitia armorum.*

JUVENUM FACTA, SENUM CONSILIA. Proverbialem hanc ſententiam uſurparunt inter alios Pindarus & Ariſtophanes. Homerus autem

Bella manu conſtant, at conſultatio dictis:
Illic pugnandum eſt, neque proſunt aſpera dicta.

Neſtor in conſiliis præcipuus erat ob experientiam multis anois collectam, bello parum idoneus propter inclinatam ætatem. Juventus viribus præpolleos eſt, & ad rem gereodam nativo quodam impetu agilis & parata. At verò ſenes detrito annis vigore virium, ſed aucto rerum uſu, ſedendo conſultandoque multum valeſcunt. Quamobrem aptè Euripides in Menalippo

Dictum eſt vetuſtum: Facta Juvenum, cæterum
Magis valent conſilia nata grandium.

JUVENTUS, utis. Pro militibus. Quoniam & ex junioribus legebantur milites; & juventutis flore præſtantes alacriùs adeunt pericula, labores ſuſtioent & ſuis ducibus obſequuntur. Nihil autem frequentiùs præſertim apud Poetas occurrit quàm Juventus & Juvenes pro nervia & copiis militaribus. Lucanus lib. 4.

ſepta Juventus
Telorum nimbo peritura, & pondere ferri.

Idem eodem lib.

En ſibi vilis adeſt inviſa luce Juventus,
Jam damno peritura meo.

Claudian. de Bello Gildonico:

ſtat circumfuſa Juventus
Nixa haſtic, pronaſque ferox accommodat aurec.

Valer. Flacc. lib. 5.

proſiliunt quas nec Riphæa Juventus,
Quos nec Iber, nec tota ſimul Aurora pharetris
Suſtineat.

Horat. lib. 3. Ode 6.

Non his Juventus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico.

Idem lib. 3. Ode 2.

Anguſtam, amici, pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat, & Parthos feroces
Vexet Eques metuendus haſta.

Virgil. lib. 10.

erumpunt, & caſtra relinquunt
Aſcanias puer, & nequidquam obſeſſa Juventuc.

Idem lib. 6.

Juvenum manuc emicat ardens
Litus in Heſperium.

Idem lib. 1.

Hac fugerent Graii, premeret Trojana Juvẽtuc.

Et lib. 2.

Hoc Riphens, hoc ipſe Dymas, omniſque Juvẽtus
Læta facit, ſpoliis ſe quiſque recentibus ornat.

Idem aliis in locis frequentiſſimè. Et quoniam lib. 4. Georg. Sic agit de apibus, tanquam ad viviſſimam militiæ ſimilitudioem accederent, de iiſdem ſic loquitur:

Ut cum prima novi ducent examina Reges,
Vere ſuo, ludetque favis emiſſa Juventus, &c.

Statius de Achille ioitio Achilleidos:

tota Juvenem deducere Troja.

K

KNAPONES. Voce Teutonica ſervi dicuntur. Uſurpantur pro militum peditatu. Hiſt. Auſtralis ann. 1286. *Præcone Regis Arragonum per exercitum valenter clamante, quod neminem occidant niſi milites galeatos; Knapones verò & ſcutiferos illæſoc abire permittant.*

KRAGE. Hujus vocis meminit, & ejuſdem ſignificationem affert Saxo Grammaticus in Hiſtoria Danica: *Krage linguâ Danicâ truncus eſt, cujus ſemicæſis ramis faſtigia conſceudnutur, ita ut pes præciſorum ſtipitum obſequio, perinde ac ſcalæ beneficio nixus, ſenſimque ad ſuperiora provectuc, petitæ celſitudinis compendium aſſequatur.* Habes deſcriptiooem parum quidem ornatæ, ſed ſatis commodæ ſcalæ. Conſtat autem ex rudi arboris trunco, proſciſſis uſque ad calcem ramis extantibus. Promioentes illi deciſique rami officium graduum ſupplent, firmantque ſubinde aſcendentium veſtigia; Hoc genus tanquam expeditiſſimum multis commendat Vitalis. Eſt enim facilè portatilis ſcala, cum adiunctis ibidem gradibus ex ipſo trunco enatis: eadem nullo negotio parabilis, & minimo opere ad muros applicanda. Addit, vectibus ſuppleri poſſe protuberantes ramos, ſicubi deficiunt. Certe aliquid ſimile in ſcalarum bellicarum enumeratione habet Hero Mechanicus. Vide quæ diximus in voce *Scala*.

Digitized by Google

L

LABARUM, i. Vexillum militare, conſtans, ut oſtendunt nummi Veteres, panno penſili fimbriato, qui affixus ligno antennam nauticam referenti a ſuprema conti ſive haſtæ parte ſuniculis decidentibus explicatus pateſcit. Prudentius lib. 1. contra Symmachum.

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat Labarum.

Quidam Labarum a labore dictum reputant, quaſi milites excitaret ad labores ſortiter obeundos. Sunt qui opinentur appellatum a voce Perſica *Labar*, quæ ſignificat vexillum penſile & exemptile de ſuo conto, idemque præferri ſolitum Regihua atque Imperatoribus ex uſu Armeniorum atque Perſarum. Contendunt alii nomen eſſe Græcanicæ originis a capiendo, quoniam a Conſtantino Cæſare occupatum captumque eſſet poſt victoriam a Maxentio rcportatam. Lipſius in notis ad lib. 3. de Cruce cap. 15. & Cangius in Diſſert. de Numiſm. inferioris ævi, ſuſpicantur vocem peregrinam eſſe, certe novitiam, & circa Trajani tempora primum exortam. Videtur tamen aliud fuiſſe Labarum Paganicum, aliud Chriſtianum. Julianus ſiquidem, ut tradit Sozomenus, Chriſtianum ſuſtulit, & Paganicum repoſuit Labarum. Circumferuntur Auguſti numiſmata, in quibus Labarum cum panno quadrato fimbriato cernitur, quæ cuſa cenſentur poſt obtentam adversùs Germanos victoriam. Alius inſuper Domitiani nummus, atque etiam Hadriani cum Labaro inſpicitur, poſt illius victoriam de Germanis, hujus verò de Pannonibus & Armeniis. Quapropter bene coniicit Cangius, Labarum non fuiſſe vexillum proprium Romanorum, ſed ſignum plane Barbaricum, acceptumqne a gentibus domitis, & aduumeratum vexillis Cæſarum, non ut Romanum, ſed ut peculiare gentium domitarum: quo magis ſupervaeaneum eſt de ejus nominis origine ultra quærere. Neque verò idcircò eſt dubitandum, poſt relatam a Conſtantino victoriam contra Maxentium, mirum in modnm clareſcere Labarum, celebrarique cœpiſſe. Referunt certè illius ævi Scriptores, Conſtantinum Chriſtianis imbutum ſacris, in Labaro deſcribi crucem curaſſe; ntque Imperatorem præcederet illud vexillum, & a proceribus militibuſque ſtiparetur, juſſiſſe. Cuſtodes ſtipatoreſque Labari, ſive vexilli, Conſtantini juſſu, Chriſti Domini monogrammate inſigniti, ii reputantur eſſe, quos Codex Theodoſianus appellat Præpoſitos Laborum. Quod enim Prudentius aliique Labarum, Sozomenus & Acta ſecundæ Synodi Nicenæ Laborum nominant. Addo ex eodem Cangio ibidem, Danos per inferiora tempora vexillis ſuis appellationem Labari attribuiſſe. Sic enim ſcribit Anonymus de Miraculis S. Bertini: *Pagani in antefati collis cacumine principale vexillum, quod Labarum vocari fertur, alto ſtipiti pro terrore infixere.* Demirandum verò inprimis eſt, quod de corvo viſo in vexillis Danicis teſtatum reliquit author Encomii Emmæ Reginæ: *Erat eis vexillum miri portenti, quod licet credam poſſe eſſe incredibile, Lectori tamen, quia verum eſt, veræ inſeram lectioni. Enim verò cum eſſet ſimpliciſſimo candidiſſimoque intextum ſerico, nulliaſque figuræ in eo inſerta eſſet imago, tempore belli ſemper in eo videbatur corvus, ac ſi intextus, in victoria ſuorum quaſi hians, excutienſque alas, inſtabiliſque pedibus, & ſuis devictis quietiſſimus, totoque demiſſus.*

2. De Labaro, Cruce & imagine Chriſti Domini inſignito, præclare ſcripſit Gregorius Nazianzenus Orat. 3. in Julianum: *Principatum in reliqua omnia vexilla tenens, quæ Imperatorum imaginibus, atque expanſis textaris, inque variis tincturis, ac literarum picturis decorantur.* Et iterum: *Quia etiam adversùs magnum illud vexillum audacia effertur, quod cum Cruce magnifice procedit, in altumque elatum exercitum ducit, ærumnarum ſolvendarum vim habens, indeque apud Latinos nomen trahens.* Quibus verbis & de Labaro loqui Sacrum Doctorem, & ejus nominis thema a labore trahere, conſpicuum eſt. Nunquam verò Labarum, vel quodvis aliud vexilli genus auguſtius extitit, quàm cum Chriſti Domini in Cruce ſuffixi effigiem vel monogramma repræſentavit. Quod ſi Cæſarum imagines vexilla decorabant, quanto eadem magis nobilitavit expreſſa coloribus, aut auro intexta figura Servatoris Divini, qui de Duce Tartareo victoriam reportavit noſtro generi opulentiſſimam & multò maxime glorioſam. Nec verò eorona earuit Sacroſanctum ſignum, ſive vexillum; quæ nimirum contexta ſpinis, omnes veterum Imperatorum laureas inumbravit. Præferebatur poſtremò titulus dignitatis; inſcriptio Regis Judæorum, nimirum Principis Regnorum omnium, inque rerum univerſitatem, quam latiſſime expanditur, poteſtatem ſuam & imperium propagantis. Idcircò jure optimo obſequia copiarum, & Ducum adorationem promeruit. Sozom. Hiſt. lib. 1. cap. 4. *Hoc ſignum venerabile maxime, quia & Priucipem antecedere, & adorari etiam a militibus ſolebat.* Neque enim adulatorius ille erat cultus, ut ferè erga Cæſarum imagines, quæ pro Diis adorabantur. Sveton. in Calig. cap. 14. *Artabanus tranſgreſſus Euphratem, Aquilas & ſigna Romana, Cæſarumque imagines adoravit.* Tertullianus in Apolog. *Religio tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna*

ju-

jurat, *Diis omnibus præponit*. Adde Euſebium de vita Conſtantini lib. 1. cap. 25. *Erectum verò haſtile imaginem pii Imperatoris auream, pectore tenus expreſſam, atque una filiorum ejus habebat.* Quid enim texturæ illæ aureæ ad Chriſti imaginem proprio ſaoguine purpuratam?

Labdarei, ſeu potius Lamdarei. Occurrunt apud Heronem lib. 1. de Machinis bellicis cap. 1. *Adversùs hæc autem repugnantes murices ligneos conſtruere oportet quinque cubiterum, Labdareos a quibuſdam vocatos; quarum unumquodque crus gyrum quaſi duorum pedum habeat, ne frangantur vel diſrumpantur; ſed reſiſtant ponderibus, quæ deorſum feruntur. Sufficientes autem multitudine ipſi conſtruendi ſunt, ut triplicata, aut etiam quadruplicata horum poſitio fiat. Ita enim locorum partes aſcenſu difficiles & arduas circumveniendo, fieri poteſt ut ſine periculo aſcendatur.* Ex quibus habes inſtrumenta ſuiſſe & machinas, ſeu potius impedimenta ad reſiſtendum, in genere muricum; ſed hæc erant lignca, altèque defixa in terram, ut ſuſtinere poſſeot vim ſaxorum atque miſſilium, quæ deſuper dejiciebantur. Quoniam verò conſtructa erant ad figuram *Lambdæ*, notæ Græcorum literæ, ideo Labdarei, ſeu potius Lamdarei ſunt appellata. Vide hujuſmodi obſtaculorum dellneationem apud Franciſcum Barocium, ad memoratum locum Heroois.

Labor, oris. Vexillum, cujus meminit Cod. Theod. lib. 6. Verùm ibi eruditi læſam ſcripturam autumant, & emaculant reſtituta voce *Labarum*. Et eodem modo verſum Tertolliani:

Palpitat antenna ſtridens, Labor horret ab alto.

Vide *Labarum*.

Labor militaris. Apod Romanos, nt otium præſentiſſima Martis exercendi peſtis, quam longiſſimè exigeretur, non ſarcinis ſolùm & vallis in itinere onerari militem, ut notatum eſt alibi, moris fuit, verùm, delecto caſtris metandis loco, agnoſcebat quiſque peragebatque, quod ſui erat muneris operæque. Nec gregarii ſolummodo, aut viliores lixæ, verùm Triarii ipſi Evocatique ſub oculis ac præſentia Tribunorum ducebant foſſas, excindebant ceſpitem, humum effodiebant, amputabant ſurculos & ramalia, quibus complicatis aut terræ defixis attollerent aggerem, & communirent acceſſus. Pauciſſimis aut munerum vacatio, aut a laboribus ceſſatio permiſſa. Evagari verò militi neſas; cum ex Appiano conſtet pro deſertore habitum, qui longiùs diſtaret a caſtris, quàm tubæ ſonitum exaudire poſſet. In armis verò non perdiu ſolùm, verùm etiam noctu eſſe, tanquam immineret ſemper hoſtis, in eumque eſſet continuò prorumpendum. Sic occupati atque detenti annonam commerebantur, quam in caſtris gratuitam nunquam voluit Probus Imperator, ne immanem aditum aperiret deſidiæ militari. Languidiores quippe ſunt in opere faciundo, qui ſciunt ſepoſita ſibi eſſe cibaria, & annooam in tuto. Quare non admodum ſuſpicias, quod obſervavit Plutarchus de Romano milite in omni genere conflictuum: nec ſudare illorum quemquam, nec ſuſpiriis languorem animi ſignificare: quod de ſuis copiis ad Senatum retuliſſe Q. Catulum, alibi meminimus: in diuturno ſcilicet conflictu illo adversùs Cimbros non animadverſum a ſe quempiam, qui minimum languoris indicium prodidiſſet. Hinc graviſſima illa vox Q. Metelli, cum pertimeſcere ſe ajebat deletam Carthaginem longe magis quam armatam; quoniam hæc Romanarum legionum robur exacuiſſet, illa prope eſſet, ut maſculam earundem virtutem perditum iret. Et averruncandi quidem otii gratià in caſtris omnique exercitatiooe bellica Deas illas veterum Romanorum ſolertia commenta eſt, Strenuam, Stimulam, Agenoriam, quibus ſcilicet litarent milites, omneſque corporum animorumque oervos devoverent. Quod ſi noo agendæ foſſæ eſſent, non excitandi aggeres, non alia obeunda ex uſu caſtrenſi miniſteria, ut otlum diſcuteretur, complanari æquarique jubebant Duces viarum aſpera & abrupta, educi immanes foveas recipiendis amnibus, in immenſam longitudinem dirigi militares vias. Hinc a Severo, & Adriano, ærumnabili militum labore ductus promotuſque murus, quo Anglia a Scotia diſterminatur. Hinc M. Æmilius Conſul, cum diuturniores ſerias ageret Mars Romanus, manipularium ſuorum opera & labore viam latiſſimam Placentià ad Arimiuum duxit. Hinc foſſæ memorabiles in Belgio actæ ioter Moſam & Rhenum; inter quas præcipue commemoratur Druſiana, quam Rheno inundanti a Druſo oppoſitam, Corbulo deinde perfecit. Iotelligebant nimirum peritiſſimi copiarum moderatores ceſſationem & otium tum flagitiorum omnium ſentinam eſſe, tum præcipue ſomitem anſamque ſeditionum; ut nihil plaoe verius prolatum ſuerit, quam quod ab eodem Corbulone dictum accepimus; Duci optimo magis eſſe laborandum adversùs ſuorum deſidiam & ignaviam, quam contra hoſtium quantamcunque vim atque ferociam. Veriſſimum etiam illud Xenophontis lib. 1. Cyrop; nihil difficilius eſſe, quam alere exercitum otioſum. Quod etiam notavit Vegetius lib. 3. cap. 4. *Interdum movet tumultum ex diverſis locis collectus exercitus: & cum pugnare nolit, iraſci ſe ſimulat, cur non ducatur ad bellum; quod ii præcipuè faciunt, qui in ſedibus ocioſè delicatèque vixerunt.* Vide *Diſciplina militaris*, *Onera militum*, *Exercitatio*, *Municipes &c.*

Labrum, i. Nota cæteroqui dictio eleganter notat margines & oras extremas lacuum, fontium, fluviorom. Labrum foſſæ dicimus in re munitoria ejuſdem marginem vel obverſam foſſæ partem. Cæſ. lib. 7. Bell. Gall. *Foſſam pedibus viginti latam directis lateribus duxit; ut etiam ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant.* In militia recenti dicitur *Contraſcarpa* labrum foſſæ exterius, vel citerius, vel mœnibus adverſum.

Lacerna, æ. Feſtus ſic putat dictam a *Lacera*, quòd capitio minor eſſet. Martinius originem Græcam agnoſcit, qua vulgare quoddam exponitur indumentum. Puto dictam a verbo *lacio*, ex quo illicio, quod eſt per fraudem capere, vel irretire. Inde enim lacus apud Antiquos, qui poſteriore Latio dictus laqueus, quo quid adſtringitur, vel involvitur. Deſcribitur quippe Lacerna, quaſi obvolutum quoddam veſtimeoti genus & undique corpus obducens. Indumentum ſuit origine militare; intruſum poſtea in urbem, & quaſi civitate donatum. Quod bellica fuerit veſtis dubltare non ſiount antiqui Scriptores. Patercul. lib. 2. loquens de Caſſio Duce: *Exiſtimans hoſtes eſſe, qui irruerent, Lacernâ caput circumdedit, extentamque cervicem interritus Liberto præbuit.* Idem infra de Auguſto militante: *Quippe*

cum inermis & lacernatus eſſet, præter nomen nihil trahens, ingreſſus caſtra Lepidi, evitatis, quæ juſſu hominis praviſſimi tela in eum jacta erant, cum Lacerna ejus perforata eſſet lancea &c. Capitolin. in Alex. *Hoc ſolùm Imperatorium habens quod Lacernam coccineam occipiebat.* Ex Poetis autem Propert. lib. 3. Eleg. 11.

Tu tamen injectâ tectus, veſane, Lacernâ
Potabis galeâ feſſus Araxis aquam.

Et lib. 4. Eleg. 3.

Texitur hæc caſtris quarta Lacerna tuis.

Ovidius etiam lib. 2. Faſt. ita ſcribit de Lucretia, cum Lacernam concinnaret mittendam marito belligeranti.

Mittenda eſt Domino (nunc nunc properate puellæ)
Quamprimùm noſtrâ facta Lacerna manu.

Vetus etiam interpres Perſii id clariſſimè tradit ad illum verſiculum Satyr. 1.

Scis comitem horridulum trito donare Lacerna,

ubi hæc habet: *Eſt Lacerna veſtimenti genus fimbriatum, quo olim ſoli milites utebantur. Unde & in diſtinguenda caſtrenſi urbanaque turba, hos togatos, illos lacernatos nuncupabant.* Idem poſt comprobat depromptis ex Propertio, & Ovidio locis a nobis ſupra poſitis. Quandiu verò in militia & caſtris ſubſtitit Lacerna, idem omninò veſtimentum fuit ac ſagum, paludamentum, ac chlamys. Civili verò Triumvirorum ferveſcente bello ad urbanos uſus & civium cooperimentum tranſmigravit. Conjectat id Ferrarius de re veſt. p. 2. lib. 1. cap. 1. ex verbis Ciceronis Philipp. 2. *Nam quod quærebas quomodo rediſſem; primum luce non tenebris, deinde cum calceis & toga nullis, nec caligis nec Lacerna.* Quibus verbis Lacernam componens cum caligis, quas manifeſtum eſt militarem fuiſſe calceum, ejuſdem veſtis bellicam oſtendit originem. Addit autem Tullius infra: *Ex omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi, quàm quod qui Conſulatum peteres, is per municipia & colonias Galliæ cum caligis & lacerna cucurriſti.* Habes verò hic objectum Antonio a Tullio fuiſſe, tanquam rem inſolentem & peregrinam, quòd in Urbem acceſſerit cum caligis & lacerna. Quod autem per ea tempora incognitum novumque extitit, familiare admodum poſtea atque domeſticum factum eſt. Invectæ nimirum Lacernæ in urbem ad uſus varios atque multiplices. Cujuſmodi verò illi fuerint; ad hæc quæ materia, quiſve urbanæ Lacernæ color extiterit, vide apud Ferrarium loco indicato, & apud Salmaſium frequenter in Hiſtoria Auguſta.

Lacesso, is. Non eſt frequentativum a *Lacero*, ut poſt Chariſium & Phocam ſcripſit Scaliger de Cauſſ. L. L. cap. 123. ubi habet: *Qui laceſſit, pluſquàm lacerat, & qui vexat, pluſquàm vehit.* Verùm potius, ut tradit Voſſius, eſt frequentativum a *lacio*. Idem olim docuit Feſtus: ut enim a *capio* fit *capeſſo*, ab *arcio* fit *arceſſo*, ſic a *lacio*, *laceſſo*. Neque verò obſtat, quod laceſſere dicatur is, qui per iracundiam provocat, cum lacere, ex quo habemus elicio, oblecto, & delecto, in bonam partem accipi ſoleat. Nimirum antiquiſſimo ſuo themate & origine *lacio* vel utrunque ſuſtinet ſenſum, vel potius deteriorem admittit. Et Feſtus quidem lacere exponit in fraudem inducere, deducitque a voce *Lax*, quæ Antiquis erat fraus. Sed & ipſum verbum laceſſo in benignam partem non rarò ſumitur; ut cum dicimus, famam, poſteritatis memoriam laceſſere benefactis. Plerunque tamen ſumitur pro provocare cum aliquo indignationis ſenſu, & ad faciendum virium periculum extimulare. Cæſar lib. 1. Bell. Gall. *Inſequi & Laceſſere cœperunt.*

Lacessio onis. Vide *Laceſſitio*.

Lacessitio, onis. Actus Laceſſendi. Ammian. lib. 25. *Nam progredientes nos ſequebantur, crebris Laceſſitionibus retrahentes.* Idem lib. 19. *Quæ exubiæ ingenti circuitu vallaverant muros, aut Laceſſionibus crebris* (lege omninò Laceſſitionibus ex cætero uſu hujus Hiſtorici) *occuparent, obſidioni fortiter adhærentes.*

Læna, æ. Aliis veſtis eſt denſiore filo, & aſperiore lana, adversùs imbres & frigoris injurias: aliis veſtis Sacerdotalis, aliis Regia. Nonius autem inter veſtes militares recenſet Lænam nixus Virgilii teſtimonio, qui de Ænea ita ſcribit lib. 4. Æneid.

illi ſtellatus jaſpide fulvo
Enſis erat, Tyrioque ardebat murice Læna
Demiſſa ex humeris,

Virgilianis interpretibus minimum videtur Duci congruere hoc veſtimentum; aliique aliò abeunt, ut hanc Lænam Æneæ accommodent. Satis mihi commodè explicatur hic locus ex Tyriorum vel Phœnicum uſu; apud quos Lænam Ducum fuiſſe geſtamen ſuadent mihi, quæ ſequuntur Virgilii verba, quibus oſtendit à Didone eam veſtem dono accepiſſe Ducem Trojanum:

dives quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreverant auro.

Lænam Feſtus Græcam vocem eſſe tradit. Varro Latinam putat, quaſi multa lana confertam. Alii Tuſcam veterem, & nonnulli Gallicam vocem exiſtimant.

~~Lambdarei. Vide Labdarei.~~

Lamina, æ. Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Eaque laminis claviſque religant.* Et contractè *Lamna*. Horat. l. 2. Od. 2.

Nullus argento color eſt, avaris
Abditæ terris inimice Lamnæ,
Criſpe Saluſti,

Sectilis metalli fruſtum, deductum in latitudinem. Dicitur in gladio, cultro, & ſimili inſtrumento ferrum ipſum extenſum, quod tamen aciem habet & cuſpidem, quarum prima cæſim, altera punctim ferit, Italis *Lama*. Bern. Orland.

E taglion tutti qual lama affilata.

Ex quo formula dictu frequens: *Venire a mezza lama, a mezza ſpada.* Latinis, *cominus pugnare.*

Lampon. Nomen equi victoris in ludis a Scipione in Africa celebratis apud Silium lib. 16.

Evolat ante omnes, rapidoque per aera curſu
Callaicus Lampon fugit, atque ingentia tranat
Exultans ſpatio, & ventos poſt terga relinquit.

Lamus. Nomen equi apud Silium lib. 16. in ludis a Scipione celebratis in Africa;

Tum Lamus, & Sicoris, proles bellacis Ilerdæ.

Lana pacis symbolum. Vide *Supplices*.

Lancea. Servius de amento loquens ita ſcribit: *Amentum, lorum, quo haſta media religatur.* Hinc Iſidorus Lanceam format, quia, ut ait, *æqua lance, ideſt æquabili amento ponderata vibratur.* Varro apud Gellium Hiſpanicam vocem, & Hiſpanorum putat inventum: quod tamen Plinius Ætolo, Martis filio, adſcribit. Sed & Germanis quidam eam vocem & inventum attribuunt.

Equi-

Equidem jaculum videtur fuiſſe Celtis omnibus commune, ut ex Siſenna apud Nonium & Diodoro Siculo colligitur. Sed plane Lancea fit a Græcorum voce λόγχη. Quodſi ex Iſidoro haſta cum loro in ipſius medio appenſo, ita ut utrinque æqualiter pendeat, Lancea dicitur, profectò idem erit haſta & Lancea. Obſervatione dignum eſt haſtam ſive Lanceam non modò inter pugnandum manu retineri conſueviſſe, verùm etiam emitti. Sic enim Curtius: *Igitur Macedo haud dubius eminùs interfici poſſe, Lanceam emiſit*. Et Lucanus lib.7. de Craſtino Centurione:

Cujus torta manu commiſit Lancea bellum.

Idem alibi Lanceam excuſſam lacertis habet. Exiſtimaverim verò ejuſmodi jaculatorias haſtas ſive Lanceas breviores fuiſſe, & præfixo ferro armatas, quæ utrunque præſtarent uſum haſtæ nimirum & jaculi: nam & torqueri poterant, & non dimiſſæ manu ictum inferre. Id verò genus eſt, quod Etruſci vocant *Zagaglia*, quæ vox eſt Hiſpanicæ, ſeu potius Arabicæ originis, ut tradit Covarruvias. Dicitur etiam *Corſeſca*, & *Arme in haſta*. Hinc commodè explicare liceat, ut ſcribit Robertus Titius locor. contr. lib.1. cap.9. quod cæteroqui novum durumque viſum eſt Petro Victorio; Herculi nimirum haſtam ſeu Lanceam a Sophocle fuiſſe attributam, quem tamen ſagittis fuiſſe uſum omnibus notum eſt. Sed & Heſiodus in Poemate, quod inſcripſit *de clypeo Herculis*, eundem inducit haſta armatum ad pugnam procedere; porrò Joannes Zetzes ab eodem Hercule haſta interfectum commemorat Periclymenum Nelei filium. Ea nimirum teſtimonia explicari commodè poſſunt de breviori Lancea, quæ utrunque, ut dixi, præſtaret uſum, ut excuſſa eminùs, & cominùs manu detenta vulneraret. Lego etiam apud Pollionem in Claudio, *Lanceas Herculaneas duas; aclides duas, falces fœnarias quatuor*: quo magis roboratur opinio de Hercule Lanceato. Hic obiter noto, magis novum eſſe, quod legitur apud Capitolinum in Pertinace. *Machæras Herculaneas, & torques gladiatorias*. Ubi non aſſentior Caſaubono, qui Machæras Herculaneas exponit, quales Poetæ & Pictores Herculi tribuunt: cum Hercules clava potius, vel ſagittis inſtructus referri ſoleat. Probatur magis mihi, quod addit, Machæras Herculaneas dici, quæ magnæ eſſent, qualeſque decerent Herculem. Non eſt dubium Lancearum uſum præcipuum fuiſſe apud ſtipatores, ſive cuſtodes principum; cujuſmodi militiam etiamnum appellamus *Lancie*, & *Lancie ſpezzate*. Sveton. in Claud. *Neque convivia inire auſus eſt, niſi ſpiculatores cum Lanceis circumſtarent*. Idem in Galba. *Deſcendentem ſpiculator Lancea vulneravit*. Eâ cauſa factum, ut ſatellites, aſſeclas, & defenſores dicamus vulgò *Lancie*: Davanzat. Tacit. *Accuſavanlo Satrio Secondo e Pinario Natta, Lancie di Sejano*. Ubi translatè miniſtros intimos appellat *Lancie*. Sed neque ambigendum eſt, Lancearios certum quoddam conſtituiſſe equeſtris militiæ genus. Eos in Italiam ab Anglis primum fuiſſe ductos tradit Matthæus Villan. l.11. c.81. *Ed eglino furono i primi, che recarono in Italia il conducere la gente da cavallo, ſotto il nome di Lancie, che prima ſi conducevano ſotto di barbute e bandiere*. Areoſtus cant.33.

Vedete Carlo Ottavo, che diſcende
Dall'alpe, e ſeco hà 'l fior di tutta Francia;
Che paſſa il Liri, e tutto 'l Regno prende,
Senza mai ſtringer ſpada, ò abbaſſar Lancia.

Poſtremò peculiare fuit Lancea armorum genus in privatis conflictibus equeſtris monomachiæ. Nihil autem frequentius legitur apud Italicos Fabulatores, quàm occurſus & dimicationes equitum, ſeſe directis Lanceis cum impetu aggredientium. Addunt verò illi de more longa rerum incredibilium ſyrmata & lacinias. Nimirum Magicis excantationibus affectas Lanceas certiſſimo ſemper ictu & impreſſione adverſos equites dejeciſſe. Hujus generis longè celeberrima eſt Bradamantis Lancea apud Ludovicum Areoſtum. Verùm ultra fines omnes fidei humanæ illud eſt, quod ab eodem narratur de Lancea Orlandi Cant.9.

Il Cavalier d'Anglante ove più ſpeſſe
Vede le genti a l'arme, abbaſsò l'haſta,
Ed uno in quella, e poſcia un'altro meſſe,
E un'altro, e un'altro, che ſembrar di paſta;
E fino a ſei ve n'infilsò, e li reſſe
Tutti una Lancia. E perche ella non baſta
A più capir, laſciò il ſettimo fuore,
Ferito sì, che di quel colpo muore.

Obſerva minus crebreſcere cœpiſſe apud Europæ nationes Lancearios militares, quo ipſo tempore cœperunt deficere ludicræ decurſiones equeſtres, quas dicimus *Giaſtre, Tornei*. Habent nimirum opera militaria proluſiones ſuas, & exercitationes umbraticas; eaque ceſſare neceſſe eſt, ubi tirocinio illo, & palæſtricis meditamentis deſtituuntur. Præterea exquiſito equorum delectu indigent Lancearii. Iis verò forma, viribus, agilitate conſpicuis, quo par eſt numero, comparandis æraria non ſufficiunt. Nec idcirco antiquatus omnino eſt eorum uſus. Pontificium certe Velitum equitatum Prætorianum Lanceis inſtructum Romæ conſpicimus.

LANCEA, æ. Pro milite, qui Lancea utitur, ſeu Lanceario, juxtà uſurpationem a nobis alibi notatam appellandi viros armatos ipſis armorum nominibus. Gobelinus Perſona in Coſmodromio: *Alii enim ex centenis, alii ex ſexagenis Lancearum millibus eam conſtitiſſe contendunt.* Vide ſupra *Lancea* pro armorum genere.

LANCEARII. Pro militibus Lanceam gerentibus Marcellin. lib.21. *Iter ſuum præire cum Lanceariis, & Matthiariis, & catervis expeditorum præcepit.*

LANCIARA, æ. Navis bellicæ genus. Fateor mihi fundum pro hac voce ſolum eſſe Maffejum, qui eam non ſemel memorat. Hiſt. Ind. l.7. *Lanciaras tres confeſtim expediri jubet; correptiſque quæ ſors obtulit telis, in ſingulas aptas inſtructaſque remigio, centum & quinquaginta armatos imponit*. Itali vocamus *Lancia* navem expeditam, & celerem; verum ea nihil ad Indicam.

LANCEATUS, a, um. Lancea ictus, a verbo *Lanceo*, quod non eſt in uſu. Firmic. *Quicunque habuerunt horoſcopum in* XXI. *parte Tauri, Lanceati moriuntur.*

LANDRIDDERES. Milites ordinis equeſtris; ſic appellati voce Germanica a Lancea. Charta Philippi Comitis Flandriæ: *Sciendum tamen quod comes debet habere equites, qui Landridderes vocantur, ad expeditionem ſuam ſecundùm patriæ conſuetudinem.*

LAPILLI. Ludus Latrunculorum, Vide *Latrunculi*.

LAPIS. Vide *Saxum*.

LAQUEARII. Vide *Laqueus*.

Laqueus, i. Fit ab antiqua voce *Lax*, ex qua Lacus, & inde, ut in ſimilibus ſæpe fit, Laquus, & poſtea Laqueus. Quæ omnia generatim accepta ſignificant ſpatium quadratum. Hinc Lacuata veſtis, de qua ſic Iſidorus: *Lacuata veſtis*, (ſic enim legit Salmaſius, non Laculata) *quæ Lacus quadratos quoſdam cum pictura habet intextos, aut additos acu*. Dicuntur autem Lacuatæ veſtea a figura ſpatii quadrati, ſicut virgatæ, ſcutulatæ, ab aliis figuris appellantur. Similiter apud Columellam lacus dicuntur quadrata quædam ſpatia, quibus horrea, vel granaria diſtingui ſolent, ad omnis generis legumina ſeparatim recipienda. Ad eandem formam lacunar ſeu laquear eſt quadratis lacubus, nempe ſpatiis ligneis, diſtinctum cubiculorum operimentum, ſuper quod alia inſuper ſterni pavimenta ſolent. Ubi non omittam obſervare quoſdam interpretes Virgilianos perperam exponere verſum illum 1. Georg.

Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo.

Ubi lacus explicaot aquarum ſtagna vel receptacula. Bis autem errant. Primum quia domos & extima tectorum atque adco lacunarium, non verò aquarum ſtagna circumvolitare ſolent hirundioes, quæ urbium & ſabricarum aves ſunt amiciſſimæ. Iterum verò quoniam, cum recenſeat ibi Virgilius ſigna pluviæ impendentis, & inter alia adducat hirundinem lacus circumvolitantem, nimium quantum a Poetæ mente alienum fuerit, eam avem intelligere circa ſtagna ſpatiantem; cum præſaga pluviæ non apesto in loco cvagari, ſed potius ad tuta ædium atque tectorum ſe recipere debuerit. Non igitur in eo verſu lacus ſunt receptacula aquarum, vel ſtagna, ſed lignea illa interſtitia inter minutiores aſſerea, quæ opere quadrato ſeriatim ducuntur in ligneis cubiculorum operimentis, quæ optimæ Latinitatis proprietate ſcrvata dicuntur lacus, & integra contignatio vocatur Lacunar, *Soffitto*, *Solajo*. Ad eandem proinde formam hirundinem Virgilius dixit circumvolitare lacus, ac cecinit Horatius lib.2. Od.16.

curas laqueata circum
Tecta volantes:

Ubi curas veluti veſpertiliones quoſdam ſumma ædium tabulata circumvolitare dixit. Hinc etiam ablacuare, vel ablaqueare Agriculturæ habemus vocabulum, quod eſt lacus, ſeu foſſas circa arborum radices facere, ut indicant loci Columellæ & Palladii, qui in ablaqueationibus meminerunt ſæpe lacuum, & lacuſculorum. Poſtremò laqueum vocamus vinculum reſticulis ita nexum, ut in quadrata ſpatia ſemper ducatur, quod vinculi genus etiam rete nominatur. Proinde gladiator ille, qui communiori vocabulo a jaciendo rete, quo æmulum implicabat, vocabatur Retiarius, ab Iſidoro Laquearius etiam dicitur. Sic autem ille ſcribit: *Laquearii, quorum pugna erat fugientes injecto laqueo impeditos proſternere*. Extranea hæc præmiſimus, ut clariùs intelligatur dimicandi ratio, quæ Sarmatis aliiſque finitimis gentibus erat familiaris. Tam peritè illi ejuſmodi laqueos in hoſtes, ac præſertim equites, coniiciebant, ut repente illos implicatos averterent, atquc ex equis dejectos gladiia cominus confoderent. Sic autem de Sarmatis Pauſanias lib. 1. *Et laqueos iniicientes in quemcunque hoſtium poſſunt, equos deinde avertentes deiiciunt, detrahuntque implicitos ſic, & illaqueatos*. Hegeſippus etiam de Alanis ita ſcribit lib.5. cap.1. *Laqueos jacere, atque hoſtem innectere, ars Alanis bellandique mos eſt*. Idem fere de Anchatibus, qui Alanis finitimi ſunt, ſcribit Valer. Flacc. lib. 6.

Doctus & Anchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

Idem de Perſis ſcribit Herodotus lib. 7. *Reſte utuntur loris confecta, & cum hoſte congredientes eam iniiciunt, quâ aut equum, aut ipſum equitem implicatum ad ſe trahunt*. Ejus generis bellatores eodem jure Laquearios dixerim, quo ſic appellatos indicavi gladiatores Retiarios. Vide omnino Tit. *Retia*. Sed & alios uſus percommodos præſtabant laquei præſertim in oppugnatioibus urbium. Nam illis impeditos arietes legimus, ne reducti vires aſſumere, & quo ſolent impetu, ferire poſſent. Ammianus lib.20. *Prominentem arietis ferream frontem, arte ſubtili illaqueatam, altrinſecùs laciniis retinuere longis, ne retrogradiens reſumeret vires, neve muros ferire poſſet*. Uticenſes verò hoc ſtratagemate irritas reddidere falces a Scipione oppoſitas. Hujus rei opulcntum teſtimonium reddidit Appianus: *Hoſtis ſubruebat aggerem, falces injectis laqueis deflectebat, arietum impetum retundebat tranſverſis trabibus*. Eàdem ſolertià uſi ſunt Galli adversùs Cæſarem, ubi hæc ſcribit lib.7. de Bell.Gallic. *Laqueis falces avertebant, quas cum deſtinaverant, tormentis introrsùs reducebant, & aggerem cuniculis ſubtrahebant*. Poſtremò de hac iodnſtria machinas bellicas laqueis avertendi ſic meminit Veget. lib. 4. cap. 23. *Alii laqueis captos arietes, per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, & cum ipſis teſtudinibus evertunt*.

Laterani milites. Memorantur in veteri Inſcriptione, quam adducit Fabrettus de Colum. Trai. cap.7. *MILITI LATERANO LEGIONIS III.* Scio Lateranum nomen ſuiſſe viri patricii a Nerone interfecti, cujus ædes magnificæ occurrunt apud Juvenalem. Num ex ea familia; num potius ad eas ædes ſtationarius miles? Fortaſſe cx militia ſtipatorum, qui Laterones etiam dicti. Hæreo in hac ſalebra. Tuo, Lector, calculo acquieſcam; ſi tibi melior Caſtor præluceat.

Lateaculus, i. Libellus, vel codex, ubi erat præſcripta ratio tum bellicarum, tum civilium dignitatum, cum promotionibus magiſtratuum, formaque præſentis adminiſtratioois. Ea mcmoria, codex, ſive laterculus habebatur ad modum regulæ ſimul & enchiridii, ubi facile diſpici poſſet, quo quiſque gradu ſungeretur, aut magiſtratibus olim vel miniſteriis eſſet defunctus. Memorantur ſæpe laterculi in Jure Civili, & a Tertulliano adversùs Valent. *Ex eorum Laterculo in Reges & in Sacerdotes allegare conſueverunt*. In diviſione verò Imperii duplicem obſervo extitiſſe Laterculum. Majorem dicebant alterum, quo magiſtratus omnes tum civici tum militares cum eorum copiis continebantur. Minorem appellabant alterum, qui comprehendebat indiculum & notitiam eorum militum, qui limites tuebantur cum ſuis Præfectis, Tribunis, & Præpoſitis caſtrorum. Horum porrò laterculorum alter erat in poteſtate Primicerii Notariorum, alter ab ipſo Principe ſervabatur. Nam in priore laterculo, ubi legiones, vcxillationes, & auxilia erant conſcripta, nulla erat mentio aut memoria alarum equeſtrium, & cohortium deſtinatarum ad

limi-

limites Imperii, cujus limitaneæ militiæ adminiſtratio omnis Principi duntaxat erat reſervata. Præfectus laterculi, ſive Primicerius notariorum ſuberat Magiſtro militum, qui reliqua militaria, præter rem limitaneam adminiſtrabat. Sunt qui antiquiſſimè repetant appellationem laterculi ab ærario Romano, quod conſtitutum in æde Saturni Senatuſconſulta & plebiſcita cuſtodiebat. Emanaſſe verò primum laterculum ſub Antoninis Juriſperiti ſtatuunt. Certe is liber inter Inſignia Magiſtratuum oſtentatur cum aliis ſymbolis Præfecturarum Imperii diviſi, quod ſæpius occurrit apud Pancirol. in Comment. Not. Imp. Quod verò attinet hujus vocis originem, ſunt qui laterculum putent dictum a latendo, quoniam ſecretiora conſilia & arcana ibidem laterent. Verùm hæc nimia eſt frivola obſervatio. Alii tamen laterculum Græcis πλινθίον, a forma quadra deducunt; qualia eſt figura laterum, ſive laterculorum, quadrarum ſcilicet, ſeu maſſæ e terra cocta: ſive id referatur ad ipſam libelli formam, ſive ad ſcrinia formæ quadratæ, in quibus ejuſmodi memoriæ aſſervabantur. Qnid ſi fluxerit ea appellatio a vetuſtiſſimo mnre conſignandi rerum memorias coctilibus ipſis laterculis? Certè Plinius lib.7. cap.56. tradit Babylonios Leges & Inſtituta publica coctilibus laterculis tradere conſueviſſe. Adde Diogenem Laertium, qui refert Cleantem oſſibus in tegula adnotaſſe, quæ a Zenone audierat. Quemadmodum enim, quæ hodie in charta, ſive lino ſubacto ſcribimus, adhuc tamen vetuſta appellatione dicimus libros, qui propriè ſunt interiores arborum cortices, ex quibus Antiqui compaginabant volumina, quæ propter eandem cauſam dicebant etiam tabulas, tabellas, quæ omnia ex arboribus proveniunt; ita adducor, ut credam ex conſuetudine priſca conſcribendi rerum memorias in terra coctili, publicarum rerum monumenta & codicillos nuncupatos fuiſſe laterculos. Et quidem etiamnum tum alias ferè innumeras, tum potiſſimum pnblici Juris memoriam vocamus Codicem, ab antiquo mnre conſcribendi in codicibus, vel caudicibus, qui ſunt extimæ illæ arborum cruſtæ, ſive amicula, ex quibus cortices extrahuntur. Quemadmodum autem plurium tabularum contextum dicimus codicem, vel caudicem, ex quo multia tabulis compactæ naves onerariæ appellantur etiam caudicariæ; ſic plurium faſciculos, vel involucra paginarum dicimus volumina. Verùm ſatis fuerit verborum in perſcrutatione laterculi. Neſcio quid quibuſdam in mentem venerit, ut caſu recto laterculum, non laterculus dicerent: nullatenus quippe libellns ille memorialis appellationem ſortiri potuit a latere, quod eſt pars nota humani corporis, & neutro effertur genere: verùm omninò deducitur a latere, qui eſt quadra terræ coctilis, & generis eſt maſculini. Atque hæc de laterculi genere ſic a me notata accipias, non ut ſecus ſcribentibus vitioſi ſermonis cenſuram inuram; ſed ut innuem, quomodo ſit conſultiùs magiſque recta cum ratione ſcribendum. Neque enim me fugit later, ſicut etiam carcer Antiqnia neutrius quoque fuiſſe generis. Hinc Varro apud Nonium ait: *Ladon flucns ſub Sardibus flumen tulit aureum later, quod conquadravit religio*. Addo apud Sacros etiam Scriptores fuiſſe in uſu appellationem laterculi pro tabella, vel brevi, in quo ſignantur Feſta Mobilia. Concil. Aurelianenſe 4. *Ut ſanctum Paſcha, ſecundum laterculum Victoris ab omnibus Sacerdotibus uno tempore celebretur*. Nota poſtremum laterculorum cuſtodes, nimirum notarios, ſcribas, & tabularioa, appellari etiam frequenter in Jure Civili Laterculenſes.

Laterculus. Eſt porro laterculus certa quædam aciei diſpoſitio, ad modum lateris, ideſt maſſæ ex terra excocta, in longum quadratæ, de qua Ælianus in deſcriptione phalangis Macedonicæ.

Laterculenses. Vide *Laterculus*.

Lateritium opus. In re ædificatoria opus lateritium dicimus, compactum ex lateribus ſeu laterculis, qui ſunt maſſæ ut plurimum quadratæ ex terra coctili, quæ dureſcit in lapidem. Curt. l. 5. de muris Babyloniis: *Murus latercula coctili, bitumine interlitus, ſpatium triginta & duorum pedum latitudine amplectitur*. Thucyd. lib. 2. in obſidione Platæenſium: *Dimenſos eminùs* dicit *altitudinem juſtam muri ex numero & modulo laterculorum: atque ita ſcalas apparaſſe ad tranſcendendum*. Meritò ſtructuræ firmioris lateritii habentur muri, quàm qui lapidibus etiam quadratis coagmentantur. Neque enim illi ita facilè diſſiliunt impetu machinarum: quod magia magiſque vulgatum eſt uſu noſtrorum fulminalium, ad quorum quaſſationem muri cæmentitii atque lapidei minimùm obſiſtunt; lateritii obſtinatiùs perdurant. Accedunt documenta veteris etiam militiæ maximeque Græcorum, qui figulorum copiam cum exercitu ductabant, ad lateritia ejuſmodi opera & aggeres oppugnatorios conficiendos, ut non obſcurè colligitur ex Plutarcho in Ageſilao. Verùm opifices illi lateres crudos curabant, utpote ad ſubitarias munitiones & ſepta caſtrenſia. Dicuntur autem crudi lateres, qui non igne ſed ſole ſiccantur, cujuſmodi maſſis ædificia Veterum ſtruebantur. Vide Plinium l. 35. & Salmaſium in Solin. Vide apud nos *Incertum*, & *Reticulatum opus*. Lateres Itali appellant *Mattoni*. Joann. Villan. 1. 38. *Fece far le mura della Città di Mattoni*. Thema vocis *Mattone* a Latinorum *Matum*, quod eſt humidum. Gloſſæ Iſidori: *Matum eſt humectum eſt, emollitum, infectum*.

Laterna, æ. Si quando ratio aut neceſſitas poſtularet, nt noctu copiæ educerentur, non utique moris fuit, præſertim apud Romanos, præmagnoa cereos, vel funalia extollere, aut apertia tædis prælucere: verùm iter faciebant laternia viam præmonſtrantibus, ne hoſtibus perſpicui eſſent. Quæ verò præferebantur laternæ, nigro corio contectæ, ex unico tantum oſtiolo, ſeu feneſtella lucem effundebant. Earum porrò formam ex Julio Africano, Olympiodoro, & Philone Mechanico deſcribit Caſanbonus cap. 22. in Not. ad Æneam Tact. vetuſtiſſimum illum ante Pyrrhum Scriptorem. De laterna ita ſcribit Martial. lib. 14.

Dux laterna viæ, clauſis feror aurea flammis,
Et tuta eſt gremio parva lucerna meo.

Dicitur omninò a latendo, quoniam in ea ignia lateat: nec obſtat prinr ſyllaba, quæ in laterna producitur, ut obſervatum eſt a nobis in aliarum vocum exemplia. Fallitur antem Salmaſius ad Lamprid. ubi laternam dictam putat a *lato*, ſicnt cavernam a *cavo*, & baſternam a *baſto*. Neqne enim neceſſe eſt in ſimiliter deſinentibus eamdem derivationis regulam conſtituere. Itali hoc lucis repoſitorium ad uſum noctu iter facientium,

in-

interpoſitâ literulâ, vocant *Lauterna*. Eodem nomine appellant in maritimis turribus extremum illud & orbiculatum faſtigium vitreo conſeptum cancello, ubi ignis conditur prælucens navigantibus, portumque & tutam navigationem oſtendens. Ab hujus laternæ maritimæ, & in portibus conſtitutæ figura & ſimilitudine nomen etiam apud Italos habet tholorum in templis extremitas illa, quæ fabricam complet, cui pila cum cruce ſuperextolli ſolet, de qua ita ſcripſit facetè Bernardus Bellincionus:

però tu mi dirai,
Se buono è della cupola il coſtume,
Che porta la lanterna ſenza lume.

Laterones. Milites ſtipatores, a tegendo latere ſic appellati. Vide *Latrones*.

Latinæ Feriæ. Vide *Profectio Imperatoris*.

Latrones. Nonnullis ſunt ſervi militares. Apud hos vocis thema trahitur a Græcorum verbo λατρεύειν, quod eſt obſequi, ſervire. Sed verè milites extiterunt mercede conducti. Plaut. in Milit.

Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo,
Ut ſibi latrones cogerem & conſcriberem.

Appellationem non ſortiuntur a verbo *lateo*; quaſi latrones latenter inſidientur: cum potius per vim publicèque graſſentur latrones; clanculum, latenter. & nocte ferè concubia ſures aliena diripiant. Sed neque ſic nominantur a latere: quaſi latus armatum gladio habeant, vel a latere adoriri ſoleant. Dicuntur omninò a latere tegendo, quaſi laterones; quia Regis, Principis, vel Ducis latus tegunt. Ita Servius. Eos ſiquidem Principes circa ſe habent aſſiduè; eorumque utuntur opera, tumultu ſubito exorto, vel alia qualibet cogente cauſa. Proinde milites pretio conducti ſicut a ſtipe, quæ illis appenditur, vocantur ſtipatores, ſic a latere tegendo dicuntur laterones, & contractè latrones. Quoniam verò iidem favore & gratia Principum paulatim in aliorum perniciem abuti cœperunt, ea de cauſa ipſa eorum appellatio in deterius ceſſit, ut jam latronum nomine nonniſi viarum obſeſſores & graſſatores nefarii commonſtrentur. Vide Varron. l. 4. & Servium ad Virgilii lib. 12. Principes latronum in ſacris literis audiunt Præfecti militares. Reg. 2. c. 4. *Duo autem viri Principes Latronum erant filio Saul.*

Latrocinium, ii. Militia. Plaut. *Qui apud Regem in latrocinio fuiſti: ſtipendium acceptitaſti.*

Latrocinor, aris. Stipendio militare. Plaut. in Trin. *Ibit latrocinatum in Aſiam, aut in Ciliciam.*

Latrocinalis, le. Quod ſpectat ad latrocinium. Vox uſitata ad militiæ genus exprimendum, quod vi, inſidiis, & latrociniis exercetur. Ammian. lib. 27. *Signo repente per lituos dato, latrocinalia caſtra perrupit.* Idem lib. 31. *Latrocinales globi vicina acriùs incurſabant.*

Latrunculi, orum. Non hic furaces ſervulos, aut quoquomodo aliena quadra furunculos victitantes expendimus. Sermo eſt de ludo, qui calculis exigitur, aut potius ſigillis multifariæ & inæqualis figuræ. Nam plures ſunt ludi, qui æquali & parili calculorum forma frequentantur: cujuſmodi extitit, quo ſe exercuit Cajus Julius apud Senec. de Tranquill. animi c. 14. *Ludebat latrunculis, cum Centurio agmen periturorum trahens, & illum quoque citari jubet. Vocatus numeravit calculos, & ſodali ſuo; Vide, inquit, ne poſt mortem meam mentiaris te viciſſe. Tum annuens Centurioni; Teſtis, inquit, eris, uno me antecedere.* De ludo hic agimus impendio militari, quem Itali dicimus *Scacchi*. Notatur nomine Latrunculorum, non a furando, vel diripiendo: ſed omnino a latere tegendo & ſtipando; ut intelligas eos eſſe ſtipatores & laterones ſui Ducis vel Regis, juxta etymon vocis *latro*, ſuo loco a nobis traditum. Latrones quoque appellati a Martiale *de calculis*.

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,
Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.

Noti etiam calculorum nomine Ovid. 1. de Art.

Sæpe latrocinii ſub imagine calculus ibit.

Scrupos inſuper appellarunt Cicero & Quintilianus: Ovidius lapillos nominavit. Ludi genus eſt vetuſtiſſimum & nobiliſſimum, omnemque continens ſpeciem, expreſſamque formam exercitationis militaris. Donatus ad illud Terent. in Eunuch.

Idem hoc jam Pyrrhus factitavit:

inventorem hujus ludi ſtatuit Pyrrhum Epirotarum Regem, qui ſtratagematum peritiſſimus, primus oſtenderit per calculos, quo pacto ea diſciplina traderetur. Obtinuit tamen apud plerosque receptior opinio, quæ ingenioſiſſimi ludi authorem facit Palamedem, Nauplii filium. Ludicre ejus concertationis genus invenit in Trojæ obſidione, ut milites in officio contineret. Vide Pauſan. in Corinthiac. Salmaſius tamen ad Vopiſcum in Proculo paulò aliter Palamedis explicat ludum. Sed nos infra curatius expendimus hujus ludi inventores. Qua porrò ratione contigit, ut bello longe præſtantiſſimi Duces iſtiuſmodi ludi authores perhiberentur, eadem fit etiam, ut magna indole ſolertique ingenio viri, atque adeo militaris diſciplinæ ſtudioſiſſimi, eodem maximopere delectentur. Certe Chilonem unum ex ſeptem Græciæ ſapientibus, & Attalum Aſiaticum eo ludendi genere excelluiſſe, imò verò ejuſdem extitiſſe inventores, de primo quidem tradidit Seneca l. 2. de Ira; de altero Joann. Sareſberienſis Policrat. l. 1. Mauritium verò Naſſavium, majorum noſtrorum memoriâ ſcientiſſimum belli Ducem eo maxime ludo milites ſuos, præſertim genere clariores, ad Martis opera inſtituiſſe legimus apud Danielem Heinſium in Orat. Funebr. ejuſdem Principis, qui multis proſequitur, quantopere iſte ludus ſit conducibilis militiæ candidatis. Cæterum latrunculorum uſum non priſcis duntaxat Heroibus, verum etiam Equitibus Menſæ, ut dicunt, Rotundæ, familiarem fuiſſe, liquet ex Pulcin. Morg. Cant. 11.

Un giorno a ſcacchi Ulivier Borgognone,
In una loggia con Rinaldo giuoca;
Vennero inſieme giucando a quiſtione,
E tanto ogn'un di parole rinfuoca,
Ch'Ulivier diſſe a Rinaldo d'Amone,
Tu hai tal volta men cervel, ch'un'Oca,
E col gridar difendi ſempre il torto:
Non sò ſe m'hai per tuo ragazzo ſcorto.

2. Non prius gradum faciam ad hujus explanationem ludi, quàm paulò enucleatius expendero, quæ de ejus origine ſuperiùs tetigi. Dixi præclarum inventum non paucos referre ad Palamedem: quo tempore ceſſationem habuit, & receſſum in caſtra, Troicum decennale bellum. Præcipuum illis adminiculum authoritas Philoſtrati in Heroicis, ubi ſcribit Palamedem in Aulide

eum

Digitized by Google

eum ludum commonſtraſſe, ne Græci in caſtris otio langueſcereot, umbratili ſaltem jocoſaque coocertatione detenti. Addit Pauſanias L. 10. Ajacem jucundè adfuiſſe Therſitæ & Palamedi eodem ludi genere otium fallentibus. Idem L. 5. tradit eundem Palamedem io Fortunæ Templo inventos a ſe calculos conſecraſſe. Sophocles in Palamede author eſt eum Ducem, avertendæ Græcorum deſidiæ, ludicrum illud propoſuiſſe certamen. Hue porro trahunt veterem Statii Scholiaſten ad l. 1. Achill. ubi hæc habet de Palamede. *Hunc autem conſtat fuiſſe prudentem; nam & calculos ipſe invenit ad comprimendas otioſi ſeditiones exercitus.* Adaggerant authoritatem Caſſiodori, qui caleulos Palamediacos appellavit, procul dubio a Palamede repertore. Vera quidem iſthæc teſtimooia: ſed nihil iode ſatis firmi roboris eruitur ad aſſeverandum commemorati ludi authorem extitiſſe Palamedem Ducem Græcorum. Equidem Philoſtratus, aliique Græci Scriptores utuotur Græca voce *πεττεία*, vel *πεσσεία* ubi de Palamedis ludo meminerunt. Vox autem illa Latinis calculum ſooat. Ubi obiter animadverto, ab ea Græcorum voce habere Italos vocabulum *Pezzo*, quo Latinorum calculum indicant. Scio Ferrarium & Menagium procul abire in alias originationes; verùm deprompta ab illis Scriptorum teſtimonia me a prefato ſchemate minimum dimovent. Jam verò vox *πεττεία*, vel *πεσσεία* dubium relioquit incertumque quod potiſſimum ludi genus eo oomine indigitetur. Præſertim cum Grecorum *πεττεία* ex teſtimooio Artemidori L. Onorocrit. non calculos ſolùm, verùm etiam teſſeras comprehendat. Idem noo obſcurè innuunt Heſychius, vetus Etymologicum, & Euſtathius in Homerum. Cum verò oeminem prætereat non admitti teſſeras à ludo, quem vocant *Scacchi*, liquet etiam à Philoſtrati *πεττεία* inane infirmumque ſumi argumentum pro Palamede ejus ludi inventore. Ludi autem, qui calculis vel ſejunctis a talorum ſocietate, vel iiſdem adjunctis cooficiuotur, tot tamque diverſi apud omnes nationes crebreſcunt, ut quem ex tanta copia Palamedes in Aulide vulgaverit, relioquatur plane obſcuriſſimum. Obſtant præterea Palamedi inventori Elephantes, quos non fuiſſe io uſu Trojani belli tempore, in confeſſo eſt. Cæterum obſcuritas eadem vocabuli *Calculus*, quo nihil certi deſignatur ludi, eorum item authoritatem debilitat, qui commemoratos alios latrunculorum ioventores in medium afferunt. Sic enim Donatus de Pyrrho ad præfatum Terentii verſiculum: *Primus quemadmodum ea diſciplina traderetur, per calculos oſtendit in tabula.* Parili laborant vitio, qui hujus ludi inveotores prodiderunt Chilonem, Attalum Aſiaticum, atque adeo Procos Penelopes, quos etiam quidam contendunt eum ludum eſſe commentos, ut ſcilicet otium domi vitarent, dum inter Græcos Trojanoſque bellum Aſiaticum foras exardeſcebat. Vide plura, quæ ln boc argumentum eruditè diſputat M. Aurelius Severinus in Opuſculo *dell'antica Pettia*.

3. Nec proinde in Severini ſeotentiam poſſum diſcedere; ubi negat latrunculos belli imaginem eſſe. Sic autem philoſophatur: *Sicome Polignoto ritrar volendo dal naturale Antigono il dipinſe privo d'un'occhio, perche in effetto così egli era; in tal guiſa non hà dubio che chiunque ritrar verrà la guerra, non farà mai ciò del naturale, ſe non la dipingerà con gl'habiti e circoſtanze di eſſa: mà circoſtanza della guerra è, che la fortuna le ſovraſta: dunque in cotal habito ella ritrar ſi dovrà:*

Nella guerra regna la fortuna: Dunque regna anco nel ſimolacro di eſſa: altrimenti non potrà egli dirſi vero ſimolacro di guerra;

Mà ſimolacro di guerra è il gioco de' latrunculi, ſecondo il commune parere;

Dunque la fortuna regna anche in cotal giuoco.

Et paulo poſt:

Hora ſe l'eſempio havrà da raſſomigliare il ſuo eſemplare, chi può dubitare, che eſſendo il giuoco de' latrunculi un eſempio di guerra, non debba egli eſſer conforme alla guerra in tutte le particolarità? mà una delle particolarità della guerra è che le ſia neceſſaria la fortuna; dunque altretanto neceſſaria ſarà al giuoco de' latrunculi. Mà queſta fortuna con niun'altro iſtromento in cotal giuoco eſprimere ſi può che col dado; adunque neceſſariamente confeſſar ſi dee, che il dado v'interveniſſe. Se dunque v'interviene il dado, come potrà eſſere il giuoco delli Scacchi? Atqui ego hic viri magni acumeo deſidero. Nam primum quod in pictura Polygnoti laudari ſolet, aſtus eſt & ingenioſa artificis adulatio, qui Regem altero captum oculo ſic delineaverit, ut id vitii celaret; non planum & ab omni parte conſpicuum ejus referens vultum, ſed obliquum & dimidiatum. Sic eoim Plinius L. 35. cap. 10. *Pinxit & Antigoni Regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi: obliquam nanque fecit, ut quod corpori deerat, picturæ deeſſe videretur.* Ex his verbis quilibet, niſi meotis oculis orbatus planè fuerit, continuò cognoſcet, Polygootum non modo abſolutam Antigool imaginem non delineaſſe, quod cooteodit Severinus, ſed eandem dimidiata parte deficientem exhibuiſſe, occultata orbitate oculi, quæ maximè exprimenda fuerat, ſi integram Regis imaginem referre coloribus ſibi pictor propoſuiſſet. Quamob cauſam Polygnoti exemplo non oſtenditur, aut roboratur, ſed potius infringitur & evertitur Severini mens. Verum is nimis profectò rigidè ac ſeverè philoſophatur, cum oegat eam appellari imagioem poſſe, quę præteritum quidpiam aut celatum eat etiam ex iis, quæ nos confectaoea & adiuncta, Græci Periſtaſes vocant, optimè Severinus Italico idiotiſmo oomioat *Circoſtanze, Particolarità*. Quid enim? Fac in ludo latrunculorum plurimùm licere Fortunæ. Noo proinde, ſi acquieſcas Severini ſuffragio, rei militaris imaginem repræſeotabit. Ubi enim, amabo, io eo ludo delectus & exercitationes militum? Ubl copiæ commeantes cum ſarcinis & impedimeotis? Ubi caſtra, & in iis forum, portæ, prætorium? Ubi præmia militum, & victorum cum ſpoliis atque captivis triumphales ingreſſus? Verùm hæc rei bellicæ adjuncta fuerint & conſectanea; quæ tameo Severinus exactor aſper eſſlagitat in imagioe. Profectò tota, quanta eſt facultas munitoria deſideratur in eo ludo. Nullæ ibi arces obſeſſæ aut propugnatæ, nulla valla, loricæ nullæ. Noo arietes, onagri, catapultæ, balliſtæ, turres ambulatoriæ: nam quæ dorſo Elephantum inſident cum armatis turres non ad muralem obſidiooem, ſed ad campeſtrem cooflictum faciunt. Et in eo quidem hujus ludi cardo vertitur, ut ſci-

ſcitè diſpoſita utrinque acies prœlium capeſſat continuetque, donec hinc vel illinc parta victoria, vel Mars æquatus certamini finem imponat. Ut rem ſummatim expediam: cum exemplaris cujuſpiam imaginem dicimus, non utique rem ſimpliciſſimam & maxime unam concipimus animo; ſed quæ acceſſiones ſuas & incrementa ſuſcipere, atque adeo ad prototypi expreſſionem magis magiſque poſſit accedere. Poſtremò, tametſi non diffiteor nullum ad hanc diem excogitatum fuiſſe ludi genus, in quo ars & peritia magis eluceant; non tamen idcirco Bonam Deam, Fortunam inquam, a ſeptis latruncularjis omninò ejectam, utque militari & antiquo vocabulo utar, evallatam velim. Hoc ipſum Fortunæ nomen latiſſimè ſane permanat; ſuum illa eſſe ducit, quidquid fauſti lætique præter expectationem ſolet contingere. Quamobrem non abnuerim fortunæ parte m & favorabilem afflatum vocari luſorum incuriam & oſcitantiam, cujus beneficio interdum accidit, ut victoriâ potiatur, qui de rebus ſuis conclamatum antea ſenſerat, dum antagoniſta jugulo cæteroquin imminens, & prope manu palmam adſtringens, confeſtim pro re nata, vel novo cogitationum æſtu, aliò mentem avocat abripitque, atque interim latus hoſti ad feriendam denudat improvidus; qui nullo ſuæ artis præſidio, ſed. craſſo æmuli lapſu, deſidia quandoque etiam vel laſſitudine, ad inſperatam victoriam proficit. Non abſimiles mentis avocationes in veris conflictibus interveniſſe ſæpe legimus. Taſſus Geruſ. C. *6*.

Et a quel largo pian fatte vicino,
Ove Argante l'attende, anco non era,
Quando in leggiadro aſpetto e pellegrino,
S'offerſe agl'occhi ſuoi l'alta Guerriera.
Bienche via più che neve in giogo alpino
Havea le ſopraveſte, e la viſiera
Alta tenea dal volto, e ſovr un erta
Tutta, quant'ella è grande, era ſcoperta.
Già non mira Tancredi, ove il Circaſſe
La ſpaventoſe fronte al Cielo eſtolle;
Ma muove il ſuo deſtrier con lento paſſo,
Volgendo gl'occhi, ov'è colei ſu'l colle.
Poſcia immobil ſi ferma, e pare un ſaſſo;
Gelido tutto ſuor, ma dentro bolle:
Sol di mirar s'appaga; e di battaglia
Sembiante fà, che poco hor più gli caglia.

Occupaverat hoc commentum, & Poeticam venerem Bernardus Taſſus Torquati pater in deſcriptione certaminis ſingularis inter Dardanum & Amadiſium: Sic autem ſcribit Cant. 16. Amad.

Mentr' Amadigi il brando vibra e tira
Hor di taglio, hor di punta, e lui percuote,
Sì che ne fiſchia il Ciele, e ne ſoſpire;
Egli fà intorno far ben mille ruote,
Inalza gl'occhi; e le ſua donna mira;
Et ode il ſuon delle ſoavi note,
Ch'uſcian frà quelle perle, e quelle roſe;
Ove ogei ſua dolcezza Amor ripoſe.
Subito il raggio del ſuo Sole tolſe
Il lume al Cavaliero; e tal piacere
L'amoroſo ſuo cor ſtrinſe & avvolſe;
Che in un punto il privò d'ogni potere.
Di che il nemico accorto il tempo colſe,
E lo ſoſpinge, e lo percuote, e fere;
Sì, ch'ognun tien per vinto il vincitore;
Nè la cagion sà alcuno, altro ch'Amore.

Fateor tamen vix aliunde quam ab ejuſmodi animi avocamentis, aut præſenti incuria in hunc ludum irrepere poſſe fortunam, quo cæteroqui nullum reputo peritiam æque depoſcere.

4. Longe diverſam ejus ludi originem affert Polydorus Virgilius lib. 2. de rer. Invent. Narrat autem, vel potius comminiſcitur, Xerxem quendam Philoſophum anno Orbis conditi trigeſimoquinto ſupra ter milleſimum ſexcenteſimum Scacchiludium oſtendiſſe, ut metu coerceret Tyranni ſævitiam, parum tutam adumbrans ejus ludi imagine potentiam Principum, quos ſubditorum ſtudia vel auxilia deſtituunt. Addit inſuper originem vocis *Scacchi* a ſcandendo. Quemadmodum verò late fallitur in ejus vocabuli origine, quæ procul dubio a Perſis eſt accerſenda, ſic gratis omninò, nullaque veterum Scriptorum authoritate ſubnixus Xerxem ſuum intrudit certamine hoc ludicro philoſophantem. Nihil firmius adducit Nicolaus Leonicus Dialog. de Ludo talario, qui a Lydiis Aſiæ populis, Scacchiludium cum aliis ludis memorat fluxiſſe. Cum enim fames graviſſima, & vitiata aeris temperies Lydiam infeſtarent, Tyrſenus, aliis Tyrrhenus, ut præſentem calamitatem leniret, inter alios ludos Latrunculorum etiam dimicationem popularibus ſuis exhibuit. Poſtremò cum fœdiùs in dies graſſaretur morboſa fames, relictis patriis ſedibus, domicilium in Italia collocavit, cui ex ſuo poſtea nomine Tyrrheniæ appellationem indidit. Verùm ea etiam origo perobſcura eſt, & a vetuſtiſſimis repetita temporum ſpatiis antiquitate potius clareſcit, quàm alio roboretur ſatis idoneo Scriptorum veterum teſtimonio. Ut enim nihil depugnem non pauca ludorum genera a Lydiis fuiſſe reperta; ut admittam ludos a Lydiis nuncupatos; quis, amabo, niſi fortè divinus aliquis, idcircò fidenter affirmet Scacchiludium nobis a gente Lydia proveniſſe? Mihi certè hujus ludi originem non admodum vetuſtam eſſe vel maximè ſuadent ipſi antiqui Scriptores, qui ſic utramque calculorum aciem colore diſſimilem ſtatuunt, ut tamen prorſus reticeant diſcrepantiam illam atque diverſitatem munerum & figurarum, qua utraque acies conſtituitur atque dignoſcitur. Facit id, ut æquiſſimo animo diſcedam in ſententiam Thomæ Hyde *de Ludis Oriental.* opuſculo ſingulari *de Mandragoria ſeu Schacchiludio*, & Joannis Wallis *de progreſſione Geometrica* c. 31, ubi tradunt Seſſam quendam, Indicum hominem, Juſtiniani Imperatoris tempore, æmulatione incitatum Regis Perſæ, qui novum calculorum ludum vulgaverat, adinveniſſe Scacchiludium, ſuoque Regi indicaſſe. Pulcherrimo pugnæ imaginariæ genere Rex mirificè captus, cum optionem illi cujuslibet obtuliſſet mercedis; reſpondit, ſatis ſibi fore tot grana tritici, quot per ſingulas areolas abaci luſorii duplicata concreſcerent, Rex contemptui ſe habitum exiſtimavit, in ſuamque traxit injuriam ejus exilitatem voti. Sed mutavit ſententiam paulò poſt ſuam, cum a Regiarum rationum Præfecto certior eſſet factus, vel totius Regni opes pactæ exſolvendæ mercedi impares fore. Equidem ſummæ ejuſmodi ſupputandæ Arithmeticæ vires defatigari omnes fatentur. Dantes verò quammaximè ad rem ſuam accommodatè ea comparatione uſus eſt ad Angelorum numerum ſignificandum Parad. Cant. 28.

Et eran tante, che 'l numero loro,

Più che 'l doppiar degli Scacchi s'immilla.

Sic enim ex fide purgatiſſimorum codicum legunt Imolenſis, Landinus, Vellutellus, & Academici a Furfure. Nam quod habent vulgi manibus trita exemplaria,

Più che 'l doppiar degli ſciocchi s'immilla.

prorſus ineptum eſt mendoſumque. Miror tamen non leviter editiones proletarias impoſuiſſe Bernardino Daniello, non infimi ſubſellii Grammatico, qui depravatæ lectioni acquievit in ſuis ad eum Poetæ locum commentariis. Indicatum eventum uterque Scriptor Anglicus ſe hauſiſſe teſtificatur ex Arabico quodam Hiſtorico, cujus verba Latinè reddita ſic exhibet Wallis loco commemorato: *Certum eſt, vocabulum hoc*, Schetrunge, Scacchorum ludus, *Perſicum eſſe, cujus thema Perſice eſt* Shesh ranc, *quod ſignificat ſex ſpecies, quæ hic ſunt Rex, Regina, Elephas, Equus, Roch, Pedes. Certum autem eſt ludi hujus authorem fuiſſe Seſſa Ebn Dahir Indum. Cum enim Ardshir Ebn Babec, primus Regum Perſiç poſteriorum calculorum ludum inveniſſet, unde & Nardshir appellatus eſt, quem ad exemplar mundi compoſuit; abacum in duodecim domos diſtinguens ad numerum menſium anni, calculos triginta, numero dierum menſis, talos ad inſtar ſphærarum circumrotantium, eorumque jactum ad inſtar motus & circulationis earundem; in eiſque puncta numero Planetarum, quarum ſitum quilibet numerum exhibet ſeptenarium (dum ſenioni opponitur monas, quinternioni dyas, quaternioni ternio opponitur) -- prædictus Seſſa Indus invenit Scacchorum ludum, quem ſapientes illi præferendum cenſuerunt. Quem cum Regi exhibuiſſet, ejuſque rationem declaraſſet, ab ipſo juſſus, quidquid liberet, petere, petiit ille grana tritici juxtà arcularum numerum duplicanda. Quod ut parum quid exiſtimans Rex, pro eo quod animo conceperat, malè ab illo tulit, quod eum rei tam modicæ ac tenuis petitione exceperit eo in loco. At ubi qui ratiociniis præerant, illud computaſſent, Regi dixerunt, non eſſe penes ipſos, quod ad exiguum iſtud prope accederet.*

5. Quiſquis autem fuerit ejus ludi primus inventor, equidem conſtat nullo genere ludorum aciem & conflictum prœliarem ſic adumbrari, ut ſexdecim illis ſcrupis, utrinque acie directis, alternaque oppugnatione, diſcurſu atque impetu, ſeſe contentiſſimo ſtudio adorientibus. Umbratilem illam pugnam a veteri Poeta ſic habes expreſſam.

Te ſi fortè juvat ſtudiorum pondere feſſum,
Non languere tamen, luſuſque movere per artem
Callidiore modo, tabulâ variatur apertâ
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,
Ut niveus nigros nunc, & niger alliget albos,
Mille modis acies tua dimicat, ille petentem
Dum fugit, ipſe rapit, longo venit ille receſſu.
Qui ſtetit in ſpeculis, hic ſe committere rixæ
Audet, & in prædam venientem decipit hoſtem.
Ancipites ſubit ille moras, ſimiliſque ligato
Obligat ipſe duos, hic ad majora movetur,
Ut citus, & fractâ prorumpat in agmina mandrâ,
Clauſaque dejecto populetur mœnia vallo.
Interea ſectis quamvis acerrima ſurgant
Prœlia militibus, plena tamen ipſe phalange,
Aut etiam pauco ſpoliatus milite vincis,
Et tibi captivâ reſonat manus undique turmâ.

Quemadmodum ſaltus, curſus, luctatio, pugilatus, & ſimilia palæſtræ exercitamenta ad militarem pulverem corpora confirmant, non ſecus pugna calculorum umbratilis ad bellica opera mentem comparat & exacuit. Prædocet prœliaris ludus ſtruere ſolerter inſidias, protegere commilitones, tueri ſigna: ad hæc ſimulatâ fugâ validiùs aſſurgere; a fronte, a tergo, per tranſverſum invadere; reſilire ſedato gradu, adoriri cautè, non inconſultò progredi, non temere impreſſionem facere, non deſidiosè vigilias agere. Circa Regem conglobati ſtationem non deſerunt; adſtricti cuneo ſibi viam aperiunt; in orbem acti pugnacem hoſtem circumveniunt. Plane ut extra omnem controverſiam ſit poſitum, hanc concertationem ludicram unam omnium, quotquot poſt hominum memoriam prodierunt, veris atque legitimis prœliis referendis eſſe accommodatiſſimam. Tot ibi viciſſitudines, ſubitique caſus, tam valida aggreſſorum vis, tam obſtinata propugnatorum firmitas, tanta faciem ſubinde mutantis Fortunæ varietas, ut nihil ſit demirandum erecta indole præſtantique viros ingenio, & detineri pugna illa domeſtica jucundiſſimè, & non plurimas duntaxat horas, verùm ſolidos interdum dies unius prœlii continuatione tranſigere.

6. Crebris uſurpatum ſermonibus, & in utranque partem magnis animis diſceptatum problema eſt, depoſcatne latronum ludus ingenii vim acrem; ut qui minus eâdē prçſtant valentque, ad illum addiſcendum conatu irrito animum adjungant, nullumque ſatis præclarum operæ pretium quantolibet niſu adhibito facere poſſint. Scio rerum exercitationes metiri quemque pro ſuç facultatis modulo; humanumque eſſe prçter modum extollere, ad quç inſtructi comparatique ſumus, deſpicere, quç aſſequi poſſe diffidimus. Nimirum nobis ipſi fucum facimus, vitiaque a noſtris animis ad res ipſas transferimus; nec erubeſcimus palam vocare digna contemptu, quç ignorare clam pudet pigetque. Hinc iniquior opinio, & in calculis judicandis adverſus multorum nigerque calculus. Quid enim, ajunt, aut ecquam ſibi ingenii laudem aſciſcant ſellularii ſçpenumero & vulgus opificum, qui ne tyrocinio quidem poſito in literis & diſciplinis, veterani habentur, pluriumque non tam ſtipendiorum quàm victoriarum in contentione latruncula
ria? Atqui mihi in mentem venit cogitare Terentii verſiculum:

Pergin' iſthuc prius dijudicare, quàm ſcis quid veri ſiet?

Nam quorſum iſta? aut quibus illi tractandis literis plumbei & inertes pronunciantur? Num porrò ingenio careant, quoniam actitare cauſas in foro, in conclavi verſum extundere, Geometricum Theorema circino expedire neſciunt? Ego verò ut, quod ſentio, paucis aperiam, quatuor hæc, animam, animum, mentem, ingenium, quæ promiſcuè ſolent accipi, primùm ſecernam. Animam ab animo ſejungunt paſſim Scriptores. Lucretius l. 3.

Hoc anima atque animus vincti ſunt fœdere ſemper.

Dicitur autem anima, qua vivimus; animus, quo rationis compotes ſumus. Accius Epigr.

Sapimus animo, fruimur anima: ſine animo anima eſt debilis.

Digitized by Google

Ubi quod dicit, *fruimur anima*, intellige, *vità fruimur*: ſic enim Veteres loquebantur. Nonius clarè: *Animus eſt, quo ſapimus, anima, qua vivimus*. Idem expreſſit Italicus interpres Albertani Giudice lib. 1. cap. 1. *Prima dunque odi la dottrina, poſcia coll'animo la inprendi, e poi nella mente la ritieni: che con l'animo vivemo, con l'animo apprendemo, con la mente ritenemo*. Et ea quidem ſeparata Platonici voluerunt: neque enim ſemper vivunt corpora animę beneficio: animi verò etiam corporibus exuti pręſtant intelligentiâ. Eadem Sariptores Italici diſtinguunt. Ser Brunett. Teſ. *L'anima è vita dell'huomo, e Dio è vita dell'anima.* Dant. Inf. 13.

Così l'animo mio, ch'ancor fuggiva,
Si volſe indietro a rimirar lo paſſo.

Alia eſt diviſio inter animum & mentem. Et in hac quidem partitione ſæpe animus ſolam generis uſurpationem habet: ut cum dicimus mentem animi. Lucret. l. 4.

Nec ratione alia cum ſomnus membra profudit,
Mens animi vigilat.

Catullus ad Ortalum:

Nec potis eſt dulces Muſarum promere fœtus
Mens animi.

Plaut. in Epidic.

Pavor territat mentem animi.

Ubi animus eſt intelligendi facultas, mens intelligendi actus vel cogitatio. Et juxta hanc uſurpationem uſus eſt etiam Petrarca mentis vocabulo, ubi dixit:

Ove porge ombra un pino alto od un colle,
Tal hor m'arreſto; e pur nel primo ſaſſo:
Diſegno con la mente il ſuo bel viſo.

Aliter, & longe diverſa acceptione animus a mente ſejungitur: mens hoc modo non cogitationem ſignificat, ſed rerum variarum cognitionem in animum congeſtam, quam ſapientiam nominamus. Hinc magnæ mentis viros nuncupamus, qui graviſſimis diſciplinis exculti, vel in tractatione civica bellicave, ac diuturno rerum agendarum uſu collecta prudentia, conſiliis patriam regunt, habentur oracula civitatum, utque Tireſias ille apud Elyſios, ſoli ipſi ſapiunt, reliqui velut inanes umbræ vagantur. Homer. Odyſſ.

Huic etiam extincto dederat Proſerpina mentem,
Solus uti ſaperet, reliquis volitantibus umbris.

Non ſecus ipſe animus in hac partitione in diverſa rapitur. Neque enim ſic partem rationis & intelligentiæ ullam demonſtrat, ſed potius infirmioris naturæ acerrimum illum ſenſum, quem noſtrates Philoſophi facultatem Iraſcibilem, Apulejus de Dogm. Plat. iraſcentiam appellat: cui pro voce tempeſtive in Latium invecta author ſum gratias habendas eſſe quam maximas. Et hæc quidem iraſcentia in ſeditione animæ, ut loquitur Plato 4. de Rep. pro ratione arma capit, oppoſitaſque virtuti exercendæ difficulates eluctatur; ut optimo jure Ariſtoteles iram, animum ſcilicet præfata notione, adjutorem, ſatellitem, armigerum rationis eſſe judicaverit. Ex horum fonte illud hauſit Taſſus Geruſ. c. 16.

Sdegno, Guerrier della ragion feroce.

Sed omnium luculentiſſimè Virgilius mentis & animi commemoratam explicationem expreſſit l. 6. ubi de Vate Deiphobe ita ſcribit:

magnam cui mentem animumque
Delius inſpirat Vates:

Ubi mentem ad Sybillæ ſapientiam refert, animum verò ad ejuſdem furorem divinum, cujus afflatu agitata ſortes & oracula dividebat. Hæc verò & non ſanè pauca hujus generis doctrinarum ſemina, quæ paſſim conſperſa occurrunt in Poemate præſtantiſſimo, obſervare piguit Grammaticos Interpretes: levia ſcilicet iſthæc viſa ſuper vocularum indagine ſolicitis rixoſiſque. Poſtremò Ingenium vis eſt animi expedita atque verſatilis ad perdiſcendum, conjectandum, judicandum, inveniendum. Ingenioſos proinde dicimus, qui rerum idola facilè comminiſcuntur, conſilia pro re nata capiunt, difficultatum nodos diſſolvunt. Iidem longè ſemota præſentiunt atque proſpiciunt: eadem præcavent, aut in rem ſuam advocant & acceſſunt. Eorum eſt implexa & obvoluta digerere, ambiguis obſcuriſque lucem aſpergere, parum validis robur adjungere. Pertinent autem iſta quam latiſſime, atque adeo in deteriorem partem valeſcunt. Fuere qui promptiſſimo & peracri ingenio ad voluptates indagandas, ad excogitanda ſupplicia, ad cædes & latrocinia exercenda polluerunt. Vellejus de Curione: *Homo ingenioſiſſimè nequam, & facundus malo publico*. Areoſt. c. 17.

Il giuſto Dio, quando i peccati noſtri
Hanno di remiſſion paſſato il ſegno,
Acciò che la giuſtitia ſuo dimoſtri
Uguale alla pietà, ſpeſſo dà Regno
A' tiranni atrociſſimi & a' moſtri,
E dà lor forza, e di mal fare ingegno.

Ea porrò vis animi tametſi ad omnium complexionem diſciplinarum & artium ſuapte natura efflorescat, nihilominus quoniam corporum admixtione nexuque coarctatur, ſuique juris eſſe definit, & quaſi decurtatas alas habere ſe ſentit, idcirco pro corporeæ temperaturæ modulo vires exerit ſuas, nec modo infractas illas & mutilas, verum certis quibuſdam quaſi rerum intelligendarum cancellis adſtrictas. Atque hinc proficiſcitur diverſitas illa ingeniorum, qua efficitur; ut qui ad urbana negocia pertractanda Lyncei ſunt, ad indaganda naturæ arcana ſæpe cæcutiant, ut multi in Eloquentiæ ſtadio lauream promeriti, ſi Muſarum ſacra attrectare audeant, ab iiſdem de Parnaſi faſtigio ſurcillis dejiciantur; aliique ita aliis excellant, ut viciſſim in quo ipſi hebetiores ſunt, longo poſt tergum intervallo ab aliis relinquantur. Ea ingeniorum diverſitas quemadmodum pariatur, appoſitè docet ac pene oculis ſubiicit Plato in Theæteto. Fingite animis, inquit, inſitam cuique ceream maſſam: eam verò non in ſingulis ejuſdem texturæ, verùm aliter atque aliter temperatam, ut in ipſa conficienda cera uſuvenire perſpicuum eſt. Proin primùm mole major minorve inſit: purior aliis obveniat, aliis fæculentior, item mollior duriorve; habitudine demum varia ac veluti notis affecta. In hanc ſcilicet compagem ceream importantur, ac veluti anulo ſignantur & imprimuntur rudes illæ & infectiles rerum icunculæ atque veſtigia, quæ Philoſophi ſpecies vocitant. Hæ verò ut in ceream illam maſſam majorem minoremve, item altiùs & expreſſiùs, vel contra leviùs ac tardiùs per ſenſus influunt, ingenia patefaciunt puſilla vel magna; tum quæ acumine, perſpicuitate, aliiſque dotibus excellunt, aut contra pondere quodam aut caligine offunduntur atque deficiunt.

Ad-

Digitized by Google

Adſtruas licet, atque adeo ultra promoveas Platonis commentum, ſi quam ille ceream ſtatuit maſſam, ad terrę ingenium compactam tibi propoſueris. Ut enim quod Poeta dixit, *non omnis fert omnia tellus*; ſed potius ut advertit Georg. 1.

Hic ſegetes, illic veniunt feliciùs uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina:

Utque ita eadem metallis procreandis indulget, ut quæ aurariæ ſunt fodinæ, neutiquam argentum progignant, fruſtraque æs requiras plumbumve a ferrariis; ad eum modum vis illa animi procreatrix alia in aliis excludit germina doctrinarum: ſive id ipſa coagmentatio confluentium particularum efflagitet; ſive contingat tractorio quodam occultoque organo. Id verò exemplis fortaſſe magnetici vel ſuccinei lapidis, & ſimilium (neque enim omnia adhuc experiendo didicimus) quadantenus adumbrare poſſumus, ulla certè ſatis firma ratione confici demonſtrarique vix poteſt. Et in hoc quidem vertitur propenſio illa & inductio animi, quam Genium nuncupamus, quo nullum ad agendum potentiorem ſtimulum vel illicium experimur. Neque enim eſt ambigendum non inſtitutionem duntaxat, de qua Horat. lib. 4. od. 4.

Doctrina ſed vim promovet inſitam,

Verùm voluntatem cumprimis & electionem ad excolendas artes plurimum afferre momenti. Ut enim loquendi facultate naturæ nos beneficio fruimur: quod alii autem aliis linguis addiſcendis ſe dedant, majorum inſtitutionis eſt, vel arbitrii provocantis, Dant. Paradiſ. c. 26.

Opera naturale è, ch' huom favella:
Mà così, ò così, natura laſcia
Poi fare a voi, ſecondo che v'abbella;

Non abſimilem in modum vim ipſam intelligendi naturæ debemus; quod autem certis quibuſdam artibus vel facultatibus, præteritis aliis, animum adjungamus, ad majorum inſtitutionem pertinet, vel ad noſtræ voluntatis electionem, quæ tamen ipſa propenſionem ductumque naturæ ſectari ſolet. His præjactis propoſitam ab initio controverſiam quam pauciſſimis diſſolvo. Statuo primùm quantalibet præſtantia ſe latrunculis exercentem, magnæ mentis virum appellari non poſſe, ſi rudis cætera & imperitus, nullaque ſit doctrinæ vel conſilii laude ſpectabilis. Vides neceſſe eſſe id conſequi ex iis, quæ de poſtrema mentis acceptione diſputavimus. Addo eundem præſtantis ingenii laude fraudari non poſſe, licet nec imbutus ſit honeſtis reliquis facultatibus, nec ſatis ad eas perdiſcendas a natura comparatus. Ajo denique ſuam vel eximii prærogativam ingenii conſtare iis, qui optimis cæteroqui diſciplinis magnopere expoliti ludicros latronum conflictus ignorant, faſtidiunt, atque deſpiciunt, vel contra quantalibet niſu & animi contentione ad eos apprehendendos adhibito, minimum ſe tamen proficere, laboremque omnem in irritum recidere fruſtrarique ſentiunt. Has porrò conſecutiones, quæ de ingenio ſuperiùs tradidi, legitimas atque germanas efficiunt.

7. Tabula, qua ſuper latrones certant, abacus, alveus, alveolus, menſa luſoria dicitur. Diſtinguitur ſexaginta quatnor plagulis quadratis æqualibus, quæ porrò plagulæ areolæ item, carceres, ſepta, mandræ, valli, & capſi nominantur. Colore albo pars dimidia tum plagularum tum calculorum, altera æqualis pars nigro ſecernitur. Sic autem albæ nigræque areolæ intermiſcentur, ut verſicolori ſerie nigram alba, albam nigra ſemper excipiat. Octoni ordines ſive lineæ menſam luſoriam, octoni carceres lineam explent. Alternis taſſellis diſtincta tabula ipſa etiam militarem jactat originem. Quid enim carceres illi referunt, niſi quadratas phalanges modicis intervallis ſeriatim nexas in aciei diſpoſitione, vel locatione caſtrorum? A quadrata certè figura Phalanges illæ Italis vocantur *Squadroni*. Atque hinc percipies quemadmodum illuſtres aliquot familiæ tabulam latruncularium in ſcutis gentilitiis appingant. Virtutis nimirum ſuæ teſtimonium illud & teſſeram poſteris reliquerunt Majores olim natu, quorum peritia in collocatione ordinum militarium mirandum in modum eminuit. Vide Titulum *Quarteria*. Geminæ utrinque directæ acies ad extremas duas abaci lineas, adverſis frontibus, & ejuſdem coloris collecto hinc inde agmine inſtruuntur. Poſtremam occupant Rex, Regina, ſive Amazon, ſatellites vel ſigniferi duo, totidem equites, & gemini ſublatis turribus Elephanti. In linea his proxima pedites, quaſi anteambulones & rorarii ſuas ſtationes tuentur. Omnibus per eadem ſpatia iter eſt, ſed admodum diverſa præſcriptione ac lege procedendi feriendique. Pedites ad unum duntaxat eamque ſemper rectam, & a fronte poſitam mandram proferunt pedem. Licet tamen primum egreſſis ad duos carceres tranſilire. Recedere ac referre pedem pediti nefas. Rectà & a fronte eſt perpetuò commigrandum, certo unius occupati capſi dimenſu. Quod ſi pedes hoſtem feriat, tunc per obliquam lineam dat impetum, & in capti hoſtis locum ſuccedit. At ſi horum quiſpiam aſtu & virtute tam impigrè procedendo victoriam urgeat, ut ad oppoſitæ aciei extremam lineam perveniat, ſi ordinis ſui Regina capta, vel quomodolibet bello functa deceſſerit, nova ipſe Amazonis ſeu Reginæ, audaciæ felicis præmium, ſumit inſignia: ſin verò ſuperſtes ſit in ſua acie Regina, optionem habebit Equitis, Signiferi, vel turrigeri Elephantis expuncti munus & dignitatem aſſumendi. Variant tamen in hac parte ludi leges apud luſores: contenduntque alii, ut quotquot e peditum numero ultimæ lineæ mandris ſtrenuo procurſu potiuntur, integrum ſit omnibus indiſcriminatim, etiam Imperatrice ſuperſtite, novæ Ducis præfecturam ſuſcipere. Alvei luſorii extremos angulos obtinent, ſuorumque ordinum latera protegunt, bellatores ex Elephantorum turribus dimicantes. Integrum illis eſt a fronte, a tergo, per latera excurrere. Id verò, ſi pedites excipias, omnibus eſt commune calculis. Singulis Elephanti paſſibus quantumlibet ſpatium ſemitæ linealis, etiam univerſum, poſſunt conficere; dummodo expedita ſit via. Nam interjectos latrones tranſmittere & ultra tendere, excepto equite, nemini licet. Recto autem ſemper quadratoque feruntur tramite. Vis & excurſiones Elephantorum in hoc ludo ingens momentum afferunt. Præcipuum verò locum habent & virium experimentum faciunt ſub finem certaminis. Ubi enim, aliis dejectis calculis, inter paucos res agitur, major illis quaquaverſum procurrendi libertas, & ad extremas incitas coarctandi Regem. Nam ſub initium pugnæ inter velites, & levioris armaturæ milites

Mars

Mars ſervet : minimuſque ibi Elephantis locus, utpote prægravi preſſis pondere turrium & armatorum. Obſervo italicum adagium de Elephantorum robore & virtute in hoc ludo, quod refertur a Joanne Villani lib. 11. cap. 138. *In que' luoghi tenne hoſte il noſtro Capitano M. Malateſta un meſe e mezzo, iſtando in vani trattati di corrompere i ſoldati dell' hoſte de' Piſani, non facendo pruova ò valorìa alcuna, come patea e dovea, avendo tanto buona gente a cavallo, e à piè. Ma M. Malateſta trovò il Rocco a petto al Cavaliere, che'l Capitano dell' hoſta de' Piſani era Nolfo figliuolo del Conte Federiga da Monte Feltra ſuo parente &c.* Ubi quod dicit: *trovò il Rocco à petto al Cavaliere*, videtur id eſſe, quod Horatius dixit *offendere ſolido*; id eſt durum hoſtem nanciſci, ſic autem Horatius ſerm. 2. 1.

fragili quærens illidere dentem
Offendet ſolido.

Proximi Elephantis equites adjacent. Horum progreſſus ea lex & norma pręcipitur, ut, uno trajecto carcere, per diſtortum ſaltum in altero conſiſtant. A nigri coloris carcere in album, ab albo in nigrum tranſmigrant. Latrones quoſcunque interpoſitos, ſive ſocii ſint, ſive hoſtes, edito ſaltu tranſiliunt liberè. Vis equitum uſuſque pręcipuus eſt in pugnarum initiis. Equidem in confertam aciem latè perniciem inferunt, proterunt, proculcantque pedites obvios, adverſamque aciem carptim imminuunt. Ingens quippe illis commodum & nocendi opportunitas ab immuni ſaltu ſuper ipſa capita obſtantium calculorum. Formidandi porrò magis ſunt, quoniam non per unam tantum certamque graſſantur lineam: in gyrum potentes ſunt; actique per tabulę circuitum, univerſum agmen obnoxium habent. Sub ludi finem equites minus timentur. Rareſcente nimirum agmine relanguent vires, quę in hoſtium duntaxat copiâ conſpiciuntur. Equorum uſus ludentium ſagacitatem vel imperitiam continuò prodit. Si compendioſa & aſſultui opportuna ſpatia occupant, incredibile emolumentum apportant; iniquiore loco diſpoſitis reſidunt vires, animi concidunt, jubiſque demiſſis defluunt cervices ingloriæ. Regis Reginæque latus tuentur adſtipantque ſatellites vel ſigniferi, Italis *Delfini*, *Alfieri*, *Alifili*. Horum alter albo, nigro alter calle perpetuò commigrat. Non rectâ procedunt, ut Elephantes; ſed per obliquam ſemitam & tranſverſis itineribus. Cæterum a carceribus ad metam per ſuam orbitam libere excurrunt, cum poteſtate referendi gradum, ſiſtendique ad arbitrium, vel ubi res & ratio poſtulat ludi, modò non tranſiliant ſaltuatim Latrunculos interpoſitos. Si hoſtem feriunt, hærent in veſtigio, & in latronis ejecti ſede ſubſiſtunt. E mediis areolis diadematâ fronte paulò reliquis editiores aſſurgunt Rex & Regina. Et Reginæ quidem poteſtas, robur, & amplitudo mirum quantum in hoc ludo excellit polletque. Licet illi à fronte per rectam lineam, quemadmodum Elephantes, licet pariter per obliquam, ut Vexilliferi faciunt, proferri & quàm latiſſimè exſpatiari. Omnium denique calculorum motu & pugnandi lege perfruitur: excepto equorum flexuoſo diſtortoque ſaltu, quippe qui nec ſatis decorus honeſtæ Regnatrici. Si univerſas hujus vires opeſque repute, dimidium roboris totius exercitus & eo amplius illis contineri non inficiaberis. Subit te Lector, ut video, demirandi impetus, quamobrem hujus ludi Inventores Reginam tanta, tanque effuſa ac prope effrenata quocumque procurrendi irrumpendique licentia donaverint. Saniùs, dices, ejuſdem dignitati pudorique fuiſſet proſpectum, ſi illam in regio tentorio cum nobilium matronarum comitatu pugnæ exitum opperientem detinuiſſent. Verum id mirari deſines, ſi ad eos acceſſeris, qui hujus ludi repertorem conſtituunt Palamedem. Pentheſileam Amazonum Reginam, cum Regi Priamo in obſidione Ilii ſuppetias iviſſet, crebris Græcos eruptionibus fatigare, nulliſque delaſſatam laboribus hoſtiles acies diu noctuque laceſſere auſam Trojani belli omnes ferè Scriptores literis conſignarunt. Virgil. 1. Æneid.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardet.

Ad hujus Reginæ typum Reginam ſuam ludicram, quam & Amazonem nominamus, Italis *Donna*, Palamedes exegit. Quoniam verò Priamus Trojanorum Rex, gravis annis & ærumnis confectus domi ſe continebat; ea de cauſa Rex pariter calculorum umbratilis raros habet egreſſus, aditus cautè pertentat, nec ultra unum vallum, licet quaquaverſum progredi queat, porrigit pedem pavidum. Sed quoniam non Palamedem, ſed hominem Indicum hujus ludi inventorem ſtatuimus; ejus rei cauſa ab ejus regionis conſuetudine bellandique ritu eſt repetenda. Et ſane regnorum Indicorum Reginas in aciem procedere, & impendio bellatrices eſſe, niſi labat memoriola, alicubi perlegi. Suſpicor autem etiam a Petro de la Valle id indicari. Inceſſum porro gravem omnium fere nationum Regibus congruere vix quiſquam ignorat. Jam vero Latrunculorum Regi ſemel eſt integrum ad extremum abaci angulum firmioris cuſtodiæ gratia ſecedere, permutata ſtatione cum Elephanto. Id Itali dicimus *Arroccare*, ab infimę Latinitatis voce *Rocca*, quæ præſidium eſt, turris, vel quodlibet in rupe vel clivo munimentum (vide *Rocca*) Id ipſum tamen non temerè, ſed certis tranſigitur cautionibus. Ad tres extremas plagulas confugere Regi non licet, niſi iter ab hoſtili aggreſſione vacuum nanciſcatur. Ex tribus peditibus, qui ante Regem ſeductum inſtructi militant, promovere hic quidem quem maximè libuerit, poteſt; verùm ne hoſticis lapillis incommodet omninò caveat. Turris tralatitia ubivis poteſt conſiſtere, dummodo Regiam mandram non tranſiliat, & adverſis calculis moleſtiam non faceſſat. Prærogativa trajectus ad turrim non perfruitur locomotus Imperator, aut intentato jaculo laceſſitus. Quod ſi ad tegendum Regem accurrent milites, ſuaque pro ejuſdem ſalute capita interponant, fas illi & jus fuerit, pro arbitratu ſuo ad Elephantem præſidii causâ concedere. Scio iſthæc alicubi minus religioſè ſervari. Verùm ego fori Latruncularii duodecim, ut ſic dixerim, ipſas Tabulas, non jura municipalia perſequor. Scopus hujus ludi eſt, ſic Regem premere & in arctum adigere, ut nulla illi ad evadendum ſpes aut facultas ſit reliqua. Id autem perficitur, cum adverſarius exerto gladio ictum intentans Regem provocat: ille verò, obſeptis undique itineribus, nec accerſendi ſuorum auxilia,

Digitized by Google

lia, nec in tutam ſtationem diſcedendi copiam habet. Tunc enimverò Rex bello captus in hoſtium manus & poteſtatem tranſire creditur. Atque id Latinis dicitur Calculus incitus; Italis *Scaccomatta*. Utriuſque vocis etymon perveſtigare fuerit operæ. Dicitur autem calculus incitus a ciendo & particula negante, quaſi ciere ſe & movere ultra non poſſit. Ex quo habemus vetus dictum: *redigere ad incitam, vel incitas*: ideſt ad extremas anguſtias. Iſidorus: *Calculi partim ordine moventur, partim vagè. Ideo alios ordinarios, alios vagos appellant. At verò qui moveri omninò non poſſunt, incitos dicunt. Unde & egentes homines inciti vocantur, quibus ſpes ultra procedendi nulla reſtat*. Adhibuit eum loquendi modum Plautus in Pen. Act.4.

Profectò ad incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit:

Similis eſt ejuſdem locutio in Trinum.

Hem nunc hic cujus eſt? ut ad incitas redactus!

Quas Plautus incitas, Lucilius neutro genere dixit incita: Sat.3.

Ad incita cum redit, atque internecionem.

Et l.15.

Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

Uſus eadem voce Apul. l.3. *Tunc opulentiæ nimiæ ad extremas incitas deducti*. Scaliger l.6. de Ling. Lat. *Antiqui fines ſeu terminos, quos amplius promovere non eſt, incitos vocabant. Et qui eò rerum redacti erant, ut nullum certum rerum ſuarum conſilium capeſſere poſſent, ad incitas redacti dicebantur, ubi ſubaudiendum, lineas. Metaphora enim a ludo duodecim ſcruporum. Nam, cum ad ultimam lineam promoti erant calculi, tum is, cujus intererat, ad incitas lineas redactus, calculi verò ipſi inciti dicebantur: quod annotat Iſidorus*. A ſcrupis, ſive calculis habere nos vocabulum *Incita*, annotat quidem Iſidorus; ſed quod a ſcrupis duodecim potius quam pluribus aut paucioribus habeamus, id ſcilicet Iſidorus non annotat, ſed ipſe divinat Scaliger. Calculorum ludum apud Veteres mirum in modum variaſſe ſuperiùs tetigi; ut prorſus neceſſe ſit ignorare, cujuſmodi ille fuerit ludus, in quo illi adſtrictum ſcrupum, incitum nominabant. Italorum *Scaccomatto* fit a duplici dictione, *Scacco*, & *Matto*. De poſteriori hac prius, de priori poſteriùs verba faciam. *Matto* eſt a Latinorum *Mattum*, de quo Gloſſæ Iſidori: *Mattum eſt humectum emollitum, infectum*. Ex quo videtur Antiquis fuiſſe idem *macto & humecto*, quod eſt emollire & macerare. Atque hinc tradidimus originem vocis Italicæ *Mattone* in Titulo *Lateritium opus*, quod terra ſit humore prius emollita, & igne poſtmodum domita & ſubacta. Idem verbum *Macto*, aliam habet, eamque magis appoſitam originationem a dictionibus *Magis augeo*; ut *Mactum* ſit magis auctum. Occurrerat porro mihi exiſtimare, *Matum* vel *Mattum* fieri a *Madeo*, dicique *Mutum*, quaſi *Madum*, contractè a *Madidum* vel *Modefactum*. Verum poſtea Salmaſio penitus adhærendum putavi, qui Græcam eam vocem ſtatuit a verbo μάττω, quod eſt pinſo, ſubigo, emollio. Quoniam verò quod pinſitur & emollitur, idem ſubigitur, domatur & quaſi ſuperatur atque devincitur, ideo *Mattum* pro ſubacto domito & ſuperato uſurpamus. Atque iterum quoniam nihil magis ſubigitur & domatur, quàm quod de medio tollitur, & occiditur, propterea factum ut mactare apud Latinos ſit interimere. Retinent Hiſpani verbum *mottar* pro occidere. Iidem in ludo, quem vocant *Ombra*, & pictis pagellis exercetur, appellant *Mattadores* pagellas tres, quæ principatum in cæteras obtinent, eaſque in jactu ſuperant mactantque. Ad hunc modum Italis *Scaccomatto* eſt calculus regius mactatus, ideſt ſubactus & domitus; non certè interfectus: neque enim occiſio illa Regis, ſed potiùs captivitas eſt. Vide plura de voce *Mattum* in Titulo *Mattiarii*. Dictionem Italicam *Scacco* Joſephus Scaliger, Salmaſius, & Ferrarius contendunt a Latio profectam, detortamque a voce *calculus* in hunc modum, *calculus, ſcalculus ſchaccus*. Grotius & Voſſius Germani homines vocis originem trahunt a vocabulo *Schaken*, quod eſt rapere. Cangius tamen in Notis ad Joinvillam & Alexiadem multis evincit dictionem eſſe Perſicam vel Arabicam, a voce *Schac*, quæ Regem ſonat. Idem teſtatur Stephanus Monachius in Epiſtola ad Menagium, quæ apud hunc legitur in voce Aſſaſini. *De ce mot Schic an a fait celui de Sichèe, qui eſtoit le nom du mari de Didon; comme qui diroit Prince, e Seigneur. De lá eſt encore venu Schah, qui ſignifie Roi chez les Perſes, e dont, comme vous ſavez, e comme vous l'havez remarquè dans vos Origines Francoiſes, eſt venu Schahmat, ou eſchec, & mot*. Id porrò mihi conſentaneum videtur iis, quæ ſuper hujus ludi origine protuli ex Thoma Hyde, & Joanne Wallis. Itali dicunt contractè *matto & mattore* pro *Scacco matto*, & *dare ſcacco matto*. Boccaccius Filoc. *Il Caſtellano cominciò a ridere veggendo, che matto era Filocolo, dove Filocolo havria potuto lui mattare*. Et paulò poſt. *Eſſendo per mattare il Caſtellano, tavolò quel gioco*. Et iterum; *Mai non trovai a queſto gioco, chi mi mattaſſe*. Demum latrunculis certantes vel captivitate Regis, vel æquatâ pugnâ ludo colophonem imponunt. Cauſæ æquandi conflictus cum aliis calculorum ludis ferè conveniunt. Latronum tamen peculiaris eſt ludi exitus, cum lapilli quidem nulli ſunt reliqui, vel ſiqui reliqui ſunt, confixi hærent & motus expertes: ipſe verò Rex, cui commigrandi onus incumbit, nequit ſe commovere, hoſtili calculo undique obſidente aditus, nec tamen ictum interminante. Id verò à *ſtando* vel *ſubſiſtendo* dicitur *ſtallo*. Addo ex Agathia, quo tempore Antiochus Macedonum Rex Romanis bellum fecit, uſurpatum fuiſſe calculorum ludum, ubi Rex nigri coloris Antigonus, albus alter e gente Romana Divus appellabatur. Internoſco quidem hic veſtigium latrunculorum aliquod; adhuc tamen eum ludum a noſtris latronibus plurimum diſcrepaſſe nullus dubito. Quam maximè mirum eſt, Turcas litterarum non rudes modò, verum etiam oſores, mirificè delectari latrunculorum ludo, qui viros ingenio præſtantes ſolet depoſcere. Jovius hiſt. l. 14. *In hunc ſiquidem unum præcipuè ſumptum omnes fortunas conferunt: propterea quod exquiſitis epulis minimè ſtudeant, nec ſumptuosè ædificent, neque ullis omnino damnoſæ aleæ ludis indulgeant; cum latrunculis luſiſſe viciſſeque ad ingenii laudem, quam ad pecuniæ quæſtum nobiliùs exiſtiment*. Mirum quam maxime eſt quod narrat Jo: Villani lib. 2. cap. 12. de quodam Saracino ſummæ felici-

ta-

Digitized by Google

tatis & artis in ludo latrunculorum. Adſcribo Hiſtorici verba. *In queſti tempi venne in Firenze un Saracino, che havea nome Buzecca grandiſſimo maeſtro di giucare a ſcacchi, e in ſul Palagio del popolo dinanzi al Conte Guido Novello giucò ad un'ora a tre ſcacchieri co migliori maeſtri di ſcacchi di Firenze giucando con dui a mente, e col terzo a veduta, e i dui giuochi vinſe, e'l terzo fece tavola, la qual coſa fu tenuta gran maraviglia.* Vide Salmaſium *ad Proculum Vopiſci*. Petrum Carrera de lud. Latr. M. Aurelium Severinum in alio inſuper tractatu, *la Filoſofia, overo il Perchè degli Scacchi*. Alexandrum Salvium in opere Italico: *Il Puttino, overo il Cavaliere Errante.* Nitidè Latrunculorum ludum deſcripſerunt, Epico Latino Carmine Hieronymus Vida, octonis modulis Italicis Marinus Adon. c. 15.

LAUDATIO FUNEBRIS. Plutarchus in Lycurgo author eſt, ab initio in bello mortuos duntaxat laudari ſolitos. Perpetuò id obſervatum eſt a Spartanis & Athenienſibus in bellatorum funeribus. Apud Romanos vero hærebat pompa funebris, ubi ad *roſtra* erat deventum; ibique ad populum propinquus aliquis ſuggeſtum aſcendens extinctum oratione exequiali & præconiis illuſtrabat, ſingula recenſens illuſtria facinora & promerita in patriam. Utiliſſimo id factum invento: nam & a temporum voracitate ſic excellentium civium aſſerta nomina, & commemoratione præclarè factorum incenſi auditorum animi, ut quæ in aliis admirabundi ſuſpicerent, auderent aliquando ipſi fortiter, & pro ſalute gloriaque communi paria facerent. Primus traditur inter Romanos Valerius Publicola Brutum funebri laudatione extuliſſe. Inſtitutum poſtea, ut idem fieret in eorum funeribus, qui, multâ partâ gloriâ, diem obiiſſent ſuum. Præluxerunt autem Romani ipſis Græcis exemplo condecorandorum civium, qui victoriis protuliſſent imperii fines. Neque enim ante pugnam Marathoniam extinctos laudandi morem inductum legimus ab Athenienſibus. Eadem verò pugna aliquot annos poſt Bruti funus pugnata eſt. Et Athenienſes quidem, aliarumque nationum Græci mortales præconia funebria non niſi iis impertiverunt, qui in bello occubuiſſent. At Romani, licet bello illuſtrium virorum præcipuam rationem habuerint, nihilominus honoris illud teſtimonium iis etiam impertitum iverunt, qui in Urbe magiſtratus Urbanos præſtanti cum laude geſſiſſent, aut quomodolibet illuſtraſſent patriam exemplis prudentiæ civicæ, aut ſapientiæ ſingularis. Teſtatiſſimum id facit Dionyſius Halicarn., cujus prolixiorem locum ut hic exſcribam, labori non parcam, quoniam multa de laudatione funebri, maximèque de ejuſdem origine enucleatè commemorat. Sic autem ſcribit lib. 5. *Utrum autem Valerius primus hunc morem apud Romanos inſtituerit, an inſtitutum à Regibus ſecutus fuerit, certa affirmare non poſſum. Quod tamen hoc ſit Romanorum vetus inventum in funere illuſtrium virorum, virtutes eorum laudari, neque à Græcis primùm inſtitutum fuerit, ex communis hiſtoriæ ſcriptis didici, quæ tam vetuſtiſſimi Poetæ, quàm celeberrimi Hiſtorici prodiderunt. Nam certamina quidem funebria, in honorem clarorum virorum, gymnica & equeſtria à neceſſariis facta tradunt, ut ab Achille in Patracli, & multò ante ab Hercule in Pelopis funera. Hos tamen publicè laudatos nulli prodiderunt, præter Athenienſes tragicos, qui civitati ſuæ aſſentantes Theſeo Argivos ſepeliente hoc quoque fabulosè attribuerunt. Serò enim Athenienſes legitimis funeris ritibus hanc laudationem funebrem addiderunt, ſive ab iis, qui ad Artemiſium & Salamina & Platæas pro patria occubuerunt, initium duxerint, ſive etiam a rebus geſtis in Campis Marathoniis. Sed ea quoque, quæ in Campis Marathoniis ſunt geſta, ſexdecim annis Bruti funere ſunt poſteriora, ſi modo ab his primis laudes in defunctos cœptæ ſunt dici. Sed ſiquis miſſa facta hac quæſtione, quinam primi laudes funebres inſtituerint, examinare aut ſcire voluerit, apud utros mos iſte melius ſe habeat, longè prudentiùs hunc apud hos, quàm apud illos conſtitutum reperiet: quia Athenienſes videntur eorum cauſa, qui in bello cæſi ſepulturæ mandantur, orationes funebres inſtituiſſe ex una tantum virtute, quæ in ipſa morte apparuerit, etiam ſiquis cæteris in rebus fuerit nequam, exiſtimantes viros bonos judicandos. At Romani omnibus viris claris, ſive eorum ductu, auſpiciiſque bella fuiſſent confecta, ſive in Reipublicæ adminiſtratione & gubernatione prudentia dediſſent conſilia, & præclara edidiſſent facinora, hunc honorem habere ſtatuerunt, & non ſolùm iis, qui in bello cecidiſſent, ſed etiam aliis, quemcunque illi finem ſortiti eſſent: exiſtimantes ob virtutes totius vitæ actæ, non ſolùm autem ob glorioſum obitum viris bonis laudes deberi.* Intereſt verò plurimùm inter commemorationes laudum, quæ aliis de cauſis extra Parentalia a Scriptoribus ac præſertim a Poetis ſparſim diſſeminata leguntur, & funebres laudationes, ſive orationes, de quibus hìc habemus ſermonem. Illæ ſiquidem conſperſæ laudes ad ciendam voluptatem, vel ad mercedem virtuti reddendam concinebantur: quemadmodum apud Homerum legimus, Achillem facinora virorum fortium ad citharam canendo propriam extimulaſſe virtutem, & Alexandrum Macedonem, perlecta Homeri Iliade inſlammatum ſe vehementer æmulatione Achillis. Laudationes autem funebres non ad brevem uſum fructumque, ſed ad memoriam rerum domeſticarum, ad condecorandam proſapiam, & ad perpetuum in Faſtis illuſtrium Majorum teſtimonium pertinebant. Ex illis equidem laudationibus concinnabantur Hiſtoriæ, ut indicat Livius lib. 8. Quò etiam reſpexit Cicero lib. 2. de finib. *Lege laudationes, Torquate, non eorum, qui ſunt ab Homero laudati; non Cyri, non Ageſilai, non Ariſtidis, non Themiſtoclis, non Philippi, non Alexandri; lege noſtrorum hominum; lege veſtræ familiæ*. Quod inſtitutum ut antiquitùs fuit ſane pulcherrimum, nondum valeſcente adulatione, notiſſima peſte Principum, ſic progreſſu temporum vitiatum eſt. Studium quippe gratię colligendę, & ardor affectandę nobilitatis obtinuit, ut veris extinctorum facinoribus multa & palmaria mendacia inſererentur. Corruptam hinc Hiſtorię veteris fidem, ingenuamque olim factorum enarrationem adulteratam dolent meritò & conqueruntur graviſſimi Scriptores. Cic. in Bruto. *Quanquam his laudationibus Hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior: multa enim ſcripta ſunt in eis, quę facta non ſunt. Falſi triumphi, plures Conſulatus, genera etiam falſa, & e plebe tranſitiones, cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infunderentur genus.*

Et

Digitized by Google

Et Liv. lib. 8. *Vitiatam memoriam funebribus laudationibus reor, falſiſque imaginum titulis, dum familia ad ſe quæque famam rerum geſtarum honorumque, fallente mendacio, trahit. Inde certe & ſingulorum geſta, & publica monumenta rerum confuſa: nec quiſquam æqualis temporibus illis Scriptor extat, quo ſatis certo authore ſtetur.* Illud verò præſertim cauſæ fuiſſe opinor, quam ob rem commentitia multa atque fictitia iiſdem laudationibus miſcerentur, quoniam deficientibus interdum, qui ſanguinis propinquitate ad extinctos proximè accederent, ſubrogari iis ſolebant Oratores & Rhetores circumforanei & compitalitii, qui venalem commodantes operam, dummodo populares rumuſculos colligerent, & extinctorum affinibus blandirentur, rerum veritatem, gravitatemque loci nihil penſi habebant. Genere propinqui modeſtius agebant tum ſuapte natura, generoſa indole falſam refugiente laudem; tum famam reveriti, a cujus teſtimonio redargui, in genus humanum mendaces eſſe jure crederent. Fœminis etiam decretas laudationes funebres legimus. Exempla harum producere, ut & virorum, qui ab agnatis fuerunt publicè laudati, voluminis inſtar fuerit. Vide Kirchmann. de Funer. Roman. cap. 18. & 19. & hic Tit. *Laus.*

Laursa, æ. Vide *Laurus.*

Laureola, æ. Vide *Laurus*

Laureatæ hastæ. Vide *Nuncii Militares.*

Laursatæ litteræ. Vide *Nuncii Militares.*

Laurus, i. Nondum hujus vocis, ut opinor, vera radix eruta. Neque enim ſatis arrident Voſſius Græcos fontes ſollicitans, aut Servius, qui a laude dictam putat: ſic enim ad Virgil. Eclog. 8. *Cur autem triumphantes lauro coronentur, hæc ratio eſt, quoniam apud Veteres a laude habuit nomen: Nam laudum dicebant.* Servium tamen ſequutus eſt Petrarca, ubi ſuper nomine Lauræ Avenionenſis Puellæ ſic exorſus eſt ludere:

Quando io muovo i ſoſpiri a chiamar voi;
E'l nome, che nel cor mi ſcriſſe Amore;
Laudando s'incominciò udir di fuore
Il ſuon de' primi dolci accenti ſuoi.

Arbor eſt a Scriptoribus ac præſertim Poetis totidem coronata præconiis laudum, quot ipſa Cæſarum, Triumphantium, & Poetarum frontes evincire perhibetur. Ab agentibus triumphum inprimis uſurpata. Plin. lib. 15. cap. 30. *Laurus Triumphis propriè dicatur.* Horat. l. 2. 1.

Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Tibull. Eleg. 5. lib. 2.

Ipſe triumphali devinctus tempora lauro;
Cum cumulant aras, ad tua ſacra veni.

Petrarcha.

Arbor vittorioſa e trionfale,
Honor d'Imperadori, e di Poeti.

De origine laurus triumphalis ab Auguſti ad poſteriora tempora ita ſcribit Svetonius in vita Galbæ cap. 1. *Liviæ olim poſt Auguſti ſtatim nuptias Vejentanum ſuum reviſenti prætervolans aquila gallinam albam, ramulum lauri roſtro tenentem, ita ut rapuerat, demiſit in gremium: cumque nutriri alitem, pangique ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles provenit, ut hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur: tale verò lauretum, ut triumphaturi Cæſares inde laureas decerperent: fuitque mos triumphantibus, aliàs confeſtim eodem loco pangere: & obſervatum eſt ſub cujuſque obitum, arborem ab ipſo inſtitutam, elanguiſſe.* Eadem ferè narrat Livius lib. 15. Geſtabatur capite a Triumphantibus laurus, duplici plexa vel contexta ramuſculo. Alteram item coronam ex auro ſolido, ſed frondes laureas referentem ſupra ejuſdem Triumphatoris caput paulò elevatam geſtabat ſervus publicus eodem vectus triumphali curru. Hanc poſt exactum Triumphum in Jovis Capitolini gremium referebant. Manu etiam geſtatam in Triumphis Laurum advertit Cerda ad lib. 5. Virgilii ex Plutarcho, qui Paulum Æmilium Laurum in Triumpho dextra protendentem deſcribit. Ritus Laurum geſtandi in Triumphis omninò deductus a Hieronicis. Nulla quippe crebrior merces & præmium victorum in ludis Gymnicis quàm laurea Corona. Hanc geſtaſſe Romulum authores ſunt Dionyſius & Plutarchus. Virgil. lib. 5.

Sic fatus cingit viridanti tempora lauro;
Et primum ante omnes victorem appellat Aceſtem.

Valerius lib. 4. de Polluce in ceſtu victore:

Illias excelſum ramis caput armaque Caſtor
Impleat, & viridi connectit tempora lauro.

Vide plura in Titulis certaminum Gymnicorum. Eam coronam vocabant Lauream, quæ primùm e lauro viridi nexa, poſtea fieri cœpta ex auro laurum figurante, ut docet Gellius lib. 5. De laurea Martial. lib. 2.

Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua eſt.

Item Lucan. lib. 1.

Et victis cedat piratica laurea Gallis.

A laurea fit diminutivum laureola. Ex hac adagium: *laureolam in muſtaceo quærere.* Cic. ad Attic. lib. 5. *Bubulus cœpit laureolam in muſtaceo quærere.* Muſtaceum genus eſt libi, a muſto facilè dictum, cui, cum decoquitur, ex lauro frondes in gyrum ad coronæ effigiem ſupponuntur. Hinc laureolam in muſtaceo quærere eos dicimus, qui in rebus frivolis famam captant, quam aſſequi nequeunt in re præclara, cujuſmodi erant apud Romanos laureæ Triumphales.

2. Etiam extra Triumphum laurus victoriam deſignabat. In domo Alexandri Severi adhuc infantuli nata laurus, & proximam adultam arborem perſicum intra annum magnitudine evincens, præſagium eidem fuit Perſas ſubigendi. Lamprid. in Alex. *Nata in domo laurus juxta perſici arborem vicit. Unde etiam conjectores dixerunt Perſas ab eo eſſe vincendos.* Lauro præterea obvolutæ miſſitabantur litteræ, cum læti rerum eventus nunciabantur. Pila etiam, haſtæ, lanceæ revinctæ lauro proſperos notabant pugnarum conflictus. Ad hæc faſces, currus, naves lauro poſt victoriam coronatæ. Hinc uſurpatæ frequenter apud Scriptores laureatæ litteræ; haſtæ, faſces, naveſque laureatæ. Verùm de his alibi ſeparatim diximus. Eadem hic non admolior, nequis me crambem, imò verò laurum recoquere criminetur. Eos honores laurus retulit, quoniam & igneam naturam, & perpetuum virorem obtinet. Ideo nec fulmina creditur expaveſcere. Perſuaſum id Tiberio, qui ad talia meticuloſus laurum aſſidue geſtabat. Petrarca:

Se l'honorata fronde, che preſcrive
L'ira del Ciel, quand' il gran Giove tuona, &c.

Et alibi ſubobſcurè:

Quando dal proprio ſito ſi rimove

L'arbor, ch'amò già Febo in corpo humano,
Soſpira e ſuda all'opera Vulcano,
Per rinfreſcar l'aſpre ſaette a Giove.

Novum illud de lauro legitur apud Plinium l. 15. ubi eam arborem frondemque inter paciferas refert. Sic enim ſcribit: *Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium*. Expreſsè idem addocet Statius l. 12. ubi de funere Menœcei.

nec robora vilem
Struxerunt de more rogum; ſed bellicus agger
Curribus & clypeis, Grajorumque omnibus armis
Sternitur, hoſtiles ſuper ipſe ut victor acervos,
Pacifera lauro crinem vittiſque decorus
Accubat.

Si novum tibi acciderit inter pacis ſymbola nnmeratam fuiſſe laurum, quid dices ubi aſcriptam inſuper audieris inter ramos ſupplices? Habemus autem id expreſsè a Statio lib. 12., ubi deſcribit Miſericordiæ Templum; & olivæ ſupplici laurum aſſociat.

Mite nemus circa cultuque inſigne verendo,
Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor olivæ.

Neſcio autem utrum humani potius conſilii inopia, quàm arborum penuria factum fuerit, ut in victoriæ triumphique & abjecti pariter animi ſervilis & ſupplicis ſignificationem traheretur, idemque eſſet Imperatorum, Triumphantium, & ſimul ſervorum, ſupplicumque ſertum & inſigne; ut plane hinc etiam intelligas nihil in rebus humanis eſſe ſatis firmum & ſtabile, cum paſſim miſceantur ſummæ infimæque fortunæ notæ. Non Phœbo duntaxat Muſiſque ſacra Laurus, ſed & Herculi fuit: quamobrem eidem ſacra facientes ea fronde erant præcincti. Senec. Herc. Fur.

læto venit
Clamore turba, frontibus laurum gerens,
Magniſque meritis Herculis laudes canit.

Jam quæ paſſim memorantur de lauro in vaticiniis, in domorum cuſtodia, in Poetarum coronis, in Templis, in Sacrificiis, alii prolixè digerunt. Laureæ perpetuo geſtandæ jus inter alia Julio Cæſari decretum a Senatu. Id illi gratiſſimum, utpote qua exprobratum ſibi calvitii vitium obtegeret. Sveton. in Jul. Cæſ. 45. *Calvitii vero deformitatem iniquiſſime ferre, obtrectatorum ſæpe jocis obnoxiam expertus: ideoque & deficientem capillum revocare a vertice aſſueverat: & ex omnibus decretis ſibi a Senatu populoque honoribus, non aliud aut recepit, aut uſurpavit libentius, quam jus laureæ perpetuo geſtandæ*. Vide Carol. Paſchal. de Coron. lib. 5. cap. 7. Pier. Valer. de Hierogl. l. 50. Fortun. Licet. Gemmar. Anul. cap. 25. Dempſter. Antiqq. lib. 5. cap. 18. Vide apud nos Tit. *Triumphalis corona*.

Laus, dis. Teſtimonium eſt alienæ virtutis, voce vel ſcripto exhibitum, ortum a ſecunda existimatione rectè factorum. Ex Græco dicitur vel a populo λαὸς; quaſi laus ſit vox populi commendantis, vel a verbo *fruor*, λαύω, quaſi nullus ſit præclarior fructus virtutis. Si longiuſculè procedit, neque ſimplex eſt ſed ornatior, & non unum benefactum ſed multa complectens, Encomium dicitur: Si in cœtu publico ad multitudinem divulgetur, vocatur panegyrica laudatio. Sed de his vide Scaliger. Poetic. lib. 3. cap. 110. Inter præmia militaria æquiſſimo jure recenſetur, De ea ſic Polybius: *Pulchrè autem juvenes excitant ac provocant ad pericula ſubeunda. Cum enim occaſio ſe dat, & aliqui eorum fortiter aut ſtrenuè fecerunt, convocans Imperator in concionem omnes copias, & circumponens ſibi eos, qui auctores egregii facinoris, primùm quidem laudes eorum ediſſerit, & ſuper hoc facto, & ſiquid aliud in omni vita geſſerint laude & memoriâ dignum*. Pulcherrimè id ob oculos ponit Hirtius de bello Africo: *Poſtero die, divina re facta, concione advocata, milites collaudat, totumque exercitum veteranorum donavit præmiis, ac fortiſſimo cuique & bene merenti pro ſuggeſtu tribuit*. Claſſico cohortes turmaſque omnes convocante id fiebat ſcilicet. Liquet ex teſtimonio Livii l. 5. *Luce orta vocatis claſſico ad concilium militibus, Manlius primùm ob virtutem laudatus donatuſque*. Equidem reputanti theatrum illud, Ducem edito in loco, Præfectis, Tribunis, cæteroque Magiſtratu circumdatum, confertiſſimos ordines, ad unius vel paucorum commendationem exaudiendam excitos; ſtantem in armis cum inſignibus omnem exercitum: hæc, inquam, majeſtatem quandam ſpirantia reputanti, minimè fiet obſcurum, maximopere invidioſos reliquæ multitudini extitiſſe perpaucos illos, qui ſua a ſupremis Ducibus referri facinora, decora prædicari, non ſine quadam jucundiſſima animorum trepidatione audiebant. Enimverò nullius Sirenis modulatio auribus ſuavior accidit, quàm a viris magnis atque præclaris publicè facta propriæ commemoratio virtutis. Dulcior profectò eorum animis prædicatio illa omni Homerica loto, aut nepente. Aptè id obſervavit Poeta noſter;

E parte di ſentire anco li piace
Quei parlar, ch'al dovuto honor l'invita:
E'l giovinetta cor s'appaga e gode
Dal dolce ſuon della verace lode.

Apud Platonem in Menexeno oratio legitur quæ Athenis quotannis recitabatur in eorum funere, qui ſtrenuè pro patria pugnando ſanguinem profudiſſent. Sed longe ſplendidiſſimum eſt encomium legionis Martiæ apud Ciceronem Philipp. ult. quam, quoniam bellicæ ipſius virtutis ampliſſima eſt collaudatio, æquo animo hic exſcribam: *O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſſimum reddita! Vos verè patriæ natos judico: quorum etiam nomen a Marte eſt: ut idem Deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuiſſe videatur. In fuga fœda mors eſt: in victoria, glorioſa. Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pignorari ſolet. Illi igitur impii, quos cæcidiſtis, etiam apud inferos pœnas parricidii luent: vos verò, qui extremum ſpiritum in victoria effudiſtis, piorum eſtis ſedem & locum conſecuti. Brevis a natura vobis vita data eſt: at memoria benè redditæ vitę ſempiterna. Quæ ſi non eſſet longior quàm hæc vita, quis eſſet tam amens, qui maximis laboribus & periculis, ad ſummam laudem gloriamque contenderet? Actum igitur præclarè vobiſcum fortiſſimi dum vixiſtis, nunc verò etiam, ſanctiſſimi milites, quod veſtra virtus nec oblivione eorum, qui nunc ſunt, nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit, cum vobis immortale monumentum ſuis penè manibus Senatus populuſque Romanus extruxerit. Multi ſæpe exercitus Punicis, Gallicis, Italicis bellis clari & magni fuerunt: nec tamen ullis tale genus honoris tributum eſt. Atque utinam majora poſ-*

poſſemus, quandoquidem a vobis maxima accepimus. Vos ab urbe furentem Antonium avertiſtis: vos redire molientem repuliſtis. Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciſæque literæ, divinæ virtutis teſtes ſempiternæ. Nunquam de vobis eorum, qui aut videbunt veſtrum monumentum, aut audient, gratiſſimus ſermo conticeſcet. Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem eſtis conſecuti. Nihil verè jucundiùs milites audiunt, quàm palam profitentem Imperatorem audire, iiſdem ſe debere felices rerum eventus. Iniquiſſimè iidem ferunt immoderatam illam Ducum jactantiam, qua omnium victoriarum ſibi duntaxat fructus arrogant, quantamlibet manipularium operam laboreſque deſpectui habentes. Cicer. pro Marcel. *Bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis, eaſque detrahere Ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ ſint Imperatorum.* Quibus verbis Ciceronem mihi non eſt dubium reſpexiſſe ad verſus Euripidis in Andromacha, ubi Peleus Menelai Orationem confutat:

Hei mihi, quàm malus mos eſt in Græcia!
Cum exercitus ſtatuit tropæa de hoſtibus,
Non putant hoc opus eſſe laborantium militum;
Sed Imperator victoriæ gloriam reportat,
Qui unus vibrans haſtam cum aliis innumeris
Nihil plus uno faciens habet majorem famam.

Quæ Euripidis ſententia acerbo convicio commemorata apud Alexandrum Macedonem a Clito inter epulas, licet ab eodem non ſatis percepta, feſtinati ejuſdem Ducis exitii cauſa extitit, ut tradit Curtius lib.8. *Cum Clitus, ne ipſe quidem ſatis ſobrius, ad eos qui infra ipſum cubabant, converſus, Euripidis retalit carmen, ita ut ſonus magis quàm ſermo exaudiri poſſet a Rege, quo ſignificabatur, malè inſtituiſſe Græcos, quod tropæis Regum duntaxat nomina inſcriberent: alieno enim ſanguine partam gloriam intercipi.* Quemadmodum verò ab Imperatoribus & Tribunis milites ſæpe laudati, ſic etiam frequenter ipſi Imperatores Duceſque publicis acclamationibus & laudibus elati inveniuntur; præcipuè verò cum inaugurabantur, vel victores e prœlio redibant. Annales Francorum de Arnulfo Imperatore: *Regem honorificè cum laudibus & hymnis ſuſcipientes ad urbem perduxerunt.* Luithprandus lib.3. cap.7. *Ad Palatium autem minimè transfretavit, laudeſque juxta conſuetudinem Porphyrogenito minimè decantavit.* Panegyricus Berengarii:

Carolum ſic advenientem
Suſcepit, laudum modulamina dulcia cantans:

Jam verò laudes iſtæ adprecationes ferè erant victoriæ, vel vitæ diuturnioris. Vide *Acclamatio*.

2. Et hæc quidem de attributa bellatoribus laude a ſupremis exercituum Ductoribus. Quoniam verò viris militaribus vitio verti ſolet, quod indulgentiores & nimiuſculè proni eſſe ſoleant in propriis laudibus uſurpandis, ſuiſque commemorandis præclarè factis, locus admonet ipſe, ut id etiam in præſentem veniat tractationem. Equidem ſapientiſſimè ſcripſit Xenophon, laudem ut ab aliis profectam ſuaviſſimam auditu eſſe, ſic omnibus moleſtiſſimam, quam ſibi vaniſſimi quidam rerum ſuarum oſtentatores attribuunt. Reputamus quippe injuſtè alios ſe ipſos laudare, & quaſi uſurpare præconia illa, quæ aliorum fuiſſet tradere & impertire. Atque hinc profecto riſus ciendi gratiâ, cum ſcurris & paraſitis, in Comicas fabulas inſeri adſcirique ſolent milites glorioſi, cujuſmodi ſunt apud Terentium & Plautum Thraſones illi & Pyrgopolynicæ, qui ſcurrili ſua magniloquentia ſpectatorum animos mirificè allieiunt hilarantque. Antiopæ certè riſum extorqueant Pyrgopolynicę illa apud Plaut. in Milit.

Curate, ut ſplendor meo ſit clypeo clarior,
Quam ſolis radii eſſe, olim cum ſudum'ſt, ſolent:
Ut, ubi uſus veniat, contra conſerta manu
Oculorum præſtinguat aciem in acie hoſtibus.
Nam ego hanc machæram mihi conſolari volo,
Ne lamentetur, neve animum deſpondeat,
Quia ſe jampridem feriatam geſtitem,
Quæ miſera geſtit fartum facere ex hoſtibus.

Sed intempeſtiva hac gloriæ ambitione atque jactantia valere juſſa extra Comœdiam, uſuvenire tamen non inficiabor, ut audendum ſit quandoque viro ingenuo atque adeo militari, de ſe ipſo aliquid dicere. Ejus rei plures honeſtæque ſunt cauſæ. Et primò quidem honorificum virtutis atque ſtrenuitatis nomen illuſtribus facinoribus ab aliquo comparatum præſtare poteſt, ut idem glorioſum quidpiam de ſe ipſo citra jactantiæ vitium proloqui poſſit; præſertim ſi fama moderationis captatam tempeſtivè gloriolam protegat. Huc pertinet illud Æneæ, qui Lauſo in conflictu interempto, commiſeratione præſtantiſſimi juvenis commotus dixiſſe legitur apud Virgil. lib. 10.

Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem;
Æneæ magni dextrâ cadis.

Quod ita redditur à Torquato Cant. 6.

Renditi vinto, e per tua gloria haſti,
Che dir potrai che contro me pugnaſti.

Idem Virgil. l.11.

nomen tamen haud leve patrum
Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillæ.

Item Ovid. Metamor. 9.

nec tam
Turpe fuit vinci, quam contendiſſe decorum eſt;
Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor.

Adde Stat. Theb.9.

non inficiamur honorem
Mortis, ait; refer huc oculos: ego vulneris auctor:
Lætus abi, multumque aliis jactantior umbris.

Nihil etiam putidum, ſed potius magnificum quidpiam honeſtumque ſpirat illa ejuſdem Æneæ prædicatio ad ſocios poſt occiſum Mezentium, quam refert Virgil. lib. 11.

Maxima res effecta, viri: timor omnis abeſto,
Quod ſupereſt. Hæc ſunt ſpolia, & de Rege ſuperbo
Primitiæ; manibuſque meis Mezentius hic eſt.

Nec damnandus apud Homerum Sthenelus, cum diceret Iliad.

Nos noſtris multò meliores patribus eſſe
Jactamus.

Sed neque improbandum, quod apud eundem Homerum perpetui moris eſt in egregiis bellatoribus, ineuntibus ſingulare certamen. Leguntur autem in mutuo conſpectu ſuſpenſis armis, non modò ſua quiſque præclarè facta prædicare per otium, verùm etiam mira ſuperbè prodere de majorum gloria, ac de ſplendore proſapiæ; ut quandoque integram ſuarum gentium genealogiam prolixè pertexant. Nec modo moleſta eſt, verùm etiam jucundiſſima auditu laudatio, ſi a ſene multis laboribus exercito, & victoriis illuſtrato proficiſcatur. Quis enim non avidiſſimè & ſum-

ſum-

ſumma cum voluptate excipiat Entellum ita ſe magnificè effereotem apud Virgil. lib. 5.

Si mihi, quæ quondam fuerat, quaque improbus iſte
Exultat fidens, ſi nunc foret illa juventa,
Haud equidem pretio inductus, pulchroque juvenco,
Veniſſem: nec dona moror.

Oſteoſiſque mox præmagnis ceſtibus, quos olim Eryx geſtaverat, illa addit:

Quid ſiquis ceſtus, ipſius & Herculis arma
Vidiſſet, triſtemque hoc ipſo in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc ſparſoque infecta cerebro.
His magnum Alciden contra ſtetit: his ego ſuetus,
Dum melior vires ſanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.

Quem locum imitatus eſt Taſſus, ubi ſic loquitur Raimundus C. 7.

Et io, bench' a gir curvo mi condanni
La grave età, non ſia che ciò ricuſi.
Schivino gl'altri i Martiali affanni;
Me non vuò gia che la vecchiezza ſcuſi.
O foſs'io pur ſu'l mio vigor degl'anni,
Qual ſete hor voi, che qui temendo chiuſi
Vi ſtate, e non vi muove ira, ò vergogna,
Contra lui, che vi ſgrida, e vi rampogna,
E quale allora fui, quando al coſpetto
Di tutta la Germania, a la gran Corte
Del ſecondo Corrado, aperſi il petto
Al feroce Leopoldo, e'l poſi a morte,
E fù d'alto valor piu chiaro effetto
Le ſpoglie riportar d'huom coſì forte,
Che s'alcuno hor fugaſſe inerme e ſolo
Di queſta ignobil turba un grande ſtuolo.
Se foſſe in me quella virtù, quel ſangue,
Di queſt'altier l'orgoglio havrei già ſpento.
Mà qualunque io mi ſia, non però langue
Il core in me, nè vecchio anco pavento;
E s'io pur rimarrò nel campo eſangue;
Nè il Pagan di vittoria andrà contento.
Armarmi i vuò, ſia queſto il dì, ch'illuſtri
Con novo honor tutti i miei ſcorſi luſtri.

Scipionem etiam, cum, tumultu Romæ exorto, prope ad exitium à ſuis æmulis raperetur, ad Capitolium confugientem opportunè a periculo liberavit prædicatio illa, qua palàm dicebat: non debere eos ſententiam de Scipione ferre, quibus ipſe decernendi poteſtatem ſuis victoriis paraviſſet. Et ea quidem a Scipiooe uſurpata laus eò fuit dignior & hooeſtior, quod ſummus ille Imperator de mortis diſcrimine declinando, gloriæque ſuæ defenſioue tunc ageret. Achilles apud Homerum, qui cæteroqui moderatè ſemper loquens inducitur, ut illa ſunt:

Si Juppiter olim
Concedet nobis evertere pergama Trojæ,

Contumelia tamen affectus meritò illa de ſe magnificè prædicabat:

Cæpi bis ſenas comitatus navibus Urbes.
Non etenim galeæ fulgorem cernere noſtræ
Cominùs audebunt.

Themiſtocles, cum apud ſuos, quos innumeris victoriis auxerat, ingenti invidia laboraret, arbori ſimilem ſe eſſe prædicavit, ſub cujus umbra, imminente tempeſtate, Athenienſes confugereot; qui tamen poſtea ejus beneficiis defatigati, & reddita ſerenitate, ejuſdem arboris frondes ſtringerent, ramoſque amputarent. Addit gratiam laudationi præſertim adhibitæ a ſenioribus, cum ſtudia & æmulationem excitat juoiorum ad patriam ſimilibus aut promeritis aut beneficiis exornandam. Hac ratione apud Homerum legitur, ſuos cooflictus atque victorias enarrando, Neſtorem generoſæ imitatioois ſcintillas io Patrocli pectus injeciſſe, novemque Græcos Heroes inſtigaſſe ad ſiogulare prœlium cum Hectore capeſſendum. Id quippe laudis geous adhortationis & incitamenti vim habet; animat ſiquidem & extimulat auditores; ac veluti exempli aquibuſdam propoſitis invitat ad ſimilem laudis materiam iovadendam. Teſtatur id triplex chorus apud Lacedæmones, quorum prior ſeniorum concinebat;

Nos fuimus olim juvenes valde ſtrenui:

Puerorum alter addebat:

Nos erimus olim fortiores plurimò;

Claudebant agmen juveoes eo verſiculo:

Fortes ſumus nos: fac, ſi vis, periculum.

Ille etiam a tempeſtiva laudatione pulcherrimus trahitur fructus, ut eadem imbecilliorum animi excitentur, & ſopita virtus ad agendum fortiter incendatur, Antigonus, moderatiſſimus cæteroqui faſtuque vacuus, io navali quodam prœlio, ut refert Plutarchus, amicorum quopiam objectante: Noo vides quaotò plures ſiot hoſtium naves? at ille: Me verò, inquit, pro quot quantiſque navibus numeras? Simile eſt quod apud Homerum legitur de Ulyſſe, commemoratione facinorum præteritorum addeote animos exterritis ſociis io freto Siculo oborta tempeſtate:

Non tamen hocce malum nunc grandius ingruit illo,
Cum nos vi tenuit vaſto Polyphemus in antro:
Ex [illegible] nos conſilioque
Fugimus,

Memoratus laudandi modus & ratio longè majorem gratiam habet, ſeſeque ioſinuat blandiùs, & pleniorem excitat alacritatem, cum Imperator de ſeipſo ſic quædam effert prædicatque, ut in ejus laudis communionem milites etiam vocet. Hioc aptiſſima illa vox, *Commilitones*, qua Duces utuntur, cum ad ſuos milites verba faciunt. Iiſdem nimirum ſe exæquando ſummam ab illis benevoleotiam & militaria ſtudia colligunt. Hioc apud Livium, Saluſtium, alioſque præclaros Hiſtoricos illa ubique occurrit ſolertia Imperatoria in bellicis allocutiooibus pro ſuggeſtu vel tribunali ad ordines militares, Sic enim ipſi Duces ſua militibus ſtreouè facta commemoraot, ut numero multitudinis ioter alloqueodum ſemper utantur, & eadem illis communia faciaot. Perſpicuum id apud Livium in Oratione M. Claudii Marcelli, quæ extat lib. 27. ubi milites objurgat, ignaviamque illis objicit quòd Annibali terga verterint; utque eam ignaviæ ootam redintegrata virtute obliterent, his inter cætera adhortatur. *Qui pavor hic? qui terror? quæ repente, qui, & cum quibus pugnaretis, oblivio animos cepit? nempe iidem ſunt ii hoſtes, quos vincendo, & victos ſequendo priorem æſtatem abſumpſiſtis: quibus dies noctaſque fugientibus per hos dies inſtitiſtis: quos levibus prœliis fatigaſtis; quos heſterno die nec iter facere, nec caſtra ponere paſſi eſtis.* Ejuſdem exempli eſt oratio Annibalis, quæ apud eundem Livium extat lib. 21., ubi Punicus Ductor milites

aſpe-

aſpectu Alpium pavefactos increpat caſtigatque; & ad viriles animos ſumeodos impellit prædicatione facinorum præteritorum, partæque in multis conflictibus gloriæ: *Miror, quinam pectora veſtra ſemper impavida repens terror invaſerit. Per tot annos victores ſtipendia feciſtis; neque ante Hiſpaniâ exceſſiſtis, quàm omnes gentes & terræ, quas duo diverſa maria amplectuntur, Carthaginienſium eſſent: indignati deinde, quòd quicumque Saguntum obſediſſent, velut ob noxam, ſibi dedi poſtularet populus Rom. Iberum trajeciſtis ad delendum nomen Romanorum, liberandumque Orbem terrarum: tum nemini viſum id longum, quum ab accaſu Solis ad exortum intenderetis iter. Nunc, poſteaquam multo majorem partem itineris emenſam cernatis, Pyrenenm ſaltum inter ferociſſimas gentes ſuperatum; Rhodanum, tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam ipſius fluminis vi trajectum; in conſpectu Alpes habeatis, quarum alterum latus Italia eſt, in ipſis hoſtium portis fatigati ſubſiſtitis.* Memoratu digna illa, quæ apnd Taſſum Cant. 20. habet Gothefridus ad milites Cruceſignatos:

O de nemici di Giesù flagello
Campo mio domator del'Oriente,
Ecco l'ultimo giorno: eccovi quello,
Che già tanto bramaſte homai preſente,
Ne ſenz'alta cagion, che 'l ſuo rubella
Popolo in un s'accoglia, il Ciel conſente.
Ogni voſtro nimico hà quì congiunto,
Per fornir molte guerre in un ſol punto.

Et paucis ioterjectis.

Mà Capitano i ſon di gente eletta:
Pugnammo un tempo, e trionfammo inſieme,
E poſcia un tempo a mio voler l'hò retta;
Di chi di voi non sò la patria e'l ſeme,
Quale ſpada m'è ignota, ò qual ſaetta,
Benche per l'aria ancor ſoſpeſa ſi eme,
Non ſaprei dir s'è Franca, ò ſe d'Irlanda,
E quale a punto il braccio è, che la manda.
Chiedo ſolite coſe; ogn'un quì ſembri
Quel medeſmo ch'altrove i l'hò già viſto:
E l'uſato ſuo zelo habbia, e rimembri
L'honor ſuo, l'honor mia, l'honor di Chriſto.
Ite, abbattete gli empi, e i tronchi membri
Calcate, e ſtabilite il ſanto acquiſto.
Che più vi tengo a bada? aſſai diſtinto
Negli occhi voſtri il veggio: havete vinto.

Quæ Torquatus reddidit ex Lucano lib. 7.

cujus non militis enſem
Agnoſcam? cælumque tremens cum lãcea tranſit,
Dicere non fallar quo ſit vibrata lacerto.
Quod ſi ſigna Ducem unquam fallentia veſtrum
Conſpicio, facieſque truces, oculoſque minaces;
Viciſtis.

Præclare proiode dixit Plutarchus in opuſc. de Rep. a ſenibus adminiſtr. in pericolis & re ancipiti permultom conducere ad ſalutem authoritatem & exiſtimationem Imperatoris. Hæc porrò apud milites ingenua quadam egregiè factorum prædicatione conciliatur. Quod ſi a ſupremis Ducibus impertitæ militibus laudes cum incredibilem ipſis voluptatem ingignunt, tum acerrimum admovent calcar ad capeſſenda in poſterum præclara facinora; quanto credendum eſt jucunditatis pulcherrimæque ſpei ſenſu imbutum Aſcanium apud Virgil. lib. 9., cum eidem, poſt Remulum feliciſſimo teli jactu ſublatum de medio, Apollo ipſe ſic plauderet?

Macte nova virtute, puer: ſic itur ad aſtra,
Diis genite, & geniture Deos. Jure omnia bella
Gente ſub Aſſaraci fato ventura reſident,
Nec te Troja capit.

Sunt qui Æneam pudoris cancellos tranſiliiſſe opioantur, ubi apud Virgil. lib. 1. hæc fatur.

Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte Penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus.

Ejus cenſuræ levitas multis evincitur. Primum exemplo non caruit ea laus: Homer. l. 9. Odyſs.

Sum Uliſſes Laertiades, clarus dolis;
Et mea gloria Cælum attingit.

Accedit conſuetudo ſæculi Heroici, qua viri illuſtres, ut ſuperius indicavi, ſe ſuaque pro re nata celebrabant. Adſtrue Æneam in externa regione verſantem. Licet enim ſe inter ſuos ſuoſque commendare minus decorum videri poſſit, adhuc tamen peregrè agentes ſine vitio poſſunt proſapiam ſuam, & quæ laude digna geſſeruot, palam facere, ut honeſtè excipiantur, nec dedecoris ootam inurant ſuo generi & patriæ apud ignotos. Sed expendeodus io primis eſt præſens Æneæ ſtatus impendio calamitoſus; ut qui, amiſſis ſociis, claſſe lacera, ex adverſæ fortunæ caſibus quoquomodo nitebatur emergere. Ventoſa oſtentatio, & magnificè jactatæ laudes in proſpero rerum ſtatu odium pariunt. Calamitatibus obſiti, ſi ſua decora recenſeant, non modo commiſerationem, verum etiam benevolentiam provocant, & ea ſæpè cauſa levationem miſeriæ apud ingenuos, & generoſæ indolis animos, qui ægrè moleſtèque ferunt, iniquo fortunæ judicio virtutem opprimi. Ad hunc modum, quæ pulcherrima eſt Plutarchi comparatio, attollentes frontem, & cervicem ſuperbè efferentes faſtidire ſolemus. Contrà verò eos, qui in conflictu vel pugilatu deciderunt, ſi fortè ſe viriliter erigunt, lætiſſimis clamoribus, & edito per circum plauſu gratulantes excipimus & commendamus. Hæc & ſimilia ſi excipias, non erit cæteroqui diffitendum, riſum nauſeamque ciere putidas laudes ſibi attributas; jocoſumque quoddam & plauſibile inſaniæ genus reputari, ſuis ſponte commemoratis præconiis, beare ſe quoſdam, & evehere in ſublime; coronâ ſcilicet audientium noo obſcure faſtidiente jactaotiam intempeſtivam, bomboſque & vaniloquentiam ampulloſi buccinatoris. Contra verò nihil majori cum admiratione legimus vel audimus, quàm ſpectatiſſima virtute viros ea laudum ſuffimenta noo modo captantes aucupanteſque minimùm, verùm pro viribus refugientes & nauſeantes: vel quòd animi ſupra humanam conditiooem poſiti ſit ipſam poſtremò gloriam vincere; vel quod poſt alia præclarè facta id illis ſit unicè reliquum, ut io ipſo videantur pudore magnanimi. Ejuſmodi eſt illud Torquati Taſſi c. 18. de Rinaldo,

e'l Cavalier s'offerſe
Con brevi detti al riſchio, e alla fatica:
Mà negl'atti magnanimi ſi ſcierſe
Ch'aſſai farà, benche non molto ci dica.

Item illud Alamanni Gyr. Cort. c. 15.

Il buon Giron non alza gl'occhi a pena:
Pare a chi nol conoſce sbigottita.
Perche quel che ſi ſente forte all'opre,
Raro in ſembiante il ſuo buon cor diſcopre.

Et lib. 1.

Ma non l'oſan di dir, che intendon bena

Che'l

Che'l prometter ſoverchio a ſeberno viene;
E chi sà fare aſſai col porlar poco
Fà il futuro, e'l preterito più caro:
E che'l fumo ch'è troppo, adombra il foco,
E ch'l fà a riguardar men bello, e chiaro.

Eam laudem in Jugurtha expreſſit graviter Saluſtius: *Plurimum facere, & de ſe minimum loqui.*

3. Addo rem tractatu periculi plenam laudem eſſe, & cui, velut infidi ſubdolique maris pellaciæ, non ſit fidendum. Ut enim prætercam multis infames naufragiis & palàm exitioſas ſyrtes aſſentatorum, qui nonniſi proprium compendium quæritant, dum ſe benevolentiſſimos exhibent, perverſiſque laudationibus & ſermone accommodo, tanquam catuli voce, geſtuque caudæ, dominis abblandiuntur: declinandi inprimis ſunt ſcopuli latentes inſidiarum & fraudum, quarum petita a laudibus exordia in graviorem perniciem deſinunt. Audi Tacitum in Vit. Agric. *Peſſimum inimicorum genus laudantes.* Senſit id Manlius Valens apud eundem Scriptorem Hiſt. l. 1. *Secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum, & quo incautior deciperetur, palam laudatum.* De his fallaciarum Architectis Taſſus Geruſ. C. 2.

Gran fabro di calunnie, adorne in modi
Novi, che ſono accuſe, e pajon lodi.

Ad eundem typum illa ſunt Tacit. Annal. 11. *Interim Libonem ornat prætura, convictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior: adeo iram condiderat*: Et Annal. 14. *His adjicit complexum & oſcula, factus naturâ & conſuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis.* Uſque adeo depravati ſemel mores oſtentatione honeſtatis nequitiæ virus infuſcant; atque ipſa virtutis præmia & invitamenta corrumpunt.

4. In Grammaticorum gratiam addam poſtremò, ſumi interdum, præſertim a Poetis, laudem pro virtute, ſive laudis merito, qui loquendi modus planè figuratus eſt, cum effectus pro cauſa, vel contra; item conſequentia pro antecedentibus, vel contra, accipiuntur. Virgil. l. 10.

Quid tibi nunc miſerande puer pro laudibus iſtis,
Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum?

Et clariùs lib. 1. Æneid.

ſunt hic etiam ſua præmia laudi.

Et iterum lib. 5.

quæ munera Niſo
Digna dabis, primam merui qui laude coronam?

Similem idiotiſmum non ſemel exhibent Sacræ literæ. Hierem. 17. *Salvus ero, quoniam laus mea tu es.* Ubi *laus mea* eſt *fortitudo mea.* Et Iſai. cap. 48. *Propter nomen meum longè faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te.* Ideſt mea virtute & robore. Et pſalm. 65. *Date gloriam laudi ejus*, ideſt virtuti vel magnificentiæ: & in hunc modum ſæpe alibi, ut notat Martinus de Roa ſingular. lib. 1. cap. 13. Nec audiendus Ludovicus de la Cerda, qui adducta Virgilii teſtimonia aliorſum in Æneid. lib. 10. trahere nititur.

Lectica militaris. Specimen hujus aliquod, ſed tenue & ſubobſcurum legitur apud Scriptorem Suidæ operi inſertum, qui tradit intectam illam fuiſſe coriis boum ad formam lecticæ muliebris. Sed clariſſimum lecticæ militaris teſtimonium occurrit apud Curtium lib. 7. *Caſtris inde motis, lectica militari ferebatur, quam pro ſe quiſque equee pedeſque ſubire certabant. Equites cum quibus Rex prælia inire ſolitus erat, ſui muneris id eſſe cenſebant: Pedites, cum ſaucios commilitones ipſi geſtare aſſueviſſent, eripi ſibi proprium officium tum potiſſimum cum Rex geſtandus eſſet, querebantur. Rex in tanto utriuſque partis certamine, & ſibi difficilem, & præteritis gravem electionem futuram ratus invicem ſubire eos juſſit.* Non leviter demiror apertiſſimum hoc de Lectica militari Curtii teſtimonium, præteritum fuiſſe a Lipſio, qui Elect. lib. 1. cap. 19. profitetur congeſturum ſe omnia, quæ de veterum Lectica legiſſet. Idem ubi obiter tangit Lecticam militarem, præterito Curtii loco expreſſiſſimo, ad eandem Lecticam conatur trahere locum Taciti lib. 15., ubi ego multum caliginis video, ſi Taciti verba cum ſermone Curtii conferantur. Tria autem in præfatis Curtii verbis notare ſubit. Primùm Lecticam militarem vectabulum fuiſſe proprium militum vulnere vel morbo affectorum. Satis dilucidè id docent verba, ubi ait pedites conqueſtos eſſe quod ab equitibus præreptum ſibi eſſet officium geſtandi Lecticà Regem ſaucium, cum paſſim id muneris ſolerent ipſi exercere in ſaucios commilitones. Alterum eſt, Duces ipſos vulnere, ut dixi, vel morbo affectos geſtari Lectica ſolitos, Poſtremò non eſſe dubitandum video Lecticam non ſolùm ad fœminas, vel viatores, vel demum homines voluptuarios in otio urbico pertinuiſſe, verùm etiam proprium extitiſſe militare geſtamen, eaque non raro uſos morbo vel vulnere affectos Duces, ut plurimis Scriptorum prolatis teſtimoniis oſtendam in Tit. *Præſentia Imperatoris.* Invenio apud Sveton. in Calig. eum Cæſarem in expeditione Germanica Octophoro, quod procul dubio Lectica eſt ab octo lecticariis ſublata, partem aliquam itineris confeciſſe: *Admonitus de ſupplendo numero Batavorum, quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ impetum cepit: neque diſtulit, ſed legionibus & auxiliis undique excitis, delectibus ubique acerbiſſimè actis, contracto & omnis generis commeatu, quanto nunquam ante alius, iter ingreſſus eſt: confecitque modo tam feſtinanter & rapidè, ut prætorianæ cohortes contra morem ſigna jumentis imponere, & ita ſubſequi cogerentur: interdum adeo ſegniter & delicatè, ut octophoro veheretur, atque a propinquarum urbium plebe verri ſibi vias, & conſpergi propter pulverem exigeret.* Licet autem Caligulę octophorum ſpectare videatur ad Lecticam viatoriam, liquet tamen eandem & militarem fuiſſe, utpote adhibitam in bellica expeditione ad Germaniæ provincias. Jam verò minimè eſt dubium a lecto Lecticam dici, quoniam antiquitùs ejus uſus apud Romanos fuerit ad mortuos efferendos. Nepos in vita Attici: *Elatus eſt in lecticula, ut ipſe præſcripſerat, ſine ulla pompa funeris.* Tacit. 3. Hiſt. *Simul ferebatur Lecticula parvulus filius, velut in funebrem pompam.* Idem oſtendunt loci aliquot ex Martiali apud Lipſium ubi ſupra. Licet conjectare fuiſſe ſaltem antiquitùs vehiculum ſimile ſandapilæ; nec tam formâ quàm ornatu & elegantiâ ab eadem diſcrepaſſe, ut Lectica virorum illuſtrium, ſandapila fuerit ad uſum plebejorum, cum ad ſepulchrum efferrentur. Sed quoniam conſtat Lecticæ commodum etiam invalidos & vulnere vel morbo affectos habuiſſe, ut, omiſſis aliis, conſpicuum reddunt verba Curtii, ideo id genus Lecticæ,

mini-

Digitized by Google

minimùm diſtare crediderim a veterum Arcera, de qua vide proprio in loco. Optimè obſervat Lipſius nonniſi poſt bellum Punicum devicta Aſia invaluiſſe apud Romanos Lecticæ uſum apud vivos. Nec invalida ſunt argumenta, quæ deducit ex comœdiis Plauti, qui non uno in loco fœminarum delicias & geſtamina recenſens, nuſquam lecticarum meminit, quas omninò non reticuiſſet Poeta oſtentator morum ac deliciarum ſui ſæculi. Item non levis eſt ejuſdem conjectura de Lectica ad Romanos translata ex Cappadocia & Bithynia, provinciis a populo Romano ſuperatis: ex quibus inſtrumenta illa deſidiæ Roma primùm habuerit. Cic. lib. 5. in Verr. *Nam, ut mos fuit Bithyniæ Regibus lectica octophoro ferebatur*. Et quidem primus Lecticæ uſus apud Romanos vivos in agris potiùs quàm in urbe viguit, & peculiare fuit geſtamen viatorum. Paulatim poſtea inductæ in Urbem Lecticæ, ut non matronis duntaxat, verùm ipſis Cæſaribus deferendis inſervirent; ut neceſſe habuerint plus nimio crebreſcentes illas legibus compeſcere Cæſares. Sveton. in Jul. *Lecticarum uſum, item conchyliatæ veſtis, & margaritarum, niſi certis perſonis & ætatibus, perque certos dies ademit*. Idem Sveton. in Domitian. tradit eum Cæſarem ademiſſe probroſis fœminis Lecticarum uſum: uſque adeo invaluerat, urbe luxu perditâ, ſella plena deſidiæ. Nec verò omnis generis fœminæ in Lecticis cubabant, ant in earum pulvinis ſeſſitabant molliter & delicatulè, verùm etiam ex iiſdem, juſſis ſubſiſtere lecticariis, alloquebantur amatores ſuos. Atque hæc germana & genuina eſt mens Propertii lib. 4.

Colla cave inflectas ad ſummum obliqua theatrum.
Nec lectica tuæ ſidat aperta moræ.

In quibus verbis exponendis [illegible] laboraſſe Lipſium, locumque luxatum ſententiâ ſuâ, & perobſcurum ſanitati & perſpicuitati reddere conatum, in hunc modum caſtigato ſecundo verſiculo.

Ne lectica tuæ ſit adoperta moræ.

Ubi nihil neceſſe eſt vitioſam carmini ſyllabam intrudere, cum Poeta candidiſſimis verbis ſententiam ſuam aperuerit. Sermo ibi eſt de legibus, quas Cynthia amatori vati prę́ſcribit: utque in primo verſiculo ab eodem exigit ne in theatro in ſuperiorem partem, ubi fœminę ſcilicet ſpectabant, collum flecteret, ſic in ſubſequenti altero eundem monet, ne fœminas in lecticis per Urbem obvias alloquatur, eaſque & lecticarios ſubſiſtere jubeat, ut cum iiſdem molliculos ſermones miſceat. Id verſu illo,

Nec lectica tuæ ſidat aperta moræ,

tam nitidè exſequitur, quàm quod eſt nitidiſſimum. Senſus quippe eſt, nec obvias in lecticis fœminas appelles & cum iiſdem colloquium ſerendo diutulè commoreris. Ea eſt Ovidii ſententia lib. 1. de Art.

Interea ſive illa thoro reſupina feretur,
Lecticam Dominæ diſſimulanter adi:
Seu pedibus vacuis illi ſpatioſa teretur
Porticus, hic ſocias tu quoque junge moras;

Adhuc tamen craſſius in hujus interpretatione loci lapſus eſt Philippus Beroaldus, qui primùm hallucinatus eſt egregiè in iudicati carminis intelligentia, quod ſic exponit, tanquam Poeta ipſe lecticâ eſſet vehendus; cum palam ſit omnibus, ſermonem ibi eſſe de fœminis in lectica geſtatis. Nec tolerabile eſt, quod in eodem carmine immutat, ubi abjecta voce *ſidat*, reponit planè gratis *ſudet*, neſcio quem lecticariorum ſudorem comminiſcens: cum plane nihil, ut dixi, in eo verſiculo ſit emovendum, aut refingendum. Atqui non matronæ duntaxat, ant de plebe fœminę, verùm Cæſares ipſi notati ſugillatique ſunt, quod per effœminatam quandam animi mollitudinem non pedibus per Urbem incederent, vel equo veherentur, quod virorum eſt, ſed geſtari ſe lectica atque hominum humeris per flagitioſam deſidiam ſinerent. Tetigit hoc in aliis Romanorum Principibus Plinius Paneg. Ubi a contraria laude Trajanum ſuum ita evehit: *Jam hoc ipſum quod ingreſſus es, quam mirum lętumque? Nam priores invehi & importari ſolebant, non dico quadrijugo curru, & albentibus equis, ſed humeris hominum, quod arrogantius erat. Tu ſola corporis proceritate elatior aliis & excelſior non de patientia noſtra quendam triumphum, ſed de ſuperbia Principum egiſti.* Et alibi ibidem in eandem ſententiam ita loquitur. *Ante te Principes, faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu, uſum pedum amiſerant. Illos ergo humeri cerviceſque ſervorum ſuper ora noſtra; te fama, te gloria, te civium pietas, te libertas ſuper ipſos Principes vehunt.* Non abſimilem laudem in Theodoſio ſuo, nec impar in aliis Principibus vitium tangit carpitque Pacatus Paneg. *Quin ſi quando in lucem venire, & diem ferre potuiſſent, lecticis theniſque ſubvecti, & denſiſſima ſupra circumque virorum armorumque teſtudine ſenſim, utque ad numerum movebantur.* Jam ut ad lecticæ formam deveniam, palam eſt, ut notavi ex ipſo nomine, ad modulum lecti fuiſſe compactam; ita tamen, ut potentiorum lecticæ laxiores, tenujoris fortunæ hominum arctiores eſſent. Singularem verò porrectum ſtratumque hominem, non plures lectica Veterum capiebat; qui porrò ſi paulò craſſiores eſſent, lecticæ ſpatium omne complebant: ex quo acumen habet illud Juvenalis Satyr. 1.

lectica Mathonis
Plena ipſo.

Suſtentabatur autem lectulus gemino utrinque aſſere, eoque exemptili, ut indicat Svetonius in Caligula: *Ad primum tumultum lecticarii cum aſſeribus in auxilium accurrerunt.* Juvenalis etiam eorum aſſerum non ſemel mentionem iniicit: Satyr. 7.

Perque forum juvenes longo premit aſſere Medos.

Et Satyr. 3.

ferit hic cubito, ferit aſſere duro
Alter.

Sed & duplex lecticæ genus fuit; alterum tectæ, alterum adapertæ. Illa delicati & beatiores utebantur, quoniam & inclementiorem aerem non admitteret, & obviorum per vias prohiberet aſpectum. Suas tecta habebat feneſtellas ex velo vel linteamine obductas intus; extra verò ſpecularibus munitas. De ſpecularibus Juven Satyr. 4.

Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro.

De velaminibus verò ita ſcribit Aufidius Baſſus de Morte Ciceronia apud Senec. Suaſor. 7. *Cicero paulum remoto velo, poſtquam armatos vidit: Ego verò conſiſto, ait; accede veterane, & ſi hoc potes ſaltem recte facere, incide cervicem.* Adduci

duci quippe reducique vela poterant facili negotio. Ea velamenta plagulas dixit Svetonius in Tit. *Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, cum inde lectica transferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis cœlum, multumque conqueſtus eripi ſibi vitam immerenti.* Itaque ſi lectica vectus captare ſomnum vellet, plagulas introrſum obducebat ſpecularibus, eaque ratione clandebat feneſtram. Juvenal. Satyr. 3.

Namque facit clauſa ſomnum lectica feneſtra.

Sin autem cœlum, vel occurrentes vellet inſpicere, reducebat mano eaſdem plagulas. Lecticarum gerulos appellabant lecticarios, qui aſſeribus collo impoſitis lecticam vectabant, iique proprie ſubcollare dicebantur. Sveton. in Claud, *Ab his lecticæ impoſitus, & quia ſui diffugerant, viciſſim ſuccollantibus in caſtra delatus eſt.* Senec. Epiſt. 81. *Idem de iſtis licet omnibus dicas, quos ſupra capita hominum ſupraque turbam delicatos lectica ſuſpendit.* Ideo enim ſublimiores cæteris erant, quia aſſeres lecticæ veteris non manibus deferebant lecticarii, ut apud nos alicubi eſt in uſu in ſellis geſtatoriis, ſed collo ſuſtentabant. De numero antem lecticariorum illud conſtat, nec minores duobus, nec octo plures extitiſſe. Vili plebeculæ & popello duo ſatis erant lecticarii: honeſtiores quatuor adhibebant: illuſtrium virorum erat hexaphorum, ſive lectica a ſex gerulis bajulata. De hac Juven.

Cum jam ſexta cervice feratur.

Et Martial. lib.6.

Invidioſa tibi quam ſit lectica requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Et lib.2.

Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit,
Cum tamen hæc tua ſit, Zoile, Sandapila.

Geſtata ab octo ſervis lectica immodici erat luxus; quique eam adhibebant, licet fœminæ eſſent, notari inceſtique probris ſolebant. Apul. 11. Apolog. *Vectabatur octophoro. Vidiſtis profectò ipſi, qui adfuiſtis, quàm improba juvenum circumſpectatrix, quàm immodica ſui oſtentatrix.* Et Martial. lib.6.

Octophoro ſanus portatur, Avite, Philippus:
Hunc tu ſi ſanum credis, Avite, furis.

Ubi elegans Poetæ luſus eſt in voce *ſanus*, qui primùm ſumitur pro valido, iterum pro intelligente. Ex quo etiam habes, viros modeſtos frugique nonniſi valetudine morbis tentata octophoris uti conſueviſſe. Idem Poeta lib.11.

Octo Syris ſuffulta datur lectica puellæ.

Ex quibus verbis licet etiam cognoſcere lecticarios ferè fuiſſe homines Aſiaticos. Quod etiam liquet alterius Poetæ verſiculo de hexaphoro:

Quid te Cappadocum ſex onus eſſe juvat?

Ex quibus ſatis conſtat ab hominibus tantummodo lecticas geſtari ſolitas; atque adeo hoc nomine admodum abſimiles fuiſſe noſtris lecticis, quæ mulabus ferè geſtantur. Verùm Salmaſius ad Lamprid. in Heliogab. contendit etiam Veterum lecticas a mulis vel burdooibus geſtatas: quod etiam aſſerit de baſterna, quam nihil diſſimilem facit a lectica Veterum. Nititur autem Salmaſius vel maxime verbis Iſidori in Gloſſis, ubi ita ſcribit de baſterna: *Baſterna, tecta manualis.* Ubi Iſidorus pro eodem accipit geſtamine baſternam & lecticam: neque enim aliud quàm lecticam tectam intelligit illis verbis *tecta manualis.* Verùm vox illa *manualis* importuna eſt & aſpera Salmaſio, qui latè oſtendit baſternas non ab hominibus portari ſolitas, ſed a burdonibus, vel mulabus. Quocirca eam vocem configit, & pro *manualis* legendum putat *mannalis*; ut baſterna fuerit lectica tecta ducta a mannis, ideſt equis. Vide quæ diximus in voce *Baſterna*.

Lecticarii. Genus fueruot urbanæ militiæ inſtitutæ a Conſtantino, ad mortuos lectis impoſitos efferendos, ex quo illis nomen. Factum id pietate ejus Cæſaris, ut gratuitam hanc operam præſtaret vita functis. Memorantur autem lecticarii Novell. 43. & 59. Conſtantinopolitanæ urbis exemplo inducti poſtea in Urbem lecticarii, degebantque unis in caſtris, quæ vocabantur caſtra lecticariorum, iiſque in XIV. urbis regiooe locus attribuitur a Publio Victore.

Legati, orum. Duplici ſpecie ſub examen cadere poſſunt. Sunt enim alii militares Legati, Conſulares, vel Prætorii dicti, vel in provincias miſſi a Cæſaribus ævo poſteriori, ad eaſdem ipſorum nomine adminiſtrandas. In militia Romana fuit Præfecturæ genus Imperatoriæ proximum. Qui ea decorabantur, vicariam in exercitu obtinebant poteſtatem, Imperatore abſente. Iidem cum parte copiarum ad expeditiones mitti, vel præſidio præfici ſolebant. Veget. lib.2. cap.9. *Legati Imperatoris ad exercitus mittebantur ex Conſularibus, quibus Legiones & auxilia univerſa obtemperabant in ordinatione pacis, vel neceſſitate bellorum.* Eorum dignitatem dilucidè paucis expreſſit Dionyſius lib.2. *Eſt autem omnium res honoratiſſima & ſacerrima legatus; vim quidem ac poteſtatem Imperatoris habens, ſanctitudinem verò & venerationem Sacerdotis.* Quæſieris, quam ob cauſam legati ſanctitudinem tantopere prædicet Dionyſius. Expono ejus ſententiam verbis Cæſaris lib.2. de bello Civil. *Neque ſe ignorare, quod eſſet officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret.* Fiduciariam dicit Legati operam, quoniam is, redeuote Conſule vel Imperatore, eidem fide integra, & lege religiosè ſervata, exercitum dedebat in manus, omnique ſe imperio ſpoliabat. Præcipuum Legati munus erat conſulere: quamobrem nonniſi conſultiſſimi rerum bellicarum cum eo imperio ad exercitus mittebantur: ex qua quidem miſſione Legatis nomen. Eoſdem Cicero in Vatin. appellat nuncios Pacis ac Belli, & Authores bellici conſilii. Cæſar etiam lib.3. Bell. Civil. Legatum ab Imperatore accuratè diſcriminat: *Aliæ ſunt Legati partes atque Imperatoris: Alter omnia agere ad præſcriptum. Alter liberè ad ſummam rerum conſulere debet.* Lictores cum ſecuribus, aliaque Imperii Inſignia Legatos habuiſſe, non ex Livio ſolùm multis in locis, ſed ex ipſo diſcimus Cicerone, ubi agit de Verre Legato Dolabellæ Proconſulis: *In Achajam ſumptu publico, & Legationis nomine, cum imperio & ſecuribus miſſus eſt.* Notandum etiam hoc differre Legatos ab Imperatoribus, quod illi alienis auſpiciis res perficerent, propriis Imperatores; idcirco Auguſtus per legatos ferè omnia adminiſtraſſe legitur. Eandem ob cauſam legatis in prœlio victoribus fas non erat triumpbum agere; quoniam licet eorum doctus eſſet & imperium, auſpicia tamen non ipſorum erant, ſed Conſulis, vel Imperatoris, quantumvis abſentis. Scio Plutarchum, Dionem, & Gellium prodidiſſe a Ventidio, M. Antonii Legato, triumphatum eſſe

de

de Pacoro & Parthis, verùm id novi exempli fuit; quod etiam dicendum de Mario Legato Metelli Conſulis, & aliis quibuſdam exemplis, quæ congerit Alex. ab Alex. lib.6. cap.3. Legatorum numerus pro Senatus arbitrio, & voluntate Principum variatus eſt. Attributi tamen plerunque pro numero legionum, ut colligitur ex Polybio. Præfecturas etiam militares, ut ſunt cohortium, legionis, & ſimiles, Legationes militares appellatas fuiſſe poſteriorum Cæſarum ævo, author eſt Salmaſius in Capitolinum. Ipſi poſtremò Conſules deſignati, ubi primùm provincias ſortiti erant, ſibi adlegebant Legatos: quod ſi duo cum imperio proficiſcerentur Conſules, ſuos ſinguli nominabant. Eoſdem ſecretorum participes, expeditionum comites, inque omni bellica adminiſtratione conſiliarios & adjutores habebant. Contigit tamen ſæpe inter Legatos & Conſules exortas diſcordias in Reipublicæ graviſſimam perniciem exardeſcere; atrociuſque in Senatu quam in acie pugnari ſuffragiis ob crebras adversùs Conſules Legatorum criminationes.

2. Alia notione Legati ſunt, qui ultro citroque ad Aulas Principum commeant, nec ab eorum diſcedunt latere, per itinera etiam & peregrè eoſdem conſequentes. De horum dignitate & officio edidit librum ſingularem Fridericus de Marſelaer, ubi multis operosè Istèque diſputat de miniſterio Legatorum. Videndus Pancirolus rerum memorabilium lib. 1. de Legatis. Licet autem hodie præcipua Legatorum materia & copia ſit res politica, & de privatis urbaniſque negotiis cauſiſque ſuorum Principum agere cum externis Principibus, eorumque adminiſtris; nihilominus antiquitùs & præſertim apud Romanos, quos nimirum alia ex aliis bella reſpirare non ſinebant, bellicæ ferè tantùm curæ atque tractationes Legatos exercebant. Porrò longè major eorum uſus, qui ad certa duntaxat negocia militaria mitti ſolebant cum brevi atque temporaria poteſtate, confeſtim ſcilicet deſitura poſt res expeditas; quam eorum, qui fixas haberent ſedes, & ad diuturnum tempus alicubi detinebantur. Eorum porrò mittendorum præcipuæ atque crebriores erant cauſæ, vel ut ſuarum urbium aut populorum querelas afferrent: velut de partis victoriis gratularentur; vel demum ut implorarent auxilia, vel eadem aliis pollicerentur. De his in dictionibus *Auxilium*, *Gratulationes de victoriis*, & *Querelæ de belli injuriis*, diximus ſingillatim. In univerſum hic quædam de Legatis adnotare, non fuerit pœnitendi laboris. A legando autem, ideſt, mittendo, non apud Latinos duntaxat, verùm etiam apud Græcos Legati dicuntur. Iidem Oratores dicti, quoniam antiquitùs deprecabundi accedebant ad opem petendam. Ex quo habitus eorum peculiaris erat, infulis ac velamentis tegi, ut Livius Dec. 4. lib. 7. deſcribit Thejos Oratores. Præferebant etiam oleæ ramos. Idem Liv. lib. 39. *Ramos oleæ, ac velamenta alia ſupplicum porrigentes orare, ut reciperent ſeſe.* Ad eandem formam illos deſcribit Virgil. lib. 7.

Præferimus manibus vittas & verba precantū.

Idem ibidem:

Centum Oratores auguſta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.

Et lib. 8.

Ipſe Oratores ad me, regnique coronam
Cum ſceptro miſit.

Et lib. 11.

Jamque Oratores aderant ex urbe Latina
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.

Et iterum ibidem.

Centum Oratores prima de gente Latinos
Ire placet, paciſque manu prætendere ramos.

Ex quibus locis dicti ratio conſtat Budæo, affirmanti nomen Oratoris eorum propriè Legatorum extitiſſe, qui aliquid conquererentur & prompta auxilia flagitarent. Invaluit tamen poſtea, ut idem Oratorum nomen Legatis omnis generis adhæreſceret. Ovid. Metam. lib. 13.

Mittor & Iliacas audax Orator ad arces.

3. Meritò autem ad id muneris adleguntur quorum probatiſſima eſt fides, ſumma dexteritas, rerumque agendarum peritia. Agunt quippe apud exteros quaſi Principum ſuorum oculos, aures, manuſque longas, ad obſervandum & conficienda negocia. Fructus legationum pulcherrimus ille eſt, ut ſine bello impetrentur, quæ amicè poſtulantur per Oratores. Cyrus apud Xenophon. de Inſtit. Cyr. lib. 8. peſſimè rebus ſuis proſpectum eſſe arbitrabatur, ſi non eos, quò opus eſſet, Legatos mitteret, qui omnium oculatiſſimi eſſent & ſagaciſſimi. Certiſſimum etiam ſibi eſſe dicebat Pyrrhus longè plures arces, urbeſque obtinuiſſe ſe eloquentia Cyneæ, quem ſummæ facundiæ virum ad hoſtes ſolebat præmittere, quàm ſuarum nervis & robore copiarum. Sicut autem Principes ſeriò ac diligenter providere debent, ne cui rerum tractationem, niſi ſpectabili fide, expertaque multis documentis ſolertia & diligentia viro committant; non abſimilem in modum fides publica & ratio poſtulant, nequis curarum moles laboreſque in ſe recipiat, niſi exploratis prius viribus; cum ſæpe Legatorum incuria aut imperitia urbes præſtantiſſimas, magnoſque Principes in exitium dederit. Contra verò conſilia a Legatis, præſertim in re ſubita, capta prudenter, & multis ſæpe victoriis eos, a quibus miſſi ſunt, & ſummæ inprimis comparatione gloriæ cumularunt. Quam opportunum, & Romanæ Reipublicæ honorificum fuit Popilii commentum, cum a Senatu juſſus edicere Antiocho, ut exercitum abduceret ex Ægypto, neque de intervertendo Ptolemæi pupillorum regno cogitaret, elata fronte & interrita, atque ipſo taciturnitatis ſtudio metuendus, eundem Regem circulo circumſcripſit atque concluſit bacillo ſuo; utque ibi conſiſtens deliberaret coram univerſo procerum conventu imperavit? Qua Legati voce perculſus Rex ex Senatus ſententia ſe ſcilicet facturum, ne latum quidem unguem a circulo diſcedens, profeſſus eſt. Mirum proinde non eſt, Legatorum nomen apud omnes Principes inviolatum, eorumque jus apud efferatiſſimas etiam gentes ſanctiſſimum ſemper fuiſſe habitum.

4. Singularis ea Legatorum dignitas effecit apud Veteres, ut in Deorum Templis Legatos excipi uſitatiſſimum eſſet. Non alio certe in loco Legatos Trojanorum excepit Rex Latinus apud Virgil. lib. 7.

Tali intus templo Divûm, patriaque Latinus
Sede ſedens Teucros ad ſeſe in tecta vocavit.

Idem diſertè habet Valer. Flacc. lib. 5. Argon.

Phœbi genitoris ad aras
Ventum, ait: huc adytis jam ſe de more paternis

Digitized by Google

Rex feret; hic proceres audit populoſque precantes.

Silius etiam lib. 1. Sagunti Legatos in templo auditos inducit a Romano Conſule:

Concilium vocat anguſtum, caſtaque beatos
Paupertate patres, ac nomina parta triumphis
Conſul, & æquantem Superos virtute Senatum.

Et infra:

In foribus ſacris, primoque in limine templi
Captivi currus.

Sed & Capuæ Legati in templo itidem audiuntur apud eundem Silium lib. 2. Idem confirmant Brodeus lib. 4. Miſcell. cap. 17. teſtimonio Demoſthenis Æſchinem criminantis, quòd huic mori non obtemperaſſet. Ubi verò in templis Legatos recipere non erat integrum, non illis extra urbem, ut cum aliis factitatum, a Romanis dabatur hoſpitium; ſed aſſignabantur Ædes liberæ, ſic appellatæ quoniam nullam pro iis Legati penſionem penderent. Frequens ejus conſuetudinis mentio apud Livium. Sic autem ſcribit lib. 30. *Ad hoc Ædes liberæ, loca, & lautia Legatis decreta.* Idem lib. 35. *Eumeni abſenti, & præſenti Attalo gratiæ actæ, Ædes liberæ decretæ.* Vide plura apud Donatum Dilucid. in Livium lib. 30. Mihi verò nimis anguſtè & exiliter videtur idem Donatus ſtatuere, liberas Legatorum Ædes ſic appellatas fuiſſe, quoniam gratuitæ eſſent, nec pro illis ullum pretium a Legatis ſolveretur. Minimum hoc & admodum parcum mihi eſt pro Romanorum magnificentia & dignitate Legatorum. Itaque amplius ſplendidiuſque aliquid liberarum Ædium nomine indicari ſuſpicor. Quid autem illud potiſſimum fuerit, ut conjectare multa poſſum, ſic nihil certi ſtatuere. Idem poſtea Donatus divinando ſubdit, liberas fortaſſe Ædes dictas, quod urbanæ militiæ & apparitoribus non eſſent obnoxiæ. Quoniam verò in memorato Livii loco lib. 30. præter Ædes liberas commemoratur locus & lautia, quæ Legatis ſolerent decerni, ab ea etiam officiorum parte ex Romanorum conſuetudine me paucis expediam, ex ejuſdem Donati ſententia. Vix aliud loci nomine indicari potuit, quàm ſtatio aſſignata Regibus vel eorum Legatis, vel in Senatu & comitio, vel in theatro ad ſpectandum pro Regia dignitate. De loco in Senatu ita Livius lib. 42. *Itaque omni modo per patronos hoſpiteſque diſceptandi cum Rege locum in Senatu quærebat.* De loco verò theatri Svetonius in Auguſto: *Romæ Legatos liberarum ſociarumque gentium in orcheſtra conſidere vetuit.* Addo excipi ſolitos Legatos in Villa publica. Ejus meminere Scriptores topographiæ Urbis veteris. Eadem conſpicitur in aliquot nummis. Lautia Turnebus, Sigonius, aliique interpretantur munera, quæ honoris gratia a populo Romano externis dabantur Principibus vel eorum Legatis. Eorum meminit Livius lib. 33. *Legati Regis Philippi debellati extra Urbem in Villam publicam deducti, ibique iis locus & lautia præbita, & ad Ædem Bellonæ Senatus.* Aſſentior plane eidem Donato, qui lautia munera exponit ad quotidianum victum ſpectantia, cujuſmodi etiamnum, propter honoris teſtificationem, mitti ſolent Principibus exteris, vel eorum Oratoribus. Optime verò id confirmatur ex eodem Livio, qui ferè lautia cum vaſis aureis, pecunia & hoſpitalibus conjungit. Adſtipulatur huic conjecturæ vox ipſa, quæ a pretio & raritate epularum originem habet: lautia nimirum procul dubio a lautitiis dicta ſunt; lautitiæ verò conviviorum ſunt peculiares. Cæterum lautia, quaſi dautia, unius mutatione literæ a dando dicta eſſe contendit Feſtus; & quidem antiquitus dautiorum nomen invaluiſſe, quemadmodum Livius *dacrimas*, pro *lacrimas* ſæpe poſuit. Vide Voſſium in Etymol.

5. Moris porrò fuit, ut pro magnitudine urbium vel Principum non ſine donis Legati mitterentur. Obſervavit id Virgil. in Oratoribus ad Latinum Regem miſſis. Sic autem lib. 7. loquitur de eorum donis:

Dat tibi præterea fortunæ parva prioris
Munera, relliquias Troja ex ardente receptas.
Hoc Pater Anchiſes auro libabat ad aras:
Hoc Priami geſtamen erat, cum jura vocatis
More daret populis, ſceptrumque, ſacerque tiaras,
Iliadumque labor veſtes.

Idem lib. 11. de Legatis ad Diomedem miſſis:

Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi,
Munera præferimus.

Hiſpanorum etiam Legati ad Annibalem non ſine donis mittuntur apud Silium lib. 2.

clypeum ſævo fulgore micantem
Oceani gentes Ductori dona ferebant,
Callaicæ telluris opus, galeamque coruſcis
Subnixam criſtis, vibrant cui vertice coni
Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.

Livius lib. 30. de Maſiniſſa: *Munera, quæ Legati ferrent Regi, decreverunt.* Cæſar lib. 1. Gall. *Cæſar initio orationis ſua Senatuſque in eum beneficia commemoravit; quòd Rex appellatus eſſet à Senatu, quòd amicus, quòd munera ampliſſime miſſa.* Adde Tacitum lib. 14. de Ptolemæo: *Qui ſcipionem eburneum, togam pictam, antiqua patrum munera darent.* Sed & crebrò aliàs apud Livium occurrunt tradita a Legatis munera. Inter quæ victoriam auream pondo cccxx. allatam memorat a Legatis Hieronis Regis Syracuſarum. Item coronam auream traditam a Legatis Saguntinorum. Et hujus quidem meminit lib. 28. aureæ verò Victoriæ lib. 25.

6. Ad ſignificandam Legatorum integritatem duplex addo Legationis exemplum a Romanis Oratoribus habitæ, quorum alterum religioſiſſimæ eſt fidei & cautionis, ſingularis alterum temperantiæ. Author autem eſt Valerius Max. lib. 2. cap. 2., Legatos Romanorum ad res repetendas Tarentum miſſos, cum non uno genere injuriarum eſſent affecti, atque adeo a Tarentino nebulone, & Sycophanta urina reſperſi, legationem quidem, quibus acceperunt verbis peregiſſe; de injuriis verò neutiquam fuiſſe conqueſtos, ne ullum adiicerent verbum, aut quidquam ultra hiſcerent, quàm iis eſſet imperatum. Idem Author lib. 4. cap. 3. ſcribit Legatos Romanorum ad Ptolemæum Regem miſſos, priuſquam de obita legatione referrent ad Senatum, intuliſſe in ærarium publicum munera, quæ privatim acceperant, nihil ſibi de eo miniſterio præter laudem bene adminiſtrati officii arrogantes. Reddita tamen poſtea populi permiſſu accepta Legatis munera Senatus voluit. Quamobrem aptiſſimè concludit idem Scriptor: *Ita in iiſdem Ptolemæi liberalitas, Legatorum abſtinentia, Senatus, ac populi Romani æquitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.* Hoc teſtimonio docemur inſuper, Legatos ipſos muneribus affici, fuiſſe ſolitum.

7. Co-

Digitized by Google

7. Copia adeundi Senatus a Legatis exterarum gentium petebatur prius certâ ferè formulâ, qua dari ſibi Senatum rogabaot. Livius lib. 30. *Legatis Carthaginienſium, & Philippi Regis (nam ii quoque venerant) petentibusnt Senatus ſibi daretur, reſponſum, juſſu Patrum, a Dictatore eſt, Conſules novos eis Senatum daturos eſſe*. Apud eundem lib. 45. legitur: *Cum Rhodii gratulatum ſe de victoria, purgatumque civitatis crimina dicentes veniſſe, petiiſſent, ut Senatus ſibi daretur*. Vide plura apud Briſſon. de Formulis lib. 2. Superadnotare non parcam, illud etiam interceſſiſſe diſcriminis apud Romanos, in excipiendis hoſtium, vel ſociorum Legatis, ut hi quidem in urbe exciperentur hoſpitio, illis verò extra urbem daretur Senatus. Non fugit diligeotiam Servii id obſervare ad Virgilii lib. 7.

ille intra tecta vocari
Imperat.

Ubi hæc Servius: *Diſſentit hoc loco a Romana conſuetudine. Nam Legati, ſi quando incogniti venire nunciarentur, primò quid vellent ab exploratoribus requirebatur; poſt ad eos egrediebantur Magiſtratus minores; & tunc demum Senatus extra urbem poſtulata noſcebat*. Livius etiam lib. 30. ſcribit, Legatos Carthagioieoſes Urbem ingredi vetitos, hoſpitiumque iis in villa publica, Seoatumque ad Ædem Bellonæ datum fuiſſe. Apud eundem Scriptorem lib. 45., Legati Rhodiorum queruntur, ſe prope hoſtium more, extra urbem manere juſſos.

8. Quod ſi æquitas & juſta cauſa id ſuaderet, nihil cunctabatur Romanus Senatus, humaoitate depoſita, ſeveriùs atque adeo ferociùs in Legatos agere. Nihil opus eſt rem apertiſſimam exemplis loogiorem facere, quæ ubique ſe obiiciunt volutantibus memorias Antiquitatis. Nec tameo idcircò labori parcam quædam ſubiicieodi, quoniam formulis id verbiſque conceptis actitatum, quæ ad normam inſtitutionemque proficiunt in re ſimili. Ex Appiano lib. 1. Bellor. Civil. diſcimus, cum Gracchus & Flaccus, Aventino monte occupato, Legatos miſiſſeot ad Senatum de concordia acturos, a Senatu reſponſum: venireot ipſi potius poſitis armis, & quæ vellent dicerent: aliàs non eſſe, cur quemquam in poſterum mitterent. Cum verò Legati Circejenſes petiiſſent aditum io Senatum, ut ſe de crimine Volſci belli purgareot, denunciatum illis eſt ab Senatu, ut ſcribit Livius lib. 6. *Faceſſerent properè ex Urbe, ab ore, atque oculis populi Romani*. Notatu etiam dignum eſt reſponſum illud ad Samnites ex eodem Livio lib. 9. *Niſi ſæpe bellum parantes pacem petiiſſent Samnites, de pace tranſigi potuiſſe: nunc quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus ſtandum eſſe*. Item illud ad Legatos Perſei Regis ex eodem lib. 42. *Renunciare Regi, P. Licinium Conſulem brevi cum exercitu futurum in Macedonia. Ad eum, ſi ſatisfacere in animo eſſet, mitterent Legatos, Romam quod præterea mitterent, non eſſe*. Iiſdem verò etiam imperatum, *Ut mœnibus urbis Romæ extemplò, Italiâ intra* xxx. *diem excederent*. Legati Ætolorum Urbe eodem die, Italia intra quindecim dies excedere juſſi, ut idem habet Livius lib. 37. Etiam ſeveriùs illud in eorundem Ætolorum Legatos ex eodem Hiſtorici libro: *Ut eo die juberentur proficiſci ab Urbe, & intra quintum decimum diem Italiâ excedere. A. Terentius Varro ad cuſtodiendum iter eorum miſſus*. *Denunciatumque, ſiqua deinde Legatio ex Ætolis, niſi permiſſu Imperatoris, qui eam provinciam obtineret, ac cum Legato Romano veniſſet Romam, pro hoſtibus omnes futuros*. Vide plura apud Briſſon. de Formul. lib. 2. & Grotium de Jur. Bell. & Pac.

9. Præter Legatiooem militarem crebro legitur præſertim apud Tullium aliud Legationis genus, quæ libera dicitur. De hac Sveton. in Tiberio: *Negante eo deſtinatoe Magiſtratus abeſſe oportere, ut præſentes honori acquieſcerent, Prætor deſignatus liberam legationem impetravit*. Sed Cicero longè frequentiùs. Epiſt. Famil. *Negotiorum ſuorum causâ legatus eſt in Africam Legatione libera*. Idem contra Rullum: *Legatos veſtros authoritate tenui, qui rerum privatarum cum legationes liberas obeant, tamen exteræ nationes ferre vix poſſunt*. Hæ verò Legationes non publicæ erant, ut militares, ſed privatæ: liberæ verò appellabaotur, quoolam oullum illis præfinitum tempus erat decretum, ſed trahebantur pro arbitrio eorum, qui negociorum ſuorum cauſâ eas obirent. Eas quidem cohibuit Cicero in ſuo Conſulatu, fecitque annuas; ſed Lege Julia ad quinquennium durabant. Cicero ad Atticum lib. 15. Epiſt. 11. *Habent, opinor, liberæ Legationes definitum tempus Lege Julia, nec facilè addi poteſt: bella eſt autem hujus juris quinquennii licentia*. Nihil certè curationis publicæ continebant Legationes liberæ, ſed erat honorarius Magiſtratus, qui, ut ait Budæus io Pandect. hooeſtamenti causâ, & ad ſpeciem ac titulo tenus gerebatur, ut illuſtres honeſtiſſimique cives, qui voti ſolvendi, vel oomioa exigendi causâ, proficiſcebantur extra Urbem, ſignificatione illa publici hoooris commendarentur. Quæſitus etiam ioterdum ex legatione libera color ad [illegible] urbana. Legimus quippe apud Plutarchum in Gracchis libera io Aſiam legatione cohoneſtatum fuiſſe a Senatu Scipionem Naſicam, ut declinaret odium iratæ plebis ob mortem Tiberii Gracchi, cujus illum authorem ferebat. Vide præter Budæum, Marcellom Donatum Dilucid. ad Sveton. in Tiberio cap. 31. ad Hiſtorici verba ſuperiùs relata.

Legatio, onis. Pro ipſis Legatis. Liv. Dec. 4. lib. 4. *Ibi omnium civitatum Legationes in concionis modum circumfuſas eſt allocutus*. Idem ibidem: *Hæ Legationes a C. Scribonio Prætore urbano in Senatum introductæ ſunt*.

Legata, æ. Quæ Legatione fungitur. Oratrix. Ovid. Epiſt. 3.

Mittite me, Danai, Dominum legata rogabo;
Multaque mandatis oſcula miſta feram.

Leges Militares. Vide *Diſciplina Militaris, Pax, Juſtitia armorum*.

Legio, onis. Optime docet Varro a militibus legendis Legionem dictam eſſe. Macedones Græcique, ut ſcribit Vegetius lib. 2. phalanges habuerunt; Galli, Celtiberi, barbaræque nationes plurimæ catervis utebantur. Romanorum propriæ fuere Legiones. Duabus quippe partibus exercitus conſtabat Romanus, Auxiliis, & Legionibus. Auxilia dicebantur milites lecti a ſociis, vel Provinciis domitis. Legionibus nomina dabant Romani ſolùm cives ingenui; quibus proinde patebat aditus ad munera militaria, ſtipendia, dona Imperatoria, & prædæ diviſionem. Legionem ad ſex millia Peditum, Equites

verò ſexcentos extenſam ab ipſo Romulo; poſt Sabinos acceptos in Civitatem, Author eſt Plutarchus. Id quidem pleriſque Scriptoribus admodum durum videtur, cum non niſi aliquot poſt ſæcula eum Legiones habuiſſe numerum conſtet. Lipſio tamen non omninò incredibile videtur, vel duplicatum ab ipſo Romulo numerum Legionum, vel auctum paulò poſt a Tullo Hoſtilio, quem omnem militarem diſciplinam, artemque bellandi condidiſſe meminit Florus. Verùm ea Lipſii opinio parum firmo nititur argumento, ac planè deceptum putaverim Plutarchum in recenſione ejus numeri ad Romuli Legionem. Poſt Romanos Reges ejectos ab illo Romuli numero trium millium, quater millenæ leguntur Romanæ Legiones: decemque eo conſtantes numero P. Valerium Publicolam conſcripſiſſe, tradit Dionyſius lib. 6. Eodem numero eas fuiſſe bello Volſcenti refert Livius lib. 6. Additi tamen poſt triginta facilè annos quater millenis illis ducenti, & numerus plane ille perdiu in Republica manſit; ut obſervare eſt apud memoratum Livium in bello adversùs Pyrrhum & Annibalem. Præfati verò Annibalis tempore auctæ Legiones, ut idem Hiſtoricus memorat ad quina millia: *Numero quoque Peditum Equitumque Legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in ſingulas adjectis*. Hoc ipſum tamen non ita fuit firmum, ut ejus numeri variationem non habuerit, & quandoque ad priora illa quaterna redierit legio, ut non uno in loco indicatur a Polybio. Poſtremò trajecturus in Africam Scipio ſex millium Legiones fecit: ſic enim Livius lib. 30. *Supplevit ita Legiones ut ſingulæ ſena millia, & ducenos Pedites, trecentos haberent Equites*. Similia tradit idem Livius de bello Macedonico: *Id provinciæ Macedoniæ datum, quod cum alterius Conſulis Legionibus quina millia & ducenti equites ex vetere instituto darentur in Legiones ſingulas, in Macedoniam ſena millia peditum ſcribi juſſa, equites treceni æqualiter in ſingulas*. Vides quibus incrementis, & quo gradatim ordine ac ſerie ab inſtituta a Romulo Legione trium millum, ad ſena millia & ducenos pedites, Equites verò trecentos ſit deventum, Quod attinet membra ipſa Legionis, Salmaſius lib, de re Milit, Rom. author eſt Legionem antiquam & Polybianam ab armis diviſam fuiſſe in Haſtatos, & Pilanos: ab ætate in Haſtatos juniores, robuſtiores Principes, & veteranos Triarios. Totam porrò Legionem habuiſſe decem manipulos, adjectis tamen velitibus, qui per ſingulos manipulos æqualiter erant diſperſi. Idem Author ſubdit Cæſarum ævo diviſam Legionem in decem cohortes; cohortes ipſas in ternos manipulos; manipulos verò in binas centurias. Circa ejuſmodi Legionem locari conſueviſſe tanquam alas quaſdam, equitum ordines, docet Gellius lib. 16. c. 4. *Alæ dictæ exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra ſiniſtraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur*. De ipſarum etiam numero Legionum ſcias admodum fuiſſe variatum. Quatuor primùm conſcribi ſolitæ, binæque ſingulis Conſulibus aſſignari, quibus addita ſociorum auxilia, exercitum juſtum conficiebant, Poſteriorum temporum neceſſitas, & ambitio Cæſarum fecit, ut longè plures conſcriberentur Legiones. Apud Livium quidem decem, ſexdecim, decem & octo, & etiam plures legimus. Apud Dionem etiam viginti quinque. M. Antonius habet in nummis viginti quatuor.

2. Licet autem nomina Legionum a numero, & ſucceſſione delectus haberentur, atque ad eam formam nominarentur Prima, Secunda, Tertia, & Quarta Legio, & ſic de reliquis; nibilominus liquet eaſdem præter nomenclaturam numeralem alia inſuper cognomenta ſuſcepiſſe. Id autem contigit vel appellatione facta ab ipſis provinciis, vel a Ducibus, vel a præſtantia virtutis, vel ab inſignibus, aliiſque eventibus & facinoribus bellicis. Martia ab excellentia militaris virtutis duplex audiit legio, Cęſaris multo maxime ſtudioſiſſima. De illis hæc habet Appianus lib. 4. de Bell. Civil. *Duas Legiones Martias, ob audaciam dictas, quæ Cæſarem ſunt ſecutæ*. Idem Cęſar legioni, quam in Gallia Tranſalpina conflavit, Alaudæ nomen fecit, ab Alauda, quæ avis eſt, alio nomine galerita, quæ plumam gerit in capite elevatam, ad modum criſtæ galearum. Neque enim audiendi ſunt, qui eam Legionem ſic nuncupatam ſcripſerunt, quoniam in ſignis militaribus delineatam ferret Alaudam. Conſtat ſiquidem Aquilam duntaxat Legionum ſignum extitiſſe. Non igitur eſt dubitandum Alaudæ appellationem fluxiſſe ad eam Legionem, quoniam erectiores haberet galeas, ad formam eminentis pinnulæ in capite Alaudæ avis. Minus autem probaverim, quod ſcribit Caſaubonus, Alaudarum ipſarum plumas geſtari conſueviſſe in galeis ejuſmodi legionariorum; quod conatur evincere ex uſu militum, aliarum avium plumas geſtantium in galeis. Ea ſanè obſervatio veriſſima eſt, & res tota plumaria galearum a nobis prolixè traditur in Titulo *Criſta*, Verùm plumas criſtarum, non niſi a majoribus avibus, ac ferè barbaricis mutuari ſolebant Romani milites. Futile certe & dedecoroſum fuiſſe ornamentum galeæ militaris pluma galeritæ, quæ minima eſt avis, nec ſatis conſpiciendas in militum galeis plumas habet. Alaudæ avis & Legionis meminit Plinius lib. 11. c. 37. *Galerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam Legioni nomen dederat Alauda*. Verùm de inſtitutione Legionis Alaudę notanda ſunt verba Svetonii in Jul. cap. 24. *Qua fiducia ad Legiones, quas a Republica acceperat, alias privato ſumptu addidit: unam etiam ex Tranſalpinis conſcriptam vocabulo quoque Gallico (Alauda enim appellabatur) quam diſciplina cultuque Romano inſtitutam & ornatam poſtea univerſa civitate donavit*. Ejuſdem Legionis meminit Cicero ad Attic. & in Philipp. Alia Legionum nomina tracta vel a Principibus, qui illas inſtituere, ut Auguſta, Claudiana, Flavia, Ulpia; vel a Provinciis ſubactis, ut Parthica, Scythica, Gallica; vel a Regionibus ipſis, ubi erant collocatæ & detinebantur, ut Italica, Forenſis, Cyrenaica. A nominibus etiam Deorum dictæ, Minervia & Apollinaris. Ab eventibus verò nominatæ, Adjutrix, Martia, Fulminatrix, Ferrata. Ex hac ultima fuiſſe Legione Centurionem illum in Judæa, cujus fidem impensè laudavit Chriſtus Dominus; author eſt Card. Baronius. Quoniam verò ſolebat contingere, ut variis locis conſtitutæ omnes primæ, ſecundæ, vel tertiæ vocarentur, ad tollendam confuſionem Inſtitutum eſt, ut priori nota numerali diſcernerentur. Atque hunc in modum Prima Adjutrix, Prima Parthica, Prima Minervia, & ſimili de cæteris modo earum appellatio-

Digitized by Google

nes non ſemel occurrunt apud Hiſtoricos.

3. Longè tameo amplum diſcrimen meritò ſtatuit Salmaſius de Re Milit. Rom. inter Legionem Polybianam, quæque vetuſtiſſima fuit, & maxime floruit tempore Scipionum, & Legionem poſterioris militiæ Romanæ, qualem ſub ſignis habuit Julius Cæſar. Plures verò inter utramque Legiooem idem Criticus obſervat diſcrimioum notas. Nam vetus illa diſtinguebatur ordinibus & manipulis; numerabatque Haſtatos primùm, quæ pubeſcentis ævi erat militia, tum verò Principes, quam exercitus partem viri fortes robuſtique complebant; poſtremo Triarios, quorum præ cæteris virtus multis experimeotis probata erat atque ſpectabilis. Ea porrò Veterum Legio nonniſi ducentos milites ſupra quaternos millenos ſupputabat; inter quos Triarii ſexcentorum numerum noo excedebant, etiamſi major aliqua acceſſio penes Principes vel Haſtatos fieret, ut tradit Polybius per hæc verba: *Quod ſi plures quatuor millibus in Legione numerentur, ſimiliter pro rata diviſionem faciunt.* Legio verò Ceſariana cohortibus ferè cooſtabat, juxta illud Virgilii Georg. 2.

Ut ſæpe ingenti bello, cum longa cohortes
Explicuit legio.

Nomeo verò Haſtatorum, Principum, & Triariorum per ea tempora aboleri antiquarique cœpit; aut certè eorum ordo & poſitura inverti, ut Principes primum locum obtioerent, quem in Legione veteri Haſtati duntaxat tuebantur. Et juxta hoc quidem diſcrimeo Legionis Polybianę & Cęſarianę expooenda quędam ſunt teſtimonia Vegetii, & Frontini de locatione & poſitura Haſtatorum, Principum, & Triariorum, qui longè ſecus ac in militia veteri ordinabantur. Iterum in legione Antiquorum a Polybio diligenter deſcripta certa quędam intervalla identidem relinquebantur, in quę ſe recipere poſſent Haſtati, ſi conflictum cientes ſuccumbere eos contigiſſet: nec impari modo eandem ob cauſam recipere ſe poterant Priocipes prœlio impares in Triariorum intervalla. Vetuſtam ejuſmodi rationem dimicandi priſcarum Legionum ad hunc modum Livius l. 8. accuratè deſcripſit. *Ubi his ordinibus exercitus instructus eſſet, Haſtati omnium primi pugnam inibant. Si Haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant. Tum Principum pugna erat. Haſtati ſequebantur. Triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſubrecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus quàm vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud Principes quoque haud ſatis proſperè pugnatum eſſet, a prima acie ad Triarios ſenſim referebantur. Inde rem ad Triarios rediſſe, cum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervalla ordinum ſuorum Principes, & Haſtatos recepiſſent, extemplò compreſſis ordinibus velut claudebant vias, unoque continenti agmine, jam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incedebant.* Atqui poſterior legio per cohortes, ut frequentiſſimè Cæſar ac Livius loquuntur, confertas inſtituebatur; neque enim ulla in ea pugnandi ratione neceſſitas erat intervallorum aut viarum patentium, io quas ſe reciperent bellatores, minus feliciter prœlio inito. Cohortes inſuper Cęſarianę ſexcentos ferè complectebantur milites, cum longe minore conſtarent oumero Polybianę Legionis maoipuli. Vide plura de hoc utriuſque Legionis diſcrimine apud Salmaſium pręfatum cap. 2. & ſeqq. Sua cuique Legioni aderat aquila io prima cohorte, quam cuſtodiebat Primipilus, ſive primus Triariorum Centurio. Eadem aquila haſtę præpilatæ ſuffixa geſtabatur in acie. Id Marius ſepties Conſul inſtituit, rejectis aliis barbaricis ſignis, lupo, equo, apro, ſue, & minotauro. Verùm hæc alibi latiùs digerimus.

Legiuncula, æ. Parva legio. Liv. lib. 5. Bell. Maced. *Vix ducrum malè plenarum Legiuncularum inſtar in caſtris regiis.*

Legionarius, a, um. Ut Legionarii milites, Legiooariæ cohortes, quod eſt frequeotiſſimum apud Livium, & Cæſarem. Aſinius Pollio Ciceroni lib. 10. Epiſt. 32. *Militem non modo Legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi.* Ab initio Legionarii ſtipeodio non meruerunt. Verùm, Anxure oppido Volſcorum capto direptoque acceperunt, primum ſtipendium pedites, & triennio poſt bello Vejenti etiam equites, ut habet Livius dec. 1.

Lembus, i. De hoc etiam oavigio Grammatici validè contentioſèque certant, Referendum inter bellica dubitari non ſinunt Livius, Diodorus, & Polybius. Livius Dec. 4. lib. 2. *Peninſula eſt Peloponneſus, anguſtis Iſthmi faucibus continenti adhærens, nulli apertior atque opportunior quàm navali bello. Si centum tectæ naves & quinquaginta leviores apertæ, & triginta Iſſaici Lembi maritimam oram vaſtare, & expoſitas prope in ipſis littoribus urbes cœperint oppugnare &c.* Diodorus verò lib. 20. inter bellicas onerarias Lembos recenſet, ubi refert impoſitas fuiſſe Lembis machinas, quæ quam longiſſimè tela emitterent; item machinatores fabroſque, qui machinationum uſum pernoſcerent dirigerentque. Iterum Liv. Dec. 5. l. 5. *Antenor, qui cum claſſe Lemborum ad Phanas ſtabat, Caſſandriam inde trajecit.* Idem Dec. 4. lib. 4. *Naves, quas civitatibus maritimis ademiſſet, redderet: neve ipſa navim ullam præter duos Lembos, qui non plus, quàm ſedecim remis agerentur, haberet.* Obſerva hic Lemborum minimos ſedecim adhuc remis inſtructos legi. Quantum verò hic diſtat apparatus a lintre piſcatorio, cujus generis navem Nonius Lembum facit. Et quidem quaſi de navicula fluviatili ſcripſit Virgil. lib. 1. Georg.

Non aliter quàm qui adverſo vix flumine Lembum
Remigiis ſubigit,

Ut rixantia iſthæc conciliemus, ad ſacram illam anchoram confugiendum eſt, ut vel majores minoreſque diſtinguamus Lembos; vel unico vocabulo plura navium genera Græcos compreheodiſſe fateamur. Verùm de ambagioſis ejuſmodi perplexiſque oexibus ſuper uſu & ſignificatione navium, præſertim Græcanicæ appellationis, uſque ad ravim & faſtidium a nobis eſt ſæpe dictum. Lembum a Cyreneoſibus inventum prodit Plinius.

Lembarii milites. Occurruot apud Vopiſcum in Aureliano per hæc verba: *Hi compreſſi ſunt ſeptem millibus Lembariorum, Ripirienſium, & Caſtrianorum.* Sciendum autem, duo Romaois fuiſſe claſſium genera. Alteræ maritimæ, alteræ fluviales eraot. Maritimas naves liburnas, fluviatiales Lembarias, vel luſorias appellabant.

Ila-

Harum uſus, ut tuerentur limites, quibus non alia erat, quàm a fluminibus oppoſitis cuſtodia, Erant autem inſtructæ militibus, qui à Lembis dicebantur Lembarii. Vide Salmaſium in Vopiſcum. Vide etiam *Laſoria*, *Claſſici*, & *Ripavienſes*.

Leno, onis. Propriè Conciliator: ab alliciendo, ut docet Feſtus. Et antiquitus quidem honeſta ſignificatione pro curſore vel internuncio ponebatur, tum in urbanis, tum in bellicis tractationibus. Juſtinus lib. 1. uſurpat pro Fecialibus, & Legatis: *Primus Scythis bellum indixit Vexores Rex Ægyptius, miſſis primo Leonibus, qui hoſtibus parendi legem dicerent.* Ex bona veterique Latina ſignificatione traductum eſt hoc vocabulum ad turpiſſimum miniſterium, indicandoſque propudioſos ſcortorum miniſtros.

Leoniferi. Inter vexillarios referuntur a Petro Diacono lib. 4. cap. 37. *Aquiliferos, Leoniferos, Lupiferos, Draconarios &c.* Sic autem appellati à Leonibus qui in vexillis erant depicti vel intexti.

Leſæ, arum. Genus machinæ ad muros ſubruendos. Occurrit ejus mentio apud inferioris ævi Scriptores. Eam ſic deſcribit Cedrenus in apparatu bellico Sultani adversùs Romanos: *Tabernacula quædam habens ex viminibus texta, & ſupernè bovillis coriis operta, quibus & rotæ erant ſubiectæ baſibus columnarum (vocant autem id genus machinas, Leſas) has inquam machinas habens, implevit eas copia militum, quos juſſit bidentes, dolabras, aliaque agreſtia inſtrumenta ferre; exiſtimans ſcilicet, paulatim admovere muris Leſas, atque ita ſubfodere aſſiduè & ſecure ipſa fundamenta.* Hæ & ſimiles machinæ, quæ memorantur a citerioris ævi Scriptoribus, ſimiles ferè ſunt pluteo & vineis Veterum, ut ſæpe notat Lipſius.

Levatura, æ. Pro porta cataracta. Vide *Saraceneſca*.

Leucopedes equi. Latinis pedes albos habentes, diverſi coloris corpore reliquo. *Balſani*. Unum vel duos pedes albos habentes dicimus *Balſani d'un piede, ò di due piedi*.

Levis armatura. Vide *Velites*.

Lex in manibus. Populari ſermone dicitur ad notandum, non ex præſcripto Juris, ſed per vim aliquid geri; quaſi gladius legis vim habeat. Virgil:

Dextra mihi Deus, & telum quod miſſile libro.

Ex quo Torquatus C. 2.

e ripone

Nella deſtra ſua legge e ſua ragione.

Liardus. Equi color. Albus quidem, ſed maculis interſtinctus. Menagius trahit a Græca voce λευκός, albus. Nicolaus Uptonus de Officio militari lib. 5.

En Saffadinus vidit quando Saladinus
Ictu Ricardi petiit poſtrema Liardi.

Italis *Leardo*.

Libella, æ. Diminutivum a libra. Pro pondere duodecim unciarum ſæpe ſumitur. Cic. 4. Verr. *Et quis Voleatio, ſi ſua ſponte veniſſet, unam libellam dediſſet?* Item Architectorum eſt inſtrumentum, duabus conſtans regulis, quarum duo conjuncta capita in angulum rectum deſinunt, dum altera divaricata triangulum rectangulum formant; tertia in medio regula additur. Hujus inſtrumenti ſummo capiti filum affigitur cum dependente plumbo, quod recidens ad perpendiculum monſtrat, utrum in orizontali ſit perfecto plano, an in alterutram inclinet partem quod eidem ad menſuram capiendam ſubeſt. Non ſolum in ædificiis, verùm etiam in machinis atque adeo bellicis magni eſt momenti. Eadem machina Canon vocatur. Italis *Archipendolo*, *Squadra*.

Liberalitas. Magnificentia quidem, atque munificentia peculiares quædam ſunt privatæque Principum virtutes: Liberalitas a ſui ſtudio cultuque mortalium nullum excludit. Ea verò in adminiſtratione bellorum a Regibus, & regiminis publici civitatibus exercetur in Duces de iiſdem præclarè meritos; a Ducibus verò in Magiſtratus inferiores atque adeo in milites ipſos oſtenditur, quorum nullo magis vinculo animi capiuntur, quam ſi pars prædæ & donativa ultra ſtipendii ſortem iiſdem appendantur. Eſt autem liberalitas virtus divitiarum contemptrix, cujus eſt curatio & munus opes atque pecuniam recte diſpenſare, præſertim erga calamitoſos. Pulcherrimæ honeſtiſſimæque ejuſdem virtutis ſociæ atque pediſſequæ ſunt comitas, affabilitas, humanitas, clementia. Verè enim pronunciatum eſt bis dare, qui quidpiam humaniter erogat, juxta illud Ovidii:

ſuper omnia vultus
Acceſſere boni.

Verùm de inſigni hoc humani animi honeſtamento & virtute ſpectatiſſima videndi Scriptores Ethici, ac præſertim Seneca in libris de Beneficiis. Illud pro re noſtra animadvertere non prætermittam, optima cum ratione divitiarum contemptum & largitiones referri ad fortitudinem. Vidit id Virgilius lib. 8. ubi illa leguntur Evandri ad Æneam hoſpitem:

Aude hoſpes contemnere opes:

Audendum eſſe dixit; neque enim apertiùs fortitudo animi depromitur, quàm in divitiarum contemptione. Exploratum idem & illuſtre habeas exemplo Abdalonymi apud Curtium lib. 4. *Admitti eum Rex protinus juſſit, diuque contemplatus: corporis, inquit, habitus, famæ generis non repugnat: ſed libet ſcire, inopiam qua patientia tuleris? Tum ille: utinam, inquit, eodem animo Regnum pati poſſim! Hæ manus ſuffecere deſiderio meo: nihil habenti, nihil defuit. Magnæ indolis ſpecimen ex hoc ſermone Abdalonymi cæpit. Itaque non Stratonis modò regiam ſupellectilem attribui ei juſſit, ſed pleraque etiam ex Perſica præda: regionem quoque urbi appoſitam ditioni ejus adjecit.* In hac narratione intuere, & cum animo diligenter expende geminum eximiumque virtutis teſtimonium, fortiſſimæ quidem magnanimitatis exercitæ in Abdalonymo, fortunæ injurias, præſentem inopiam, & conditionem infeliciſſimam deſpiciente, ac ferente quam fortiter; Regiæ verò liberalitatis ac potius munificentiæ in Alexandro, qui compertam viri virtutem, & opulentiſſimâ quâque fortunâ elatiorem animum ſplendidiſſimo prædæ munere, magnique Principatus adjectione cohoneſtavit. Injurioſus verò Alexandro ſuero, ſi de liberalitate verba faciens ab eodem diſceſſero, qui inter tot tamque præclaras virtutes nulla facilè magis nobilitatus eſt, quàm opum deſpicientiâ, ſplendidaque earum in viros bellica præſertim virtute præſtantes profuſione. Sic autem de illo Curtius

Digitized by Google

tius lib. 5. ubi de diviſione prædæ Perſicæ : *Dona deinde amicis , cæteriſque pro cujuſque merita dedit : propemodum omnia , quæ in ea urbe cœperat diſtributa .* Idem , ut refertur a Plutarcho in ejus vita , cum ſuccumbere oneri vidiſſet gregarium militem , mulum auro regio onuſtum agentem , quoniam defeſſo jumento ſarcinas in humeros ipſe ſuſtulerat : Ne defatigeris , inquit , ſed abſolve reliquum itineris , atque in tentorium tuum hoc defer . In amicis verò & familiaribus ditandis uſque adeo fuit prolixus , ut eâ cauſa non ſemel Olympias mater acerbiùs cum ipſo egerit per epiſtolas , quas ille tamen ſcrinio concluſas , ut ſitu marceſcerent , relinquebat . Sed & mira humanitatis teſtificatione beneficia cumulabat condiebatque , ut cum civitatem cuidam traderet , nec convenire ille fortunæ ſuæ tam illuſtre diceret præmium : At ego , inquit , nihil penſi habeo , quid te oporteat accipere , ſed quid me dare deceat . Id verò inſuper Alexandri munificentiæ pretium ſimul addebat & gratiam , quòd effuſiùs illa ſplendeſceret , quo majora caperet incrementa potentiæ . Huc pertinent ejuſdem Principis reſponſa illa magnanima : ut cum diſpenſatis ferèque abſumptis ærarii opibus , interrogaretur a Parmenione , quid Regi ſupereſſet ? Reſpondit ; ſpem acquirendi majora. Atque iterum eum quiſpiam percontaretur , ubinam ſuos haberet theſauros ? amicos oſtendit . Quæ & alia his ſimilia ſupra humanum faſtigium celſiſſimę indolis Regem ponere potuiſſent , niſi virtutis indolem , ut Plutarchus loquitur , ambitio vitiaſſet . Non abſimilia de Cyro referuntur a Xenophonte: ut cum nullum beneficiis amicos ſibi demerendi modum faciens, adderet , ſatis magnas opes optimo Principi in amicorum & ſubditorum fide conſtitui.Cui non eſt diſſonum Ptolemæi Ægyptiorum Regis effatum apud Ælianum , qui crebris illud ſermonibus uſurpabat : *Malle ſe ditare , quàm diteſcere .* Verùm mihi vel Alexandri Macedonis magnanimitatem excedere viſus eſt Xerxes Perſarum Rex , cui cum in expeditione adverſus Græciam , obvium ſe dediſſet in itinere Lydiæ Princeps, longe omnium , quotquot per ea tempora mortales erant , ditiſſimus , immenſamque eidem atque incredibilem auri vim polliceretur , Rex viri liberalitatem & generoſitatem animi exoſculatus, redditiſque pro oblata pecuniæ ſumma gratiis , ejuſdem opes e ſuo ærario auctas voluit , donec certam quandam pecuniæ ſummam conficerent , Rem memoratu digniſſimam accipe verbis Herodoti lib. 7. *In hac urbe reſidens Pythius Athis filius vir Lydus omnem Regis exercitum , atque ipſum Xerxem magnificentiſſimo hoſpitio excepit , ſpopónditque ſe pecuniam ei in bellum ſuppeditaturum:ob quam ſponſionem Xerxes eos,qui aderant, Perſas interrogavit , quiſnam eſſet Pythius , & quantum poſſidens , qui hoc polliceretur? Illi, Rex, inquiunt , hic ille eſt , qui Darium patrem tuum aurea Platano ac vite donavit , quique nunc omnium divitiis princeps eſt ſecundum te . Hæc ultima verba Xerxes admiratus ſecundo loco percontatus eſt ipſe Pythium, quantum ei pecuniarum eſſet . Cui ille , neque te , inquit , celabo Rex , neque diſſimulabo me ſcire meas ipſius facultates , ſed ſciens perinde exactè recenſebo : etenim poſtea quam accepi celerrimè te ad mare Græcum eſſe deſcenſurum , volens tibi ad bellum pecuniam dono dare ſubducta ratione comperi mihi eſſe argenti quidem dua millia talentorum,auri verò quadragies centena millia nummûm Daricorum ſeptem millibus minus , quæ tibi dono do : nam ipſi mihi victus e mancipiis , atque ex agricolis ſuppetit . Hæc Pythius. Quibus verbis delectatus Xerxes; Hoſpes Lyde , inquit , ego ex quo Perſide regione egreſſus ſum, neminem adhuc nactus ſum, qui in exercitum meum hoſpitalitatem exercere voluerit, aut qui in conſpectum meum veniens ſua ſponte pecuniam mihi ad bellum conferret præter te,qui & exercitum meum egregia hoſpitalitate proſecutus es , & ingentem pecuniam polliceris , ob quæ viciſſim ego te iis remunerandum duco : hoſpitem meum te facio , & iſta quadragies centena millia nummûm meo ipſius explebo datis ſeptem millibus , ne quadringentæ myriades , ideſt , quadragies centena millia ſint imperfecta ; ſed addito e meis ſupplemento ſumma ſit ſolida , quæque poſſideas , ipſe poſſideto , ac ſcito ſemper talem agere ; nam ita agentem te neque in præſens , neque in poſterum pœnitebit .* Adverte liberalitatem a *libero* ideſt nobili & ingenuo eſſe dictam; ut plane munificus animus virum nobilem , ſi non invenit , faciat . Fatendum tamen eſt eam pręcipuum in modum & depoſci in Principe & laudari . Hi nimirum ſunt , quos egenorum , ac ſapientum vel maxime œconomos Plato nuncupavit . Specioſo nimirum Dominorum nomine curatores & miniſtros agunt ornandi fortunandique publici ſtatus . Ea ratione dicuntur ipſi felices , qua olim Arabia apud Romanos , de qua illud erat publice effatum : *Nobis ſervit Arabia; & tamen ipſa Felix dicitur .* Congeſtas affatim divitias poſſident , quemadmodum deferri ſolent odores , quos alii habent, alii ſentiunt . Qui coacervatis opibus ſic utuntur , ſolem referunt , penes quem nulla eſt lucis particula, quam in rerum creatarum beneficium non diffundat . Contra verò qui in largitionibus & beneficentiæ uſu nullis precibus & obteſtationibus expugnari ſe ſinunt , imitantur auri fodinas , quæ in intimos obſcuriſſimoſque ſinus metalli pretia occulunt & abſtrudunt , terræque cumulis & miſtura diſſimulant , nec demum eorum aliis copiam faciunt , niſi impreſſis alte ligonibus coactæ atque proſciſſæ ; ut plane referant Helenam illam apud Ovidium,quæ non aliter Paridi annuit , quam indicato conſilio ut raperetur ,

Quod male perſuades, utinam bene cogere poſſis.
Vi mea ruſticitas excuticnda fuit .

LIBERATA , æ. Aliis LIBRATA . Veſtis diverſimodè colorata cum faſciis , tæniis , inſtitis , & limbis verſicoloribus , ad uſum diſtinguendi non urbanos ſolùm & civicos familiarum ſervos & pediſſequos ; verùm etiam ordines , manipulos , turmaſque bellatorum . Dicitur a liberando , ſeu deliberando , quod apud Scriptores infimæ Latinitatis fuit donare . Gallis *delivrer* . Ex quo apud eoſdem *Livree* , apud Italos verò *Livrea* , *Diviſa* . Capitul. Caroli Calvi : *Dedit omnibus licentiam, cum Dei gratia , & ſua redeundi ad propria, exceptis his , quos ſpecialiter pro ſpecialibus cauſis conſiderandis , vel pro dona liberanda , ſecum aliquantis diebus manere præcepit* . Ubi Sirmondus : *Liberare hoc loco eſt dare , quod aliis deliberare , delivrer* . Non aſſentior Ferrario a liberalitate potius , ſeu liberali largitione trahenti vocem *Liberata* & *Liberare* . Eſt enim liberare apud ejus ævi Scriptores rem liberam & alienæ poteſtatis facere cum dominii in alium translatione .

ne .

Digitized by Google

ne. Id quidem non negaverim a Principibus, vel Imperatoribus per animi liberalitatem fieri ſolitum. Non tamen proinde liberare & deliberare quidquam eſt aliud, quàm rem alteri liberam facere. Minus arridet idem Author, dum Italicam vocem *Livrea* trahit a limbis, ſive inſtitis verſicoloribus per hanc gradationem: *Limbus, Limbaria, Limberia, Librilia, Livrea,* Eſt plane indubitatum dici a deliberando, ex Gallorum *delivrer*. Altaſerra lib. 3. cap. 2. *Libratas dixerunt id genus veſtium, quod annuatim die ſolemni eas liberarent ſuis, ideſt erogarent.* Neque porrò, ut indicavi, Patriciorum duntaxat in urbibus famulatùs ea veſtium inſignia ſuere. Certatum ſæpe eſt a bellorum Moderatoribus in oſtentatione & pompa certis quibuſdam coloribus diſcriminatarum veſtium in ſuis manipulis & cohortibus. Jovius in vita Sforziæ cap. 14. *Cum uno autem Braccio, ætate, fortuna, virtuteque fermè æquali, arctiſſima familiaritate conjunctas, adeo fraternè & liberaliter amicitiam excoluit, ut aliquot annis inter ſe duo longe omnium in Italia maximi futuri duces conſilia, arma, equos, pecuniam, & tabernacala in communem uſum conferrent; iiſdemque vexillis, & laciniarum coloribus uterentur. Militaria enim ſagula ſingulis equitibus ab humero dextro in obliquum femur coccineo colore, e contraria verò parte per tranſverſum albo & cæleſti, alternatim undulato diſtinguebantur. Verùm ut aliquod ex propinquo diſcrimen foret, peracutos Sforzia fluctus, obtuſiores verò Braccius eleganter expreſſerant. Quorum inſignium argumentis atque coloribus hodie quoque utriuſque factionis ſtudioſos uti videmus, cum centum & quinquaginta quatuor anni numerentur, ex quo ea ipſi authores & Principes geſtare cœperint.* Id ipſum Corius Hiſt. Mediol. ſic expreſſit: *Sforza allogiando con Brazzo fece la diviſa ſua, che era la calza bian[illegible] e la manica roſſa, le giornee a quartieri ſeguitando la calza; ma la diviſa era ad onde ſtrette, e Brazzo la mutò al contrario ad onde larghe*, Meminit ejuſdem moris Jo. Villani lib. 12. *Veſtiti tutti inſieme d'un panno diviſato. Et oltre a ciò ciaſcuno almeno due donzelli, e chi tre veſtiti d'una aſſiſa, d'una partita.* Animadverſione dignum eſt verbum *liberare & deliberare*, Gallicè *delivrer*, ad omne genus victualium antiquitus permanaſſe; dictamque liberari rem annonariam, certumque vini ac potionis modum populo aut militibus diſtribuendum: adheſiſſe verò eam vocem, & ex illa dictionem Italicam *Livrea* precipuum in modum veſtibus multiplici colore diſcriminatis tum urbani & civici famulitii, tum manipulorum militarium. Diſertiſſimè rem totam tradidit Coſteus ad Legem Quoniam, Cod. de teſtibus: *Exhibitio in libris Juris, uſurpatur pro alimentorum præſtatione, quæ & liberatio dicitur, in veteri diplomate Philippi Audacis Regis Franciæ, quo Capellanis Capellæ Regiæ Pariſienſis concedit, ad prandium, vel ad cœnam, unam liberationem integram, videlicet* VIII. *denariatas panis, unum ſextarium vini, de vino quod militibus liberatur, quatuor denarios pro coquina, &* XII. *fruſta minoris candelæ, in perpetuum. Et ita apud veterem Authorem Hiſtoriæ Francicæ, paſſim legimus.* Il havet tant d'hommes a ſe livrance. *Quos ſcilicet exhibebat, vel liberabat, ideſt quibus neceſſaria ſubminiſtrabat, Ideoque hodie hac voce* Livree, *utuntur. Videlicet hi, qui erant ex eadem familia, & ex eadem habitatione, veſtibus ejuſdem coloris utebantur, quod pauci animadvertunt.* Memoratorum inſignium, & multiplici colore variatarum veſtium origo revocanda omninò eſt ad multifarias factiones ludorum Circenſium; cujuſmodi fuerunt Veneta, Praſina, Alba, & Ruſſata. Diſcriminabantur autem præfatæ factiones coloribus in ipſarum nominibus indicatis. Ii porrò tranſierunt poſtea non ſolùm ad veſtium & ornamentorum diſcrimina, verùm etiam ad diſtinctionem in ſcutis & teſſeris gentilitiia, quæ vulgò dicuntur *Arme delle Famiglie*, de quibus a nobis eſt abundè dictum in dictione *Inſignia*. Vide Mercurialem, alioſque Scriptores de Ludis Circenſibus, & coloribus Circenſium factionum.

Liberti, & Libertini. Primi ſunt, qui cum ſervi eſſent, facti ſunt liberi; Liberti, quaſi liberati dicti. Alteri ſunt e ſervis nati. Antiquo Romanorum more neutri legebantur in milites, cum ingenuorum peculiaris eſſet militia. Marius omnium primus homines ſervili genere conſcripſiſſe legitur, ut inter alios refert Plutarchus in ejus vita. Id poſtea frequentiùs uſurpari cœptum, præſertim bello ſociali. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 11. *Bello ſociali cohortium duodecim e libertinis conſcriptarum opera memorabilis virtutis apparuit.* Nam quod Livius ſcripſit lib. 10. *Nec ingenui modo, aut juniores ſacramento adacti ſunt ſed ſeniorum etiam cohortes factæ, Libertinique centuriati;* Id, inquam, tempori, & egeſtati eſt condonandum, præſertim in tumultu, ubi res propera promptum auxilium depoſcit.

Librarii. Quinam ſint in foro bellico docet Vegetius lib. 2. cap. 7. *Librarii: ab eo quod in libros referant rationes ad milites pertinentes.* Ad eum Vegetii locum producit Steuvechius Inſcriptionem Veterem Tarraconenſem: *C. TADIO. C. F. JANUARIO. PISAURENSI. VIXIT. ANN. XXXIV. C. TADIUS LUCANUS. LEG. VII. G. F. LIBR. OPTIME. DE. SE. MERITO.* Ubi verba illa. *LEG. VII. G. F. LIBR.* Interpretatur, Legionis Septimæ Geminæ Felicis Librarius.

Libratores. A librando, ideſt expendendo & examinando dicuntur. Et ii quidem, qui peritiam habent aquam librandi ad libellam, libratores appellantur a Plinio Ep. l. 10. 50. *Supereſt ut tu libratorem, vel architectam mittas, qui diligenter exploret, ſit-ne lacus altior mari, quem artifices regionis hujus quadraginta cubitis altiorem eſſe contendunt,* In re bellica propriè ſic appellantur, qui utuntur librilibus, ſive fuſtibalis, de quibus ſuo in loco egimus. Latiùs poſtea ſic dicti, qui ſaxa vel lapides jacientes eminus cum hoſtibus pugnarent: aut aliud miſſilium genus torquerent, quorum impetus jactuſque primùm eſſet arte expendendus. Vide Lipſium in Comment. ad ſequentia Taciti teſtimonia. Sic autem Tacit. 2. Annal. *Senſit Dux imparem comminùs pugnam, remotiſque paùlum legionibus, funditores, libratoreſque excutere tela, & proturbare hoſtem jubet.* Et iterum Annal. 13. *Libratoribus funditoribuſque attributus locus, unde eminùs lapides, ac glandes torquerent.* Hinc commodè Bombardarum ſeu tormentorum Libratores hodie vocamus, qui eas machinas juxta regulas artis ad ſcitè collineandum diſponunt. *Bombardieri.*

Libro, as. Jaculari cum certa regula, ictum impe-

petumque expendeodo. Plin. in Paneg. *Nihil a cæteris, niſi robore ac præſtantia differens, cum libero Marte, nunc cominùs tela librares, nunc vibrata ſuſciperes.*

LIBRAMENTUM, i. Apud rei bellicæ Scriptores ſunt funes, flagella, habenæ, lora, & quid ſimile, quo tormenta vibrantur ad explodendum vel emittendum. Tacit. Annal. *Cum vincula & libramenta tormentorum abſcidiſſent.* Hoc etiam nomine indicantur maſſæ plumbeæ, vel onera ſimilia, quibus machinæ expenduntur ad trutinam. Liv. lib. 8. dec. 4. *In arietes tollenonibus libramenta plumbi aut ſaxorum, ſtipiteſve robuſtos incutiebant.* Libramentum paſſim apud recentiores Scriptores dicitur etiam æquamentum, vocabulo ad ſpeciem quidem ſatis bellè rem exprimente, ſed vereor ut bonam Latinitatem ſapiat, licet illud recenſeant Gaza & Sipontinus.

LIBRILIA, um. Memorantur a Feſto: *Librilia appellantur inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem, in modum flagellorum loris revincta.* Ubi pro *Librilia* corruptè legitur *Librilla.* Occurrunt etiam apud Cæſarem lib. 7. Bell. Gallic. *Fundis, Librilibus, ſudibuſque.* Hìc etiam quidam mendosè legunt, *Fundis libralibus.* Plane congruit hoc inſtrumentum cum Fuſtibalo Vegetiano niſi quod Fuſtibalo fuſtis ſive ſtipes nectitur. Nullus dubitarem hoc eſſe jaculum, quod Itali vocant *Mazzafruſto*; quo teli genere apud Etruſcos fabulatores leguntur uſi Giganteæ præſertim ſtaturæ viri aliquot, ut non ſemel legitur in Etruſco Poemate Pulcii *Morgante*, ubi ad initia librorum ſeu canticorum cernuntur etiam expoſitæ figuræ Librilibus decertantium, niſi obſtaret uſus Librilium, quo ſaxa penitus eiiciuntur, nec redeunt ad manum jaculatoris, nexa flagello ſeu loro tortili. Idcircò Funditoribus jungi ſolent Libratores, ut oſtenditur ex locis Taciti, quæ retuli in Tit. *Libratores.* Idem videtur indicare Veget. l. 2. c. 23. *Sed & manu ſola omnes milites meditabantur libralia ſaxa jactare.* Vides porrò pertinere hoc genus ad levis armaturæ milites. Obſervatur etiam in monumento Antonini ſtipiti nexa catena, cui lapides, vel globi ferrei ſunt illigati, ad eam plane formam, qua ſunt memorati fuſtes, vulgò *Mazzafruſti.* Librile exponit alibi Feſtus ſcapum libræ; ſed hoc ad rem militarem non facit.

LIBRILLA, æ. Genus jaculi, quod Antiquiores librilia dixerunt. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Non hic unigena fabricatur machina: nomen
Hæc Librilla tenet, quaſi ſaxea pondera librans,
Obtinet illa Suis; ſed Hirundinis hæc: ſtat Aſelli
Illa vocata notâ.

LIBURNÆ, arum. Lucan. 3.

Ordine contentæ gemino creviſſe liburnæ.

Et

LIBURNICÆ. arum. Plin. Epiſt. *Jubet liburnicam aptari.* Naves fuerunt velocitate eximia, & procul dubio militares. Horat. Epod.

Ibis liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula.

Inſtructæ erant roſtris æreis iiſque tridentibus, cujuſmodi frequenter obſervantur in lapidibus & nummis Veterum. Virgil. 5.

Convulſum remis roſtriſque tridentibus æquor.

Prominebat in iis roſtris tauri, porci, arietis, & ſimilium animalium effigies. Roſtri liburnici iconiſmum ex Carolo Stephano profert Steuvechius ad Veget. lib. 4. c. 43. Vide etiam Salmaſ. in Solin. Quod autem idem Vegetius tradit, non flatu, ſed remorum pulſu agi liburnicas, id ſcilicet de ſingulari aliquo genere liburnicarum intelligas: nam eas naves non remis duntaxat, verum etiam velis armatas paſſim videmus, ut oſtendit idem ibidem Steuvechius, ubi non ſolùm exhibet duplex numiſma liburnæ velatæ; verùm quod fidem omnem admirationemque videtur excedere, figuram adiicit liburnæ rotatæ, quam nimirum boves per aquas rapiunt ſubjectis rotis in remorum ſupplementum. Et quoniam ejuſdem admirabilis rotatæ liburnæ deſcriptionem etiam affert ex authore incerto de rebus Bellicis, eam hic libens attexam: *Liburnam navalibus idoneam bellis, quam pro magnitudine ſui virorum exerceri manibus quodammodo imbecillitas humana prohibebat, quocunque utilitas vocet, ad facilitatem curſus, ingenii ope ſubnixa animalium virtus impellit. In cujus alveo vel capacitate bini boves machinis adjuncti, adhærentes rotas navis lateribus volvunt: quarum ſupra ambitum vel rotunditatem extantes radii, currentibus iiſdem rotis, in modum remorum aquam conatibus elidentes, mirò quodam artis effectu operantur, impetu parturiente diſcurſum. Hæc eadem tamen liburna pro mole ſui, proque machinis in ſemet operantibus, tanto virium fremitu pugnam capeſſit, ut omnes adverſarias liburnas, cominùs venientes facili attritu comminuat.* Meminit earum etiam Triſſinus Ital. Lib. l. 2.

Queſti havea per inſegna una Liburna,
Con ſei gran rote che ſolcava l'onde.

Ex prædictorum numiſmatum fide redargues Bayſium, & alios, qui negant ullas liburnarum velis inſtructas. Falſus item Bayſius eſt, ubi liburnas docet biremes fuiſſe celeres. Nam præterquam quod Vegetius lib. 4. cap. 37. earum alias ex uno remorum ordine, alias verò ex duplici, terno, quaterno, atque adeo quino ordine fuiſſe ſcribit; idem Steuvechius ad memoratum locum proponit ſchema liburnæ unius ordinis: ejuſque generis alias docet videri poſſe in nummis antiquis, & præſertim Imperatoris Lucii Aurelii Veri. Certiſſimum verò eſt inter bellicas naves potiſſimum adnumerari liburnas. Nec verò tibi quidquam negotii faceſſat Plutarchus in Catone, ubi disjungere illas videtur a bellicarum numero, ac potius referre in ſpeculatorias: *Voluit enim Catoni totius claſſis imperium deferre. Erant autem ad belli uſum idoneæ non pauciores quingentis: liburnicæ verò ſpeculatoriæ, & apertæ complures.* Ibi enim Plutarchus loquitur de liburnis minoribus, quæ licet ad pugnandum optimè eſſent inſtructæ, conferri tamen & æquiparari non poterant navigiis majoribus. Credibile etiam eſt liburnas minores, utpote expeditiſſimas, ad uſum ſpeculandi etiam fuiſſe adhibitas: atqui ſpeculatorias item naves egregiè fuiſſe ad dimicandum munitas, nihil obſtat. Nec proinde obſtinaverim animum, ut nullas fuiſſe putem liburnas nequaquam bellicas. Profectò ad navigandum duntaxat opportunæ liburnæ meminit Lucianus in Dialog. Amor. *Cogitanti mihi in Italiam nave proficiſci, apparata eſt navis quædam levis & expedita, ex earum biremium genere, quibus maxime uti videntur Liburni, natio, quæ ſinum Jonium accolit.* Demum allucinatos fuiſſe ſcias

Iſidorum & Ethicum Hiſterum, cujus authoris hiſtorias antiquitatis ab Hierooymo ex Gręco converſas ſcribit Gyraldus de navigiis. Opinantur autem præfati Scriptores liburnas in Lybia fuiſſe repertas. Meraciſſimum id eſſe ſomnium cum tota Antiquitate clamat Appianus in Illyrico: *Fuerunt Liburni Illyriorum genus, qui Jonium mare, & quæ in eo ſunt, inſulas prædabantur celeribus & levibus navigiis; Unde etiam nunc leves & celeres biremes Romanis liburnicæ vocantur*. Dicuntur itaque liburnæ vel liburnicæ a Liburois, quæ gens eſt Illyriorum. Notum ſiquidem a ſuis regionibus naves nomina ſortitas fuiſſe, ut Alexandrinas ab Alexandria, & in ſimilem modum Achaicas, Smyrnæas, Sidonias, Rhodias, Salaminias, Punicas. Utque id etiam hic ſaltem indicare oon prætermittam, a remorum ordinibus appellatæ aliæ, ut biremis, triremis, quadriremis, pentheris, exheris, & hepteris. A curſu etiam dictæ curſoriæ, dromones, celetes, & celetia. Quædam a vaſis vel eorum forma ouncupatæ, ut gaulus, cymba, corbita, & aliæ. Vide plura de nomenclatura navium apud Gyraldum cap. 17. de navigiis, & Bayſium de re navali. Apud hunc autem, & Steuvechium ad memoratum locum Vegetii vide plura ſchemata liburnarum. Conſule porrò Iſaacum Voſſium Variar. Obſerv. ubi de liburnicis & earum conſtructiooe ſingulare & doctiſſimum habet opuſculnm.

Liciæ, arum. Neutro genere Latini dicunt Licia. Licias lapſæ Latinitatis Scriptores dixerunt repagula caſtrorum vel urbium; quooiam texta eſſent primitus & confecta e funibus, ſive liciis & ſtaminibus junctis, ut putat Cangius in Gloſſ. Godefridus Monachus an. 1219. *Muri firmati ſunt ligneis caſtellulis, ac liciis*. Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Oriental. *Ad jactum jaculi extra licias Saracenis equitantibus*. Idem de captione Damiatæ: *Cum ex parte liciarum noſtrarum, & foſſati noſtri pluries impugnaſſent nos Saraceni*. Ego verò Cangio non aſſentior ſuper etymo hujus vocis a liciis, ſive ſtaminibus. Nam quod ea repagula ex funiculis antiquitùs eſſent confecta, omninò gratis enunciat. Derivaverim potius a ſublicis, vel ſubliciis, quæ perticæ ſunt ad pontes potiſſimum ſtruendos & ſuſtinendos: ex quo pontes ipſi dicti ſublicii: vel cum Ferrario in voce *Lizza*, a palis, quibus ſeptus eſt ficti vel imaginarii certaminis, aut munimenti caſtrenſis vel urbani locus. A palis enim fit palicium, & hinc licium. Itali certè ſimilia repagula lignea ex palis indiſcriminatim dicunt *Lizza*, & *Liccia*. Villani lib. 12. cap. 95. *Intorno e dentro dalle liccie ſi potea andare dall'un campo all'altro*. A licio, filo vel ſtamine potius dictas putaverim formulas Italicas: *File d'ordinanza, ſtare in fila*, quæ de copiis recta acie diſpoſitis dicuntur. Non omittam tamen animadvertere, licias a licio ſtamine potius quam a palo vel ſublica, dici repagulum illud extento fune ad capita carcerum, quo inhibeotur equi curſorii, ne curſum aggrediantur ante ſignum tubâ vel alia ratione prolatum. Munimenta verò caſtrenſia, vel urbana illa omninò perperam crediderim a liciis, ideſt a ſtaminibus derivari.

Lictores. A ligando dicti: vel quoniam faſces virgarum ligatos geſtarent, ut docet Feſtus; vel quod ad nutum Prætoris ligarent reorum manus, juxta illud: *I lictor, colliga manus*. Non urbani modo Magiſtratus fuerunt apud Romanos inſigne, verùm etiam bellici. Præſto erant Conſulibus, Prętoribus, & Imperatoribus, ſi quempiam puniri oporteret. Præferebant ſiquidem faſciculos virgarum, & ſecurim illis inſertam. Vide *Faſces*. Etiam militares Legatos Lictores ſequebantur. Cic. in Verr. *In Achajam, Aſiam, Pamphyliam, ſumptu publico, & legationis nomine, cum imperio & Lictoribus, mercator ſignorum tabularumque pictarum miſſus eſt*. Liv. lib. 29. de Plemminio Legato Scipionis: *In Legatum impetum, Lictoribus prius indignum in modum mulctatis, faciunt*. Duodecim numero ab initio fuere ſub Rege Romulo, vel ſequuto numerum avium, quæ ipſi regnum portenderunt, vel inſtitutionem finitimarum gentium Etruſcarum. Plures poſtea paucioreſve pro dignitate & gradu magiſtratuum adhibiti. Et dignitas quidem Conſularis duodecim Lictores habuit cum faſcibus & ſecuribus, Prætores verò ſex, ut colligitur ex Plutarcho in vita Pauli: *Prætor in Hiſpaniam miſſus eſt non cum ſex ſecuribus, quot habere ſolent Prætores, ſed totidem aliis aſſumptis, ut Imperii Conſularis dignitatem haberet*. Idem tradit Appianus: *Conſules duodecim ſecuribus & faſcibus Regum more utuntur; Prętores autem quia dimidium dignitatis habent, etiam dimidium inſignium conſecuti ſunt*. Memorantur alicubi Lictores laureati. Cicer. in Piſon. *Qui primum, qua veneris cum laureatis tuis Lictoribus, quis ſcit?* Non dicuntur laureati, tanquam ipſi laureas coronas geſtarent; ſed quòd faſces laureis foliis implicatos ſolerent præferre in triumpho vel poſt victoriam. Dionyſius l. 6. author eſt primum fuiſſe Servilium, qui faſces, poſt partam de Latinis victoriam, lauro coronaverit. Cic. pro Ligar. *A quo, hoc ipſo Cajo Panſa mihi nuntium perferente, conceſſos faſces laureatos tenui, quoad tenendos putavi*. Cæterum Lictores fuiſſe de plebe & abjectæ conditionis colligimus ex Livio lib. 11. *Quatuor & viginti Lictores apparere Conſulibus, & eos ipſos plebis homines: nihil contemptius, neque infirmius, ſi ſint qui contemnant*. Vide Pignorium de ſervis. Eorum munus erat non ſolum virgis cędere vel ſecuri percutere reos ex imperio Magiſtratuum, quo nihil eſt tritius etiam leviter in Veterum lectione verſatis; verùm etiam ſubmovere populum, & cooſluentem turbam arcere, quod ſæpius legitur apud Livium. Sic enim lib. 8. *Repente ſtrepitus ante Curiam lictorum ſubmoventium auditur*. Et lib. 3. *I Lictor, ſubmove turbam, & da viam Domino ad prehendendum mancipium*. Quare appellantur non ſemel Submotores, Liv. lib. 45. *Submotor aditus, præco, accenſus, inſueta omnia oculis auribuſque*. Continebantur autem Lictores ſub genere apparitorum, quæ communiſſima erat appellatio comprehendens Lictores, Accenſos, Submotores, Viatores. Diſcrimen verò inter Lictores & Accenſos illud erat, quod Accenſi munus erat vocandi & ciendi, ex quo illi oomen, Lictores verò ſubmovebant populum, virgiſque reos aut ſecuri percutiebant. Inter Accenſos verò & Viatores minimum videtur fuiſſe diſcriminis. Præcipuum quippe Viatorum munus erat vocandi, quod de Accenſis eſt nobis alibi obſervatum. Dicti autem præſertim Viatores, qui proceres agentes in agris in urbem vocabant & quoniam frequens erat ab

agris

agris ad urbem virorum illuſtrium via, inde dicti Viatores, qui eam iterare viam alios cogerent. Feſtus: *Ex agris plerumque homines a Magiſtratibus vocabantur, & frequens eorum erat ab agris ad Urbem via*. Sic autem de Viatoribus Columella in Præfat. lib. 1. *Illis temporibus, proceres in agris morabantur, & quum conſilium publicum deſiderabant, a villis arceſſebantur in Senatum; ex quo qui eos arceſſebant, Viatores nominati ſunt*. Et Cicer. de Senect. *A villa arceſſebantur in Senatu Curius & ceteri ſenes, ex quo qui eos arceſſebant, Viatores nominati ſunt*. Quoniam in apparitura & ſatellitio magiſtratuum, Lictorum erat curatio turbam ſubmovere, Lipſius Elect. 1. c. 23. exiſtimat diſtinguendum eſſe inter virgas & faſces Lictorum; & faſcibus quidem eos uſos ad cædendos noxios; virgis verò ſive bacillis ad turbam amoliendam. Conatur autem id ſuadere locis nonnullis prolatis ex Martiali & Appiano. Non probat tamen Lipſius opinionem ſuam Cerdano, quem vide ad l. 6. Æneid. Adde his quæ Martinus de Roa lib. 3. cap. 1. eruditè diſcutit de Viatoribus in illud Proverb. 6. *Veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus*. Ubi Viator non ſignificat iter agentem, ſed forenſes miniſtellos, qui adſunt Regiis Magiſtratibus & Apparitoribus, qui Regiis Fiſci rationibus ſubdunt eorum domos, qui multo ſe ære alieno per ignaviam devinxerunt: ut ſententia ejus loci ſit: Deſidioſum quemque omnibus fortunis expoliabit egeſtas, quemadmodum Viatores nexas Fiſcoque mancipatas habere ſolent malorum nominum domos; utque milites armati captas urbes diripiunt & exſpoliant.

LICTORIUS, a, um. Quod ad lictorem pertinet, ut Faſces lictorii. Plin. lib. 7. cap. 3. *Faſces lictorios januæ ſubmiſit*.

LICTOR PROXIMUS. Dicebatur qui præ omnibus Imperatori vel Regi acceptus eidem ſemper præſto erat, eumque proximè præcedebat. Saluſt. in Jugurth. *Hiempſal in oppido Tirmida forte ejus utebatur domo, qui proximus lictor Jugurthæ, charus acceptuſque ejus ſemper fuerat*. Item vetuſta inſcriptio ex Turnebo lib. 11. cap. 9. *L. VA. ACHILLEVS LICTOR PROXIMVS LAVRENS*.

LICTOR PRIMUS. Memoratur a Cicerone ad Q. Fratr. ubi aliqui putant Primum Lictorem alium eſſe a Proximo, eumque propriè dici, quem Primivirgium vocat vetus Gloſſarium. Is autem dicebatur Primivirgius, qui Imperatore equitante virga obviam turbam ſubmovebat.

LIGA, gæ. A ligando. Fœdus cum certis pactionibus, quo quis alteri obligatur. Albertus Argentinenſis in Chronico: *Inter Principem & Francum interpoſitis juramentis & confectis litteris liga perpetuo confirmata*. Ligatio ejuſdem notionis. Statuta Eccleſiæ Londinenſis: *Domine, ſi vis, faciam ſtabilitatem inter nos, & Ligationem firmiſſimam, at non ſit ſoluta uſque in finem ſeculi*. A Liga dicuntur Ligii, qui quaſi ligati ſunt & obſtricti ad dominum propugnandum adversùs hoſtes. Hinc ligeitas; ligantia, ligentia, ligeancia, ligeatio, ligiamentum, quæ voces jus & poteſtatem ſignificant, quam habent Domini in ſubditos ſibi fide obſtrictos. Cujacius verò lib. 1. Feudor. ejuſdem originis eſſe contendit Ligium, & Leudem: quemadmodum Leodium urbs nota in Eburonibus, dicitur Italis *Liege*. Sunt autem Leudes, ſive Leodes ſubditi, vel vaſſalli. Lex Wiſigoth. *Inter Leudes quicunque regiis beneficiis aliquid fuerit conſecutus*. Advertit id etiam Borghinus, Diſcorſo della Chieſa, e Veſcovi Fiorentini: *Ligio, da vecchi Franchi è preſo: e nelle Leggi Saliche antiche, & in altri loro ſcrittori ſi dice Lido, over Leudo. E per uſo noſtro frequentiſſimo di mutare il* D, *in* G, *come in* video, ſedeo, *in veggio, e ſeggio; e molti altri a queſta guiſa mutati, così l'abbiamo in Liggio ridotto. E Uomo, in podeſtà a balìa d'altrui poſto, ſignifica*. Eſt denique animadvertendum quod tradit Jovianus Pontanus lib. 2. de Geſt. Ferdinandi ubi, Ligios deducit a ligatis eorum pollicibus, qui fide adſtringebantur: *Dicti Ligii, quod ligatis Reges pollicibus illos fidei imperiiſque ſic ſuis vinciant atque obnoxios ſtatuant*. Indicat eum morem Dudo lib. 2. de moribus Normann. Ex hac conſuetudine non ſolùm vox *Ligius*, ſed aliæ trahuntur dictiones: *colligatio*, & *colligare*, pro ſocietate & fœdere.

LIGII. Vide *Liga*.

LIGNUM, i. Vox nota, & probè latina. Ut a *tego* fit *tignum*, ſic a *lego*, fit *lignum*, ut docet Varro lib. 5. de L. L. In agro ſiquidem caduca leguntur ligna, mox in foco cremanda. Lignum pro navigio dixere non raro Scriptores Latinobarbari. Epiſt. Fr. Paſcalis Minoritæ apud Vadingum: *Inde aſcendentes unum lignum per mare Nigrum profecti ſumus*. Itali verò paſſim navigia vocant *legni*. Petrarca:

Quaſi ſenza governo, e ſenz'antenna
Legno in mar, pien di penſier gravi e ſchivi.

LIGNOR, aris. Verbum caſtrenſe. Ligna cædere & comportare, vel ad eadem cædenda & comportanda pergere. Liv. lib. 5. Bell. Pun. *Ut procul a caſtris lignatum pabulatumque progreſſos exciperet*. P. Gaudin. in ſuo Diction. Latin. Gallic. notat *lignatum* dici a Veteribus, non item *ligaor & lignari*; licet inveniatur *materiari*, *frumentari* & ſimilia.

LIGNATORES. Milites vel ſervi militares, qui lignantur. Liv. l. 10. *Lignatores ei cum præſidio occurrunt*.

LIGNATIO, onis. Lignorum ſectio & aſportatio. Cæſ. l. 5. Bell. Gall. *Qui lignationis munitioniſque cauſa in ſilvas diſceſſiſſent*.

LILIUM. Etiam a floribus & re hortenſi accerſita ſunt nomina militarium inſtrumentorum. Lilia apud Cæſarem dictos lego leviores ſtipites & præacutos in ſua Aleſiæ oppugnatione, ad aggeres muniendos ſic in terra defoſſos, ut inde non amplius quatuor digitis eminerent. Sed ſatiùs fuerit ipſius Cæſaris verba adſcribere. *Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis, ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim anguſtiore ad ſummum faſtigio. Huc teretes ſtipites feminis craſſitudine ab ſummo præacuti, & præuſti demittebantur, ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Simul confirmandi & ſtabiliendi causâ, ſinguli ab infimo ſolo pedes terrâ exculcabantur: reliqua pars ſcrobis, ad occultandas inſidias, viminibus aut virgultis integebatur. Hujus generis octoni ordines ducti, terni inter ſe pedes diſtabant. Id ex ſimilitudine floris; Lilium appellabant*. Obſcurum, ut vides, de liliis bellicis teſtimonium Julianum Lipſius multa in incertum congerens mihi magis obnubilat. Exiſtimo lilia Cæſariana fuiſſe in genere mu-

muricum vel tribulorum; dictaque ab ejus floris ſimilitudine, quoniam in terram jacta duplici vel triplici reflexa cuſpide ferrea extarent ad offendendos & retardandos aggreſſores.

LIMENARCHA, vel LIMENARCHUS. Latinè Præfectus portûs. De hoc genere Præfecturæ ſcribit Paulus in Leg. Limenarchæ ff. de Ser. fugitiv. *Limenarchæ & Stationarii fugitivos deprehenſos in cuſtodia retinent.* Apte advertunt Macri fratres pudendum lapſum Accurſii, qui Limenarcham exponit cuſtodem limitum & terminorum Imperii. Neque enim ea vox hybrida eſt & Latinogræca, ut prior ſit a Latinorum dictione limen, vel limes; ſed eſt omninò Græcanica conflata ex voce λιμὴν quæ eſt portus, & ἀρχὸς, quæ eſt princeps vel præfectus. Quod autem addunt iidem Macri, Apoſtolorum limina, nempe Baſilicam S. Petri, dicta fuiſſe a portu notione Græcanica, quia ibi ad ſecuros & optatos portus, poſt laborioſam peregrinationem viatores perveniunt, niſi validiore Scriptorum adminiculo roboretur, mihi frivola eſt obſervatio; cum ſatis aptè limina Apoſtolorum, nempe Baſilicarum ſignificationem Latinæ vocis retinere poſſint pro ea parte januæ, quæ ex tranſverſo in imo ſternitur, quamque peregrè Romam accedentes humi ſtrati, pietatis & religionis ergo deoſculantur. Dicuntur autem accedere ad Limina Apoſtolorum, ideſt ad Baſilicas; ex uſu figuræ obviæ partem pro toto accipientis.

LIMITANEI MILITES, & DUCES. Occurrunt ſæpius in Jure Civili, & præſertim l. fin. de fundis limitrophis: *Agros limitaneos univerſos cum paludibus, omnique jure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio atque ætate conſueverunt &c.* Milites dicti ſunt vel Duces, qui in ripa per cuneos & auxilia conſtituti in præſidiis, limitem tuebantur. Exiſtimantur iidem eſſe [illegible] Diſtingui a Legionariis liquet ex Vopiſco in Probo: *Accepit præterea ſedecim millia tironum, quos omnes per diverſas provincias ſparſit, ita ut numeris, vel limitaneis militibus quinquagenos & ſexagenos interſereret.* In quibus verbis numeri a limitaneis diſcreti non niſi legionarii eſſe poſſunt, ut optimè obſervat Salmaſius. Fuit autem genus militiæ maximi ſemper in rem Romanam momenti, propter pericula ſeditionum, diverſique generis ſiniſtrorum caſuum, ex licentiæ opportunitate, quæ major eſt apud fines hoſticos, ubi prona ſceleri impunitas, & remotior metus. Non aliam ob cauſam plurimis immunitatibus condecoratos munitoſque legimus Limitaneos. Alexander Imperator aſſignandos ideò eiſdem putavit agros ex hoſtibus captos, ut alacrius tuerentur loca, ubi res ſuas propugnarent. Sic enim Lamprid. in ejus vita: *Sola, quæ de hoſtibus capta ſunt, Limitaneis Ducibus & militibus donavit, ita ut eorum ita eſſent, ſi eorum heredes militarent, dicens, attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit ſane his & animalia & ſervos, ut poſſent colere quod acceperant; ne per inopiam hominum vel per ſenectutem poſſidentium deſererentur rura vicina Barbariæ, quod turpiſſimum ille ducebat.* Eòdem ſpectavit Inſtitutum Theodoſii l. fin. C. de fund. limitroph. qui cavit ne ullo tributorum genere attributa limitaneis rura vel prædia onerari poſſent: quæ fuit ratio ut fundi illi diceren-tur in Jure Civili limitrophi; ab alendis quippe militibus ſic appellati. Antiquitùs ſiquidem ante Alexandri tempora agri ex hoſtibus capti, vel erant venales, vel in virtutis præmium traditi veteranis, ut legitur apud Pomponium & Paulum Jureconſultos. Commemorata prædia limitaneis donata, ac præcipuè Ducibus perpetuum fuiſſe arguunt eorundem magiſtratum; cum aliorum Præfecturæ nonniſi ad tempus traderentur. Inſignia etiam & honeſtiſſima retulere ornamenta, baltheum argenteum, aut inauratum, anulum bigemmem, torquem brachialem, latum clavum, & tunicam purpuream, ut tradit Vopiſcus in Aurel.

LIMITROPHI FUNDI. Quinam fuerint, vide in titulo *Limitanei milites*.

LINGUA BELLARE. Proverbiali ſermone dicitur de iis, qui procul ab hoſte & periculo magnificè comminantur; quod abhorret a vera fortitudine, quæ minimè minax eſt & maledica. Hujuſmodi fuit virilis illa Hectoria moderatio, de qua Homerus

Huic nihil omninò reſpondit belliger Hector;
Quin mage cominus inſiliit.

De ejuſmodi oſtentatoribus dixit Livius lib. 7. *In caſtris feroces, in acie pavidi.* Notandum etiam Homericum illud:

Heu Grajæ, neque enim Graii, tantumque minaces.

Quod egregiè retulit Virgil. lib. 9.

O verè Phrygiæ, neque enim Phryges.

Aptè etiam idem Turnum inducens adverſus Drancem magniloquum lib. 11.

an tibi Mavors
Ventoſa in lingua, pedibuſque fugacibus iſtis
Semper erit?

LINGUA VEXILLI. Dicitur extrema vexilli pars, quòd deſinat in linguæ formam. Ejuſmodi ſunt flammulæ, quæ abeunt in cuſpidem pyramidalem, ut a nobis eſt alibi obſervatum. Henricus Huntindon. lib. 7. Hiſt. *Et ſemper linguæ vexilli ejus volitabant ſuper capita Turcorum.*

LINGULA, æ. Diminutivum a lingua. Hac appellatione dictus eſt apud Veteres gladiolus in linguæ ſeu lingulæ ſpeciem factus, ut docet Gellius lib. 10. cap. 25. *Spathæ, lingulæ, pugiones, clunaculæ. De lingula, quoniam eſt minus frequens, admonendum exiſtimo lingulam Veteres dixiſſe gladiolum oblongum in ſpeciem linguæ factum, cujus meminit Nævius in Tragœdia Heſiona. Verſum Nævii appoſui:*

Sine mihi gerere morem videar, haud lingua, verùm lingula.

Apud Machinarios hæc eadem vox multa ſignificat. Apud Heronem de Machinis bellicis cap. 12. ſic exponitur a Baldo: *Lingula intelligenda eſt erectorum lignorum pars inferior, ſubtilior & quadrangula, qua tanquam cardine quodam ipſa erecta ligna in proſtratorum in terra duorum lignorum quadrangulis foraminibus infiguntur.* Sed uſitatiùs accipi ſolet in Mechanicis pro illa vectis parte, quæ proxime oneri ſubmittitur; ex quo lingulatos vectes dicimus, quod non ſemel uſurpat Vitruvius in machinis exponendis. Utrum verò lingula meliùs, quàm ligula dicatur; iterum utrum ligula à ligando potius dicta ſit, quàm a lingua, abjectâ literulâ *n*, Grammaticis decertandum relinquimus. Horum ſuperſtitionem irridet Martialis, ſic loquentem lingulam introducens, ubi agit de ligulis calceamentorum:

Quam-

Quamvis me ligulâ dicant equiteſque, patreſque,
Dicor ab indoctis lingula Grammaticis.

Corripitur ibi apud Martialem prima ſyllaba ligulæ; ut planum ſit a ligando, nnn a lingua dici; ſed alii paſſim producunt: Grammatiſtæ ſcilicet viderint. De lingula loquitur Vitruv. lib. 10. cap. 8. vectis uſum exponens: *Si ſub onus vectis ferrei, lingula ſubjecta fuerit, neque caput ejus preſſione in imum, ſed adverſus in altitudinem extollatur, lingula fulta in areæ ſolo habebit eam pro onere.* Et poſt pauca: *Igitur ſi plus lingula vectis ſupra hypomoclion poſita ſub onus ſubjerit, & caput ejus propiùs centrum preſſiones habuerit, non poterit onus elevare, niſi examinatio vectis longiùs per caput, neque juxta onus fuerit facta.*

Linteata legio. Peculiaris fuit Samnitium. Occurrit apud Livium lib. 10. *Primoribus Samnitium ea deteſtatione obſtrictis, decem nominatis ab Imperatore; eis edictum, ut vir virum legerent; donec ſexdecim millium numerum confeciſſent. Ea legio linteata ab integumento conſepsi, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt, his arma inſignia data, & criſtatæ galeæ, ut inter cæteros eminerent.* Ex qua origine ea legio dicta fuerit linteata docet etiam Feſtus; *Legio Samnitium linteata appellata eſt, quod Samnites intrantes ſinguli ad aram velis linteis circumdatam non ceſſuros ſe Romano militi juraverant.* Allucinantur prninde, qui linteatam legionem interpretantur, quaſi linteis, ſive lineis loricis indutam, quod lnricæ genus Iphicratem Athenienſibus tradidiſſe prn æneis, ut expeditiores eſſent in prœlin, nos alibi nbſervavimus.

Lintres, ſive *Monoxyli*, pro pontibus. Vide *Pons*, & *Monoxylos*.

Lis, itis. Dicta creditur a limite, quoniam primæ lites inter mortales fuerint de limitibus. Pro bello vel prœlio paſſim occurrit apud Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis. Theodorus Campedonenſis in vita S. Magni: *Lis facta eſt inter Theodoricum, & Theodebertum; ibique prœlio inito infinita hominum multitudo periit.* Hinc litigare pro prœliari. Dudo lib. 3. *Cœperunt Franci contra eum litigare, multiſque modis eum apprimere.* Hiſpani etiamnum conflictum militarem litem appellant.

Literæ, arum. Sunt qui de bonarum artium nexu atque cognatione ita judicent, ut quemadmodum Gratiæ venuſtatis ſuæ flnrem & decus amittunt, ſi disjungantur, ita ingenuæ etiam diſciplinæ nonniſi fœderatæ atque conjunctim habitent in animis virorum virtute præſtantium. Nulla ſiquidem, ut illi ſentiunt, diſciplina ſine alterius ope vim obtinet ſuam; imò nec ſatis intelligi poteſt, niſi cæterarum limitibus probe cognitis atque perſpectis. Ad eam corroborandam ſententiam illud ſolent adducere, quod eloquentiæ Princeps ſcripſit de Oratnre l. 1. *Ac meâ quidem ſententiâ nemo poterit eſſe omni laude cumulatus Orator, niſi erit omnium rerum magnarum atque artium ſcientiam conſecutus.* Id porrò tam ſeverè atque religioſè obſervatum ſemper fuiſſe præſcribunt, ut ne militarem quidem diſciplinam ſine conſortio literariarum facultatum ſatis niteſcere ſtatuant. Urgent rem cauſamque ſuam exemplis virorum illuſtrium, quibus armorum ac literarum æque impenſum ſtudium fuit, nec minus Marti leguntur litaſſe quàm Muſis. Neque enim illi literatos tantopere in amoribus habuiſſent, niſi nexus & neceſſitudo aliqua utraſque facultates aſſociaret. Sic enim a natura comparati ſumus, ut proprias quiſque laudes ſupra reliquas in aliis æſtimet; & potiores habeamus virtutes illas atque decoramenta, quibus ipſi nrnati ſumus. Alexander Magnus, præter quam quod Caliſthene, Catano, & Xenocrate perquam familiariter uſus eſt, Ariſtotelem ſic excoluit, ut ipſius liberalitati & munificentiæ ejus Philnſophi privata ſtudia, ſummique ejus ingenii monumenta debeamus. Eundem Regem nnn puduit palam prædicare, niſi Alexander eſſet, Diogenem ſe eſſe cupere; Cynicum nempe illum pannnſumque domiportam; quo, ſi doctrinæ famam excipias, univerſo vitæ cultu, tntoque corporis habitu, fœdius & immundius nihil uſpiam fuit. Vellejus lib. 1. de Scipinne Africann ſtudii militaris ac literarum perinde amiciſſimo ita ſcripſit: *Tam elegans liberalium ſtudiorum, omniſque doctrinæ & auctor, & admirator fuit; ut Polybium, Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi, militiæque ſecum habuerit, neque enim quiſquam hoc Scipione elegantiùs intervalla negotiorum otio diſpunxit. Semperque aut belli, aut pacis ſervivit artibus, ſemper inter arma & ſtudia verſatus, aut corpus periculis, aut animum diſciplinis exercuit.* Plutarchus de Epaminnnda & Alcibiade teſtatum reliquit, nnn impari armorum literarumque viciſſitudine mirificè delectatos, atque opportune diſtinxiſſe Martis adminiſtrandi excolendæque ſapientiæ tempora. Quid dicendum de Pericle, ac de pleriſque Ducibus Romanorum, quorum alii ſumma eloquentia, alii philnſophicis diſciplinis admirabilem in modum lnclaruerunt, ut a nobis alibi eſt ntioſiùs agitatum. Hinc Minerva literarum præſes, armorum etiam conciliatrix eſt habita; eandemque nonniſi armatam vetuſtiſſima exhibent monumenta. Ægyptii etiam, penes quos doctrinarum omnium inventio primitus fuiſſe perhibetur, inter ambages illas literarum, quibus animi ſenſus depromebant, leonis capiti ſuperponere ſolebant noctuam, Minervæ dicatam volucrem, ut ſic ſummam inter arma & literas conjunctinnem adumbrarent. Nec omittendus Fulvius Nobilior, qui, ut notavit Eumenius Rhetor in Panegyr. ſigna ænea novem Muſarum, quæ ex Ambracia oppido in Urbem tranſtulerat, prope Herculis ſimulacrum eodem conſilio conſecravit. Quin ipſe Hercules inter alia cognnmenta a Græcis Muſagetes eſt appellatus, quoniam Muſarum cultor fuiſſet ſtudioſiſſimus. Præterea, ut ipſa literarum initia repetam: nemini video dubium eſſe elementa ipſa notaſque literariaa adinventas primum commonſtrataſque fuiſſe a Cadmo bellaciſſimo Phœniciæ Duce; reliquas verò additas a Palamede Imperatore inter Græcos præſtantiſſimo, qui eaſdem ex rerum naturalinm peritia adnotavit exſcripſitque, ac præcipue ex gruum volatu, quæ longo ſulco lineaque per aerem altiſſimè commigrantes ſociarum ſuarum exercitum, ut Plinius loquitur, literatum ducunt. Quod etiam expreſſit Martialis.

Turbabis verſus, nec litera tota volabit,
Unam perdideris ſi Palamedis avem.

De Cadmo autem ita ſcribit Herodotus in Terpſichore: *Phœnicas eos, qui Cadmo Duce venere in Græciam, literas vernaculas, & patrias, hoc*

eſt

eſt Phœniſſas oſtendiſſe primitùs Græcis ; ſed fluxu ætatis , ait , cum voce notę quoque ſenſim mutatę . Primique iis Jones uſi. Quamobrem literas aptiſſimè ingenioſèque vocavit Auſonius *nigellas Cadmi filias* . Vide Politianum Miſcell. cap. 39.

2. Illud etiam obſervandum eſt non tam numero militum & corporum robore , quàm idoneo cogitatu atque conſiliis peragi rem militarem . Arma & machinæ externa quędam ſunt adminicula ; cum negotia militaria mens potiſſimùm & providus animi vigor expediat . Quamobrem Ariſtoteles , non ſolum rerum æſtimator æquiſſimus , verùm etiam civitatis optimus inſtitutor , vitio vertit Lacedæmoniis , quod neglecta literarum atque ſapientiæ cura , vim omnem protegendæ patriæ & imperii propagandi in armis ſolummodo ſtatuiſſent ; quam etiam ob cauſam eoſdem extitiſſe pronunciavit , ut ſatis claros externa gloria , ita pace domeſtica parum felices. Contra verò nulla apud Græcos natio Martiis honoribus magis effloruit , quàm Athenienſis Reſpublica , quam nimirum conſtat non armatæ minus quam literatę Palladis ſtudia coluiſſe . Illud etiam oſtendit potiſſimam bellorum partem doctrinæ præſidio ſuſtineri , quod virorum ſapientia præſtantium eſt de armorum juſtitia & æquitate decernere . Apage ſiquidem a militia & caſtris humanitate excultarum gentium ſuperbiſſimam illam Gallorum ad Romanorum Legatos vocem apud Cluſium , *Omnia fortium virorum eſſe* . Quid verò dicam de ipſo belli regimine , cui moderando plus conferre dexteritatem atque ſapientiam , quam corporum robur & numerum copiarum liquidò indicavit Homerus , apud quem Agamemnon , ſupremus moderator Græcanici exercitus , ad expugnationem Ilii decem viros optat , non Ajaci aut Achilli ſimiles , in quibus virium præſtantia ſpectabatur, ſed Neſtori, quem eloquium & ſapientia commendabat . Præſtant manſuetæ illæ pacis artes & doctrina , ut facilè expediantur pericula , quibus circumveniri aſſiduè ſolent jactarique bellatores : præſtant ut diſcutiatur inditus unicuique a natura ille mortis timor , quo caleſcentes cæteroqui animi militum a re ſtrenue gerenda petendoque cominus hoſte deterrentur : præſtant ut virili animo adverſa ſuſtineantur , ut ipſa ira modum obtineat atque cuſtodiat , ut procul ab omni ſævitia humano more arma tractentur . Munia ipſa militaria nemo non videt non tam ad corporis agilitatem aut robur ſpectare , quam ad præſentem mentis vigorem & dexteritatem conſiliorum . Sapientiæ doctrinæque debent milites Duceſque aciem inſtruere , laxare , cogere , diſtribuere , ſtare ante ſigna , conglobari , pedem referre , hoſtem impetere , quaquaverſus circuire , aliaque obire , quæ innumera prorſus cenſentur , Martis miniſteria . Efficit nimirum iſthæc frequens lectio & pervolutatio Scriptorum veterum , quorum eruditiſſimi commentarii , & opportunæ præceptiones extant de univerſa re militari ad uſum felicitatis publicæ dirigenda . Quemadmodum autem diuturnam tutamque navigationem non tam nautæ præſtant , qui malos ſcandunt , per tranſtra curſitant , ſentinam exhauriunt , quam gubernator ipſe , qui munia dividens clavum regit , & ad ſpeciem quidem in puppe ignavè ſeſſitat , ſed revera curſum navis moderatur ; ita rerum cognitio & vis perſpicax intelligendi plus ferè momenti affert ad bellicam omnem adminiſtrationem , quam quantacumque virium militumque præſtantia aut copia. Et huic quidem opinioni ex ipſis Sacrarum Literarum oraculis validiſſimum videtur robur accedere . Sic enim de Sapientia ſcribitur Sapien: cap. 10. *Cuſtodivit illum ab inimicis , & a ſeductoribus tutavit illum , & certamen forte dedit illi , ut vinceret , & ſciret quoniam omnium potentior eſt Sapientia .*

3. Hæc non pauci magnificè dictitant jactantque in vulgus , exiſtimantes ingenuarum artium cognitionem omnem pertinere ad ſcientiam rei militaris , ut vix quiſpiam in egregium poſſit bellatorem evadere , niſi omnium ferè diſciplinarum encyclopædiam quandam ſit conſecutus . Verùm contra reputando de facili exiſtimare quia poſſet ſecumque ſtatuere , non modo inter literas & arma minimùm eſſe cognationis atque commercii , verùm etiam tractationi bellicæ officere plurimùm ſtudia literarum . Et Ariſtoteles quidem id ipſum viſus eſt ſatis liquidò definiviſſe , dum virorum literis præſtantium naturæ ductum atque conſtitutionem expendens , eoſdem timori obnoxios , & ipſo rerum uſu atque experientia pavidiuſculos eſſe docet . Nihil autem militares nervos magis infringit & hebetat , quam ſegnior animus, & impendio alienus atque abhorrens ab æſtu illo præfervido , quo ad ardua facinora, & periculorum atque vitæ contemptum milites incaleſcunt . Porrò natura ipſa ſtatuſque intimus rei militaris , qui cæteroqui per fines ſuos , præſcriptoſque limites latiſſimè pervagatur , omninò reſpuit & indignatur quidquid alienum , & , ſi minus contrarium , minimùm certe conducens eſt ad finem ſibi propoſitum conſequendum . Quemadmodum enim cæteris artibus ac diſciplinis certi ſunt termini , ultra quos vanum eſt aut pernicioſum eaſdem excurrere ; ita etiam pertimeſcendum eſt , ne ſi ars bellica ultra ſuos cancellos otioſum pedem efferat , nec ſuis circumſcripta ſpatiis definiatur , non leves pœnas luat officii neglecti limitiſque præteriti . Quodſi liberalium artium magiſtri negant quempiam ſummam eloquentiæ laudem atque celebritatem conſequi poſſe, ſi idem aliarum facultatum ſtudiis obnixè mentem otiumque conterat ; quidni militare ſtudium inaniter diffluat & evaneſcat liberalium artium inveſtigatione delaſſatum , externæque gloriæ cupidum in ſui muneris opera ac veluti ſponſione deficiat ? Nemo unus certe non videt armorum literarumque oppoſita eſſe ſtudia atque rixantia, totoque , ut inquiunt , cælo inter ſe diſtincta atque diſcriminata . Manifeſtum id efficit indoles ipſa atque temperatura earum artium . Literæ ſiquidem & literati mirum in modum tranquillitate , otio , rerumque omnium affluentia lætantur . Quam immane verò , quamque immetato ſpatio a ſedatiſſimis illis ingeniis , & ab illa literarum , veluti Alcedoniorum ſerenitate diſcrepant diſtantque tumultus , perturbationes , laboreſque Martis aſſidui : tum perpetuus horror ex incendiis atque direptionibus , facieſque omnis caſtrenſis vel prœliaris diſciplinæ, ubi nihil remiſſum & facile , ſed dura omnia aſperaque non modo animos non alliciunt blandèque deliniunt , ſed potius incredibilem in modum exaſperant efferantque ? Hnc referas inauſpicata rudimenta & ſiniſtrum fatum literatorum hominum, quotquot fere adverſis aſtris & iniquo Mar-

tis

tis genio a dulcedine & blandimentis otii literarii ad armorum exercitationem tranſierunt. Ingenuè candidèque de parum felici ſua expeditione bellica id proſeſſus eſt Horatius Od. lib. 2. 7. cum in bello Theſſalico pavidè ignominioſèque clypeum abjecit.

Tecum Philippos & celerem fugam
Senſi, relicta non bene parmula,
Cum fracta virtus, & minaces
Turpe ſolum tetigere mento.

Idem accidit Alcæo Poetarum Lyricorum inter Græcos facilè principi, quemadmodum ipſe etiam ſuis verſibus palam ſignificavit, traditurque ab Herodoto in Terpſichore. Demoſthenes etiam ex pulvere forenſi malo nefaſtoque genio progreſſus in pulverem Martium imbecillitatis ſuæ ęternum poſteris documentum dedit, abjecto ſegniter clypeo in pugna Cheronea: quem Orator ille pavorem animi & acceptum dedecus multis poſtea extenuare & emollire conatus eſt apud amicns civeſque, eo præſertim effato probroſam elevans fugam: *Vir fugiens rursùs redintegrabit prælium.* Quid dicam de Marco Tullio, homine in foro & roſtris ingenii pugnaciſſimi? Nonne cum Milnnis cauſam ageret, & a Pompejo cum fulgenti armatorum corona circumveniretur, quaſi maligno quodam ſydere afflatus contabuit & expalluit? Nonne externatum fere animum, vultumque exanimem demonſtravit, cum in judicium a Claudio eſſet vocatus, quoniam non expectata Senatûs anthoritate atque ſuffragio, præcipiti calculo, ſuopte arbitrio Catilinæ ſocios ſupplicio affeciſſet? Sunt etiam qui illud non eſſe prætereundum ducant, ex inſito ingenitoque viris literariis pavore ac meticuloſis ſuſpicionibus illud enaſci, nt in ſævitiam atque crudelitatem degenerent, quæ vitia maximè abhorrent a vera honeſtaque ingenuorum hominum fortitudine atque præſtantia militari. Equidem Mithridates Armeniæ Rex, tum eximius bellator, tum multa literarum cognitione ac præſertim medica facultate præcellens, tam avidus fuit humani ſanguinis, ut matris & ſex liberorum nece ſceleratiſſimas manus polluere non erubuerit. Idem licet aſſeverare de portentoſo illo Tyrannorum grege, qui cum ex Philoſophorum ſcholis ad regendas imperio florentiſſimas urbes gradum feciſſet, eruditionis ſuæ atque doctrinæ non alium fructum oſtendit, quàm incredibilem avaritiam & immanitatem adversùs patritios, viros ſacros, & plebem oppreſſam, palàm atque perpetuò exercitam. Quid enim de Nerone attinet dicere, quem multarum literarum peritia ad familiæ ſuæ, inſtitutorum, amicorumque effundendum ſanguinem, ad patriam incendio delendam, ad Romani Imperii provincias vaſtandas armavit? Quam ob cauſam inter Politiæ Regnique inſtituendi regulas atque præſcriptiones ea inprimis a nonnullis traditur & inculcatur, ne cui regendarum urbium clavus committatur, qui ſe ſcholaſtico Philoſophorum otio, & impenſiore ſtudio literarum attriverit. Quare vetus illa legitur gratiarum actio apud Alexin Comicum pro abactis a Græciæ civitatibus viris literatis: *Multa bona dent Dii Demetrio, & Legislatoribus, quod eos, qui dicendi facultates tradant juvenibus, ad corvos abire juſſerint ex Attica.* Enimverò ſuo malo ſapientiores factæ civitates, expulſis doctrinarum magiſtris, noluerunt hebetari infringique animos & corpora civium, quos alacres inprimis robuſtoſque, nec otio deditos, ſed exercitos laboribus, utilitas pnblica & ſtudium natalis ſoli depoſcit. Nec aliud fuit conſilii proceribus Gothici Regni, cum ſtatuerunt, ut legitur apud Procopium lib. 1. de Bell. Goth. *Non recte ſibi Regem nec decenter erudiri: ſiquidem literæ & ſeniorum inſtitutiones longo intervallo a fortitudine & a magnanimitate abeſſe, ex hiſque illum effœminari potius & ad timiditatem traduci. Neceſſarium verò fore qui res maximas ſit audenter & ſtrenuè aggreſſurus, ex hiſque gloriam habiturus, ut ſit præceptoris formidine liber, & armis ſtudeat.* Nimirum ut cecinit Poeta.

ingenuas didiciſſe fideliter artes,
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Non injucundum tibi Lector fuerit audire ex Orlando viro bellicoſiſſimo adversùs Agricanem contemptorem literarum diſputante, quæ habet Bojard. Orl. Inn. lib. 1. c. 18.

Diſſe Agricane, i comprendo per certo,
Che tu vuoi della Fede ragionare;
Io di nulla ſcienza ſono eſperto;
Nè mai ſendo fanciul volſi imparare;
E ruppi il capo al Maſtro mio per merto:
Poi non ſi puote un altro ritrovare,
Che mi moſtraſſe libro, nè ſcrittura,
Tanto ciaſcun avea di me paura.
E così ſpeſi la mia fanciullezza
In caccie, e in giochi d'arme, e in cavalcare;
Nè mi par, che convenga à gentilezza
Star tutto il giorno ne' libri a penſare;
Ma la forza del corpo e la deſtrezza
Convienſi al Cavaliero eſercitare.
Dottrina al Prete, & al Dottor ſtà bene;
Io ne sò tanto, quanto mi conviene.
Riſpoſe Orlando, io tiro teco a un ſegno,
Che l'arme ſon dell'uom' il primo onore;
Ma non già che'l ſaper faccia men degno;
Anzi l'adorna com' un prato il fiore.
Et è ſimile a un bue, a un ſaſſo, a un legno
Chi non penſa all'eterno Creatore;
Nè ben ſi può penſar ſenza dottrina
La ſomma Maeſtade, alta, e divina.

4. Et hæc quidem de literis viro bellatori pernicioſis plurimi diſputant. Poſt delibata utriuſque partis momenta, & indicata celeberrimæ hujus quæſtionis problematicæ ſumma capita, ſi mihi ingenuè aperiendus eſt animus, utriſque hinc illinc altercantibus nigrum theta præfigerem; ac perinde falſos ſtatuerim, qui nullum, ac qui nimium in probè inſtituto duce vel milite ſtudium efferunt literarum. Ut autem de ipſo primùm aliquid dicam Imperatore, certum eſt Tullium in orationc pro L. Manilia inter ejus prærogativas adnumeraſſe ſcientiam militarem; ſic enim ſcribit: *In ſummo Imperatore quatuor has virtutes ineſſe debent, ſcientia rei militaris, virtus, authoritas, felicitas.* Quoniam verò militaris ſcientiæ nomine non eſt dubium ea contineri, quæ a magiſtris atque inſtitntoribus bellicæ diſciplinæ tradita & commendata publicè ſunt, neceſſe eſt ea propter in multiplici rerum cognitione atque intelligentia Ducem eſſe verſatum; quemadmodum præfati magiſtri ſtudii militaris ſæpius & non obſcurè præſcribunt. Et nos quidem nnn uno in loco expendimus, quanti referat ſupremum armorum moderatorem mathematicis & aſtronomicis diſciplinis inſtructum, eloquentia

verò

verò abundè pollentem eſſe. Neque enim ſatis eſt peritiſſimos machinarios, operumque bellicorum artifices habere in exercitu, niſi Imperator ipſe eorum pernoſcat opera, artemque omnem machinariam ita calleat, ut omnia poſſit ad felicem bellicæ expeditionis exitum non temerè caſuque, verùm seriò ſtudioſèque diſponere. Neque porrò ſatis fuerit Imperatori in caſtrorum & arcium molitionibus, omnique opere obſidionali ſolis fidere architectis militaribus; quæque omnium graviſſima habentur Martis opera ſic illis committere, ut ignavus ipſe, & omnino ineruditus caſtrenſis architectonices, ſegnem ſolummodo & ignavum ſpectatorem agat operum maximorum. Ipſum opportunè providere oportebit excitatis aggeribus & munitionibus; ipſum recognoſcere propugnacula, prætenturas, antemuralia, acceſſus oppugnatorios; ſpecimenque non ſolùm roboris atque ſtrenuitatis, verùm etiam dexteritatis, ingenii, artiſque bellicæ univerſæ quamdiligentiſſimè tradere. Earum verò rerum cauſæ, proceſſus, exituſque petendi ſunt ex intimis penetralibus matheſeos, ac præcipuè architecturæ militaris. Quare nullum finem facit Vegetius conſummatam in iis facultatibus experientiam requirendi in ſupremo ordinum ductore. Porro Aritbmeticæ ſtudium laudaverim in ductore ſummo copiarum, ex quo peritiam haurire poſſit numerandi diſtribuendique agmina, & rationem habendi, computumque expenſarum reique pecuniariæ. Pulcherrimum ejus rei documentum prodidit Lucullus bello adversùs Mithridatem ſuſcepto. Cum enim hoſtilium copiarum numerum cum ejuſdem exercitus annonę & cibariorum copia contuliſſet, comperiſſetque ſubductis calculis vix in tertium aut quartum diem commeatum illis ſuperfuturum, ab indicenda pugna & per multam ſanguinis effuſionem laceſſendo Marte abſtinendum ſibi propoſuit: fruſtra quippe fore graviſſimis ſuorum laboribus rem in diſcrimen mittere, & fortunam, quæ in bello præſertim delicatiſſimè habenda eſt, pertentare, cum certam ſibi ſuiſque victoriam proxima hoſtium fames exhiberet. Iterum ut laboris ſui fructu perfruatur Imperator, aliquam ſaltem eundem oportet Geometriæ cognitionem eſſe aſſecutum, ut regionum poſitus & apta caſtris loca, ut idonea etiam munimentis & machinationibus ſpatia dignoſcat. Sed & Aſtronomicas diſciplinas in Duce commendare non parcit Polybius lib. 9. cujus illa ſunt verba: *Debeat Dux exercitûs perſpicuè cognoſcere ſolſtitium æſtivale, & æquinoctia, & intermedias dierum ac noctium tam auctiones quàm diminutiones; ſic enim duntaxat ſecandum rationem commenſurare poteſt, quæ tam mari, quàm terrâ perficienda veniunt. Quin & ſingulos dierum ac noctium articulos ſcire neceſſe eſt, ut ſimul ſciatur etiam quando caſtra ſint erigenda, ac rursùs movenda.* Ex Optica etiam poterit condiſcere certam methodum librandi tormenta, eademque ad ſcopum certò deſtinatòque explodendi: ex eadem intelliget arcium munitiones, & attollendos aggeres aptè delineare, moduloſque effingere & Orthographiam militarium munimentorum. Et hæ quidem facultates ſuppetias aliquas Duci afferunt, eidemque ſuo quæque tempore ſunt neceſſariæ. Verùm laus univerſa militaris peritiæ vertitur in intelligentia bellicæ Architecturæ, quæ prora eſt & puppis ejuſdem ſtudii; pernoſcendaque eſt ab ordinum ductore tanquam ungues, ut ille dixit, digitique proprii. Nimirum ſine hujus ductu & magiſterio nulla erit munitionum propugnatio ſatis diuturna, nulla oppugnationum vis ſatis valida: labaſcet etiam ſtructura caſtrorum, diſpoſitio aciei, omniſque ordo progreſſus receſſuſque militaris. Jam verò quod attinet eloquentiam in Imperatore, quanti eam præſtantiſſimi quique Duces fecerint, quantumque in rebus conficiendis robur obtineat, crebrò a nobis indicatum eſt tractatumque fuſiùs in Titulis *Eloquentia*, & *Allocutio militaris*.

5. Scio artis Polemicæ magiſtros aliquos muſicæ inſuper atque adeo picturæ ſtudium in exercituum Ducibus commendare: ſcio depoſci etiam a nonnullis artis medicę cognitionem aliquam; ſed nihil neceſſe eſt tot ac tanta congerere, quaſi omnium complexionem artium & literarum oſtentare debeat ferociæ potius & robori exerendo addictus animus. Non equidem ſatis probaverim nullis literarum ornamentis excultum Imperatorem, ſed neque hominem minime ſui muneris conditione otioſum, tot veluti ſuperſtructis doctrinarum molibus oneraverim. Argutiæ verò Grammatiſtarum, & Sophiſtarum technæ, atque aliæ ejus generis ingeniorum malè feriatorum ſubtilitates, hujuſmodi ſunt, ut eas etiam reticendas putaverim tanquam frivolæ & alienæ laudis parerga, ſi quempiam exercitûs Ductorem laudandum ſuſceperim. Eodem temperamento utendum eſſe cenſeo in Poeticis ſtudiis. Quemadmodum enim ad exercitationem militarem non parum contulerit verſatum eſſe Ducem in lectione vatum Heroicorum, quibus perpetuum negotium eſt cum bellicis conflictibus, & omnigeni Martis jucundiſſima oſtentatione, ſic frigidum & illaudabile reputaverim Epigrammatum acumina & molles Elegos admodum ſcitè callere Ducem, aut in amatoriis ſeſe cantilenis molliter venditare. Imò verò quæ ſuperiùs tetigi de Matheſeos facultatibus ita cenſeo ab Imperatore noſcenda, ut ſubſidiaria eidem ſint ſtudia ad rem ſuam fortiter urgendam ac dirigendam. Jure enim de Romulo, ac priſcis illis urbis Martię luminibus commemoratum eſt ab Ovidio:

Non illi Cælo labentia ſigna movebant,
Sed ſua, quæ magnum perdere crimen erat.
Qui benè pugnarat, Romanam noverat artem:
Mittere qui poterat pila, diſertus erat.

Id poſtremò non modo ſuperius indicati Spartani, verùm etiam vel maxime Turcarum natio non obſcurum hodie facit, quæ literarum omniſque ingenuæ diſciplinæ contemptrix uſque adeo militari laude multis maximiſque noſtræ religionis cladibus ac damnis inclaruit, ut ab eadem florentiſſimas provincias & opulentiſſima nobis direpta regna quàm acerbè, tam jure doleat Chriſtianorum militia. Non abſimili modo judicandum eſt de utriuſque Scythiæ, aliiſque nullâ bonarum artium culturâ perpolitis Aſiæ Africæque populis, qui doctrinarum ſubſidio corroboratis gentibus non minimum ſæpe numerò terroris incutiunt. Irridere illi noſtram omnem aſſolent literaturam, vetuſta quadam a ſuis atavis hauſta perſuaſione exiſtimantes a majoribus ſuis devoratos olim libros omnes fuiſſe, reconditamque habere poſteros ſapientiam in pectoribus, probè ibi con-

concluſam, nec erupturam niſi in acie acinacis, & cuſpidibus ſagittarum. Eam porro ignorationem cujuslibet ſtudii literarii non milites duntaxat affectant, ſed Duces ipſi præſeferunt jactitantque. Ad extremum eò noſtrum ſuffragium vergit, ut nomine ſcientiæ militaris, quam Tullius depoſcit in Imperatore, earum tantum rerum peritia comprehendatur, quæ ad bellum juſtè impigreque ſuſcipiendum, gerendum fortiter, & feliciter abſolvendum facit. Ut enim in citharœdo vel muſico non architecturæ intelligentia, nec in architecto modulaminis dulcedo laudatur, ſic miles vel Imperator non a Papiniano, vel Quintiliano inſtituendus, nec qui egregius ſit Philoſophus, vel Rhetor eligendus eſt, ſed qui corporis robore, animi vigore, experientia multis ſtipendiis comparata cæteris antevolet, patriæque ſuæ pulcherrimorum facinorum felices exitus polliceatur. Quæ hactenus, Imperatore ſolùm ſpectato, de multiplicis doctrinæ cognitione diſceptavimus, ad ipſos inſuper pertrahenda ſunt milites, qui proinde ad præſtitutam regulam normamque erunt erudiendi. Ex militibus quippe per varias graduum acceſſiones fieri plerunque conſtat Imperatores. Quoniam verò, quod in omnibus ferè accidit diſciplinis, perrari numerantur, qui ſingularem in modum excellant in aliquo ſtudio, quod cum plurimis conjunctim profitentur, idcirco idem uſuvenire conſueſcit, imò contingere neceſſe eſt in affluenti gregariorum militum copia, ex qua nonniſi pauciſſimi ad univerſorum ordinum regimen & Imperatoriam laudem emergunt. Quare longe excuſatiùs milites ignorabunt, quod non ſine probro & dedecore Ductoris ſummi notitiam fugiet. Ex quo demum fit, ut aliarum rerum ignorantia, & imperitia doctrinarum facili negotio toleretur in milite vulgari, qui ſubſequi potiùs, dicto audiens eſſe, & obtemperare uni ordinum moderatori, quàm ſuapte vel ingenio, vel intelligentia dirigere rem militarem, vel quidquam in armis & tractatione bellica definire debet atque ſtatuere. Vide quæ ſuper hoc argumento graviter diſputat Franciſcus Petrarca Opuſculo Singulari de Offic. & virtut. Imperat.

LITERÆ ASSERTITIÆ FIDEI PUBLICÆ. *Lettere credentiali*. Poteſtatem hæ faciunt ut quis Reipublicæ, vel Principis cujuſvis negocia curare atque tractare poſſit; ſive agatur de accipiendis obſidibus, de mulctis imperandis, de captivis recipiendis: ſive agendum ſit cum dedititiis, paciſcendæ induciæ, aut demum componenda fœdera, & publica utrinque ſtabilienda concordia. Qui ejuſmodi muniuntur literis, præterquam quod ſingulari fidei prudentiæque teſtimonio inſigniuntur, habentur inſuper tanquam res ſacra, ut pote qui non privato duntaxat nomine obſervandi ſunt, verùm etiam publico permagni faciendi. Aſſertitias præterea literas dicimus, quæ cuiquam ſunt teſſera commeatus & nota tranſitus liberi. Vulgo *Paſſaporti*. Omnes verò ejuſmodi literæ fidei publicæ teſtes ad tempus ferè conceduntur, ut peractis confectiſque negociis publicis expiret in privato quoque poteſtas & arbitrium ultra decernendi. Vide plura paſſim, ac præcipue in Titulis *Fœdat*, *Caduceator*.

LITHOBATOS. Sic Græcè appellatur, quod inferioris ævi Latini Scriptores petrariam nuncupant. Ea vox complectitur omne genus inſtrumentorum vel machinarum, quæ jaciendis lapidibus aptæ ſunt; ut apud Antiquos erant balliſtæ, ſcorpiones, onagri, & aliæ. Apud nos hodie hoc nomine prænotatur genus quoddam tormenti bellici, minus quidem longum, ſed alvo perampla ad excipienda ſcilicet plura ſaxa & emittenda. *Pietriera*.

LITHOBOLA, orum. Græca appellatione ſunt machinæ ſaxa jaculantes. Vide *Jactatoria*.

LITICEN, inis. Qui lituo canit. Feſtus. *Lituus, quod litis ſit teſtis: eſt enim genus buccinæ incurvæ, quo qui cecinerit, dicitur liticen*. Meminit liticinum Gellius lib. 20. cap. 2., ubi ita ſcribit ex ſententia Cæſellii Vindicis: *Scire quidem ſe ait liticines lituo cantare, & tubicines tubâ*. Vide *Æneatores*.

LITUUS, i. Non deſunt Grammatici, qui putent dictum a lite, quaſi lites diſſeminet: nam & virga Mercurii, quæ lites componit, vocatur lituus. Sed vere eſt Græcæ originis, vel à λιτὸς *tenuis*, vel a λίγγω, *ſono*, vel *ſtrideo*. Duo ſignificat: baculum auguralem incurvum, quo ſedentes Augures templa deſignabant, & genus inflexæ tubæ. De baculo Cicero de Divin. *Omitte igitur lituum Romuli, quem in maxima incendio negas potuiſſe comburi*. Livius lib. 1. *Augur ad lævam ejus capite velato ſedem cepit, dextra manu baculum ſine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt*. Virgil. 7.

Ipſe quirinali lituo, parvaque ſedebat
Succinctus trabea:

Quirinalem vocat a Romulo rei auguralis ſtudioſiſſimo, cujus lituus in Curia Saliorum aſſervatus, hac conflagrante, inventus eſt integer. De tuba minori incurva idem l. 6.

Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta,

Uter lituus prior fuerit definit Gellius l. 5. c. 8. *Poſſe quæri animadvertimus utrum lituus auguralis a tuba, quæ lituus appellatur, an tuba a lituo augurum lituus dicta ſit. Utrumque enim pari forma, & pariter incurvum eſt. Sed ſi, ut quidam putant, tuba a ſonitu lituus appellata eſt ex illo Homerica verſu* λίγξε βιός, *neceſſe eſt ita accipi, ut virga auguralis a tubæ ſimilitudine lituus vocetur*. Ex Veterum teſtimoniis colligitur, lituum fuiſſe medium aliquid inter tubam, & cornu: Non itaque omninò rectum ut tuba, nec, ut cornu, incurvum perpetua flexura. Hoc etiam inter lituum & tubam diſtinguit Scholiaſtes Horatii, quod tuba peditum ſit peculiaris, lituus equitum. Stridentior etiam & acutior tubâ erat lituus. Lucan. l. 1.

ſtridor lituûm clangorque tubarum.

Item Statius lib. 6.

Et lituis aures circumpulſantur acutis.

Quibus omnibus antiquior Ennius:

Inde loci lituus ſonitus effudit acutos.

Addunt poſtremo alii aliud diſcrimen. Tuba inchoandi prœlii fuit ſignum, lituus receptui canebat. Notat hoc diſcrimen Barthius ex Britone Philippi l. 6.

Non tuba congreſſum cecinit, lituuſque regreſſum.

Item Baldricus Dolenſis de Bell. Palæſt. l. 4. c. 9. *Audito retrahendi lituo Chriſtiani ab illo impetu deſtiterunt*. Sed unum vel alterum exemplum parum firmè ſtatuit hoc diſcrimen: præſertim cum longè ſæpius alibi legamus lituo vocatos ad pugnam milites, & contra tubæ ſonitu a prœlio retractos.

Lixæ, arum. Servi militares, qui lavandi & co-queodi gratia exercitum ſequebantur. Liv. 3. Bell. Puo. *Impedimenta ſubſequi juſſit, calones, lixaſque, & invalidos milites vallum ferre.* Lixæ dicuntur ab aqua, quam Veteres lixam oomi-oabant, teſte Nonio: ex quo habemus carnes elixas, ideſt ſimplici aqua coctas. Ad horum ſi-militudioem calones, ſervi caſtrenſes, qui ligna miniſtrabant, a ligno appellati, quod Græci λᾶαν nuncupant. Vide Pigoorium de Servis.

Locrense pactum. Adagio militari dicitur de Fœdifragis. Locreoſes ſiquidem violato fœdere, quod inierant cum Peloponneſiis, ad Heraclidurum partes defecerunt.

Locumtenentes. Dicitur de quacumque exercita vicaria poteſtate ſive civica, ſive militari. Hi ſunt, quos melior ætas appellavit Accenſos, & Optiones. Statutum Philippi Pulchri: *Officia ſibi commiſſa per ſe ipſos perſonaliter exerceant, nec ſibi ſubſtitutos, aut lorumtenentes facere præſumant.*

Logariastes. Quænam fuerit dignitas in Aula Byzantina demonſtrat his verbis Codinus cap. 5, *Logariaſtes numerat & computat omnes Aulæ milites, qui in aula ſtipendia merent, & diſpirit numquid alicui de ſtipendio deſit, aut num plenè ſatisfecerit pro ſtipendio, quod accepit.* Memoratur a Georg. Pachym. Hiſtor. Andronic. lib. 4. cap. 9. in quem locum vide Poſſinum, Vox eſt Græcanica. Latini dicunt *Rationarium*.

Longurius, li. Pertica longior eſt, non ſolum in hortis adhibita ad ſepes muniendas, ut docet Varro de re ruſtica lib. 1, cap. 14., verùm etiam frequentem afferens uſum ad munienda caſtra, ex quo crebra illius mentio apud Hiſtoricos, Cæſar de Gallis Alexiæ incluſis, & Juliana caſtra perrumpere conantibus: *E coſtris longurios, muſculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis cauſâ paraverat, profert.*

Librarii servi. Vide Brutiani.

Lorica, æ. Pectoris tegumentum contra hoſtiles ictus. Iſidorus loricam vocari ait, quòd loris careat: ſolis enim circulis ferreis contextam loricam putat. Haud dubiè falſus eſt, Nam loricam a loris nominari, quoniam de corio crudo pectoralia primum Veteres faciebant, author eſt Varro lib. 4., & innumeris Scriptorum locis evincitur. Virgil. lib. 11.

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit,

Certum tamen eſt oon coriaceas ſolum loricas ex tergoribus cervinis aut bubalinis in uſu fuiſſe, ſed etiam ferreis lamellis ſquamatim conſertas, aut commiſſas hamis, vel majoribus etiam laminis diſtentas, & ſolubilibus catellis aut fibulis nexas. Aptè Servius loricas operimenta fuiſſe indicat ferreis lamellis in modum plumæ vel ſquamæ coniunctis, quod opus plumarium dicebatur, a ſquamis ſerpentis aut piſcis, vel ab avium plumis quæ ſeriatim digeſtæ bellè ad ſpeciem componebantur. Qui verò hujuſmodi tegumentis tegebantur, ſive homines eſſent, ſive equi, eos cataphractos vel clibanarios appellabant. Neque porrò ferreas ſolùm & pelliceas, ſed lineas etiam loricas legimus. Linea lorica indutos milites inſtitutos fuiſſe Dion in Caracalla meminit, eoſque Alexandrinos appellatos, propterea quod ejuſmodi lorica indui ſoleret Alexander Magnus, ut ſcribit Plutarchus in ejus vita. Poſtremò loricas ex cornibus raſis & lævigatis fuiſſe, plumarum in ſpeciem nexis, author eſt Ammianus lib. 17. Inventorem loricæ Midiam Meſſenum memorat Plinius, Sed is coriaceas facilè loricas invenit, quæ vetuſtiſſimæ omnium fuerunt; nam loricæ ferreæ inventores Gallos fuiſſe tradit Varro. Pauſanias lib. 10. refert loricas Heroum tempore duplici lamina ænea fuiſſe conflatas, quarum alia a dorſo, alia à pectore ad ventrem pendebat. Et anticam quidem partem addit vocatam Gyalon, poſticam verò Proſegon; Hoc verò loricæ genus adhibitum ſine clypeo, quod ipſum ſatis eſſet ad munimentum. Addit porrò Homerum eo loricæ genere, quod Gyalothoracem vocat, Phorcynem pugnantem inducere, Affero Hiſtorici verba. *Duæ ſunt fibulis junctæ æneæ laminæ: earum altera pectori & ventri, dorſo altera muniendo erat apta: & partem quidem anticam Gyalon, Proſegon poſticam vocabant. Satis id firmum eſſe corporis munimentum videbatur etiam ſine clypeo: ob eam rem Homerus Phorcynem Phrygem ſine clypeo pugnantem fecit, quod habili utrinque lorica uteretur, quam Gyalothoracem appellat.* Ex quo percipere licet ſententiam Valerii Maximi de Scævola l. 3. c, 2. *Galea jam ictibus diſcuſſa, & ſcuto crebris foraminibus obſumpto, profundo te credidiſti, ac duabus loricis onuſtus inter undas enataſti.* Ubi quod Valerius dicit *duas loricas* exponendum eſt juxta ſententiam Pauſaniæ de duabus loricæ partibus. Nihil enim facilius factu fuit, quam ut id genus munimenti bipartiti ab uſu commendatum ad Romanos, & alias porro Gentes tranſiret.

2. In parandis loricarum munimentis, quæ veterum erant clibanariorum, noſtra imitatur ætas, Conficiuntur nimirum loricæ ſive thoraces ex ferro, ſeu ferri lamina probè lævigata, eademque in anteriori media parte angulosâ & editiore: quo fit ut conjectæ in illas haſtæ vel gladii effugiant & dilabantur, nulla aut certe minima plerunque pernicie illata. At Veterum loricæ illæ, ſive ſquameæ, ſive plumeæ, ſive lemniſcatæ fuerint, ex ære Cyprio fere comparabantur, oexis junctiſque ordinatim lamellis; quo fiebat, ut enſium, haſtarum, vel quorumcunque miſſilium cuſpides illuc impactæ, beneficio inciſurarum, plicarumque, quæ creberrimæ in illis erant, iiſdem adhæreſcerent, nocerentque gravius, & altiora vulnera infligerent. Non tamen negaverim longe validioribus munimentis nobis opus eſſe ad obſiſtendum fiſtulis tubiſque igniariis, quibus, præcipuè ſi majores illi ſint, impares ſunt adhuc ooſtræ loricæ. Ars nihilomnius ingenioſa & longa meditatio effecit extuditque loricas ſic ferro temperatas, ut ſclopis etiam amplioribus mirabili quadam temperatura firmiter valideque obſiſterent, Cardanus l. 6. refert a Galeatio Rubeo confectum fuiſſe thoracem, qui vel tormenti pilam ſuſtineret. Contendit porrò id ſuadere, quoniam thoracis chalybs factitius, aquæ terræque excrementis igne primum abſumptis, & mallei ictibus conſolidatus & conſtipatus longè firmior eſt ferro pilarum, utpote ſpongioſo & rarioſe propter aquæ terræque admiſtiooem; ac proiode validè eidem reſiſtit, ut diffringi non poſſit. Rei cordatis quibuſque parum, ut reor, credibilis fides penes Cardanum ſit. Certè Caroli Borbonii femorale chalybeum, quod in Ælia arce aſſervatur, a tormenti pila compreſſum quidem ali-

quan-

quaoto ceroitur; nulla tamen parte diſciſſum aut perforatum. Argumentum vero, quo magnus Philologus utitur ad oſtendendam eam thoracis firmitatem infirmum eſt. Licet enim chalybs thoracis ſolidior ſit ferro communi, quo pilæ conficiuntur, expendendus tamen fuerat impetus impulſuſque pilæ ab accenſo nitrato pulvere ejectæ, cujus potiſſimum vi & efficaci impreſſione diſcindi aut perforari oeceſſe eſt a tormenti pila thoracem chalybeum. Fulmen, ut ſaoior fert opinio, aer eſt accenſus, utique minus ſolidus marmore & ſilice, quæ tamen fulminia violentia traiiciuntur atque diſſiliunt. Aer ſub terra adſtrictus cedit profecto ſoliditati rupium, & ædificiorum, quæ tamen a violento terræmotu, ejuſdem aeris exerto impetu convelluntur. Pulvis nitratus, accenſus in cuniculis propugnaculorum firmitati comparari non poteſt: eadem nihilominus propugnacula, efficacia ejuſdem pulveris aeriſque compreſſi, ictu ſubito ſublata comminuuntur.

3. Ut autem totum hoc genus aſſequaris, noveris, multiplicem fuiſſe rationem conficiendi communiendique loricas. *Hamatæ* dicebantur, & quandoque etiam catenatæ, quæ conſtabant circulis ad hamuli ſpeciem dimidiatis, nexiſque in catellæ formam. Stat. lib. 12.

Multiplicem tenuee iterant thoraca catena.

Et Sidonius.

nec ſutilis illi
Circulus impactis loricam texuit hamis.

Loricæ ſimplices erant ex lamina ferrea vel ænea perpetua, excipias tamen diviſuras, quæ fibulis nectebantur ad motus agilitatem. Aliæ ſquameæ dictæ, vel plumatæ a ſquamis piſcium vel ſerpentum, quas imitabantur lamellæ æneę ſimul nexæ opere continuato. Quæ ſquamæ quoniam non abſimiles ſunt extremis plumarum partibus, idcircò plumatæ etiam nominabantur. Silius lib. 5.

Loricam induitur; tortos huic nexilis hamos
Ferro ſquama rudi, permixtoque aſperat auro.

Iſidorus etiam: *Squamea eſt lorica ex laminis æreis vel ferreis concatenata in modum ſquamarum piſcis.* Illud etiam Virgil. lib. 11.

thoraca indutus ahenis
Horrebat ſquamis.

Et in hunc quidem modum, nempe de ferreis laminis loricæ exponendus eſt Statius, ubi de plumis illis loquitur:

enſem germani in corpore preſſit,
Qua malè jam plumæ imus tegit inguina venter.

Quoniam verò ſquamulæ illæ ſive plumæ æneæ mirabili artificio alligatæ conſuebantur, ideo, apud Poetas præſertim, ferrea ſuta, vel thoracum ſuta nominantur. Stat.

Latus omne ſub armis
Ferrea ſuta tegunt.

Et alibi:

magnorumque ærea ſuta
Thoracum.

Et rurſus:

ter inſuto ſervant ingentia ferro
Pectora.

Præter modum mirandum eſt quod refert Pauſanias de Sarmatis, qui ſquameas conficiebant loricas corneas ex equorum ungulis deſectis expurgatiſque. Sed Hiſtorici verba in Latinis libet producere: *Thoraces verò ita faciunt: Multos equos quiſque nutrit. Iis non ad bellum modò utuntur, ſed & Diis patriis ſuis immolant. Colligentes verò ungulas, eas purgantes & diſſecantes conficiunt ex iis quiddam Draconum ſquamis ſimile. Aut ſi quis Draconem non viderit, vidit autem nucis pineæ fructum viridem, iis e nuce ſegmentis, aut laenuatis torulis, ſi opus aſſimularit, haud errarit. Has igitur ſquamulas perforantes, & nervis equinis, aut bubulis conſuentes, loricas ad uſum habent, neque decore Græcanicis inferiores, neque infirmiores: Nam & cominus percuſſæ, & jactu petitæ reſiſtunt & ſuſtinent.* Pauſaniæ verbis nixus acutiſſimus Lipſius, verſiculos illos Martialis de lorica Domitiani,

Quam vel ad Ætolæ ſecuram cuſpidis ictum
Texuit innumeri lubricus unguis apri,

Sic exponit, ut ibi ſermo ſit non de laminis æneis, quæ aprinæ ungulæ figuram imitentur, ut interpretatur Turnebus, ſed de veris ipſiſque aprinis ungulis. Præſertim cum Domitianus adverſùs Sarmatas eo genere loricæ dimicantes expeditionem ſuſcepiſſet, ut narrat Svetonius. *Segmentatæ* etiam leguntur loricæ: & vix aliis, quàm hujuſmodi muniti cernuntur milites in Columna Trajani. Erant autem ſegmenta, ſive faſciolæ æneæ, aliæ quandoque aliis ſuperpoſitæ, ambitu quodam corpus tegentes. Vetuſtiſſimum verò loricarum genus ex corio vel lino fuiſſe, nec ſolùm apud Græcos verùm etiam apud Romanos multis conficitur teſtimoniis. Lineo indutum thorace Ajacem Homerus inducit: Plinius verò lib. 19. cap. 1. *Honor lino etiam Trojano bello. Cur enim non & præliis interſit ut naufragiis?* Lorica linea Alexandrum Macedonem decertaſſe ſupra meminimus. Silius de Faliſcis.

lævum quà tegmine thorax
Multiplicis lini claudit latus.

Svetonius hujuſmodi loricam induiſſe tradit Galbam. *Laneas* verò loricas liquet Cæſaris ævo in uſu fuiſſe. Sic enim ille Bell. Civil. lib. 3. *Omnes fere milites aut ex ſubcoactis, aut ex centonibus tunicas & tegmenta fecerant, quibus tela vitarent.* Quæ verò Cæſar dicit ſubcoacta, Ulpianus appellat coactilia, ideſt lanas coactas, preſſaſque, cujuſmodi ſunt quæ Itali dicunt *Feltri*. Quod ſi hujuſmodi tegumenta, ſive loricæ aceto macerarentur, eam habebant duritiam, ut etiam ferro reſiſterent, ut expreſsè tradit Plinius lib. 8. cap. 48. Hoc verò genus lini vel lanæ aceto imbutæ maceratæque pro loricis adhibitum, renovatum poſtea eſt a Conrado quodam Montisferratenſe, cujus mirabilem thoracem graphicè deſcribit Nicetas: *Ipſe tum quidem ſine ſcuto pugnabat; ſed ex lino factum textum quoddam, vino auſtero affatim ſalito madidatum, ſæpiùs replicatum, loco thoracis induerat. Adeo autem ictibus reſiſtebat vino & ſale coactum & perfuſum, ut omni telo eſſet robuſtius.* Ubi vides quod a Plinio acetum dictum eſt, a Niceta vinum auſterum appellatum. Samnitium verò peculiare tegumentum & lorica erat ſpongia, ut Livius expreſsè tradit, & nos explicamus in Tit. *Spongia*. Vide *Trilicee Lorica*, *Thorocomacus*, *Pectorale*. Lorica Italis etiam dicitur *Lorica*. Petrarca:

Contra colui, ch'ogni lorica ſmaglia.

Dicitur etiam *Armadura*. Filoc. lib. 1. *Voleva ſpogliar le pertugiate armadure.* Qua voce etiam

lori-

loricatos ſignificamus. Joann. Villan. lib. 11. *V'era dentro il Coneſtabile di Francia con tremila Armadure*. Item *Corazea*, de qua hæc habent Academici Florentini: *Armadura del buſto fatta di lama di ferro; detta forſe così dalla parte principale, che ella difende; ch'è il cuore*. Mihi alia eſt origo ejus nominis. Fit autem a corio, ex quo coriacea, & mox *Corazza*. Ea ſiquidem pectoris repagula ex corio antiquitùs præſertim parabantur. Tacit. lib. 1. Hiſt. *Id Principibus & nobiliſſimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut prædure corio conſertum*. Vocatur etiam *Lamiera*, a lamina ferrea. Medit. Arb. Cr. *In luogo di lamiera ſi veſtirà di giuſtitia, e per lo cappel dell' acciajo, ſi metterà in capo il giudicio certiſſimo da non potere errare*. *Corſaletto* Cecch. Eſalt. *Non ſi trovò mai fabbro da tanto, che fabricar ſapeſſe un corſaletto per armar la paura*. Item *Panziera*, *Usbergo*, *Giacco*, de quibus vocabulis alibi dicendum.

Lorica, æ, Pro milite loricato, uſitato more arma ſumendi pro armatis. Adam Bremenſis in Hiſtor. Eccl. *Habuit etiam in comitatu ſuo ſex millia loricarum, exceptis balliſtariis*.

Loricæ, & indumenta militum & equorum ex ferinis pellibus. Vide *Venatio*, & *Exuviæ*.

Lorica in re munitoria. Quodcunque genus ſepimenti caſtrenſis vel muralis ad uſum Architecturæ militaris munitoriæ, ſive tutamini, ſive oppugnationi conducat, a ſimilitudine armaturæ, qua pectus tegitur & munitur, loricæ item appellatione fruitur. Quod ſi minora ſint munimenta, appellamus voce diminuente loriculas. Quàm ſint porrò varii earum uſus, oſtendo teſtimoniis veterum. Tacit. 4. Annal. *Dein foſſam loricamque contexens quatuor millia paſſuum ambitu complexus eſt*. Cæſar lib. 1. de Bell. Gallic. *Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur*. Curtius lib. 9. *Anguſta muri corona erat, non pinnæ, ſicut alibi, faſtigium ejus diſtinxerant, ſed perpetua lorica tranſitum ſepſerat*. Florus de Scipione ad Numantiam lib. 2. cap. 18. *Foſſâ atque loricâ, quatuorque caſtris circumdedit*. Demum Vegetius lib. 4. cap. 28. & uſurpat ipſe, & ab antiquioribus uſurpatam docet: *Obſidentes ultra teli jactum foſſam faciunt, eamque non ſolùm vallo & ſudibus, ſed etiam turriculis inſtruunt, ut erumpentibus ex civitate poſſint obſiſtere: quod opus loriculam vocant, & ſæpe cum obſidia deſcribitur, invenitur in Hiſtoriis Loricâ urbem eſſe circumdatam*. Itaque loricæ commodè appellantur munitiones caſtrenſes, firmiores & fixæ, quæ ſingulari vocabulo ab aggeſta terra aggeres dicuntur, Italis *Trincea*; & ſi ſepto lapideo terra contineatur, *Terrapieni*. Item munitiunculæ ex vimineis cratibus, vel corbibus, ſuperinductâ terrâ aggeſtitiâ, vel centonibus ad eludendam adverſariorum miſſilia: *Gabbioni*, *Gallerie*. Spatium etiam in arcibus, quod inter duo propugnacula protenditur, & introrſum recedit, lorica paſſim audit: *Cortina*: ſed nihil aptius hoc inſignimus nomine, quàm murulum ſupra torum erectum ad perpendiculum, ſub quo tutò conſiſtunt præſidiarii: imò etiam impunè diſcurrentes eminùs hoſtem telis infeſtant. Nimirum hoc genus ad proximiorem ſimilitudinem armaturæ, qua militum pectora conteguntur, Italicè dicimus *Parapetti*. Neque verò mirum ſi tot munitionum atque tegminum genera hoc notentur nomine, cum etiam Architectura civilis non unas ædificiorum partes & genera ſtructurarum loricas vocitet. Vitruvius lib. 7. c. 1. ſic appellat extimum tectorium, quo pavimenta imbuuntur & explanantur: *Super fricaturam incernatur marmor, & ſuprà Loricæ ex calce & arenâ inducantur*. Idem lib. 2. cap. 8. loricas dixit projecturas illas ædificiorum, quæ ad ſupremam parietum partem adiici ſolent, ne ſtillicidiis corrumpantur ipſi parietes. Denique Varro lib. 1. cap. 57. de Re ruſtica, loricare parietes dixit, pro cruſtam inducere. *Arricciare*.

Loricula, æ. Diminutivum a lorica. In re munitoria frequentiùs, quàm pro pectoris tegumento legitur. Eſt autem agger ſudibus terraque compactus, & inſtructus turriculis, ab obſeſſoribus excitatus, ut ex arce erumpentibus poſſint obſiſtere. Cæſar lib. 4. Bell. Gallic. *Quorum frontes viminea loriculâ munirentur, ut hoſtis a duplici propugnatorum ordine repelleretur*. Expreſſiùs autem Vegetius lib. 2. cap. 8., ubi loquitur de remediis adversùs eruptiones oppidanorum, cujus verba retuli in Tit. *Lorica in re munitoria*. Poſtremò ſic appelles aggerem ſeu lineam, quæ protenſa ſupra torum milites recipit, & quidquid in munitionibus fixi vel mobilis tegumenti adhiberi ſolet, ut diximus in Tit. *Lorica*.

Loricati milites. Lorica tecti, Livio iidem atque cataphracti. Sic enim ſcribit 5. Bell. Maced. *Partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim ſagittis ex equo utentes*. Statuas etiam loricatas invenio appellatas, quarum pectora lorica eſſent munita. Liv. 8. Bell. Pun. *Statua ejus indicia fuit Præneſte in foro ſtatuta, loricata*. Et Plin. lib. 34. cap. 5. *Cæſar quidem Dictator loricatam ſibi dicari in foro ſuo paſſus eſt*.

Loricarius, a, um. Quod pertinet ad loricam, ut fabricæ loricariæ, ubi loricæ excudebantur. De his ſæpe occurrit mentio in Notitia Imperii, & apud Vegetium lib. 2. cap. 11. *Habebant etiam fabricas ſcutarias, loricarias, arcuarias, in quibus ſagittæ, miſſilia, caſſides, omniaque armorum genera formabantur*.

Loricatio, onis. Metaphoricè ferè ſumitur pro incruſtatione parietum. Paulus de verb. ſignific. *Aquæ ſalientes incruſtationes, loricationes, picturæ*. Vitruv. lib. 7. cap. 1. *Duplicem præbeat contignationi loricationem*.

Lorico, as. Loricâ armare. Tranſlatè frequentius uſurpatum hoc verbum invenio, Plin. lib. 8. cap. 24. *Mergit ſe limo ſæpius, ſiccatque ſole. Mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis loricavit in dimicationem pergit*. Varr. 5. de Re ruſtic. 57. *Solum & parietes opere tectorio marmorato loricandi*.

Lua, æ. Poſt clades prœlio acceptas inſtituerunt Romani certis quibuſdam purgamentis atque luſtrationibus expiare copias. Ea ceremonia & ritus Armiluſtrium eſt appellatum. Succendere autem moris fuit arma in acervos ſublata atque confuſa; eaque concremata litare Cælitibus. Ex Livio autem videtur conſtare Luam Deam ejuſmodi armiluſtrio ſive expiationi & luſtrationibus præfuiſſe. Dicta autem Lua creditur a luendo, quoniam cædes abluat expietque. Mirum tamen eſt non Pindarum, qui, ut refert Maximus Tyrius, triginta Deorum millia numerat, non Varronem, non Divum Auguſtinum, qui omnem illam Deorum farraginem recenſet & expendit,

Luæ mentionem uſquam ioſeruiſſe. Duplex tantum eſt iſque ambiguus iocertuſque, & Grammaticorum manibus huc illuc diſtractus Livii locus, ubi ejus Deæ nomen legitur. Alius eſt lib. 8. *Armorum vis magna, tum inter cæſa corpora hoſtium, tum in caſtris inventa eſt. Ea Luæ matri dare ſe Conſul dixit.* Alter lib. 45. *Cætera omnis generis arma cumulata in ingentem acervum, precatus Martem, Minervam, Lunamque matrem, & cæteros Deos, quibus ſpolia hoſtium dicare jus faſque eſt, ipſe Imperator face ſubdita ſuccendit, deinde circumſtantes Tribuni militum, pro ſe quiſque ignes conjecerunt.* Sic enim Livianus uterque locus vulgò circumfertur. Verùm Turnebus Adverſ. lib. 16. cap. 20. poſteriorem locum tanquam coinquinatum expurgat, legitque Luam pro Luna: nihil enim attinere ad Lunam matrem putat, ut arma in ejus honorem comburerentur. Contra verò Marcellus Donatus Dilucid. in Livii lib. 45. priorem Livii locum depravatum exiſtimat, & utrobique Lunam legit, multiſque oſtendit ad Lunam matrem admodum pertinere cladium expiationes atque luſtrationes. Sic illuſtres Grammatici pro ſua Luna vel Lua tanquam pro acquiſitione Helenæ certant. Ego verò miror viros doctos non advertiſſe, quod habeot Diomedes & Probus Grammatici, uimirum Dianam inter alia cognomenta Lyen appellatam fuiſſe. Sic autem Diomedes: *Antequam Hiero Syracuſas expugnaret, morbo Sicilia laborabat. Variis & aſſiduis ceremoniis Dianam placantes, finem malis invenerunt. Eandem Lyen cognominaverunt, quaſi ſolutricem malorum.* Eadem ferè habet Probus. Mihi vix eſt dubium Luam Livii Dianam eſſe ſub cognomento Lyes: nam quod Græcis Lye, id Latinis, ut notum eſt, Lua dicitur. Attigit hanc conjecturam Lilius Gyrald. Syntagm. 12. ubi de Diana ſcribit.

Lucæ boves. Vide *Boves Lucæ*.

Lucanicæ militares. Vide *Farcimina militaria*.

Luceres, vel

Lucerenses. Una erat ex tribus equitum centuriis, quas Romulus inſtituit, authore Livio; ſic nuncupata, ut refert Varro, a Tuſcorum Rege Lucero, qui Romulo ſuppetias tulit, adversùs Tatium pugnanti.

Lucaria, orum. Dicta ſunt feſta quædam, quæ Romani celebrabant in luco, inter viam Salariam, & Tiberim, quòd in eo luco ſe occultaverint fugientes, a Gallis ſuperati. Feſtus.

Lucta, æ. Vox eſt ſuſpectæ latinitatis. Licet enim legatur apud Hyginum fab. 273. *In his ludis vicit Ajax luctâ*: Sunt tamen, qui mendum illuc irrepſiſſe exiſtiment, leguntque pro *lucta*, luctatione: præcipuè cum in eadem fabula prius dixerit: *Fecerunt Argonautæ ludos, ſaltu, luctatione, diſco.* Et ibidem: *vicit Pollux cæſtu, Peleus luctatione.* Eam ob cauſam inter barbariſmos hanc vocem refert Scioppius. Grammatici tamen non obſcuri nominis, virique eruditi eandem uſurpare non reformidarunt: & nos etiam alicubi eandem recepimus, non ſolum exiſtimantes unum eſſe ex iis vocabulis, quæ a Priſcis facilè uſurpata, quominus ad nos pervenirent, obſtitit iniquitas temporum, qua factum eſt, ut maxima pars veterum operum Latinorum nobis periret; ſed quoniam patronum habet Auſonium Epig. 91.

Nequis Hylam cæſtu, nequis certamine luctæ
Phegea, ne curſu te, Lyce, præteream:

Verum ſi metri neceſſitas non urgeat, conſultiùs fuerit dicere & ſcribere

Luctamen, inis, vel

Luctatio, onis. Primæ vocis exemplum tradit Virgilius lib. 8.

remo ut luctamen abeſſet:

Secundæ Livius lib. 1. Bell. Punic. *Tetra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie non recipiente veſtigium.* Fit autem luctatio a luo; quia, ut tradit Sipontinus, in eo conatu membra ſolvuntur. Luctari autem eos dicimus, quorum alter alterum amplexu implicatum in terram dejicere nititur. Exercitationem fuiſſe apud Veteres militarem liquet ex commemorato Hygini loco, ubi eâ exercitos memorat Argonautas, Pollucem & Peleum. Eminuit etiam luctationis uſu Hercules, non tam in pugna, quam ſuſcepit adversùs Antæum, quæ potius ad Pancratium referenda eſt, ut a nobis alibi obſervatur, quàm in certamine inito cum Acheloo, de quo ita Ovid. Metam. 9.

Ille cavis hauſto ſpargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvæ jactu flaveſcit arenæ.
Et modò cervicem, modo crura micantia captat,
Aut captare putes, omnique a parte laceſſit.

Et paulò poſt:

Digredimur paulùm, rurſuſque ad bella coimus,
Inque gradu ſtetimus, certi non cedere, eratque
Cum pede pes junctus, totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cum pretium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur conjux:

Et poſtremò:

Inſtat anhelanti, prohibetque reſumere vires,
Et cervice mea potitur. Tum denique tellus
Preſſa genu noſtro eſt, & arenas ore momordi.

Ubi ad illum verſiculum

Inque vicem fulvæ jactu flaveſcit arenæ,

Nota antiquiſſimi moris fuiſſe ut luctatores oleo, unguentoque, quod ceroma eſt dictum, inungerentur; ſeſeque aſpergerent pulvere, ne ſudantium membrorum mador prehenſiones eluderet: Idoneus autem ad eam concertationem pulvis afferri ſolebat ex Ægypto vel Puteolis, ut tradunt Svetonius in Nerone cap. 45., & Plinius lib. 35. cap. 13. Apud Vitruvium lib. 5. cap. 11. legimus nominatum fuiſſe Coniſterion locum ubi pulvere & oleo aſpergebantur luctatores, ut firmius membris apprehenſis manus adhæreſcerent, nec errarent in lubrico. Eundem morem tetigit Statius lib. 6. ex quo non pigebit integrum locum exſcribere, ubi graphycè & eleganter luctatio depingitur:

Ergo ubi luctandi juvenes animoſa citavit
Gloria, terrificos humeris Ætolus amictus
Exuitur, patriamque ſuem: levat ardua contra
Membra, Cleonææ ſtirpis jactator Agylleus,
Herculea nec mole minor. Sic grandibus altè
Inſurgens humeris, hominem ſuper improbus exit.
Sed non ille rigor, patriamque in corpore robur:
Luxuriant artus, effuſaque ſanguine laxo
Membra natant: inde hæc audax fiducia tantum
Œnidæ ſuperare parem. Quamquam ipſe videri
Exiguus, gravia oſſa tamen, nodiſque lacerti
Dif-

Digitized by Google

Difficiles. Nunquam hunc animum natura minori
Corpore, nec tantas auſa eſt includere vires.
Poſtquam oleo gaviſa cutis, petit æquor uterque
Procurſu medium, atque hauſtâ veſtitur arenâ.
Tum madidos artus alterno pulvere ſiccant,
Collaque demerſere humeris, & brachia latè
Vara tenent.

Habuit etiam luctatio locum in ludis funebribus celebratis ab Ægæo in honorem Arcitæ apud Bocc. in Thaſeid. lib. 11.

Poi nell'unta paleſtra il buon Theſeo
Per virtù propria meritò l'honore,
Perche al ſuo tempo meglio ch'altri il feo:
Et ben lo ſeppe Elena, e per maggiore
Gloria gli fece lì recare Egeo
Un ſcudo forte, e ben di gran valore,
Nel qual Marſia ſi vedea ſonando,
E ſeco Apollo nel ſonar provando.

Luctationis inventum nonnulli ad Herculem, alii ad Argivus referunt, Ab urſis monſtratam primùm fuiſſe ſcribit Iſidorus lib. 18. *Quidam opinantur artem luctandi urſorum contentione monſtratam. Namque inter cæteras feras eos ſolos & erigi congreſſos, & ſubſidere celeriter ac reverti, & modo manibus tendere invicem, modò complexu abigere ſeſe, more luctantium dicunt.* Antiquiſſimum fuiſſe concertationis ludicræ genus, & legitimi prœlii meditamentum conſtat ex Polluce, altero ex Dioſcuris, & aliis Argonautis, quos illud uſurpaſſe vidimus ſuperiùs ex Hyginn. Intermiſſum hoc a Romanis certamen reſtituit Auguſtus poſt ſuperatum bello navali Antonium, & Cleopatram. Svetonius in ejus vita cap. 18. *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, urbem Nicopolim apud Actium condidit, ludoſque illic quinquennales conſtituit.* Eos ludos a Trujanis concelebratos fingit Virgilius lib. 3. Æneid. Auguſto blanditus per longi anticipationem temporis:

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis,
Exercent patrias oleo labente palæſtras
Nudati ſocii.

Quanti Veteres fecerint hanc concertationem ſatis colligitur ex ipſo palæſtræ nomine, quod conſtat dictum a voce πάλη, quæ Latinis eſt luctatio. Exercetur autem hic ludus amplexu mutuo, conſertiſque in tergum brachiis, manuque humeris vel lateribus apprehenſis, agilique pedum ſubductione, vel ſupplantatione, tractuque, impulſu & preſſione, qua concertatores æmulum contendunt proſternere, non autem cædere, quod eſt diſcrimen inter luctatores & pugiles. Et apud Græcos quidem celebrabatur luctatio in ſingulari quadam gymnaſii parte, quæ ea de cauſa, ut ſupra commonui, palæſtra dicebatur. Priuſquam verò venirent ad manus, leni manuum motu & agitatione perfricabant muſculoſos artus, quos ſubinde imbuebant ceromate, progredienteſque in locum coopertum idoneo pulvere, ne ſolo lubrico locus venire poſſet in partem victoriæ, ſpeculati ſe invicem primùm, oculiſque idoneam prenſioni corporum partem explorantes, conſerebant manus. Licet autem ingens adeſſet luctatorum copia, bini tamen ſolummodo ſemper certabant. Sciendum autam omnem luctationis rationem, atque ſolertiam aditumque ad victoriam in ſubvertendo adverſario conſtitui. Quamobrem nonniſi inter ſtantes erectoſque pugna procedebat, nec audere quiſquam ultra poterat, quàm ſtantem Antagoniſtam deiicere ſoloque illidere. Nefas erat proſtratis continuare certamen. Nam hoc aliud erat ludi genus, Pancratium volutatorium appellatum, vel pugna ſuper pavimento, Nec porro ſatis habebatur ad colligendos victoriæ fructus ſemel adverſarium in terram affligere: ter illum in pulverem deturbari oportebat. Indicavit id Seneca de benefic. lib. 3. cap. 3. *Curſor metam prior contingit: luctator ter abjectus perdidit palmam.* Idem apertiùs demonſtrat vetus Epigramma de Milone, qui cum in arenam deſcendiſſet, nec æmulum nanciſceretur, vocatus ad palmam, caſu quodam prolapſus eſt. Clamantibus autem non eſſe hominem coronandum, quod cecidiſſet; ſemel reſpondit ille, caſuque cecidi, ſi cui animus eſt me ter deiiciendi, procedat in medium: qua approbata a Judicibus reſponſione, coronam accepit. Prior denique & maxima erat cautio pedes callidè comprehendere; quod etiam notavit Plautus in Pſeud., ubi de vino dixit: *Luctator doloſus eſt, captat pedes primùm.* Nec aliam ob cauſam victor Antagoniſtæ fuit Dioxippus ille apud Curtium lib. 9. quàm quòd Macedonem æmulum *pedibus*, ut ipſe loquitur, *ſubduxit arietavit in terram.* Verùm Dioxippi certamen illud ad pugilatum potiùs, quàm luctationem pertinuit, ut nos alibi docuimus. Etiam huic concertationi Galenus iniquior fuit, eamque omninò noxiam damnat ſugillatque, præſertim ſi illa vehementior fuerit. Uſus tamen optimus rerum magiſter non modò pro optima ad prœliares conflictus proluſione luctationem ſemper recepit; verum etiam valetudini tuendæ, nerviſque firmandis conferre plurimum judicavit. Vide Petrum Fabrum in Agoniſticis, Salmaſium in Solin. cap. 4. & Mercurial. lib. 5. cap. 6. & lib 2. cap. 8., ubi etiam luctatorum ſchema proponit.

Lucullæ Lanceæ, Quænam fuerint docet Svetonius in Domitiano: *Salluſtium Lucullum Britanniæ legatum, quod lanceas novæ formæ appellari Lucullêas paſſus eſſet, interemit.*

Ludi Circenſes, Vide *Circenſes Ludi.*

Ludi Funebres. Eorum originem ſic exponit Tertullianus de Spectacul. *Olim, quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malè ingenio ſervos mercati in exequiis immolabant. Poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant, armis, quibus tunc & qualiter poterant, eruditos tantùm ut occidi diſcerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant.* Expreſſiùs etiam Servius ad Virgilii lib. 10. *Moris erat in ſepulchris virorum fortium captivos necari; quod poſtquam crudele viſum eſt, placuit gladiatores ante ſepulchra dimicare, qui a buſti cineribus Buſtuarii dicti.* Vetuſtiſſimæ itaque ſunt originis, & ad tumulos magnorum Ducum potiſſimùm celebrati. Inducti etiam, qui ſe pro exercitu Diis Manibus devovarent, ut peractum legimus apud Livium in P. Decio, quem Fabius collega, editis funebribus ludis honorificentiſſimè extulit. Achilles illos ad Patrocli rogum apud Homerum; Æneas in Anchiſæ, & Pallantis memoriam in Italia & Sicilia edidit. Pars ſolemnitatis fuit captivos immolare. Id poſtea, ut ex Servio ſupra notavi, ob ſpeciem crudelitatis correctum eſt;

induſtique gladiatores, qui ante ſepulchra vel buſta prœliantes mutuis ſe vulneribus afficerent, & elicito ſanguine placarent Deos Inferos, umbraſque extinctorum, namque ita creditum, ſolarentur. A ſepulchris in Amphitheatra cruentus tranſiit ritus. Atque hinc artis gladiatoriæ vera & germana origo ſumitur. Nam qui primùm buſtuarii appellati, uſitatiore vocabulo, gladiatores poſtea audivere. Primi Romanorum ludis funebribus Bruti cineres honeſtarunt Marcus, & Decimus ejuſdem filii. Refert id Valer. Max. l. 2. cap. 4. *Gladiatorium munus primùm Romæ datum eſt in foro Boario, Appio Claudio, & M. Fulvio Coſſ. Dederunt Marcus & Decimus Junii Bruti* (filii) *funebri memoria patris cineres honorando*. Livius autem eorum ſæpius ludorum meminit lib. 23. Editos fuiſſe docet M. Æmilio Lepido a filiis, & inducta duo & viginti gladiatorum paria. Paria quinque & viginti pugnaſſe in ludis M. Valerio Lavino funerato celebratis idem ſcribit lib. 31. Et ſæpe aliàs apud eundem eorum mentio ludorum occurrit. Sveton. in Tiber. *Munus gladiatorium in memoriam patris, & alterum in avi Druſi dedit diverſis temporibus ac locis*. Subit autem in allatis verbis adnotare, quod etiam alibi interdum legitur, eos ludos muneris nomine appellari ſolitos, quoniam tanquam dona ac munera darentur populo in honorem Deorum Manium. In hanc ſententiam exponendus Capitolinus, ubi ſcribit Marcum, & Verum Imperatores funebre munus patri dediſſe. Et antiquitùs quidem in Cæſarum, aut virorum inſigniter illuſtrium obitu noti duntaxat gladiatores. Eò deinde prolapſa res eſt, ut paulò honeſtiores quique munera, ſeu ludos funebres in teſtamentis legarent. Legimus etiam iiſdem fœminarum funera decorata. Vide Kirchmann. de funerib. Rom. lib. 4. cap. 8. & 9. Scenici item, & venatorii ludi in funeribus leguntur exhibiti. Addo poſtremùm ex Plin. lib. 7. cap. 56. horum Inſtitutores ludorum fuiſſe Acaſtum & Theſea. Sic autem ſcribit: *Ludos Gymnicos in Arcadia Lycaon inſtituit, Funebres Acaſtus in Jolco; poſt eum Theſeus in Iſthmo*. Vide *Captivi* & *Inferiæ*. Præter atrox cruentumque memoratum genus funebrium ludorum, qui planè omnium fuere antiquiſſimi, acceſſerunt poſtea, atque ipſo Heroum tempore viguerunt ludi ſolemnes Gymnici exequiis virorum illuſtrium adhibiti. Habes horum exempla apud Homerum, alioſque Græcos, quos æmulati ſunt Virgilius in ludis funebribus Anchiſæ genitoris, Statius in exequiis Archemori, Silius, Valerius Flaccus in aliis magnorum Ducum funeribus. Ex Italicis eos ludos cecinerunt Boccaccius Theſeid. lib. 11. in funere Arcitæ, Triſſinus lib. 23. in funere Corſamontis, Alamannus Avarch. cap. 24. in funere Galealti. Verùm de ludis ejuſmodi Gymnicis ſermonem nos inſtituimus, ubi de ſaltatione, curſu, lucta, cæſtu, pancratio, & ſimilibus.

LUDI MAGNI. Vide *Vota*.

LUDI TRIUMPHALES. Non poſtrema pars triumphalis celebritatis ludi erant, quos cum victore exercitu remeantes Imperatores publicè dabant. Vovebant ſæpe illos in acie & conflictu Duces, perſolvebantque in victoria & triumpho. Sæpe ſine voto ad augendam triumphi pompam exhiberi ſoliti. Suggerit ubertim exempla Livius. A M. Fulvio editos ludos in triumpho, quos inter dimicandùm voverat, tradit lib. 39. Idem lib. 41. ſcribit, Æmilium Paulum Bello Macedonico victorem magno apparatu ludos dediſſe. Appianus etiam in Libycis narrat, a Scipione, poſt everſam Carthaginem datos ludos. Idem Author lib. 1. Bell. Civil. ſic loquitur de Sylla: *Cum nullum id temporis certamen Olympiæ, excepto curſu in ſtadio, datum fuiſſet; quod Sylla occaſione victoriæ Mithridaticæ athletas, & alia omnia ſpectacula Romam ex Græcia retraxiſſet*. Vopiſcus etiam in Aurelian. *Sequentibus diebus datæ ſunt populo voluptates ludorum ſcenicorum, ludorum circenſium, venationum, monomachiæ*. Ex quibus verbis intelligere inſuper datur, quæ potiſſimum ludorum genera exhiberi ſolita fuerint. Erant autem ferè quæ triumphum agentes inducebant, gladiatores, hiſtriones, circenſes, athletæ, naumachia, pyrrhica, troja, venationes. Omnes ejuſmodi ludos Populo Romano præbuit Cæſar poſt exactos triumphos, ut ſcribit Svetonius in ejus vita cap. 39. Eum locum, quoniam mirum in modum facit ad comprehendendam magnificentiam atque ſplendorem, quo ea ludorum ſolemnitas publicè peragebatur, hic adſtruam: *Edidit ſpectacula varii generis: munus gladiatorium, ludos etiam regionatim Urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones: item circenſes, athletas, naumachiam. Munere in foro depugnavit Furius Leptinus ſtirpe prætoria, & Q. Calpenus Senator quondam, actorque cauſarum. Pyrrhicam ſaltaverunt Aſiæ, Bithyniæque Principum liberi. Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum ſuum egit: donatuſque eſt quingentis ſeſtertiis, & annulo aureo, ſeſſum in quatuordecim e ſcena per orcheſtram tranſiit. Circenſibus, ſpatio circi ab utraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas, bigaſque, & equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes. Trojam luſit turma duplex, majorum, minorumque puerorum. Venationes editæ per dies quinque, ac noviſſime pugna diviſa in duas acies: quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commiſſis. Nam quo laxius dimicaretur, ſublatæ metæ, inque earum locum bina caſtra ex adverſo conſtituta erant. Athletæ, ſtadio ad tempus extructo, in regione Martii Campi certaverunt per triduum. Navali prœlio in minore Codeta defoſſo lacu, biremes, ac triremes, quadriremeſque, Tyriæ, & Ægyptiæ claſſes, magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quæ omnia ſpectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenæ, aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis poſitis manerent; ac ſæpe præ turba eliſi exanimatique ſint plurimi, & in his duo Senatores*.

LUDI VOTIVI. Vide *Vota*.

LUMA, æ, & LUMUM, i. Trebell. Pollio in Triginta Tyrannis hæc ſcribit de Zenobia: *Ad conciones galeata proceſſit cum limbo purpureo*. Notum eſt, limbum eſſe faſciam, qua extremitates veſtium ambiuntur. Atqui, teſte Nonio, muliebre etiam veſtimentum limbus eſt. Duriuſculum tamen videtur Salmaſio ad prædictum locum Trebellii, ut Zenobia ad militarem concionem procedens galeata, muliebres faſcias, vel delicatiorem veſtem geſtaret; cum ſemper alias in militari ſagulo oſtendere ſe ſoleret militibus. Hinc vitiatum exiſtimat Trebellii locum; & pro limbo purpureo legit *Lumo* vel *Lumo* purpureo. Luma verò vel Lumum genus eſt militaris ſagi. Gloſſæ Iſido-

dori: *Luma, quadrum ſagum*. Idem in Originibus: *Lumæ ſaga quadra & mollia ſunt*. Sic enim legendum putat Salmaſius, & non *Linna*, ut paſſim habetur in vulgatis. Eodem modo idem corrigit Plauti locum: *Linna cooperta eſt ex textrino Galliæ*. Reponit Salmaſius *Luma*.

LUMBARE, is. Sic explicatur ab Iſidoro: *Lumbare vocatur, quòd lumbis religetur, vel quòd lumbis hæreat*. Matthæus Pariſ. *Lorica erat indutus geſtans Anelaciumad Lumbare*; Ideſt ad cingulum vel baltheum.

LUNA. Inſigne notum in Turcicis vexillis. Singulare ejus gentis in Lunam ſtudium omnes agnoſcunt. Solebant Veteres, quod Hiſtorici plures & Poetæ memorant, planetę illi defectione laboranti ęneorum vaſorum crepitu ſuccurrere. Id verò etiamnum in uſu eſſe apud Turcas notat Scaliger in Manilium. Mahemetes ipſe pſeudopropheta deſignatam a ſe Lunam digito diſſecuiſſe legitur in Epitome Theologię Turcicę apud Moreri. Lipſius verò cap. 5. monit. & exempl. politic. narrat ejuſdem ſomnium, quo ad ſuum ſinum Lunę ſplendorem perveniſſe faſſus eſt. Extant apud Triſtanum & Harduinum nummi Veteres, qui Bizantinam Civitaten referunt cum Lunę effigie. Id verò longè antiquioris eſt memorię, quam ut indè certum quidpiam poſſimus elicere ad notandam Lunarum originem in vexillis Turcicis.

LUNCHUS, chi. Haſta. Lancea. Tertullianus de Corona militis: *Incumbens & requieſcens ſuper Luncho, quo perfoſſum eſt latus Chriſti*. Vox eſt Gręcanica.

LUNÆ LACONICÆ. Proverbium origine militari, cujus meminit Lucianus: uſurpatum in eos, qui fluxam in promiſſis pactiſque fidem pręſtant. Vetitum erat Spartanis prœlium inire niſi plenilunio; fiebat autem frequenter, ut ſiquando poſcerentur a fœderatis pactum auxilium, Lunas ipſi cauſarentur ſuas, ad labores bellicos eo obtentu defugiendos. Inde locus parœmię: *Lunæ Laconicæ*, & *Lunas Laconicas expectare*, de vanis pollicitationibus, & auxilio, aliis ex aliis inanibus cauſis dilato.

LUNULÆ. Genus munitionis. Vide *Caſſis*.

LUNULÆ, & LUNÆ. Ornamenta militaria. Vide *Venatio*.

LUNO, as. Flectere ad modum arcus, vel Lunæ. De arcu Ovid. Amor. 1.

Lunavitque genu ſinuoſum fortiter arcum.

De Claſſe. Lucan. l. 3.

Lunata fronte recedunt
Ordine contentę gemino creviſſe Liburnæ.

De harpe vel enſe falcato. Idem lib. 9.

Quos habuit vultus lunati vulnere ferri
Cæſa caput Gorgon!

LUNATUM, vel SEMILUNARE PROPUGNACULUM. Vide *Caſſis*.

LUPATUM, i. Equorum frenum, ab aſperitate & inęqualitate ſic appellatum, Servius: *dicta lupata a lupinis dentibus, qui inæquales ſunt; unde & eorum morſus vehementer obeſt*, Virgil. 3. Georg.

prenſique negabunt
Verbera lenta pati; & duris parere lupatis.

Solinus, *Lupatus* maſculino dixit genere. Adverto hoc ut ſcias, non ut ſequaris. Idem frenum ob eandem cauſam dictum eſt *Lupus*. Ovid. lib. 4. de Triſt.

Tempore paret equus lentis animoſus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

LUPUS, i. Machina bellica quaſſatoria ad formam vetuſti arietis. Memoratur a Matthęo Weſtmonaſter. an. 1304. *Juſſit Rex arietem fabricari, quem Græci Niconta vocant, quaſi vincentem omnia, & Lupum belli. Verùm aries indecens & incompoſitus paràm, aut nihil profuit: Lupus autem belli minus ſumptuoſus incluſis plus nocuit*. Non dubito Nicontam arietem in pręfati Scriptoris & fortaſſe aliorum hiſtoriam irrepſiſſe ex Joſepho lib. 6. ubi legitur ejuſdem fere nominis ariete alio uſos fuiſſe Romanos ad quatiendos muros Hieroſolymorum. Vide *Nicon*. Cęterum Lupus inter machinas bellicas recenſetur a Vegetio, & quidem lib. 2. cap. 25. cum Harpagonibus confunditur: *Habet ferreos Harpagones, quos Lupos vocant*. Idem verò lib. 4. cap. 23. exponit magis hanc machinam, & ejus uſum his verbis: *Plures in modum forficis dentatum funibus illigant ferrum, apprehenſumque arietem aut avertunt, aut ita ſuſpendunt, ut impetum non habeat feriendi*. Lupus autem dicitur a dentibus lupinis, qui aſperrimi ſunt, & quibus ea machina eſt adſimilis. Ex iiſdem dentibus, & eorum ſimilitudine lupi & lupati dicuntur frena equorum, ut dixi ſuo loco.

LUPUS. Pro ſigno. Inter effigies ſignorum militarium apud Romanos recenſetur a Plinio lib. 10. cap. 4. ubi de Aquila ſic loquitur: *Romanis eam legionibus C. Marius in ſecundo conſulatu ſuo proprie dicavit. Erat & antea prima cum quatuor aliis. Lupi, minotauri, equi, aprique ſingulos ordines anteibant*. Eum lupus honorem meruit, quòd voraciſſimum æquè ac ſæviſſimum animal Marti eſſet ſacrum; Remumque & Romulum Martis filios lupa nutriviſſet. Antiquiorem & fabuloſam alii cauſam reddunt apud Valturium de re milit. lib. 11. Ajunt quippe Iſidi cum filio Oro dimicaturo adverſus Typhonem auxilio fuiſſe Oſiridem ſub forma lupi. Victores verò Typhone interfecto, partaque victoria, decus illud lupo impendiſſe. Addunt alii ab Æthiopum populis infeſtatos agros Ægyptiorum, repulſoſque illos fuiſſe uſque ad civitatem Elephantiam a luporum acie: eamque ob cauſam locum illum Lycopolim appellatum, ſummoſque honores lupis habitos.

LUPUS. Pro freno equorum, Vide *Lupatum*.

LUPIFERI. Inter vexillarios referuntur a Petro Diacono lib. 4. cap. 37. *Aquiliferos, Leoniferos, Lupiferos, Draconarios &c.* Sic autem appellati a lupis, qui in vexillis erant depicti, vel intexti vel potius ſculpti. Vide *Lupus*.

LUSORIÆ. Naves erant, quibus utebantur Romani ad ea tutanda loca, quæ pro limitibus magnos fluvios obtinebant. Vopiſcus in Bonoſo: *Hic idem, cum quodam tempore in Rheno Romanas Luſorias Germani incendiſſent, timore ne pœnas daret, ſumpſit imperium*. Qua verò origine ejuſmodi naves Luſoriæ vocarentur, non eſt ita facilè ſtatuere: Niſi fortè ſuſpiceris ſic nuncupatas a ſimilitudine quadam navium, quæ ſpectaculi & pompę gratia, ac fere per ludum in Naumachiis decertabant. An quia præ Liburnicis illis prægnis & minantibus minores iſtæ, quaſi ludicrę naves habebantur? Vide Salmaſium in Vopiſcum.

LUSTRO, as. Fit a luſtro, quod eſt ferarum in ſilvis latibulum. Origo vocis varia traditur: alii a luto, quòd apri in lutoſis fere locis cubilia habe-

heant. Alii putant per antiphraſin dictum, quod minimè ſit luce illuſtratum. Vide Voſſium, qui multa congerit de hujus vocis origine. Propriè eſt verbum expiationis, & ſignificat purgare. Ovid. de Art. l. 2.

Et veniat quæ luſtret anus, lectumque locumque
Præferat & tremula ſulphur & ova manu.

Sed quoniam hæc ipſa expiatio fiebat per circuitum ambulando, hinc luſtrare pro circuire uſurpatur. Licet autem hoc verbum ſacrificii proprium ſit, & expiationis agrorum, ex quo Ambarvale ſacrificium apud Veteres ſæpe legitur; nihilominus per quandam analogiam luſtrare exercitum dicimus exercitum recognoſcere, vel recenſere, ut clarè oſtendunt exempla apud Ciceronem, & Cęſarem. Id autem ortum a veteri conſuetudine, qua ſingulis quinquenniis Exercitus Romanus a cenſore luſtrabatur, qui ſumptis ſue, ariete & tauro, ter exercitum circuire, certaſque victimas Marti offerre erat ſolitus. Qui porrò ritus non fiebat, ſi funeſtus eſſet annus: quapropter aliud erat cenſus, aliud luſtrum. Liv. lib. 4. *Cenſus actus eo anno; luſtrum propter Capitolium captum, Conſulem occiſum, condi religioſum erat.*

2. Aderant verò milites in Sacrificiis luſtratoriis laureâ corona inſigniti, ut licet obſervare in anaglyphis Columnæ Trajanæ. Idem aliud agens docet Plutarchus in vita Marcelli: *Qui enim prælio, & cæde facta hoſtes viciſſent, ii Martium iſtum & terribilem triumphum ducebant lauro (ut ſolet in luſtrationibus exercituum) arma & viros coronantes.* Exercitum verò extra caſtra luſtrari ſolitum ſcribit Plutarchus in vita Bruti, additque Dio lib. 47. timoris accuſatos fuiſſe milites Octaviani, quod luſtrati eſſent intrà caſtra. Inter copias luſtrandas auguriorum ratio præcipue habebatur a Romanis. Quare funeſtum Caſſio omen fuit, quod luſtranti Exercitum lictor obtuliſſet coronam inverſam; exta verò ab aruſpice eidem porrecta conciderint. Jam vero luſtrati Exercitus crebrò meminere rerum Romanarum Scriptores. Liv. l. 23. *T. Sempron. Conſ. Sinveſſa, quo ad conveniendum diem edixerat, exercitu luſtrato, tranſgreſſus Vulturnum flumen, circà Liternum caſtra poſuit.* Et lib. 38. *Vere primo Epheſum Conſul venit, acceptiſque copiis à L. Scipione & exercitu luſtrato, concionem apud milites habuit.* Et luſtratio quidem Exercitus univerſi admodum ſolemnis fuit apud Romanos. Ea ſingulari nomine dicebatur Armiluſtrium. Vide, quæ diximus ſub hoc Titulo. Livius author eſt luſtrari ſolitas copias ſub dio ſue, ove, ac tauro mactatis. Ea animalia ter circum inſtructas acies ducta præcedente pompa Marti immolabantur. Celebrabantur ejuſmodi ritus luſtrales in Campo Martio ab armatis peditibus, & equitibus, lauro, ut dixi, coronatis. Luſtratione confecta triticum militibus viritim dabatur, & ſingulæ ſingulis drachmæ: Munera etiam in proximum luſtrum militibus perſolvenda Duces promittebant. Græcos luſtrare exercitum conſueviſſe, mactato cane tradit Herodotus lib. 7. De claſſe verò & navalibus copiis luſtrandis diſtinctè Liv. Dec. 3. lib. 9. *Ubi illuxit, Scipio è Prætoria nave, ſilentio per præconem facto; Dii, Deæque, inquit, qui maria terraſque colitis, Vos precor quæſoque, quæ in mea imperio geſta ſunt, geruntur, poſtque gerentur, ea mihi, populo, plebique Romanæ, ſociis, nominique Latino, qui populi Romani, quique meam ſectam, Imperium, auſpiciumque terra, mari, amnibuſque ſequuntur, benè vertendo æquè vos omnia benè juvetis: bonis auctibus auxitis: ſalvos incolumeſque victis perduellibus, victores ſpoliis decoratos, præda onuſtos, triumphanteſque mecum domos reduces ſiſtatis: inimicorum hoſtiumque ulciſcendorum copiam faxitis, quæque populus Carthaginienſis in civitatem noſtram facere molitus eſt, ea, ut mihi populoque Romano in civitatem Carthaginienſium exempla edendi facultatem detis. Secundum eas preces cruda exta cæsâ victimâ, uti mos eſt, in mare projecit, tubaque ſignum dedit proficiſcendi.* Addo deſcriptionem luſtratæ navis ex Apul. Metam. l. 11. *Ibidem ſimulacris ritè diſpoſitis, navem faberrimè factam, picturis miris Ægyptiorum circumſecus variegatam, Summus Sacerdos tæda lucida, & ovo, & ſulphure, ſolemniſſimas preces de caſto præfatus ore, quam puriſſimè purificatam Deæ nuncupavit, dedicavitque.* Deſcriptionem aliam luſtrandæ claſſis accipe ex Appiano de Bell. Civil. lib. 5. *In littore maris altaria poſita marinis undis alluuntur, omniſque circumſtat multitudo de navibus, linguis favens. Tum Sacerdotes in mari ſtantes ſacra faciunt: terque per claſſem ſcaphis circumvecti ſacra piamina ferunt, ducibus una adnavigantibus, ipſaque piamina attollentibus, ut ab exercitu, totaque claſſe infelicia cuncta avertantur, depellanturque. Dividentes deindè ea, partem in mare projiciunt, partem altaribus impoſitam flammis adolent: ac protinus multitudo omnis benè precatur. Sic Romani claſſem expiare, ac purgare ſoliti.* Addo de luſtrata claſſe teſtimonia Livii lib. 36. *Livius Præfectus Romanæ claſſis, luſtrata claſſe ad Lacinium altum petit.* Et lib. 37. *Acceptâ a Livio claſſe, & ſacrificio, ut aſſolet, ritè facto, Æmilius concilium advocavit.* Quam verò ſoliciti Romani fuerint in eo ritu excolendo, nè aliorum exempla recenſendo in immenſum ſermonem protraham, oſtendam exemplis Virgilii, qui rituum Romanorum fuit in ſuo Poemate obſervantiſſimus. De Ænea ad inſulam Cretam cum ſociis & claſſe navigaturo ità ſcribit lib. 3.

Sic fatus meritos aris mactavit honores:
Taurum Neptune, taurum tibi pulcher Apollo.
Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Advecta Leucaden claſſe ibidem:

Ergo inſperata tandem tellure potiti
Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus aras.

Ad ipſum verò Italiæ proſpectum ibidem:

Cum procul obſcuros colles, humilemque videmus
Italiam: Italiam primus conclamat Achates.
Italiam læto ſocii clamore ſalutant.
Tum Pater Anchiſes magnum cratera coronâ
Induit, implevitque mero: Divoſque vocavit,
Stans celſa in puppi.

Soluturus è Sicilia lib. 5.

Tres Eryci vitulos & tempeſtatibus agnam
Cædere deinde jubet, ſolvique ex ordine funes:
Ipſe caput tonſæ foliis evinctus olivæ,
Stans procul in prora pateram tenet; extaque ſalſos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.

Egreſſus verò in Italiam, antequam ibi certum locum caperet, in hunc modum Diis votum perſolvit poſt labores & incommoda diuturnæ navigationis l. 7.

Digitized by Google

Nunc pateras libate Jovi, precibuſque vocate
Anchiſen genitorem, & vina reponite menſis.
Sic deinde effatus frondenti tempora ramo
Implicat, & Geniumque loci primamque Deorum
Tellurem Nymphaſque, & adhuc ignota precatur
Numina: tum Noctem noctiſque orientia ſigna,
Idæumque Jovem, Phrygiamque ex ordine matrem
Invocat, & duplices Cœloque Ereboque parentes.

3. Romani certe ut nihil non auſpicato, ſic multa miniſteria & præſertim ſacra certo prius ritu, verbis conceptis, & aquæ præſertim aſperſione expiati obibant. Cic. 2. de Legib. *Aquæ aſperſione labem corpoream tolli & caſtimoniam corporis præſtari judicabant.* Antequam autem rem ſacram aut vota facerent, ſeſe abluebant. Huc reſpexit Perſius Satyr. 2.

Hæc ſanctè ut poſcas, Tyberino in flumine mergis
Mane caput bis terve, & noctem flumine purgas.

Livius etiam lib. 1. *Quidnam tu hoſpes paras inceſtè ſacrificium Dianæ facere? quin tu ante vivo perfunderis flumine.* Sic autem expiari luſtrarique corpora in primis uſitatum poſt deturpatas manus hoſtili ſanguine, præſertim ſi ſacris operandi neceſſitas accederet. Virgil. 2. Æneid.

Tu, genitor, cape ſacra manu, patrioſque Penates:
Me bello e tanto digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

In eandem ſententiam Senec. in Thyeſt.

moneo ne ſacra manus
Violata cæde, neve furiali malo
Aſpergat aras.

Idem in Furen.

nate, manantes prius
Manus cruenta cæde, & hoſtili expia.

Adde Homerum Iliad. 6.

Manibus illotis libare ardens vinum vereor.

Pauſanias in Bœotic. aquæ Œdipodiæ in ea provincia meminit, ſic vocitatæ ab Œdipo, qui paterna cæde pollutas manus eâ abluiſſet. Ad commemoratum expiationis uſum ſolam adhibebant aquam vivam ideſt jugem & perennem: vitabatur deſes, ſtagnans, & turbida. Ovid. 4. Faſt.

hæc tu converſus ad aras
Dic quater, & viva perlue rore manus.

Ejus verò rei cauſam Ludovicus de la Cerda adducit ex Plutarcho lib. 6. Sympoſ. Stantes aquæ & in cavitatibus hærentes facilè putreſcunt propter admixtionem terræ; fluentes fugiunt & repellunt potius terram obviam. Uſurpatam verò ad luſtrationes marinam etiam fuiſſe aquam, Hjeronymus Magius Miſcell. lib. 4. cap. 10. obſervaſſe ſe ſcribit apud Dionem lib. 48. & apud Euripidem Iphig. in Tauris.

4. Rogi verò & occiſorum cadavera pro militari conſuetudine ſic luſtrabantur, ut circa pyram decurrerent armatæ acies carmine funebri & lamentabili quatientes arma; amiciſſimi verò quique & conſanguinei gladios, baltheos, frena, galeas, ſpolia hoſtica, interdum etiam equos in ignem mitterent. Verùm de hac luſtratione fuſiùs actum ubi de Funeribus militum. Sub ipſam Imperatoris profectionem non exercitus ſolum vel claſſis, verùm etiam monſtra & prodigia expiari luſtrarique, utque frequentior eſt Scriptorum formula, procurari moris fuit. Liv. lib. 24. *Conſules duabus Urbanis legionibus ſcriptis, ſupplementoque in alias lecto, prinſquam ab Urbe moverent, prodigia procurarunt, quæ nunciata erant.* Et lib. 37. *Prinſquam Conſules in provincias proficiſcerentur, prodigia per Pontifices procurari placuit.* Ubi nota eventus triſtes & ominoſos, quos ſuperiùs dixit averruncatos, ſeu procuratos ab ipſis conſulibus, proſtremo hoc teſtimonio per Pontifices ſubmotos ab Hiſtorico ſcribi.

Lustratio, onis. Cic. 2. Philipp. *In eodem verò Tribunatu, cum Cæſar in Hiſpaniam proficiſcens huic conculcandam Italiam tradidiſſet, quæ fuit ejus peragratio itinerum, luſtratio municipiorum?* Pro recognitione & cenſu militari paſſim accipitur, *Moſtra, Raſſegna, Raſſegnamento*. Vide *Luſtro*.

Lustramen, inis. Ejuſdem notionis. Valer. 6. Argon.

Seminecesque Duces inter ſua tela, ſuoſque
Inter equos, ſævam miſero luſtramine verſant
Congeriem.

Lustrator, oris. Apulejus Herculem Luſtratorem Orbis nominat. Non abnuerim dici Luſtratorem exercitus, qui illum recenſet & recognoſcit.

Luxuria. Vide *Luxus*: & *Fœminæ in bello*.

Luxus militaris. Munditia & bellatori congruens ornatus non modo permittitur militibus, ſed & exigitur a legibus, & à ſupremis Ducibus commendatur atque depoſcitur. Hinc frequentiſſimè inculcatum illis imperatumque a præclaris Ductoribus legimus, ut nitorem lævoremque in armis ſervarent, nec veſtium incultu inhorreſcerent. Confert id non minimum ad militem animoſum audacemque reddendum. Formidoloſus etiam hoſti eſt ornatus quidam ad ſpeciem terribilis, ut ſunt verſicolores elatæque criſtæ, ferarumque pelles, quæ ad obtegenda firmiùs membra, & ad pavorem hoſtibus incutiendum, non minimum afferunt ponderis & momenti. Atque eam ob cauſam ſicut capitali ſupplicio luebatur arma vendere vel amittere in prœlio; ſic aſperè ſeverèque accipiebantur a Centurionibus & Tribunis, qui eadem ſitu ſqualentia & rubigine deformia geſtarent. Legimus autem Julium Cæſarem munditiem nitoremque armorum in ſuis militibus curaſſe ſollicitè, tum ad ſpeciem, tum quò eadem in prœlio tenacius defenderent. Non igitur hic de ornatu militari ſed de luxu agimus, pompaque veſtium & armorum, quæ novitate oculos tantum ferit; cæterum neque bellatorem tegit ſecuriùs, neque hoſtem validiùs vulnerat. Aurum, argentum, magnarumque gemmarum pretia geſtari a militibus, quandoque vetitum, interdum permiſſum legimus. Iterum uſurparunt id ſæpe bellicæ alioqui nationes; aliæ meliori fortaſſe conſilio rejecerunt. Equidem Ducum negligentiâ collapſam militum diſciplinam, nimiumque vanitati & ornatui in caſtris & acie indultum, Alexandrum Severum reperio fuiſſe conqueſtum. Magnus etiam ille Alexander argenti aurique uſum in veſtibus Macedonibus ſuis interdixiſſe certum eſt. Idem tamen non paulò fuit indulgentior poſt ſubactam Perſidem, domitoſque

po-

Digitized by Google

populos Orientis. Quid verò de Annibale dicam; cum irrideret Antiochi copias auro fulgentes, quòd nimirum nitor ille & inaniſſimus eſſet, & hoſtium avaritiam provocaret? Sapienter certe Mithridates rudi ferro & coriis ferarum veſtiri præcepit milites ſuos, poſtquam illos auro argentoque onuſtos a Romanis ſpoliatos ſæpius vidit. Licet enim ditiori ornatu coruſcans miles ſpecioſior ſibi videatur, & aliqua etiam ex parte ea ornamenta fortiorem reddant bellatorem, alacriùs nimirum decertantem, ut ea retineat, neque in adverſariorum manus tranſeant: licet non leve etiam ſit emolumentum & commodum vim illam auri ad fortuitos uſus ſumptuſque habere ſepoſitam, cum famem & extrema incommoda minimè timeat, qui utcunque cælatum argentum ſecum in armis defert; nihilominus contraria omnia, & ab optimis legiſlatoribus ſancita, & a prudentiſſimis Imperatoribus legimus eſſe præſcripta. Quid enim illa opulentia præſtat, niſi hoſtem ſpe prædæ excitare? ipſos verò poſſeſſores ad latrocinia exercenda, iniuſtaſque prædas inducere? quod omninò diffringit disjicitque ordines, univerſamque diſciplinam corrumpit. Adde graviter ſic vitiari delectum militarem atque perverti. Sæpe enim commodiore fortuna cenſuque largiore non affluunt, qui alacritate & præſtantia virium cæteris antecellunt. Scimus equidem Sertorium, & Julium Cæſarem, paucoſque alios Ductores exercituum ſericas veſtes atque purpureas, argentea etiam, & aurea in armis emblemata ſuis permiſiſſe militibus: ſed longè major eſt Imperatorum numerus, qui inania iſthæc omni legum ſeveritate a ſuis copiis, caſtriſque amoliti ſunt.

2. Mollitudinis certe caſtrenſis procul aberat omnis ſuſpicio a veteri Romanorum diſciplina, cum iidem paterni fundi coloni eſſent & bellatores, & in aciem prodeuntes non vitæ aſſuetudinem, ſed arma ſolum mutarent. Neque enim ſolum vires & duritiem colligebant exercitatione campeſtri curſuque; verùm etiam aratro proſciſſa humo, erutaque ligonibus; quo terræ opere eximia latera, & gladiatorium robur parabant. Verè de illis Cato de re Ruſtica cap. 1. *Ex agricolis & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignantur*. Nam quibus eos voluptatibus & deliciis irretire potuerint, aut ingenuum vigorem remittere, labor perpetuus in terra excolenda, edulia manu parata, & ſedata ſitis rivo obvio? quibus, ut ait Poeta

Fundit humo facilem victum juſtiſſima tellus.

Facilem dixit, radices ſcilicet, herbaſque, fructuſque agreſtes, & quæ communia pecori habuere. Hæ ſcilicet illæ ſunt lacrimæ, corrupta noſtrorum temporum caſtra queritantium. Nequidquam feliciſſima illa cogitant tempora, cum ruſticorum calloſæ manus uſu ligonum, Imperatorium ſceptrum tractabant, acceſſitique in urbem ab aratro Dictatores nihil habebant optatiùs, quàm ut citò bella conficerent, ut mox ad opus redire, & quaſi ad ſulcum perficiendum poſſent. De illis Horat. lib. 3. Od. 6.

Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico;
Pyrrhumque, & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalemque dirum:
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas.

Toroſa illa & compacta latera, lacertique effodiendis agris oneribuſque tollendis durati, vallum ferre, foſſas ducere, ſaxa vel immania volvere, laborum ſcilicet interpunctionem, & quaſdam quaſi ferias interpretabantur. Poſtquam verò non ex agris evocari, ſed in urbibus legi cœpere milites, paulatim fluxa corpora, debiles lacertos, animos emaſculatos Mars habuit: donec eo progrederentur in turpiſſimam ex deliciis licentiam abrepti mores, ut res perditas & rem militarem obſoleviſſe penitus nemo non inſpiceret, non indoleret. Ejus ſcilicet corruptelæ reputatio a Columella queſtus illos extorſit: *Cum tot Romani generis intuear memorabiles Duces hoc ſemper duplici ſtudio floruiſſe, vel colendi, vel defendendi patrios quæſitoſve fines, intelligo luxuriæ & deliciis noſtris priſtinum morem virilemque vitam diſplicuiſſe, omnes enim, ſicut Marcus Varro jam temporibus avorum conqueſtus eſt, patres familiæ falce aratroque relictis, intra murum correpſimus; & in Circis potius ac Theatro, quàm in ſegetibus & vinetis manus movemus, attonitique miramur geſtus effæminatorum.* Quibus nihil diſſona illa apud Ammianum lib. 22. *Acceſſere flagitia diſciplinæ caſtrenſis, cum miles cantilenas meditaretur pro jubilo molliores, & non ſaxum erat, ut ante armato cubile, ſed pluma & flexiles lectuli, & graviora gladiis pocula: teſta enim bibere jam pudebat.* Claudat agmen Veteranus ac ſeveriſſimus Chriſtianæ militiæ cultor Hieronymus Epiſt. ad Theodor. Monach. *Corpus aſſuetum tunicæ, loricæ onus non ſuſtinet; caput opertum linteo, galeam recuſat, mollem otio manum durus exaſperat capulus: fortior autem miles ex confragoſo venit.*

3. Nihil facilius in omni accidit prœlio, quam eos armis ſubigi, quos ſua prius vitia, & deliciarum uſus eliſerat. Quod etiam in vita civili aſtutè ſolerterque factum ab Eutrapelo tradit Horatius Epiſt. 1. 18. Is enim, quorum fortunæ atque felicitati erat privatim infenſus, eoſdem pretioſis veſtibus, lautiſque onerabat muneribus, ut ſic illecti invitatique ad ſpem pulcherrimæ ſortis ſomno ac libidini indulgerent largius; eoque demum res reciderent ut omni cenſu ſpoliati denudatique ad abjectiſſimas artes ſeſe dejicerent:

Eutrapelus cuicunque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa. Beatus enim jam
Cum pulchris tunicis ſumet nova conſilia, &
ſpes,
Dormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtum
Officium: nummos alienos paſcet: ad imum
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.

Hac arte Cyrus Lydos voluptatibus & otio ſic enervavit, ut qui ferociſſimi antea erant populi, in nullo poſtea numero haberentur. Polien. Strateg. l. 7. *Mazarem Medum cum præcepto miſit, ut cùm regionem ſubegiſſet, arma pariter & equos adimeret, veſtitumque muliebrem geſtare eos cogeret, neque ad jaculandum amplius exerceri permitteret: ſed omnes texere ac pſallere compelleret: ut his nimirum ſtudiis eorum animi molleſcerent & effæminarentur. Sic deinceps omnium barbarorum inutiliſſimi ad bellum evaſerunt Lydi, cum antea bellicoſiſſimi extitiſſent.* Verum apud Liv. Dec. 3. lib. 3. M. Marcellus Conſul in hunc modum exprobravit Carthaginienſibus otium in amœnitate & deliciis Campani littoris: *Qui pu-*

Digitized by Google

gnent marcere Campanâ luxuriâ, vino, ſcortis, omnibuſque luſtris per totam hyemem confectos: abjiſſe illam vim, vigoremque, dilapſa eſſe robora corporum animorumque, quibus Pyrenæi, Alpiumque ſuperata juga fuerant: Capuam Annibali Cannas fuiſſe; ibi virtutem bellicam: ibi militarem diſciplinam; ibi præteriti temporis famam; ibi ſpem futuri extinctam. Ab Aſiatico verò exercitu nova luxus portenta in Urbem invecta ſic idem exponit devovetque Dec. 4. lib. 9. *Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico invecta in Urbem eſt. Ii primùm lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas & alia textilia, & quæ tum magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam advexerunt. Tunc pſaltriç ſambuciſtriæque & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis: epulæ quoque ipſæ & cura & ſumptu majore apparari cœptę. Tum coquus, viliſſimum antiquis mancipium, & ęſtimatione & uſu in pretio eſſe, & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta. Vix tamen illa, quę tunc conſpiciebantur, ſemina erant futurę luxuriæ.* Argutè ſimul graviterque Annibal apud Plutarchum Antiocho Regi reſpondit oſtendenti ſibi barbarico apparatu magnificè inſtructum ſuum exercitum, percontantique num adversùs Romanos ſatis eſſet futurus: Plane ſatia, reſpondit, etiamſi avariſſimi fuerint. Parſimoniam apud antiquos Romanos, & quandam quaſi ruſticitatem in armis ab omni luxu & mollitie abhorrentem deſcribit Propertius lib. 4. Eleg. 11. ubi inter alia hæc habet:

Idem equus & frenis, idem fuit aptus aratris
Et galea hirſutá compta lupina juba.
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo:
Præbebant cæſi baltbea lenta boves.

Graviſſimum hoc in genere documentum poſteris tradidit Veſpaſianus Cæſar in milite ornato molliter, & odoramentis perfuſo, cum eo habitu prçfecturam bellicam ab eodem peteret. Ad putidiſſimum unguentorum odorem, quibus delicatulus ille erat imbutus, meritò nauſeans Imperator, injectu manus hominem refugiens, digniſſima illa protulit verba, quæ apud Svetonium in ejus vita leguntur: *Mallem allium oboluiſſes.* Memorabile ſeveriſſimi effatum Cæſaris ſic reddidit Italicus Poeta:

O quanti al crivellar cadrian dal vaglio,
Se fuſſe vivo il Capitan, che diſſe:
Meglio ſaria che tu ſapeſſi d'aglio.

A caſtrenſi diſciplina & ferocia militari aliena magia, illa ſunt: equorum ſtragula opere Phrygio contexta, ſellæ equeſtres, gemmarum cruſtulis, bulliſque oneratæ, pedanei ſubices argentei, ſerico & purpura lixarum etiam illuſæ veſtes. Ad hæc pſittaci, pavones, aliæque aves barbaricæ ad ſtolidam quandam ambitionem, & præpoſteram oſtentationem adductæ. Illud inprimis viro olim militari indigniſſimum, ut ſpeculum in acie vel caſtris uſurparetur, quod in Othone vehementer irriſit Satyricus:

Res memoranda novis annalibus atque recenti
Hiſtoria, ſpeculum civilis ſarcina belli.

Quid dicam de tabernaculis & tentoriis auro & purpura figuratis intextiſque, quæ ſcilicet hoſtium ſolùm aviditatem invitent? Hujus generis conopeum opulentiſſimi operia a Catullo deſcribitur; ſed illud in nuptiis Pelei & Thetidos non alieno in loco ſpectatorum admirationem laceſſebat. Arenam verò Martis, locumque caſtris figendis captatum aureis papilionibus obtendere non illam ſane ſpirat exhibetque ſeveritatem diſciplinę, qua ſæpe ſola bella confici Macedones Romanique veteres reputarunt. In ſui corporis ornatu, uſuque cæteræ ſupellectilis ita negligens ac minimum moroſus extitit Gothiſridus Bullionius, ut cum ad illum Regni Hieroſolymitani Regem jam conſalutatum proximi quique Reguli atque magnates gratulatum accederent, eumque offendiſſent ſacco ſtramineo inſidentem, nihil a gregario milite diſtante corporis habitu, admirabundi quærerent apud Villelmum Tyrium lib. 9. *Cur tantus Princeps, & tam admirabilis Dominus, qui ab Occidente veniens totum concuſſerat Orientem, & Regnum maximum in manu valida occupaverat, ita ſederet inglorius, ut neque tapetia, neque holoſerica, circa ſe more haberet regio; nec ſtipatus ſatellitibus armatis, formidabilem ſe præberet accedentibus?*

4. A lauto & ſumptuoſo ornatu gradum facimus ad illicitas voluptates, quam etiam diſſoluti animi partem Latini luxum, luxuriam, & luxuriem dixere. Fit autem luxus a verbo *luo*, quod eſt *ſolvo:* & primò quidem hinc fit adjectivum luxus ſive luxatus, quod eſt ſolutum & ſuo loco motum: juxta quam acceptionem ex Catone, Plinio, & aliis luxata dicimus membra, quæ dimota ſunt propriis locis. Atque hinc oritur luxus ſubſtantivum, ſive luxuria, vel luxuries, quæ eſt morum ſolutio, ſive ea fiat per crapulam & vinoſitatem, ſive per immoderatos ſumptus, ſive per ornatus ſupervacaneos, ſive demum per abjectionem animi, ejuſdemque reſolutionem quandam in rem veneream, & vetitas legibus voluptates. Eſt igitur luxus juxta hanc uſurpationem cupido venereorum immoderata, rationi non obtemperans, ſive immodicus voluptatum uſus & deliciarum amor brutali appetitui ſubſerviens. Jam verò effrenatæ hujuſmodi libidinia viris bellatoribus admodum ſamiliare atque cognatum vitium ſemper extitiſſe etiam Poetæ cognoverunt, qui Marti armorum præſidi truculento ac feroci jugarunt Venerem pulcherrimam venuſtiſſimamque amorum matrem atque conciliatricem. Et quidem Ariſtoteles lib. 2. Politic. cap. 6. poeticum ejuſmodi commentum aptiſſimum prædicat, quoniam maſculæ virtutis viri & armorum ſtudioſi admodum proclivea effuſique in voluptatibua amplectendis eſſe ſoleant. Id etiam ex Pauſania confirmat Lactantius Inſtit. lib. 1. ex veteri Spartânorum ritu, qui Venerem armatam coluerunt, de qua nos nonnihil dicemus in Titulo *Venus*. Ut autem hic omninò reticeam turpitudinis portentum illud in Hercule, cum quinquaginta virginea nefariè ſtupravit; certe nemo ignorat quam exitioſos motus atque diſſidia procreaverit in caſtris Græcorum Achilles perditus amore Briſeidos, ut narratur ab Homero initio Iliados. Atrox & diuturnum apud Ilium in Phrygia bellum exarſit, ab eodem Homero deſcriptum: ſævum item & ſanguinolentum Italiam corripuit poſt adventum Æneæ, quod a Virgilio latè deſcribitur: Illud verò Paridis in Helenam, hoc Turni in Laviniam furioſi amores exſuſcitarunt. Licet autem de Virgilii ingenio & judicii præſtantia opinionem, quam poſſum, maximam ubique præ me libenter tulerim, fateor tamen mihi ſemper ægrè ſuiſſe in hoſpitis fœminæ Reginæque amorea abjectum

Digitized by Google

ctum Heroem, quem eâ causâ graviſſimis increpat verbis Mercurius, Ducemque ſui loci atque fortunæ indignum in modum oblitum ſic appellat lib. 4. Æneid.

tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem
Extruis, heu regni, rerumque oblite tuarum!

Neque verò proinde fit quin turpiſſimis ejuſmodi maculis, probroſæque vitæ flagitio coinquinati viri caſtrenſes partem ignominiæ ullam declinent. Quis ferat M. Antonium, cum Cleopatræ amoribus irretitus expeditionem adverſus Parthos, Craſſi mortem ulturus, minimo inſtructus apparatu & machinis bellicis relictis improvidè ſuſcepit lectiſſimaſque copias ſubjecit Medorum gladiis? Narrat id Appianus de Bell. Parth. in hunc modum: *Hunc tantum apparatum vireſque, quibus Bactros etiam, & his remotiores Indos terruit, unam Cleopatram ferunt reddidiſſe inutilem. Ejus enim deſiderio bellum aperuiſſe, non expectata opportuno tempore, omniaque inconſultiùs egiſſe mentis non ſatis compotem, & illecebris illius fœminæ captum in tantum, ut non tam de victoria cogitaret, quàm de reditu celeri. Primùm enim cum debuiſſet hybernis Armeniæ quiete reficere ſuum exercitum, attritum octo millium ſtadiorum itinere, moras non tulit.* Paucíſque interjectis, quibus commemorat rem omnem machinariam reliquiſſe, quo expeditiùs reditum ad Cleopatram maturaret, addit: *Interea Phraates eum numeroſo exercitu profectus eſt obviam. Qui ut audivit relicta eſſe plauſtra cum machinis, magnum equitatum eò miſit, a quo Stratlanus Præfectus oppreſſus eſt cum decem millibus militum: quibus machinis in poteſtatem ſuam redactis, Barbari multos interfecerunt.* Ejuſdem fœminæ amor, quæ terreſtres Romani conjugis copias commemorata infeliciſſimi conflictus occidione delevit, Ægyptiaci poſtremò regni maritimas vires abſumpſit in memorabili prœlio ad Actium edito contra claſſem Auguſti. De quo & imbelli M. Antonii fuga, ut omittam dicere quid veteres ſenſerint Scriptores, in hunc modum cecinit Poeta Italicus:

E mentre per l'Egeo tromba di Marte
Il mondo offriva alla più nobil ſpada,
La ſpada ei gitta, e fà girar le ſarte,
Perche femina vil ſola non vada.

Lydius currus. Bellicum proverbium, in eos dici ſolitum, qui in certamine inferiores ſunt. Herodotus memorat Lydios præ cæteris nationibus equitatu valuiſſe, & in agendis curribus gentes æmulas ſuperaſſe. Inde ortus ſermo apud Veteres, ut qui inferiorem ſe alteri profiteretur, quaſi peditem ſe juxta Lydium currum currere diceret. Refertur adagium a Diogeniano: Ejuſdem etiam Plutarchus non uno in loco meminit. Poſtremò S.Gregorius Nazianzenus, tanto ſe inferiorem eſſe dixit Baſilii virtutibus, quantum pedes a Lydio curru vinci ſuperarique poteſt.

Lydum in planitiem provocas. Populari proloquio de iis dicimus, qui alios ad ea provocant, in quibus illi probe comparati a natura inſtructique ſunt. A Lydis, qui pugnaciſſimi erant equites & ad prœlia capeſſenda promptiſſimi.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

A01 1462810

Digitized by Google

Digitized by Google